
זה השער ליהוה נשים
טהורות תבאנה בו :
DEI HÆC PORTA EST MULIERES CASTÆ INGREDIUNTOR
ΕΞΩ ΑΙ
ΠΟΡΝΑΙ
delineavit & Sculpsit Norimbergæ 1674.

Ps. CXVIII, 20. EN PORTA JOVÆ, INTRANTO
CASTÆ FOEMINÆ:

Apoc. XXII, 15. PROCUL FACESSANT HINC
PROFANÆ ADULTERÆ!

JOH. CHRISTOPHORI WAGENSEILII

SOTA.

Hoc est:

LIBER MISCHNICUS

De

UXORE ADULTERII SUSPECTA

Una cum

LIBRI EN JACOB

EXCERPTIS GEMARÆ

Versione Latina, & Commentario perpetuo, in quo multa Sacrarum Literarum, ac Hebræorum Scriptorum Loca explicantur, horum etiam emendantur, longe plurima ex MSS. Codicibus producuntur, illustrata.

Accedunt

CORRECTIONES LIPMANNIANÆ.



ALTDORFI NORICORUM,

Sumtibus JOHANNIS ANDREÆ & WOLFGANGI ENDTERI JUNIORIS Hæredum.

Excudit Johannes Henricus Schönnerstædt.

ANNO CHRISTI M. DC. LXXIV.



IOHANNES CAPELLANVS CHRISTIANISSIMI GALLIARVM REGIS CONSILIARIVS







JOHANNI CAPELLANO
Illustri Viro, ac Christianissimi Galliæ & Navarræ Regis Consiliario,

JOH. CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS
S. P. D.

NOnus iste, CAPELLANE ILLUSTRIS, nunc volvitur annus, cum mihi primum tam felici esse licuit, Lutetiam, augustissimam civitatem, Orbisque totius imaginem verius, quam partem, fausto pede ut deferrer. Cura continuo tum mihi, una & præcipua, eadem, quæ solet esse omnibus peregre adventantibus: Nimirum, tantæ Urbis, quodq; ei annectitur, vastissimi Imperii DOMINUM, cui Fata auspicio, Cœlum favore, Natura rerum obsequio, pleræque Nationes applausu, Regii decoris palmam gratulantur, ut mihi homuncioni quoque intueri paululum liceret. Quemadmodum vero nunquam excludit simplicitatem admirantium Divinus Princeps, sed ultro invitat, nihilque minus captat quam latebras, ita haud difficulter ad Majestatem sacro-sanctam, & cœlestem illam formam, inusitatam animi magnitudinem expressissimis indiciis re-

ferentem, ſpectandas ſum admiſſus. At, vix vultum ſuſtuleram, & illico talis mea fuit conditio, qualis eorum deprehenditur, quibus ex propiore loco, in oppoſitum Solem oculos contingit intendere. Quamobrem, cum ſublimis ille, & multiplicatis fulgoribus coruſcans ſplendor, privatæ meæ mentis humilitatem, longiſſime ſuperaret, non tam facile reverſurus, mox gradum referre inſtitui. Ne tamen fraudi eſſet, in Aulam ſupernis plenam pignoribus, & Sacra Principatus, ac penetrales Virtutum Genios complexam, temere aut profane irrepſiſſe: quæ Pietatis ratio, vota & bona verba dictabat, prius fudi, DEUM precatus, Regem incomparabilem, quem, tanquam præſtantiſſimum munus, ex beatiore ſuorum operum officina, Felicitati Galliæ, ornamento Seculi, venerationi Poſteritatis, æternoque Principum exemplo eſt gratificatus, tardiſſime ad ſe reciperet, ſimulq; concederet, ut ipſe interim, orbem terrarum gloria, Rempublicam Literariam beneficiis ſuis, ceu hactenus fecerat, aſſidue porro repleret. Ergo, ſuccedente deinde tempore, in id, quod meam ſortem, vitæque quod profiteor genus, maxime decebat, ſedula cogitatione cœpi incumbere, atq; hoc agere, ut Inſignes iſtos Viros, almæ Urbis incolas, quos ob doctrinam & eruditionem, quibus velut communes præceptores, Europam univerſam erudiunt, pridem devote ſuſpexeram, coram venerarer, illorumque favorem mihi exorarem. Equidem, conſtitueram, a te,

AM-

AMPLISSIME CAPELLANE initium facere, cui personam illustrandi Orbis literarii, DEUM vel maxime imposuisse, & quem elegantium ac eruditorum hominum quorumque, velut patrem haberi, apprime noveram Quia vero fautor commendatorque ad te conciliandum, omnino omnis mihi deerat, diu, animi pendens, trepidavi, nec ignoto mihi fas esse ratus sum, mea allocutione, in tua ardua negotia peccare. Cæterum, postquam ii, quos sic hæsitans, consulueram, de tua humanitate multa testabantur, jusjurandum dare parati, te uno, minus morosum, aut minus peregrinis adversum, non reperturum me ullum hominem usquam gentium, fortunæ me committere decrevi, ædesque tuas, & Museum sum ingressus. Hujus in limine dum adhuc hæreo, & sincerissima voluptate, ob pulcherrimum spectaculum, & simul novo, ex tenuitatis conscientia, timore, quod hinc arceri me verebar, perfusus sum. Videbar enim mihi ipsum Delubrum Apollinis & Musarum introire, quibus tu Pontifex, foco tuo, (erat enim bruma) velut aræ assidens, victimas sacrificares, in media Virorum Spectatissimorum, qui Sacerdotes Collegas referebant, & quos inter Supremorum in Europa Principum ac Rerumpublicarum Legatos quoque fuisse memini, te cingente corona. Metum tamen, ut poteram, premens, ac vultu spem simulans, cum obviam procederes, manum, quam offerebas, ori meo admovi, & paucissimis verbis, ne quid tibi, a-

bi,aliisq; fastidio essem; Ignosce, inquam, CAPELLANE CLARISSIME, si tui celebritas nominis, hominem peregrinum, Bonam Mentem, & Literas serio amantem, tam audacem facit, ut te adire unice expetat, hocq; pretium ingens itineris sui referre velit, tecum sermonem contulisse, apud suos Francos, olim ut jactare possit. Fac, obsecro, periculum, invenies me tui reverentissimum, si te colere permiseris. Ibi tu, vultu in blandissimam humanitatem composito, Salvus sis respondebas, mi Popularis magis, quam Hospes: haud inauspicato te huc tetulisti. Talibus, qualem tu profiteris, patet mea domus, itaque, quoties voles, in eam intromitteris, imo vero, si mereberis, complectar te quoque hoc animo: En dextram, fidemque, quæ neminem unquam fefellit. Interea loci, asside nobiscum, atque accipe hoc primum meum beneficium, quod tam honorato cœtui interveniendi, facultatem largior. Nec mora, veniam, apud Gravissimos, qui aderant, Viros præfatus, parui ego jussis, tu vero, CAPELLANE ILLUSTRISSIME, interruptum meo adventu, orationis filum repetebas. Non diu protraxeras sermonem, & huc denique, circuitione quadam, evasit, ut a me quæreres, quibus maxime studiis fuissem intentus? Respondebam, præterquam quod Divini Humanique Juris scientiam aliquam, cum multis mihi communem, parassem, satisfecisse me imprimis ardentissimo affectui, quo sacras Judæorum

rum Antiquitates, veteremq; Hebraicam, cum cognatis Linguis, amare adolescens cœperim, nec perdidisse forsitan in isto doctrinæ genere parando, oleũ me cum opera. Quæ, cum ita dixissem, Macte, Hospes, inquiebas, eruditione hac recondita. Fateor, est aliquid, nosse Historiam victoris terrarum Populi, ejusque sermone terso uti & nitido. Placent, qui apud Græcos sepulta eruunt, & eo modo loquuntur, quo & Homerus, & Orpheus, & Dodona, & Apollo, & Oracula loquuta sunt. Tua dignior est occupatio, nam Lingua, quam discis, non Naturæ, non hominum, non Dæmoniorum, sed ipsius veræ Divinitatis genuina vox est, quæ, sub ista verborum conceptione, hanc universi machinam condidit, eademq; humano generi primũ innotuit, Legesq; postea illi dictavit, inter validos terræ motus, fulmina, & tonitrua. Atq;, quo rariores, post abductos in postremam captivitatẽ Judæos, omnibus seculis reperti sunt, qui de Gente Judaica, illiusq; Lingua, amplius ut soliciti essent, dignati fuere, tanto magis tute cœptos labores urge, & in Patriam redux, ad Reip. ab æterno Numine ordinatæ, veteres ritus & instituta, quorum ignorantia nos adhuc graviter exercet, sedulo enarranda, aliquid conare. His ita prolatis, cum & gestu, & voce significassem, fere desperare me, ut tanta exspectatione dignum quid præstiturus sim, mota postea a te quæstio fuit; Ecquæ causa esse posset, quod cum circa veterum Græcorum & Romanorum, Patrum etiã quorundam

Eccleſiæ, relicta monumenta, tam diligentes ſe præſtiterint poſteriorum ætatum eruditi, ut omnia aut Verſionibus, aut Commentariis, etiam bene multis, in unum & eundem librum coacervatis, redderent explicatiſſima, Hebræorū interim ſcripta, penitus neglecta abjectaq; manſerint? Miſchnæ, ajebas, tractatuum pauci, Gemaræ, vix ullus a tanto tempore Latine extant, fieri tamen non poteſt, ut nihil ſani ſobriiq; in immenſo ſit opere, imo delectant me multa, ex iis, quæ inde fuerunt prolata, conferuntq; ad Scripturæ intellectum, & notitiam canæ illius Vetuſtatis, cui præ omnibus aliis circumſpecta ac religioſa debetur reverentia. Cum ceſſaſſes, vel ipſas, dicebat aliquis, putidiſſimas Judæorum fabulas, divulgare operæ pretium erat, allaturas momentum aliquod, ad eos redarguendos. Atenim, inquiebat alius, credo conceſſuros omnes qui ſapiunt, Alcoranum Muhammedanorum, minus quam Talmud utilitatis, affaniarum æque ſatis continere, proinde valde mirum, quod Chriſtiani de hoc neutiquam, at de illo, in varias linguas convertendo, ſoliciti fuerunt utique. Hic, tertius, quaſi interpellans, vero mirum id eſt, inquit, cum Judæi paſſim per Europam nobis Chriſtianis immixti ſint, Turci omnes, extra ejus propemodum terminos, & a Fidelibus plane ſecreti degāt, atq; a raris viſitentur. Quin, addebat alius, eſto, nihil a Talmudiſtis, cæteriſq; quotquot unquā extitere, Rabbinis, lectione valde dignum editum fuiſſe, ſaltem

tem Maimonides excipiendus fuerit, & ratio flagitabat, ut ii, qui illius hominis lucubrationes, tantis deprædicarunt laudibus, earum integra translatione procurarent Reip. Literariæ commoda, nec frustra nobis salivam moverent. Mox tu, CAPELLANE ILLUSTRISSIME, iterum loquentis partes sumens, nimirum, huc res omnis, ajebas, recidit; difficilis est Hebræorum altior literatura, & hæc maxime causa, ab istis discendis, multos Christianorum arcuit. Quoniã paucis inter ipsosmet Judæos, datum est in illa abdita penetrare, qui tamen huic uni studio vacant, inter id nutriuntur, educantur, ætatemque consumunt suam, non licet alienigenis promiscue multa addiscere, quorum profectibus insuper, & Magistrorum & librorum inopia, Judæorumque scita sua revelare detrectantium livor, vehementer obstant. Cum in hanc sententiam crebris itum esset suffragiis, denique soluto splendididissimo consessu, discessimus, & ego nimium gaudens, prospere, atque ex sententia omnia mihi successisse, domum meam repetebam, illico apud Amicos professus, longe majora, de te, tuaque eruditione, & humanitate, ipsa re, quam fama me comperisse. Sic vero tui admiratione pariter, & amore penitus captus, probeque perspiciens, quantum ex tua, eorumq; qui te sectantur, conversatione, capere possem commodi, nolui occasionem tam optatam, & affectibus, quibus te serio complectebar, & meæ

in discendo cupiditati indulgendi, amittere. Proinde, non facile ullum intermisi diem, quin semper ad te venerim. Certum est,& sine fraude aut ambitione hoc dico, haud aliud tempus, irreligiosis occupationibus dicatum, tota vita collocavi melius. Aderant enim mecum, omnium ordinum, omnium ætatum,omnium in Europa gentium Viri, modo de verbis aliquid sciscitantes, modo de rebus, plane persuasi, quæ cuncti ubiq; ignorarent, te unum posse explicare sine molestia. Et sane,non memini,quenquã dubium, suisq; difficultatibus implicitũ, a te recessisse. Illa enim diffusa in immensam varietatem eruditio tua, satisfaciebat singulis,illustrabat obscura,solvebat problemata,expediebat quæstiones, & quasi exerto digito,pulchre monstrabat nobis veritatem. Atque ista quidem, mira verborum suavitate, sine fastu, sine ostentatione, sine supercilio peragebas. Non enim doctior, quam melior es, CAPELLANE OPTIME, tuamq; animi moderationem,assiduam vitæ frugalitatem,continentiam perpetui cælibatus illibatam, cæterosq; ad virtutem examussim compositos mores,cum cogito, in eximium solidæ laudis, ac boni viri exemplum, a præside Naturæ Genio, formatus mihi videris. Neq; vero fieri potest,ut aliam opinionem,aut de doctrina tua,aut vitæ sanctimonia forment,qui præclarissimum, & quale Gallia prius nunquã viderat,nec visura deinde est, Poëma tuum, AURELIANENSEM PUELLAM, oculis

lis suis leviter usurparunt. Etsi enim, ad vere de illo judicandum, unum hominem sufficere negant, tamen, eam vim dictionis, sententiarum pondus, ubertatem rerum, tamq; subitos & divinos motus, nemo non ibi deprehendit, ut facile Polyhistoris lectionem, Philosophi disciplinam, & facultatem Poëtæ, ultro agnoscat. Libet gratulari DIs Manibus FORTISSIMÆ HEROINÆ, cui tu laudator obtigisti, & cujus discrimina, victorias, manubiasq;, modo in cumulum, modo in seriem, dum colligis, explicasq;, tandem, quod diu debebatur, ea dignum, duraturumq; cum rerum æternitate tropæum excitasti. Fateor, magnum libro præmium statuit, Excelsissimus & perennis memoriæ Princeps, HENRICUS LONGEVILLEUS, nec audivi ego, nec adeo legi, unquam majus, vel ab ullo Cæsare aut Rege, quenquam Eruditorum, ob suas ei dicatas lucubrationes, retulisse. Sed, manserunt te alia insuper, non minoris forsitan facienda, quæ inter, celebritas præcipue & claritudo nominis tui, cujus fama orbem literarium universum postquam pervasit, cum jam, quo ultra progrediatur, non inveniat, missa tellure, plenis alis superna petit,

VIAMQUE AFFECTAT OLYMPO.

Verum, ad me redeo, quem brevi, etsi immerentem, ita amare cœpisti, ut inter cariores tuos locum me habere, non tam verbis mihi testatus sis, quam ipso facto.

Ut enim cætera taceã, auctor & hortator Amicis quoq; tuis fuisti sedulo, benevolentia me complecterentur, neq; cessasti, priusquã magnos illos, & sine sincera veneratione nunquam nominandos mihi Viros, GAULMINIUM, HARDYÆUM, TEVENOTIUM, MENAGIUM, VALESIOS Fratres, BULIALDUM, LAUNOIUM, BIGOTIUM, VATTIERIUM, DALÆUM Patrem & Filium, omnes Reip. Literariæ, quosdam ad hæc etiam Supremæ Parisiensis Curiæ Proceres, nec non illud muliebris sexus luculentissimum ornamentum, Illustrem MAGDALENAM SCUDERIAM, mihi redderes quam faventissimos. Quæ, in Urbe cum mihi præstitisses, Hispanicum postea ingressum iter, iis literis instruebas, ut Eminentissimus, qui tum Madriti morabatur, CHRISTIANISSIMI REGIS Legatus, EBORODUNENSIS ARCHIEPISCOPUS, Richelii & Mazarini Cardinalium, sagacis non minus prudentiæ, quam gloriæ æmulus, creberrime & colloquio dignaretur, & cœnæ insuper adhiberet. His talibus, tantisq; tuis in me meritis, etsi jam planissime impar eram, tamen non constitit inter ea tua benevolentia. Illum enim, ex Hispanica peregrinatione ad te reverso mihi, cum jam Patriam meam repetere decrevissem, deniq; addidisti cumulum, quem profiteri summopere erubesco. Ne tamen turpissima ingrati hominis nota mihi inuratur, dicendum aliquid, etiam cum meæ modestiæ periculo. Notaveras, CAPELLANE ILLUSTRIS, ex meis sermo-

sermonibus, me non perfunctorie observare suspicereq; solertissimam illam sapientiam, qua Primarius apud Vos REGIS Minister, Excellentissimus JOHANNES BAPTISTA COLBERTUS, non in nostri tantum, sed omnis ævi Summis Viris numerandus, grassanti ad sublimia virtuti fortunæque AUGUSTI PRINCIPIS sui, per omnia obsequii munera sufficit: Ita, ut quicquid inventi novitate instaurandū, emendationis industria reparandum, dirigentis autoritate muniendum, domi, & in Asiæ, Africæ, ac Americæ Coloniis, rerum conditio, aut temporum casus suppeditant, ipse sua dexteritate egregie moderetur. Id igitur me penitus clam, & nihil tale, ne per insomnia quidem fingente, enixe operam dabas, ne a Vobis discederem, huic Galliæ Palladio, omniumq; Artium & Literarum apud Regem suum Patrono, prius sacra quam fecissem, illumq; compellassem, per quem Divina LUDOVICI Liberalitas, sese terrarum orbi dispensat, suaq; sparsis per omnes populos Eruditis, munera dilargitur. Atq; hercle, reddidisti effectum, quod fueras aggressus; propitiasti mihi Genium incluti Mecænatis, & quidem in tantum, ut non alloquio solum me bearet, sed & ea concesserit, quæ vota vel ambitiosissimi mortaliū poterant superare. Non plura eloquor, ne quis arbitretur eo me vesaniæ progressum esse, ut digno mihi obtigisse credā congiaria maxima, quæ toties fuerunt tributa. Quin vero, si quid unquā ex animi mei sententia dixi, id

id nunc edico ac teſtor, verum, certum, & exploratum eſſe, vix potuiſſe ulla ignobilius collocari. Sed, uti in cæteris, REGUM MAXIMUS, formoſiſſimum mundi lumen SOLEM, cujus Symbolum refert, imitatur, ita, quoniam hic, etiam pecudi paſcenti, facem quaſi miniſtrat, eapropter ipſus pariter, ſæpe indignos muneribus ſuis afficere juſſit, ne pauciores bearet. Tot nominibus, CAPELLANE ILLUSTRIS, cum tibi obſtrictus hactenus vixerim, diſpiciendum deniq; erat, abſenti mihi, & procul a te remoto, de modo aliquo, hunc animum beneficiorum memorem tibi teſtandi. Quod, etſi pro tuorum meritorum dignitate, meoq; voto, facere nunquam poſſum, tamen iſte liber, tuo hortatu, tuisque auſpiciis cœptus, & quem tibi, veteri formula, DO, DICO, CONSECRO, ſi quid boni, quod non deſpero, ei ineſt, apud ſuperſtites æque ac poſteros, ſemper fidem faciet, non defuiſſe mihi voluntatem. Probe ſcio, ſufficit tibi ingenuus iſte affectus, nec alia abs me poſtulas. Sat enim præconum habes laudis tuæ, nec mea ad illam deferendam, valde opus eſt linguæ hæſitantia. Mihi ſuffragationis gloria relicta eſto, qua iis, quæ alii, & prorſa & verſa facundia, de te ſcripſerunt, calculum adjicio, imprimis vero, illud invidendum elogium, quod, Vir, ſi quis alius, hoc ſeculo ſublimis ingenio doctrinaq;, *Petrus Gaſſendus*, pronunciavit, & quo verbis pauciſſimis, quicquid in viri conſummatiſſimi, prædicatio-

nem

nem enunciari potuit ac debuit, admirabiliter magnificeque complexus est, comprobo, & repetere totus gestio. Magni enim illius, immortalisque Vestri *Peireskii* vitam persequens, inter cætera, *Non longe post*, inquit, *renunciata est, quam acerbe profecto tulit, amicissimi Malherbii mors. Cum vero luctum non modo sibi, sed Musis etiam Gallicis indicendum arbitraretur, consolationi tamen fuit, quod successisse videretur, & sui amicus, & Gallicæ Linguæ, Poëseosq; arbiter, singularis Vir*, JOHANNES CAPELLANUS; *in quo semper eruditionem, cum sapientiæ studio, & morum lenitatem, cum animi candore conjunctam, suspexit.* Non Apollinis magis, quam hoc effatum, verum fuisse deprehenditur, talis profecto es, CAPELLANE OPTIME, & talem te æternum Numen diutissime nobis præstabit. Vale, Fave. Altdorfi Noricorum a. d. XV. Decemb. Anno CIϽ IϽCLXXIII.

Qualiter è patriis excitus sedibus ardens
Spe Mercator opum, peregrino Sole calentes
Lætus adit terras, seu quas Eous adurit,
Seu quas occiduus tepefacta luce serenat:
Non hunc flexanimi fletus & vota parentum,
Fratrum & Amicorum, non dona oblata retardant
Consilio indicto, sed nec longinqua viarum
Propositique animo cautes, non horrida silvis
Avia tesquorum, non quæ dumeta paludes
Occultare solent, tubulisque excussa latronum
Fulgura, & inciçuri spelæa horrentia rictu,
Non radii urentes, non inclementia brumæ,
Non nivei montes, non ruptis turgidus antris
Æolus insurgens, non naufraga saxa Maleæ,
Scyllæique canes, & vecta cadavera ponto,
Dum spolia ex variis terris detracta propinquis
Victor ovans referat, postes & lauribus ornet;
Haud alia incessit retrò volventibus annis
WAGENSEILIADEM, Genio stimulante, cupido,
WAGENSEILIADEM, qui non sine Numine Divûm
Cùm venis sacram puer effervescere flammam,
Virtutem penitis totam ebullire medullis
Sentiret, mitemque simul miscere Minervam
Ingenio pietatem, & jungere moribus artes,
Quæ tùm (nam memini partim) exsiliére latentes
Pectore scintillæ? quis ad ardua contendenti
Mente recursabat vigor, ut, quam fixerat ardor
Indolis, impleret pernix industria metam?
Jam cum lacte favos quæ quondam immulserat ori
In somnis puero Pallas, concessit adulto

 Elo-

Eloquii expressisse decus Latialis ad unguem,
Mox Veneres Grajæ multoquè satellite junctæ
Despondére sibi Juvenem, & discedere longè
Jussere æquales, queîs victis, sacra profanis
Conjungens, cum Mose Sinam, cum Nuniade ipsam
Ingrediens Canaan, Salomonis ad atria demum
Pergere constituit; mox Zorobabelis in æde
Lustravit, si quid Thalmudis Mischna recondit
Versibus, aut Mischnæ succenturiata Gemara,
HACKSPANI auspiciis reclusit id omne sagaci
Ingenio, è scoriis aurum scrutatus opimum,
Hinc ad Chaldæos progressus opesquè Syrorum
Sollicitans, gazasquè Arabum, quotcunque putaret
Inservire DEI templo, Christique tuendis
Laudibus, invitis quas verum extorquet Apellis.
Fama Viri angustis nequiit se claudere campis,
Quin priùs implêrat propriâ loca turgida laude,
Quàm pede contigerat. Verpûm Synagoga stupebat
Liminibus prodire suis Thalmudica posse
Dogmata, Gentiles quæ non spectare deceret.
Interea fusis passim excurrebat habenis
Corpore & ingenio, inque sui rapiebat amorem
Galliæ & Italiæ florem, cultosque Britannos,
Et Batavos, ipsos demum est aggressus Iberos,
Hosque omnes dubios, num plus cognoscere possent
WAGENSEILIADA Doctore, an plura referret
Discipulus gratus. Nostram hæc dixisse Camœnam
E Phœbi tripode, an potius dixisse minora,
Pro candore Tuo demum arbitrabere Lector.

Nobilissimo Dn. Autori meritissimam ob præclarum opus famam, sibi autem felicissimum eventum, concepti ante annos XX. & haud paulò ampliùs ominis, gratulatur

Joh. Conradus Dürrius P.P.

ODE

ODE EPIGRAPHICA,

Nuncupationem & Tractationem Libri hujus exponens.

DOctæ Sorores, pectus an dolor clausit?
Pimplæus humor, humor ille
Fontis sub ulva cur latet?
Quis pudor ora subit?

Dicamne? luctus, vel timor novem Musas
Habet: Silentium loquetur,
Quod Mentium Deæ timent:
Nec reticebit amor.

Lugent Camœnæ mortuum CAPELLANUM,
Fratrem sorores, non; parentem
Suum queruntur filiæ:
Hinc lacrymæ Aonidum!

Nolite, quæso, fletibus deturpare
Pulchrè nitentis ora libri;
Quem Principis vestri favor,
Jusserat esse suum.

Auctoris ingens sanctitas colit Manes,
Præstatque debitos honores
Heroicis virtutibus:
Sic juvat esse pium!

Hæc grata mens est, quæ diu mori nescit;
Sed Mortuum, viventis instar
(Nam vivit Ille mortuus)
Gratibus insequitur.

Doctos amavit Gallus Ille Germanos,
Germana Musa, sic amato

 Gallum

Gallum: *Hoc amoris prælio,*
Vincitur hostis amans!

Hostile nil, crudele nil, bonos inter
Viros; amica sunt amicis
Concordiæ certamina:
Hac mihi pugna placet!

Sed quid stupetis? Vos *adulteram*, credo,
Castæ puellæ dum timetis,
Stantem *solutis crinibus*,
Dedecus hoc fugitis.

Spectate testes; damna ferre damnatam
Videtis, atque *castitatem*
Qui *casta* mens est, legibus
His decorare DEUM

Nudata pectus terret, & *sinu scisso*,
Dicetis? ecce, cor supremus
Et ipse Judex inspicit:
Pectora vestis honos!

An vos *Sacerdos* ille terret *Hebræus*,
Senex verendus? at *Sacerdos*
Et vos Apollo *virgines*
Spectat, honorat, amat.

Aqas amaras, pergitis, Caballinus
Fons nescit; hinc dulces poëtæ
Lambunt liquores: Haud *tumet*
Venter, ut ingenium.

Ex fonte templi *veritas* ut hauritur;
Haurire sic *artes* soletis,
Ex fonte vos Permessio:
Fundit uterq; suum!

Sic

Sic est: timor luctusque vester haud prosunt
Quicquam; facessat omnis angor;
Vivit CAPELLANUS; *Viri*
Gloria non moritur!

Vovete: WAGENSEILIUM DEUS SERVET
Sapphyrinumque stamen Illi
Ducendo, gemmata colu
Deproperet Lachesis!

Ita vovet Suo,
Norimbergæ

C. ARNOLDUS, Histor. Eloq.
Poëſ. & Græc. Ling. P.P.



— Dryadum ſylvas, ſaltusq; ſequamur
Intactos.

PRÆFATIO.

Libros Talmudicos, ſeu vaſtum æque ac difficile illud Opus, quo Judæorum πατροπαραδόσεις, ita urgente neceſſitate, etſi contra Majorum inſtituta, literarum monumentis conſignatæ ſunt, extra Rempublicam Literariam Chriſtianorum non penitus eliminandum eſſe, pridem a Viris Doctis probatum eſt. Neque ſane, niſi rerum valde imperitus, unquam negaverit, eſſe in eo longe plurima, e quibus (quod palmarium eſt) & Veteris, & Novi Teſtamenti Tabulæ, tum deinde Prudentia Civilis, Facultas medendi, Morales, & Contemplatrices Diſciplinæ, denique, verbo, omnes tam divinæ quam humanæ res, inſigniter lucem, auxilium, conſilium accipiant. Equidem, non ignoro, eſſe multos, qui abjecte nimis & humiliter, de Talmudicis Pandectis ſentiant, arbitrantes, nihil præter aniles fabulas, & Rabbinorum amentium deliria, in iis contineri, & jactantes crebro, illud duorum Reipublicæ Literariæ primariorum Virorum effatum: *Solum Moſen Maimonidem* (At is Seculo poſt natum Servatorem noſtrum, XII. demum floruit) *inter ſuos deſiiſſe nugari.* Ergo inferunt, quotquot illum anteceſſere, architectos futilium gerrarum fuiſſe, & inſanire cum harum venditoribus, ſi quis illas liceri velit. Sed, condonabunt nobis, haud gravatim, qui ita colligunt, ſi nos contra reputando, in re non minimi momenti, id, quod a ſola authoritate deducitur argumentum, non omne negotium, continuo effectum reddere, intrepide aſſerimus. Abſit vero a me quam longiſſime, ut celebri famæ, quam Summi illi Viri, Literarum elegantiorũ incomparabili peritia, ſuo merito ſibi pararunt, vel tantillum detraham, nam, & ſuſpicio illos ex animo, & aſſurgo ſemper tantis nominibus. Tantummodo ii, qui tam frequenter hoc dictum in

ore habent, ac crude acceptum, etiam præter ipsorummet, uti plane persuasum habeo, Autorum mentem, late nimis extendunt, ne longe multumque cum Veritatis detrimento serpat error, monere me cogunt, cautione aliqua hic opus esse, & fieri posse, ut Viri Eximii, aliis curis distracti, non Talmudis tantum, sed ne Maimonidis quidem lectioni, sedulo vacaverint. Atque, de uno horum, id quodammodo suspicor, de altero, res plane caret dubio. Quippe, est, ubi iste in ipso nomine cespitat, & Maimonidem modo a *Rambam*, modo a *Mose Ægyptio* diversum facit; quorum utrumque prave factum esse, probatione longa non indiget. Nam, ut Danielis Heinsii, præstantissimi virorum, in Aristarcho pag. 415. verbis id dicam: *Maimonides tantum ex contractione, aut primis literarum notis, Rambam appellatur.* Inter Mosen vero Ægyptium, & Mosen Maimonis filium, nihil intercedere discriminis, ipse, de quo, pace Deorum Manium illius, agimus, Insignis vir, oblitus eorum, quæ antea scripserat, diserte alibi professus est. Imo, in eodem illo loco, quo ipse Plinii de Diodoro Siculo, verbis, Maimonidem primum inter suos desiisse nugari, pronunciavit, ita hunc allegat, ut facile constet, plus eum alienis oculis indulsisse, quam suis: additq;, æternum illud Opus *Jad*, quo suo merito is Scriptor, immortalem sibi gloriam, non inter suos tantum, sed Christianos etiam, paravit, *esse instar Commentariorum in Præcepta quæ Affirmantia, quæ Negantia;* quod & ipsum, nisi recte accipiatur, cuiquam erroris ansam præbere utique posset. Scilicet, quod argumentum sit Operis Jad, illis, quibus hoc ad manus non est, nullo negotio perspicue discere licet, ex ætatem prædicandi Johannis Buxtorfii, Avi, Bibliotheca Rabbinica: & brevissime, id, quod res est, edisserit Genebrardus, dum l. 4. Chron. *Rabbi Moses*, inquit, *filius Maimon Anno* 1176. *absolvit suum Mischna*, (Opus Jad enim alio nomine משנה תורה seu δευτέρωσις τοῦ νόμου dicitur) *quo totum Talmud, lingua pure Hebraica, elegantissime est complexus.* Talmudis igitur Compendium, Opus Jad est, nec Commentarii vicem in Præcepta Affirmantia & Negantia id præstare, dicendum fuerit, nisi simul de ipso Talmude idem quoque prædicare quis præsumat. Quod, etsi aliquo sensu verum est, saltem a nostro tamen loquendi usu, id nonnihil videtur re-

tur remotum. Atque sane, tantum abest, ut ipse Maimonides suum Jad pro Commentario in Præcepta Affirmantia & Negantia agnoverit, ut potius egregio illo opere perfecto, in isthæc seorsim scribere cœperit: Cujus quidem Commentarii memoriam, tantum apud Authorem Schalschelet Hakkabbala pag. 43. a. reperi: Nisi de eo loquitur ipse quoq; Maimonides, sub calcem Epistolæ, missæ ad R. Pinchasum Judicem Alexandrinum, quæ, modo laudati Buxtorfii Institutioni Epistolari Hebraicæ, subjungitur: & tum dicendum fuerit, Arabice primum conscriptum esse librum, ac deinde vel ab ipsomet Autore, vel ab alio, in Hebraicam linguam fuisse conversum. Sed, hæc missa facimus. Interim, si talis tantusq; est Maimonides, qualis, & quantus, a Viris doctissimis prædicatur, jam alia omnia potius, quam quæ vulgo eliciunt, inde sequi necesse est. Quippe, aut vehementer fallor, aut Talmud in pretio habendum; *Cum solidæ & ingentis doctrinæ vir, quiq; primus inter suos desiit nugari*, id dignum judicaverit, quod contractum, & puriore sermone donatum, posteritati consecraret. Nisi quis hoc admiserit, cum fateatur oportet, insignem quoque nugatorem fuisse Maimonidem; nec enim fieri potest, ut Epitome toto genere differat, ab uberiore operis contextu; &, ut ii qui Trogum, & Livium abbreviarunt, sani quid & sobrii nobis memorent, si alteri non præcesserint. Nempe, ex ungue, de Leone, aut, ut magis apposita utar similitudine, ex Manu (Maimonidis enim opus, יד חזקה sive *Manus Robusta* inscribitur) de reliquo Corpore, fit judicium; ut proinde laus, quæ Maimonidis Jad tribuitur, non possit non in ipsum Talmud redundare. At, dicat quis: Non operæ pretium esse, in legendo Talmude, bonas horas consumere; excerpsisse optima quæque Maimonidem, iisque nos contentos vivere posse. Imprimis, cum scribat R. Alia Chajim in præfat. אגרת חמודות sive *Epistolæ de Rebus Insignibus*: מעיד אני שראיתי כתב כמהר״ר עובדיה האומר שבאו בימיו בירושלם יהודים שהיו באים ממקצוע דרומית מזרחית על ים אוקיינוס ואמרו שאין להם פסק אחר זולתי ספר היד של הרמב״ם וגם אני הצעיר קבלתי מזקני הדור שבסלוניקו

שבסלוניקו ואומרים שיש קבלה בידם שזה החבור נתפשט מעבר לחלח ונהר גוזן ביד י׳ שבטים׃ Id est: *Testor, me legisse scriptum ab excellenti omni genere laudis R. Obadia, suo tempore Hierosolymas venisse Judæos a plagis Australibus, & Orientalibus, per Oceanum eo vectos, qui professi sint, uti se* (domi) *in foro, solis decisionibus Libri Jad a Rambam conscripti. Ego quoq, minimus* (illorum, qui sapiunt,) *audivi viros non minus doctrina, quam senio venerabiles, Thessalonicæ mihi narrantes, Avorum traditione se tenere, illum librum evulgatum ultra Chalach, & fluvium Gozan, atq; teri manibus decem Tribuum* (a Salmanassare in captivitatem abductarum.) Esto, hæc ita se habere; & fateamur tantisper, etiam illos Judæos, quos nullus Sol lustrat, in Maimonidis Jad legendo, pervigiles lucubrare. Illud tamen, in vicem omnino nobis concedendum, non quævis utilia, ita Maimonidem e Talmude excerpsisse, ut mera putamina reliquerit. Egit Maimonides, quod agendum sibi sumserat, & Decisiones ac placita Magistrorum, de Dubiis, quæ circa Divinas, & a Sapientibus, his superadditas Leges, nasci poterant, congessit, perque materias, & titulos ordine disposuit, ea, quæ alterius argumenti sunt, ne minimo quidem digito attingens. Adde, quod nec ipse Maimonides, Opus Jad concinnando, id unquam intendit, ut Talmud hominum manibus excuteret. Nam, aliam longe ei mentem fuisse, non solum ostendit illius Commentarius in Mischnam; verum R. Abraham Ben David, Maimonidis ætati suppar, illiusque æmulus, in suis השגות insuper testatur, Maimonidem Opus Herculeum, ingens, atque adeo immensum, redigendo in unum, Talmud Babylonicum, Hierosolymitanum, & Tosephot, moliri cœpisse. Quin, & ipse rursus Maimonides, in Præfatione Mischnæ, memorat, se super tres partes Gemaræ scripsisse Commentarios, qui, utinam tandem ad nos pervenirent, quam præclara, & hactenus occulta, discere possemus. Etsi enim Cl. Buxtorfius Filius, in Præfatione More, eos non extare asserit, tamen, nisi de solo Occidente nostro loquitur, decepit eum opinio, excideratque illi, legi de iis apud Autorem Schalschelet Hakkabbala pag. 43. a. לא נתפשטו בארץ אדום אמנם ראינו מהם

ב׳ או ג׳ מסכתות ובלשון ערב כתבם: Id est: *Non extant in Regionibus Christianorum, nihilominus vidi de iis duas aut tres Massichtot, scripta autem sunt Arabice.* Fallor, an de his Commentariis accipiendus quoque Ferdinandus Nuñez Pincianus, in Notis ad Johannis de Mena Cordub. Labyrinthum Poëticum Cantu 124. quando ait: *Rabbi Moses de Egypto, Medico del Soldan, compusò un libro en Medicina, que se llama, Flores del Galieno, y el Moreto* (citra dubium More Nevuchim innuitur,) *en Theologia, y copilò sobre el Talmud, grande escriptura.* Cæterum, non magna conjectura indiget, ut assequamur, quid tandem occasionem dederit Viris Doctis, ut cum Maimonide, & natam primum, & fere mortuam quoque, apud sequioris ævi Judæos, Sapientiam arbitrarentur. Etenim, quam acri judicio, quam solida Philosophiæ cognitione, præditus is fuerit, ex translationibus variis Libri More Nevuchim, quem Arabice Autor scripsit, perspexerant. Accedebat Operis Jad, purum, nitidum, & tersum illud dicendi genus, nullis, ut alia Hebræorum scripta, difficultatibus obnoxium, nullas tenebras legentium oculis offundens. Placuit pulcherrima illius dispositio, in qua artis dividendi, & παιδείας regulæ ad amussim observantur. Cum vero omnia ita recitet Maimonides, quasi non aliunde, sed ex ingenio depromta sint, illi soli accepta referenda esse Lectores arbitrati sunt, quæcunque literis consignavit, & pro illius peculiaribus rebus accepere, quas tamen non nisi commodato, a Talmudistis acceperat. Ergo, ex illa Autorum suppressione, id sane propemodum evenit, quod eventurum jam olim suspicati sunt Judæi, & Maimonidi adhuc vivo vehementer exprobrarunt. Scilicet, evidens periculum esse querebantur, ne periret, aut saltem magnum detrimentum pateretur, memoria Talmudistarum, metuebantque solum ipsum volaturum per ora hominum, & famam sibi paraturum ac gloriam. Prolixe Maimonides, in ea, quam supra allegavimus, ad Alexandrinum Judicem scripta epistola, probare satagit, non se dolo malo fecisse, quicquid fecerit, neque unquam in mentem sibi venisse, hoc conari, ut veterum Sapientum nominibus oblivionem induceret. Interim tamen, (quod ex occasione adjicimus) cum ipse

quoque incommodum aliquod, ex illa, quam ſecûtus fuerat, ſcribendi ratione, emergere deprehendiſſet, fere eandem ſibimet displicuiſſe animadvertimus. Nimirum, narrat in iisdem literis, veniſſe aliquando ad ſe nonneminem, & quæſiviſſe, qua autoritate in Opere Jad, in materia quadam damni illati, ita de jure pronunciaſſet? cumque reſponderet, ſic haberi, aut in propria ſede in Talmude, aut in Capite אלו הן הגולים aut in Sanhedrin, ubi de Homicida agitur, ſubjeciſſe alterum: Pridem ſe conſuluiſſe omnia illa loca, & addidiſſe quoque Talmud Hieroſolymitanum, & Toſephot, verum fruſtra. Ibi vero obſtupuiſſe ſe penitus ait Maimonides, per horam integram, tandemque dixiſſe, redeo in memoriam hæc legi in Gittin; verum, cum prolato libro, nihil reperiſſet, juſſit hominem diſcedere, ſeque amplius cogitaturum, eſt pollicitus. Poſtquam multa verſaſſet, meminit denique illud effatum in Jebamot fundari, & de illa re percontatorem reddidit certiorem. Hanc ob rem, tum quia turpe exiſtimavit Maimonides, ſi autor Epitomes, non poſſit illico oſtendere, e quo loco, libri, quem abbreviandum ſibi ſumſit, quodque dictum ſit congeſtum; tum, quia fontis perveſtigationem, quæ ſibi negotium faceſſebat, tanto difficiliorem reliquis futuram, non abs re arbitrabatur, ideo ait: נחמתי שלא חברתי עם חבור זה ענין שאני אומר לך ובדעתי אם גוזר השם יתברך שאעשנו אף על פי שיש בו טורח הרבה שכל הלכה שאינה במקומה באותו ענין אודיע מקומה Id eſt: *Diſcructor animi, non me addidiſſe Operi meo, illam, de qua ſermo hactenus fuit, Indicinam locorum Talmudicorum: Atq; propoſitum mihi, volente Deo B. eandem elaborare, etſi res multi laboris eſt, apertum faciendo, unde ea, quæ in Talmude, in loco proprio, non extant, ſint depromta.* Ex hactenus dictis, ſatis perſpicue apparet, tantum abeſſe, ut Maimonides Talmudiſtis opponi poſſit, ut potius omne ingenium, ſtudium ac diligentiam, in hoc impenderit unice, quo Talmud illuſtraret, ornaret, & hominibus redderet commendatiſſimum, atque in his laboribus, ætatem illum conſumſiſſe ſuam. Sed enim, queruntur vulgo, innumeras in Talmu-

de fabu-

de fabulas esse, adeo crassas, ineptasque, ut non nisi ipso communi sensu carentes homines, eas comminisci potuerint; ridere eas ipsos Judæos Karaitas, ac Cl. Buxtorfio in Notis ad Cosri pag. 204. teste, quendam R. Aharonem, etiam librum מורה אהרן inscriptum, adversus eas edidisse. Equidem, non dissimulo, deprehendi in Talmude, ipsoque adeo quem explicandum nobis sumsimus libro, multa frivola, putida, ac ab omni ratione aliena. His vero, uti ex præcepto Apostoli, Tit. I,14. minime assentiendum, ita tamen, vel ipsa illa aliquem usum habent, imprimis quando adversus Judæos disputamus, & saniora, (O utinam tandem de hoc serio cogitemus!) homines edocere volumus. Nisi enim provide & suo quoq; illos gladio adoriamur, incassum est, quod molimur, nec unquam victas manus porrigent, vel *Alcorano*, in, *de Ape*, & *de Aranea* Suratis, dicente testimonium. Attamen, non admodum refragari velim Talmud venerantibus Judæis, dum contendunt, sub ipsis illis fabulis, quandoque veritatem abscondisse veteres, more quondam recepto, ut ænigmatis & parabolis, arcana Sapientiæ traderentur. Revocant nobis in mentem, in ipsis Sacris literis, multa hyperbolice dici, & memorari ibi, Urbes ad cœlum usque munitas; Arbores, de Rege eligendo celebrantes Comitia; & plura hujus generis. Juvat adire Talmud in Chullin fol. 90. b. & Maimonidem in Præfat. Seder Seraim, ubi prolixe, & erudite in hanc rem disserit. Nec defuere, inter Talmudistis obnoxios Judæos, qui Gemaræ Paradoxa, adversus Karaitas & Christianos a contemtu vindicare conati sunt. Consulendus Liber עוללות אפרים pag. 135. seqq. Et, qui ante annos paucos excusus, שני לוחות הברית Præcipue vero liber כפתור ופרח qui totus, ob eam, quam dixi, causam, est conscriptus: Cl. Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica, librum egregium & jucundum merito vocat, atque nos, in Notis nostris, quædam ex illo repræsentabimus. De ipso hoc argumento, Autor Schalschelet Hakkabbala, pag. 66. b. librum ספר הלמודים inscriptum, edidisse se asserit: quin & de eodem, commentarium pollicitus est ipse rursus Maimonides, circa finem Præfationis, quæ explicationi Chelek præmittitur. Æquum enim erat, ut ipse fidem

facerot

faceret dictis suis, dum loco ante allegato audacter affirmavit, inter Judæos, non nisi scientiarum prorsus rudes, &, qui nec sibi ipsis consulere possunt, nec alios, qui bene suaderent, unquam habuere, verba incredibilium illarum narrationum, in literarum sensu accipere. Atque profecto, ne ipsi quidem Muhammedani, omnes tam bardi, ac fatui sunt, ut veteres suas fabulas, quarum magnam partem Judæis illos debere, notius est, quam ut dici oporteat, sine ulla salis mica accipiant. Adscribamus verba Murtadi Filii Gaphiphe, e libello de Ægypto, prout Arabica, ex MS. Bibliothecæ Cardinalis Mazarini, in vernaculam suam convertit, doctissimus optimusq; quondam Amicus noster, *Petrus Vattierius*, Medicus, & Arabicæ Linguæ Professor Regius, Lutetiæ. *L' on dit qua ceux qui estoient dans l' Arche, se trouuerent incommodez de la fiente des animaux, ce qui obligea Noé de donner un souflet a l' Elephant, par la vertu duquel souflet l' Elephant esternua, & jetta un pourceau, qui recueillit cette ordure. L' on dit aussi que les rats les incommodants, Noè donna vn souflet au lyon, qui esternua vn chat, lequel mangea les rats. Les autres disent, que ces Histoires ont esté inventées a plaisir, & qu'elles ne sont pas de la foy, parce qu' elles n' ont point de fondement.* Antequam hinc discedo, verbo monere operæ pretium fuerit, jactare comuniter, (bene an male, nunc non disputo) Judæos, absq; Talmude esset, carituros nos Christianos, magnis Religionis nostræ præsidiis, & ne quidem adstruere sine hoc posse, Servatori nostro fas fuisse, ut sacro cœtui intervenirer, cum concedamus, a Ruth Moabitide illum genus trahere, dici vero de Moabitarum semine Deut. XXIII, 3. *Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini: Etiam decima generatio illorum, ne venito in congregationem Domini usq; in æternum.* Placet sibi hoc argumento Lipmannus in Nizachon Num. CXII. eum legat, qui volet: nobis, ex inedito Nizachon Bibliothecæ Argentoratensis, quem integrum aliquando descripsimus, quædam producere lubido est; sic autem ibi:

המינים מונים אותנו לאמור שהתלמוד מעוות ומקלקל כל תורתינו וגורם לנו שלא לעמוד על העיקר ועל האמת כי הוא מדריכנו בדרכים משובשים : ויש להשיב שהתלמוד

הוא

הוא גדר וסייג לכל התורה כי כל המצוות מפחרים הם בכ"ד ספרי' פה מעט ופה מעט ומי שלומד זה ישכחיהו טרם שיגיע לשני וקבעו חכמים מסכתות וסדרו בהן כל אשר שייך לכל המסכתא כגון מסכת שבת כל דיני שבת מפורשים בה וכן מסכת פסחים כל דין פסח מבואר בה וכן מסכת יבמות כל דין יבום נמצא בו וכן כל המסכתות כל אחת ואחת מפרש מצוותה ועוד יש להשיב שאפילו הם לא יכלו לעמוד על אמונתיהם זולתי התלמוד דכתי' לא יבוא עמוני ומואבי בקהל יי' אלמלא שהתלמוד ביאר עמוני ולא עמונית מואבי ולא מואבית והם שאינם לומדים תלמוד ואינם יודעים פירוש זה איך דוד בא בקהל יי' ואיך בא ישו בקהל יי' שהוא בא מדור לדבריהם: Id est: *Infideles criminantur nos, dicendo: Talmud pervertere, & depravare universam nostram Legem, & in causa esse, quo minus fundamento, & veritati insistamus, nosq; ab eo in vias erroneas seduci. Sed, in promtu est responsio, Talmud esse sepimentum, & maceriam totius Legis. Leges enim Divinæ dispersæ sunt per XXIV. Libros Canonicos, ita ut quidearum, modo hic, modo ibi deprehendatur: Ideo una re percepta, prius ad aliam quam quis pertingit, metuenda oblivio. Hinc composuere Sapientes varios Libros Talmudis, & in quemq; collegere, quod illi conveniebat. Verbi causa, in Libro Schabbat, omnia quæ de Sabbato fuere præcepta, continentur. In Libro Pesachim, quæ ad Pascha attinent, explicantur. In Libro Jebamot, deprehendes universum Leviratus negotium. Eadem ratione, unusquisq; illorum Librorum, suum habet argumentum. Amplius responderi potest, etiam ipsos, sine Talmude non posse tueri Religionem suam. Scriptum enim:* Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini. *Nisi Talmud explicaret: Ammonites, non Ammonitis; Moabites, non Moabitis;* (inextricabili involveremur difficultati.) *Ipsi vero, qui Talmud non discunt, & hanc expositionem ignorant,* (nunquam rationem reddent,) *quomodo Davidi licitum fuerit, interesse cœtui divino: aut, quomodo Jesus*

 in hunc

in hunc cœtum admissus sit, cum ex sententia ipsorum, Davidi originem debeat.

Quod reliquum est, uti suo quemvis sensu abundare permittimus, quia nostra tamen sic est ratio, & sic animum induximus nostrum, Talmudis lectionem, emolumentum aliquod Reipublicæ Literariæ afferre; itaque Magnorum Virorum, & inter cæteros, *Johannis Cocceji*, qui post Gersonem, e Judæo Christianum, solus, quod equidem sciam, cum Mischna, particularum Gemaræ quoque, prout Autor Libri *En Jacob* easdem excerpsit, vertendarum, periculum fecit, vestigiis insistere decrevimus. Placuit ex omnibus Talmudis Libris, is, qui SOTA inscribitur, & præter veterem bellandi modum, atque expiationem latentis Homicidii, totam imprimis rationem explicat, qua illa, cum de muliere adulterii suspecta disceptabatur, prodigii plena veritatis exploratio, in Templo Hierosolymitano, fuit peracta. Certe enim jucunditate, & materiæ quam persequitur dignitate, facile principem locum meretur; nec injuria Isaac Abarbenel Comment. in Legem pag. 280. col. 4. laudat dictum R. Mosis Nachmanidis, qui censuerat:

שאין בכל משפטי התורה דבר כלו נס מפורסם כענין הזה שהוא פלא קבוע שיעשה השם בישראל בהיות רובם עושים רצונו של מקום: Id est: *Non esse inter omnes Legis* (Divinæ) *sanctiones, præter unam hanc* (de uxore adulterii suspecta) *ullam rem aliam, quæ tota, sic a manifesto miraculo dependeat. Etenim, fuisse hoc prodigium statum, quod Deus Israëlitis se editurum pollicitus sit, majore illorum parte voluntatem suam adimplentibus.* Notas adjicere visum est, in quibus obscurius dicta explicamus, & alia miscella, quæ ad rem faciunt, commentamur. Proprios excussimus loculos, quæque nostra nobis in his literis assiduitas suggessit, adducimus in medium. Quod si tamen ita facto usus fuit, ut a Viris Doctis quædam commodato

acciperemus, eam in rebus alienis custodiendis præstamus diligentiam, quam leges imperant publicæ, & neminem unum in ulla vel minima re, defraudamus sua laude, aut memoria; etiam ne ob paucorum verborum Hebræorum quidem, quæ nosmet interpretati non sumus, translationem. Plagium enim committere, & alieno labore partam gloriam, clanculum in se transmovere, id quidem illiberale est, non nostrum facinus. Quia vero, in rebus ad eruditionem spectantibus, cuique suam opinionem afferre permittitur; ideo utimur subinde jure nostro, nec pedibus semper in aliorum suffragia descendimus. Fit autem id, non ostentandi ingenii, aut captandæ gloriæ ergo; quippe, ipsas has res tam procul habemus, quam earum causas. Sed, nunc veritatem indagare, interdum, ex officio, ejus, quam natura inter nos instituit, Caritatis, quantum in nobis est, prohibere studemus, ne ad eundem lapidem multi impingant. Servamus tamen ubique, modestiæ modum, & neminem Bonum, vel verbo temere lacessimus, plane tales aliis nos præbentes, quales circa illa, ubi & nosmet nostros Manes egregie passi sumus, alios futuros, & vovemus ex animo, & certissime non tam speramus quam confidimus.

Cæterum, si te, Mi Lector, hanc quantulamcunq; industriam, æqui bonique consulere sensero, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, difficiliora aggrediar, & מסכת פורים, sive Librum Pseudo-Talmudicum, de Festo Sortium, quem, postquam Venetiis ante centum & amplius annos excusus est, Judæi magno studio suppresserunt, ex Vaticano, & nostro MSS. probe emendatum, tecum communicabo. Hujus, præter Mischnam, dum Gemaram quoque integram, versione & notis illustrabimus, verum modum ostendemus, quo Talmudistæ argute subtiliterque altercantur, facemq; præferemus, ad scrutanda intima Talmudis adyta. Nempe, Judæi quoque, literis operam navantes, primum Mischna & Excerptis Gemaricis Libri En Jacob, imbuuntur, antequam contextum Gemaræ totum addiscant, qui eruditionis Judaicæ, Kabbala demta, finis quasi est, & complementum. Interea loci valere te jubemus, & bene rem gerere.

Nos vero, ex animi nostri sententia, inquimus veteri Judæorum formula:

אם שגיתי בשום דבר ישאיני
עושיני והיו כלא היו:

Quod, licet propemodum dicere his verbis Romanis:

SI QUID SCRIPTUM SIT, QUOD SCRIBI JUS NON SIT, ISTAM NOXAM, TU ALME DEUS CONDONA, EIUSQUE IN TOTA HAC COMMENTATIONE NIHILUM SCRIPTUM ESTO.

Loca Scripturæ S. pleraque, quæ exponuntur ex ſententia Rabbinorum, aut aliter.

7. 110

INDEX

Vocum Hebræarum, quæ cum cura explicantur.

א

בלפי

INDEX RERUM SELECTIORUM.

A.

B.

C.

Connu-

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

Lora

T.

U.

Vesti-

FINIS.



יהי שם



מבורך לעולם ועד:

SIT NOMEN EIUS QUI

Vindicantur a profano usu verba Martialis libr. V. epigr. 25.

OMNIA SOLUS ET TER UNUS

BENEDICTUM IN SECULA.



מסכת סוטה:

ID EST:

LIBER TALMUDICUS DE UXORE ADULTERII SUSPECTA.

פרק א: CAPUT I.

משנה — MISCHNA.

א

המקנא לאשתו רבי אליעזר אומר מקנא לה על פי שנים ומשקה על פי עד אחד או על פי עצמו רבי יהושע אומר מקנא לה על פי שנים ומשקה על פי שנים:



DE [3] Marito zelotypo, R. Eliefer cenfet, neceffe effe, ut commercio,[4] cum homine fufpecto, Uxori [5] duobus teftibus præfentibus, interdicat: Ad id vero, ut *deinde* aquas amaras eandem bibere compellat, fufficere unius, vel fui ipfius, *contra illam*, teftimonium. At [6] R. Jofua contendit, tam ad Interdictum, quam ad id, ut aquis amaris potionare eam maritus queat, teftes duos requiri.

ANNOTATA.

1. Liber Talmudicus] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. Vocem מסכת à נסך derivat, atque eam Libris Talmudicis impositam perhibet, quod variæ, & diversæ res, in his confundantur. Paulo aliunde, origo vocabuli repetitur, in veteri nostro Codice MS. multarum ab homine Judæo congestarum observationum; etsi ipsa denominandi ratio, multum à Buxtorfiana haud differt. Legitur ibi: מסיכתא מלשון מסכה ייגה כפי שיש בכל מסיכתא כמה מיני תערובת של הלכות: id est, *Vocabulum* מסכת *explicandum est ex phrasi* (Prov. IX, 2.) מסכה ייגה *Miscuit vinum suum*: Ac proinde radicem habet מסך. *Quippe in quaq; Massichta, Constitutionum multiplex est commixtio.*

2. Uxore adulterii suspecta.] Verbum סוטה plerique interpretantur, *Mulierem declinantem*, vel, *Mulierem declinantem ad adulterium.* Eodem sensu populares nostri Judæi, in libellis vernaculis exponunt, *Eine Abkehrerin, daß sie sich hat abgekehrt, von ihrem ehlichen Mann: Brandspiegel* c. 62. Et vero, negari non potest, tale quid notare Hebræam vocem, quippe cum Exodi XXXII, 8. dicitur סרו מהר מן הדרך quod Vetus Interpres transtulit: *Recesserunt cito de via*: Onkelos, & Jonathan, Chaldæi, παρατρέψαι: סטו בפריע מן אורחא Prorsus uti LXX. in hoc Exodi loco verterunt, παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ, & deinde Num. V, 12. pro איש איש כי תשטה אשתו pariter habent: Ἀνδρὸς ἀνδρὸς ἐὰν παραβῇ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· Sed nos, vocem סוטה *Mulierem adulterii suspectam*, reddentes, rei ipsius potius, quam etymi, habendam censuimus rationem. Non enim, quo mulier aliqua Sota audiret, id requirebatur, ut vere a virtutis & castimoniæ via declinasset; sed sufficiebat ad id nominis imponendum, sola etiam facti suspicio. Proinde in Rabbot f. 233. col. 2. traditur לעולם אין משקין אלא על הספק i. e. *Nunquam, nisi in casu dubio locum habent aqua amara.* Et cum Num. V, 13. legatur: ושכב איש אתה שכב זרע id est, *Ac concubuerit vir cum ea, concubitu seminis.* Illa verba Abarbenel Comment. in Leg. fol. 280. col. 2. probe exponit: לפי מחשבתו וסברתו id est, *de Mariti opinione ac conjectura.* Nempe, hanc explicationem, mox confirmat, ipse sacer Textus, commate 14. Quamobrem, Deliciæ nostræ, S. Chrysostomus, Homil. 5. adv. Judæos, non minus recte quam breviter asserit, loqui Scripturam in præsenti zelotypias negotio, de casibus: ἐὰν μοιχεύσῃ γυνὴ, καὶ ὑποπτεύσῃ τὴν μοιχείαν ὁ ἀνὴρ, ἢ μὴ μοιχευθῇ οὕτως καὶ ὑποπτεύσῃ.

3. De marito zelotypo.] Quid rei sit Zelus Mariti, prolixe inter se disquirunt Rabbini, in Gemara. Breviter definivit Maimonides Comm. in hunc locum: הקינוי הוא המניע מהדברים הרומים להביא חשד, Id est, *Zelus, est prohibitio earum rerum, quæ* sinistram suspi-

suspicionem, inferre videntur. Atque, quia maritus Uxoris caput est, & in eam potestatem exercet, ideo illi competit jus zeli adversus mulierem, huic vero adversus virum, nequaquam: Ut non minus in Hebræorum, quam Romano jure, verum sit illud Papiniani l. 9. D. de Stat. Hom. *In multis articulis deterior est conditio fœminarum, quam masculorum.* Scilicet, ad Maritum attinet, tueri familiæ honorem, eundemque a majoribus acceptum, illibatum ad posteros propagare. Ergo cavendum sedulo, ne conjugis liberorumque fama, apud honestos bonosque detrimentum aliquod patiatur, & procul abigendi ii, de quibus, quod Justinianus in Nov. 117. c. 15. ait, suspicio est, illos castitati uxorum velle illudere. Hinc adeo, רע שאדם חייב לקנות על אשתו id est: *Sciendum, etiam teneri Virum, ad exercendum Zelum adversus uxorem:* ceu loco jamjam allegato, rursus scribit Maimonides: Ut nimirum, quam ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: l. un. C. de emend. propinq. וכל מי שאיני מפקיד על אשתו ועל בניו ובני ביתו ומזהירן ופוקד דרכיהן תמיד עד שידע שהן שלמין מכל חטא ועון הרי זה חוטא שנ׳ וידעת כי שלום אהלך ופקדת נוך ולא תחטא id est, *Quisquis non inquirit in ingenuitatem Uxoris, & liberorum, suæq; familiæ, & illos instruit, & actiones eorum sedulo, ac eo usq; pervestigat, quoad certus evadat, immunes illos esse ab omni culpa, & scelere, is pro impio habendus: Q. S. E. Et scias, quod pax tentorio tuo, revisasq; habitaculum tuum, & non peccabis.* Qua sententia, Maimonides, tanquam gemma aliqua, Hilchot Sota, obsignavit. Job. 5. 24.

4. Cum homine suspecto] Justinianus Cæsar, cum in modo laudata Novella 117. c. 8. inter justas matrimonium solventes causas, retulisset quoque: *Si cum viris extraneis convivatur mulier, aut cum eis lavat:* Quærit Celebris JCtus, Dion. Gothofredus, in Notis: *Extraneorum voce num etiam intelligemus, ejus Agnatos, & Cognatos proximos?* Sed nihil respondet, atq; incertiorem multo dimittit Lectorem, quam dudum fuerat. Hebræos, si de hoc dubio consulamus, in eorum quidem foro, res omnis expedita est, nec minimæ obnoxia difficultati. Possidemus Codicem membranaceum, prorsus inæstimabilem, qui עץ החיים inscribitur: Eo, Rabbi quidam Isaacus, [Alia, vel de sorte Autoris, vel de ætate, qua scripsit, hactenus pervestigare haud licuit;] universi Talmudis Epitomen fecit, vel potius Maimonidis Jad, ab erroribus quibusdam liberatum, & innumeris observationibus, quæ in eodem deficere videbantur, auctum, recensuit. Si, quod Fati sinisteritas, operuit hactenus, & usui subtraxit, publici juris fieret, insigne Opus, næ habitura esset Sanctior Philologia, cur sibi gratularetur; nihil enim in sacris profanisq; Judæorum rebus est, quod illo non contineatur: & sufficit dicere, propo-

ſitum fuiſſe Autori, ut ſuperaret Maimonidem, neque ſpe, & egregiis auſibus, illum excidiſſe. Hæc monenda fuere, tum ut gratos nos præſtaremus, erga librum, e quo multa didicimus, tum quia ſubinde ex illo, Notis noſtris, quædam inſeremus. Cæterum in nullis ſatis laudibus deprædicando hoc volumine הלכות סוטה וקנם c. 1. perſpicuis verbis traditur, valere mariti zelotypi interdictum : אפילו הוא אביה או גוי או שחוף איש שאינו מתקשה ולא מוליד ופר״ח שחוף שבועל כדרכו ולא מוריע: , id eſt, *Etiam adverſus (uxoris) Patrem, aut Infidelem, aut Impotentem; qualis eſt, vel qui non arrigit, ineptusq; deprehenditur ad rem veneream; vel R. Ch. autore, qui fœmina quidem jungitur, ſed ſiccam venerem exercet.* Confer Maimonidem Hilchot Sota c. 1. §. 1. &, quem elegantiſſimis literis in membrana deſcriptum poſſidemus, Smag. præc. aff. 57. ſub initium. Ratio aſſerti, niſi fallor, principio fundatur in mortalium malitia. Etſi enim cæteroquin, argumento l. 19. C. de Epiſc. & Cler. *in Patre & Fratre, nihil ſævi criminis exiſtimari, fœdus naturale permittit:* tamen nihilo ſecius, quidam effractis omnibus naturalis pudoris repagulis, eo dementiæ progrediuntur, ut filias quoque ſororesque inceſtent. Quamobrem, quia cuivis accidere poteſt, quod cuiquam, etiam hic cauto nonnunquam opus eſt. Amplius, habet hæc zelotypiæ indifferentia, fundamentum in maritorum quoque ingenio: Quia enim diverſi, diverſo nati ſunt, nec, ut ille, Terentianus Senex, poſſunt immutarier; igitur ſuo quiſque indulgere permittitur, & omnibus ex æquo ſubventum eſt, etiam auſteris iis, qui vanum metum concipiunt, ob naturalem, congenitamque, ad male de aliis ſuſpicandum, proclivitatem. Proinde jus hoc non tantum de iis conſtitutum eſt, quæ, ut in l. 3. D. de Legibus, Theophraſtus dicit, ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, ſed & de iis, quæ ἐκ παραλόγου. Facit huc apprime nobilis locus in Gittin fol. 90. col. 1. qui idem habetur quoque in Rabbot fol. 229. col. 4. היה ר׳ מאיר אומר כשם שיש דעות במאכל כך דעות בנשים: יש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו וזורקו ואינו שותהו וזו היא מדת פפוס בן יהודה שהיה נועל בפני אשתו ויוצא ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך כוסו וזורקו ושותהו וזו היא מדת כל אדם שמדברת עם אחיה וקרוביה ומניחה ויש לך אדם שזבוב נופל לתוך תמחוי מוצצו ואוכלו וזו היא מדת אדם רע רואה את אשתו יוצאת וראשה פרוע וטווה בשוק ופרומה משני צדדיה ורוחצת אם בני אדם עם בני אדם ס״ד אלא במקום שבני אדם רוחצין: Labore, iſta interpretandi, ſublevavit nos, non Angliæ tantum ſuæ, ſed &

Seculi

Seculi nostri decus, Johannes Seldenus, in eruditissimo Syntagmate de Uxore Hebraica l. 3. c. 15. ubi horum verborum, Hebraicis neglectis, sententia Latina exhibetur, quare ad illud Lectorem ablegamus. Ne tamen penitus obscurum, lucisque egens, etiam apud nos relinquatur id dictum, præcipue quia Seldeni liber, non promiscue omnium manibus teritur, juvat afferre explicationem Judæorum Germanicam, e libro *Brandspiegel*, quem Judææ nostræ habent commendatissimum. Sic vero ibi c. 16. *Es steht in* מסכת גיטין *spricht* ר׳מאיר *die* רעות *sein nit gleich an Leuten. Es felt ein Flieg in das Trincken: Sein etliche Leut, aso* אפונק *daß er das Trincken gar ausschut, mit der Flieg; es is ihm* מיאוס *alles miteinander. Ein Theil thun die Flieg hinvveg, und trincken den Trunck aus. Ein Theil saugen die Flieg aus, daß nicks* כלייה *vvird, und is ihm nit* מיאוס. *Aso sein Leut, die haben achtung auf ihre Weiber, daß sie nit tharen ein Trit gehen aus dem Haus, und last sie nit mit keinem frembden Mann reden* אפי׳ *mit nahede Freund, und schliest sie ein allezeit, as Papus am (lege* Sohn*) Jehuda, vven er ist aus dem Haus gangen, da hat er sein Weib verschlossen. Ein Theil sein ihre Weiber nit sehr* חושד *und lassen sie mit ihren Freunden reden, aber nit mit jemand frembds. Ein theil leit nicks dran, und lassen ihre Weiber auslauffen, und die Haar gehnen ihr heraus, und spint an der Gassen; die Kleider sein ihr aufgetrennt, von beide Seiten, und man sieht ihr den Leib, und bat sich, vvo die Mannen baden.* Enim vero, adversus hactenus tradita, grave, sed festivum simul, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν moveri potest dubium, ex Joma f. 62. col. 2. & Sanhedrin f. 64. col. 1. nam utrobique eadem, iisdem verbis leguntur. Locus cum prolixior sit, sententiam afferre sufficiat. Scilicet, narratur ibi, pientissimos Judæos aliquos, cum mente reputassent, quantum damnum, Malus Genius, humano generi inferat, quodque is destructi templi, omnisque cladis, & exilii, quibus cum natio ipsorum conflictaretur, unica causa sit, dolenter admodum tulisse, etiam nunc ei potestatem concessam, sese mediis Judæis ingerendi: cumque haud alio fine a Deo conditum constet, quam ut ex ejus victoria, homines probos præmium maneret, tandem, quàm, inquiunt, vellemus & malo Genio carere, & isto, ob illum devictum, præmio! Postquam igitur universi tridui jejunio se maceraverant, malus Genius ex ruderibus intimi penetralis templi, quasi quædam ignis scintilla prodiens, illorum potestati fuit traditus, & præsto aderat Propheta, admonens, hunc esse malum Genium, ad Idololatriam homines concitantem. Dum vero Judæi Genium capiunt, crinis ei forte evellitur, ibi is tantum clamorem edidit, ut ad quadringentas usque parasangas exaudiretur. Posthæc deliberare cœperunt, quid Genio faciendum esset, festinatione enim opus videri, ne cæteroquin Numen illius misereatur, & quæ eum reddat libertati. Commodum, is qui aderat

Propheta, monuit, conjiciendum esse in ollam plumbeam, eamque plumbo, quod voces absorbet, [cujusq; in incantamentis magna vis est,] obturandam. Consilio mos gestus est, atque hinc evenit, quod ex illo inde tempore, Judæi ab omni idololatriæ crimine immunes fuerunt, ad quod tamen prisci majores illorum, tam cupide sunt prolapsi. Illi vero boni Viri, cum vidissent rem feliciter cessisse, & hoc tempus commodum crederent, quidvis à Numine impetrandi, inter se consentiunt, de illo obtestando, ut eo Genio, qui ad Venerem homines pellicit, pariter potiri liceret. Facti sunt, & hujus voti compotes, Propheta vero suasit, caverent sedulo, ne Genium occiderent; secus enim Orbi universo paratam vastitatem. Interea temporis, dum per triduum, illum in custodia detinent, ad homini ægroto medicinam faciendam, per universam qua patet Judæam, ovum recens, quæsitum est, sed non repertum. In captivitate enim degente Genio libidinis, non homines tantum, ad propagandum genus suum inepti erant, sed nec gallinæ ova, nec vel pediculi lendes, etiam jam intra viscera conceptas, parere poterant. Hic vero religiosi illi, suspensis animis esse cœperunt, & fateri, non constare, quid facto usus sit; haud enim interfici Genium posse, citra mundi ruinam; atque si preces fundere vellent, ut dimidium virium ei adimatur, certum esse, incassum eas futuras, cum perpetuus Numinis mos sit, non nisi indivisas concedere res, & indivulsas. Tandem omnibus circumspectis, nihil utilius visum, quam ut utroque oculo effosso Genium à se dimitterent: atque id malum, quo eum mactarunt, hoc saltem confert, quod sanguinis summa propinquitate conjunctos, mutuis amoribus adversus sese exardescere, haudquaquam facit. Hæc in Talmude traditur fabula, lepido susurro aures bibulas magis quam omnes Milesii sermones, permulcens. Soleo sæpe Judæis, qui sapere sibi videntur, injicere hunc scrupulum, & illis eodem negotium facessere. Si enim, inquam ego, miser iste, visusque expers Genius, Agnatos proximos, ad fœdum amoris excessum pellicere non valet, vani videntur Doctores esse, dum secretius uxoris cum patre, ac germano fratre commercium, marito prohibendi, facultatem concedunt. Et vero, hærere hic solent homines, neque tam facile reperiunt, qua ratione tantas lites componant. Equidem fateor, nec meam tantam esse solertiam, ut mihi relictus, modum, adversis frontibus pugnantia conciliandi, excogitare potuissem; præstitit tamen id Autor libri Chasidim n. 1138. cujus verba transcribam. אין להקשות כיון שעיורו עיני יצר הרע של תאות כדאמרי׳ ביומא ובסנהדרין אהני דלא איגרי בקרובתא אם כן למה לא יתיחד עם קרובתו וההיא דא״ע בנה קטן מבנה גדול איך היה להם יצר אלא תלוי בראיית עינים ואינו שולט תחלה באח ואחות

ואחות ובנקבות של בהמות כשנהגה המלאך מסיתו עוד מאחר שנהנה כי המלאך מחטיאו על פי רגילותו : i. e. *Non est, quod quis objiciat: quia excæcarunt lumina Genii Venerei, prout in Joma, & Sanhedrin traditur, & ea re effecere, ne libido inter proximos Agnatos locum habeat, quare igitur soli cuiquam, cum agnata sola, agere non licet? Aut quomodo fieri potuit, ut, ceu in Avoda Sara notatum est, cujusdam matris filius minor, a majore, per incestum fuerit procreatus? Nimirum, res ab intuitu oculorum dependet, non enim Veneris Genius prior in fratrem, sororem, aut bruta quem concitat, sed postquam quis oculos, horum alicujus aspectu pavit, impellit porro Genius, & ex familiaritate, ad peccandum deinde inducit.* Alia ad rem pertinentia, vide in Avoda Sara fol. a. in f. & Kiddutchin fol. 81. a. nobis non vacat, diutius iitis immorari.

5. Duobus testibus præsentibus.] In hoc plerique Rabbini consentiunt, testes duos præsentes esse debere, si quidem maritus zelotypiam valide exercere intendat. Unus R. Jose, Judæ filius, opinatur in Gemara, etiam legitime fieri interdictum, ביןו לבינה בלא עדים ut obscurior Gemaræ phrasis in Smag explicatur: id est: *Si solus maritus cum uxore sola, nulloq; teste conscio, illi familiaritatem secretiorem ejus quem suspectum habet, prohibeat.* Sed hæc sententia adstipulatores non reperit.

6. R. Josua contendit.] Hæc opinio, præ illa altera R. Eliesetis, omne suffragiorum punctum tulit, & הלכה כרבי יהושע. Ipse conflictus disputantium Magistrorum in Gemara videri potest, nos caussam tantum, quare R. Josuæ sententia prævaluerit, breviter ex Rabbot fol. 233. col. 2. indicabimus. טעמ׳ה דר׳ יהושע כי מצא בה ערו׳ דבר ערוה זו הסתירה דבר זה הקינוי כי מצא אין מציאה בכל מקום אלא בעדים : id est, *R. Josua pro fundamento habet verba: Quia invenit in ea turpitudinem rei. Explicando*, turpitudinem, *de occultatione:* rei, *de interdicto:* Quia invenit, *(de duobus in utroq; negotio testibus.) Quoties enim in Scriptura dicitur inventum quid esse, semper intelligitur, id factum esse testibus præsentibus.* Ubi ex trita Judæorum regula, animo recolendum est, plurativum numerum, minimum duo involvere. Deuter. XXIV, 1.

ב II.

כיצד מקנא לה אומר לה בפני שנים אל תדברי

Qua ratione fit interdictum? In hæc verba Uxori coram duobus testibus *Maritus* edicit:

עם איש פלוני ודברת עמו
עדין היא מותרת לביתה
ומותרת לאכול בתרומה
נכנסה עמו לבית הסתר
ושהתה עמו כדי טומאה
אסורה לבית׳ ואסורה לאכול
בתרומה ואם מת חולצת
ולא מתייבמת:

[2] Ne Cum Viro N. [3] Mihi Loquitor. Si post ista, *in loco publico cum amatore ipsa* colloquatur, [4] maritalis tori legitime adhuc socia est; [5] atque τὰς ἀπαρχὰς, sive Ablationes, porro comedere illi licet. Enim vero, si cum amatore, in secretius conclave ingressa, [6] tantam ibi moram fecerit, [7] quanta ad coinquinandos sese, satis est, tum & marito ulterius jungi, & Ablationibus vesci, [8] prohibetur. Atque si fato suo fungatur *maritus, causa nondum cognita,* ipsa [9] donatur calceo, neutiquam vero Leviro ducenda fuerit.

ANNOTATA.

1. Qua ratione fit interdictum?] Omnino Interdicto opus est: quippe; אם לא קידם הקינוי ובאו שני׳ והעידו שנסתרה עם זה ושהתה כדי טומאה לא נאסרה ולא שותה: id est: *Nisi praecesserit interdictum, si maxime duo testes veniant, asseverantes, cujuspiam uxorem cum aliquo diutule secreto egisse, non tamen jure conjugalis tori ipsa excidit, nec aquis potionatur*: Smag. Caeterum, in ipso interdicto, circumspecte marito agendum, ordoque rerum observandus est, qui qualis esse debeat, docetur in MS. nostro עץ החיים parum diversis verbis, ab iis quae habet Maimonides Hil. Sota c. ult. paulo ante finem. In MS. lego: אין ראוי לאדם לקפוץ ולקנות בפני עדים תחלה אלא בינו לבינה בנחת ובדרך טהרה ולא יקנא לה מתוך שחוק ושיחה קלות ראש ומריבה ולא להטיל עליה אימה ואם עבר וקנא מתוך כך הוי קנוי: id est: *Non decet maritum, ut statim coram testibus prosiliat, ac zelotypias interdictum edat, verum prius remotis arbitris, amanter, modesteq; mulierem corripito. Sed nec zelotypias interdictum edendum, inter risum, aut confabulationem, ineptiasq;, vel jurgia, nec etiam ad terrorem incutiendum conjugi. Si tamen haec praecepta transgrediatur maritus, & ejusmodi aliqua ratione zelotypiam exerceat,* id factum, suum in jure habet effectum, *estq; interdictum legitimum.* Atque ista, lucem aliquam affundunt dicto Servatoris nostri, quo Matth.

XVIII, 15. seq. inquit: *Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ μόνου· Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο,*

2. Ne cum viro] Præmittitur vulgo a marito: מה לך לשחוק עם פלוני מה לך לדבר עמו id est: *QUID TIBI CUM N. RISIO EST? ECQUID SERMOCINATIO?* Jelammedenu fol. 69. column. 3. in fine.

3. Mihi loquitor] Huic Mischnæ pronunciato, quod sæpe accidit, autoritatem derogat Gemara fol. 5. b. Neq; enim sermonis, sed occultationis prohibitio, zelotypiæ interdictum facit, proinde, ut cum effectu quis zelum exerceat, dicendum est testatò; אל תסתרי עם פלוני id est: *NE MIHI CUM N. IN LOCUM SECRETUM TE RECIPITO*: uti ex Gemara, præter alios, tradit quoque Raschi Num. V, 14. Hinc Maimonides Hil. Sota cap. 1. §. 4. אמר לה בפני שנים אל תדברי עם פלוני אין זה קנוי ואף על פי שנסתרה עמו בעדים ושהתה כדי טומאה לא נאסרה עליו ואינה שותה בקינוי זה: id est: *Si quis uxori, testibus præsentibus, dicat: Ne cum N. mihi loquitor: non id verum zelotypiæ interdictum est; unde si maxime mulier illa, cum viro suspecto, aliis inspectantibus, in secretius conclave se recipiat, & per tantum temporis spatium ibi moretur, ut commixtio absolvi potuerit, non tamen ideo conjugalis tori exsors est, nec aquarum amararum probationi subjicienda.* Addamus, quod paucis interjectis, subjungit idem Hebræus Sapiens; אמר לה אל תסתרי עם איש פלוני והיה קטן פחות מבן תשע שנים ויום אחד או שאמר לה אל תסתרי עם בהמה זו אין זה קינוי: id est: *Si quis dicat: Ne cum homine N. in locum secretum te recipito, atq; is homo puer sit, minor annis novem, & die uno: Aut, si quis dicat: Ne occultato te cum bruto isto, non hæc interdicti legitimi vim habent.* Cujus quidem asserti, eam causam allegare licet, quod Num. V, 13. dicitur: *Et concubuerit VIR cum ea*: Hoc in dicto, *Viri* vox, tam Pueros, quam bruta animalia, Rabbinis segregat.

4. Maritalis tori] Sic phrasis Hebræa interpretanda est; unde Raschi exponit: מותרת לשמש עם בעלה id est: *Fas est ei adhuc cum marito facere, quæ conjuges solent.* Uti vero hic loci vox בית Maritum denotat, ita est, ubi Judæi eam de Matrefamilias accipiunt. Nempe, in initio Jomæ, adducto loco Lev. XVI, 6. & 11. וכפר בעדו ובעד ביתו id est: *Et expiationem faciet pro se, & Domo sua*: mox subjicitur: ביתו זו אשתו id est, *Vocabulo* ביתו *ad Uxorem, fit respectus.*

5. Atque τὰς ἀπαρχὰς] Supplendum omnino אם היתה ישראלית אשת כהן id est: *Si sit Judæa, nupta Sacerdoti:* id enim & sensus requirit, & omnes Commentatores, inculcant. Quod ad ipsam rem attinet, scire volentibus, quid *Truma* sive *Oblatio*, aut, quod Cl. Coccejo in Sanh. p. 131. magis placet verbum, *Ablatio*, proprie innuat, consulendi sunt Doctissimi Viri, Casaubonus Exerc. 1. adv. Baron. n. 8. & Buxtorfius in Lexic. Talm. p. 265. quorum scrinia non compilamus. Nobis potius ostendendum venit, eccui fas fuerit Oblationibus vesci, id enim præsens Mischna summopere requirit, & ab iis quos laudavimus Viris, quia ad institutum haud faciebat, fere neglectum est. Audiamus igitur Maimonidem Hilch. Truma c. 6. §. 1. תרומת ותרומת מעשר נאכלת לכהנים בין גדולים בין קטנים בין זכרים בין נקבות הם ועבדיהם הכנענים ובהמתן שנ' וכהן כי יקנה נפש קנין כספו וגו' עבד כהן שברח ואשת כהן שמתה הרי אלו אוכלין; id est: *Ablationem* (magnam,) *& Ablationem Decimarum, comedunt Sacerdotes, tam adulti, quam impuberes, tam mares quam fœminæ; ipsi, inquam, & servi ipsorum Cananæi, quin & pecudes ipsorum: Q. S. E. Cum* Levitic. XXII, 11. *Sacerdos emerit animam, emtionem pecuniæ suæ, &c. Sacerdotis servo transfugæ, ejusdemq; viduæ, & ipsis, Ablationibus vesci fas est.* Sequitur apud eundem §. 3. ישראלית שנשאת לכהן אפילו קטנה בת ג' שנים ויו' אחד תאכל בתרומה וחזק ושוק ודין תורה שתאכל משנתארסה שהרי היא קנינו אבל אסרו חכמים שתאכל עד שתכנס לחופה שמא תאכיל תרומה לאביה ולאחיה כשהיא ארוסה בבית אביה id est: *Judæi laici filia, desponsata Sacerdoti, etiamsi infans adhuc sit, nec nisi annos tres, & diem unum nata, Ablationem tamen, Pectus, & Armum comedendi, jus habet. Atq; ex lege divina patet, istis eam vesci debere, continuo postquam fuit desponsata, est namq; ipsa Sacerdotis acquisitio. Enimvero, Sapientes vetarunt hanc comestionem, usq; dum in thalamum fuerit deducta, ne cæteroquin parte aliqua Ablationum, etiam patrem, aut fratres frui concedat, cum desponsata, in paternis ædibus adhuc moratur.* Minime prętereundum quoq;, quod addit idem Maimonides, infra §. 10. לא הכהנית בלבד אלא אפילו לויה וישראלית שנבעלה לאסור לה הואיל ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומ' לעולם ואעפי שיש לה זרע מכהן; id est: *Non tantum Sacerdotis filia* (quæ Sacerdoti nupsit,) *sed etiam si qua homine Levitâ, aut communi Judæo prognata,* (Sacerdotale matrimonium contrahens,) *illicito concubitu sese polluit, quia scortum facta est, æternùm Ablatione vesci prohi-*

prohibetur, licet maxime ex Sacerdote prius peperisset. Atque sic jam perspicua sunt, ea quæ mox sequuntur in Mischna nostra, & tenemus caussam, quare Sacerdotis Conjux, quæ contra mariti edictum, cum homine suspecto se occuluit, ab esu Ablationum arceatur. Quia enim adulterii commissi suspicio est, eapropter tamdiu carendum sacro cibo, quoad castam piamque matremfamilias se esse, probatum dederit. Obiter notetur, quod etsi, quantum quidem meminimus, Judæi, voce *Truma*, haud unquam aliter utuntur, quam de parte aliqua annonæ demta, & Sacerdoti concessa; tamen id verbi pereleganter, Autorem, quisquis ille fuit, Evangelii Matthæi Hebraici, quod ante hoc seculum, Johannes Tilius Lutetiæ edidit, ad Censum, qui Magistratui penditur, significandum, transtulisse, dum; quod cap. XVII, 25. in Græco est: Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον· Ipse reddidit: מלכי הארץ ממי יקחו מס ותרומה Si recte mentem assequor, accepta est ab eo vox תרומה pro ea pensitatione, quam pro modo facultatum, & ut Theophilus in §. fin. Instit. de Libertinis dixit, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, quisque præstat. Aliter Syrus, qui pro Κῆνσος tam hoc loco, quam Matth. XXII, 19. habet כסף רישא id est: *Argentum Capitis*, sive pecuniam, magis ob caput, & personam, quam res, & patrimonium, exactam. Si consultissimum Gothofredum audimus, non videtur Syrus cognitam habuisse vim vocabuli, nam ad Inscriptionem tituli Codicis, *Sine censu & rel.* annotavit: *Census, est tributum, vectigal, publica pensitatio, onus agrorum, non personarum.* Equidem, haud refragari velim, hac notione, vocem Census, a plerisque Veterum adhibitam. Sed tamen, ne gravem dicam scribamus, ejus ætatis, & optimæ notæ Interpreti, citra hæsitationem accedo erudito Grotio, qui in Comment. ad Matth. c. XXII. Census nomen, non tantum ad prædiorum, sed & capitum onera referri posse, existimat, ac se tuetur tum l. 8. §. 7. D. de Cens. ubi Cæsariensibus narratur remissum a Vespasiano tributum capitis: tum imprimis Ulpiani illo in l. 3. ejusd. tit. *Ætatem in censendo significare necesse est; quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo oneretur: veluti in Syriis a quatuordecim annis masculi, a duodecim fœminæ, usq; ad sexagesimum quintum annum, tributo capitis obligantur.*

6. Tantam ibi moram fecerit] ושהתה est constanter in duabus, quibus utimur, Mischnæ editionibus, Amstelodami excusis; harum altera adscripta habet puncta vocalia, altera, Menasse Ben Israël curante, prodiit: nec profecto aliter legere, analogia sinit grammatica. Ergo corrigendum illud ושהה quod in Talmud Amstelod. irrepsit perperam.

7. Quanta ad coinquinandos] Quoniam tantum momenti in ea re ſitum eſt, merito quis exigat, ut hoc ſpatium exacte definiatur. Atque ſane Rabbini, pro ſua in talibus diligentia, quidvis potius paterentur, quam id intentatum relinquere; non una tamen omnium fuit ſententia. Gemaræ locus verboſior eſt, paulo contractius opinionum diſſidia exhibent, Jelammedenu fol. 70. col. 1. Jalkut. fol. 206. col. 1. & Rabbot fol. 229. col. 2. Adducamus verba Operis poſtremi:

כמה שיעור סתירה כדי טומאה כמה היא טומאה כדי ביאה כמה היא ביאה כדי הערארה כמה הערארה ר' אליעזר* אומר כדי חורת דקל ברוח ר' יהושע אומ' כדי מזיגרת הכוס בן עזאי אומ' כדי לשתותו ר' עקיבא אומ' כדי גלגול ביצה ר' יהודה בן בתירא או' כדי לגמורת ג' ביצים מגולגלורת זו אחר זו ר' אלעזר בן פנחס או' כדי שיקשור גרדי ארת הנימה פנימון או' כדי שתושיט ידה ותטול ככר מן הסל:

*ſic legẽdum, non אלעור prout noſtra habet editio.

id eſt: *Quantum temporis ſpatium, accipiendum de occultatione? Tantum, quantum eſt Contaminationis. Quantum eſt Contaminationis? tantum, quantum Concubitus. Quantum eſt concubitus? tantum, quantum denudandi artus. Quantum eſt denudandi artus? R. Elieſer cenſet, tantum, ut arbor a vento ſuccutiatur. R. Joſua, ut vini ſcyphus aqua diluatur. Aſaides, ut is ſcyphus hauriatur. R. Akiba ut ovum aſſetur. R. Judas F. B. ut tria ova aſſa, ordine ſorbeantur. R. Eleaſar F. P. ut textor licium innodare queat. Pnimon deniq; ut quis manum extendens, e caniſtro panem accipiat.* Enim vero, nulla tamen harum opinionum, communem Magiſtrorum aſſenſum meruit, quia כל אחד ואחד בעצמו שיער: *quisq; ex ſua tantum natura, rem definivit.* Quin ergo, ut eſt in MS. noſtro עץ החיים, eo temporis intervallo vera occultatio abſolvitur כדי לצלות ביצה ולגומרה id eſt: *Quo ovum* [ad mediocrem ignem] *poteſt aſſari, ac dein ſorberi:* quod aſſertum Maimonides in Comment. Miſchnæ, & Smag præc. Aff. 56. confirmant. Interea loci Autor τοῦ Smag hactenus quidem erravit, quod hujus opinionis R. Akibam autorẽ citat, nam in Gemara, Rabbot, & Tanchuma quoq;, R. Akiba, ſpatium ſufficiens ad occultationem, cum eo tantum tempore, quo ad ovum aſſandum opus eſt, comparaſſe dicitur; in Jalkut vero, loco indicato, lego: בן עזאי אומר כדי לצלות ביצה ר' עקיבא אומר כדי לגומעה id eſt: *Aſaides dixit* [tantum ſpatium intelligi,] *quantum exigitur ad aſſandum ovum; R. Akiba opinatur, quantum ad illud ſorbendum.* Utra traditio vera fuerit, non tamen niſi dimidium ejus moræ, qua vere opus eſt, Akiba ſua aſſeveratione, comprehendit. Eſt tamen non levis hæc,

qua

qua Gemaræ, Tanchumæ, & Rabbot, tam diserte Autor operis Jalkut obloquitur, contradictio.

8. Prohibetur] In textu Hebræo habemus verbum אסורה id inflexum est, ab אסר quod proprie notat *Ligare*, opponiturque huic התיר *Solvere*; prius vocabulum, postea, ad res quæ licitæ, posterius, ad eas, quæ illicitæ pronunciantur, perpetuo Rabbinorum usu transfertur. Elias in Tisbi p. 26. b. אסור והתר זה כנגד זה כל דבר שיש בו עון ועונש לעשותו נקרא אסור וכשאין בו עון נקרא מותר: id est: *Vocabula* אסור *&* התר *sibi invicem opponuntur; quicquid peccatum est, pœnamq; si perpetretur, infert, dicitur* אסור, *quod autem peccati expers habetur, id vocant* מותר. Si tritissimum inter Judæos loquendi morem expressit Servator, cum Matth. XVI, 19. in hanc sententiam loqueretur Petro: Ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod quidem suspicio est sensisse Syrū, certe penitus persuasus fuit vetus Interpres Hebræus Evangelii Matthæi, dum vertit: וכל מה שתאסור בארץ יהיה אסור בשמים וכל מה שתתיר בארץ יהיה מותר בשמים paulo alius utique verborum sensus fuerit, quam, quem vulgo edocemur. Sed ego quidē rem arduam, aliis arbitrandam relinquo: QUIA VITÆ MEÆ ET PROPOSITI CONSCIUS, SICUT DIVINÆ LEGIS ME STUDIUM HABERE NON DENEGO, ITA DOCTOREM DICERE NON PRÆSUMO: quod Junilii, Episcopi Africani, in Tom.I.Bi-
Præfat. Librorum de Partibus Divinæ Legis, dictum, plane meum facio. bliothec.
Jam hæc scripseram, & commodum, gratanter incidi, in luculen- SS. Patrū.
tum & multa eruditione refertum librum, quem Johannes Lightfootus, Theologus Anglus edidit, atque Horas Hebraicas & Talmudicas, inscripsit. In eo, ubi ad Matthæum commentatur, Vir literatissimus, id quod agere volebamus rerum peritos, jam egisse deprehenditur, & terna testimoniorum decade producta, probat, illum loci apud Matthæum sensum esse, quem ex occulto conjecturavimus. Superest, ut pie docti, rem ad rationis trutinam expendant, suisque suffragiis judicio, quod Lightfootus tulit, aut demant, aut addant fidem. Nos interea loci, emendare jubemus, ἁμάρτημα, quod Vir cæteroquin citra controversiam, harum literarum peritissimus, *Johannes Coccejus*, sive aliud cogitans, sive obrepente somno, commisit, quando in Sanhedrin a se edito pag. 321. verbis שאלתינהו ואמרי כי אסו e regione opposuit: *Consului, qui aversati: [Formula Ebræa, ad verba: Sanus sis, prospere tibi sit, Talis* εὐφήμει, *bene ominare, bona verba*, ἱλεώς σοι, *propitius tibi.*] Scilicet, gratis ista dicuntur omnia, & nullus εὐφημισμὸς hic locum habet, pro אסו enim legendum אסור, vertendumque: *Consului eos, & dixere mihi, hoc*

est pro-

est prohibitum. Oculos viri docti decepit, quod in En Jacob, sive Cracoviensi, sive Pragensi, quorum alterutro usus videtur, non tantum אסו truncatum finali litera, repererat, sed &, quod lineola, defectum ־ Resch in aliis exemplaribus probe excusis indicans, casu non satis fuit expressa. Scribitur vero אסור plene planeque in Talmude Amstelodamensi, & in Veronensi libri En Jacob editione utraque, quarum una octava, uti loquuntur, forma, cum Commentario; altera, eo priva, minore duodecima, prodiit. Unde & Christianus Gerson, in Chelek pag. 47. locum transtulit: *Habe ich doch gefragt, und sie haben mir gesagt, es sey nicht erlaubt.* Docet hæc insignis Viri cespitatio, non penitus de nihilo esse, quod vulgus hominum credit, vel muscam, suæ sessionis in libro Hebraico vestigia relinquentem, integrum sensum posse corrumpere, & quadrata rotundis permutare.

9. Donatur calceo] Rationem habes in Gemara fol. 5. b. sed verbis paulo obscurioribus; dilucide Maimonides in Comment. אמרה התורה באדם שמצא באשתו ערו' דבר דומה לזה הענין ויצתה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ואמר לאחר ולא ליבם ולכך לא תתייב' ועל כל פני' צריכה חליצה לפי שהיתה צריכה גט מבעלה ולכך אנו מצריכין אותה חליצה ואז תהיה מותרת לשאר בני אדם: id est; *Ait Lex de Viro, qui invenit in uxore sua turpitudinem rei,*
Deuter. XXIV,1,2. *id quod de Sota, imprimis verum est:* Et egressa e domo ejus, & abibit, & erit viro alii. *Cum igitur* VIRO ALII *dicatur, non vero, Leviro; ideo Leviratus jure non ducenda fuerit. Nihilo minus calcei donatione opus est, quia non exturbari domo potuisset a marito, sine libello repudii: proinde calcei donatio exigitur, atq; sic demum cum aliis ineundi matrimonium, facultatem habet.*

ג

ואלו אסורות מלאכול בתרומה האומרת טמאה אני לך ושבאו עדים שהיא טמאה והאומרת איני שותה שבעלה אינו רוצה להשקותה ושבעלה בא

III.

HIs [*quæ sequuntur Sacerdotum Uxoribus,*] Ablationes comedere non licet. Illi, quæ Viro labem adulterii fatetur. Illi, quam testes ab alio subactam, asseverant. Illi, quæ se aquas amaras potaturam negat. Illi, cui maritus, ut aquas amaras bibat

עליה בדרך כיצד עושה לה מוליכה לבית דין שבאותו מקום ומוסרין לו ב׳ תלמידי חכמים שמא יבא עליה בדרך רבי יהודה אומר בעלה נאמן עליה:

bibat, non concedit. Illi deniq; , cum qua marit⁹ concubuit, cum [*Hierosolymas, ad eam de adulterii suspicione deferendam,*] iter faceret. Quid Uxori super adulterio suspectæ, [*Maritus*] facit? Sistit eam [1] Magistratui, loci, quem incolit; [2] Is vero duos [3] Discipulos Sapientum illi [*comites*] assignat, ne in itinere cum Uxore commisceatur. [4] R. Judas tamen opinatur, Viro fidem habitam, [*nec ullo adeo comite opus fuisse.*]

ANNOTATA.

1. Magistratui loci quem incolit] Quæ diversorum Magistratuum apud Judæos fuerit ratio, præclare ostendit Maimonides Hil. Sanhed. cap. 1. quem integrum locum, quia recenset, ac latinitate donat, Nobilissimus Josephus Voisinius, in Observat. ad Raymundi Martini Pug. fid. part. 2. cap. 4. pag. 267. non est, cur actum agamus. Breviter: Tres fuere judiciorum Classes, in Judæorum Republica; Suprema, Media, & Infima. Suprema dicebatur *Synedrium Magnum*, constans judicibus LXXI. nec erat nisi unicum in universa Judæa, sedem habens Hierosolymis in Templo, deque rebus gravissimis, utpote Propheta, Tribu integra, Magno Sacerdote, eligendo Rege, gerendo Bello, & cæteris hujus commatis, tulit sententiam. Media Classis vocabatur *Synedrium Parvum*, collectum ex XXIII. Judicibus, quale tribunal erectum passim per Judæam, in omni nimirum loco, cujus incolæ CXX. aut plures, erant numero. Hierosolymis quoque geminum ejusmodi fuit judicium, quorum alterum in Porta Atrii, alterum in Porta Montis, colligebatur; atque ad hoc Forum, etiam causæ capitales spectabant. Infima Classis, solis *tribus* constabat judicibus, quali Magistratu gaudebant, vici, & oppida minora, quæ pauciores, quam CXX. habitatores, numerabant. Hic de rebus minoris momenti, & causis imprimis pecuniariis, nunquam vero de criminibus capitalibus, instituebatur cognitio. Tres hi Judiciorum Ordines, vocantur communi nomine בתי דינין seu *Domus Judiciorum*; priores duo, aliàs etiam *Synedrii* appellatione veniunt, sed nunquam postremus. Monemus hoc, propter Cl. Schickardum, qui in Mischpat. pag. 59. locum quendam Maimonidis ex Hil. Sanhed.

hed. ad præsens negotium attinentem, nec plene adduxit, nec satis convenienter transtulit. Apud Schickardum legitur: מי שלקה בבית דין על אסור כרת ולקה פעם שנייה על אותו כרת עצמו כגון שאכל חלב אם אכל שלישית אין מלקין אותו אלא מכניסין אותו לכיפה והוא מקום צר כפי קומתו ואינו יכול לשכב בו ונותנין לו לחם צר ומים לחץ עד שיצרו מעיו ויחלה ואחר כך מאכילין אותו שעורים שכריסו נבקעת: In istis, post verba שאכל חלב inserendum, ולקה עליו ואכל חלב פעם שנייה mox post verba, אם אכל, addendum פעם, post מכניסין ולקה עליו vero supplendum, אותו. Vertit Schickardus: *Qui vapulavit in Synedrio propter peccatum, sub excisione vetitum, & vapulavit altera vice ob idem v. g. quod ederit adipem, [prohibitum Levit. III, 17. & cap. VII, 23.] si comederit tertia vice, non amplius verberatur, sed includitur cavea ad id facta, [quales etiam apud Monachos quondam in usu fuisse, ostendit locus quidam vicini Cœnobii Bebenhusiani.] qua humilior est humana statura, nec tamen sedendi facultatem præbet, ibi sustentatur pane afflictionis & aqua pressuræ [quod præter meritum expertus est verax Propheta Michæas 1. Reg. XXII, 27.] usq; dum affligantur intestina ejus, & ægrescat. Deinceps cibant illum hordeis, donec venter ejus disrumpatur.* At vero, voces בית דין non commode hic loci redduntur, *Synedrium;* quasi scilicet flagellationis pœna, tantum a summæ, aut mediæ, non vero infimæ sortis Magistratu potuerit decerni, nam contrarium verius est, & expresse Maimonides c. 5. §. 4. eorundem Hilchot. מכות בשלשה ואע״פי שאיפשר שימות כשמלקין אותו, id est: *Flagellationis pœna etiam a tribus, seu infimo Magistratu, irrogari potest, licet maxime fieri queat, ut quis huic supplicio immoriatur.* Ergo, vertendum simpliciter: *Qui vapulavit coram Judicio.* Porro, pro verbis: *Qua humilior est humana statura:* mallem substituere: *Qua est locus angustus, staturam ejus exæquans:* vox enim כפי qua Maimonides utitur, non tantum similitudinem infert, sed præterea eruditissimus Coccejus in Sanhedrin pag. 74. ita annotat: כיפה explicat R. Jehuda מלא קומתו Clarius: מושב מאסר שעושין בבית הסהר גבהו כשיעור קומת האדם שוה בשוה ואין לו שם מקום להתפשט ולא לישן id est: *Claustrum in carcere altitudine æquans hominis mensuram examussim, ita arctum, ut porrigendi se ad somnum capiendum facultas nulla sit.* Hactenus Coccejus.

2. Is vero] Oportet prius querelam suam maritus deferat, dicatque verbis conceptis, quæ sunt in MS. nostro עץ החיים Maimonide quoque Hilch. Sota cap. 3. §. 1. & Smag: אשה זו קנאתי לה עם פלוני

פלוני ונסתרה עמו ואלו הן עדיי והיא אומרת שטהורה היא ואני רוצה להשקותה לבדוק הדבר: id est: *HUIC MEÆ UXORI SECRETIUS COMMERCIUM CUM N. PROHIBUI; IPSA VERO SE CUM ILLO OCCULTAVIT; EIUS REI HOS HABEO TESTES. INTERIM QUIA EA NIHILO SECIUS SE PUDICAM ESSE CONTENDIT, IGITUR CURABO, UT AQUAS AMARAS BIBAT, QUO REI VERITAS PATEFIAT.* Scilicet, instituta in minore judicio quædam ἀνάκρισις, seu prævia inquisitio, non judicandi, sed superioris Judicis edocendi causa; quo sensu vocem ἀνάκρισις accipit Marcianus in l. 6. D. de custod. & exhibit. re. Justinianus quoque, Nov. 142. c. 2. præbetque hujus ἀνακρίσεως, elegans, & luculentum nobis exemplum, Festus Actor. XXV, 24. seqq.

3. Duos Discipulos Sapientum] Post factam occultationem, nondum edita innocentiæ probatione, nunquam amplius cum uxore sola, agebat maritus, sed שכר לה בית והיה מעלה לה מזונות ולא היה מתיחד עמה אלא בפני בניה: id est: *Conduxit ei domum* (separatam,) *& attulit ei cibaria, neq. nisi liberis præsentibus, cum ea versatus est:* Rabbot fol. 233. col. 3. Quamobrem, quia in itinere liberorum & domesticorum præsentia, cariturus erat Maritus, alii custodes requirebantur, quos a Magistratu oppidano accipiebat. Cur duobus opus fuerit, nec unus suffecerit, ridicula assignatur causa in iisdem Rabbot. Quippe, unico tantum teste, conjuges comitante, si hunc inter peregrinandum natura ad ejiciendum ventris onus, secedere coëgisset, fieri poterat, ut interea temporis in gratiam mutuam redirent conjuges, & amori indulgerent. Aut sane, viro, ob eandem causam de semita declinante, etiam bonus ille Discipulus Sapientum, incipere potuisset, ad uxorem proximi sui alludere. Fatendum tamen, non admodum probari hanc rationem Gemaræ, quæ minus inepte, duos viros eruditos gravesque, additos innuit, ut in summo Synedrio, τῆς ἀνακρίσεως in inferiore judicio institutæ, redderent legitimum testimonium.

4. R. Judas] Iterum Jalkut a Talmude, Rabbot, aliisque, discrepat, & fol. 206. col. 3. autorem hujus opinionis, non R. Judam, sed R. Jose, fuisse perhibet. Videant Judæi, quid iis in hac lite, facto usus sit; nos paucis e Maimonide indicabimus, cui fundamento hæc assertio fuerit superstructa, & quomodo hoc ipsum, sit labefactatum. ר׳ יהודה אומר אחר שבעלה נאמן כשהיתה נדה שהוא אסור בה לא יהיה נאמן

על אסור לאו וחכמי׳ אמרי׳ לקלות האסור מתגבר עליו יצר הרע ואין הלכה כרי׳ יהודה: id est: *R. Judas ait: Cum marito nulli Custodes apponantur, quando e mensibus laborat mulier, quo tempore tamen, concubitus excisionis pœnam inducit, quare hic non et fides haberetur, ubi de simplice tantum interdicto agitur? At Sapientes regerunt, ipsam peccati levitatem efficere, ut tanto magis prona sit libido: quare R. Judæ sententia neutiquam est amplectenda.*

ד

היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלים ומאיימין עליה כדרך שמאיימין על עדי נפשות ואומרים לה בתי הרבה יין עושה הרבה שחוק עושה הרבה ילדות עושי׳ הרבה שכני׳ הרעים עושי׳ עשי לשמו הגדול שנכתב בקדושה שלא ימחה על המים ואומ׳ לפניה דברים שאינה כדי לשומען היא וכל משפחת בית אביה:

IV.

Adducta fuit mulier adulterii suspecta, [1] in magnum judicium Hierosolymitanum: ibi eam territabant, simili prorsus modo, quo [2] in causa capitali testimonium dicturis, formidinem incutere solebant. Et vero, [3] ajebant illi: FILIA CARISSIMA, FORSITAN (*ut delinqueres*) [4] VINUM IMMODICUM IN CAUSA FUIT, AUT [5] PETULANTIA VEL ETIAM [6] IUVENTA NIMIA. FORTASSE MULTITUDO, [7] IMPROBORUM VICINORUM OCCASIONEM PRÆBUIT. AGE, IN GRATIAM NOMINIS ILLIUS MAGNI, QUOD [8] SANCTISSIMA CÆRIMONIA DESCRIBITUR, NON COMMITTE, UT ID AQUA [9] DELERE OPORTEAT. His alia addebant blandimenta, quæ audire [10] nec ipsa, nec universa ejus familia paterna, merebantur.

ANNOTATA.

1. In magnum Judicium Hierosol.] Maimonides Hilch. Sanhed. c. 5. §. 1. אין עושין זקן ממרא ולא עושין עיר הנדחת ולא

ולא משקין את הסוטה אלא בבית דין הגדול ואין מוסיפין על העיר ועל העזרות ולא יוצאין למלחמת הרשות ולמרידת ההלל אלא על פי בית דין הגדול; id est: *Nemo proclamatur γέρων ἀποστάτης, neq; ulla Urbs, universalis idololatriæ condemnatur, neq; mulieres quæ violati tori suspectæ sunt,* (aquis amaris) *potionantur, nisi ita jubentibus magni Synedrii Senatoribus. Pari modo tantum ad horum placita, Hierosolyma & Atria, accessione augentur, in πόλεμον αὐθαίρετον proceditur, & intervalla Urbium ob repertum trucidatum mensurantur.* Mirum vero videri cuiquam queat, quare cum Synedrium Minus, capitis judicium exercere posset, tamen hæc de fœmina adulterii suspecta cognitio, ei fuerit ademta. Dubio huic mederi conatur, Gemaram secutus, idem Maimonides, in notis ad Mischnam, sed nescio num usque adeo feliciter. Confert inter se loca Num. V, 30. & Deut. XVII, 11. quorum altero de uxore adulterii suspecta, altero de Sene apostata agitur; cumque utrobique eadem vox התורה occurrat, & vero certum sit ex Talmud Sanhedrin, vocem תורה id respectu Senis apostatæ exigere, ut illius causa in magno Synedrio dijudicetur, igitur infert, ejusdem vocis, etiam circa adulterii suspectam, eandem vim esse. Verba Autoris adducere supersedeo, quia ut verum fatear, hæc sententia minime mihi satisfacit: & malim ego causam cur citra summi Synedrii præscitum, mulier adulterii suspecta, aquas amaras haud biberit, conjicere in ipsam negotii arduitatem. Quia enim singulare miraculum ut Deus ederet, flagitabatur, merito supremi inter Judæos Magistratus partium fuit, cavere etiam atque etiam, ne quis temere auderet κύριον τὸν Θεὸν ἐκπειράζειν, quod facere prohibitum est Deut. VI, 16. & repetitur Matth. IV, 7.

2. In causa capitali.] Etiam in Causis Pecuniariis, non incuriose ad dicendum testimonium, testes fuere admissi, sed & ipsis his, timor prius est incussus. Interim cum de capite hominis Judæi agebatur, ibi vero in summum metum conjicere testimonium dicturos, manibus, quod ajunt, pedibusque, Judices nitebantur. Omnem rem disces ex Cl. Cocceji Sanhed. pag. 25. & 33. Conveniunt cum his, quæ Cæsarei & Pontificii juris Interpretes tradunt ad l. 29. C. de Appellat. & C. ubi periculum. de Elect. in Sexto. Cæterum Autor MS. nostri Ez Hechajim, Maimonides, & Smag. in eo consentiunt, marito discedere jusso, Synedrium seorsim cum uxore egisse, & num formidinem illi incutere posset, fecisse periculum. Nec prætereundum, quod Gemara annotat, & ex ea, fere omnes, qui de Hilchot Sota scripsere, repetunt: כדרך שמאיימין עליה שלא תשתה כך מאיימין עליה שתשתה אומרים לה בתי

אם ברור לך הדבר שטהורה את עמדי על בוריך ושתי לפי שאין מים המרים דומים אלא לסם יבש שמונח על בשר חי אם יש שם מכה מחלחל ויורד אין שם מכה אינו מועיל כלום: id est: *Uti dehortantur adulterii suspectam vi summa, ne bibat, ita & hortantur pariter illam ad bibendum, ac inquiunt: FILIA MEA, SI OMNINO CERTUM EST, INNOCENTEM TE ESSE, DEO TUO CONFIDE, ET AUDACTER BIBE: QUONIAM AQUÆ AMARÆ NON ALITER SE HABENT, AC VENENUM SICCUM CARNI ANIMALIS VIVI IMPOSITUM. SI VULNUS IBI FUERIT, DOLOREM AFFERT, ET PENETRAT ALTISSIME, SIN VERO VULNUS IBI NON SIT, NIHIL METUENDUM PERICULI.*

3. Ajebant] Talmud Amstelod. habet ואומר Sed neutrubi sensui aliquid decedit: Singularis enim numerus, ad בית דין habet relationem, ideo hæc vox in eodem numero, etiam in omnibus Mischnæ editionibus, paulo post sequitur.

4. Vinum immodicum] Cum, Libero & Cerere, præsentibus, calere Venerem, indicare volebant familiares R. Janai, proverbio dicere soliti sunt: אין ארי נוהם מתוך קופה של תבן אלא מתוך קופה של בשר: id est: *Leo non rugit si ei apponatur canistrum repletum palea, sed, si plenum carne.* Berachot fol. 32. a. Unde ibidem fol. 63. a. למה נסמכה פרשת נזיר לפרשת סוטה לומר לך שכל הרואה סוטה בקלקולה יזיר עצמו מן היין: id est: *Quare in Scripturis connectuntur leges de Nazirao, cum iis quæ de Muliere adulterii suspecta agunt? Scilicet, docemur, quod quisq, videns fœdum istud quando Sota bibit, spectaculum, æternum vino abstinere debeat.* Quippe, ut Raschi Num. V. adducto hoc loco Gemaræ, vere subjungit: שהוא מביא לידי ניאוף id est: *Vinum occasionem adulteriis præbet.* Multa in hanc rem disserit Autor כלי יקר f. 100. column. 1. atque quia inter reliqua Observationem quandam suam in medium producit, qua mire sibi placet, ac reperisse se credit, non quod pueri clamitant in faba, haud ea Lectorem defraudabimus. ולולא מסתפינא לומר דבר חידוש אשר לא שערום ראשונים הייתי אומר כי תשטה בט״ית כמו כי תשתה בת״ו כי ט׳ מתחלפת בת״ו באותיות דטלנת וכן פירש״י סוף פ׳ מקץ בפסוק ומה נצטדק שטית

שט״ית א במקום ת״ו וכן לשון תועה בכל המקרא בת״ו ובלשון רז״ל טועה בט״ית כאלו אמר כי תשתה אשתו יין ושכר המרגילה לערוה: id est: *Fortasse* (circa locum Numeror. V, versum 12. cum ibidem dicitur איש איש כי תשטה אשתו) *afferre licebit, novam rem, prioribus non animadversam. Scilicet, inquam ego, verbum* תשטה *quod literam* ט *in medio habet, ita accipi posse, quasi sit* תשתה *cum* ת, *Elementa enim, unius organi, facile inter se permutantur. Atq; sic Jarchi docet Gen. XLIV, 6. in voce* נצטדק *esse* ט *positum pro* ת: *quin & verbũ* תועה *in universa Scriptura cum* ת *exaratum deprehenditur; Rabbini vero* טועה *cum* ט *dicunt: Quare sensus verborum esse potest: Cujuscunq; viri uxor biberit vinum, aut siceram, quæ ad libidinem concitant.* Sed, dignus est homo, cum sua observatione odio; nodum in scirpo quæsivit.

5. Petulantia] Sapienter R. Akiba, in Pirke Avot. c. 3. שחוק וקלות ראש מרגילין את האדם לערוה; id est: *Risus, & mentis levitas, hominem in libidinem præcipitant.* Id quomodo fiat, non inepte ibi exponunt Commentatores.

6. Juventa nimia] Etiam Aristotelis 8. de Moribus c. 3. testimonio, sunt omnino Ἐρωτικοὶ οἱ νέοι· Cum vero secundum Justinianum Nov. 75. c. 5. in pr. *furorem Amoris, quo nihil vehementius, solius Philosophiæ perfecta sit, retinere*: ideo, quando hæc disciplinæ sanctitas, in juventam non cadit, facilis lapsus est, imprimis in sequiore sexu. S. Chrysostomus Homil. in laudem Bernices & Prosdoces. Καὶ θαλάμοι καὶ γυναικωνίτιδες, καὶ θύραι, καὶ μοχλοὶ, καὶ φύλακες, καὶ θεραπαινίδες, καὶ τιθηνοὶ, καὶ μητρὸς προσεδρεία, καὶ πατρὸς πρόνοια, καὶ πολλὴ παρὰ τῶν γονέων ἐπιμέλεια γίνεται, ὥστε διατηρηθῆναι τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος, καὶ μόλις οὕτω διασώζεται· Quæ, Interpres transtulit: *Thalami, gynæcea, januæ, vectes, custodes, procubitores, ancillæ, nutrices, ac matris assiduitas, & patris providentia, multaq; parentum cura adhibetur, ut virginitatis flos custodiatur, & vix ita conservatur.* Pol! si ex animo hæc dixit Beatus Pater, neque, (Comici illud huc transferre nobis ut liceat) servasset ipse fœminas, neque iis servandum quicquam, dare fuisset ausus.

7. Improborum vicinorum] S. Hieron. Ep. 47. de vitando suspecto contuber. *Inter illecebras voluptatum, etiam ferreas mentes libido domat.* Et mox: *Narrant Gentilium fabulæ, cantibus Sirenarum, Nautas isse in saxa præcipites, & ad Orphei citharas, arbores, bestiasq;, ac silicum dura, mollita.*

8. Sanctissima cærimonia &c.] Locus flagitat, ut doceamus, qua religione, circumspectaque diligentia, in Nominibus Divinis

vinis describendis, Judæi utantur, idque tanto magis, quia Vir Doctus, qui antehac aliquid ea de re tradere voluit, Judæorum mentem minime est assequutus. Atque nos, nostro quidem officio, haud certe melius defungi possumus, quam vocando in subsidium, Codicem nostrum MS. Ez Hechajim, in quo הל׳ Hilchot Sophrim cap. 1. omnia tam accurate traduntur, ut non possint melius.

מי שכתב אפילו אזכרה אחת מס״ת תו״ם שלא לשמן של אזכרות פסולין אבל שאר מילות אין צריך לשים המילה עצמה שאפילו כתב בשם מילה אחרת כשר והכותב השם אפילו מלך בישראל שואל בשלומו לא ישיבנו היה כותב שנים ושלשה שמות מפסיק ביניהם ומשיב הטובל הקולמוס לכתוב השם יתחיל משלפניו ולא יתחיל

id est: *Si quis vel unicum, ex propriis & peculiaribus Deo nominibus, in Pentateucho, Phylacteriis, aut Liminaribus schedis, sine expressim, in illud directa intentione,* (quod tale Nomen exarare instituat,) *describit, tum omnis illa Scriptura vitiosa est. Quod vero ad reliqua verba attinet, ad horum singula, mentem tantopere intentam habere, non est necesse; etiamsi enim aliam vocem scribat, aliam mente cogitet, tamē illa scriptura censetur legitima. Cum quis, in scribendo aliquo proprio Divino Nomine, occupatur, si maxime Rex Israëlitarum, eum salute impertiat, haud licet illi,* (nondum plane finita scriptione Divini Nominis, e vestigio) *salutem referre: Quod si vero duo, aut tria Divina Nomina,* (sermone continuo, uti verbi causa יי׳ אלהינו vel אל אלהים יי׳ aut יי׳ אלהינו יי׳ quorū prius sæpe, postrema Ps. L, 1. & Deut. VI, 4. occurrūt,) *scribenda sint,* (uno absoluto,) *inter media nomina cessare, &* (salutantē Regem,) *resalutare licebit,* (haud tamen in hoc opere fas est, ut Scriba, prior illū compellet.) *Qui calamum ad scribendū* (mox) *Nomen Divinum,* (atramento) *imbuere volet,* (non ita cessato, ut ab ipsissimo Divino Nomine, noviter impleta penna, scribendi faciendum sit initium; possent enim, vel humor nimius, quem forte penna imbibit, Divinum Nomen obruere, vel adhærens festuca minutissima, ejus efficere lituram, eapropter,) *a quibusdam quæ præcedunt* (literis,) *non vero ab ipso Divino Nomine, scribere rursus incipito. Qui per errorem Divinum Nomen* (integrum,) *scribere neglexit, illud in linearum interstitio superius appingere potest. Sed vero,* (cum tantum quædam

sunt

לכתוב בשם טעה לכתוב
השם תולהו בין השטות אבל
מקצת השם בשיטה ומקצתו
תלוי פסול ובשאר התיבות
אם שכחה כותב מקצת התיבה
בשיטה ומקצת למעלן חוה
בס״ת אבל בתו״ם אין תולין
אפי׳ אות אחת ואם שכח
אפילו אות אחת נונו מה
שכתב וכותב אחרת דהוי
ככתבן שלא כסדרן ואם
דילג אות אחת והניח ריוח
בסדר השורה לא יכתוב שם
אך פסולה היא: ומותר לכתוב
השם על מקום הגרר ועל
מקום המחק בכולן גרר פי׳
מדיו יבש מחק פי׳ מדיו לח
אם דילג השם טוב לגרור
החול לאחר שייבש ויכתוב
השם על אותו גרר והחול
שמחק יכתוב בין השטים ולא
יכתוב השם בין השטים כותבי
ספרים אסורים להפוך יריעה

sunt ex ipso omissæ literæ,) *si quis parti in linea expressa, partem quæ deest, desuper adjicere vellet, id nefas foret. At in reliquis vocabulis, si quid omissum sit, partem eorundem in linea, partem in interstitio scripsisse, nihil officit. Cæterum hactenus dicta, tantum de Voluminibus Pentateuchorum capienda sunt, nam in Phylacteriis & Liminaribus Schedis, ne unicam quidem literulam*, (extra lineas appingere fas est:) *Quod si igitur quis literam unam scribere oblitus sit, integra Scriptura recondenda, ac nova facienda est, quia peccatum fuit, contrarerum ordinem, qui in hac scriptione accurate observari debet: Atq; si maxime, neglecta literula, tantum spatii in ipsa linea quis relinquat*, (ut litera deficiens commode inseri possit,) *tamen ne sic quidem literam supplere licebit, est enim & hoc vitiosum. Licet describere Nomen Divinum, super ea quæ rasa, & quæ deleta fuere, sine discrimine; Radere autem dicimur eas literas, quarum atramentum quo scripta fuerant, exaruit; Delere eas, quæ nondum sunt sicca. Optimum fuerit, si quis*, (forte in Pentateucho neglecto Divino Nomine,) *verbum aliquod profanum, postquam arefactum est, eradat, & in ejus locum Nomen Divinum substituat, sic enim alterum profanum superne adjici potest, quod minus recte fit in* DEI *Nomine. Scriba*, (ab opere nonnihil cessare volentes, custodituri adversus pulverem,

aut

על פניה אך פירש עליה בגד
או כופלה סת״ת ותו״ם שאמר
הסופר אחר שיצאו מתחת
ידו לא כתבתי אזכרות לשמן
אינו נאמן לפוסלן אבל נאמן
הוא להפסיד כל שכרו ולמה
אינו נאמן לפסלן שמא לא
נתכון אלא להפסיד על הלוקח
או על זה ששכרו וסבור שלא
יפסיד משכירותו רק שכר
האזכרות ואם אמר סת״ זה
ותפלין אלו עורותיהן אינם
מעובדות לשמן נאמן אף
לפוסלן שהרי הכל יודעין
כשאין העורות מעובדות לשמן
שפסולין מותרי קלפי סת״ תו״ם
מותר לכתוב בהם מה שירצה
שאין בהזמנתם איסור ומעלין
בקדש ולא מורידין אבל

aut alias injurias ea quæ scripserunt,) *non debent membranam, in eam faciem cui inscriptum est vertere, sed aut linteo tegenda, aut complicanda est. Si quis Scriba* (conductus, aut Scriba venditor,) *postquam Volumen Pentateuchi, Phylacteria, aut Liminares Schedas accepta mercede scripsit, aut vendidit, tum deinde dicat: Equidem Divina Nomina scripsi sine ea quam adhibere debebam, intentione: Hujus asserti non ea vis est, ut illud quod scripserat, vitiet, sed tamen ut omni sua mercede mulctetur.* (Quærat quis:) *Quare non ipsam quoq; scriptionem suam, hac ratione profanam reddit? Nimirum, fortasse isti Scribæ,* (cum hæc diceret,) *nihil aliud propositum fuit, quam ut damno afficeret, illum sive emtorem, sive conductorem scriptionis suæ,* (quasi is in scripturam inutilem nummos erogarit; interea loci, etsi perperam, & ex mera juris ignorantia,) *sibi persuadens, non perditurum se eo pacto totum quod tulerat pretium, sed tantum pretium scribendorum Divinorum Nominum. Quod si vero quis dicat Membrana istius Pentateuchi, aut Phylacteriorum,* (qua ad scribendum usus sum,) *non rite & cum ea quæ conveniebat, intentione, est præparata, huic fides habetur, etiam in tantum, ut scriptio pro vitiosa habeatur, nemo enim nescit, membranas ineptas, profanum reddere, omne quod iis inscribitur,* (ac proinde, si quis in aliqua ejusmodi, se scripsisse profiteatur, perditurum sese certo certius, universæ scripturæ mercedem.) *Si quid ex membranis Pentateuchi, Phylacteriorum, & Liminarium Schedarum, residuum fuerit,*

בגליונים אסור לכתוב אין כ
כותבים ס״ת ותו״ם אלא כתב
אשורית ודווקא בימיהם הותר
לכתוב ס״ת כתב יווני כל אות
שאין מוקפת גויל מ״ד רוחותיה
או שאין תינוק שאינו חכם
ולא סכל יכול לקרות כנון
שרומה י״ לו״ וכ״ לב״ ור״ לד״
ולהפך וכל כיוצא בזה פסולה
עור שניקב משנכתב אם ניקב
בתוך האות כגון ה״ או ם״ וכן
בשאר אותיות כשר ניקב
ביתך של אות עד שנפסקה
אם נשתייר ממנה מלא אות
קטנה כשר והוא אם לא
תדמה אות אחרת ואם לא
נשתייר מלא אות קטנה
פסולה ס״ת ותו״ם שחסר אפ
אפילו אות אחת פסולים:

rit, ei quodcunq; animo collibitum est, inscribere licet, neq; enim, illa rei sacra destinata praeparatio, contrarium flagitat, aut (hic locum invenit, illud tritum:) *Rebus sacris dedicata, dignitatis augmentum, non vero imminutionem, admittere. At, margini* (voluminis sacri) *quicquam inscribere, nefas est. Non licet adscribendum Pentateuchum, Phylacteria, & Liminares Schedas, alio uti charactere, quam Assyriaco, sola enim Priscorum Sapientum aetate, Pentateuchum Graecis* * *quoq; literis exarare permissum fuit. Si qua litera suos non habeat nudos & vacuos terminos, quaquaversum, aut, si quam, puer, qui nec plane adhuc sapit, nec plane infans est, non queat discernere, ob similitudinem quae inter Jod & Vau, inter Caph & Beth, inter Resch & Daleth, vel contra, intercedit; aut, si quid aliud peccatum sit ejusmodi, tum Scriptura vitiosa est. Membrana, si post scriptionem perforetur, atq; illud foramen in mediam literam,* (habentem ventrem inanem,) *quales He, Mem & similes sunt, cadat, nihil id refert: Sed, si foramen in latus cadat, ita ut minuatur litera, si quidem tantum supersit, ut quantitati solummodo ademtum quid appareat, etiam id nihil obest, modo* (litera formam suam adhuc retineat,) *nec alienam induerit. At, si* (ob foramen,) *minus relinquatur, quam, ut residuum, pro parva litera accipi possit, id vitiosum est. Est quoq; vitiosum, si in quo Pentateucho, Phylacteriis, aut Liminaribus Schedis, unica litera deficiat.*

* In Hexaplis & Octaplis Origenis, Textus Hebraeus, Graecis characteribus exhibebatur.

9. Delere oporteat] Judæos magna ſollicitudine cavere, ne nomen DEI deleatur, aut polluatur, atque hinc extra ſacros libros, ſchedasque, tetragrammaton imprimis, ne exprimi quidem, tralatitium eſt, & ea de re, multi egerunt. Illud fortaſſe, nemo adhuc indicavit, quod Autor Schalſch. Hakkab. pag. 54.a. pridem tradidit de Judæis Vormatienſibus : יש קבלה אצלם שבבית הכנסת ההוא נכתב שם המפורש בכותל ואינם מרשי להסיר העכביש שיש שם שמא לרוב זקנותו לא ימחק השם: Id eſt : *Habent antiquam traditionem, in fornice ipſorum Synagogæ, deſcriptum eſſe nomen tetragrammaton, igitur non permittunt ut removeantur telæ aranearum, quæ ibidem ſunt, ne ob nimiam vetuſtatem, nomen divinum deleatur.* Cæterum, quia השם & nomen DEI & ipſum DEUM, Judæis promiſcue notat, vulgo autem fertur, ſub telis aranearum, in Vormatienſi Schola, deliteſcere השם ideo non dubitaverim, quosdam imperitiores Judæos, ſuperſtitionibus, & ignorantia, effaſcinatam mentem habentes, credere, ipſum Numen (Vereor in talibus DEUM dicere, Numinis vox profanior eſt,) iſtas incolere latebras : Ut proinde nulla iniuria affecerit homines, ille, qui ipſorum partes deſerens, inque Chriſtianum mutatus, in libro *Schlangenbalg*, nefandam & execrabilem hanc opinionem, iis exprobravit. Equidem fateor, nondum me ipſum librum oculis uſurpaſſe, feciſſe tamen Autorem, quod diximus, patet ex Hebraicis literis, ſed vocibus Germanis expreſſa, immodeſta, nequiſſimaque confutatione, quam Judæus Samuel Zvi, Offenhauſenſis, illi ſcripto oppoſuit, &, *den Jüdiſchen Tiriack* vocavit, ſic enim ipſe, magna cum impudentia, & protervitate : *Jetzund ſchreibt Schlangenbalg in ſeiner Narrheit, und ſagt : er hat ſich von freyen Willen auffgemacht, und vvär gen Worms gezogen, die Schul zu beſehen : dann vvir halten die, für ein kl in* ב״הכ *und die Juden daſelbſten kehren darum kein Spinnvveben ab, dann ſie ſagen, Gott* 'ית *der ruhe dort in einer Spinnvveben, und hab einer einmal abkehren vvollen, hat ſich das Gevvölb geneiget, und einfallen vvollen.* בספר אשר הכינותי לנוצרים *hab ich den* מומר *hübſch ausgeſpottet mit ſeiner vveiten reu, und* הבל, *und laß ihm vviſſen, daß* 'השם ית *in keiner Spinnvveben oder gifftigen Schlangenbalg ruhet:* כי שמים ושמי השמים לא יכלכלהו בשלם סוכו ומעונתו בציון *Warum aber die Wormſer die Schul nit abkehren, vverden ſie beſſer vviſſen, als ich : Es is hierinnen vveder* מעלה *noch* מוריד, *es is keiner unter den* י״ג עיקרים *daß einem Juden von nöthen is zu vviſſen.* Enim vero, monſtri aliquid alere illas aranearum telas, non tamen penitus negare audet homo nequam, nec ſcrupulum, quem

quem alter injecerat, plane eximit. Possset quem curiosum, eadem res exstimulare, ad iter faciendum Vormatiam, nam fortasse non minor harum telarum copia est, quam ab Heliogabali servis, quondam Romæ collectum fuisse, apud Lampridium legimus. Ah! si ad DEUM converteretur Israël, & Christus γαιήοχος (sic Nonnus eleganter vocat) αἴγλη, ὃν ζόφος οὐκ ἔμαρψε, prædicaretur in Synagoga, dubium nullum est, etiam sua sponte casuras, portentosissimas illas Vormatienses telas, quale quid in Trullo, cum Macarius hæreticus, a Patribus Concilii damnaretur, accidisse, Anastasius Bibliothecarius, in Agathone, commemorat. Sed; proh dolor! *Judæi ova aspidum excludunt, & telas aranei texunt: qui comedit ex ovis eorum, morietur; etiam qui aspergitur, quasi irrumpat vipera.* Es. LIX.5. Non vero est, ut quis existimet, solum ἀνεκφώνητον nomen, citra reatum, deleri communiter non posse: plura sunt ejus generis, atque, quæ expungere fas, quæ nefas habetur, eorum aliqua recensentur in Schevuot fol. 35.a.

יש שמות שנמחקין ויש שמות שאין נמחקין כגון אל אלהיך
אלהים אלהיכם אהיה אשר אהיה אלף דלת ויוד הי
שדי צבאות הרי אלו אין נמחקין אבל הגדול הגיבור הנורא
האדיר והחוק והאמיץ והעיזוז חנון ורחום ארך אפים ורב
חסד הרי אלו נמחקין:

Versionem addere supervacuum foret: quæ priore loco enumerantur Divina Nomina, delere haud licet, licet quæ posteriore. Nobilissimus Codex noster MS. Ez Hechajim, magis luculente, Hilchot Jirah Vekiddusch Hasschem cap. 2. בכלל קדוש השם שלא לאבד ולמחוק שם הקב"ה ולוקה משום לא תעשון כן לי"י אלהיכם ז' שמות אין מוחקין י"י בכתיבתו ובקריאתו אלהים אהיה שדי צבאות אלוה אל וכל הנטפל להם מאחוריהם כגון כ"ף אלהיך שהשם מקדשן ולוקין על העיקר ומכין מרדות על הטפל אל מאלהים י"ה מי"י אין נמחק אבל שד משדי צב' מצבאות נמחק וכן הכנויים כמו רחום חנון גדול גיבור נאמן נורא חוק נמחק: Id est: *Illud quoque erga Deum reverentia, complectitur, ne Nomen ejus tollatur, aut deleatur:* [Id enim si quis faciat, præcepto Magistratus,] *flagellandus est, ob violatum præceptum* (Deut. XII.4.) Non faciatis sic, Domino Deo vestro. *Sunt vero VII. Nomina Dei, quæ delere prohibemur;* אדני *tam quod ita scribitur, quam quod ita tantum enunciatur.* אלהים. אהיה. שדי. צבאות. אלוה. אל *& quicquid his est in fine annexum, uti verbi causa,* כ"ף *in Vocabulo* אלהיך *Nam ista (affixa) Dei nomen consecrat: sed tamen ob deletum ipsum Nomen Divinum, flagellationis, ob deletum affixum, sola*

 casti-

castigationis pœna irrogatur. אל *ex voce* אלהים *&* יה *ex nomine* יהוה *delere nefas est: Sed vero,* שר *ex* שדי *&* צב *ex* צבאות *delere fas est: Idem de DEI cognominibus tenendum, qualia sunt* הגון. רחום. חוק. נורא. נאמן. גיבור. גדול *nam, & hac delere, non omnino vetamur.*

10. Nec ipsa] Etsi שאינה in omnes Mischnæ, quibus utimur, editiones, & Talmud quoque Amstelod. receptum est, non tamen dubitum, rectius esse, si legatur שאין, quomodo in Rabbot etiam, fol. 234. col. 1. ubi eadem verba adducuntur, scriptum reperi.

ה

אם אמרה טמאה אני שוברת כתובתה ויוצאת ואם אמרה טהורה אני מעלין אותה לשער המזרח שעל פתח שער נקנור ששם משקין את הסוטות ומטהרין את היולדו ומטהרין המצורעי וכהן אוחז בבגדיה אם נק נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפ נפרמו עד שהו מגלה את לבה וסותר את שערה רבי יהודה אומר אם היה לבה נאה לא היה מגלהו ואם היה שערה נאה לא היה סותרו:

V.

Fatente ea, POLLUTA SUM: [1] Ipsa proscindens instrumentum suum dotale, [2] res suas sibi habebat. Dicente vero, ILLIBATA SUM, [3] deducta fuit ad [4] fores Templi [5] orientales, seu ad portam [6] Nicanoris, [7] quippe, ibi adulterii suspectis, aquas potandas dare, puerperas purificare, & leprosos mundare, consueverunt. Cæterum, [8] Sacerdos, arreptis ejus vestibus [9] nihil pensi habens, si maxime finderentur, aut dissuerentur, eo usque (*trahendo vim faciebat*,) quoad [10] sinum mulieris denudaret; [11] crines quoq; ejus explicabat. [12] R. Judas (*tamen hac limitat*,) dicens, si sinum venustum ipsa haberet, non fuisse eum a Sacerdote revelatum: nec capillos solutos, si essent decori.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Ipsa proscindens instrumentum] Expressimus tantisper communem verbi שבר notionem, sed Raschi, alia, nec ullis Lexicographis notata, hoc loco illud accepit, dum significatum שוברת a שובר quod Rabbinis *Apocham* notat, arcessit: quasi non lacerasse Instrumentum dotale, sed quibusdam subscriptis, cassum & irritum id reddidisse, ipsa dicatur. Etenim, vult exarasse in eo, adulteram sua manu: זניתי והפסדתי כתובתך: Id est: *Adulterium commisi, atq; dotis tuæ merito jacturam fero.* Placet hæc opinio, præ altera Maimonidis, qui, in Mischnam Comment. Instrumentum dotale si extaret, revera scissum esse, nec nisi cum perierat, apochā fuisse scriptam, contendit. Scilicet, quæ semel pudore suo prodige usa fuerat mulier, potuisset deinde pergere gnaviter impudēs esse, & ex interjecto tempore omnia quæ gesta sunt, præfracte negare, dotemq; exigere, de instrumento autem dotali quæsita, causari, id periisse. Sane, licebat contra marito, & testium, & Actorum Synedrii fide, se tueri: certissimum enim est, eam quondam, in consultis illius Senatus consignandis, diligentiam adhibitam, quam in nostris judiciis requirunt Canonistæ ex c. quoniam 11. Extr. de Probat. & videri potest Maimonides Hilch. Sanh. item Mischna Sanhedrin apud Coccejum c. 4. §. 3. Sed, quando datur evitare, judiciorum plenum aleæ opus, stultum fuerit ei se committere, quod pluribus docent Doctores prudentiæ Civilis juris, ad l. 51. D. de Pecul.

2. Res suas sibi habebat] Sic Codex quoque MS. Ez Hechajim. אמרה הן נטמאתי או איני שותה יוצאת בלא כתובה והולכת לה: Id est: *Si diceret: Polluta sum, aut bibere recusaret, dimittebatur sine dote maritali, & ibat, quo collibitum erat.* Non igitur capitis supplicio in hujus farinæ adulteram fuit animadversum, sed dote tantum maritali excidit, nec alii pœnæ fuit obnoxia. Eandem sententiam defendunt Maimonides Hilch. Sota c. 3. §. 2. Baal Smag quoq; , imo, quos de hac re consulere licuit, Rabbini ad unum omnes. Causam præterea, cur capitis supplicium hic cessarit, docet Raschi in Comm. ad Mischnam nostram, inquiens: אינה נהרגת שלא התרו בה עדים בשעת מעשה Id est: *Non occiditur, quia a flagitio perpetrando, nulli testes eam absterruerunt.* Cum obscuriora ista sint, lux aliunde affundenda est, tradit autem nobis lampada Maimonides Hil. Issure Bia, c. 1. ea utamur. הבא על אחת מכל העריות האמורות בתורה במזיד חייב כרת שנ׳ כי כל אשר יעשה מכל התועבות האלה ונכרתו הנפשות וגו׳ שניהם הבועל והנבעלת ואם היו שוגגין חייבין חטאת קבועה ויש מן העריות שהוא

בפיתת בית דין יתר על הכרת השורה בכולן: אותן העריות שיש בהן מיתת בית דין אם היו שם עדים והתראה ולא פרשו ממעשיהם ממיתין אותן מיתה האמורה בהן ואפי' היה העובר תלמיד חכם: אין ממיתין ולא מלקין עד שתהיה שם התראה שלא נתנה התראה בכל מקום אלא להבחין בין שוגג למזיד: Id est: *Qui ullo concubitu, in Lege prohibito, consulte se polluit, reus est excidii. Q.S.E.* (Lev. XIIX, 29.) Quisquis fecerit aliquam ex omnibus abominationibus istis, & exscindetur animæ illæ *&c. Ambo nimirum, tam mas, quam fœmina. Quod si vero per imprudentiam peccent, determinatum piaculare sacrificium offerendum est. Atq; sunt inter species prohibiti concubitus, quædam, quæ ultra excidium, quod omnes ex æquo involvunt, etiam extremum capitis supplicium attrahunt. Cæterum, concubitus isti, annexam habentes pœnam capitalem, non aliter reos quoscunq;, etiam Discipulos Sapientum, illi subjiciunt, quam si testes adfuere, qui factum prohibuerunt, quibus obsequium præstitum non est. Nimirum, nec pœna capitis, nec fustigatio locum inveniunt, nisi præcesserit commonitio, hæc enim unice introducta est, ut τὰ ἑκούσια καὶ ἀκούσια inter se distinguat.* Et vero, ex hactenus traditis, nove, verum κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως, conabimur explicare locum apud Johannem cap. VIII, v. 4. Διδάσκαλε αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη· Scilicet, deprehensa fuerat mulier ἐν ἔργῳ, uti Solon, & Plato dixere; vel, ut loquebatur vetus
l. 23. in pr. D. ad L. Iul. de adult. lex Julia, *In ipsa*, adulter est deprehensus. At, quia deprehensa tantum erat, & nulla præcessit dehortatio, ideo, id, a Christo, nisi fallimur, quærere videntur Pharisæi & Scribæ, quid in hoc casu, facto usus sit, & num secundum rigorem Legis Mosaicæ, lapidibus obrui debeat, an vero sufficiat more Majorum, dote ipsam mulctare? aut, si omnino [quod quidem Cl. Seldenus in Uxor. Hebr. l. 3. c. 11. voluit,] de nec dum nupta, & desponsata tantū sermo est, quæsitum fuit, num sufficiat, ut Sponsus eam a se segreget? Sed, ipsa sacri Textus verba, paulo uberius explicemus, atque ut tanto clariora omnia evadant, præmittamus etiam illa, in quibus nulla est difficultas.

Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν· Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτὸν· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς· Ἄγουσι δὲ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην·

JESUS autem, profectus est in montem Olearum. Et diluculo rursus adfuit in templo, & totus populus venit

ad

ad eum, & ſedens, docebat eos. Adducunt autem ad eum Scribæ, & Phariſæi, mulierem in adulterio deprehenſam.

Nimirum deprehenſam a teſtibus multis, aut minimùm duobus, cæteroquin enim, nulla potuiſſet inſtitui accuſatio. Smag. fol. 65. col. 4. כתוב בפרשת שפטים לא יקום עד אחד באיש לכל עון ולכל חטאת בכל חטא אשר יחטא ותניא בספרי לא יקום עד אחד באיש אין לי אלא בדיני ממונות בדיני נפשות מניין ת״ל לכל עון קרבנות מניין תלמוד לומר ולכל חטאת למכות מניין ת״ל בכל חטא אשר יחטא לכל ולכל בכל לרבות להעלות לכהונה ולהוריד מן הכהונה ולרבות את האשה: Id eſt: Præcipitur Deut. XIX, 15. Neque ſurgito teſtis unicus in virum, pro ulla iniquitate, aut pro u lo peccato, ex omnibus peccatis, quibus quis peccat. *In quæ verba Siphri ita commentatur:* Ne ſurgito teſtis unicus in virum: *Hoc videtur tantum reſpicere cauſas pecuniarias, ſed unde probabitur, idem valere de cauſis capitalibus? Nota dictum:* Pro ulla iniquitate. *Unde probatur, idem valere, in caſibus de offerendis ſacrificiis expiatoriis? Nota dictum:* aut pro ullo peccato. *Unde probatur idem valere, cum de fuſtigatione agitur? Nota dictum:* ex omnibus peccatis, quibus quis peccat. *Ergo hæc capienda, de negotiis in univerſum omnibus. Atq; verba,* ex omnibus, *eum caſum quoq; includunt; quando quæſtionem ſtatus movet, aut patitur Sacerdos: quin & eadem Fœminas includunt,* [ne quis opinetur, de viris ſolis, ſermonem eſſe.]

Καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ, λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη· ἐν δὲ τῷ Νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι·

Et cum ſtatuiſſent eam in medio, dicunt ei: Magiſter: Hæc mulier deprehenſa eſt in ipſo facto, cum mœcharetur. In Lege vero Moſes præcepit nobis, ut tales lapidentur.

Quaſi dicerent: Clara ſunt verba Deuter. XXII, 22. ſeqq. כי ימצא איש שוכב עם אשה בעלת בעל ומתו גם שניהם האיש השכב עם האשה

האשה והאשה ובערת הרע מישראל: כי יהיה נער בתולה מארשה לאיש ומצאה איש בעיר ושכב עמה והוצאתם את שניהם אל שער העיר וסקלתם אותם ומתו: Id est: *Si quis deprehendatur cubans cum muliere maritata marito, omnino morientur pariter ambo, vir, qui cubaverit cum muliere, & mulier ipsa: Sic sustuleris malum e medio tui. Si puella virgo, desponsata est viro, quam inveniens quis in civitate, concubuerit cum ea: Omnino productis eis ambobus, ad portam ipsam civitatis, obruetis eos lapidibus, ut moriantur.* Sic sane scriptum est: Enim vero, non te latet, bone Magister, aliud vulgo Sapientes opinari, ac facere; qui, ad capitis damnandam adulteram, minime sufficere credunt, ut de nudo delicto constet, sed id requiri insuper, ut adversus aliorum pias admonitiones, sese obstinaverit; quod nisi fiat, satis esse censent, si dote privetur, & abigatur. Non exprimunt Pharisæi, posterius membrum suæ interrogationis, quod præsentem fori consuetudinem, nemo homo ignoraret, atque sic res ipsa, quid sibi vellent, facile loqueretur. Imo, necesse quoque erat, linguam cohibere, ne suopte testimonio, arguerentur παραβαίνειν τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν αὐτῶν· Deesse quædam, & plus quam dicitur, intelligi debere, utique omnis orationis contextus evincit. Nam, si nihil mutationis, aut interpolationis, Divina Lex passa esset, quomodo, quæso, unquam, in mentem venire poterat Pharisæis, quærere, num ad ejus dictamen sententia adversus adulteram promulganda sit?

Σὺ οὖν τί λέγεις;

Tu ergo quid dicis?

Anne secundum tenorem Mosaicorum verborum, an potius secundum interpretamenta Sapientum judicandum est?

Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ.

Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent eum accusare,

Vel, tanquam contradictorem Legis Mosaicæ, si ab ejus disertis, ac perspicuis verbis, recederet: vel, si iisdem stricte inhæreret, tanquam immitem, immisericordem, & humani sanguinis prodigum, quique id unum agat, ut Sapientum placitis, etiam summa æquitate & clementia nixis, atque ex Lege, per connexionem legitimam illatis, adversetur.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν·

Jeſus autem incurvatus deorſum, digito ſcribebat in terra.

Non poſſum ſilere, ingens gloſſema, quod in Illuſtris *Pauli, Eubeswaldii Baronis*, veteri Codice MS. Græco, quatuor Evangeliſtarum, cum olim in Hungaria eo uterer, poſt iſta verba, reperi: Subjicitur enim ibidem: Ἑκάστου αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας· Quæ interpolatio, unde nata eſſe poſſit, afferam ſimul conjecturam. Apud S. Hieronymum lib. adv. Pelag. c. 6. habetur: *Jeſus inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. Eorum videlicet, qui accuſabant, & omnium peccata mortalium: Secundum quod ſcriptum eſt in Propheta: Relinquentes autem te, in terra ſcribentur.* Videtur hæc legiſſe quiſpiam, cumque prius, de accuſantium peccatis, ſe ob ſpeciem, quam habet, commendaret, annotavit id in ora libri, poſterius autem, de omnium hominum criminibus ſimul expreſſis, tanquam per nimiam hyperbolen dictum, neglexit. Quippe, ad iſta quidem deſcribenda, non tantum non templi area, ſed nec, ut Judæorum phraſi dicam: אם יהיו כל
הימים דיו ואגמים קולמוסים ושמים יריעות id eſt: *Si omnia maria atramenti, omnesq; cannæ paluſtres calamorum ſcriptoriorum, & cælum ipſum, membranæ vicem præſtarent*; erant ſuffectura. Quod in margine notatum fuerat gloſſema, Scribæ alicujus imperitia, uti ſæpe factum eſt, ipſi poſtea textui, infarſit. *Schabbat fol. 11. a.*

Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν,

Cum autem perſeverarent eum interrogare,

Ecquid tandem cum muliere iſta incipiendum eſſet? Cogitantes interim; victus eſt, habet: Nihil eſt quod dicat nobis.

Ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω·

Seſe ſurrigens, dixit ad eos, qui veſtrum immunis eſt a peccato, primus in eam jaciat lapidem.

Non aliunde magis, Divina Sapientia hujus reſponſi, ſe prodit, quam ſi interpretationi hactenus indicatæ, inhæreamus. Sic enim Dominus noſter, eadem opera cavit, &, ne quid decederet Legis Moſaicæ autoritati,

&, ne quis ſe, tanquam crudelem & ſanguinarium, poſſet calumniari; omnesque dolos, quibus petebatur, mire eluſiſſe deprehenditur. Hæc verborum fuerit ſententia. Dixiſtis probe: Moſes præcepit vobis, ut in ſimili reatu deprehenſæ mulieres, lapidentur, proinde hac utique pœna, iſta quam adduxiſtis, jure affici debet. Apage enim futiles veſtras παραδόσεις, quibus ſemper DEI Leges elevatis: non placent. Sed heus, inter Vos, o eximii, iſti primi jaciant in eam lapides, qui a peccatis, & præcipue adulterio, immunes ſunt. Ipſi enim vos, qui ſummam ſanctitatem ſimulatis, nebulones, & adulteri magni eſtis, & ſemper matrumfamilias honori inſidiamini. Vide omnino infra Excerptorum Gemaræ hujus capitis Num. XL. Jam conveniunt quoque optime, reliqua, nec vel hilum ſupereſt difficultatis:

Καὶ πάλιν κάτω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν· Οἱ δὲ, ἀκούσαντες καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων· Καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ιησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα· Ανακύψας δὲ ὁ Ιησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ· Η γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν;

Ipſi vero, cum hæc audiviſſent, & a conſcientia redarguerentur, ſingulatim, alius poſt alium exierunt, initio facto a Senioribus, usque ad ultimos: & derelictus eſt, ſolus JESUS, & mulier in medio ſtans. JESUS autem ſeſe ſurrigens, & nemine conſpecto præter Mulierem, dixit ei: Mulier, ubi ſunt illi accuſatores? nemo te condemnavit?

Nemo te condemnavit? id eſt: An nemo unus, eam quam pronunciaveram ſententiam, exequi ſuſtinuit? Non opinor, aliud quæſiviſſe Servatorem. Ipſus utique, jam ſuo ore damnaverat Mulierem, ita ut novo decreto opus haud eſſet. Phariſæi & Scribæ quoque, non Judices, ſed Accuſatores venerant, nec ulla ratione per Legem Moſaicam licebat, utroque munere ſimul defungi. Facile admittit, eam, quam dedimus, explicationem, verbum Κατακρίνειν, quam ne ſimplex Κρίνειν quidem reſpuit, ſæpe Sacris Scriptoribus, pro *Caſtigare*, & *Punire*, uſurpatum, ceu Reverendo

rendo Glaſſio in Rhetorica Sacra p. 19. quoque notatum, viderique poſſunt loca, Gen. XV, 14. 2. Paral. XX, 12. Pſal. IX, 20. Act. VII, 7. Hebr. XIII, 4. His addas licet loca, in quibus pro *Pœna*, & *Supplicio*, voces Κρῖμα & Κρίσις ponuntur, qualia ſunt: Ex. VI, 6. Prov. XIX, v. ult. Rom. II, 3. 1. Cor. XI, 29. 1. Pet. IV, 17.

Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐδείς Κύριε, εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω·

Ipſa vero dixit: Nemo Domine. Dixit autem ei Jesus, Nec ego te condemno.

Id eſt: Nec ego, merita pœna te mulctabo: Non enim veni in hunc mundum, ut facinoroſos ſuppliciis afficiam, ſed ut ad pœnitentiam eos vocem, & pro illorum peccatis, ego mortem luam. Quin igitur:

Πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε·

Vade, & ne deinceps pecca.

3. Deducta fuit] Non hæc ita capienda, quaſi Sota e veſtigio in eum locum perducta ſit, in quo ipſa ſubſtiterit: Nam, ut Raſchi ad Num. V, 18. notat: מסיעין היו אותה ממקום למקום כדי ליגעה ותטרף דעתה ותודה: In noſtro ingenti Pentateucho MS. qui præter ſacrum textum, etiam Onkeloſi Paraphraſin, & R. Salomonis Commentarium, complectitur, pro ותטרף quod in Buxtorfianis Bibliis, aliisque extat, melius legitur שתטרף ſenſus vero verborum eſt: *Prius de loco in locum illam circumducunt, defatigandi cauſa, ut ejus mens turbetur, atq; fateri occipiat*, Codex MS. Ez Hechajim, eadem habet, additurque ibi, illos, qui præſentes erant, cinxiſſe etiam mulierem corona, ut laſſitudini ipſi eſſent, & in eas anguſtias miſellam redigerent, ut quo ſe verteret, penitus neſciret.

4. Fores Templi] Haud inconvenienter: Scilicet, ſpecies quædam judicii, ſed ab ipſomet Deo peragenda erat, igitur ad Portam Templi itum, ſic enim quondam Senatores & Judices, jura civibus redditurii, in forib. Templi, ac civitatum conſidebant; imo juxta portas urbium, & larium paternorum, certis caſibus, propter ſanctionem divinam Deut. XXII. promulgatam, de mulieribus adulteris, ſumtum eſt ſupplicium. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Dajanim cap. 2. מעמידין שני בתי דינין של כג כג דיינים אחד על פתח העזרה ואחד על פתח הר הבית וכן בכל עיר מישראל שיש בה מאה ועשרי' או יתר מעמידין סנהדרי קטנה ויושבת בשער העיר: id eſt: *Hieroſolymis conſti-*

tuta fuere judicia duo, quorum quodq; Judices XXIII. complectebatur, eorumq; alterum in Porta Atrii, alterum in Porta Montis templi, colligebatur. Pari ratione, in quoq; oppido, quod CXX. aut plures Judæi, incolebant, constitutum fuit Synedrium parvum, atq; ejus Senatores, in Porta Civitatis, jus dicebant. Porro in eodem MS. Hilch. Nidda cap. 2. traditur: הנערה מאורסה אם זנתה בבית אביה אעפ שלא העידו עליה עדים אלא אחר שבאה לבית חמיה נסקלת על פתח בית אביה ואם אין לה אב או היה לה אב ואין לו בית נסקלת בבית הסקילה ולא נאמ׳ פתח בית אביה רק למצוה : זנתה בבית חמיה קודם שימסור אותה האב אעפ שהעידו עליה אחר שחזרה אבית אביה נסקלת על פתח שער העיר ואם היתה עיר שרובה גוים נסקלת על פתח ב״ד ; id est: *Virgo desponsata, si scortetur in domo Patris sui, licet testes indicium ante non faciant, quam in domum Soceri illa est deducta, lapidibus obruenda, juxta fores ædium paternarum. Quod si orba patre sit, aut habeat quidem patrem, ille vero ædibus careat, hoc supplicio, in loco, ei rei destinato, afficitur: nam domus paternæ* (Deut. XXII, 21.) *mentio tantum fit*, τῆς δικαιοκρισίας ἕνεκα. *Si scortata sit in domo Soceri, antequam in hanc, Patris voluntate, plene concessit, etiamsi testes tantum post reversionem in domum paternam, delicti admissi indicium faciant, ipsa lapidibus obruenda, secundum Portam Urbis. Sed, si in ea urbe, majorem incolarum partem*, οἱ ἔξω *constituant, pœna hæc infligenda, ad fores Curiæ.* Forsitan mos in Portis Urbium judicandi, a Judæis, ad Hispanos traductus est. Nam cum in veteri Lege, Alphonsus Sapiens, edixisset Carmonensibus, neneophyti, hæretici, desertores veræ religionis, & excommunicati, unquam in ulla porta considendi jus habeant: *Mando y otorgo por fuero, que qualquiera, que aya estado de otra ley, o fuere sospechoso de heregia, o saliere de orden, o fuere publicamente descomulgado, que nunca sea en ningun Portillo.* Ad ea verba, Don Rodrigo Caro, en las Antiguedades y principado de la Ciudad de Sevilla l. 3. cap. 44. sequentia, quæ Latina, pro Hispanicis, Lectori damus, annotat: *Non sedere in Porta, est, non gerere Magistratum, quondam enim Judices judicabant in Portis Civitatum. Atq; sic quando Ecclesia pro Defunctis orat, ut illos Deus a Portis Inferni liberet, id precatur, ut Deus e sententia mortis æternæ, eos qui obierunt, eripere dignetur.* Cæterum, pro לשער המזרח proque eo, quod mox sequitur, שער ניקנור ut Mischnæ habent editiones, in Talmude Amstelod. est בשערי המזרח & שערי ניקנור tam levi differentia, ut vix indicasse eam, operæ pretium sit.

5. Ori-

5. Orientales] Portæ hujus, facies anterior, Orientem respiciebat, perque eam patebat aditus, in Atrium Israëlitarum. In Occidente, e regione opponebatur, Sanctum Sanctorum, seu Templi adyta penetralia, ad quæ cum semper respicerent adorantes, ideo non Occidentali tantum, sed &, quæ huic obvertitur, Orientali mundi plagæ, nata quædam inter Judæos veneratio, plena superstitionis, imo vero amentiæ. Exponemus rem, verbis Rambam Hilch. Bet Habbech. cap. 7. §. 9. e quibus constabit, etiam bonum Maimonis filium, aliquando in idem lutum cum cæteris Magistris prolabi, & in eo se volutare, אסור לאדם לעולם שיפנה או שישן בין מזרח למערב ואין צריך לומר שאין קובעין בית הכסא בין מזרח למערב בכל מקום מפני שההיכל במערב: לפיכך לא יפנה למערב ולא למזרח מפני שהוא כנגד המערב אלא בין צפון לדרום נפנים וישנים: id est: *Nunquam homini fas est, aut ventris onus secernere, aut dormire, inter Orientalem, & Occidentalem, Orbis plagas. Neq; opus est monere, nusquam gentium faciendam esse latrinam, inter hos mundi cardines, Sacrarium enim in Occidente est. Quam ob rem, nec Occidentem, nec Orientem versus, urgenti naturæ satisfacere convenit, nam Oriens Occidenti respondet: quin potius inter Septentrionem & Austrum, tam abjicienda ciborum retrimenta, quam somnus capiendus est.* Ad Orientalem vero Portam ducenda erat Sota, quia præcipit Moses Num. V, 16. והעמדה לפני יי id est: *ut sistatur coram Domino.* At, ex veteri traditione, quæ habetur in Rabbot fol. 232. col. 2. בכל מקום שנ' לפני יי הוא במזרח: id est: *Quotiescunq; in Scripturis adhibetur Phrasis, CORAM DOMINO, semper de Orientali plaga, sermo is accipi debet.*

6. Nicanoris] Ne diu hæreamus, in exponenda ratione, cur Atrii Virorum, Portæ Orientali, a Nicanore nomen inditum sit, & in narrando miraculo, quod circa eam contigisse Judæi ferunt, facit industria Doctissimorum Virorum, Johannis Ligthfooti, & Constantini l' Empereur, quorum alter in Horis Talm. Chorogr. c. 30. alter in Middot. c. 2. sect. 3. hanc rem præceperunt, illi igitur visendi. Interim, iis quæ l' Empereur ex Talmud Hierosolymit. de miraculo Portæ Nicanoris prodidit, omnino addendum fuerit, non in omnium Judæorum animis eam sententiam insedisse, quod Porta Nicanoris sub navigio paulatim ■ mari in portum prorepserit. Nam, in Joma Babylonico fol. 38. a. ubi idem ex mente quorundam refertur, mox additur: וי"א בריה שבים בלעתה והקיאתה ליבשה: id est: *Sunt, qui dicant, immanem marinam belluam eam subglutivisse, ac iterum in continentem evomuisse.* In

Confer Schevet Jehuda. p. 368. version. Gentii.

hoc Talmudis loco obiter emendamus vocem quæ videtur corrupta. Dicit enim R. Eliefer, Portam Nicanoris fuiſſe conflatam ex נחשת קלוניתא. Atque recte quidem judicat Raſchi, ſignificari poſteriore vocabulo certam æris ſpeciem, ſed qualis iſta fuerit, non dicit, neque ulla fortaſſe unquam, reperta ejus nominis. Proinde opinor קלוניתא depravate ſcriptum eſſe, pro קורינתא & innui, *Corinthium æs*, Portæ huic præbuiſſe materiem. Corinthii enim æris quoddam genus Plinio l. 34. H. N. c. 2. teſte, Auri fulvam naturam imitatur, qualem ſplendorem, æs Portæ Nicanoris habuiſſe, Magiſtri ibidem, & in Middot cap. 2. perhibent. Magnam depravationem paſſa eſſe propria nomina in Talmude, ob Judæorum ſupinam in Hiſtoriarum, & Geographiæ ſtudiis, inſcitiam, norunt omnes, qui in ejus lectione, mediocriter ſunt verſati; atque velint nolint, ultro agnoſcere, id ipſi etiam Rabbini coguntur. Unde, cum in Succa Talmudis Hieroſolym. cap. החליל legitur, Alexandrum Macedonē innumeros occidiſſe Judæos, in Urbe Alexandria: Baal Schalſchel. Hakkab. p. 29. b. id aſſertum tueri non valens, tandem ait: נוכל לומר שבהמשכות הזמן נפלו טעיות במעתיקי' ובדפוסים: id eſt: *Licebit dicere, tractu temporis, irrepſiſſe vitia in Codices Manuſcriptos, & in impreſſos.* Enim vero, ut ad Portam Nicanoris, a qua receſſi, revertar, non levem hic diſſenſum, inter viros doctos, quos ſupra laudavimus, notare licet. Conſtantinus l' Empereur enim l. c. & in Ichnographia Templi, Nicanoris portam, ante Atrium Mulierum ſtatuit, ad eamque ex Antemurali, per gradus XII. fuiſſe aſcenſum exiſtimat. Contra Ligthfootus per Portam Nicanoris, patuiſſe aditum in Atrium Iſraëlitarum, ac XV. gradibus, Mulierum Atrio, eam fuiſſe editiorem, perhibet. Priori ſententiæ, quantum ſuſpicor, occaſionem dedit, quod Joſephus αὐτόπτης l. 6. de Bello c. 14. verbis diſertis dicit, Portam Atrii Mulierum, ex ære Corinthio fuiſſe conflatam; cum vero idem hoc Rabbini de Nicanoris Porta prædicare videantur, igitur de eadem, utriſque ſermonem eſſe, l' Empereur arbitratus eſt. Interim, ſtat pro Cl. Ligthfooto vetus Talmudiſtarum traditio, quam toties in Hilch. Bet Habbech. tuetur Maimonides, ac ſequitur quoque Jacobus Jehuda Leo, in libello de Templo Hieroſol. a Cl. Sauberto Latinitate donato l. 2. cap. 44. Baal Schalſch. Hakkab. p. 15. b. nec non Abraham Medicus, in Schilte Haggibborim fol. 18. col. 3. imo non credimus, inter Rabbinos eſſe, qui diſſentiant, quare & nos huic opinioni, paulo ante ſubſcripſimus. Quod autem ad allatam modo, difficultatem attinet, ea tolli forſitan poteſt, ſi dicamus, fuiſſe omnino Portam Atrii Mulierum, Corinthiacam, cum Joſephus oculatus teſtis, ſic memoriæ prodiderit: habuiſſe item Portam Atrii Iſraëlitarum, a Nicanore nomen; ſed illos decipi Magiſtros, qui hanc Alexandria allatam, plane-

planeque æream fingunt, cum potius verum ſit, aurum argentumque, ut apud Joſephum eſt, illi ornatum præbuiſſe; inditum vero nomen eſſe, a Nicanore Duce, ætate Chaſmonæorum, Hieroſolymis occiſo; ceu alios quosdam Rabbinos ex Taanit c. 2. ſentire, autor eſt Baal Juchaſin, loco, quem Ligthfootus adduxit. Quia in eo ſumus, ut Templi Hieroſolymitani Portas contemplemur, priusquam hinc diſcedimus, age eam quoque, quando ſic fert occaſio, quæramus, quam Lucas Actor. III, 2. 10. ὡραίαν vocat. Ii, cum quibus hactenus egimus, viri eruditi, Ligthfootus, & l'Empereur, nunc in eo rurſus conveniunt, fuiſſe hanc Portam, in Orientali plaga, Atrii mulierum; cui ſententiæ, ne penitus accedam, ſcrupulus facit, qui injicitur. Principio enim dubito, num juxta Atrii Mulierum Portam, ob loci religionem, fas fuerit homini claudo, & qui ne loco quidem ſe movere poterat, conſidere, ſtipemque colligere. Scilicet, ſi ut eſt in Kelim cap. 1. §. 9. בין האולם ולמזבח אין בעלי מומין ופרועי ראש נכנסים לשם: id eſt: *Locus inter Porticum & Altare, tam ſanctus erat, ut* (etiam Sacerdotibus) *corpore vitiatis, aut nudis capite, in eum ne quidem ingredi liceret:* jure quis ambigat, num mendicis ægris, & corporis vitio laborantibus, fuerit conceſſum, ut prope Portam Atrii mulierum, aſſidue eleemoſynam peterent. Et ſane, cœcum quoque natum, apud Johannem, non intra, ſed extra templum mendicaſſe, patebit, ſi Evangeliſtæ cap. VIII. verſ. ult. cum cap. IX. verſ. 1. & 8. conferantur. Porro, nec Porta Atrii Mulierum, ſatis commoda apparet, ad ſtipem colligendam; utique enim magis e re erat, juxta extimam aliquam ſedere, ut tanto plures, & imprimis pii Alienigenæ, undecunque gentium Hieroſolymam ad ſacra facienda confluentes, & ipſis Judæis haud dubie liberaliores, poſſent exorari. Ergo, ſalvis aliorum judiciis, mihi quidem probabile fit, τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ, τὴν λεγομένην ὡραίαν, in Gentium Atrio extitiſſe. Et vero, fallor, an ipſe Lucas id aperte indicat, quando de claudo ad illam portam conſidente ſic v. 3. loquutus deprehenditur? ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν· item quando v. 8. de jam ſanato ſcribit: Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει· Καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν· Ex his enim, omnino conſequitur, nondum Petrum & Johannem, per Atrium Gentium, & Antemurale penetraſſe, ſed extra omne Templum fuiſſe conſtitutos. Cæterum, huic opinioni illud unum adverſatur, quod Lucas, Portam, juxta quam locabatur mendicus claudus, ὡραίαν vocat, quæ appellatio in nullam ex Templi extimis portis, videtur quadrare, bene autem in Orientalem Atrii Mulierum, cujus ſpeciem tantopere Joſephus deprædicat. Audebo, & hic dicere, quid in mentem mihi venerit. Nimirum, cenſeo, vocem ὡραίαν non tam vertendam eſſe, *Speciosam*, aut *Pulchram*, ceu tranſtulere Interpretes, quam, *Latam*, *Hilarem*, *Amœnam*: Sic enim & Cantic.

Cantic. I, 15. pro הנך יפה דודי אף נעים *Ecce tu pulcher es dilecte mi & amœnus*: LXX. dixerunt: ἰδὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μυ καί γε ὡραῖ☉. Ergo, cum hanc explicationem vocabulum admittat, est fortasse ἡ θύρα ὡραία, ipsa Porta orientalis Atrii Gentium, dicta alias שער שושן seu *Porta Susan*, hanc enim, *Portam Gaudentem, vel Lætam; vel Gaudii, & Lætitiæ*, (Sic vox Susan, in Interpretatione veteri nominum propriorum, quæ in Bibliis occurrunt, & quam bis in membrana descriptam possidemus, exponitur;) merito quis vocaverit. ששון enim & שושן cognatæ voces sunt, ac frequentissime Judæi propria nomina appellativorum notione, in similibus casibus usurpant, ceu alias a me ostendetur. Sive autem Porta hæc, Susan dicta fuit, quia in ea sculpta fuit figura Susan metropoleos Persicæ, in subjectionis signũ, quod ex Glossa Middot l' Empereur cap. 1. sect. 3. & quoque Ligthfoot, contendunt: sive, quo magis cum Baal Juchasin pag. 65. b. inclino, verior est expositio, Interpretum asserentium שזה עשו בני הגולה כדי שיזכרו הנס של פורי' שנעשה בשושן: id est: *Imaginem Susan a Judæis e captivitate postliminio reversis, expressam esse, in memoriam miraculi Purim, quod in ea civitate acciderat:* Haud enim credibile est, Judæos, æternum subjectionis Persicæ signum, tolerare voluisse, etiam, cum illius gentis supercilium non amplius formidarent. Nihilo minus, utra, inquam, harum opinionum in re fundamentum habet, nihil causæ hactenus decedit. Nam, si Susan subjectionis fuit signum, receptissimo more suo Judæi, mali ominis rem in melius converterunt, & quod tristitiæ nota erat, gaudium ac hilaritatem interpretabantur. Si vero, ob Estheris memoriam, imago urbis Susan effecta est, merito Læta dicitur Porta, quæ in mentem revocabat, rem, qua nulla unquam, Judæis majorem gaudii ac hilaritatis occasionem præbuit, quæq; etiamnum seris Nepotibus, cor intra præcordia exultare facit, quoties de ea cogitant.

7. Quippe ibi &c.] Cur ita pronunciet Mischna, ratio redditur in Gemara nostra fol. 8. a. & Jalkut fol. 207. col. 1. Quæ, quia contorta videtur, ideo eam non adducimus. Indubie autem hoc loco, cum editionibus Mischnæ, & Jalkut, legendum מטהרין sic, ut מטהרות quod in Talmude Amstelod. comparet, pro vitioso haberi debeat.

8. Sacerdos] Ecquis iste fuit, & qualis? Petrus Cunæus l. 1. de Republica Heb. c. 12. docet Sacerdotem qui pars Senatus erat, hoc officio functum esse. Sed, num idonea fultus autoritate, id dixerit, fere animi pendeo. Quid enim, num si nemo Sacerdotum in Synedrium lectus fuisset, ob hanc causam cessaturum erat, mulieres adulterii suspectas explorandi, beneficium? Minime vero gentium, & alia omnia credere, ratio po-

tio postulat. Equidem, non ignoro, in Supremum Senatum, Sacerdotes comuniter fuisse adscitos, veruntamen, id absolute necessarium non erat, & aliter res se habere potuit. Est in hanc rem locus illustris apud Maimonidem Hilch. Sanh. c. 2. §. 2. quem Doctissimus Casaubonus Exerc. 13. adv. Baron. n. 5. quoque laudat, etsi eum paulo negligentius adduxit, transtulitque. Sic habet integer: מצוה להיות בסנהדרין גדולה כהני׳ ולויים שנ׳ ובארת אל הכהני׳ הלויי׳ ואם לא מצאו אפילו היו כולם ישראלים הרי זה מותר: Quæ interpretor: *Factum bonum est, si in Synedrium legantur Sacerdotes & Levitæ; Scriptum enim* (Deut. XVII, 9.) *Et adibis Sacerdotes Levitas. Sed, si inter hos* (isto honore digni) *non reperiantur, si maxime totus Senatus, Judæis laicis constet, pro legitimo habendus est.* Quæ cum ita sint, haudquaquam firmo talo subsistit Cunæi opinio. Interim, nec Judæi ipsi, satis in hac re sibi constant. Nam in Jalkut fol. 206. col. 4. traditur: כהנים מטילין גורלות ביניהם וכל מי שעלה גורלו אפילו כהן גדול יוצא ועומד בצד סוטה: id est: *Sacerdotes inter se Sortem jaciunt, & quem ea tetigerit, etiamsi ipse fuerit Summus Pontifex, ad explorandi munus se accingit.* Contra, in nostris Annotationibus MS. super R. Salomonis Comment. in Legem, asseritur, has partes relictas לכהן שבאותו משמר: id est: *Sacerdoti* τῆς ἐφημερείας, *quam ordo ministerii sacri tangebat.* Hanc sententiam, priori prætulerim, quando nihil causæ video, quare, cum cætera omnia munera sacra, peragerent statis suis temporibus, cujusque Classis Sacerdotes, ad solam Sotæ explorationem, quisque, ex quocunque ordine, extra legitimum ministrandi tempus, potuerit admitti. Inter ipsos vero, divinis officiis fungentes, ἐφημερείας Sacerdotes, quis circa Sotam occupare se deberet, sorte exploratum fuisse, libens concessero. Etenim, ista ratione divisa esse munera, ex Joma c. 2. & ex Tamid passim, constat. Ejusdem rei testimonium, habemus quoque in Novo Testamento. Lucas enim cap. I, v. 9. de Zacharia ait: Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι: Quæ verba, inter omnes, quotquot nobis consulere licuit, Interpretes, solus, optime intellexisse videtur, vetus Vulgatus; vertit enim scitissime: *Secundum consuetudinem Sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret.* Λαγχάνειν enim, pro κλήρῳ aut κυάμῳ λαβεῖν, apud Scriptores, non est infrequens. Nos igitur, ex duabus differentibus, Judæorum sententiis, aliam tertiam facimus, & veritati quidem simillimam.

9. Nihil pensi habens &c.] Eruditissimus Heinsius, in Aristarcho c. 28. phrasin hanc, ad verbum vertit: *Si rumpantur vestes, rumpantur; si dissuantur, dissuantur.* Nos, sensum expressimus, præeunte MS. Codice nostro Ez Hechajim, ubi in Hilch. Malkut c. 2. pro

altera ista, Mischnæ nostræ locutione, substituitur, plane uti transtulimus: ולא יחוש אם יקרעו או יפרמו Quomodo vero פרימה & קריעה inter se differant, docet Buxtorf. Lexic. Talmud. voce פרם. ex Baal Aruch. Cum ejus expositione, consentit Maimonides, Comment. in Misch. nostram, inquiens: ונקרעו שנקרעו באורך ונפרמו שנקרעו מן הצדדין id est: *Verbo* קרע *indicatur scissio vestium, secundum longitudinem, verbo autem* פרם *ea, quæ fit in lateribus,* (sive futuris.)

10. Sinum mulieris denudaret] Id fiebat, ut Mulier eo magis afficeretur ignominia. *Brandspiegel* c. 16. *Auch reist der* כהן (*der* Sota) *die Kleider auf, alles von vvegen Schand.* Quippe, etiam nunc, ingens probrum est, si mulieris Judææ, quantulacunque corporis pars, præter eas, quas honeste omnes ostendunt, queat conspici. Hinc idem inculcat Autor: *Ein jegliche Frau, sol haben gantze Kleider, vvann sie schon nit gut seyn, neiert gantz, und reintlich, daß ihr nicks blos am Leib heraus geht, und die überhembder nit offen seyn unter der Ackfel: und die Weiber, die sich zu Fleiß machen solche uberhembder, die offen seyn unter der Acksel, die vverden kein Freud sehen an ihren Kindern, und es vvär besser, sie hätten keine Kinder.*

11. Crines quoque ejus explicabat] Joh. Seldenus judicium suum, eruditionemque, non adhibuit in consilium, cum lib. 3. Ux. Hebr. c. 15. illam, quam persequimur rem, enarrans, scripsit: *Sacerdos tunc alius, vestes ei corde tenus dilacerabat, nudato usq; ad crines capite, cincinnos, si qui erant, abscondebat.* Nam, ut verbo tantum moneam, omnium Rabbinorum consensu, nequaquam alium, sed unum eundemque Sacerdotem, peregisse omnia: tum etiam illud alterum, nulla ratione salvari potest, quod deceptus vocis Hebrææ, ambiguitate, Sacerdotem, cincinnos mulieris abscondisse docet, quos tamen certum est, ab illo fuisse solutos, perque humeros sparsos: סתר enim hoc loco non *Abscondere*, sed *Disturbare* notat: quam assertionem præter argumentum, quod Mischnæ nostræ contextus σωμάρεια, liquido suppeditat, in promtu quoque est, confirmare ipsis Judæorum interpretationibus. Autor libri *Brandspiegel* c. 62. *Da führt man die* Sota *zum* כהן *der stellt sie zur Thür des* ב״ה, *und reist ihr forn die Kleider auf, und zieht ihr den Schleyer ab, und flicht ihr die Zopff auf, daß sie in Haaren steht.* Idem c. 16. *Die* תורה *hat geheissen die* Sota *stellen in Haaren, und der* כהן *flicht sie auf.* Sic in Notis quæ adjiciuntur Pentateucho Judæorum Germanico, Paraſcha נשא. *Er thut ihr auf die Flechten von ihre Haar.* Zenna Renna fol. 92. column. 4. *Der* כהן *macht ihr die Zopff auf, und vvirfft ihr die Haar hin und her.* Nullum igitur dubium relinquitur,

Sotæ

Sotæ crines, à Sacerdote fuisse displicatos, atque si Jalkut, fol. 207. col. 2. sequimur, oculos avertendo, retrospexit Sacerdos, cum ita Sotam tractaret. In Rabbot fol. 230. col. 3. supersunt quoque verba, quibus hoc agens, usus est Sacerdos, dixisse enim fertur: את פרשת מדרך בנות ישראל שדרכן להיות מכוסות ראשיהן והלכת בדרכי הגוים שהן מהלכות ראשיהן פרועות: id est: *Tu peccasti contra consuetudinem filiarum Israëlis: Ipsæ enim, caput tegunt; tu vero, Gentilium fœminas, imitata es, quæ nudis capitibus, sic obambulant.* Scilicet, quia de adulterio suspectæ, aperto stabant capite, מכאן לבנות ישראל שגלוי הראש גנאי להם: ut Raschi ait ad cap. V. Numer. v. 18. id est: *Exinde discimus, nuda capita, probro esse fœminis Judaicis.* Adde Cetubot fol. 72. a. Atque hinc, illa solicitudo ortum habet, qua Judæorum mulieres hodienum, crines suos abscondunt, ne a quoquam conspiciantur; nam illos solvere, vix solis, & in interius conclave sese abdentibus, permittitur: Suntque insuper persuasæ a Magistris, malignos Spiritus, in capillos suos si passi sint, actutum involare. Non vidi, qui curatius de hac re egerit, Autore libri *Brandspiegel*, & proderit, pluscula ex illo, in medium proferre. Sic habet p. 49. b. *Wann ein Frau, allein is, in einem חדר vvol verschlossen, da thar sie gleichvvol nit nacket gehn, oder mit blosen Kopff, die heilige שכינה is uberal: auch möcht es sich treffen, es vver ein groß Geschrey, da möcht sie vor Schrecken heraus lauffen, auch thut sie von sich Gottesforcht, oder muß sich fürchten der שד vvird sie ruffen, und sie thut auf.* Sequitur p. 51. a. *Ein Frau die sich abschleyert, oder auszieht, und gedenckt, kommt ein fremder Mann, da vvill ich flucks alles umhüllen, und vvill die Hand auf den Kopf legen Unser חכמים losen sich nit begnügen an dem, Wann sie geht eingehüllt, da gedenckt man, daß sie is nacket gevvesen, und möcht Sünden mit den Gedancken, und daß sie den Kopff mit der Hand zudeckt, rechnen es die חכמים as barhauptig: vvill sie das Fürtuch auf den Kopf legen, da deckt sie sich fornen auf. In פרקי ר' אליעזר steht, ein böser מלאך heist עזאל is drauf gesetzt, vvann er sieht aso ein Frau, as ich da schreib.* Denique pag. 54. a. traditur: *Die חכמי הקבלה schreiben, daß ein jegliche Frau sol sehr gevvarnt seyn, an Züchtigkeit und בפרט mit den Haaren, vvie viel böses Leid, kommt davon, von Himmel und Erd, auff sich, und auf ihren Mann, und auf ihre Kinder, und bringt Armuth ins Haus. Schreiben von vvegen ר' שמעון בן יוחאי vvo einer Frau ein Haar heraus geht, da kommen die bösen רוחות und sitzen drauf, und verderben alles im Haus, und die גמרא zählt dreyerley an einer Frauen, is ein Schand; vvann sie hoch schreyt, und vvann sie vveist den Leib, und die Haar gehnen ihr heraus.* Fallor, an huc pertinet, quod vulgo Judæis

(fortaſſe etiam multis, e noſtra plebe) creditur, Mulieres Veneficas, non vehi poſſe per aëra, niſi capillis paſſis? Quaſi, cum hi conditi ſunt, dæmon poteſtatem in Sagas exercere, & e ſuis locis dimovere eas, nequeat. Baal Chaſidim Numer. 464. השטריאה צריכין לנפץ שערם קידם שיברחו לכך משביעין אותן שתבאי בנפוץ שער ולא תהא רשאה לצארת אלא ברשותי: id eſt: *Striges, ſi aliquò contendere velint, crines prius ſolvere debent. Quamobrem, in adjurando eas, utuntur verbis:* (Volo, jubeo,) *ut venias crinibus paſſis, &, ne ſine mea venia, recedas.* Hactenus allata, annotanda duximus, propter locum difficilem, 1. Cor. IX, 10. quo Apoſtolus, Fœminis imperat, Ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς Ἀγγέλους· Etſi enim minime exiſtimo, eandem S. Paulo, quæ Judæis eſt, mentem fuiſſe, tamen hanc ſpeciem habent verba, & ſaltem aliquid, ad ea magis illuſtranda, conferre poteſt, quod Magiſtri produnt, nam, & Veritati contrariis, ſæpe mens noſtra, in intelligendo juvatur. Ad ipſum autem locum Apoſtoli, quod attinet, video, hunc Viros Doctos, varie exercuiſſe. Ampliſſimus Gothofredus, in ſua, de Imperio Maris, ſeu ad l. 9. D. de L. Rhod. de Jactu, Diſſertatione, non ſolvit nodum, ſed ſecat. Pro voce Ἐξουσίαν enim, Ἐξουβίαν quæ Exuvias, & velamentum capitis, notat; pro Διὰ τοὺς Ἀγγέλους, ipſe Διὰ ἀγελαίους, vel διὰ τὰς ἀγέλας, legere jubet, atque ἀγελαίους, aut τὰς ἀγέλας, *Juvenum greges*, interpratur; ut, propter Juvenum illecebras, & cupiditates, oportere fœminas velatas eſſe, ſecundum Gothofredum, Apoſtolus ſcripſerit. Laudo ingenium, non tamen iis, quæ Vir Inſignis exigit, morem geſſerim. Nam, ſi qui ſunt, quibus religio eſt, in ſacroſanctis literis, citra Scripti Codicis, aut Veteris Interpretis, vel S. Patris cujusdam, occaſionem, ἰῶτα ἓν, ἢ μίαν κεραίαν, ex proprio ingenio tollere, aut immutare, in his ego, quoad vixero, nomen profitebor meum. Quin, nec ἐξουβίαν, pro ἐξουσίαν, legere, ulla evidens nos compellit neceſſitas, & ſine correctione ſenſus conſtat. Amplector enim, illud, neſcio cujus Veterum, in Catena Oecumenii, ſuper Epiſtolas, p. 450. Ἐξουσίαν ἔχειν τουτέστι κάλυμμα, ἵνα φαίνηται, ὅτι ὑπὸ ἐξουσίαν τυγχάνει· τὸ γὰρ κάλυμμα κάτω νεύειν καὶ κεκυφέναι ποιεῖ, ὅπερ σύμβολόν ἐστι καὶ δεικτικὸν, τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς· His admiſſis, res omnis ſalva eſt. Deinde, ad alteram correctionem, progrediendo, ſi maxime ἀγέλας παίδων, Strabo (ad hunc enim provocat Gothofredus) dixiſſe deprehenditur, tamen, ſi recte putemus, haud magnum id ejus cauſæ adjumentum præbet. Quippe, ἀγέλας ſimpliciter, nudeque, de Juvenum gregibus, Veteres, & præcipue Sacros Scriptores, uſurpaſſe, id vero probandum erat, ſi qualitercunque, Emendationem ſuam probabilem reddere, moliebatur. In Opuſculis, quæ ſub Pauli Colomeſii nomine, nuper Ultrajecti prodierunt, p. 78. *Angelorum nomine*, inquit Autor, *ſpirituales DEI miniſtros*

ſtros vulgo intelligunt Theologi; ſenſu frigido. Nos, cum bona ipſorum venia, Angelos hic dici putamus, viros ſanctos & fideles, quomodo Sethi poſteri Gen. VI, 2. in antiquiſſimo Codice Alexandrino verſionis LXX. Interpretum Ἄγγελοι Θεοῦ *vocantur.* Quod Colomeſio in mentem venit, idem jam olim viſum fuerat Clementi Alexandrino, cujus verba Oecumenius p. 451, allegat, & nos ex iſto: Ἀγγέλους φησὶ τοὺς δικαίους καὶ ἐναρέτους· Καταλυπτέσθω οὖν, ἵνα μὴ εἰς πορνείαν αὐτοὺς σκανδαλίσῃ· Sed, huic opinioni, illud forſitan incommodat, quod ſoli fere imbecilli fide, & quorum virtus in mores nondum tranſiit, offenduntur intuitu fœminarum, ac perturbationibus ſuis, fræna laxant. Ergo, his ſuccurrendum, deque illis potius ſermo concipiendus erat. Boni enim, ſanctique viri, non ſolent βλέπειν γυναῖκα, πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, quin, vincunt cupiditatum illecebras, nec facile majore re, nedum crinibus mulierum, ad μοιχεύειν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ſolicitantur. Non alienum vehementer eſt ab inſtituto, quod in Cetubot c. 2. legitur: רב אחא מרכיב הכלה אכתפיה ומרקד אמרי ליה רבנן אנן מהו למעבד הכי אמר להו אי דמייא עליכו ככשורא לחיי ואי לא לא: id eſt: (Cum ſit inter præcipua bona opera, Sponſum & Sponſam, in die Nuptiarum exhilarare, igitur, hoc officio functurus,) *R. Acha, Sponſam humeris imponere ſolebat, ac ita ſaltare. Quærunt ex eo Rabbini: Num idem, & Nobis licet? Ait illis: Si* (tantum, in via ad Bonam Mentem, profeciſtis, ut Sponſam geſtando,) *tignum vobis ferre videamini, id fas eſt; ſecus vero, illud neutiquam conceditur.* Quid, ſi omnem, ubi vexatus Scripturæ locus, habetur, contextum conferendo, quis dicat, Apoſtolum comparationem inſtituere inter Mulieres, & Angelos, atque hoc velle: Vir, quia poteſtatem exercet in Mulierém, & ob iſtud imperium, quaſi quodam ſingulari jure imago & gloria DEI eſt, (vide c. 19. C. 33. q. 5.) igitur in ſacris quoque cærimoniis, illi capite aperto eſſe permittitur. At Fœmina, cum propter Virum condita ſit, eique ſubjiciatur, in ſacro cœtu velare caput debet, nam & Angeli, cum quodammodo cum Mulieribus conveniant, & ſint λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, & ipſi, καθ' οἰκονομίαν loquendo, idem hoc agunt, hymnosque DEO cantantes, alis ſuis, faciem obvelant: Eſai. VI, 2. Facit huc, quod per ſimilem κατάβασιν, Petro in 1. Epiſt. c. I. v. 12. Angeli dicuntur in ſacro ſancta myſteria παρακύψαι, quaſi limis oculis, ſubter peplum clanculum ſpectarent. Enim vero, nihil quicquam aſſerimus, ſed Sapientiorum judicio penitus nos ſubmittentes, ad Judæos noſtros, quos deſeruimus, revertimur; qui, uti cuique bono operi, ſuam, apud DEUM repoſitam mercedem volunt, ita magna manere præmia eas Fœminas dictitant, quæ diligentiſſime, & cum omni circumſpectione,

crines occulunt. Habemus exemplum in Joma fol. 47. a. ubi legitur: שבעה בנים היו לה לקמחית וכלן שמשו בכהונה. גדולה אמרו לה חכמי׳ מה עשית שזכית לכך אמרה להם מימי לא ראו קורו׳ ביתי קלעי שערי׃ id est: *Kimchit VII. peperit filios, quorum quisq; Pontificatu summo functus est. Quæsivere igitur ex illa Sapientes: Quid fecisti, ut tantæ felicitatis, compos fieres? Respondit ipsa; nullo unquam tempore, viderunt trabes domus meæ, cincinnos meos.* Adi librum שני לוחות הברית fol. 71. b.

12. R. Judas] Causam, quæ R. Judam impulit, ut a communi Sapientum opinione, recederet, affert Maimonides, Comment. in Misch. ex Gemara fol. 9. a. Metum enim esse ajebat, שמא תצא נקייה וישחקו בה פרחי כהונה id est: *Ne forte, si* (Sota formosa,) *innocens deprehendatur, juvenes Sacerdotes*, (ob visas ipsius mamas, ac crines,) *eam derideant.* Sed, subjungit Maimonides: וחכמי׳ מפקירין בניולה ובגנותה והלכה כחכמים id est: *Sapientes, tantum ad eam fœdandam, & inhonestandam attendunt, atq; horum opinione standum est.*

ו

היתה מכוסה בלבני׳ מכסה בשחורי׳ היו עליה כלי זהב וקטליאות נזמים וטבעות מעבירים ממנה כדי לנוולה ואחר כך מביא חבל מצרי וקושרו למעלה מדדיה וכל הרוצה לראות בא לראות חוץ מעבדיה ושפחותיה מפני שלבה גס בהן וכל הנשים מותרות לרואתה שנאמר

VI.

[1] SI quæ (*Sota*) albis induta erat vestibus, eam [2] nigris operiebat; [3] Si auro, monilibus, inaurib, ac annulis ornaretur; auferebat ista ab eâdem, ut illam deturparet. His ita peractis, accepto [4] laqueo saligno, eodem [5] mammas supra, illam [6] præcingebat. [7] Omnibus spectare volentibus, spectatum venire, permissum erat, [8] solis servis atque ancillis, mulieris reæ exclusis, ne in eos, ipsius animus, spem aliquam reponeret, [9] Mulieribus etiam quibuscunque, huic rei interesse licebat.

ונוסרו כל הנשים ולא תעשינה כזמתכנה׃ licebat. Q.S.E. (Ezech. XXIII, 48.) *Ut erudiantur omnes fœminæ, ne faciant secundum scelus vestrum.*

ANNOTATA.

1. Si quæ albis induta] Mischnæ Editiones habent היתה מכוסה Talmud vero Amstelod. היתה מתכסה quorum utrumque bene se habet. Similes, in veritate lectionum, minutiæ aliæ, in sequentibus cum se offerent, eas, consilio missas faciemus. Id semel monuisse sufficiat.

2. Nigris operiebat] Post hæc supplent Smag fol. 138. col. 4. & Maimonides Comm. in h. l. ex Tosephot. ואם היו השחורי׳ נאים לה מתכסה בבגדים שאין להם נוי׃ id est: *Si quam vero, pullæ vestes ornarent, aliis, in quibus nulla ei species, induebatur.*

3. Si auro] In Talmud Amstelod. nec non Mischna quæ vocales adscriptas habet, & Jalkut, est היה עליה· Sed præfero היו עליה ceu legit Menasse, in sua Mischnæ editione.

4. Laqueo Saligno] Quis vocum חבל מצרי sensus sit, non caret difficultate. Maimonides, & Baal Smag, sequentes Talmud Hierosolymit. accipiunt de fune Ægyptiaco, atque talem si copia ejus haberi posset, adhibitum asseverant; sin minus, undecunque allato, uti licuisse. Horum sententiam, ex parte suam fecit, Seldenus, dum in Ux. Hebr. l. 3. c. 15. scribit: *Fune, si comparari possit Ægyptio (quo Ægypti miracula in animum ei facilius reducerentur) vestes ei laceras supra mammillas, circumcingebat.* Quibus verbis, quod ad funem quidem attinet, convenit ei, cum laudatis Scriptoribus; sed, in assignanda ratione, ab iis recessit, nescio quo compulsus argumento; nec enim tam absurda causa est, quam reliqui assignant, adhibitum nimirum funem Ægyptium, כדי להזכירה מעשה מצרים שעשתה׃ id est: *Ut in mentem ei Sacerdos revocaret vitia Ægyptiorum, quæ ipsa est imitata.* Porro, Cl. Buxtorfius in Lexic. Talm. p. 1243. optime factum credit, si quis petita significatione a radice צור per חבל מצרי intelligat *Funem parvum, subtilem.* At, quia hæc Interpretatio, & exemplis similibus, & autoritate Rabbinorum destituitur, non a me impetro, ut illi subscribam. Quin igitur, mihi propius ad verum accedere videtur, R. Salomonis Jarchi, in Com. in h. l. & utriusq; Aruch, expositio, quibus חבל מצרי *Funem vimineum seu salignum* notat, factum ex corticibus illius arboris. Ab hac sententia

tentia non longe abit liber antiquiſſimus ספרי in quo teſte Jalkut, (ipſe enim Liber ad manum non eſt.) pro חבל מצרי eſt חבל מגג ſive *funis junceus.* Et vero, ſi oſtendi poſſet, apud Judæas quoque mulieres, obtinuiſſe veterem conſuetudinem, quam ex Alexide Comico, apud Athenæum, inter alias Gentes receptam fuiſſe, docet, Vir egregie doctus, Samuel Petitus lib. 7. Miſcell. c. 9. ut ſcilicet fœminæ, ventrali e virgis ſalignis confecto, ventris tumorem comprimerent, & cohiberent, quo graciles, formoſæque viderentur; nihil æquius erat, quam ut adulterii ſuſpecta, fune ſaligno ligaretur; quo etiam in iſta re, ſicut in aliis omnibus, τὸ μέτρον ἀντὶ τῦ μέτρυ, locum reperiret. Equidem memini, legiſſe me in Talmude aliquid de ventralibus, ſed jam, explicate rem dicere non poſſum, deliberabo amplius, & in ſequentibus faciam indicium.

5. Mammas ſupra] In ſolo Jalkut fol. 207. col. 2. ex Siphri, deprehendo R. Elieſerem docuiſſe, שני חגורים הירת' חגורה אחד למעלה מדדיה ואחד למטה מדדיה: id eſt: *Bis cincta fuit Sota; ſemel ſupra, & iterum, ſubter mammillas.* Cum vero de hac re, in Gemara noſtra, & aliis Scriptoribus, altum ſit ſilentium, vix eſt, ut credam, pro R. Elieſere veritatem militare.

6. Præcingebat] Cingenda erat mulier rea, כדי שלא ישמטו בגדיה מעליה: id eſt: *Ne veſtes penitus prolaberentur:* ita cauſam indicante Gemara fol. 8. b. nam Sacerdos, eas ruperat, & lacerarat. Cæterum, quia de præcinctura, hactenus agendum erat, mentem ſubiit argutum, ſolers, acutiſſimumque dictum, quod olim quidam Judæus, qui ad me, Viennæ Auſtriacæ viſerat, cum diſcedere vellet, pro memoria mihi ſuggeſſit, morem in ea re, & Inſtituta Majorum, obſervare volens; de quibus in Erubin fol. 64. a. רבא בר שומני ורב מנשיא בר ירמיה מגיפתי הוו קא מפטרי מהדדי אמעברא דנהר יופטי אמרי נימא מילתא כל חד וחד מינן דלא שמיע ליה לחבריה דאמר מרי בר רב הונא לא יפטר אדם מחבירו אלא מתוך דבר הלכה שמתוך כך זוכרו: id eſt: *Raba, filius Schumni, & Raf Menaſchja, Jeremiæ filius, Giphtenſis, diſceſſuri a ſe invicem erant, juxta trajectum fluminis Juphti, quare, Dicamus, inquiunt, alter alteri, rem, nunquam prius auditam. Nam, ſic præcepit Mari, R. Hunæ filius: Nemo a ſocio diſcedat, niſi inter medium aliquod ſapiens dictum, ſic enim eveniet, ut ſemper ſui ſervet memoriam.* Et hercle, effecit is homo, ne unquam ejus poſſim oblviſci, & adeo, ut ſcitum illud, quod protulit, nunc memoriæ conſecrem. Ajebat vero, ortam aliquando in Germania controverſiam, de Caſeis, neſcio qua ratione confectis, num iis veſci fas eſſet? Cumque non poſſent convenire

convenire inter ſe Academiarum Judaicarum, per Europam Doctores, tandem, poſt multas altercationes, neceſſe erat deferre litem, ad ſupremum in urbe Hieroſolymitana Magiſtrum. Ad hunc, cum pro conſuetudine, multa urbanitate refertam Epiſtolam, Europæi dediſſent, & verboſe tum ipſum dubium, tum rationum momenta indicaſſent, ipſe duobus tantum verbis reddidit reſponſum, magnæ chartæ inſcribens ex Exod. XII, 11.

מתניכם חגרים.

id eſt: *LUMBI VESTRI SUCCINCTI SUNTO.*

Allatis literis, cum, quo valeret dictum, nemo intelligeret, diu multumque conferre cœperunt conſilia eruditiores, etſi fruſtra. Fuit poſtremo, qui arbitrabatur, conſulendam eſſe Onkeloſi Paraphraſin Chaldaicam, ſi forte exinde, ſubſidium aliquod, ad eruendum ſenſum reconditum, & abſtruſum, peti poſſet. Ceſſit id ex voto, nam, pro verbis memoratis Hebraicis, ibi offendebant חרציכון יהון אסירין quæ, non tantum, *Lumbi veſtri ſuccincti ſunto:* ſed & præterea, alio ſenſu: *CASEI VESTRI INTER RES PROHIBITAS HABENDI*, ſignificant. Sive hæc, ita geſta ſunt, ſive a quoquam, ad ſimilitudinem veri efficta, tam ingenioſum tamen hoc inventum eſt, ut nihil ſupra. Crediderim, ex iſta re, occaſionem ſumſiſſe alios, ultra progrediendi acumine ſuo, & carmina quoque integra, quæ eâdem opera, toto genere diverſas linguas, ſimul exprimerent, meditandi. Non habeo ſatis exploratum, an quisquam usquam gentium, tale quid, præter Judæos auſus ſit, ſcio tamen, Junilium, Epiſcopum Africanum, l. 1. de part. Div. Leg. c. 9. pro re impoſſibili id habuiſſe, cum ſcriberet: *Nulla dictio, Metrum in alia lingua conſervat, ſi vim verborum, ordinemq; non mutat.* Quando igitur, digna admiratione res eſt, hujus quoque dabimus exemplum, ut ii qui inter nos, otio, & ingenio, abundant, ac Muſis, & Apolline faventibus, nati ſunt, periclitentur, num quid ſimile, poſſint dare effectum. Enim vero, primus ſolertiæ iſtius, indicium mihi fecit, R. Judas, Doctor Medicus, qui, in laudata modo Auſtriæ metropoli, ante hanc nuperam gentis expulſionem, medendi artem exercebat; isque Epithalamium, amico cuidam, ſe ſcripſiſſe, teſtabatur, juxta Hebraice ſonans, & Germanice. Sed, non recordari poterat, niſi ſolius primi verſus, quem quidem, meæ ego memoriæ, ſedulo impreſſi.

יַעֲקוֹב אִישׁ יוֹשֵׁב אֹהָלִים אבן הָראשׁ וּפִנָּה:

Jaacob is jo ſo vvol im eben heraus auf eina.

Reliquorum, uti dixi, non amplius meminit. Ex interjecto poſtea tempore

pore, cum in Italia peregrinarer, incidi in librum גלות יהודה in quo *R. Leo Mutinenſis*, difficiliora quæque Sacrarum Literarum vocabula Hebraica, ſecundum ſeriem Capitum, in Itala lingua expoſuit. Illi ſubjungitur, mantiſſæ loco, ſimile Epicedium ἀμφοτερόγλωσσον, quod idem, & Hebraicum eſt, & Italicum. Ergo, hoc, prout expreſſum eſt, tranſcribam, una cum iis, quę ipſe Poëta, in laudem, ſui ἀθεσφάτου ὕμνου, præmiſit. *Ho voluto per curioſità de' Lettori, qui porre un' Ottava, da me nell' età di XVII. anni, e non più, compoſta, in morte d' un mio Precettore, nomato Moſe: doue non traducendo, ma facendo communi, queſte due, tanto diverſe lingue, che nello ſteſſo ſuggetto, ſi proferiſcono, con le medeſime voci, ſi è reſo coſa notabile, e capriccio diletteuole, a ciaſcuno: ed è queſta:*

קִינָה שְׁמוֹר · אוֹי מֵה כְּפֵם · אוֹצֵר בּוֹ
Chi naſce muor, Oime, che paſs' acerbo.
כָּל טוֹב עֵילוֹם · כּוֹסִי · אוֹר דִּין אֵל צִלּוֹ
Colto vien l' huom, così ordin' il Cielo.
מֹשֶׁה מוֹרִי מֹשֶׁה יָקָר דֶּבֶר בּוֹ
Moſe morì Moſe gia car de verbo.
שֵׁם תוּשִׁיָּה אוֹן יוֹם כִּפּוּר הוּא זֶה לוֹ:
Santo ſia ogn' huom, con puro zelo.
כָּלָה מֵיטָב יָמַי · שֵׁן צְרִי · אֲשֶׁר בּוֹ
Ch' alla metà, gia mai ſenza riſerbo.
יַחְרִיב אוֹם · מָוֶת רָע · אֵין כָּאן יְרַפֵּה לוֹ
Arriu' huom, ma vedran in cangiar pelo,
סְפִינָה בְּיָם קַל · צֵל עוֹבֵר יָמֵינוּ
Se fin habiam, ch' al Cielo vero ameno,
הֲלוֹם יוֹבָא שְׁבִי וַשַׁי שְׁמֵנוּ:
Va l' huomo và ſe viva aſſai, ſe meno.

Patet

Patet hinc, non destitui Judæos, omni, quod quidam existimant, mentis acumine: Sed, utinam eodem, ad serias magis res, & imprimis, sanæ Philosophiæ studia discenda, uterentur!

7. Omnibus spectare volentibus] Non frustra hæc monentur, nam de Viris, num Spectatores adesse possent, in proclivi erat dubitare, his enim cæteroquin nefas est, mulieres intentius intueri, nedum, parte aliqua corporis nudis, intervenire. Nedarim fol. 20. a. כל הצופה בנשים סוף בא לידי עבירה כל המסתכל בעקבה של אשה הויין ליה בנים שאינן מהוגנין: id est: *Quisquis, mulieres* (fixis oculis) *aspicit, tandem in peccatum prolabitur: Quisquis, calcaneum fœminæ intuetur, suscipit liberos degeneres.* Raschi notat ad Genes. XII, 11. מדרש אגדה עד עכשיו לא הכיר בה מתוך צניעות שבשניהם ועכשיו הכיר בה על ידי מעשה: Quæ verba, quia obscuriora sunt, eapropter, pluribus explicanda veniunt. Hoc vult: Offert se in Scripturæ loco præsenti, difficultas; Abrahamus enim, cum Ægypto vicinus esset, ita Saræ loquitur, quasi tum demum, post tot annos, in Conjugio exactos, deprehendere cœpisset, eam forma esse eximia. Illi dubio, Medrasch ita occurrit, ut dicat, Abrahamum hactenus latuisse, quanta Saræ esset pulchritudo, ob summam, quæ inter utrosque conjuges erat, verecundiam. At in itinere, cum flumē transeundo, Sara vestes sublevans, nudos forte pedes conspiciendos præbuisset, ibi vero vidit Abrahamus, quis color, & nitor, esset Saræ corporis. Multa huc facientia, Rabbinorum dicta, collegit Cl. Buxtorfius in Florileg. Hebraico tit. Mulier, quæ inde petenda: Exemplum vero, quod in hanc rem in Taanit fol. 21. b. extat, afferre, & exponere non pigebit. אבא אומנא הוה אתא ליה שלמא כל יומא ממתיבת' דרקיעא ולאביי ממעלי שבתא למעלי שבתא לרבא ממעלי יומא דכפורי למעלי יומא דכפורי הוה קא חלשא דעתיה דאביי על דאבא אומנא אמרו ליה לא מצית למיעבד כעובדיה דאבא אומנא מאי עובדיה דאבא אומנא דכי הוה עביד רפואה הוה עביד לידה דוכתא דגברי לחודיה ודנשי לחודיה והוה ליה לבושא דאית ביה קרנא והוות בזעי כי כוסילתא דכי הות אתיא איתתא מלביש לה כי היכי דלא ליסתכל בה: id est: *Abba Chirurgus, quoquo die, cœlitus, Salvere jussus est; at* דל *Abai, non nisi singulis parasceuis Sabbathi,* דל *Rabæ vero, tantum quotannis, pridie Festi Expiationis, eadem felicitas obtingebat. Cum vero ægre ferret Abai, Abbam chirurgum sibi præponi; monitus est,* (immerito illum Chirurgo invidere,) *eo quod non æquare factis Abbam chirurgum possit,* (eamque ob rem mirum non esse, si alter majus

præmium referat. Quærat quis,) *quid fecerit Abba Chirurgus? Scilicet, quoties medicina facienda erat, in loco ſeparato viris, & alio ſeparato, mulieribus, medicabatur. Habebat item, genus veſtimenti, quod & cucurbitas affixas, & rimulas quoq; habebat, haud majores, quam ut ſcalpellum admitterent. Ergo, ſacrificaturus mulierem, ejus caput, humerosq; illa veſte operuit, ne ipſam intueretur.*

8. Solis ſervis atque ancillis &c.] Cl. Seldenus in Ux. Hebr. l. 3. c. 15. aliter hæc effert. *Aderant*, inquit, *qui vellent alii, exceptis ancillis ejusce, atq; domeſticis, ſiqui eſſent ſervis, qui ſummovendi erant, ne eorum præſentia, dominæ forte mens, diſturbaretur.* Sed noſtra expoſitio, paulo magis ſcopum ferit, illam vero Seldeni elevant Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Sot. c. 1. Maimonides in iisdem Hilch. cap. 3. §. 6. itemque Smag fol. 238. column. 4. qui omnes uno ore ajunt ואין מניחין שם לא עבדיה ולא שפחותיה מפני שהיא מכרת אותן ודעתה מתיישבת בהן: id eſt: *Non relinquunt ibi nec Servos Sotæ, nec illius Ancillas: Quia enim ipſos novit, ideo poſſent menti ejus eſſe levamento.* Hoc ſenſu in Gemara noſtra, legitur: אין משקין שתי סוטות כאחת כדי שלא יהא לבה גס בחברתה: Ubi omnino vertendum: *Haudquaquam, uno & eodem tempore, duabus Sotis, aquæ amaræ bibendæ exhibentur, ne una in alteram, fiduciam collocet.*

9. Mulieribus, &c. intereſſe licebat] Imo vero neceſſe erat, ut Mulieres huic negotio intervenirent, non arbitrarium. Jalkut fol. 207. col. 1. נשים חייבות לראות' משום שנ' ונוסרו id eſt: *Mulieres præſentes adeſſe tenentur Q.S.E.* (Ez. XXIII, 48.) Ut erudiantur. Appoſite S. Chryſoſtomus Hom. de Pœnit. Contin. & Virgin. Οἱ γὰρ ἰατροὶ διὰ τοῦτο χειρουργοῦσι δημοσίᾳ καὶ καίουσι, καὶ ἄρχοντες ὑψηλοὶ ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθήμενοι ξέουσιν, ἵνα ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἡμεῖς ἐν κατανύξει γενώμεθα· id eſt: *Nam idcirco Medici publice Chirurgiam exercent, & urunt: & Magiſtratus ſublimes ſuper alto ſedentes tribunali, reos cædunt, ut in alienis malis nos in compunctionem veniamus.*

ז

במידה שאדם מודד בה מודדין לו היא קשטה את עצמה לעבירה המקום נוולה היא גלתה את עצמה לעבירה

VII.

1 MEnſura qua homo metitur, remetiuntur ei (*cælitus.*) De adulterio ſuſpecta, ornarat ſe ad faciendum probrum; Deus igitur illam dedecorat. Il-

la, nu-

המקום גלה עלירה הירך התחילה בעבירה תחילה ואחר כך הבטן לפיכך תלקה הירך תחילה ואחר כך הבטן ושאר כל הגוף לא פלט׃

la, nudum corpus peccato prostituerat; quare & DEUS, eam denudat. [2] Femore, peccandi initium fecerat, (*succedente*) deinde ventre; [3] ideo femore primum pœnam luit, postea [4] ventre, nec omne reliquum corpus, fuit immune.

ANNOTATA.

1. Menſura] Cave, cum proprie loquendum eſt, pro Synonimis accipias, voces מרה & משורה quod fecit Kimchi, in radice שיר hoc nomine modeſte, uti ſolent mutuo agere Hebræi, reprehenſus, ab Autore doctiſſimo, optimi, & antiquitates Judaicas, ſolide explicantis, libri שלטי הגבורי fol.74.col.3. רדק זל יחשוב שהמרות האלה מרה ומשורה יהיו שני שמות משותפים ואולי אין הדבר כן כי המרה תקרא בלבד האמה או הקנה או החבל המודדים הדברי׳ הצריכין למדה כפי ארכן וכפי רחבן והמשורה תקרא בפרטורת הכלי הנכון להכיל בתוכו או היבש כמו הסאה והאיפה או הלח כמו הלוג וההין והדומיהן׃ id eſt: *Kicmbi f.m. opinatur, duo hæc nomina,* מרה *&* משורה *eſſe ejuſdem ſignificationis; ſed forſitan ſecus ſe res habet. Nam* מרה *tantum dicitur de Ulna, Pertica, & Funiculo menſorio, quibus res ſecundum longitudinem aut latitudinem menſurantur.* משורה *vero vocatur Vas, recipiens aut Arida, uti ſunt Sea, & Epha: aut Liquida, qualia ſunt Lug, & Hin, & alia hujus generis.* Hanc ſententiam, multis confirmare poſſemus, contenti erimus unico loco, e Bava Batra fol. 89. b. במדה זו מדידת קרקע שלא ימדוד לאחד בימות החמה ולאחר בימות הגשמים במשקל שלא יטמין משקלותיו במלח במשורה שלא ירתיח׃ id est: (Verba Levit. XIX, 35. Ne faciatis iniquitatem in ullo munere במדה במשקל ובמשורה ita exponunt Magiſtri:) במדה *pertinet ad dimenſionem agrorum, ne uni agros æſtivo, alteri hiberno tempore, quis menſuret.* במשקל *vetat pondo, in ſalem condere,* (ut graveſcat.) במשורה *interdicit venditori, vaſa facere ſpumantia.* De ipſa Talionis pœna, quam Judex Supremus, obſervat, & illis exemplis; quæ in Miſchna noſtra allegantur, uberrime in Gemaræ ſequitur Excerptis.

2. Femo-

2. Femore peccandi initium] Viri insignes, & in tantum laudandi, in quantum virtus, & eruditio æstimari possunt, Daniel Heinsius in Aristarcho c. 1. pag. 13. & Samuel Bochartus in Hierozoico part. poster. l. 5. cap. 15. pag. 758. vocem ירך quæ *Femur* proprie notat, in præsenti hoc Sotæ negotio, a Sacris Literis usurpatam, interpretantur partem pudendam mulieris; quos si quis consulet, multa non protrita docebitur. Iis, quæ ipsi, eruditissime observarunt, addimus eximium in hanc rem testimonium Chaskuni qui ad versum 21. capitis nostri V. Numeror. sic commentatur: ירכך היא בית הרחם דוגמא תחת ירכי יוצאי ירך יעקב אין אשה מתקנא אלא בירך חברתה: id est: *Vocabulum* ירך *significat Genitalia. Sic accipitur in illo* (*Gen.XXIV,2.*) Sub femore meo. *Item* (*Ex.I,5.*) Egressi e femore Jacobi. *Et, in illo trito Rabbinorum: Nihil æque ægre fert uxor, ac rivale femur sociæ.* Ne quid tamen dissimulem, sciendum, dissentire hic Josephum 3. Antiq. c. 10. & ירך in nativo sensu accipere, dum de Sotæ judicio, ait: Τὴν δὲ γυναῖκα στήσας τὶς τῶν ἱερέων κατὰ τὰς πύλας, αἳ δ' εἰσὶ τετραμμέναι πρὸς τὸν ναὸν, καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον ἀφελὼν, ἐπιγράφει μὲν τοῦ Θεοῦ τὴν προσηγορίαν διφθέρᾳ, κελεύει δὲ ὀμνύειν μηδὲν ἠδικέναι, τὸν ἄνδρα· παραβᾶσαν δὲ τὸ σῶφρον, τοῦ δεξιοῦ σκέλους ἔξαρθρον γενέσθαι, καὶ τὴν γαστέρα πρησθεῖσα οὕτως ἀποθανεῖν· id est: *Deinde aliquis Sacerdotum, statuit Mulierem ad portam, quæ est obversa ad fanum: & * inscripto primum DEI nomine, in membrana, defert ei jusjurandum, cum imprecatione, ut si pudicitiam læsisset, luxato crure dextro, & ventre disrupto, misere moriatur.* Et mox iterum; ψευσαμένη τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοῖς γάμοις, καὶ τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ὅρκοις, μετ' αἰσχύνης καταστρέφει τὸν βίον, τοῦ τε σκέλους ἐκπεσόντος αὐτῇ, καὶ τὴν κοιλίαν ὕδερος καταλαβόντος· id est: *Quod si & conjugalem fidem, & DEUM jurisjurandi testem fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & ventrem aqua intercute invadente.*

* *Comma hic integrũ vertere neglexit Interpres Roveriana Edit. qua utimur. Proinde supplendum,* Velamẽ capitis ejus detrahens.

3. Ideo femore primum pœnam luit] Sic est etiam in Rabbot fol. 231. col. 1. ubi simul, bene multis sacrarum Literarum exemplis, ostenditur, inde, unde sceleris factum initium, fieri quoque initium vindictæ, ita tamen ut quæ societatem, vel adjumentum præbuere, illæsa haud permaneant. Omnia recensere longum foret, & supervacuum. Cæterum, vix est, ut Mischnæ, ac τῷ Rabbot asseverationi subscribendum esse credam, quin potius omnino primum venter afflictus est, deinde naturalia, ac mox lues universum corpus pervasit. Etsi enim Num. V, 21. Femur, ventri præponitur, tamen continuo v. 22. inversa serie, Femur, post ventrem, nominatur; atque prius, factum credunt Judæi, ut initio, palmarium peccati instrumentum indicaretur; posterius,

rius, ut ordo punitionis. Proinde, annotat Raſchi אעפ״י שבקללת ירך תחילה המים אין בודקין אלא כדרך כניסתן בגוף: id eſt: *Etſi, in adjuratione, primum Femoris facta mentio*, (tamen in femore nequaquam principium mali fuit,) *nam, aquæ prout in corpus aſſumuntur, vim ſuam exercent*, (atque ſic ventrem prius lædunt, quam muliebrem uterum.) In MS. Codice Ez Hechajim, dicitur, Sotam a Sacerdote, ſignate fuiſſe admonitam, ventre primum, non femore, pœnas illam daturam, ne cæteroquin mendacii alicujus, verba feralia argueret : ומודיעה שהבטן תלקה תחלה מהירך שלא תוציא לעז על המים: .

4. Nec omne reliquum corpus] Si traditioni, quæ in Rabbot fol. 231. col. 1. extat, fides habenda fuerit, perreptavit lethiferum virus כל אבר ואבר וכל שערה ושערה id eſt: *quodq; membrum, & adeo crines ſingulos.*

ח

שמשון הלך אחר עיניו לפיכך נקרו פלשתים את עיניו שנאמר ויאחזוהו פלשתי׳ וינקרו את עיניו אבשלום נתגאה בשערו לפיכך נתלה בשערו ולפי שבא על עשר פלגשי אביו לפיכך נתנו בו עשר לונכיות שנאמר ויסבו עשרה נערים נושאי כלי יואב ולפי שגנב שלשה לבבות לב אביו ולב בית דין ולב ישראל שנאמר ויגנוב אבשלום את לב אנשי ישראל לפיכך נתקעו בו שלשה שבטים

VIII.

SImſon, perſequebatur oculorum delicias; quare Philiſtæi, oculos illi eruerunt. Q. S E. (Judic. XVI, 21.) *Itaq; apprehendentes eum Philiſtai, effoderunt oculos ejus.* Abſalom, cæſarie efferebatur; cæſarie igitur pependit. Atque, quia decem pellices patris iniverat; ideo [1] lanceis decem petitus eſt. Q. S. (2. Sam. XIIX, 15.) *Et circumdantes decem pueri, armigeri Joabi.* Idem, quoniam [2] trium corda furatus erat: Cor parentis, Cor Synedrii, & Corda Iſraëlitarum. Q. S. E. (2. Sam. XV, 6.) *Furabatur Abſalom cor Iſraëlitarum.* Hancobrem, tribus ſpiculis confoſſus eſt. Q. S. (2. Sam. XIIX, 14.) *Et aſſumens tria ſpicula*

שנאמר ויקח שלשה שבטים בכפו ויתקעם בלב אבשלום:

ſpicula in manum ſuam, transfixit ea in cor Abſalomis.

ANNOTATA.

1. Lanceis] לונכיות Græcæ eſſe originis, ac e λόγχη depravatum, nemo non videt. Pro illa voce apud Raymundum in Pug. Fid. part. 3. diſt. 2. c. 9. §. 6. ubi præſens σπειχοπὴ cum ſequenti, fere integræ adducuntur, extat נטיעות quod tolerari non poteſt.

2. Trium corda furatus erat] שלשה לבבות Sic malim cum Miſchnæ editionibus legere, quam שלש גנבות aut שלשה גניבות vel בשלש גניבות quorum primum eſt in Talmude Amſtel. alterum in Rabbot fol. 232. col. 3. tertium, apud Raymundum in Pug. fid. loco paulo ante allegato. Cæterum, quid ipſa Phraſi, *Furari Cor*, notetur, explicant Viri Clariſſimi, Lud. de Dieu ad Johan. cap. X. verſ. 24. & Hugo Grotius in Not. ad l. 3. de Jur. Bell. & Pac. cap. 1. §. 11. Nimirum ipſis, *Furari Cor*, eſt, adimere ſciendi vias, non aperte dicere, quod alius ſcire cupiat, ſed ſcientiam ejus celare, & diſſimulare. Hanc expoſitionem, uti in loco Gen. XXXI. verſ. 20. & 26. non inviti admittimus, ita tamen non exhaurit ea, omnem ſenſum locutionis, & nequicquam, ad id, quando 2. Sam. XV, 6. Abſalom cor furatus eſſe dicitur, applicaretur. Nam ibi Furari cor Iſraëlitarum, eſt משוך לב העם ſeu *captare Populi affectus*, prout Ralbag monuit. Lucas dixit in re ſimili cap. XIX. verſ. ult. ὁ λαὸς ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων· Enim vero, ſatis ex Scripturis, cuique perſpectum eſt, quod Abſalom affectus Patris, Populique, in poteſtate habuerit. Sed, de Synedrio, quomodo idem Judæi probent, quia oriri poteſt dubitatio, ideo ex Sota Jeruſchalmit, & Jalkut part. 2. fol. 23. col. 1. tenendum; Inter ducentos illos viros, qui 2. Sam. XV, 11. cum Abſalome, vocati quidem, ſed integro animo abiiſſe leguntur, fuiſſe, ceu ipſi putant, omnes Senatores Synedrii, Vocatosque iſtos dici, quia ab ipſomet Davide, ad ſequendum Abſalomem, eique adhærendum, ſe credebant vocatos. Namque, rogaverat Abſalom Patrem, ſibi per chirographum poteſtatem faceret, duos, quos liberet, Viros eximios, comites aſſumendi: quod, cum facile impetraſſet, clam alios Senatores, duos ex illo ordine evocans, hos ex præcepto, quod oſtendebat, patris, ſe ſequi juſſit, ii cum morem gererent, idem cum aliis, & rurſus aliis, inceptavit, idque tam diu, uſque donec univerſum Senatum, & cæteros inſigniores quosq; viros, ad ſe conſectandum, fraude hac induxit.

IX. Eadem

ט

וכן לענין הטובה מרים המתינה למשה שעה אחת שנא׳ ותתצב אחותו מרחוק לפיכך נתעכבו לה ישראל ז׳ ימים במדבר שנאמר והעם לא נסע עד האסף מרים יוסף זכה לקבור את אביו ואין באחיו גדול ממנו שנאמר ויעל יוסף לקבור את אביו וגו׳ ויעל עמו גם רכב וגם פרשים מי לנו גדול מיוסף שלא נתעסק בו אלא משה משה זכה בעצמות יוסף ואין בישראל גדול ממנו שנאמר ויקח משה את עצמות יוסף עמו מי גדול ממשה שלא נתעסק בו אלא המקום שנאמר ויקבור אותו בגיא לא על משה בלבד אמרו אלא על כל הצדיקים שנאמר והלך לפניך צדקך כבוד ה׳ יאספך:

IX.

EAdem ratio, in rebus bonis, apparet. Mirjam, per horam unicam, ad Mosis (*fata*,) solicite attendit: Q. S. E. (Ex. II,4.) *Stiterat autem sese illius soror, e longinquo.* [1] Eam igitur Israëlitæ, per septiduum præstolati sunt in deserto. Q. S. E. (Num. XII,15.) *Et populus non est profectus, donec* [2] *congregaretur Mirjam.* Josephus, quo tamen inter fratres, nemo major erat, pietatis officium præstitit, in sepeliendo patre. Q. S. E. (Gen. L,7. & 9.) *Ascendit Josephus, ad sepeliendum patrem suum &c. Ascenderuntq; cum eo tum currus, tum equites.* Quis vero Josepho illustrior, circa cujus exanime corpus, nemo se occupavit, præter Mosen? Moses, omnium Judæorum longe maximus, ossibus Josephi, justa persolvit: Q. S. E. (Ex. XIII,19.) *Accepit Moses ossa Josephi secum.* At, quis Mose felicior, quem defunctum, haud alius, quam ipse DEUS condidit? Q. S. E. (Deut. XXXIV,6.) *Et sepelivit eum in valle* (*Verum enim vero*,) non hoc de Mose tantum dicitur, sed & de fidelibus quibuscunque: Q. S. E. (*Es. LIIX,8.*) *Et anteibit te justitia tua, gloria Dei* [3] *congregabit te.*

ANNOTATA.

1. Eam igitur Iſraëlitæ per ſeptiduum &c.] Et talionis hoc fuit, & æquitas poſtulabat, ut Iſraëlitæ non prius proficiſcerentur, quam caſtris reddita Mirjam erat, ſi verum eſt, ejus meritis conceſſum illis fontem eſſe, qui aſſidue deſertum peragrantes, comitabatur. Libellus noſter MS. פטירת אהרן ſive de Mortis Aharonis, nondum, quod ſciam, editus. שלש מתנות יתנו לישראל בזכות מרים ניתן להם הבאר בזכות אהרן ניתנו להם ענני כבוד ובזכות משה ניתן להם המן מתה מרים נסתלקה הבאר כדי שיכירו ישראל שבזכותה ניתנה והיו משה ואהרן בוכים מבפנים וישראל בוכים מבחוץ ועד שש שעות לא ידע משה עד שנכנסו ישראל ואמרו לו עד מתי אתה יושב ובוכה אמר להם ואל אבכה על אחותי שמתה אמרו לו בעוד שאתה בוכה על נפש אחרת בכה על כלנו אמר להם למה אמרו לו אין לנו מים לשתות עמד מאהרן ויצא וראה הבאר בלא טיפת מים: id eſt: *Tria beneficia ingentia, conceſſa ſunt Iſraëlitis* (ob pietatem, hominum totidem.) *Pietas τῆς Mirjam, Fontem* (perennem;) *Pietas Aharonis, Nubes gloriæ; & Moſis Pietas, Manna, promeruerunt. Poſtquam Mirjam fato functa eſt, exaruit Fons, ut agnoſcerent Judæi, illius merito conceſſum fuiſſe. Ibi tum Moſes & Aharon intus,* (intra tentorium,) *flere cœperunt, Iſraëlitæ foris plorabant. Jam ſex horæ præterierant, & neſciebat adhuc Moſes* (calamitatem, cum qua Judæi conflictabantur.) *Quamobrem intrantes, quamdiu, inquiunt, ſedes, & fletui indulges? Moſes vero, Annon flerem, excipit, obitum, germanæ ſororis meæ? Contra Iſraëlitæ: Intolerabile eſt, te deflere mortem unius mulieris, noſtram potius omnium* (ſortem miſeram,) *deflere te convenit. Quærit Moſes: Quid malæ rei accidiſſet? Regerunt Judæi, nullas ſupereſſe aquas ad bibendum. Tum Moſes, deſerto Aharone, abit,* (veritatem dictorum exploraturus,) *deprehenditque in fonte, ne guttam quidem reſtare unicam.*

2. Congregaretur] Raſchi, ad locum hunc Numerorum: אומר אני כל האסיפות האמורות במצורעים על שם שהוא משולח מחוץ למחנה וכשהוא נרפה נאסף על המחנא כתובה בו אסיפה לשון הכנסה: id eſt: *Sic exiſtimaverim, ideo de Leproſis* (ſanatis,) *adhiberi* Congregationis *verbum, quod ægri adhuc, extra caſtra ablegantur, incolumitati, autem redditi, intra eadem admittuntur, eſt enim* Congregatio, *nihil aliud, quam* Introductio.

3. Con-

3. Congregabit te] Voce *Congregabit*, in iſtis, Sepulturam innui volunt, quia Fidelium Humatio, paſſim in Scripturis, *Congregatio ad populum ſuum*, dicitur. Veluti, Gen. XXV, 28. c. XXXV, 39. &.c. XLIX, 32. Numer. XX, 26. alibi ſæpius. Pertinet huc, locus, circa finem Taanit: דמוסיף מיסיף ודלא מוסיף יאסף תני רב יוסף מאי יאסף אמר רב יוסף תיקבריה אמידה: id eſt: *Qui*, (brumali tempore, partem noctis, diei) *addit*, (ut ſtudiis invigilet,) *is addit* (hoc ipſo, aliquos annos vitæ ſuæ:) *Qui vero non addit, addetur, ſive congregabitur. Quærit R. Joſeph: Quid eſt*, Addetur? *Reſpondetq; idem: Sepeliet illum mater ejus.* Hoc ait: turbatum iri ordinem mortalitatis, & filium, ante parentes, diem præmature obiturum. In En Jacob pag. 141. n. 80. male, & omnino contrario ſenſu, hic legitur תקביר אמידה ſed reſcribendum, ceu nos ex Talm. Amſtelod. verba repræſentavimus, quam lectionem Raſchi quoque eſt ſecutus.

B. F.

Dum in hoc labore ſumus, opportune monet nos, Collega, & Amicus, animo noſtro, præcipue carus, Clariſſimus Vir, *Joh. Chriſtophorus Sturmius*, jam extare, Textus Miſchnici Sotæ, Verſionem Latinam quandam, alicubi in Germania editam. Hanc cum rogatus communicaret, etſi non niſi Miſchnæ noſtræ, paucula quædam Excerpta eſſe deprehendi: Nihilo minus translationis ejus, quicquid eſt, integre, hoc loco exhibere viſum fuit, tum ut liceat cuique rerum perito, id quod Græci facere proverbio jubent, πορφύραν πρὸς πορφύραν διακρίνειν, tum ut ſimul conſtet, quam arduum, & difficile ſit, Talmudica velle interpretari. Quo tamen ipſo, nec deterremus alios a cœptis ſuis, nec illorum conatus improbamus. Nemo tam lynceis fuit oculis ut in tantis tenebris, ſemper acutum cernere poſſet. Palma vero in medio poſita eſt.

CAPUT I. NUM. I.

Si quis zelotypiæ cauſa commonefecerit Uxorem ſuam, R. Elieſer dixit, commonefaciat eam coram duobus, præbeatque aquas ipſi coram teſte uno, aut etiam coram ſe ſolo. R. Jehoſchuah dixit: Commonefaciat eam coram duobus, & aquas præbeat ipſi, coram duobus.

II.

Quomodo commonefaciet ipſam? Dicat ipſi coram duobus: Ne loquere cum viro N. At ſi loquatur cum eo, adhuc licet ipſi frui domo ſua, & edere Trumam. Si ingreſſa fuerit Domum ſe-

cretam cum eo, & degerit ibi, ut pollui potuerit, interdictum est ipsi frui domo sua & edere Trumam. At si moriatur, jure exuendi calcei valet, sed non affinitatis.

III.

His autem interdictum est edere Trumam: Illi, quæ dicit, polluta sum a Te, quamque pollutam esse testes perhibeant; Et quæ dicit non bibam. Ac ne potum ipsi præbere non velit Maritus ejus, vel concumbat cum ipsa in via, postquam adduxerit eam ad Domum Judicii, quæ est in isto loco, addunt ei duos Thalmidim, &c.

IV.

Abducant eam ad Synedrium Magnum Jeruschalaimam & terrefaciant ipsam, ad modum quo testes animarum terrefaciunt atque dicant ipsi: Filia mi, multum vini in causa fuit, vel multum levitatis, vel multum Juventutis, vel multi vicini mali: Sine ne Nomen Magnum, quod scriptum est sancte, abluatur aqua, ac dicant coram ea, quod hisce talibus ipsa & tota Familia Patris ejus indigna sit.

V.

Si dicat, polluta sum, irritas facit literas dotis suæ & exit; At si dicat, pura sum, abducant ipsam ad portam versus orientem, quæ est ad ostium portæ Nicanoris. Ibi enim potant Adulterii suspectas, ac mundant puerperas, & Leprosos. Et Sacerdos apprehendit eam vestibus, quæ si lacerentur extra suturam, vel in suturam, nihil refert: Idque fit eousque ut retegatur pectus ejus; Ac deinde evellit capillos ejus: R. Ihudah: Si pulchrum fuerit pectus ejus, non retegatur; Ac si pulchri fuerint capilli ejus, non evellantur.

VI.

Si induta fuerit vestes albas, induat nigras; Si ornamenta aurea, Catenas, inaures, anulos, adimant ipsi, ut deformetur; Atque postea afferatur funis vimineus & ligetur supra Ubera ejus. Ac quicunq; voluerit videre eam, veniat ac videat, exceptis Servis & An-

& Ancillis ejus, quia cor ejus assuetum est ipsis. Licet etiam quibuscunque Mulieribus videre eam: Dicitur enim, & moneantur omnes mulieres, ne faciant juxta pollutionem ejus.

VII.

Mensura, qua homo metitur, eadem metiuntur ipsum. Hæc ornarat sese ad peccatum: Deus deformat ipsam; Hæc denudarat sese in peccatum, DEUS denudat ipsam: Femore incepit peccare, ac postea ventre; Sic punietur femur ejus primo, ac postea venter; Nec reliquum corpus effugiet. &c.

C. II.

Tm. I. Afferet Mincham ejus Corbe Viminea, atque det eam in manus ipsius, ut delassetur. Omnium Mincharum initium & finis est in Vasis sanctis; Hujus vero initium est in Corbe Viminea, finis in vasis Sanctis: Omnes Minchæ adjunctum habent Oleum & thus: Hæc autem, nec Oleum nec thus adjunctum habet; Omnes Minchæ peraguntur Tritico, hæc autem peragitur hordeo; Minchæ offeruntur cum Spicis quantumvis sint de Hordeo, hæc offertur contusa, & in farinam redacta. R. Gamaliel: Sicut factum ejus est Brutum, sic Sacrificium ejus quoque Cibus Bruti est.

C. III.

Tm. II. Quamdiu non abluta fuerit Schedula ejus, si dixerit, se non bibituram, Schedula ejus abscondatur, & Mincha dispergatur super Cinerem, nec apta est Schedula ejus, qua potetur alia Sota: Abluta Schedula, si dicat, se pollutam esse, effunduntur aquæ, & Mincha ejus spargatur super cineris locum. Abluta vero Schedula, si dicat, se nolle bibere, nudent eam, atque invitæ licet potum infundant.

Tm. III. Non desinit bibere, usque dum facies ejus tetro virore squaleat, Oculi promineant, ac venæ turgescant. Tum dicant: Educite illam, ne contaminet Atrium &c.

C. IV.

Tm. I. Excipiuntur Desponsata, Fratria cujus Nuptiæ a Leviro

viro expectantur, vidua Sacerdotis magni, Ejecta, quæ jure exuendi Calcei fruitur, ac nupserit Sacerdoti inferiori, Spuria & Nethina, quæ nupserint Israëlitæ; Filia Israëlis quæ nupserit spurio vel Nethino, quæ non bibunt, nec literas Dotis accipiunt.

Tm. III. Sterilis, Senex & quæ non apta est, ut liberos habeat, non accipiunt literas Dotis, nec bibunt.

Tm. IV. Uxor Sacerdotis bibit &c. Uxor Eunuchi bibit cujuscunque turpitudinis nomine.

Tm. V. Etiam illæ sunt, quas excipit Domus Judicii, cujus Maritus surdus est redditus, aut insanus, aut Carcere detentus, ei potum non præbeant, sed excidant literis Dotis.

C. IX.

Tm. IX. Ex quo multi redditi sunt adulteri, desierunt Aquæ Amaræ & Rabban Jochanan Filius Zacai sustulit eas; Dicitur enim: Non visitabo filias vestras, scortabuntur enim, & sponsas vestras, quia adulterabuntur.



EXCER-



EXCERPTA GEMARÆ.

פרק א

CAPUT I.

אגדה א

EXCERPT. I.

אמר רב שמואל בר יצחק כי פתח ריש לקיש בסוטה אמר הכי אין מזווגין לו לאדם אשה אלא לפי מעשיו שנ׳ כי לא ינוח שבט הרשע על גורל הצדיקים אמר רבה בר בר חנה א״ר יוחנן וקשה לזווגן בקריעת ים סוף שנ׳ אלהים מושיב יחידי׳ ביתה מוציא אסירי׳ בכושרות אל תקרי מוציא אלא כמוציא. איני והאמר רב יהודה אמ׳ רב ארבעי׳ יום קוד׳ יצירת הולד בת קול יוצאת ואומר׳ בת פלו׳ לפלוני בית פלוני לפלוני שדה פלוני לפלוני לא קשיא הא בזיווג ראשון הא בזיווג שני:

Testatur [1] R. Samuel, F.I. τῶν Resch Lakisch, cum sibi explicandum sumeret argumentum, de adulterii suspecta,[2] his verbis exorsum esse:[3] Haudquaquam jungitur homini uxor, nisi [4] secundum ejus opera. Q.S.E. (Psal. CXXV, 3.) *Non quiescet virga improbitatis, super sortem justorum.* [5] Rabba, filius Channæ junioris, nomine R. Jochanan addit; nec minori difficultate, maritari homines, quam [6] maris algosi, facta quondam scissio. Q.S.E. (Psal. LXVIII, 7.) *Deus collocat solitarios in familia; educit vinctos compedibus.* Non legendum מוציא *educit*: sed כמוציא *sicut educens.* Itane? At vero, ait R. Juda, dixisse τῶν Raf. [8] Quadraginta dies, ante [9] formationem fœtus, vox cœlestis editur, dicens: [10] *FILIA τῆ N. NUBET τῷ N.* [11] *DOMUS τῆ N. OBTINGET τῷ N. AGER τῆ N. CEDET*

CEDET τῷ N. Verum, hæc non obſtant : Diſtinguendum enim, [12] inter conjugium primum, & conjugium ſecundum.

ANNOTATA.

Vix eſt in univerſo Talmude, locus alius, qui tot tantisque, ac præſens hæc περικοπὴ, laboret difficultatibus, & torquentur ea, doctiores inter Judæos, velut in equuleo. Videamus igitur, quid homines ſolicitet. Secundum Autorem libri כפתר ופרח p. 98. b. principiò negotium faceſſit, quare Reſch Lakiſch, cum argumentum de Sota ſibi ſumeret explicandum, ſermonem a conjugio arceſſerit, dixeritque : Pro ſuis cuiq; meritis uxorem obtingere. Porro, nec tam expedita illi videtur conciliatio, effati, cœleſtis Oraculi, cum verbis Reſch Lakiſch, nam propemodum, mutuo ſe deſtruunt. Amplius, obſcurus eſt ei ſenſus verborum, quæ, inter Primum, & Secundum conjugium, diſcrimen faciunt, imprimis quod multi ſint, quibus nunquam ad ſecunda vota tranſire conceditur. Dehinc; jure quis, quærat, inquit, quare de ſola ſecunda uxore prædicetur, quod per illam, bona aut mala cujusque facta, DEUS rependat? Denique, hæſitat in eo, quid cum ſciſſione Maris Erythræi, commune habeat, Conjugiorum cœleſtis diſpenſatio? Salomoni Ephraimo, in libro עוללות אפרים fol. 82. col. 2. ſcrupulum præcipue injicit, num ἡ δεῖα κληδὼν, in formatione fœmellarum, an vero maſculorum edatur? Quod porro ſupereſt, dubiorum, excerpamus ex libri לב טוב c. 10. ipſa Auctoris verba, etiamſi prolixior locus ſit, in medium afferentes. Capimur enim mire, illa dictionis ſimplicitate, qua Judæi utuntur, cum in vernacula noſtra ſcribunt: Eſt enim jucunda pariter, & arguta. Sic vero inquit: *Wann mier vvöllen ſagen,* הקב״ה *vveiß vvol, vver da vvird frum ſeyn, oder vver da vvird bös ſeyn, da gibt ihm* הקב״ה *ſeine* מעשים *nach ein Weib,* אם כן *is* קשה *daß der Menſch müſt jo ſo bleiben, as ihm iſt aufgelegt, ein* צדיק *oder ein* רשע *vveil er ſo muß bleiben, vvarum vvolt er dann ein* שכר *haben, oder ein* עונש *das kan nit ſeyn. Darum geht der* Poſuk משלי *אשה משכלת* מיי *ein klug, frum Weib, das is von Gott* ית׳. *Dervon lernen mier, daß ihm* הקב״ה *gibt ein Weib über ſein Danck, noch ſeine* מעשים *nach. Und vvie is nun das, daß ein* בת קול *außgeht, zu XL. Tagen, vveil daß er is in der Mutter Leib, des* פלוני *Sohn ſol nehmen, jenes* פלוני *Tochter. Noch mehr is* קשה in Bava Batra *geht die* Gemara: *Allzeit ſoll einer verkauffen vvas er hat, ſein eigen; Dervvarten daß er ſoll nehmen ein* בת תלמיד חכם *Wann ſie ihm nit beſchert vver, vvie kan er ſie nehmen, vvas hilfft ſein Verkauffen? Noch mehr geht die* Gemara, *einer der ein Weib nimt, der ſoll*

בודק *sein nach ihre Brüder, den die Kinder pflegen zu gerathen, nach der Mutter Brüder. Noch mehr geht die Gemara: Allzeit soll sich einer beheften zu guten Leuten, zu einer guten* משפחה *zu köstlichen Leuten, zu* בת תלמידים חכמים *ob er* חו *sterb, oder, daß er müst einvvek ziehen, vverden seine Kinder gelernt, und sehen vor sich eitel gutes, eitel* מעשים טובים *und seine Kinder vverden auch* תלמידים חכמים *Noch mehr is* קשה *die Gemara geht: Einer thar vvol ein* אשה מקדש *sein* אפילו *am* חול המועד *den vieleicht vvird ihm ein ander fürkommen, daß er vvird* תפילה *thun, daß sie einem andern zu theil möcht vverden: Wen sie ihm beschert vver, in der Mutter Leib, vvie kan ihm ein andrer fürkommen? muß er doch nehmen dieselbig, die ihm beschert is. Noch mehr is* קשה *vvie hat er gesagt, is einer frum, gibt ihm* הקב״ה *ein frum Weib, is er böß, gibt ihm* הקב״ה *ein böß Weib. Mir sehen jo vvol, daß viel* צדיקים *und* חסידים *die haben böse Weiber, und viel* רשעים *die haben frumme Weiber, as Nabal is gevvesen ein* רשע *hat gehat zum Weib Abigail, sehen vvir jo vor uns alle Tag, daß dem aso is.* Quis, nisi in rem præsentem deductus, unquam crederet, tanta cura Judæos Talmudis placita ad rationis trutinam expendere? Sed de modis, quibus conantur occurrere, tam variis difficultatibus, videbimus in progressu.

1. Samuel Filius Isaaci] In IV. diversis quibus utimur libri En Jacob Editionibus, simpliciter est בר יצחק At in Talmude Amstelod. item in עוללות אפרים ac in כפתור ופרח locis jamjam indicatis, quin & in *Brandspiegel* p. 24. a. בר רב יצחק non sine honoris elogio legitur.

2. His verbis exorsum] Frequenter Gemara annotat, unde Celebres Rabbini, Concionum suarum desumserint Exordia, atque habemus ea de re locum illustrem in Megilla fol. 10. b. & seq. ubi de universis decem Rabbinis narratur, quo quisque dicto, Panegyricum suum, in Festo Sortium exorsus sit. Sic in eadem Megilla fol. 13. a. legimus: ר' שמעון בן פזי כי הוה פתח בדברי הימים אמר: id est: *R. Simeon F. P. explicaturus libros Paralipomenon, ajebat.* Nimirum, ita dicente Aristotele 3. Rhet. c. 14. Τὸ προοίμιον ἐςὶν ὅπερ ἐν αὐλήσει προαύλιον· Καὶ γὰρ οἱ Αὐληταί, ὅ, τι ἂν ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλήσαντες συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ· *Procemium est ut in musicis Proaulium. Etenim tibicines quodcunq; possunt canere, id pracinentes, copulant cum endosimo.* De Rabba, in Schabbat fol. 30. b. traditur: רבה מקמי דפתח להו לרבנן אמר מילתא דבדיחותא ובדחי רבנן לסוף יתיב באימתא ופתח בשמעתא: id est: *Rabba, antequam docere inciperet, afferebat prius rem ridiculam, & ad risum concitabat*

tabat Auditores. Enim vero, postea cum gravitate sedebat, ac argumentum propositum, ordiebatur.

3. Haudquaquam jungitur] Textus ἀοριστίαν retinendam censuimus, & sic quoque in *Brandspiegel* p. 24. a. horum verborum fit expositio: *Man theilt kein Weib zu, den noch seine Werck.* At Autor libri לב טוב fol. 87. col. 1. definite ea explicare maluit: הקב"ה *gibt nit anderst einem sein Weib, den neiert seine* מעשים *nach.* Quod idem fecit Menasse Ben Israël, in Concil. Ecclesiast. p. 18. *No le dá Dios, al hombre, muger, si non, conforme son sus obras.*

4. Secundum ejus opera] In Sanhedrin cap. II. laudatur dictum Ben Siræ: אשה טובה מתנה טובה בחיק ירא אלהים תנתן: quod vertit Cl. Coccejus pag. 396. *Mulier bona, donum bonum, In sinum timentis Deum, dabitur.* Autor libri Chasidim n. 383. מן התורה ומן הנביאים ומן הכתובים מצינו שמה' אשה לאיש מן התורה שנ' מה' יצא הדבר מן הנביאים שנ' ואביו ואמו לא ידעו כי מה' היתה הדבר ומן הכתובים דכתיב בית והון נחלת אבות ומה' אשה משכלת: id est: *In Lege, & in Prophetis, ac in Hagiographis quoque libris, deprehendimus, Deum, viro uxorem associare. In Lege: Nam* (Gen. XXIV, 50.) *dicitur:* A Domino exivit hæc res. *In Prophetis: quippe* (Jud. XIV, 4.) *extat:* Pater & Mater ejus nesciebant, quod a Domino erat res. *In Hagiographis: etenim legimus* (Prov. XIX, 14.) Domus, & opes, sunt hereditas parentum; a Domino vero, est uxor intelligens. Cæterum, si hæc ita se habent, & si omnino, secundum cujusque opera, uxores cœlitus inter mortales dividuntur, solvendum nunc tandem Judæis, ex suæ disciplinæ præceptis, est dubium illud, quare viris probis, pessimæ sæpenumero obtingant uxores, &, cur optimis moribus moratæ ingenuæ fœminæ, vix diobolares frequenter nanciscantur maritos. Possem equidem variorum responsa, quæ Hebraico sermone extulerunt, adducere, sed, quia supra, difficultatem hanc, verbis Autoris לב טוב proposui, ne nunc quidem is, deserendus mihi videtur. Et sane, in congerendis ea de re diversis explicationibus, vicit quoque industriam eorum, qui sacra lingua, idem præstare conati sunt. Hæc vero, apud eum leguntur: *Wie es kommt, daß ein* צדיק *hat ein böß Weib, und ein* צדקת *hat ein bösen Mann, das is darum, daß das böß Weib, ihrem frommen Mann seine* עבירות *sol abnehmen, daß er ganz kommt zu* עולם הבא *As die Gemara geht, drey seinen, die nit in das* גהינם *hinein kommen, is das eines darvon, der ein böß Weib hat. Auch aso* להיפך *vven sie is ein* צדקת *und sie hat ein bosen Man, da thut das* הקב"ה *das er ihr* עבירות *sol abnehmen, die kommt rein auf jene Welt.*

Welt. Auch untervveils vvil הקב״ה *ein guten* זרע *lassen kommen, von einem* רשע *da gibt ihm* הקב״ה *ein gut frum Weib, daß ihr* זכות *sol helffen dazu, oder* להיפך *Auch untervveilens vvil* הקב״ה *ein guten* זרע *von ihr lassen komen, da muß sein* זכות *dazu helffen oder* להיפך *Ach untervveilens kommt ein böser* זרע *von einem* צדיק *da beschert ihm* הקב״ה *ein boß Weib, ach aso* להיפך *Oder noch ein* פשט *vvie es kommt, daß ein* צדיק *bekommt ein* מרשעת *und ein* רשע *bekommt ein* צדקת *is darum gibt* הקב״ה *den* רשע *ein* צדקת *oder der* מרשעת *ein* צדיק *daß sie soln lernen von ihm* מעשים טובים *daß sie soln vvieder* תשובה *thun und soln frum vverden, darum gibt ihm* הקב״ה *ein solchen guten* חבר *nun folgt er sein guten* חבר *und vverd ach frum, und thut* תשובה *da is des* צדיק זכות *viel mehr grösser as for, auch der* רשע *bekommt* עולם הבא *Is aber Sach, daß er seinen* חבר חס ושלום *nit folgt, so is sein* עונש *tausendmal grösser als for, als vven er kein solchen* חבר *nit het gehat. Ach aso vven ein* מרשעת *hat ein* צדיק *und sie folgt ihm nit, und lernt nit von ihm seine* מעשים טובים נמצא *is ihr* עונש *tausendmal grösser as for, sie muß leiden, daß sie ihren frommen Man nit gefolgt hat.*

5. Rabba filius Channæ junioris] Nostrates Scriptores plerique, negligunt differentiam, quæ est inter רבא & רבה cognata nomina. Verum, רבא חבירו של אביי באלף בלא דגשות הבי״ת ורבה חבירו של רב יוסף כתוב בה״א בדגשות הבי״ת Halichot Olam p. 23. id est, Interprete, præstantissimo l'Empereur: *Raba Socius Abai, cum* א *scribitur, absq. Dages litera* ב*: At, Rabba Socius M. Josephi, cum* ה *in fine* ב *dagessato.* Neque, frivola ista, si Judæos sequimur, censenda sunt. Nam, in Commentario nostro ad Pirke Avot, qui e Variis aliorum collectus est, pag. 35. a. dicitur: מצינו שמתח * לקין בעלי התוספות במה וכמה פעמים בין גירסת רבא לגירסת רבה כדי לומר דבר בשם האומרו; id est: *Animadvertimus Autores Additamentorum Talmudicorum, sæpe sæpius in eo disputare, utrum legendum sit Raba, an Rabba, ut scilicet quodq. dictum, vero suo Autori tribuatur.* Atque hinc Christianus Gerson, in translatione capitis Chelek, sedulo observavit discrimen, & רבא per *Robo* effert, uti patebit si quis pag. 28. 51. 59. 322. 325. illius libelli inspiciat. Enim vero, Vorstius, hoc loco notandus est, qui in Versione Zemach pag. 180. רבה בר בר חנה Latine expositurus, scripsit: *Raba bar bar F. Chana:* quæ quid sibi velint, neutiquam assequor. Sic vero habendum: Channa, cum filio, ex se nato, nomen suum imposuisset, iste ad differentiam Patris, dictus est בר חנה id est: *Channæ Filius.* Ergo Rabba qui ex hoc genitus fuit, cognomen בר חנה tulit, id est: *Filii rū Channæ junioris.* Vide Juchasin pag. 92. b. & pag. 102. a.

* *Male imprimitur* מתלקין

6. Maris algoſi &c.] Cum Judæi, aliquid, extra ordinem a Deo in natura inſtitutum, fieri indicant, ad quod efficiendum, ſpeciali concurſu, & abſoluta potentia, opus eſſe, Scholaſtici dicerent, ipſi cum diviſione Sinus Erythræi, id comparant. Peſachim fol. 118. a. קשין מזונותיו של אדם כקריעת ים סוף׃ id eſt: *Non minori difficultate homini victus* (a Deo) *paratur, quam mare algoſum, ab eo ſciſſum eſt.* Sequitur mox: קשין נקביו של אדם כיום המיתה וכקריעת ים סוף׃ id eſt: *Æque difficulter meatus corporis,* (ad ſecernenda retrimenta ciborum, & ejiciendum ſaccatum humorem, aperiuntur,) *ac anima ex eodem in mortis articulo educitur, & mare algoſum quondam in partes ſectum eſt.*

7. Non legendum &c.] Verba אל תקרי non προςακτικῶς accipienda eſſe, ſed, hunc ſenſum gignere: Si ita tantisper legatur, occaſio ſeſe offeret Allegoriæ, Alluſionis, aut Ænigmatis alicujus, elegantem νουθεσίαν, vel meditationem nobis ſuppeditantis, ſerio monet Maimonides in more Nev. part. 3. cap. 42. pag. 473. edit. Buxtorf. Ipſa verba illius Aràbica, qui deſiderat, apud Cl. Hottingerum in Theſ. Phil. p. 212. ea offendet: Hebraica vero Interpretis, ſi quis requirit, evolvat Nobiliſſimi Voiſinii Obſervationes in Prooem. Pugionis Fidei fol. 59. b. Juvabit quoque inſpexiſſe, Præceptoris quondam noſtri, ſub quo harum literarum, prima rudimenta tirocinii depoſuimus, doctiſſimi Theod. Hackſpanii Notata ad Lipmannum cap. 2. n. 52. ſeq. Non igitur, quod quidam opinati ſunt, is Judæis animus eſt, ut Scripturam ſacram, per Talmud, paſſim & ubique depravent, ac lectiones alias innumeras, multum ab iis, quæ in Textu ſacro ſunt, diſcrepantes, introducere moliantur: Quippe, non niſi dicis propemodum cauſa, omnis iſta legendi indicatur varietas. Interea loci, nec tamen eorum ſententiæ accedo, qui ab omni omnino Scripturam corrumpendi auſu, Judæos penitus liberant; & prorſus inſontes pronunciare ſolent. Mihi, enim, alia longe mens, atque ſi alium nullum, certe illuſtrem illum Zachariæ locum, qui Cap. XII. verſ. 10. habetur, & quo vivi, verique Dei paſſio, apertiſſimis verbis prædicitur, ipſos aliquando ſacrilege tractaſſe, intrepide affirmaverim. Neque primus ego, hanc accuſationem adverſus homines inſtituo: Fecit id pridem, Seculo poſt natum Dominum noſtrum IX. *Rabanus Maurus,* Archiepiſcopus Moguntinus, in libello quem contra Judæos edidit Num. 12. hac verborum conceptione: *Ubi nos,* inquit, *juxta fidem Scripturæ Sanctæ, ex perſona Dei legimus: Et aſpicient AD ME, quem confixerunt: Illi quamvis in ipſo textu libri, divino nutu terrente, non fuerint auſi mutare: Tamen extrinſecus e latere adnotatum habent: Adſpicient AD EUM, quem confixerunt. Et ſic tradunt ſuis Diſcipulis, ut ſicut in textu continetur, tranſcribant, & ſicut foris adnotatum eſt, legant. Ut teneant videlicet*

delicet, quod, juxta eorum dementiam, Judæi aſpicient ad eum quem confixerunt, Gog & Magog. Nunquam animum induco ut credam, piumPræſulem, & qui Trithemii in lib. de Script. Eccleſ. teſtimonio, *ſuo ævo in omni Chriſti Eccleſia parem non habuit*; quemque, *non ſine ſanctitatis opinione mortuum*, idem in Chron. Hirsaug. ad An. 856. tradit: iſta, vel ex ſe finxiſſe tanquam Araneum, vel ex incertis, ac dubiis rumoribus hauſiſſe; ſed quia omnia tam accurate deſcribit, & circumſtantias quoque enarrat, res utique ita geſta eſt, imprimis cum Rabanus, non exiguam pro illa ætate, Hebraicæ linguæ peritiam habuiſſe videatur. Nimirum, quando vix aliud in Veteri Teſtamento dictum extat, quo ſacra fides Catholica, æque firmiter roboratur, ac illud Zachariæ effatum, ideo veriſimile eſt, illorum temporum Chriſtianos, contra Judæos diſputantes, ad iſtud ſæpe provocaſſe, atque tam paſſionem Meſſiæ, quam ipſius divinitatem, ex eo iviſſe probatum. Etenim, majore etiam fervore, hi quidem faciebant, quod de ſuæ ætatis Fidelibus, teſtatur recentior Autor, execrandi & deteſtabilis libri, adverſus Chriſtianam Religionem compoſiti, qui חזוק אמונה inſcribitur, & non niſi MS. extat parte 1. c. 36. מביאים הנוצרים ראיית לאמונתם מזה הפסוק באמרם הנה הנביא ייעד שבימים העתידים ישרחו בני ישראל ויבכו ויספדו על שדקרו והרגו את המשיח השלוח אליהם זהוא ישו הנוצרי שהיה מורכב מאלוהות ואנשות והוא אמרו והביטו אלי את אשר דקרו וספדו עליו כמספד על היחיד : id eſt: *Chriſtiani ex loco Zachariæ XII, 10. argumentum petunt, ad fidem ſuam ſtabiliendam, dicendo: Ecce Propheta teſtatur, quod ſeculis futuris dolebunt Judæi, flebunt ac plangent, ob transfixum & interfectum a ſeſe Meſſiam, iisdem miſſum, atq; hunc eſſe Jeſum Nazarenum, divinitate & humanitate conſtantem, idq; indicari verbis: Et reſpicient ad me quem transfixerunt, plangentq; ſuper eo, tanquam planctu de unigenito.* Sic vero rem geſtam eſſe ſuſpicor: Quoniam Zachariæ locus, ſudes in oculis, aculeus in Judæorum conſcientia erat, *καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον*, eapropter, hæc tandem eos cepit amentia, ut novum קרי comminiſcerentur, & אליו in marginem notarent, quo vel hac ratione, vis argumenti nonnihil eluderetur. At, docuit eventus, ineptum eſſe hunc conatum: Nam, principio, impoſſibile erat, ut omnibus toto orbe terrarum diſperſis exemplaribus, vitium inferretur, imprimis cum multa, etiam in Chriſtianorum Bibliothecis aſſervarentur, ſemper dicentia adverſus Corruptores teſtimonium. Deinde & ipſius Maſoræ autoritate falſarii urgebantur, ut quæ pridem, antiquarum variantium Lectionum, numerum iniverat, ita ut nullum novum קרי amplius irrepere, ulla ratione poſſet. Ergo, compulſi neceſſitate Judæi, repudiarunt

runt deinde consilium quod prius intenderant, & missum fecere, suum fictum & commentitium קרי, unde sane, nec in iis, qui hodie manibus teruntur, Codicibus, comparet, sed a marginibus eorum exulat אליו, illæsa & incontaminata rursus est lectio. Cæterum, nemo mihi ex eo, quod nunc salva res est, statim inferat, suspectam hoc ipso reddi, illam, cujus patrocinium suscepimus, Rabani Mauri sententiam, nam pro hac veritatem militare, Talmud persuadet in Succa fol. 52. a. ubi citra ullam adeo, de qua paulo ante egimus, simulatam correctionem, prorsus quasi non aliter in sacro Codice legeretur, sic citātur Zachariæ verba: דכתיב הביטו אלין את אשר דקרו quæ Lectio, admissa quoq; est, in omnes τὰς En Israël editiones. Amplius observo, in Jalkut, super Prophetas fol 86. col. 4. eadem legi, quæ in Succa, Zachariæ locum præcedunt, ad hunc autem, cum denique deventum est, aliter falsi crimen committitur. Uti enim in Talmude, Elementi additione, ita hic detractione ejus, peccatum, legiturque: והביטו אל את אשר דקרו:. Posset aliquis ad excusandos Judæos objicere, ipsum Johannem Evangelistam cap. XIX, 37. ita adduxisse locum Zachariæ, ut ad τὸ אלי ne quidem attenderit, dicendo nude Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν· Ubi tamen LXX. habent: Ἐπιβλέψονται πρός με, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν· Enim vero, hæc Judæos non juvant. Sciunt omnes, Novi Testamenti Scriptores, non semper singula verba, Testimoniorum Antiqui, quæ producunt, Fœderis, sigillatim recensere, sed contentos sæpe fuisse, ea tantum allegare, in quibus causæ cardo consistit, quæque ad propositum maxime faciebant. Idem hoc loco etiam Johannes fecit, qui in eo occupabatur, ut ostenderet non forte & temere Christi latus lancea perfossum esse, sed ita eventurum, jam olim fuisse prædictum. Nobis sufficit, ad arguendum de crimine Judæos, luculente ostensum esse, ipsos vocem aliquam divinarum literarum, nefario ausu immutare præsumsisse, eamq; depravationem etsi in ipso sacro Codice, nunc quidē amplius non deprehenditur, tamen in Talmud, En Israël, & Jalkut, constantissime esse receptam.

8. XL dies] Idem hoc dictum, paucis demtis, legitur quoque in Sanhedrin cap. 2. p. 190. edit. Coccej. & Moëd. Katon fol. 18. b. Pugnat autem cum eo vehementer, alterum quod est in Berachot fol. 60. a. תניא ג׳ ימים הראשונים יבקש אדם רחמים שלא יסריח מג׳ ועד מ׳ שיהא זכר ממ׳ ועד ג׳ חדשים שלא יהא סנדל מג׳ ועד ששה שלא יהא נפל מששה ועד ט׳ שיצא בשלום: id est: *Extat Traditio: Tribus prioribus* (post conceptionem) *diebus, orandum homini, ne semen putrescat: inde usq; ad diem XL. ut evadat masculus: Hinc, ad tertium usq; mensem, orandum, ne fiat superfœtatio*, (corrumpaturque forma prioris

fœtus

fœtus, & referat piſcem marinum planum, quem Sandalium vocant.) *Porro a tertio, ad ſextum usq; menſem precandum, ne abortum patiatur conjux: abhinc, usq; ad menſem nonum vota facienda, ut fœtus ſalvus ſanusq;* (ex utero) *prodeat.* Pugnant, inquam, hæc acerrime invicem. Nam ut mittam reliqua, ſi intra XL. poſt conceptionem dies, locus adhuc precibus, ut mas aut fœmina efformetur, quomodo ipſo conceptionis momento, quod eſt XL. dies ante formationem, jam cœleſte conſultum editur, de naſcendi fœtus ſexu, conjugio, fortunis? Enim vero hæreo, nec expedire me potis ſum.

9. Formationem fœtus] Vir, Genere, doctrina, ac dignitate muneris, quo ante hos paucos annos, dum Deus, & fata ſiverunt, apud Chriſtianiſſimum Galliæ Regem, & in ſuprema Pariſienſi Curia fungebatur, illuſtriſſimus, *Gilbertus Gaulmyn*, in poſtremo capite, eruditi, ad Libellum, de Vita & Morte Moſis, Commentarioli, totam veterum Chaldæorum de Formatione Fœtus, opinionem, undique ex illorum libris conquiſitam, ſtrictim propoſuit, late rem perſequi, & ipſa loca Autorum deſcribere, per occupationes, uti queritur, prohibitus. Nos, memores ſummæ benevolentiæ, qua a tantæ dignationis Senatore, inter Veneratores, Lutetiæ, cum ibi moraremur, admiſſi ſumus, ſubveniemus illis, quæ ipſe aſſeruit, & quia in duobus MSS. noſtris Codicibus, quorum alter Maimonidis More Nevuchim, & quædam Cabbaliſtica, alter, multa adverſus Chriſtianos, a nequam Judæis clam compoſita complectitur, eadem antiquorum Sapientum placita, a Judæo quodam collecta, ſubjunguntur, dabimus Fragmentum integrum ad amuſſim cum iis, quæ a Gaulmynio *κεφαλαιωδῶς ϗ συντετμημένως* propoſita ſunt, conveniens, ac Commentarii inſuper vicem, iis optime præſtans.

זהו יצירת הולד:

כיצד יצירת הולד אמר ר׳
יוחנן מאי דכתיב עושה
גדלות ואין חקר נפלאות
עד אין מספר אלו גדלות
ונפלאות שהקב״ה עושה
ביצירת הולד שבשעה שאדם
בא לשמש את מטתו עם

Hæc Est Formatio Foetus.

Quomodo Fœtus formatur? Quærit R. Jochanan: Quis ſenſus verborum: (*Job. V, 9.*) *Faciens res magnas, quarum non eſt perveſtigatio; mirabiles, quarum non eſt numerus?* Nimirum, hæ ſunt magnæ, & miræ illæ res, quas Deus patrat, in Formatione infantis. Ea enim hora, qua Maritus conjugalem torum, cum Uxore conſcendit,

אשתו הקב״ה קורא למלאך הממונה על ההריון ואמר לו דע כי פלוני מוריע הלילה יצירת האדם ואתה לך ושמור אותה טיפה וטול אותה בספל חרה אותה בגורן לשלש מאות וששים וחמשה חלקים והוא עושה כך ונוטל הטיפה ומביאה לפני הקב״ה ואומר לפניו רבונו של עולם עשיתי בכל אשר צויתני וטיפה זו מה תהא עליה גוזר עליה כרצונך מיד הקב״ה גוזר עליה אם גבור או חלש או ארוך או גוץ זכר או נקבה טיפש או חכם עשיר או עני אבל צדיק ורשע אינו גוזר דאמרינן הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים מיד רומז הקב״ה למלאך הממונה על הרוחות ואומר לו הבא לי רוח פלוני שכך

ſcendit, ut amori indulgeant, vocat Deus Angelum conceptionis Præſidem, aitque illi: Scito, τὸν δεῖνα, hac nocte ſemen emiſſurum, quod evadet in hominem. Quamobrem abi, & illam guttam cuſtodito, ſimpuloque inditam, agitato, ut in partes CCCLXV. dividatur. Iſte igitur, imperata facit, & accepta gutta, defert eam ad Deum B. aitque illi: Mundi Arbiter, feci omnia quæ juſſiſti, ſed quid futurum eſt de hac gutta? ſtatue de ea, ex tua ſententia. E veſtigio, Deus decernit, num ex ea prodire debeat fortis aut infirmus; magnus, aut parvus; mas aut fœmina; ſtultus, aut ſapiens; dives aut pauper; ſed de pietate & impietate nihil decernit, ſecundum tritum illud: *Omnia præter DEI timorem, a DEO dependent.* Poſtea jubet Deus, Angelum Præſidem animarum, adducere, eam, quam ſpecialiter deſignat animam. Atq; hæc, æterna in creatione hominis, lex obſervatur. Ergo adeſt Anima, & coram Deo, ſe humiliter proſternit, cui is: Recipito te, in guttam hanc. At Anima,

וכך הם עושין בהבראם מיום שנברא העולם עד שיכלה העולם: תכף בא לפני הקב״ה ומשתחוה לפניו באותה

באותה שעה אמר לו הקב"ה
הכנם בטיפה זו מיד פותח
הרוח את פיו ואמר לו רבונו
של עולם די לי בעולם
שהייתי מיום שנבראתי אם
רצונך אל תכניסני בטיפה זו
סרוחה כי קדושה וטהורה
אני א"ל הקב"ה העולם אשר
אני מכניסך הוא טוב מן
העולם אשר היית וכשיצרתיך
לא יצרתיך אלא לטיפה זו
מיד מכניסו הקב"ה על כרחו
בתוך אותה טיפה וחוזר
המלאך ומחזיר הרוח בתוך
מעי אמו ומזמן שם שני
מלאכים ושומרים אותו שלא
יפיל ומניחים לו נר דלוק על
ראשו שנ' בהלו נרו עלי ראשי
ומביט ורואה מתחלת העולם
עד סופו ובבקר נוטלו המל' אך
ומוליכו לגן עדן ומראה לו
הצדיקים היושבים בכבוד
ואומר לו התדע למי היה אותו
רוח א"ל לאו א"ל אותו שאתה

os suum adaperiens; Mundi Arbiter, inquit, contenta sum illis sedibus, in quibus inde a prima creatione, vitam exegi. Si ita fieri potest, quæso, ne detrudas me, in putidam hanc guttam, sancta enim, & munda sum. Respondet Deus: Illa loca, in quibus te degere volo, meliora sunt iis, quæ hactenus incoluisti; & cum principio te crearem, non id alium ob finem a me factum est, quam hujus guttæ causa. Nec mora, invita etiam, a Deo guttæ inditur. Rursum præsto est, idem Angelus, & guttam sic animatam, reddit utero materno, adjungens illi duos custodes Genios, impedituros abortum, imponiturque capiti Animæ, candela accensa (Q.S.E. Job. XXIX, 3. *Ut splenderet candela ejus, super caput meum:*) pervidetq; omnia, quaqua patet Orbis universus. Exorto mane, assumtam Animam, Angelus deducit in Paradisum, ostendens ei Justorum animas, in summa gloria sedentes, aitque: Scisne, cujus fuerit ille Spiritus? Illa vero negante; pergit: Ista anima quam tanto honore, tantaque gloria præditam intueris, & ipsa sicut tu in

רואה באותו בכור ובאותה
מעלה נוצר במותך במעי אמו
ובן זה וזה ונצרו חוקים
ומשפטי הקב״ה אם תעשה
במותם אחר מותך כאשר
מתו הם תזכה למעלה הזאת
ולכבוד הזה כאשר אתה
רואה ואם לאו סופך לילך
אל המקום אשר אראך ולערב
מוליכו לגיהנם ומראה לו
הרשעים שמלאכי חבלה
מטרידין אותם וחובטין ומכין
אותם במקלות של אש והם
צועקין אוי ואבוי ואין מרחמין
עליהם ואומר לו המלאך בני
הידעת מי המה אילו הנשרפין
ואומר לאו וא״ל תדע שאילו
נוצרו מטיפה סרוחה במעי אמן
ויצאו לעולם אך לא שמרו
עדות וחוקות הקב״ה לכך
באו לחרפה זו ועתה בני
תדע כי סופך לצאת מן
המקום הזה ולמות לבן אל
תהי רשע אך תהי צדיק
ותחיה לעולם ומנין שכך הוא

utero muliebri, corpore humano fuit veſtita, idem & de hac, & de illa (*omnibusq; aliis, eſt judicium.*) Cæterum, morem geſſerunt præceptis divinis. Si eas imitaberis, poſt ſeparationem a corpore, idem, quod & his, a corpore ſejunctis, accidit, tibi eveniet, ac gloriæ, honorisque ejusdem, eris particeps. Sin minus, pervenies in locum, quem tibi ſum oſtenſurus. Sub veſperam, deducit illam in Gehennam, commonſtratque ei impios, quos Angeli tortores affligunt, cruciant, & diverberant igneis fuſtibus; illis heu! &, eheu! clamantibus; his vero, immiſericordes ſe præbentibus: aitque Angelus: Noſtine, o Mea, quinam ſint iſti, qui uſtulantur? Hac rurſus negante, (*ſubnectit:*) Scias iſtos Spiritus, corporibus indutos, in Orbe vixiſſe: At non obſervarunt monita, & præcepta Dei B. quamobrem ad hanc ignominiam redacti ſunt. Nunc igitur, O filia Cariſſima, ſic habeto: Deſerendus aliquando tibi mundus, moriendumque eſt: Non igitur flagitiis, ſed pietati te mancipato, vivesq; in æternum. Unde probabitur, hæc ita eveni-

שנ' יתמך דברי לבך שמר
מצותי וחיה ומטייל אותו מן
הבקר ועד הערב ומראין לו
כל מקום שידרוך כף רגלו
ומקום שעתיד לדור בו ומקום
שעתיד ליקבר בו ואחר כך
מראה לו עולם הטובים והרעי'
לערב חוזר אותו למעי' אמו
והקב"ה עושה לו דלתי' ובריח
שנ' ויסך בדלתים ים בגיחו
מרחם יצא וכתי' ואשי' דברי
בפיך ובצל ידי כסיתיך ואמר
לו הקב"ה עד פה תבא ולא
תוסיף ומונח הולך במעי אמו
ט' חדשי' ג' חדשי' הראשונים
הוא דר [במדור התחתיין וג'
אמצעיים במדור האמצעי' וג'
אחרונים] במדור העליון ואוכל
מכל מה שאמו אוכלת ושותה
ממה שאמו שותה ואינו מוצא
רעי שאלמלא כך תמות אמו
ולכך נאמר עושה גדולות
וגו' וכאשר הגיע זמנו לצאת
בא אותו המלאך ואומר לו

evenire? Q. S. E. (Prov. IV, 4.) *Retineat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & vives.* Amplius, circumducit eam, a mane usque ad Vesperam, monstratque illi omnia loca, quæ peragratura est, itemque locum ubi domicilium fixura, quin & eum, ubi tradenda sepulturæ: insuper ostendit ei cœtus piorum. Nocte vero appropinquante, reddit illam visceribus maternis, ibi DEUS parat ei valvas, & repagula: Q. S. E. (Job. XXXVIII, 8.) *Et occlusit valvis mare, cum ederem ipsum ex utero exivit.* Amplius S. E. (Es. LI, 16.) *Indam verba mea, ori tuo, & umbra manus meæ obtexi te.* Tum vero, illi ait Deus B. Huc usque venies, & non ultra. Moratur igitur infans in utero materno menses IX. [*Tres priores degit in habitaculo inferiore; tres sequentes in medio*] tres ultimos, in superiore. Nutritur iisdem cibis, quibus mater vescitur, & ex potu quem illa bibit; sitim restinguit: nihil autem secernit, nam si aliter se res haberet, matri pereundum foret. Atq; huc pertinet illud (Job. V, 9.) *Faciens res magnas &c.* Cum exeundi tempus prope adest, revertitur idem ille (*Moderator*) Angelus, ipsique,

Defectũ qui est in utroq. nostro MS. supplevimus ex Amplissimo Gaulmynio, atq. sic est quoq. in Nidda fol. 31.

צא כי הגיע זמנך לצאת
לעולם והוא משיב והלא
כבר אמרתי בפני מי שאמר
והיה העולם שדי לי מן העולם
אשר הייתי דר ואומר לו עולם
שאני מכניסך יפה הוא ועוד
שעל כרחך אתה נוצר במעי
אמך ועל כרחך אתה נולד
ותצא לעולם מיד בוכה הוא
ולמה הוא בוכה מאותו עולם
שהיה בו שמניחו וביציאתו
מכה אותו תחת חוטמו ומכבה
הנר אשר על ראשו ומוציאו
על כרחו ושוכח כל אשר ראה
וביציאתו בוכה ולמה מפני
שמחליפין לו שבעה עולמות
באותה שעה: עולם ראשון
דומה למלך שהכל שואלין
בשלומו ומתאוים לראותו
ומנשקין ומחבקים אותו מפני
שהוא בן שנה עולם שני
דומה לחזיר שהוא תדיר

Exi, ait, nam venit tempus tuum, prodeundi in Orbem. Excipit Anima: Annon pridem coram Creatore hujus Universi dixi, acquiescere me in iis locis, quæ incolui? Tum rursus Angelus: Mundus in quem te introducturus sum, elegans existit: Insuper uti invita intra viscera matris efformata es, ita invitæ etiam nasci, & in orbem prodire necesse est. Ibi in lacrumas solvitur fœtus, quarum causam si quis requirat, (*sciat id fieri, quia deserere cogitur*) loca, quæ incoluerat. Interim, egressurum fœtum, (*Angelus*) subter nasum percutit, extinguitque lumen, quod in capite habebat, ac reluctantem protrahit: Fœtus vero obliviscitur omnium quæ viderat. Eductus, flet, idque ideo, quia tum VII. Ætatum mutationibus redditur obnoxius. Prima Ætate, Regem refert, quem omnes salutant, omnes videre expetunt, osculantur, amplexanturque, atque hoc fit, dum anniculus est. Secunda Ætate, refert Porcum, uti enim iste in volutabro degit, ita infans intra

בתוך אשפתות כך הוא בשתי שנים הוא תדיר בצואה
ובפרש עולם שלישי דומה לגדי שהוא מרקד במרעה כך

bien-

הוא מרקד לכאן ולכאן עד
שהוא בן חמש. שני עולם
רביעי דומה לסוס כשהוא
הולך בסריטיא בגסות הרוח
כך התינוק מהלך בגסות
ומשתבח בבחרותו כשהוא בן
יח״ שנים עולם חמשי דומה
לחמור שנותנין אוכף על כתפו
כך מניחין עליו ונותנין לו
אשה ומוליד בנים ובנות
ומחזר אחר פרנסת בנין ובני
ביתו עולם ששי דומה לכלב
שמחזר אחר פרנסתו וחוטף
לכאן בחצוף למזונותיו וגונב
מזה וגוזל לזה ואינו מתבייש
עולם שביעי דומה לכלום
כי נשתנה מכל דבר גם
בני ביתו מקללין אותו ומבקשין
מיתתו ואפילו תינוקות משחקין
ממנו לסוף הגיע זמנו למות
ואז בא המלאך אצלו ואומר
לו מכיר אתה לי והוא אומר
הן א״ל ולמה באת היום אצלי
וא״ל להוציאך מן העולם מיד

biennium, in sordibus jacet, ac immunditie. Tertia Ætate, cum Hœdo comparandus venit; nam quemadmodum hœdus prosilit ad pabulum, ita Infans, huc illucque subsultat, quoad quinquennium exegit. Quarta Ætate, Equus videtur: Uti is enim circum compita, ferociens graditur, sic Adolescens superbit, & juventa sua se effert, ad annum usque XVIII. Ætate Quinta, Asino similis est, quippe hujus dorso clitellæ imponuntur: pari modo, homini ducenda est uxor, progeneratque sobolem utriusque sexus, de ea, cæterisque domesticis alendis, solicitus esse cogitur. Ætate Sexta, Canis adinstar, victum quæritat, proterve rapiens opes, ac hinc & hinc, prædans furansque, sine omni pudore. Ætate Septima, Nihili habetur, penitus enim immutatus est, ac domestici quoque ejus illi convitiantur, ejusque mortem anxiis votis exspectant, & adeo pueri in eum illudunt. Tandem cum fatalis hora imminet, advenit Angelus, aitque Animæ: Nunquid me novisti? Respondet illa, Utique; sed, quid nunc ad me venis? Subjicit

 Ange-

בוכה ומשמיע קולו מתחלת העולם ועד סופו ואין כל בריה יכולה לשמוע קולו אלא תרנגול בלבד: ואומר למלאך והלא הוצאתני משתי עולמות והנחתני בעולם הזה אשר אני דר ואומר לו המלאך והלא כבר אמרתי לך שעל כרחך נוצרת ונולדת ותמות ועתיד אתה ליתן דין וחשבון לפני מלך מלכי המלכים הקב״ה והרי הן ארבע עולמות שהראה הקב״ה לאליהו ז״ל שנ׳ צא ועמדת לפני י״י בהר אמר הקב״ה לאליהו מה הן ארבע א״ל רבונו של עולם איני יודע א״ל הקב״ה אילו הן ארבע עולמות שאדם עובר בהם רוח גדול חזק זה העולם הזה שהוא דומה לרוח ואחר הרוח רעש כלומר אחר העולם הזה יום המיתה שהוא מרעיש כל גופו של אדם ואחר הרעש

Angelus: Ut te ex mundo educam. Hic vero flere (*Anima*) incipit, (*querentisq;*) vox, quaqua patet Orbis, exauditur, etsi non nisi a solo gallo gallinaceo percipitur. Inquit porro Angelo: Annon e duabus mansionibus me foras evocasti, & in præsentem hunc Orbem introduxisti? Respondet Angelus; & nunquid non ego tibi dixi, vel invitæ tibi induendum esse corpus, prodeundum in hunc Orbem, moriendum, & denique rationem reddendam esse, coram Rege Regum DEO B. Atque hæ sunt quatuor illæ vicissitudines rerum quas DEUS B. ostendit Beato Eliæ; prout S. E. (1. Reg. XIX, 11.) *Exi, & consiste coram Domino in monte.* Quæsivit DEUS ex Elia: Quid sibi volunt istæ vicissitudines? Illo vero, se id nescire profitente; dixit DEUS B. Hæc sunt quatuor Fata, quæ cuique Homini obtingunt. *Ventus magnus ac vehemens*, indicat seculum præsens, quod vento optime comparari potest. *Post Ventum, concussio*: id est, post vitam præsentem Mors, quæ totum hominis corpus

אש כלומר אחר יום המיתה דינה של גיהנם שהוא אש אחר האש קול דממה דקה כלומר אחר אור של גיהנם יום דין הגדול שהוא דממה דקה:

corpus concutit. *Et post Concussionem, Ignis*: id est, post mortem Gehenna, quæ merus ignis est. *Post Ignem, Vox silentio tenuis*: id est, post Ignem gehennæ, dies magnus Judicii, qui silentio tenui, innuitur.

סליק יצירת של וולד:

Finis est Dissertationis, de formatione Fœtus.

Atque hæc est vetustissimorum Sapientum, de Hominis ortu ac interitu sententia, in qua multa ex mystica illorum Theologia, interpretationem desiderant, ac longe aliter accipienda sunt, quam enunciantur. Conferri cum his debent, quæ habentur in Nidda fol. 16. b. & fol. 30. b. Recentiores Judæi, quomodo de formatione fœtus philosophentur, videri potest in Schalsch. Hak. p. 77. & multis seqq. ubi prolixe de hac re disseritur: Sed, pleraque ex nostris libris, Autor descripsit.

10. Filia τῦ N. nubet τῷ N.] Solvenda nunc quoque Judæis, altera illa difficultas, gravis est. Quomodo scilicet, non obstante cœlestis oraculi pronunciato, tamen nulla Homini vis inferatur, sed piæ preces, ac liberum arbitrium, suum adhuc in ineundo matrimonio locum inveniant, & adeo, cuique ex meritis, Uxor obtingat. Nimirum, uti fuse disputat Autor libri Olelot Ephraim fol. 89. colum. 2. seq. decretum cœleste, nude concipitur, nullo habito respectu ad eorum, de quibus latum est, futura opera, semperque cum limitatione accipiendum, nisi illi ipsi impedimentum aliquod objiciant. Cum enim ex Judæorum mente, soli hominis libertati relinquatur, pietati aut improbitati sese dedere, & verum verbum sit, quod jam modo in fragmento de creatione fœtus, ex Berachot fol. 35. b. dicebatur: הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים Quamobrem, si illi, quos Oraculum principio conjunxit, diversis moribus studeant, sejungit deinde DEUS hos ipsos, & ut pius piæ, impius impiæ jungatur, efficit. Amplius, accidere quoque solet sæpissime, ut tam mares, quam fœminæ, vel ob propria, vel ob parentum delicta, nondum contracto matrimonio, præmatura morte moriantur, proinde superest semper pars orba, de qua DEO ex suo arbitratu, ad cujusque probitatem vel malitiam, præmio, aut pœna, afficiendam, disponere licet.

licet. Hæc fere est, sententia eorum, quæ in illo quem diximus libro, qui volet, pluribus legere poterit, omnia enim ista afferre, tædiosum fuisset. Potius quædam transcribam ex Hebræo-Germanico מוסר c. 5. eodem tendentia: *Allevveg is einem beschert die er nehmen sol und 40. Tag darvor, eh er beschaffen vvird, vvird ausgeruffen, der* פלוני *sol die* פלונית *nehmen, vvann sie beyd vverden vvürdig seyn, und vverden sich halten darnach, vvo aber nit, daß sie sich nit halten darnach, so vvern sie sich nit anander nehmen, und er sol ein ander bekommen, und sie ein andern der vvürdig zu ihr is. Darum sterben etliche noch jung, vvann ihm schon eine beschert is. Darum vvann einer is ein* צדיק *und die ihm beschert is, die is bös, da theilt sie* הקבה *und gibt ihm ein* צדקות *und ihr ein* רשע *ach vvann sie ein* צדקות *is, und er ein* רשע *so thut* הקבה *ach aso.*

11. Domus τῶ N.] Verba בית פלוני לפלוני agnoscit Talmud Amstel. & Pragensis τῶ En Jacob Editio. Cæterum, in Cracoviensi En Jacob, & Olelot Ephraim quoque, ubi integer hic locus citatur, eadem omittuntur. Utrumque En Jacob Veronense, expressit quidem verba ista, sed circumscripta semicirculis.

12. Inter Conjugium primum.] Conjugium primum, ex mente Autoris Olelot Ephraim, non capiendum de primis Nuptiis, quod tamen vult Seldenus in Uxore Hebr. l. 3. c. 17. sed de illa, in Cœlo facta copula. Atque hinc simul jam patet ratio, quare tantam difficultatem, ipsi DEO pariat, secundum conjugium, quod ex meritis ipse dispensat: לפי שאינה בת זיוגו Nam vir & mulier, qui cœlesti consulto cum aliis potius, quam inter sese matrimonium contrahere debebant, hic jungendi sunt, atque eapropter, extra ordinem Numini operandum est.

ב

תניא היה ר״מ אומר אדם עובר עבירה בסתר הקבה מכריז עליו בגלוי שנאמ׳ ועבר עליו רוח קנאה וקנ׳ את אשתו ואין עברה אלא לשון

II.

TRaditur, R. Meir dicere solitum: Homo peccatum secreto committit, sed [1] DEUS Benedictus, [2] id palam divulgat. Q. S. E. (Numeror. V, 14.) *Si corripiat eum spiritus zelotypiæ, ita ut sit zelotypus erga uxorem suam.* Nimirum, vox עברה hîc

הכרוה שנ' ויצו משה ויעבירו קול במחנה אמ' ריש לקיש אין אדם עובר עביר' אלא א"כ נכנסה בו רוח שטות שנא' איש איש כי תשטה אשתו תשטה כתיב:

divulgandi ſenſu capienda eſt; ut in illo: (Ex. XXXVI, 5.) *Tum præcepit Moſes, ut proclamaretur in caſtris.* Reſch Lakiſch dixit: Nemo peccatum patrat, niſi amentiæ ſpiritus in eum ingrediatur. Q. S. E. (Num. V, 12.) *Cujuscunq; viri uxor amentia correpta fuerit.* Nempe תשטה cum Schin exaratum.

ANNOTATA.

1. Deus Benedictus] Cum Deum dicere volunt Judæi, communiſſime illum circumſcribunt per הקדוש ברוך הוא eaq; formula, paſſim, & ubique adhibetur. Aliquando tamen, etſi rarius, dicunt etiam קדוש ברוך הוא item הברוך הוא Prioris expreſſionis exempla habemus in En Iſraël fol. 23. col. 4. fol. 52. col. 1. & 2. f. 74. col. 1. Poſterioris, in En Jacob fol. 162. col. 1. Hoc tamen, ne quid diſſimulem, diſcrimen in Talmude non usquequaque obſervatur.

2. Id palam divulgat] Dum per alios id Deus facit, ipſe hoc facere dicitur. כגון אשה פרוצה עוברת בסתר והקב"ה מכריז בגלוי שנותן בלב בעלה לקנאות לה והדבר מתפרסם בגלוי: id eſt: *Verbi cauſa. Cum fœmina impudica clanculum peccat, id palam divulgat Deus, dum animum mariti ad zelum inducit, atq; ſic res evadit manifeſta. Raſchi.*

ג

אמר רב חסדא זנותא בביתא כקריא לשומשמי. אמר רב פפא תוקפא בביתא כקריא לשומשמי ואידי ואידי באיתתא אבל בגברא לית לן בה:

III.

R. Chasda dixit: Scortatio domui idem eſt, quod eruca papaveri. R. Papa vero dixit, [1] Iram in domo, habere ſeſe adinſtar erucæ, reſpectu papaveris. [2] Utrumque vero tantum de mulieribus capiendum, nam ad viros, nihil hæc attinent.

ANNOTATA.

1. Iram in domo &c.] Autor libri *Brandſpiegel* pag. 183. a. hanc parœmiam, ſic vertit: *Ein zornige Frau im Haus, is gleich als ein Wurm, der als verderbt.*

2. Utrumque vero tantum de mulieribus &c.] Mulierem nimium iracundam, rei familiari detrimentum inferre, nemo dubitat. Et pertinent huc, quæ Syracides monet cap. XXV, 20. ſeqq. Idem quoque de ea quæ ſcortationi indulget, affirmandum: לפי שהיא מתעסקת בזנותיה ואינה עושה מלאכה ולא משמרת ביתה ומפקרת את של בעלה למנאפים: id eſt: *Ejusmodi enim mulier, tantum amori explendo intenta eſt, nec facit ſuum officium, aut domum cuſtodit, res etiam mariti, adulteris largitur.* Sic eſt in Gloſſa.

3. Ad viros nihil attinent] Quomodo parum in ea re ſitum ſit, ſi Maritus alienos amores ſectetur, quaque ratione, id citra præſens, rei familiaris damnum, facere queat, non hercle tam prudens ſum, ut intelligam. Quod vero de Ira aſſerunt, ejus cauſam facile aſſequor, ex Schabbat fol. 105. Nam ibi dicitur, patrifamilias licere iraſci, למירמא אימתא אאינשי ביתיה: id eſt: *Ut in metu contineantur domeſtici.* Quamobrem, & mox Exempla adduntur, magnorum Virorum, qui ad iræ quendam exceſſum, fuere proclives. ר' יהודה שליף מצבייתא רב אחא בר יעקב תבר מני תבירי רב ששת רמי ליה לאמתיה מוניני ארישה רב אבא תבר נכתמא: id eſt: *R. Jehuda* (ad terrorem faciendum domeſticis, ira commotus,) *filum e veſte extrahebat. R. Acha F. I. vaſa* (pridem) *fracta,* (& in hunc uſum ſibi ſervata,) *comminuebat. R. Scheſchet ancillæ ſuæ caput, jure piſciculorum petebat: R. vero Abba, opercula ollarum, ſolo allidere conſuevit.*

ד

ואמר רב חסדא בתחלה קודם שחטאו ישראל היתה שכינ' שרויה עם כל אחד ואחד שנ' כי ה' אלהיך מתהלך בקרב מחניך וכיון שחטאו

IV.

POrro ait R. Chasda: Principio, antequam Judæi peccaſſent, quisque eorum divinam majeſtatem ſibi præſentem habebat: Q. S. D. (Deut. XXIII, 14.) *Nam Dominus Deus tuus, indeſinenter ambulat in medio caſtrorum*

היתה שכינה מסתלקת מהם שנ׳ ולא יראה בך ערות דבר ושב מאחריך: *rum tuorum.* Cum vero peccassent, subduxit se iis divina majestas Q. S. E. (ibidem) *Nec videbit in te turpitudinem ullius rei, & avertat se a te.*

ANNOTATA.

1. Divinam majestatem] Quid per שכינה Judæi proprie intelligant, explicatu est difficile. Cl. Hackspanius noster, in Notis ad Lipmannum cap. 2. n. 113. seqq. postquam multa de שכינה adduxerat, tandem num. 122. concludit: *Per* שכינה *intelligi specialem Dei præsentiam, sive illa Majestatica solum sit, sive effectus quosdam speciales involvat.* Eadem Coccejі sententia est in Sanhed. p. 157. n. 4. ac Buxtorfii quoque in Lex. Talm. pag. 2394. Et sane, non negaverim, hoc sensu plerunque vocem שכינה accipi, possuntque locis, quæ Viri laudati observarunt, addi insuper sequentia. Sevachim fol. 118. b. בארבעה מקומות שרתה להן שכינה לישראל בשילה בנוב ובגבעון ובבית עולמים: id est: *In quatuor locis præsens fuit* שכינה *Judæis: In Schilo, in Nob, in Gibeone & in Templo Salomonis.* Pesachim fol. 56. a. בקש יעקב לגלות קץ הימים לבניו ונסתלקה ממנו שכינה: id est: *Voluit Jacobus* (moriens,) *revelare filiis suis, finem dierum* (captivitatis, qua nunc premimur Judæi,) *ibi recessit ab eo* שכינה. Cæterum, non video, qua ratione cum istis conciliari possit, quod alibi affirmant Rabbini, שכינה *vid.* esse ubique: Dei enim specialis præsentia, sive illa majestatica tantum fuerit, sive speciales quosdam effectus involvat, ubique esse non potest: Atque in Adjecto, quam vocant Logici, Contradictio, & seipsum destruens sermo erit, si quis dicat, Specialem Dei præsentiam ubivis locorum esse. Sed vero, docere tamen Judæos quod dixi, patet ex Bava Batra fol. 25. a. רבי הושעיא סבר שכינה בכל מקום דאמר ר׳ הושעיא מנין שהשכינה בכל מקום שנ׳ אתה הוא ה׳ לבדך שלוחיך לא כשלוחי בשר ודם שלוחי בשר ודם ממקום שמשתלחין לשם חוזרין שליחותן אבל שלוחיך למקום שמשתלחין שם מחזירין שליחותן שנ׳ התשלח ברקים וילכו ויאמרו לך הננו יבאו ויאמרו לא נאמר אלא ילכו ויאמרו מלמד שהשכינה בכל מקום · ואף רבי ישמעאל סבר שהשכינה בכל מקום דתנא דבי רבי ישמעאל מנין שהשכינה בכל מקום שנ׳ הנה המלאך הדבר בי יוצא ומלאך אחר יוצא לקראתו אחריו לא נאמר אלא לקראתו מלמד שהשכינה בכל מקום ואף רב ששת סבר

שכינה

שכינה בכל מקום דאמר ליה רב ששת לשמעיה לכל רוחתא אוקמן לבר ממזרח ולאו משום דלית ביה שכינה אלא משום דמורו בית מינאי ורבי אבהו סבר שכינה במערב דאמר רבי אבהו מאי אוריה אויר יה: id est: *R. Hoschaja existimavit* τὴν שכינה *esse ubiq*, *ejusq. asserti rationem poscenti, id probavit ex dicto*; (Nehem. IX,6.) Tu ille Domine solus es. (Quasi dicat:) *Tui nuncii nequaquam mortalium nunciis similes sunt. Nam qui ab hominibus mittuntur nuncii, in eum locum, e quo emissi, nuncium referunt. Sed tui illi, in eodem loco, in quem missi, quod peregere, renunciant Q. S. E.* (Job. XXXIIX,35.) An emittere potes fulgura, ut abeant & dicant tibi ecce nos? *Ut Veniant & Dicant; non legitur; sed*; Ut abeant & dicant: *quare docetur*, τὴν שכינה *esse ubiq. Etiam R. Ismaël opinatur*, τὴν שכינה *esse in omni loco, idq. ipse evincit ex verbis*: (Zach. II,7.) Ecce angelo illo, qui alloquebatur me, exeunte, angelus alter, exivit illi obviam. (*Exivit*) Post eum: *non dicitur: sed*, (*Exivit*) *illi obviam. Ideo sequitur* τὴν שכינה *esse ubiq. Nec minus R. Scheschet*, (qui orbus luminibus erat) τὴν שכינה *ubiq. esse credidit. Quod vero præcepit famulo, oraturum me in quamcunq. plagam mundi statuas, præterquam versus orientalem, id non capiendum quasi opinatus sit, ibi non esse* τὴν שכינה *sed hoc factum, quia* οἱ ἔξω *contendunt, omnino versus Orientem orandum esse. Enimvero R. Abbu existimavit*, τὴν שכינה *esse in Occidente, interpretatus vocem* אוריה (quæ secundum aliquos, Persis, Occidentem notat, juxta R. Salomonem vero ex, Oriens, corrupta est,) *per* אויר יה id est: *auram Domini*. (Atque, si Orientem אוריה significat, is quidem, ideo aura Domini dictus est, quia hæc plaga, Occidenti obvertitur.) Equidem scio, Lipmannum tum alibi, tum imprimis n. 189. distingere inter שכינה & גילוי השכינה Ut שכינה ipsa, ubique esse dicatur, neutiquam vero גילוי השכינה sive Schinæ revelatio. Quod, etsi speciem aliquam habet, nihilo secius tamen difficultatem non tollit, in adducto enim loco Talmudico, R. Abhu tanquam cæteris Magistris contradicens inducitur, quod ipse non nisi in Occidente τὴν שכינה degere opinatus sit, cum reliqui de omni loco id asseruissent. Quod si vero ipsum Numen cæteri intelligebant, is autem de peculiari tantum præsentia Numinis loquebatur, nullum utique opinionum fuisset dissidium, cum εἰς αὐτὸ καὶ κατ' αὐτὸ non fiat contradictio. Liquet ex his, saltem Judæos, sibi parum constare. Lucas, nisi fallor, שכינה quatenus gratiosam Dei præsentiam, evidenti & glorioso signo, certo in loco manifestatam, denotat, per δόξαν κυρίου sive τοῦ θεοῦ exponit, quippe in Evang. cap. II. vers. 9. ait: Ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς καὶ δόξα κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς· Et in Act. cap. VII. v. 55. εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ·

ה

V.

אמר רבי שמואל בר נחמני
אר״ יונתן כל העושה מצוה
אחרת בעולם הזה מקדמתו
ומוליכתו לעולם הבא שנאמ׳
והלך לפניך צדקך כבוד ה׳
יאספך וכל העובר עבירה
אחרת בעולם הזה מלפפתו
ומוליכתו ליום הדין שנ׳ ילפתו
ארחות דרכם יעלו בתהו
ויאבדו ר׳ אלעזר אומ׳ קשורה
בו ככלב שנ׳ ולא שמע אליה
לשכב אצלה להיו׳ עמה לשכב
אצלה בעולם הזה להיות
עמה ליום הדין בעולם הבא:

[1] Dixit R. Samuel Nachmanides, verbis R. Jonathan: Si quis vel unicum bonum opus in hac vita peragit, id quidem antecedit illum, [2] eique viam commonstrat, ad vitam æternam. Q. S. E. (Ef. LIIX, 8) *Et anteibit te justitia tua, gloria Domini extremum agmen tuum aget.* Similiter, si quis peccatum tantum unicum in hoc mundo committat, idipsum [3] involvit se in eum, deducitque illum ad diem judicii, Q. S. E. (Job. VI, 18.) *Involvuntur semitis suis consuetis; abeunt in nihilum & pereunt.* R. Eleaser autor est, (*Peccatum*) [4] illi alligari tanquam canem. Q. S. E. (Gen. XXXIX, 10.) *Non obtemperabat ei, ut cubaret cum ea, essetq; cum ea.* (Nimirum illa:) [5] *Ut cubaret cum ea*; hunc mundum: (Reliqua:) *Essetq; cum ea*, [6] diem judicii, & seculum venturum respiciunt.

ANNOTATA.

1. Dixit R. Samuel] In omnibus nostris Editionibus τοῦ En Jacob non אמר sed ואמר legitur; quod posterius tamen vitiosum est. Nam ואמר tantum in Talmude locum habet, cum aut idem Magister loquendo pergit, aut cum affertur objectio, quorum neutrum hoc loco accidit. Merito igitur אמר rescripsimus atq; sic quoque in Talmude Amstelod. excusum. De cætero, omnia quæ hoc numero, Magistri inculcant, totidem quoque verbis repetuntur in Avoda Sara fol. 5. a. quibus omnino adjungere oportet scitum illud, quod est in Taanit. fol. 11. a. בשעת פטירתו של אדם לבית עולמו כל מעשיו נפטרין לפניו ואומרים לו כך וכך עשית במקום

בּמקום פלוני ביום פלוני והוא אומר הין ואומרים לו חתום וחותם שני ביד כל אדם יחתום ולא עוד אלא שמצדיק עליו את הדין ואומר להם יפה דנתוני. לקיים מה שני׳ למען תצדק בדברך׃ id est: *Illa hora, qua homo ex hac vita in alteram illam æternam evocatur, omnia ejus opera ipsum præcedunt; ibi dicunt ei: Hac, & illa fecisti, in loco N. dieq; N. atq; ipse ait: sic esse fateor. Requirunt igitur, ut sua subscriptione adhuc amplius omnia confirmet: obsequiturq; homo: secundum id, quod S. E.* (Job. XXXVII, 7.) Sua manu quisque homo obsignat: *Neq; hoc tantum, sed & sententiam adversus se latam, æquissimam prædicat, dicendo ipsis: recte me judicastis: quo constet veritas, verbis:* (Psal. LI, 6.) Ut justus prædiceris in sermonibus tuis. Nec minus pertinet huc illud in Pirke Avot. cap. 4. העושה מצוה אחת קונה לו פרקליט אחד העובר עברה אחת קונה לו קטיגור אחד׃ id est: *Quandocunq; quis bonum aliquod opus perpetrat, parat sibi Defensorem, & quandocunq; nefas quoddam committit, sibi Accusatorem parat.* Confer Pirke R. Eliezer cap. 34. pag. 84. Edit. Vorstian. Et librum Schaare Dimha pag. 20. a.

* Sic corrigo vocem corruptā in Talm. Amstel. ואומרת

2. Eique viam commonstrat] Pro מוליכתו habet Talmud Amstelod. הולכת לפניו quorum neutrum vitiosum est. At, מוליכתו לפניו quod in En Jacob Pragensi, & Veronensibus legitur, id merito displicet, nam & mox, cum מוליכתו repetitur, τὸ לפניו hoc quidem loco, etiam in his illis libris, exulat.

3. Involvit se in eum, deducitque &c.] Geminum est, illud Simeonis Admirandi, in Sermone, de semper mente complectendo suum cuique discessum; qui extat Tom. 2. Biblioth. SS. Patrum. *Quæ hic contraximus Scelera, Virtutibusq; prætulimus, locumq; & copiam fecimus:* * *Nec nobiscum post fata procedent, & nobis imperabunt, nec est qui nos ab eis eruat.*

* Ita excusum est, sed debet omnino Legi, Hæc.

4. Illi alligari tanquam canem] Posset locus, de Veneris glutino accipi, quo post commixtionem canes inter sese, Oppiani in Halievt. verbis: —— Μάλα δηρὸν ἕκαστοι
Ἐξόπιθεν συνέχονται ἀρηρότες ἠΰτε δεσμῷ·
Valde diu singuli a tergo cohærent, nexi tanquam vinculo. Quare sensus emergeret, ita alligari peccatum homini, uti a congressu, canes tenaciter mutuo cohærere solent. Sed magis est, ut credam, respici ad illos mores canum, quibus Dominos suos observant, & individuos comites sese præstando, nunquam ab iis vivis se segregant, & adeo sæpe ne a mortuis quidem. Ejus rei novum & singulare exemplum, eruditissimus Bochartus in Hieroz. tom. 1. p. 826. his omnino verbis dare voluit: *Veteres* inquit, *historias*

historias replicare nihil opus est, cum hodieq; Lutetiæ Parisiorum, vivat canis qui domini in S. Innocentii cœmeterio sepulti tumulo jam bene triennium incubuit, nec ullis inde blanditiis abduci potuit. Quin a nonnullis vi abstractus, & ad aliam partem urbis translatus, ibiq; aliquandiu detentus, quamprimum fuit sui juris, pristinam stationem repetiit, domini cadaveri ut videtur, tandem immoriturus, nisi obstet vis major. Res, anno, quo hæc scribo, Æræ scilicet Christianæ millesimo sexcentesimo sexagesimo, ideo visa est mirabilior, quod in illo cœmeterio per hyemales menses nix fuit altissima, & frigus intensissimum. Si de tam fidi canis victu, lector est sollicitus, sciat locorum accolas, rei novitate perculsos, huic abunde prospicere, pane, & aqua ad tumulum, cui assidet, subinde missis. Nota est canum fides, atque etsi insolitum, & propemodum incredibile quippiam hic narratur, tamen, nunquam profecto in mentem mihi venisset, quæ tantus Vir asseveravit, vocare in controversiam. Solum cupido me incessit, addiscendi quid tandem illo Cane sit factum, & num ceu apud homines fieri solet, longa dies mœrorem paulatim imminuerit, an vero herili sepulchro denique sit immortuus. Equidem, sciebam, hanc curiositatem pro amore in me suo, quem plenissimum semper experior, non ægre, laturum, illud, cujus auspiciis, hos Commentarios feliciter scribere aggressi sumus, Rei literariæ decus, & columen, Illustrissimum Virum, JOANNEM CAPELLANUM; Quare, uti solenne mihi est, omnia de quibus dubito, ad ipsum referre, ut vel cunctationem meam regat, vel instruat ignorantiam; Ita de fato canis istius, eundem quoque nuper percontari ausus sum. At vero, ipse Lutetia ante diem XXVI. Junii, anni hujus a nato Redemtore nostro CIƆ IƆC LXXI. missis ad me literis, responsum dedit, plane contra opinionem, quod æquum est, omnes cognoscere. *Je suis estourné qu'vn aussi habil Personnage, que Mr Bochart, se soit laisser imposer par le bruit commun, touchant le Chien du Cimetiere des Sts. Innocens, & a charger son Ouurage de cette Narration, comme veritable, jusqu' a la circonstance de la datte de 1660. qui estoit si facile a verifier. Mais c'est qu'il viuoit a Caen, & que quelque Normand le luy manda de Paris sur le bruit qui en courust. I'ay aujourdhuy pour m'en eclaircir visité le Curé de cette Paroisse la, sur ce sujet, lequel m'a dit qu'il y a trente deux ans qu'il la regit, que plus de quatre fois cette fable s'estant respandue parmi son Monde, & voulant s'asseurer, si'l estoit vray, il s'estoit transporté toutes les fois dans ce Cimetiere, & n'y auoit jamais veu le Chien, ni rien approchant.* Doleo profecto, etiam ipsius Bocharti periculo, comprobari scitum illud: Nervos & artus Sapientiæ esse, non temere credere!

5. Ut

5. Ut cubaret cum ea, hunc mundum &c.] Raſchi, in Commentario in Geneſin, paulo aliter, ac hic loci fit, לשכב אצלה להיות עמה explicat, inquiens: לשכב אצלה אפילו בלא תשמיש להיות עמה לעולם הבא: id eſt: (Non obtemperabat ei,) *Ut cubaret juxta eam*: Puta: Etiam citra rem Veneream. *Eſſetq; cum ea*: Scilicet, poſt fata, in ſeculo futuro. Quæ expoſitio uti nihil quicquam, pietati, ac honeſtis moribus adverſum habet, ita inſignem R. Salomoni facit injuriam, Melchior Palontrotti, in libello cui nomen impoſuit: *Raccolta di molti errori, e Chimere, ſognate da Thalmudiſti, ſopra l' Espoſitione della Bibbia, & riferite particolarmente da R. Salomone &c.* Quippe in eo pag. 43. magno errore ita ſcribit: *Pregò la donna, che Gioſef dormiſſe con lei. Dice R. Salomone anco ſenza peccato, e che ſtaſſe con lei, anco nel ſecolo futuro.* Næ, alia omnia potius dicit R. Salomo, quam quæ illi affinguntur.

6. Diem judicii] Verba, ליום הדין tantum in Compendiis Talmudis comparent, ipſum Talmud (Sed de Amſtelodamenſi editione ſemper loquor, neque enim poſſideo alias,) iisdem deſtituitur.

ו

דרש רב עוירא זימנין אמ׳ לה משמיה דר׳ אבין וזימנין אמר לה משמיה דר׳ אסי כל האוכל לחם בלא נטילת ידי׳ כאלו בא על אשה זונה שנ׳ כי בעד אשה זונה עד ככר לחם ואש איש נפש יקרה תצוד · אמר רבא האי בעד אשה זונה עד ככר לחם בעד ככר לחם עד אשה זונה מיבעי ליה אלא אמ׳ רבא כל הבא על אשה זונה

VI.

R. Avera ſcitum hoc dictum, aliquando tanquam a R. Abin, aliquando tanquam a R. Aſe perceptum, proferebat: Quisquis panem comedit, manibus illotis, eodem loco habendus, quaſi cùm ſcorto concumberet: Q. S. E. (Prov. VI, 26.) *Nam propter mulierem meretricem* (devenitur) *usq; ad fruſtum panis*: *& adultera, animam pretioſam venatur.* Objicit Raba: Atqui hîc legitur: *Propter mulierem meretricem* (*devenitur*) *usq; ad fruſtum panis.* Ad ea vero quæ tu concludis, elicienda:

לסוף מבקש ככר לחם ואינו
מוצא · א״ר זריקא א״ר אלעזר
כל המזלזל בנטילת ידים
נעקר מן העולם · אמר רב
חייא בר אשי אמר רב מים
ראשונים צריך שיגביה ידיו
למעלה אחרונים צריך שישפיל
ידיו למטה · תניא נמי הנוטל
ידיו צריך שיגביה ידיו למעלה
שמא יצאו מים חוץ לפרק
ויחזרו ויטמאו את הידים · א״ר
אבהו כל האוכל פת בלא
ניגוב ידים כאילו אוכל לחם
טמא שנ׳ ככה יאכלו בני ישר׳
את לחמם טמא בגוים
אשר אדיחם שם · מאי ואשת
איש נפש יקרה תצוד א״ר
חייא בר אבא א״ר יוחנן כל
אדם שיש בו גסות הרוח
לסוף נכשל באשת איש שנ׳
ואשת איש נפש יקרה תצוד ·
אמר רבא האי נפש יקרה
נפש גבוהה מיבעי ליה ועוד
היא תצוד מיבעי ליה אלא

enda:) Propter frustum panis, ad mulierem meretricem devenitur: fuerat dicendum. Igitur Raba hoc potius, ex illo loco colligit: Quisquis sectatur mulierem meretricem, tandem frustum panis quærit,[2] nec invenit. R. Sereka, autore R. Eleaser dixit:[3] Quicunq; contemnit Lotionem manuum, exstirpatur ex mundo. R. Chaja F. A. ait nomine Raf.[4] In Lotione prima oportet quis manus in altum elevet. Sed in lotione secunda, manus deorsũ demittendæ sunt. Extat quoq; traditio. Manus lavans, eas attollere debet, ne cęteroquin aquæ compagem supergressæ, retrocedant, & man. (*denuo*) colluculent. R. Abhu inquit: Si quis manibus nondum tersis, panem comedit, perinde id est, ac si pane immundo vesceretur. Q. S. E. (Ezech. IV, 13.) *Ita comedunt Israëlitæ cibum suum immundum, inter gentes, quo dispellam ipsos.* Quis porro sensus verborum: *Etiam adultera animam pretiosam venatur?* Respondet R. Chaja F. A. nomine R. Jochanan: Cuicunque homini inest[5] spiritus elatus, is tandem impingit in adulterium. Q. S. E. *Etiam adultera &c.* Excipit Raba: At-

אמ׳ רבא כל הבא על אשת איש אפילו למר תורה דכתב בה יקרה היא מפניני יקרה היא מכ״ג שנכנס לפני לפנים אפילו. הכי היא צדתו לדינה של גיהנם:

ba; Atqui, *Anima pretiosa*; hic dicitur: secundum te, *Anima elata*, dicendum fuisset. Adde, quod, *Ipsa venatur*, quoque [6] dici oportebat. Quare convenientius explicat Raba: Quisquis cum adultera rem habet, si maxime Legem didicerit, de qua (Prov. III, 15.) scriptum: *Pretiosior ea est venetrabilibus*: id est: [7] magis in pretio habenda Summo Pontifice, qui in intima adyta penetrat: nihilo minus, adultera venatur eum, judicio infernali.

ANNOTATA.

1. Frustum panis] Vox ככר cum de Pane sermo est, & Panem integrum crassiorem, &, Panis quoque Frustum, significat. Prior significatio, militat in loco Ex. XXIX, 23. ubi ככר לחם Kimchio in Rad. est לחם גדול *Panis magnus*; addita ratione, quia de Placentis mox in textu sequatur. Ac nostrates quoque Judæi, in sua versione Germanica Pentateuchi, ad hunc sensum ibi reddiderunt: *Ein Laib Brod.* Sed & Frustum panis, notat ככר unde rursus Kimchi, loco allegato: ככר ככר לחם כתרגומו פיתא דלחמא כלומר חתיכת לחם: Id est: *Verba* ככר לחם *bene transtulit Chaldaus* (in loco I. Sam. II, 36.) פיתא דלחמא *quasi dicas, Segmentum panis.* R. Leo Modena quoque, in Galut Jehuda vertit locum illum Proverbiorum, Gemaræ nostræ citatum: *Si vien sin a un pezzo di pane.* Quæ si ita sunt, dubitet quis, num satis commode, Vetus Interpres Evangelii Hebraici, a Tilio editus, cap. 15. vers. 34. pro πόσους ἄρτους ἔχετε: item vers. 36. pro καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους dixerit: כמה ככרי לחם יש לכם: Itemque: ויקח שבעה ככרי לחם. Nec enim aut panes crassiorum generum, aut panis frusta, sed dubio procul Liba, Matthæus innuit, quia illos panes, Christus fregisse dicitur. Interim, pro tuenda tamen ista versione, facit, quod R. Salomo τὸ ככר etiam in supra citato Exodi loco, de חלה sive Placenta accepit, ubi Vetus Latinus Interpres, *Tortam*; Recentior, *Panis Tractum*, habet.

2. Nec invenit] ואינו מוצא agnoscunt omnes nostræ, ת״ו En Jacob Editiones: In Talmude Amstel. tamen hæc expunguntur, & forsasse non male, si ad scopum verborum attendamus.

3. Qui-

3. Quicunq; contemnit lotionem manuum &c.]
Quare illius fata accelerentur, qui lotionem manuum despicit, causa redditur in Glossa: העובר על דברי חכמים חייב מיתה דכתיב ופורץ גדר ישכנו נחש: id est: *Quisquis οὐ περιπατεῖ κτ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, reus est mortis.* Q. S. (Eccles. X, 8.) Qui rumpit Sepimentum, eum mordebit Serpens. Extat de necessitate lotionis manuum, locus illustris in Erubin fol. 21. b. quem ad Novi Testamenti historiam, ubi Pharisæi, tantopere hunc ritum urgent, illustrandam, integrum afferre non pigebit: תנו רבנן מעשה ברבי עקיבא שהיה חבוש בבית האסורין והיה רבי יהושע הגרסי משרתו בכל יום ויום היו מכניסין לו מים במדה יום אחד מצאו שומר בית האסורין אמר לו מפני מה היום מימיך מרובין שמא לחתור בית האסורין אתה צריך שפך חציין ונתן לו חציין כשבא אצל ר׳ עקיבא אמר לו יהושע אי אתה יודע שזקן אני וחיי תלויין בחייך סח לו כל אותו המאורע אמר לו תן לי מים שאטול ידי אמר לו לשתות אין מגיעין ליטול ידיך מגיעין אמר לו מה אעשה שחייבין עליהן מיתה מוטב אמות מיתת עצמי ולא אעבור על דעת חבירי אמרו לא טעם כלום עד שהביא לו מים ונטל ידיו: Id est: *Narrant Sapientes historiam de R. Akiba: Is cum captivus detineretur, attulit ei Josua Girsi,* (sive a natali solo, sive a molendis fabis, ita cognominatus,) *famulus ejus, quotidie aquam, ad mensuram præscriptam. Cæterum, die quadam, forte fortuna incidit in hunc Phylacistes, atq; illi: Quare hodie tantum aquæ affers? Fortasse his opus, ad* (emolliendos, ac dein) *suffodiendos parietes carceris. Ergo aquæ dimidium effundit* (Phylacistes,) *relinquit dimidium. Cum vero Famulus pervenisset ad R. Akibam, tum is* (animadversa aquæ exiguitate,) *Mi Josua, inquit, nunquid non novisti, Senem me esse, & vitam meam, a te solo pendere?* (itaque plus aquæ afferre debebas.) *At Josua, rem omnem prout gesta erat, illi recenset.* (Quibus perceptis,) *affunde, inquit R. Akiba, aquam lavandis manibus. Hic vero Minister: Aqua cum ad bibendum non sufficiat, num sufficiet etiam ad lavandum? Subjicit Akiba: Sed quid faciam?* (Sapientes) *exitium interminantur, si quis Lotionem manuum negligat. Præstat me voluntaria morte perire, quam ut placita Sociorum meorum violem. Atq; constat, non prius eum quicquam degustasse, quam manibus illius aquam famulus mi*[illegible]*strasset.* Enim vero, merito monent Tosephot, ex abundanti quadam religione, hæc fecisse Akibam: Nam cum in fine cap. 1. Erubin dicatur: פטורים במחנה מרחיצת ידים id est: *Eos qui in castris degunt, ad lotionem manuum non adstringi*: Ergo, recte inferunt, tanto

Marc. VII 5.

* Forsitan rescribēdum היה מכנים

tanto minus hoc præceptum eos obligare, quibus ſi aqua ad lavandum utantur, ſiti pereundum foret. Eſt quoque hinc Regula, in Orach Chajim Hil. Netil. Jad. n. 158. §. 8. מי שהיה במדבר או במקום סכנה ואין לו מים פטור מנטילת ידים׃ id eſt: *Si quis ſit in deſerto, aut in loco periculoſo, ac aqua nulla ei ſuppetat, liber eſt a lotione manuum.* Cæterum in ſimili neceſſitatis caſu, abſterſione tamen manuum, opus eſſe videtur, ſecundũ ca quæ de precaturis traduntur in Berachot fol 15. a.

א״ר חייא בר אבא
א״ר יוחנן כל הנפנה ונוטל ידיו ומניח תפילין וקורא ק״ש ומתפלל מעלה
עליו הכתוב כאילו בנה מזבח והקריב עליו קרבן דכתיב ארחץ בנקיון
כפי ואסובבה ארת מזבחך יי׳ א״ל רבא לא סבר לה מר כאילו טבל
דכתיב ארחץ ולא כתיב ארחיץ אמר ליה רבינא לרבא חזי מר האי צורבא
מרבנן דאתא מערבא ואמר מי שאין לו מים לרחוץ ידיו מקנח ידיו
בעפר ובצרור ובקסמית א״ל שפיר קאמר מי כתיב ארחץ במים בנקיון
כתיב׃

Id eſt: *R. Chaja F. A. dixit nomine R. Jochananis: Quiſquis* (mane) *ventrem exonerat, manusq; lavat, Phylacteria induit, & Sectionem* Audi, *atq;* Schmoneſre, *recitat, hunc tantopere prædicat Scriptura, ac ſi exſtruxiſſet Altare, & ſuper eo obtuliſſet hoſtiam, nam ſic* S. E. (Pſal. XXVI, 6) Lavabo cum innocentia manus meas, & circumibo altare tuum Domine. *Quærit ex eo Raba: Annon, Domine, hæc de eo quoq; vera eſſe exiſtimas, qui totum corpus prius abluit; quippe* ארחץ *in Loco illo Scripturæ dicitur,* (quæ vox, ad totius corporis ablutionem attinet,) *non vero* ארחיץ (quod magis manuum Lotioni quadraret.) *Huic Rabæ, reſpondit Rabina: Ecce Domine: Quidam Vir eruditus, ex Babylonia adventans, dixit: Cui non ſuppetunt aquæ ad lavandum manus, is abſtergat eas in ſolo, aut cum faſciculo* (herbarum, vel ſtraminis,) *aut cum ligni feſtuca. Subjicit alter: Dixiſti probe: Nunquid enim* (in memorato Pſalmi loco) *dicitur*, Lavabo cum aqua? *imo vero,* Lavabo cum innocentia *dicitur*. Maimonides Hilch. Tephilla cap. 4.

רוחץ ידיו במים עד הפרק ואחר כך יתפלל היה מהלך
בדרך והגיע זמן תפילה ולא היה לו מים אם היה בינו ובין המים
מילין ארבעה שהם שמונת אלפים אמה הולך עד מקום המים ורוחץ
ואח״כ יתפלל היה בינו ובין המים יותר על כן מקנח ידיו בצרור או בעפר
או בקורה ומתפלל׃

Id eſt: (Oraturus,) *prius manus ad ſummas juncturas usq; lavare debet, atq; ſic ad precandũ ſe accingere. Quod ſi quo iter faciente, ſtatum orationis tempus, advenerit, nec aquæ ſuppetant, tum ſi certũ, intra milliaria quatuor, quæ cubitos faciunt XVI. mille, aquarum futuram copiam pergendum, ad eũ locum, lavandæ manus, & ſic deniq; orandũ eſt. Sed ſi longiori intervallo diſtent aquæ, oportet abſtergere manus faſciculo, aut in ligno*

ligno aliquo, & deinde orare. Petiit hoc institutum, uti multa alia, ab Judæis Muhammedes Pseudoprophetes, tantique fecit, ut dignum judicaret, quod Alcorano suo insereret: Unde Surata de Fœminis, sic per Interpretem Gallum loquitur: *O vous qui croyez, ne faites pas vos oraisons estans yures, jusques a ce que vous sçachiez ce que vous dites, ny aussi estant pollus, si non en passant chemin, jusques a ce que vous vous soyez lauez? Si vous estes malades ou en voyage, ou que vous veniez de descharger vostre ventre, ou que vous ayez cogneu vos femmes, & que vous ne treuviez point d'eau pour vous lauer, vous mettrez la main sur le sable, & vous en essuyerez la face & les deux mains. Dieu est clement & misericordieux a ses creatures.* Quod superest, non prætereundum, præceptum Gemaræ nostræ, de non contemnenda manuum lotione, leviorem alibi, quam hoc loco, pœnam additam habere, quin & cum certa limitatione proponi. Fit id in Schabbat fol. 62. b. loco obscuro, & cui, quia occasio fert, lucem fœnerabimur: א״ר אבהו ואמרי לה במתניתא תנא ג׳ דברים מביאין את האדם לידי עניות ואלו הן המשתין מים בפני מטתו ערום והמזלזל בנטילת ידים ושאשתו מקללתו בפניו המשתין מים בפני מטתו אמר רבא לא אמרן אלא דמהדר אפיה לפוריא אבל לבראי לית לן בה ומהדר אפיה לפוריא נמי לא אמרן אלא לארעא אבל במנא לית לן בה ומזלזל בנטילת ידים לא אמרן אלא דלא משא ידיה כלל אבל משא ולא משא לית לן בה ולאו מילתי היא דאמר רב חסדא אנא משאי מלא חפנאי מיא ויהבו לי מלא חפנאי טיבותא: ושאשתו מקללתו בפניו אמר רבא על עסקי תכשיטיה והוא דאית ליה ולא עביד: id est: *Dixit R. Abbu, aut secundum alios, in Mischna traditur: Tria sunt, quæ hominem ad paupertatem redigunt. Scilicet, si quis nudus, ante lectum urinam emittat: Si quis lotionem manuum, vilipendat: &, si cui uxor, in os maledicat.* (Quippe in Chullin cap. 8. docetur Angelum, qui Paupertati præfectus est, vocari נביל idq; nomen ei impositum, quia Sordibus delectatur: Hæc vero tria, conjunctam habent immunditiem.) *Quod ad illum qui nudus ante lectum mejit, attinet, ait Raba, id accipiendum tantum de eo esse, qui faciem lecto obvertit;* (iste enim, deinde, quasi super lotio cubat:) *Sed si averso vultu sit, nihil id refert;* (nam rivus aquæ immundæ, a lecto refluit.) *Quin, illud de adverso contra lectum vultu, itidem non aliter intelligendum, quam si in nudum solum quis vesicam exoneret: si vero vas ad manum sit, nihil id refert. Porro, quantum ad contemtam, lotionis manuum attinet, non id capiendum nisi de eo, qui omnino manus non lavat, si quis vero lavet, nec lavet* (probe, sed aquæ vehementer parcat, & fricando quoque parum instet,) *nihil*

nihil id refert, nec in ea re magnum momentum situm est. Deniq; illud de Uxore, ita interpretandum, si ob eam causam, quia maritus mundum muliebrem huic præstare recusat, ipsa ei convicietur: Et adeo cum ista quoq; exceptione id restringendum, si nimirum maritus opulentus sit, & tamen uxori nulla ornamenta subministret.

4. In lotione prima &c.] Totum lotionis manuum ritum, & singula quæ de eo notanda veniunt, supra quam dici potest, sedulo, eruditeque, uti solet omnia, persequitur Clarissimus, & erga nos, cum Angliam lustraremus, humanissimus Vir, Eduardus Pococke, in Notis Miscell. ad Portam Mosis cap. 9. atque quicquid dici poterat, sua industria præcepit. Docet inter cætera, quam varie, dictum præsens Gemaræ nostræ, ab Interpretibus accipiatur, & quam in eo explicando, desudent. Quæ, & alia, uti apud illum legenda sunt, ita nos ut aliquid dicamus, Maimonidem, ejusque Commentatorem loquentes introducemus, quo vel saltem horum, de hac re, sententia, plene percipi possit. Maimonides Hilch. Berach. cap. 6. §. 16. ait: מים הראשונים צריך שיגביה ידיו למעלה עד שלא יצאו מים חוץ לפרק ויחזרו ויטמאו את הידים ואחרונים צריך שישפיל ידיו למטה כדי שיצא כל כח המלח מעל ידיו: id est: *Principio, dum quis lavat, manus attollere oportet, ne aquæ carpum supergressæ, revertantur, & manus denuo inquinent. Sed cum secunda affunditur aqua, demittendæ sunt manus, ut omnis humor defluat.* Ista explicaturus Commentator, adducto primum integro Gemaræ nostræ in quo versamur, loco, porro subjungit: ודברי רבי הללו מתבארים במה ששנינו במסכ׳ ידים הידים מטמאות ומטהרות עד הפרק כיצד נטל את הראשונים עד הפרק ונטל המים השניים חוץ לפרק וחזרו מחוץ הפרק ליה ידיו טהורות שהמים השניים טהורים נטל את הראשונים והשניים חוץ לפרק וחזרו לידו נטמאת ידו שהמים הראשנים שחוץ לפרק טמאין מחמרת ידיו ואין השניים מטהרין מים שחוץ לפר׳ ולפי שחזרו המים. שחוץ לפרק לידו טמאות ע״כל ונראה מכאן שאם נטל ידו בשטיפה אחת אינו צריך להגביה ידיו שהרי אין שם מים טמאים שיחזרו ויטמאו את הידים וגם חוץ ליד לא נטמאו דהא טומאתן אינו אלא עד הפר׳ כנ״ל מצאתי סער לזה שכתב סמ״ג וראיתי בתוספתא שהמטביל ידיו אין צריך להגביה ידיו ולא לנגב ידיו ע״כל ובודאי טעמם לפי שאין שם מים טמאות וכמו שכתבתי: Id est: *Verba Autoris nostri lucem accipiunt, ex iis quæ docentur in Massechet Jadaim in hunc sensum: Quomodo capiendum illud de inquinatione & mun-*

& mundatione manuum, usq; ad carpum? Scilicet qui in prima ablutione lavit manus usq; ad carpum, in secunda vero lavit ultra carpum, tum si aquæ retrocedant, manus puræ sunt. Quod si quis, tam in prima, quam in secunda ablutione, manus ultra carpum lavet, tum si retrocedant aquæ, impura manus est, aquæ enim primæ, quæ carpum supergrediuntur, propter manus lotas impuræ sunt, neq; aquæ secundæ, mundant aquas carpum egressas: quod si igitur istæ retrocedant, impura manus est. Hactenus Talmud. Ex quibus patet, quod si quis una ablutione manus lavet, haud necesse esse ut eas elevet, nullæ enim adsunt aquæ immundæ quæ retrocedere & manum impuram reddere possint, quin & extra manum haud impuræ redditæ sunt, cum impuritas a carpo demum incipiat. Atq; nisi fallor, ad hanc opinionem confirmandam facit, dum in Smag, legitur: Discimus ex Tosephot in lotione manus nec elevatione, nec abstersione opus esse. Ita quidem Smag. Ratio vero rei in promtu est, quod nimirum, nullæ hic sunt aquæ immundæ, prout a me est explicatum.

5. Spiritus elatus] גם הרוח *Fastosus* est: De qua locutione præter Cl. Buxtorf. in Lex. Talm. pag. 463. videndus quoque Elias in Tisbi. גם הרוח ליה opponitur נמוך הרוח ceu Buxtorfius loco etiã allegato, fecit indicium. Aliàs, similiter phrasis שפל רוח ex Prov. 16,19. adhiberi solet Pirke Avot. cap. 4. מאד מאד הוי שפל רוח בפני כל אדם id est: *Summo studio demissus esto, coram quoquo homine.* Uterque loquendi modus conjungitur ibidem cap. 5. עין טובה ורוח נמוכה ונפש שפלה מתלמידיו של אברהם אבינו: id est: *Oculus bonus, ac Spiritus depressus, Animaq; demissa,* (si cui obtigerunt, id signum est,) *esse illum ex Discipulis Abrahami Patriarchæ.*

6. Dici oportebat] In Talmude Amstelod. מיבעי a Typographo, oscitanter est omissum.

7. Magis in pretio &c.] Unde proverbio dicunt Judæi, ex Schabbat Jeruschalmi, in En Israël fol. 173. col. 3. אפילו ממזר ת״ח קודם לכ״ג עם הארץ: id est: *Vel Spurius, si sit eruditus, præfertur Summo Pontifici qui doctrinæ expers est.*

ז VII.

אמר רבי יוחנן משום ר׳ שמעון בן יוחאי כל אדם שיש בו גסות הרוח כעובד

DIxit R. Jochanan, nomine R. Simeonis F. I. In quocunq; fastus dominatur, is Idololatræ æquiparandus. Nam in uno

עז״ כתיב הבא תועברת ה׳ כל גבה לב וכתיב התם ולא תביא תועבה אל ביתך ור׳ יוחנן דידיה אמר כאלו כופר בעיקר שנ׳ ורם לבבך ושכחת את יי׳ אלהיך ר׳ חמא בר חנינא אמר כאלו בא על העריות כולם כתי׳ הכא תועבת ה׳ כל גבה לב וכתיב התם כי את כל התועבות האל עשו אנשי הארץ עולא אמר כאלו בנה במה שנ׳ חדלו לכם מן האדם אשר נשמה באפו כי במה נחשב הוא אל תקרי במה אלא במה מאי יד ליד לא ינקה אמר רב כל הבא על אשת איש אפילו הקנהו להבה״ שמים וארץ כאברהם אבינו דכתי׳ ביה הרימותי ידי אל ה׳ אל עליון קונ׳ שמי׳ וארץ לא ינקה מדינה של גיהנם · קשי׳ להו לדבי ר׳ שילא האי יד ליד ידי מיבעי׳ ליה אלא אמרי דבי ר׳	in uno loco (Prov. scilicet XVI, 5.) dicitur: *Abominationi est Domino omnis altus animo.* In alio vero: (nimirum Deut. VII, 26.) *Neq; inferas abominationem in domum tuam.* Cæterum ex propria opinione R. Jochanan (*Superbum*) comparat, cum inficiante capita religionis. Q. S. E. (Deut. IIX, 14.) *Efferat se animus tuus, & obliviscaris Domini Dei tui.* R. Chama F. Ch. eo loco (*Superbum*) habet, quasi omnes species incestus commisisset: Hic enim dicitur: *Abominationi est Domino, omnis altus animo.* At vero alibi: (Lev. XVIII, 27.) *Nam omnes abominationes istas fecerunt homines istius terræ.* Ula, (*fastosum*) assimilat ædificanti excelsum. Q. S. E. (Es. II, ult.) *Abstinete vos ab ipso homine, cui anima est in naso ipsius: nam quanti æstimandus esset?* Non legendum בַּמֶּה sed בָּמָה. Quid notant verba: (Prov. XVI, 5.) *Manus in manum, non consequitur impunitatem?* Raf exponit: Quisquis cum adultera rem habet, licet Deum Benedictum deprædicet [1] possessorem cœli & terræ, sicut Abraham pater noster, quem (Gen. XIV, 22.) dixisse constat: *Elevo manum meam ad Domi-*

שילא אפי׳ קבל תורה כמשה דכתיב בידה מימינו אש דת למו לא ינקה מדינה של גיהנם · קשיא ליה לר׳ יוחנן האי יד ליד יד מיד מיבעי ליה אלא א״ר יוחנן אפילו עשה צדקה בסתר דכתיב מתן בסתר יכפה אף ושחד בחיק חמה עזה לא ינקה מדינה של גיהנם:

Dominum Deum excelsum, possessorem cœli & terræ: non tamen immunis erit, a judicio gehennæ. Scrupulum hîc movit Auditoribus R. Silæ, illud: [3] *Manus in manum*. (Nam secundum allatam expositionem,) *in manum meam*; dicendum fuisset. Quamobrem Auditores R. Silæ, (*ita locum interpretantur*:) Etiamsi legem accepisset, ceu Moses, de quo (Deut. XXXIII, 2.) legitur: *A dextra ejus ignis edictalis fuit ipsis*: non tamen liberaretur a judicio gehennæ. Enim vero, etiam huic expositioni officere credit R. Jochanan, illa: *Manus in manum.* Quippe, secundum prædictam opinionem, videtur dicendum fuisse: *Manus e manu*. Proinde is explicat: Si maxime secreto eleemosynas largiatur, de quibus (Prov. XXI, 14.) legitur: [4] *Donum in abdito, evertit iram; & munus in sinu, excandescentiam vehementem*: tamen non eriperetur a pœnis infernalibus.

ANNOTATA.

1. Dixit R. Jochanan &c.] Omnia quæ de Fastu in hac Pericope dicuntur, nec non quæ de eadem re, & præcessere, & mox succedunt, summo studio, fuse exponit Autor libri שער הגבורים Porta Bonorum Morum cap. 2. Sed pleraque sunt allegorica, & longe petuntur. Quos similia delectant, ipsum adire possunt, nobis interpretationes tam contortæ non placent, nec quicquam illarum adscribimus.

2. Possessorem cœli] Vide quæ notat Raschi ad Genes. XXIV, 7. Est proinde nomen קונה inter ea, quibus Deus designatur, habemusque exemplum in Excerpto quod mox sequitur. Sic in Chullin fol. 7. a. פנחס בן יאיר הוה קא אזיל לפדיון שביים פגע ביה בגינאי נהרא אמר ליה גנאי חלוק לי מימיך ואעבור

כך אמר ליה אתה הולך לעשות רצון קונך ואני הולך לעשות רצון קוני: id est: *Pinchas Jairides iter suscepit, ad liberandos Captivos; defertur ad fluvium * Ginai aitq; illi: Heus Ginai, divide mihi aquas tuas, ut per tui medium transeam: At respondit fluvius: Tu abis facturus voluntatem Possessoris tui, pariter & ego abeo impletum voluntatem Possessoris mei,* (haudquaquam igitur tibi pareo, sed cursum consuetum servabo.) In Horajot fol. 13. a. eadem habetur phrasis כלב מכיר את קנו וחתול אין מכיר את קונו, id est: *Canis noscit possessorem suum, sed felis eundem haud cognoscit.* At vero, hic per *Possessorem* quis intelligatur, parum liquet Judæis. Quidam enim de Deo hæc capiunt, allegantes pro se locum Exod. XI, 7. *Contra omnes filios Israëlis non movebit canis linguam suam:* ex quo, nescio quid, caninæ erga Numen, religionis, præ animantibus reliquis, exsculpunt. Sed R. Salomo, hanc opinionem rejicit, & קנו de possessore homine, accipiendum esse, persuadere conatur.

* *An legendum* בגינראי *ut innuatur Gindus fluvius, qui per Dardanos fluens Tigrim ingreditur?*

3. Manus in manum &c.] Multa & varia ex loco Prov. XVI, 5. Magistri hic eliciunt. Sed in Berachot. fol. 61. a. quin & Erubin fol. 18. b. id insuper inde colligitur; Non licere e sua manu in manum mulieris alienæ, numerare pecuniam. Verba in Notatis ad Lipmannum p. 428. quia pridem adduxit Cl. Hackspanius, eapropter haud opus est, ut illa a nobis repetantur.

4. Donum in abdito &c.] Etiam Servator noster apud Matthæum cap. VI, 4. commendat מתן בסתר sive τὴν ἐλεημοσύνην τὴν ἐν κρυπτῷ. Hoc est, uti ipse Divinus Magister, in iis quæ antecedunt, explicat: Eas Eleemosynas, quæ non fiunt ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. Fuit imprimis Pharisæorum id vitium, ut non nisi Populo teste, pauperibus benefacerent, omneque virtutis suæ præmium in fama, nihil in conscientia reponerent. Atque, quam vere Dominus noster iis jactantiam ipsorum exprobrarit, vel ex eo patet, quod etiam illi, qui nihil antiquius habuisse videri volebant, quam ut occultissime eleemosynas largirentur, tamen si rem recte putemus, meræ ostentationis causa, fecere omnia. Etenim ipse R. Abba quem tanquam exemplar, hominis clam pauperibus benefacientis, deprædicant, quippe secundum ea quæ legimus in Cetubot fol. 67. b. quoties in publicum prodibat הוה צייר זוזי בסודריה ושדי ליה לאחוריה: id est: *Sudarium, cui pecuniam illigaverat, a tergo pendens gestavit:* Ut scilicet omnibus capiendi nummos potestas esset, sese autem lateret, cujus mortalium inopiam sublevasset: Ecquid tandem is homo aliud, quam meram histrioniam, & ἐλεημοσύνην σαλπιζομένην exercuit? Extant quidem in Cetubot cap. 6. & in libris Judæorum Moralibus passim, multa præcepta de erogandis clam

clam eleemosynis, docenturque modi varii, quibus id queat peragi. Sed horum plerique & ipsi vitio laborant, ac quanto melius verbis paucissimis, quæ ipsi longa disputatione non assequuntur, enunciavit Redemptor noster; totam rationem clandestinarum eleemosynarum, istis complexus: *Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου·* Interim, abhorruisse multos, etiam inter Judæos, a Pharisæorum moribus turgidis, non videtur esse dubitandum. Mischna in Schekalim cap. 5. §. 6. שתי לשכות היו במקדש אחת לשכת חשאים ואחת לשכת הכלים לשכת חשאים יראי חטא נותנים לתוכה בחשאי ועניים בני טובים מתפרנסין מתוכה בחשאי: id est: *Duo conclavia fuere in templo Hierosolymitano, alterum Conclave Clanculariorum, alterum Conclave Vasorum, vocabant. In Conclave Clanculariorum, homines pii, secreto eleemosynam demittebant, atq; pauperes honestis parentibus progeniti, clam eadem alebantur.* Non confundendum hoc conclave, cum eo, cujus meminit Marcus c. XII, 41. Nam Evangelista, nisi fallor, innuit לשכת אוצרות הקדשים aut, ut alii vocant לשכת בית האוצר hoc enim proprie est *γαζοφυλάκιον τοῦ ἱεροῦ*

ח

אזהרה לגסי הרוח מנין אמר רבה אמר זעירי מהכ שמעו והאזינו אל תגבהו רב נחמן בר יצחק אמר מהכא ורם לבבך ושכחת וכתיב השמר לך פן תשכח וכדרבי אבין א״ר אלעא דא״ר אבין א״ר אלעא כל מקום שנ׳ השמר פן ואל אינו אלא לא תעשה· דרש רב עוירא זימנין אמר לה משמיה דרבי אמי וזימנין אמר לה משמי׳ דר׳ אסי כל

VIII.

[1] UNde constat Fastum in sacris literis esse prohibitum? [2] Ait Rabba, ex mente Seeri: e loco (Jerem. XIII, 15.) *Audite & auribus percipite, ne exaltetis vos.* R. Nachman F. I. dicit, ex isto: (Deut. VIII, 14.) *Efferatq; se animus tuus & obliviscaris.* Atque præcedit: *Cave tibi ne obliviscaris.* Scilicet, ita perhibente R. Abin, dixit R. Ela: [3] Ubicunq; in Scripturis exprimitur: *Cave, Ne forte,* aut *Ne:* ibi innuitur Interdictum. R. Avera insignem sententiam protulit, eam nunc R. Amai, alias R. Ase acceptum ferens: [4] Cuicunque fastus in-

אדם שיש בו גסות הרוח לסוף
מתמעט שנ׳ רומו מעט יכול
ישנו בעולם ת״ל ואיננו ואם
חוזר בו נאסף מן העולם
בזמנו שנ׳ והומכו ככל יקפצון
כאברהם יצחק ויעקב דכתי
בהו בכל מכל כל ואם לאו
וכראש שבלת ימלו׳ מאי וכראש
שבלת ימלו רב הונא ורב
חסדא חד אמ׳ כסאפאת
דשבלת׳ וחד אמר כשבלתא
עצמה בשלמא למ״ד כסאסאה
דשבלתא היינו דכתיב וכראש
שבלת ימלו אלא למ״ד
כשבלתא עצמה מאי וכראש
שבל׳ ימלו אמ׳ רב אשי וכן
תנא דבי ר׳ ישמעאל משל
לאדם שנכנס לתוך שדהו
גבוהה גבוהה הוא מלקט
ואת דכא ושפל רוח רב הונא
ורב חסדא חד אמר אתי
דכא וחד אמר אני את דכא
ומסתברא כמאן דאמר אני

est, is tandem imminuitur. Q.S.E. (Job. XXIV, 24.) *Attollunt se aliquantulum.* Cogitaret quis, super futurum tamen in hoc mundo: Quare (*ad illum errorem tollendum,*) additur: *Et nemo superest.* Si vero ad se, (*frugemq; bonam*) redeat, ex hoc mundo (*ad plures*) colligitur, definito tempore. Q. S.E. (loco citato:) *Et cum attriti facti fuerint sicut* כל *occludentur* (sepulchro.) Puta, sicut Abrahamus, Isaacus & Jacobus, r quos penes leguntur voculæ, בכל , מכל , כל Quod si persistant in superbia: *Sicut caput spica succidentur.* Quomodo accipiendum istud: *Sicut caput spica succidentur?* (*Dissentiunt hîc*) R. Huna & R. Chasda: alter exponit, sicut flos spicæ: alter, sicut spica ipsa. Cæterum admisso, hîc intelligi florem spicæ, dicitur enim: *sicut caput spica succidentur:* At quæso, quomodo is, qui de ipsa spica, verba accipit, cum sua opinione conciliabit istud: *Et sicut caput spica succidentur?* Respondet R. Asse, cumque eo convenit παράδοσις Scholæ Ismaëlis, similitudi-

את דכא שהרי הקב״ה השרה שכינתו על הר סיני ולא גבה הר סיני למעלה· אמ׳ רב יוסף לעולם ילמד אדם מדעת קונו שהרי הקב״ה הניח כל הרי׳ וגבעות והשרה שכינתו על הר סיני:

militudinem desumtam, ab homine agrum intrante, & excellissimas quasque spicas, colligente. *Qui attritus est, demissusq; spiritu.* R. Huna & R. Chasda (*de sensu horum verborum litigant.*) Unus enim exponit: *Mecum est attritus.* Contra alter: *Ego sum penes attritum.* Atque ratio illi favere videtur, qui explicat: Ego sum penes attritum: Ecce enim DEUS B. (*descendens,*) habitare facit Majestatem suam in monte Sinai, neque montem in altum sustulit. [6] R. Joseph hortatus est: Semper homo a moribus Creatoris sui exemplum sibi capiat. Ecce enim DEUS B. omnibus (*reliquis*) montibus collibusque spretis, Majestatem suam in monte Sinai requiescere fecit.

ANNOTATA.

1. Unde constat fastum in Sacris literis &c.] Præsens Gemaræ locus, permovit Mosen Kozensem, ut in Negantium Præceptorum Classem, aliquod, de *Vitanda Superbia*, referret, cujus rei tamen alii, & adeo ipse Maimonides, nullam habuere in hoc catalogo rationem: Sed Kozensis fere ita loquitur, quasi divino monitu ad supplendum defectum, excitatus fuerit; ipsum audire convenit. Sic vero ille sub finem Præc. Neg. XLIV. תוכחת הענוות דרשתי לרבים כך אבל לחברה על לאו זה ולמנות זה בלאו לא היה דעתי גם רבינו משה לא חיבח ולא הזכירו בחשבון הלאוין וכשהגעתי להשלים עד כאן הלאוין אקרא בחלום במראית הלילה הנה שכחת את העיקר השמר לך פן תשכח את יי׳ והתבוננתי עליו בבקר והנה יסוד גדול הוא ביראת השם והואלתי לחברו בעזרת יהיב חכמתא לחכימין אחרי כן עיינתי בספר פרי׳ קמא דסוטה וגרסינן בהדיא אזהרה לגסי הרוח מניין רב נחמן ברבי יצחק אמר מהכא ורם לבבך וגו׳; id est: *Multa sæpe verba*

verba feci, de vitanda Superbia, nunquam tamen mihi animus fuit, hujus rei inter illa Præcepta Negantia, (quæ ad Idololatriam vitandam attinent, & de quibus hactenus a me actum est,) *mentionem injicere, imo nec Interdictum speciale ex eo facere; imprimis, cum Maimonides quoq; id neglexerit, nec in numerum reliquorum Negantium Præceptorum aliquod ejusmodi retulisse deprehendatur. At vero perducta, huc usq; commentatione nostra, per insomnium visione nocturna, monentem me audire mihi visus sum; Ecce oblitus es Interdictorum præcipui: Scilicet:* Cave tibi, ne Dei obliviscaris. *Igitur mane* (expergefactus,) *cogitationem in id defixi, deprehendiq; esse in hoc momentum magnum, DEI reverentiam concernens, unde statuebam velle me hoc interdictum, ejus auxilio, qui Sapientibus sapientiam largitur, fretus, recensere. Postea consului prmum Caput Gemaræ in Sota, ibi perspicue legitur: Unde constat fastum in sacris literis esse prohibitum? R. Nachman F. I. dicit ex isto: Efferatq; se animus tuus &c.* Sequitur nunc porro apud Kozensem, totum nostræ Gemaræ comma.

2. Rabba] Quid infelix faciam? Patet ex supra dictis, non minimum interesse, utrum dictum aliquod Rabbæ, an Rabæ tribuas. At vero hic urimur. Nam Talmud, & Pragensis τῆ En Jacob Editio, hoc dictum τῷ Rabæ; Contra Cracoviense En Jacob, cum Veronensibus, τῷ
Matth. Rabbæ illud tribuunt. תיקו id est: Ἠλίας μὲν ἔρχεται καὶ ἀποκαταστήσει πάντα·
XVII, 11. Scilicet!

3. Ubicunque in Scripturis &c.] Alibi quoque occurrit eadem hæc regula in Gemara. Vide Avoda Sara fol. 51. b. Librum Pseudo-Talmudicum Massechet Purim p. 24.

4. Cuicunque fastus inest &c.] Servatoris nostri in hanc rem Lucæ XVIII, 14. dictum est. Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται· Quæ, verbo tenus leguntur quoque in Erubin fol. 13. b. כל המשפיל את עצמו הקבה מגביהו וכל המגביה עצמו הקבה משפילו:

5. Quos penes leguntur voculæ &c.] Nimirum בכל cum de Abrahamo sermo est adhibetur Genes. XXIV, 1. מכל Isaacus usurpat ib. c. XXVII, 33. כל vero Jacobus, eodem libro c. XXXIII. 11.

6. R. Joseph hortatus est.] *Brandspiegel* c. 69. *In* Massechet Sota *spricht R. Josef, alzeit sol ein Mensch Tugend lernen, von* הקב״ה *der hat losen stehen alle hohe Berg, und hat sich bewiesen zu* משה רבינו *und zu* כל ישראל *auf den Berg* סיני *der is der allerniederst Berg gewesen.*

gevvesen. Der פסוק *steht in* Jethro וירד יי׳ על הר סיני *das is deutsch, und er nidert Gott auf den Berg* סיני *Und hat alle gute Baum lassen steben und erzeigt (sich) zu* משה רבינו *in Dörner, darum daß iderman sol von ihm lernen, und man sol sich nit köstlich halten.* Cæterum, quod de Dei in Montem Sinai descensu, dicitur, non crude, sed cum grano salis, accipere jubent Magistri in Succa fol. 5. a. תניא ר׳ יוסי אומר מעולם לא ירדה שכינה למטה מי׳ ולא עלה משה ואליהו למרום שנ׳ השמים שמים לײ׳ והארץ נתן לבני האדם ולא ירדה שכינה למטה והכתיב וירד יי׳ על הר סיני למעלה מי׳ טפחים והתכיב ועמדו רגליו ביום ההוא על הר הזתים למעלה מי׳ טפחים׃ id est: *Extat Traditio, dixisse R. Jose, nunquam Divina Majestas, ita in ima se demisit, ut inter terram, ipsamq; minus relinqueretur, quam palmorum X. interstitium. Moses vero, & Elias, nequaquam τὰ ὕψιστα Θεῦ petierunt.* Q. S. E. (Psalm. CXV, 16.) Cœlum, cœlum inquam, Domini est, & terram dedit filiis hominum. *Ain tu, Divinam Majestatem, non demisisse se in ima?* Atqui S. E. (Exod. XIX, 20.) Et descendit Dominus super montem Sinai. *Scilicet, hac capienda de intervallo X. palmis eminentiore. At vero scriptum quoq; est:* (Ezech. ult. 4.) Et stabunt pedes ejus die illo, in monte olivarum. *Etiam hac, ita intelligenda, ne minus quis, quam X. palmorum, inter divinam Majestatem, & Montem, statuat spatium.* Enim vero, si maxime hanc traditionem, tantisper acceptamus, tamen Numinis in Montem Sinai descensui, adhuc obstat locus in Pirke R. Elieseris, c. 41. ubi in Versione Vorstiana, (Destituor enim Textu Hebræo) sic lego. *Sexto die mensis Sivan, revelatus est Sanctus B. Israëlitis, atq; e loco suo eradicatus fuit mons Sinai, & aperti sunt cæli, montisq; cacumen se inseruit cœlo, atq; caligo obtexit montem, Sanctus vero B. insidebat throno suo, & pedes ejus impositi erant caligini.* Istis sane, aperte contrarium docetur, eorum, quæ Gemara nostra tradit; nec descendisse Deus, sed potius Mons Sinai, in altum sublatus esse dicitur. Concilient ista qui possunt, ego quidem Davum hic, non Oedipum me esse, ingenue profiteor.

Luc. II, 14

ט

ואמר ר׳ אלעזר כל אדם שיש בו גסות הרוח ראוי לגדעו כאשרה כתי׳ הכא ורמי

IX.

R. Eleasar dixit: Quisquis est fastosus, is tanquam lucus qui idolis consecratur, excisionem meretur. Alicubi enim legimus:

הקומה גדועי׳ וכתיב התם
Es.X,33. Deuter. VII,5. ואשריהם תגדעון· וא״ר אלעזר
כל אדם שיש בו גסות הרוח
אין עפרו ננער שנא׳ הקיצו
ורננו שוכני עפר שוכבי עפר
לא נאמר אלא שוכני עפר מי
שנעשה שוכן לעפר בחייו·
וא״ר אלעזר כל אדם שיש בו
גסות הרוח שכינה מיללת
עליו שנ׳ כי רם ה׳ ושפל יראה
וגבוה ממרחק יידע דרש רב
עוירא ואי תימא ר׳ אליעזר
בוא וראה שלא כמדת הקב״ה
מדת בשר ודם מדת בשר
ודם גבוה רוא׳ את הגבוה
ואין גבוה רואה את השפל
אבל מדת הקב״ה אינו כן הוא
גבו׳ ורואה את השפל שנאמר
כי רם ה׳ ושפל יראה:

gimus: *Et proceri statura excisi.* Alibi vero. *Etiam lucos eorum succiditote.* Pergit idem R. Eliefer: Nullius fastosi pulvis evigilabit. Q. S. E. (Esa. XXVI, 19.) *Expergiscimini & cantate habitantes in pulvere.* Non dicitur; *Cubantes in pulvere*: Sed (*signanter*:) *Habitantes in pulvere*: ad indicandum eum, qui cum superstes est, vicinus fit pulveris. Porro ait R. Eliefer; Super quoq; fastoso Divina majestas questum edit. Q. S. E (Ps. CXXVIII, E.) *Excelsus est Dominus, & humilem aspiciet; at altum e longinquo lugebit.* Quod sequitur, prudens dictum, R. Avera, aut si mavis, R. Eliefer, protulit: Veni & vide, [1] quam Dei natura, cum humana indole, nequaquam conveniat: Inter homines obtinet, ut Nobilis Nobilem respiciat; abjectum vero hominem, Nobilis non intuetur. At Dei B. natura haud ita se habet; is enim [2] summus est, & tamen ad humilem respicit. Q. S. E. *Excelsus est Dominus, & humilem aspiciet.*

ANNOTATA.

1. Quam Dei natura &c.] Creberrime utuntur Rabbini hac loquendi formula, cum innuere volunt, non licere ἀπὸ τῶν ἡμῖν προσόντων, τῷ Θεῷ τὰς ἐνεργείας σχηματίζειν, & ubivis ista verborum conceptione,

ptione, exempla reperiuntur. Est vero, ubi vocem אדם quoque, etsi præter ullam necessitatem, inserunt, dicentes: שלא כמדת הקב״ה מדת בו״ מדת בשר ודם אדם מקניט וכו׳: Consule En Israël fol. 80. col. 4. fol. 84. col. 2. fol. 112. col. 2. Talmud enim non semper verbum אדם in his locis agnoscit. In En Jacob fol. 168. col. 4. legitur: שלא כמדת הקב״ה מדת בו״ אדם מסית וכו׳ omissa vocularum בו״ מדת repetitione.

2. Summus est, & tamen &c.] Hinc adeo Regulam format R. Jochanan in Megilla fol. 31. a. כל מקום שאתה מוצא גבורתו של הקב״ה שם אתה מוצא ענותנותו id est: *In quocunq; loco deprehendis memoriam τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, ibi quoq; reperies simul fieri memoriam, ejusdem moderationis*: Id quod variis Scripturæ locis, porro confirmant. Valde affine huic est, quod in Chullin fol. 89. a. de Piis legitur. אמר להם הקב״ה לישראל חושקני בכם שאפילו בשעה שאני משפיע לכם גדולה אתם ממעטין את עצמכם לפני נתתי גדולה לאברהם אמר לפני ואנכי עפר ואפר למשה ואהרן אמרו ונחנו מה לדוד אמר ואנכי תולעת ולא איש אבל אומות העולם אינם כן נתתי גדולה לנמרוד אמר הבה נבנה לנו עיר: id est: *Ait Deus B. Judæis; isti vestri mores mihi perplacent, quod etiam tum, cum in dignitate a me constituimini, nihilo minus vos coram me extenuatis. Concessi Abrahamo ingentem autoritatem: Ipse vero mihi ait*: Ego sum pulvis & cinis. (Extuli) *Mosen & Aaronem: At inquiunt*: Nos, quid sumus? *Davidem* (erexi:) *Sed*: Ego sum vermis, *inquit*, & non vir. *Cæterum Gentiles alia agunt omnia. Impertitus sum Nimrodo potentiam: Et mox*; Agedum, *inquit*, exstruamus nobis urbem. Vide reliqua.

Luc. XXII, 69. Gen. XIIX, 27. Ex. XVI, 7. Ps. XXII, 7. Gen. XI, 4.

י

אמר רב חסדא אמר מר עוקבא כל אדם שיש בו גסות הרוח אמ׳ הקב״ה אין אני והוא יכולין לדור בעולם שנאמר מלשני בסתר רעהו אותו אצמית גבה עינים ורחב לבב

X.

Raf Chasda, autore Domino Ukba, dixit: Si quis sese efferat, de eo Deus B. ait: Ego, & iste, (*una*) in orbe commorari non possumus. Q. S. E. (Psal. CI, 5.) *Lingua lædentem apud me clam proximum suum, ipsum exscindam: elatum oculis & tumentem animo, ipsum non possum.* Pro אותו *ipsum*, legen-

אותו לא אוכל אל תקרי אותו אלא אתו · ואיכא דמתני לה אמספרי לשון הרע שנאמר מלשני בסתר רעהו אמר רבי אלכסנדרי כל מי שיש בו גסות הרוח אפילו רוח קימעא עוכרתו שנ׳ והרשעים כים נגרש כי השקט לא יוכל ומה ים שיש בו כמה רביעיות רוח קימעא עוכרתו אדם שאין בו אלא רביעית דם על אחת כמה וכמה אמר רבי חייא בר אשי אמ׳ רב תלמי׳ חכם צרי׳ שיהא בו אח׳ משמונ׳ בשמינית : אמר רב הונא בריה דרב יהושע ומעטרה ליה כמאסאה לשבלתא אמר רבא בשמתא מאן דאית ביה ובשמתא מאן דלית ביה · אמר רב נחמן בר׳ יצחק לא מינ׳ ולא מקצתה מי זוטר מאי דכתי׳ ביה ותעבת ה׳ כל גבה לב :

legendum אתו *cum ipso.* Sunt, qui locum hunc de Calumniatoribus explicant : Q. S. E. *Lingua lædentem proximum suum.* R. Alexander dixit : In quocunq; est spiritus turgidus, eum etiam minima aura perturbat : Q. S. E. (Ef. LVII, 24.) *Improbi erunt ut mare propulsum ; nam quiescere non potest.* Quod si enim Mare, in quo infiniti sunt aquæ [a] quartarii, [f] a levi tamen aura turbatur : Quanto igitur magis homo, in quo unus solus est sanguinis quartarius ? Ait R. Chaja F. A. nomine Raf. Necesse est ut Discipulus Sapientum præditus sit [4] octavæ (*Superbia*) partis, parte octava. [7] Addit R. Huna F. R. I. hanc eum coronare, sicut flos (*coronat*) aristam. Raba, edixit : Omnis in quo est (*superbia*) anathema esto : quin &, in quo non est, esto anathema. R. Nachman tamen nihilo secius testatur, se nec de ipsa, nec de ejus particula (*quicquam deposcere* :) Nunquid enim exiguum est, (*inquit*,) quod de ea (Prov. XVI, 5.) scriptum deprehenditur : *Abominationi est Domino, omnis altus animo* ?

ANNO-

ANNOTATA.

1. Ego & iste una &c.] Sensum comodum horum verborum videsis in libro שני לוחות הברית fol. 70.a.b. *Brandspiegel.c.29.* sic explicat הקב״ה *spricht, ich bin hoch steht in* בשלח: כי גאה גאה *das is deutsch: vven hoch, er is hoch. Und der Mensch vvill ach hoch gehalsen sein, so taugen mier nit zu anander: und stost den Menschen aus der Welt, und aus jener Welt. und es sagt* R. Chasda *und* Mar Ukba, *vvelcher hat ein hoch Gemüth, spricht* הקב״ה *mier konnen nit bey anander in der Welt sein, und verstost ihn, as* ישעיה הנביא *hot gesagt,* והרשעים כים נגרש *das is deutsch: das* רשעים *as das Meer sie vverden vertrieben.*

2. Quartarii] Quid sit רביעית præclare docet eruditissimus Pococke in Notis Miscell. ad Portam Mosis p.361. seqq. & merito est legendus. Cæterum, quia ineptissimum foret, asserere, non esse in homine nisi unum sanguinis quartarium, ideo oportet per μείωσιν quandam hæc ita dicta sint, neque enim alioquin Talmudistæ Anatomes Scientiæ, rudes fuisse videri volunt, ceu apparet ex Ohalot fol. 45. b. & Chullin fol. 45. a.

3. A levi aura turbatur]. Mira Judæorum, de Ventis est Philosophia, in Gittin fol. 31. b. quam nisi quis ex doctrinis mysticis explicandam dicat, nihil profecto, tam a rerum natura, & sana ratione alienum est, quam quod ipsi perhibent. Inquiunt enim: ד' רוחות מנשבות בכל יום ורוח צפונית מנשבת עם כולן שאילמלא כן אין העולם מתקיים אפילו שעה אחת ורוח חוסית קשה מכולן ואילמלא בן נץ מעמידה מחרבת כל העולם כולו מפניה שני' המבינתך יאבר נץ יפרש כנפו לתימן: id est: *Quatuor Venti, spirant singulis diebus, atq; Ventus Aquilonaris flat cum unoquoq;, secus enim si esset, ne quidem ad horam unicam hic orbis consisteret:* (Nam Aquilonaris ventus, cum sit in omnibus partibus moderatus & temperans, idcirco reliquorum tum frigus, tum æstum, malignitatesq; corrigit.) *Caterum Ventus Meridionalis, est nocentissimus omnium, atq; nisi hunc* (Angelus) *Ben Nez* (ab Acciptris, quam refert, formâ, ita dictus, suis alis expansis) *exciperet, orbi is universo vastitatem inferret: Secundum id* Q.S.E. (Job. XXXIX, 29.) Num ex intelligentia tua pennis utitur Nez, pandit alas suas, versus Austrum?

Legendū דרומית *prout est quoq; in En Iacob fol. 26. col. 1.*

4. Octavæ Superbiæ partis &c.] Ergo ipsa Superbia, in Octo partes dividitur, & harum quæque, in alias totidem. Scilicet, vetus

tus ſententia eſt, Octonarium numerum perfectum eſſe, & omnia in ſe complecti, atque hinc Πάντα Ὀκτώ· *Omnia Octo,* natum eſt proverbium. Apud Toloſanos, in B. Saturnini Æde, vulgo fertur, Octo Apoſtolorum aſſervari corpora, quamobrem Cancelli, qui templi Chorum, a Navi ejus ſeparant, inſcriptos habent verſus ſequentes, quos ibi transeuntes, in Pugillares noſtros conjecimus;

OMNIA PERFECTUM QUIDVIS SI DICITUR OCTO,
HOC SIBI PRÆ RELIQUIS VINDICAT ISTE LOCUS:
OCTO CUI FACIUNT PRÆSENTIA CORPORA DIVUM,
CÆTERA PERFECTI CEDERE TEMPLA DEI.

Unde vero cœperit Proverbium, quod Octonarius numerus perfectus ſit, diſquirit Eraſmus in Adagiis Chil. 1. Cent. 7. num. 26. tum ſuam, tum aliorum opiniones, adducens. Fortaſſe tamen iis potiora proferre licet, ex Theone Smyrnæo, Philoſopho Platonico, quem ante annos non adeo multos, ex inſtructiſſima Thuana Bibliotheca, ab interitu vindicavit, Vir, de Rep. Literaria, &, ſi adjicere licet, de nobis quoque, optime meritus, *Iſmaël Bulliſaldus.* Quippe non tantum ad rem facit, quod, ut ait c. 47. Theon, ἡ Ὀγδοὰς ἐςὶ πρῶτος κύβος. Sed & Timotheus, apud eum, Proverbium Πάντα Ὀκτὼ, non abſurde hinc pronatum arbitratur, quod Eratoſthenes, Octo Sphæras, terram omnem ambire, his prodiderit verſibus:

ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει·
Ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρῃσι κυλίνδετο κύκλῳ ἰόντα·

id eſt: *Octo hæc omnia harmonice bene conveniunt,*
Octoq; in Sphæris volutantur circulariter eundo.

De horum poſterioris Verſus ſenſu, non ſinit nos laborare Timotheus; ſed prioris intricatior eſt. Si tamen recte aſſequor mentem, id dicere voluit Poëta, quod verbis magis apertis ait Samuel Arkevalti in libro ערוגת הבשם pag. 28. a. בעלי חכמת המוסיקה קראו אותו קונסונאנצא שלמה מפני שכל הקולות כלולים במספר מהא' ועד הח' ואולי שעל זה נתנו הקדמונים לקרוא שמנה על הדבר השלם שבפנים שאין בו שום חסרון; id eſt: *Magiſtri Artis Muſicæ, in Octonario conſonantiam conſtituunt perfectam, omnes enim voces illi Numero includuntur. Et fortaſſe hinc ortum eſt, quod Veteres rem undiquaq; perfectam, & cui nihil deeſt,* Octo *vocarunt.* Quæ, uti vehementer probamus, ita obelus ponendus, juxta ea, quæ mox ibi ſequuntur: גם האחרונים נקראו הדבר שלם על שם המספר הזה אוטימו: id eſt: *Etiam Recentiores vocant id, quod perfectum eſt, nomine, a numero Octonario inflexo,* Ottimo. Nempe hic inſigniter labitur Arkevalti, & ob imperitiam Linguæ

Latinæ

Latinæ, credidit in ſua vernacula Italica, *Ottimo* ab *Otto* originem trahere, quod tamen eſt erroneum. Nam *Ottimo* ex *Optimus* eſt derivatum, eadem Analogia, qua pro *Aptus*, *Atto*; pro *Adoptare*, *Adottare*; pro *Captivitas*, *Cattivitá*, & ſexcenta ejusmodi Italo idiomate dicuntur. Ex hactenus allatis, & illud manifeſtum evadit, peccare ſimiliter Franciſcum Alunnum, quando Octonarium numerum, pro ignobili, & eo habuit, de quo nihil fere memoria dignum, prodere liceat: Sic enim ſcribit in libro, Fabrica del Mundo n. 1717. *Anchora ch' il numero Otto ſia poco degno di memoria, pur ſi troua, che i venti principali ſono Otto, e che Otto ſono le beatitudini, che Iddio promette nell' Evangelio a ſuoi Eletti.* De reliquo monendum, quod uti hic loci Gemara, in octo partes principales, Superbiam diſpeſcit, ita alibi in Kidduſchin fol. 70. a. ita ſermonem inſtituit, ut id vitium in tres partes dividatur. אמר שמואל האומר אתרונגא תילתא ברימות רוחא דאית ביה לימא או אתרוג כדקריוה רבנן או אתרוגא כדאמרי אינשי id eſt: *Ait Samuel: Qui* (Citreum pomum deſignaturus, illud) אתרונגא *vocat, ejus animum tertia Superbiæ inſedit. Nam dicendum aut* אתרוג *uti vocant Rabbini, aut* אתרוגא *quæ vox, in ore eſt vulgi.*

5. Addit R. Huna &c.] R. Huna ſuperbiſſimus fuit, & ſpiritus altos gerebat, quamobrem, hoc quidem loco, ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας, λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ· Nimirum, ſic de eo legimus in Cetubot fol. 69. a. שלח ליה רב ענן לרב הונא הונא חברין שלם כי אתיא האי איתתא לקמך אגב"ה עישור נכסי הוה יתיב רב ששת קמיה א"ל זיל אימא ליה ובשמתא יהא מאן דלא אמר ליה ענן ענן ממקרקעי או ממטלטלי ומאן יתיב בי מרזחא ברישא: id eſt: *R. Anan miſſis literis ad R. Hunam, ſcripſerat eidem:* Hunæ, Socio noſtro, Salutem. Cum ἡ δεῖνα, Mulier ad te veniet, (opem tuam flagitans, ut quod æquum eſt, ex hæreditate paterna, a fratribus impetret, fac amabo) decimam patrimonii ut obtineat. (Accepta Epiſtola, continuo iraſci Huna, & iniquiſſime ferre, quod ab Anane non Magiſter, ſed ſolùm Socius ſalutaretur.) *Aderat R. Huna, tum forte R. Scheſchet, quare ad hunc, Abi, inquit, ac dic Anani* (ipſa hæc verba ignominioſa,) *ſcitoq; te anathemati ſubjacere niſi dixeris: Anan, Anan,* (num vero placet) *ut in immobilibus, an mobilibus* (decima aſſignetur?) *Et, age dic dum, quis ſedet in Epulis Lugubribus loco, præcipuo?* Dignus eſt hic locus, qui notetur ſedulo, quippe aliquid facit ad intelligentiam eorum, cum Servator noſter, inter reliqua, etiam hoc

nomine, Matth. XXIII, 7. Pharisæos perstringit : ὅτι φιλοῦσι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ῥαββὶ ῥαββί· De fastu Rabbinorum consulendus quoque Baal Schalsch. Hak. p. 30. b. qui non dissimulat, quam graviter viri, inter suos præcipui, hoc vitio laboraverint.

יא

אמר חזקיה אין תפלתו של
אדם נשמעת אא״כ משים
עצמו כבשר שנא׳ והיה מידי
חדש בחדשו ומידי שבת
בשבתו יבא כל בשר להשתחו׳
לפני אמ׳ ה׳ · א״ר זירא בשר
כתי׳ ביה ונרפא אדם לא
כתי׳ ביה ונרפ׳ א״ר יוחנ׳ אדם
אפר דם מרה : בשר בושה
סרוחה רמה ואיכ׳ דאמרי בושה
שאול רמה דכתיב בשין ·
אמר רב אשי כל אדם שיש
בו גסות הרוח לסוף נפחת
שנ׳ ולשאת ולספחת ואין
שאת אלא גבהות שנ׳ ועל
ההרים הרמים ועל הגבעות
הנשאות ואין ספחת אלא
טפילה שנ׳ ואמר ספחני נא
אל אחת הכהונות לאכול פת
לחם · א״ר יהושע בן לוי בוא
וראה כמה גדולים נמוכי

XI.

Hiskias ait : Preces hominis non exaudiuntur nisi [1] se emolliverit carnis adinstar. Q. S. E. (Es. LXVI, 23.) *Eritq; de novilunio in novilunium alterum, & de Sabbatho in sabbathum alterum ; ut veniat omnis caro ad incurvandum se coram me, ait Dominus.* R. Sera dixit : Voci בשר *Caro* (Lev. XIII, 14.) subjungitur ונרפא *& sanata est.* Sed voci אדם *Homo, (in ejusdem cap. v. 2.)* idem vocabulum non subnectitur : R. Jochanan, Verbi אדם, inquit, (*singula litera, totidem vocibus respondent: nimirum his*) אפר דם מרה [2] *Cinis, Sanguis, Bilis* Verbi vero בשר istis: בושה סרוחה רמה [3] *Probrum, Fœtor, Vermis.* [4] Sunt qui pro סרוחה vocem שאול *Infernus* reponunt τὸ בשר enim, literam ש agnoscit. R. Asse omnem Superbum tandem imminui asseverabat, eo quod scriptum est : (Lev. XIV, 56.) *Item de tumore, & de abscessu.* Vox שאת enim, omnino *Elationem* notat: Secundum illud : (Es. II, 14.) *Et contra omnes*

הרוח שבזמן שבית המקדש קיים אדם מקריב עולה שכר עולה בידו מקרי׳ מנח׳ שכר מנח׳ בידו אבל מי שדעתו שפלה מעלה עליו הכתוב כאלו הקריב כל הקרבנות שנא׳ זבחי אלהים רוח נשברה ולא עוד אלא שאין תפלתו נמאסת שנאמר לב נשבר ונדכה אלהים לא תבזה:

omnes montes celsissimos & contra omnes colles elatissimos. At verbo ספחת rei principalis accessio significatur, uti & in illo: (I. Sam. II, v. ult.) *Et dicet coopta me quaso, in unam e functionibus sacerdotalibus, ut comedam frustum panis.* R. Josua F. L. dixit: Adesdum & vide [5] quam magni æstimentur [6] attriti spiritu; nam eo tempore quo templum adhuc integrum erat, si quis holocaustum sacrificasset, holocausti mercedem referebat: donarium vero offerentem, donarii præmium (*apud Deum*) manebat. At de eo qui demisso est animo, prædicat Scriptura, quasi omnia sacrificia obtulisset. Q. S. E. (Psal. LI, 19.) *Sacrificia Dei sunt Spiritus fractus.* [7] Neque hoc tantum, sed insuper preces ejus non sunt fastiditæ. Additur enim: *Animum fractum & contritum o Deus, non spernes.*

ANNOTATA.

1. Se] Pro עצמו etiam לבו cum Talmude legas licet, citra minimum errorem.

2. Cinis, Sanguis, Bilis] Obiter indicare oportet Judæorum scelus, & exsecrandam impietatem, qua ista, & ea quæ de humani generis infirmitate hic loci, porro sequuntur, etiam ad DOMINUM DEUM nostrum applicarunt, in Oratione, quam singulis diebus recitant, quæque a verbis עלינו לשבח incipit; si modo, vulgo Judæorum, hæc cognita sunt, nam in Machsorim excusis, ea quæ dabimus, non apparent. Indicavit quidem, jam Cl. Buxtorfius Syn. Jud. cap. 5. p. 167. deesse in illa precatione, a plerisque Editionibus verba: שהם קורעים ומשתחוים להבל ולריק ומתפללים אל אל לא יושיע: Sed, nondum rem totam dixit & longe plura omittuntur. In MS. nostro Ez Hechaijm, cui omnes antiquæ preces, eam ob caulam deprehenduntur insertæ, ut de vera & genuina

muina illarum lectione, ſemper conſtare queat, ſic habet integrum, male ominatæ illius ſupplicationis, initium : עלינו לשבח לארן הכל לתת גרולה ליוצר בראשית שלא עשנו כגוי הארצות ולא שמנו כמשפחות הארמה שלא שם חלקנו בהם וגורלנו ככל המונם שהם משתחוים להבל וריק אדם אפר דם מרה בשר בושה סרוחה רמה טמאים וטמאות מנאפים ומנאפות מתים בפשעם ונמקים בעונם בלויי עפר רקובי רמה ותולעת ומתפללים אל אל לא יושיע חמה ולבנה כוכבים ומזלות וכל צבא השמים ואנחנו כורעים וכו׳ : Quæ majoribus literis hic ſcripta ſunt, ab impreſſis noſtris, exulant omnia : Atque iſta ideo adduximus, quia Judæorum impietatem & blasphemias notas habere, Eruditis Chriſtianis ſalus eſt : His, quoniam hæc ſcribimus, ideo explicatione alia opus non erit, ne cui imperitiori, ſimus offendiculo. Verbo monemus, in iis, quæ Buxtorfius etiam attulit, lectionem וריק quam noſter Codex habet, magis quam ולריק ad ſacrilegam Nebulonum mentem eſſe. Quippe Judæi, ſuperſtitionis ſuæ deſertores, & ad Chriſtianos transfugæ, nos docent, τὸ וריק eſſe Cabbaliſtice pro ישו poſitum, quod utraq; vox, tantundem in Numeris conficiat. Cæterum, uti Judæi nominis אדם literas ſingulas, in integras voces hactenus reſolvunt, ita ſimile quid circa idem verbū, ſed Græcis literis exaratum, fecit S. Cyprian9, dum in lib. de Mont. Sina, ſcribit, primum hominem a Cardinibus Orbis, nomen adeptum, ut ΑΔΑΜ diceretur : Quod Α ſit Ἀνατολὴ, Δ. Δύσις, Α. Ἄρκτος, Μ. Μεσημβρία; atq; id quidem tralatitium eſt, & a multis indicatum. Hinc Nobiliſſimus *Emanuel Theſaurus*, Vir, ut præclara eruditione, ſic humanitatis quoque laudibus inſtructiſſimus, in Elogiorum ſuorum principio, cum de Adamo multa ingenioſe, ἐν αἰνίγμασι dixiſſet, poſtremo addit :

Nomen flagitas?
Quatuor Mundi Plagarum nomina, a Græcis pete,
Anatole, Dyſis, Arctos, Meſembria,
Abſciſſa nominum capita junge ; nomen habebis.

Alluſio S. Cypriani, ſaltem in Græcanica Lingua, haud inconcinna eſt, eamque tam facile ferimus, quam quæ Judæi in ראשי תיבות more ſuo, ſolent conari. Illud vero metuo ; an æque Doctiores toleraturi ſint, quod Angelus Roccha in ſuo de Bibliotheca Vaticana Commentario pag. 93. ideo per myſterium primum hominem *Adam*, fœminam primam, *Evam*, dictos perhibet, quod Infantes mares, cum primum lucis uſura frui incipiunt, A ; fœmellæ autem E, ſonare deprehendantur. Etenim

nim dubito an illi discrimini, quod observat Roccha, Veritas atque Experientia, patrocinentur, & an non potius pro erudito Lipsio faciant, qui lib. de Pronunc. Ling. Lat. cap. 6. citra omnem differentiam sexus, *literam A Naturæ ductu, principum voci dare, perq; eam omnes Infantes vagire*, asseruit. Amplius scire debebat Roccha, magnæ Matris nostræ nomen, si ita enuncietur, prout eidem fuerat inditum, & ipsum, non tam E quam A in sui initio sonare. Imo Patach quod literæ primæ vocis חוה substernitur, A clarum est, quod ore diducto, flatu valido effertur; cum Kametz subditum illi Elemento a quo אדם incipit, non nisi A obscurum sit, qui sonus fere in O degenerat, quippe spiritu lento, ore modice aperto, & pressim rotundo, enunciatur. Arugat Habbesem pag. 11. b. הקמץ נקרא בקמיצת הפה לא בפתיחתו בהחלט כמו הפתח: De reliquo, etsi nemo paulo humanior ignorat, Adami nomen, ab אדמה sive Humo, materia hominis, dictū esse, tamen quia secundum Ulpianum, l. 94. de R. I. *non solent ea, quæ abundant, vitiare Scripturas*, allegabo in hanc rem, libri antiquissimi Rabbot testimonium, quod legitur fol. 20. col. 1. בשעה שבא הקב״ה לבראת את האדם נמלך במלאכי השרת אמר להן נעשה אדם אמרו לו אדם זה מה טיבו אמר להן חכמתו מרובה משלכם הביא לפניה' את הבהמה ואת החיה ואת העוף אמר להם זה מה שמו ולא היו יודעין העבירן לפני אדם אמ' לו זה מה שמו אמ' זה שור זה חמור זה סוס וזה גמל ואתה מה שמך אמר לו אני נאה להקרא אדם שנבראתי מן האדמה: id est: *Cum Deus B. in eo esset, ut crearet Hominem, consilium inivit cum ministris Angelis, inquiens ipsis: Faciamus Hominem. Respondent illi, num aliquod momentum in Homine situm est? Regerit Deus; Ejus Sapientia, vestram antecellit.* (Nec cunctatus) *sistit illis pecudes, bestiasq;, & aviumgenera, quæritq;: Ecquod horum cuiq; nomen convenit? Hic vero Angeli suam ignorantiam professi sunt. Atenim cum ad Hominem illa adduxisset, eumq; de nominibus interrogasset: Ibi is, hoc, inquit, animans, est Bos, istud Asinus, illud Equus, id Camelus. Deniq; Deus: Quale tuum nomen est? Respondet Homo, mihi convenit, ut Adam vocer, nam e tellure sum effictus.* Gen. 1, 26.

3. Probrum, Fœtor, Vermis] De hominibus veris, nudisque, sic se res habet omnino, &

Heu heu nos miseros! quam totus homuncio nil est!

Quisque in se descendat, jam deprehendet causarum abunde sibi esse, cur suspiret, fleatque; sed cur superbiat, cristasque erigat, ne hilum quidem. Erubin fol. 13. b. תנו רבנן שתי שנים ומחצה נחלקו בית שמאי ובי'

הלל הללו אומרים נוח לו לאדם שלא נברא יותר משנברא והללו
אומרים נוח לו לאדם שנברא יותר משלא נברא נמנו וגמרו נוח
לו לאדם שלא נברי׳ יותר משנברא ועכשיו שנברא יפשפש במעשיו׃

id est: *Tradunt Sapientes; Duos annos, cum dimidio, disputarunt inter se Academia Schamai, & Academia Hillelis, unis asserentibus, melius fuisse si homo non esset creatus: aliis contendentibus, præstare utiq; hominem esse creatum. Collectis tandem votis, & numeratis, huc major & melior pars inclinabat, satius fuisse si homo non esset creatus; nunc vero quando creatus est, bonis moribus eum studere debere.* Viro bono, paucula modo verba si demas, non indignam, imo vero in Concionem omnium mortalium mittendam gravissimam de infirmitate nostra querimoniam, atque sic simul a superbia dehortationem, quam habet Autor libri לב טוב fol. 8. col. 1. 2. non possum quin adscribam. Erit fortasse ut quod mihi vehementer placet, aliis quoque non displiceat, atque ut aculeos legentium animis infigat. *Der ein* שכל *hat, der sol sich bedencken auf der Welt, und sol gedencken, vvo der Mensch herkommt, und vvo der Mensch hinkommt. Er kommt her von einem stinckedigen Tropffen, und er vvird kommen in die Grub zu den Würmern, und darzu alle seine Tag, sein eitel Wehtag. Vieleicht kommt ihm ein Kranckheit zu, oder vieleicht kommt ihm ein* הפסד *zu, daß er ein Verlust hat, daß er um das Sein kommt, oder vvie viel* צרות *senen in der Welt, daß keiner nit sicher darfür is ein* רגע *vvie bald vvird er* השם ישמרנו *gehargt, oder daß ein Maur auf ihn fällt, oder daß er kan im Wasser umkommen, oder im Feur. Solche* סיבות *senen sehr viel, die einen Menschen alle* רגע *konnen zukommen, vven einer schon is sehr reich, in einer* שעה *kan er arm vverden. Is einer denn ein armer Mann, da muß er sorgen, und achten und vvachten vor das täglig Brod, vvie sol denn der Mensch hoffärtig sein? denn sein Zeit ist kurz auf der Welt, daß er vvird müssen in die Grub hinein, in die Finsternuß, in Schatten des Todes, zu den Würmen. Nun vvarum sol der Mensch nit das gedencken, der vvürmig Mensch; vvarum sol er hoffärtig sein? vvarum sol er sich gern machen zu einen* רשע. *Warum sol er machen, daß ihn* הקב״ה *Feind hat? und vvarum sol er machen, daß die Leut ihn feind haben? vvarum sol der sündiger vvürmiger Mensch vergessen den schvveren bittern bösen Tag, daß er sich vvird müssen scheiden von der Welt, von alle seine Freunden, von alle seinem Gelt und von seinem Gut, von Haus, von Hof, von seinem Weib, von seine Kinder. Und er vvird dersticken und dervvürgen in seinen eignen* ליחות *der Tag, daß man ihn in die Gruben hineinlegt, der Tag, daß sein* פנים *vvird verändert, der Tag, daß da vverd versinstert sein*

ſein Geſtalt, der Tag, daß ihm vergeht ſein Geſicht, der Tag, daß er vvird gevvorffen in die Grub, in die Finſternus, und zu verfallen ihm ſeine Glieder, und ſein Bauch ſpringt ihm auf, ſein Miſt, den er in ſein Bauch hat, ſprizt ihm in ſein פנים, *und ſagt zu ihn: du Freſſer, vvas hat dir der Miſt geſolt, daß du ein ſolchen Miſt geſamlet haſt? noch hab dier den Miſt vvieaer in dein* פנים *hinein. Am Tag, daß er muß leiden* חיבוט הקבר *und mit der* נשמה *in das* גיהנם *hinein. Nun ihr liebe Leut, vvenn einer ſolches zu herzen nimmt, vvie kan ſich der ſündig Menſch aufhalten, daß er nit vveinen und ſchreien ſol über ſeine groſſe Sünd, und über ſeine Hoffart, und über ſeine* גיאות *die ihn darzu bringen zu den herben bittern Leid?* Ite mei Lectores, non tam ineptum hoc Judæi hominis dictum eſt. Credite ſultis, iſta meminiſſe olim proderit!

4. Suntqui &c.] Probe hîc legunt Codices En Jacob. Talmud minus recte, certe minus perſpicue habet: איכא דאמרי שאל דכתיב בשין:

5. Quam magni æſtimentur &c.] Hoc dictum ſic vertitur *in Brandſpiegel* cap. 29. *Spricht* ר׳ יהושע בן לוי *vvie gar gros ſein die Leut, die niedriges Gemuth ſein in Augen, Got* ית׳ *da das* בית המקדש *is geſtanden, hat man* קורבנות *gebracht, und darnach die* קורבנות *ſein gevveſen, hat man Lohn bekommen, aber niedrig Gemüth is gerechent gegen alle* קרבנות *dann* חד המלך *ſagt in* Tillim זבחי אלהים רוח נשברת *das is Deutſch: Schechtung Gottes, ein Gemüth, ein zubrochens.*

6. Attriti Spiritu] Talmud Amſtel. plenius, verbisque nonnihil immutatis legit: נמוכי הרוח לפני הקבה שבשעת שבירת Lectio tamen Compendiorum tolerari poteſt.

7. Neque hoc tantum, ſed inſuper preces &c.] Etiam illud, quod denique colligunt Magiſtri, nimis parum videtur Kozenſi, ſed ipſe ultra progreditur, & quid amplius adhuc infert: Sic enim Præc. Neg. LXIV. præmiſſo Gemaræ noſtræ pronunciato, quod ii qui demiſſo animo ſunt, eo loco habeantur quaſi omnia ſacrificia obtuliſſent, quodque ipſorum precibus pondus ingens ſit, poſtea addit: ואני דרשתי עוד כי אפילו משאלות לבם ותאותם שומע הקדוש ברוך הוא וממלא רצונם אף על פי שלא התפללו על זה שנ׳ תאות ענוים שמעת יי׳ מכין לבם תקשיב אזנך תפלת ענ׳ים לא נאמר אלא תאות תכין לבם כלומר מה שחושבים בלבם:

בלבם: id est: *Ego quidem, majus adhuc, prædicaverim, nimirum* (non eorum, qui demisso sunt animo, preces tantum,) *sed & desideria cordis, & vota tacita audire Deum, illorumq; voluntatem implere, si maxime eam ob rem preces haud fundant.* Nam S. E. (Psal. X, 17.) Desiderium demissorum animo, audivisti Domine, cum cor eorum se præparat, auris tua ad audiendum parata est. *Non hic de Precibus sermo est, sed de desiderio, ad quod cor se præparat, sive de omni eo, quod cor de meditantur.*

יב

ואמר רבי יהושע בן לוי כל השם אורחותיו בעולם הזה זוכה ורואה בישועתו של הקב"ה שנאמר ושם דרך אראנו בישע אלהים אל תיקרי ושם אלא ושם:

XII.

¹R. Josua F. L. porro infit: Qui rationem viarum suarum in hoc ævo init, is id præmii refert, ut videat salutem divinam. Q. S. E. (Psal. L ult.) *Et qui æstimat viam, faciam ut is fruatur salute Dei.* Non enim legendum שׂום (*posuit:*) Sed שׁום (*taxavit æstimavit.*)

ANNOTATA.

1. R. Josua &c.] Idem hoc dictum κατὰ λέξιν repetitur in Moëd. Katon fol. 5. b. Explicat vero id Maimonides in Præfat. Comment. in Pirke Avot, quam habes in Cl. Pocockii Porta Mosis: vide ibi pag. 211.

יג

תנו רבנן אומרים לפניה דברי הגדה ומעשים שאירעו בכתובים הראשונים כגון אשר חכמים יגידו ולא כחדו מאבותם יהודה הודה ולא בוש מה היה בסופו זכה וירש חיי העולם הבא ראובן

XIII.

TRadunt Magistri: Narrabant (*adulterii suspectæ,*) amœniora quædam, & exempla quæ quondam contigerant, ex Scripturis. Scilicet, (*inculcabant dictum:* Job. XV, 18.) *Quia Sapientes nunciant, & non celant majores suos.* (*Subjungebant deinde:*) Juda fassus est, neque eum pudebat:

הוד׳ ולא בוש מה היה בסופו
זכה וירש חיי העולם
הבא ומה שכרן מה שכרן
כדקאמרינן אלא מה שכרן
בעולם הזה להם לבדם נתנה
הארץ ולא עבר זר בתוכם
בשלמא יהוד׳ אשכחן דאודי
דכתיב ויכר יהודה ויאמר צדקה
ממני אלא ראובן מנא לן דהודה
דא״ר שמואל בר נחמני א״ר יונתן
מ״ד יחי ראובן ואל ימות וזא׳
ליהוד׳ כל אותן שנים שהיו
ישראל במדבר היו עצמותיו
של יהודה מגולגלין בארון עד
שעמד משה ובקש רחמים אמר
לפניו רבש״ע מי גרם לראובן
שיודה יהוד׳ וזאת ליהוד׳ מיד
שמע ה׳ קול יהודה על איבריה
לשפא ולא הוו קא מעיילין
ליה למתיבתא דרקיעא ואל
עמו תביאנו לא הוה קא ידע
למשקל ולמיטרח בשמעתא

debat: Quem is tandem finem habuit? Suo merito vitæ æternæ hereditatem cõsequutus est. [1] Ruben fassus est, neque eum pudebat: Quem is tandem finem habuit? Suo merito vitæ æternæ hereditatem consequutus est. Ecquod illorum præmium fuit? (*Rogasne*) quale præmium fuerit? Id quod modo expressimus. At, ego percontor, quod præmium in hac vita illos manserit? [2] *Iis solis tradita fuit terra; ac non transivit alienus per medium eorum.* Sane de Juda (*hactenus dicta concesserim,*) nam de eo invenimus quod confessus fuerit: Q. S. E. (Genes. XXXIX, 26.) *Et agnoscens Judas dixit: Justior est me.* Sed de Rubene unde constat, illum quoque fassum esse? Nimirum tradente R. Samuele Nachmanide, dixit R. Jonathan: quis sensus ejus quod scriptum est (Deuteron. XXXIII, 6. 7.) [3] *Vivat Ruben & non moriatur.* [4] *Idem quoq; Judæ eveniat?* Universis illis annis, quibus Israëlitæ in deserto degebant, [5] ossa Judæ sese (*assidue*) volutabant in sarcophago; quoad surgens Moses, pro iis apud Deum intercederet. Domine Deus

ידיו רב לו לא הוה קא סלקא
ליה שמעתא אליבא דהלכתא
ועזר מצר׳ תהיה בשלמא
יהודה אודי כי היכי דלא
תשרף תמר אלא ראובן למ׳
ליה דאודי והאמר רב ששת
חציף עלי מאן דמפריש חטאיה
כי היכי דלא לחשדי אחוה
בהדיה:

Deus hujus universi, inquiebat, quis in causa fuit, ut Ruben fateretur (*delictum*?) Utiq; Judas. Anne ergo (*æquum*) ut tale quid Judæ eveniat? E vestigio; *Exaudivit Deus vocem Judæ*: puta ob tranquillitatem donandam, ejus membris. Sed nondum introduxerat Judam, [6] in cœleste Athenæum; (*Instat igitur Moses orando*:) [7] *Et ad populum suum reducenm.* (*Quo impetrato*,) nondum norat (*Judas*) ponderare & examinare [8] controversias: (*Quare pergit Moses*:) *Manibus ejus satis sit ei.* (*Hoc pariter concesso*;) illud deerat, quod [9] in ejus sententiam suffragiis non itum est. (*Hinc urget Moses*:) *Et auxilium ab Hostibus ejus sis.* Cæterum, bene se habet, quod Judas confessus est, ut nimirum hac ratione ab ignis supplicio liberaretur Thamar. Rubeni vero quid proderat fateri? nam & R. Scheschet ait: [10] Homo perfrictæ frontis est, qui peccata sua divulgat. Nimirum ideo (*delictum suum fassus est Ruben*,) [11] ne cæteroquin fratres, [12] secum eidem suspicioni essent obnoxii.

ANNOTATA.

1. Ruben fassus est &c.] Rubenem incesto concubitu polluisse Bilham, Uxorem Concubinam Jacobi patris, ceu verbis apertissimis in Scriptura traditur, non obscure & hoc loco agnoscunt Rabbini, & in Megilla fol. 25. a. ubi dicitur: מעשה ראובן נקרא ולא מתרגם id est: *Historia Rubenis* (descripta Gen. XXXV, 22.) *legitur quidem, sed non explicatur.* Nec minus Salomo Ben Melech in Michlal Jophi fol. 13. column. 1. f. idem profiteri, non est veritus. At alibi in Talmude, Soli nebulas obducere, & adeo eundem penitus obfuscare conantur Judæi, dum persuadere satagunt, Rubenem nullum minus, quam illiciti concubitus peccatum perpetrasse. Scilicet tam nequam Scripturæ corruptores sunt Judæi, ut, quæ in ea pie facta leguntur, ipsi

ipsi pessime sæpe calumnientur, contra vitia turpissima in virtutes evehant, prout animo illorum, est collibitum. Ecce tibi, quæ monstra impudentium hominum loquuntur in Schabbat fol. 55.b. א"ר שמואל בר נחמני א"ר יונתן כל האומר ראובן חטא אינו אלא טועה שנ' ויהי בני יעקב שני' עשר מלמד שכולם שקולים כאחת אלא מה אני מקיים וישכב את בלהה פילגש אביו מלמד שבלבל מצעו של אביו ומעלה עליו הכתוב כאילו שכב עמה תניא רבי שמעון בן אלעזר אומר מוצל אותו צדיק מאותו עון ולא בא מעשה זה לידו איפשר עתיד זרעו לעמוד על הר עיבל ולומר ארור שוכב עם אשת אביו ויבא חטא זה לידו אלא מה אני מקיים וישכב את בלהה פילגש אביו עלבון אמו תבע אמר אם אחות אמי היתה צרה לאמי שפחת אחו' אמי תהא צרה לאמי עמד ובלבל את מצעה ; id est: *Teste R. Samuele, F. N. dixit R. Jonathan: Quisquis contendit Rubenem peccasse, is vehemementer errat:* Q. S. E. (Gen. XXXV, 22.) Et erant filii Jacobi duodecim. *Exinde consequitur*, (bonis moribus parissimos illos fuisse,) *ita ut si lanci fuissent impositi, alius alium haud superasset. At quomodo cum his conciliabo, quæ in eodem loco antecedunt.* Et concubuit cum Bilha uxore concubina Patris? *Nempe disturbavit lectum paternum, & ob eam rem ita Scriptura de ipso loquitur, quasi Bilham incestasset. Vetus est Traditio: R. Simeon F. E. dixit: Immunis fuit piissimus Ruben, a reatu incestus, neque tale quid commisit. Nunquid enim fieri poterat, ut ille cujus posteri stando in monte Ebal, dicturi erant:* Maledictus qui concumbit cum uxore Patris: *idem hoc scelus admitteret? At quomodo cum his conciliabo illud alterum:* Et concubuit cum Bilha uxore concubina Patris? *Nempe*, (quoad superstes erat Rachel, semper in hujus tentorio, Torus Jacobi erat locatus, mortua vero nunc Rachele, cum Jacobus Torum suum in Bilhæ tentorium transtulisset, venit Ruben) *querens, de injuria matri* (Leæ) *illata: Et, si maxime Matertera mea, inquit, matris meæ fuit cordolium, nunquid par est, ut etiam matertera ancilla, matris meæ cordolium esse debeat? proinde indignabundus Torum paternum disjecit.* Eadem habentur in supposititio ספר הישר pag. 69. b. Atque hanc de Rubenis innocentia opinionem, defendunt non tantum Abenesra, & R. Salomo, in suis in Genesin Commentariis, sed etiam recentissimi nostri, Jacob Abendana, & Menasse ben Israël, quorum ille, Margini libri Michlal Jophi loco jamjam allegato adscripsit: האמת כדברי רז"ל שלא שכב עמה ח"ו רק בלבל יצועי אביו להיותו חס על כבוד אמו; id est: *Verior* (præ Salomonis ben Melech assertione) *est opinio Magistrorum*

ſtrorum τῶν μακαειτῶν, *perhibentium, non concubuiſſe eum cum Bilha. Apage enim tantum nefas: non niſi Patris torum diſturbavit, ob illatam matri contumeliam.* Menaſſe vero in Conciliationibus libri Regum Q. 18. ſic loquitur: *El cuydado que tuuieron los Sabios de eſcuſar a Selomoh, tienen tambien con Rebuben, hijos de Eli, y David: y anſi dizen que Rebuben no tuvo torpe ayuntamiento con Bilha, mas que ſolamente (come dize Jacob) prophanó el lecho, en reboluerlo y quitarlo de ſu lugar, en gracia de ſu madre Lea. Que los Hijos de Eli ſolamente detenian las Mugeres fuera de ſus caſas, dilatandoles el ayuntamiento conjugal, y que David non pecó en adulterio, por que los que yuan a la guerra tenian por coſtumbre, eſcreuir Get, o carta de divorſio a ſus mugeres. Otros ay tambien que ſienten en todo eſto de differente manera, pero y me atengo a lo que tengo dicho, teniendo (como bien ſe pondera en las conſultas de R. Levi Aben Habib) por coſa muy juſta, y aun de animo inclinado a la virtud, moderar las coſas que parecen agrias, y explicarlas en fauor de los buenos, ſiendo accion mas noble y virtuoſa, el diſculpar que culpar, proprio de animos dañados, y inclinados al vicio.* Enim vero, oppido fallitur Menaſſe, dum ex manifeſte impiis pios fingendi artificium, laudabile credit, iisque, qui Bonam Mentem amant, non indignum. Quanto enim iſtis ſaniora leguntur apud Ariſtotelem 4. Nicom. cap. 13. Οἱ τὰ φανερὰ προσποιούμενοι, βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ εὐκαταφρόνητά εἰσι· Atque illud divini Pſaltæ Pſal. V, 7. תאבד דברי כזב ; id eſt: *Perdes loquentes mendacium:* Si ullis falſariis, certe his qui in re ſacra, ἀρνοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιοῦντες, impudenter mentiuntur, dignum factis exitium comminatur.

2. Iis ſolis tradita fuit terra] Nam Judæ poſteris dignitas Regia obtigit, Rubenis vero generis reliquiæ, omnium primæ, poſſeſſiones cis Jordanem adeptæ ſunt.

3. Vivat Ruben & non moriatur] Ex hoc dicto Reſurrectionem mortuorum colligunt Judæi in Sanhedrin. Vide p. 314. edit. Cocc.

4. Idem quoque Judæ eveniat] Non ſatis, cum iis, quæ hic loci, ex iſto dicto eruuntur, conveniunt tradita ab Autore libri Halichot Olam, editi a Cl. l' Empereur, pagina ibi 183.

5. Oſſa Judæ ſe aſſidue volutabant] Ideo nulla oſſibus Judæ, conceſſa fuit requies, quia cum is patrem deprecaretur, ut Benjaminem in Ægyptum abire permitteret, ſeipſum devovit, & niſi incolumen illum reduxiſſet, כל הימים *Omnibus diebus*, (quæ verba, ipſam quoque, quæ, poſt hanc ſequitur, vitam, non excludunt,) reatum

ſe

ſe laturum, proteſtatus fuerat, Geneſ. XLIII, 9. Atqui in Maccot docetur: נדוי חכם אפילו על תנאי הוא בא id eſt: *Anathematis, a Sapiente prolati, tanta vis eſt, ut etiam ſub conditione conceptum, ſi adeo deficiat conditio, tamen impleatur.*

6. In cœleſte Athenæum] Pro מתיבתא דרקיעא alias dicunt: ישיבה של מעלה Vide Peſach. fol. 53. b. Atque נתבקש בישיבה של מעלה id eſt: *Evocatus eſt in cæleſtem Scholam*; eleganter pro morte hominis uſurpatur, in Bava Mezia fol. 86. a. In hujus Scholæ Claſſem tertiam, vivus admiſſus eſt B. Paulus, didicitque ibi ἄῤῥητα ῥήματα ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, 2. Cor. XII, 4. De cauſa, quare Apoſtolus, tantæ felicitatis ſit factus particeps, valde probo illud Oecumenii, qui p. 594. ideo Paulum in Cœlum raptum eſſe tradit, ἵνα μὴ δ' ἐν τούτῳ ἔλαττον ἔχῃ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων τῶν διαγενομένων σωματικῶς μετὰ τοῦ κυρίου· Sed, quæ eſt illa Cœleſtis Academiæ, Claſſis tertia? Equidem, poſſum verba, pii Maſſilienſium quondam Præſulis, Salviani, quæ l. 3. de Guber. Dei, in re ſimili adhibet, uſurpare ac dicere: *Neſcio ſecretum, & conſilium Divinitatis ignoro.* Succurrunt tamen quædam, a propoſito non aliena, quæ antiquiſſimi Judæi tradiderunt, ea allegare nihil prohibet. In Succa fol. 45. b. legitur: אמר חזקיה אמר ר' ירמיה משום רשב"י ראיתי בני עלייה והן מועטין אם אלף הן אני ובני מהן אם מאה הם אני ובני מהן אם שנים הם אני ובני הן ומי זוטרי כולי האי והא אמר מר תמני סרי אלפי הוה דרא דקמיה* קודשא בריך הוא שנ' סביב י"ח אלף לא קשי' הא דמסתכלי באספקלריי המאירה הא דלא מסתכלי בספקלריא המאירה ודמסתכלי באספקלריא המאירי' מי זוטרי כולי האי והאמר אביי לא פחית עלמא מתלתין ושיתא צדיקי דמקבלי אפי שכינה בכל יום שנ' אשרי כל חוכי לו לו בגימטריא תלתין ושיתא הוו לא קשיא הא דעיילי בבר הא דעיילי בלא בר: id eſt: *R. Hiskias, ſecutus autoritatem R. Jeremiæ, narrat,* (tantam fuiſſe πληροφορίαν, vel jactantiam potius) *R. Simeonis F. J. ut diceret: Ego* (meditatus ſum aliquando, ea quæ ad futuram vitam attinent, ac omnia perpendens, collegi,) *vidiq; pauciſſimos futuros ſedium ſupernarum compotes. Attamen, ſi mille numero ſint, ego & filius meus, locum inter illos habebimus. Si ſint centum, etiam inter hos, ego & filius meus inveniemur: ſed ſi duo tantum fuerint, certum eſt, me, & filium, hanc ſortem manſuram. Verum enim vero, fierine poteſt, ut tam pauci ſint? Atqui ait Dominus Conſtitutionis, Octodecim millia implent ordinem primum coram DEO Benedicto.* Q. S. E. (Ezech. ult. verſ. ult.) Circum ſunt octo & decem millia. *Nulla eſt Difficul-*

Confer Sanhedrin fol. 97. b.

* *Reſcribendum* בדרא קמאה דקידשא *Ex En Iſraël fol. 115. col. 3.*

Difficultas. Distinguendum enim inter eos, qui (DEUM) *intuentur quasi per Speculum pellucidum, interq; eos, qui illum quasi per speculum aliquod subobscurum intuentur. At, num in eos, qui* (DEUM) *per pellucidum speculum intuentur, tanta cadit paucitas, ut non nisi duo esse queant? Atqui dixit Abai: Haud pauciores sunt in Cœlo, sex & triginta justis, qui Deum quotidie visitant:* Q.S.E. (Es.XXX, 18.) Beati omnes qui exspectant illum: *Ubi verbum* לו *quod adhibetur, si ad numeros revoces XXXVI. conficit.* (Respondeo:) *Neq; in his est difficultas: Distinguendum enim inter eos qui ad Deum citra veniæ petitionem ingrediuntur, & eos, quibus prius venia opus est.* Secundum ista, Paulo apud illas beatissimas Mentes, morari aliquantisper licuit, quæ Deum tanquam per speculum lucidissimum intuentur, prima enim Classis Angelorum est, altera, quorum speculum opacitati alicui est obnoxium. Cæterum, etsi hæc, si modo recte accipiantur, non valde absona sunt, tamen in medio omnia relinquimus. Interea loci vel hoc nomine, ea quæ allata sunt, non penitus spernenda fuerint, quia ipsum illud Sanctum Vas electionis in 1. Cor. XIII, 12. aliquid, nonnihil his affine dixit, in verbis: βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον·

7. Et ad populum suum &c.] Consule librum Chasidim n. 365. & disces, quare his precibus, Mosi opus fuerit.

8. Controversias] Talmud post בשמעתא habet כהדי רבנן quæ verba a Codicibus En Jacob exulant.

9. In ejus sententiam suffragiis &c.] Raschi in Glossa, לא היה זוכה לומר דבר המתקבל: id est: *Non tam felix fuit, ut diceret rem, qua reliquis probaretur.* Nam, ut idem, in Notis ad Joma fol. 26.a. autor est: אסוקי אליבא דהלכתא significat הורות כהלכה וכדת id est: *docere convenienter, & recte.* Quia Cl. Buxtorf. in Lex. Talm. voci אליבא nullum exemplũ addidit; notetur quoq; Phrasis in eodem Joma fol. 33.a. אביי הוה מסדר מערכה משמא דגמרא ואליבא דאבא שאול id est: *Abai recensuit ordinem struis* (sive τῆς ἱεροδεκείας) *secundum Gemaram, & ex mente Abba Schaul.* Similem locum deprehendes in Sanhedrin fol. 112. b.

10. Homo perfrictæ frontis est &c.] Bava Mezia fol. 59. b. תנא משום ר׳ נתן מום שבך אל תאמר לחבריך והיינו דאמרי אינשי דזקיף ליה זקיפא בדיותקיה לא נימא ליה לחבריה זקיף בניתא; id est: *R. Nathanis dictum est: Vitium quod tibi adhæret, ne dicas Sociis tuis. Atq; hinc vulgo ajunt: Is e cujus familia quis fuit suspensus, non dicat*

dicat (servo suo, aut) *familiari, suspende mihi piscem hunc*, (nam penitus ei, suspensionis voce abstinendum est.)

11. Ne cæteroquin fratres &c.] Apposite Baal Chasidim n. 22. מי שחטא בדבר אחד ואחרים נחשדים צריך לומר אני הוא שחטאתי כדי שלא יחטאו העולם על ידו שיהיו חושדים בכשרים: id est: *Qui delictum aliquod admisit, cujus causa alii in suspicionem veniunt, tenetur dicere: Ego is sum qui peccavi: ne alioqui multos peccandi periculo exponat, dum male de innoxiis opinantur.*

12. Secum] Fere superfluum est illud בהדיה & ideo in Talmude non comparet,

יד

אמר רב יוסף אף על גב דמדה בטיל כמדה לא בטיל דאמר רב יוסף וכן תני רבי חייא מיו שחרב בית המקד׳ אף על גב שבטל סנהדרי גדולה ארבע מיתות לא בטלו והא בטלו אלא דין ד׳ מיתות לא בטלו · מי שנתחייב סקילה או נופל מן הגג או חיה דורסתו · מי שנתחייב שריפה או נופל בדליקה או נחש מכישו · מי שנתחייב הריגה או נמסר למלכות או ליסטין באין עליו · מי שנתחייב חנק או טובע בנהר או מת בסרונכי·

XIV.

Ait R. Joseph. Etsi ipsa talionis Pœna, nunc cessat, ejus tamen analogia adhuc superest.[1] Nam dicente eodem R. Josepho, similiterque tradente R. Chaja; Licet ab eo die quo templum solo æquatum est, Synedrium magnum perierit, non tamen[2] quatuor supplicia capitalia interciderunt. Atqui, dicat quis, utique intercidisse: Scilicet, sententia quatuor judiciorum capitalium, non intercidit. Quippe Lapidationem qui promeruit,[3] aut de tecto in præceps labitur, aut a fera proteritur. Ustione plectendus, aut in flammas incidit, aut a[4] Serpente læditur. Qui[5] interimi (*gladio*) debebat, vel summæ Potestati Civili (τῶν ἔξω,)[6] supplicio extremo afficiendus traditur;

tur; vel latrones eum adorti, (*vita illum dejiciunt.*) Strangulatione necandus, aut in flumine ſubmergitur, aut [7] anginæ doloribus ſuffocatur.

ANNOTATA.

1. Nam dicente eodem R. Joſepho &c.] Idem hoc dictum habes in Sanhedrin p. 208. edit. Cocc. & in Cetubot fol. 30. a. Sed qui in Sota noſtra, & Cetubot, R. Joſepho ὁμώνυμος, nominatur R. Chaja, eum in Sanhedrin vocant Hiskiam, quod quomodo factum ſit, ſane Judæis crux eſſe poteſt, nobis vero minime. Germani noſtri locum ſic παραφράζουσι in Zenna Renna fol. 92. col. 3. *Es ſagt* R. Meir הקב״ה *bezahlt* מדה כנגד מדה *aſo ſagt* ר׳ חייא *von dem mal an, as die* סנהדרין *ſein vvorn verſtört, und daß ſie haben nit mehr den Menſchen gericht, zu tödten ihn, da thut* הקב״ה *ſelbert Gericht an den Menſchen, der* חייב מיתה *is, neiert die Leut verſtehn es nit: dan vvan einer hat ein* עבירה *gethan, daß er ſchuldig is gevveſen zu verſteinen, da macht* הקב״ה *daß er fält von den Dach herab, oder eine böſe* חיה *zureiſt ihn. Iſt einer ſchuldig zu verbrennen, da macht* הקב״ה *daß er fält in ein Feur, und vvird verbrent, oder ein Schlang beiſt ihn mit Gifft, das brent vvie Feur. Wer da is ſchuldig man ſol ihm ſein Hals abhacken mit einem Schvvert, da macht* הקב״ה *daß er fält in Hand den* גולנים *und ſie zuhacken ihn: oder er komt ein zu den* מלכות *und komt um ſein* גוף. *Oder vver da ſchuldig is, daß man ſol ihn hengen, da macht* הקב״ה *daß ein Waſſer oder Geſchvver komt ihm in Hals, und er dervvurgt ſich.*

2. Quatuor ſupplicia capitalia &c.] Tum ex hoc loco, tum ex Targum Ruth c. 1. v. 17. Sanhedrin c. 7. Jelammedenu fol. 10. col. 4. & innumeris Rabbinorum teſtimoniis aliis, probari poteſt, a Judæorum moribus ac inſtitutis, Crucis ſupplicium fuiſſe alieniſſimum, contra quam Cardinali Baronio, & doctiſſimo Lipſio viſum erat, quos ſolide confutat eximius Caſaubonus Exerc. 7. ad Annal. Eccleſ. Bar. n. 77.

3. Aut de tecto in præceps &c.] Analogia inter Lapidationis ſupplicium, & hæc violentæ mortis genera, in eo conſiſtit, quod lapidandi apud Judæos, ex loco edito, in præceps detruſi, & ſic humi jacentes, demum lapidibus petiti ſunt. Prius referunt, qui e tectis ædium labuntur: poſterius, quos feræ, ungulis ad necem conculcant. Vide Abarbenelem Comm. in Legem. fol. 46. col. 3.

4. A

4. A serpente læditur] Hujus enim virus, quod mordendo in quem evomit, quovis igne est ardentius. Et vero, evenire, ea, quæ hoc loco prædicunt Magistri, probari quodammodo potest Exemplo ex Schevuot fol. 34. a. א״ר ר׳ שמעון בן שטח אראה בנחמה אם לא ראיתי אחד שרץ אחר חבירו לחורב׳ ורצתי אחריו ומצאתי סייף בידו ודם מטפטף והרוג מפרפ׳ אמרתי לו רשע מי הרגו לזה או אני או אתה אבל מה אעשה שאין דמך מסור בידי שהרי אמרה תורה על פי שנים עדים או שלשה עדים יומת המת אלא המקום יפרע ממך אמרו לא זזו משם עד שנשכו נחש ומת: id est: *Dixit R. Simeon, F. Schetach: Videam Consolationem* [sic jurat per Rabbinis usitatum ἀφυμισμὸν, pro: *Mala omnia mihi eveniant, ita ut consolatione mihi opus sit! Sim ego liberis meis superstes, ut ex illorum obitu, solandus sim!* Aliter explicat phrasin Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1327. ex Glossa in Chagiga, ut supplendum sit: *ne videam consolationem Zionis.* Sed, uti non diffiteor, fieri posse, ut alibi ista interpretatio, sensum commodum efficiat, ita tamen dubito an huic loco, quod quidem Vir Doctus sensisse videtur, satis eadem conveniat. Vixit enim Simeon F. Schetach, adhuc stante templo, ac proinde eo sensu quem Buxtorfius dedit, jurare non poterat, nisi forte quis contendat, per Consolationem Zionis, Messiam intelligendum esse, quæ expositio, meo judicio, foret contortior. Certe, prout nos verba exposuimus, Judæi exponunt communiter.] *si non vidi quendam qui alium persequebatur, ut eum interimeret. Insecutus igitur sum hominem a tergo,* (& ad eum delatus,) *deprehendi ipsum cum gladio* (nudo) *stillante sanguinem, & palpitante adhuc interemto: Quare, ad eum, scelеste, inquam, uter nostrûm istum interemit? tune, an ego? Sed quid faciam? non enim potestas mihi conceditur, te condemnare capitis, cum Lex Divina dicat:* (Deuter. XVII, 7.) Ore duorum testium, aut trium testium, morte afficitor, is qui moritur: *At vero ipsum Numen Infinitum ultionem a te repetat. Ajunt, priusquam secesserunt e loco illo, venisse Serpentem, & momordisse Sicarium, ut moreretur.*

5. Interimi gladio] Non possumus assentiri Reverendo Quistorpio, qui in Annotat. Bibl. ad c. XII. Actorum: *Gladii pœnam recentem inter Judæos, & tum demum ab iis receptam asserit, ex quo a Romanis sub jugum fuere missi.* Non tantum enim, ubi Pœnæ capitales ipsorum, tam in Talmude, quam alibi, enumerantur, semper הריגה id est: *Gladii supplicium,* constantissime inter eas locum invenit: Sed & Magistri, verbis apertissimis in Gemara Sanhedrin fol. fol. 52. b. prorsus suspicio- *Sanhed. c. 7. Mo-*

ses Kozē-sis fol. 108. col. 3. Maimonides Hilchot. Sanhed. c.14. seq.

ſuſpicionem illam amotam volunt, quaſi Gladii pœnam, ſua Gens a Gentilibus acceperit, dicendo ; דכתיב סייף באורייתא לא מינייהו קא גמרינן; id eſt: *Gladii pœna in Scriptûra fit mentio:* (Ergo ex hac,) *non vero ab iſtis Gentilibus, eam didicimus.* Ritus, qui, cum hoc ſupplicium de Sontibus ſumeretur, fuere adhibiti, deſcribuntur in Sanhedrin p. 53. edit. Cocc. ubi ſimul legimus: אין מיתה מנוולת מזו id eſt: *Nullum genus mortis, capitis præciſione fœdius eſt.* Quæ, & ipſa Quiſtorpio, *hoc genus mortis, honeſtiſſimum* judicāti, multum obſtant. Quicquid enim apud alias Gentes & imprimis Romanos, (de quib9 videndi Conſulti Juris Civilis ad l.8. §.1. π. *de Pœnis,*) obtinuerit, apud Judæos ſane olim, pariter uti hodie apud Ottomannicam Gentem, Strangulatio, Gladii quam pœna, longe erat nobilior. Quippe, caput avellere a ſuo corpore, & ſanguinem humanum, mentis animæque diverſorium, in terram profundere, iſti quidem abominabile, ſupplicii genus, ſemper crediderunt. Nimirum, de gradibus pœnarum capitalium apud Judæos, ita judicandum eſt, prout docetur in Codice noſtro MS. Ez Hechajim Hilch. Dine Mammon. Unephaſch. cap.6. סקילה חמורה משריפה ושריפה מסייף וסייף מחנק id eſt: *Lapidatio gravior eſt, Combuſtione; Combuſtio, atrocior eſt, pœna Gladii, præ Gladii pœna, mitior eſt Strangulatio.*

6. Supplicio extremo afficiendus traditur] Atque ſic Gladii pœna plectitur, quia hoc ſupplicium apud τὰς ἔξω eſt frequentiſſimum.

7. Anginæ doloribus] סרונכי magis uſitato nomine, dicitur אסכרה atque definitur ab Elia in Tisbi, quod ſit חולי שסותם פי הקנה שבצואר וימות האדם לפי שעה: id eſt: *Morbus obturans os arteriæ aſperæ, ita ut homines repente moriantur,* Berachot fol. 8. a. תשע מאות ושלשה מיני מיתה נבראו בעולם שנ׳ ולמות תוצאות תוצאות בגימטריא הכי הוו קשה שבכלן אסכרה ניחא שבכלן נשיקה אסכרה דמיא כחיזרא אגבבא דעמרא דלאחורי נשרא איכא דאמרי כפיטורי בפי ושט נשיקה דמיא כמשחל בניתא מחלבא: id eſt: *Nongenta & tria genera mortis reperiuntur:* Q.S.E. (Pſ.LXVIII,21.) Ad Mortem תוצאות ſive Exitus. *Namq; literæ verbi* תוצאות *prædictum numerum conficiunt. Inter omnia, nullum atrocius eſt Angina; mitius nullum, Oſculatione. Cum Angina comparari poteſt Sentis, manipulo lanæ,* (infixus, quem ſi quis extrahere velit, lanam ſimul) *evellit.* (ſic anima quoque, cum hoc mortis genere e corpore educenda eſt, vim magnam patitur.) *Alii dicunt, hoc genus fatalis exitus, eſſe, uti cum rudentes, per exigua foramina trahuntur.* (Sunt enim nonnullæ Oceani partes, quæ Navigia clavis ferreis

reis

reis compacta, haud admittunt; quare tabulas rudentibus colligare oportet, idque fit violentia maxima, dum angustis foraminibus funes crassiores immittuntur, ne cæteroquin per hiatum aliquem, aqua in navim penetret.) *Per Osculationem Mors, se habet, quasi cum crinem quis ex lacte extrahit.* At vero, quia tanti, tamque intolerabiles Anginæ dolores sunt, ideo crebris jejuniis DEUS quondam fatigatus, parceret Infantibus, neque iisdem, illos subjiceret. Meminit hujus rei Cl. Buxtorfius, in Lex. Talmud. voce אסכרה autorque est, tradere Rabbinos in Schabbas fol. 27. 2. *hunc morbum primitus familiarem fuisse infantibus die quarto nativitatis ipsorum, atq; ideo, eo die, jejunium institutum esse a Parentibus.* Enim vero, & in citando loco Gemaræ, & in re ipsa narranda, Vir doctus, humani quid passus est. Scilicet *Taanit*, non Schabbas nominare debuit; Infantibus vero, nec quarto præcipue a nativitate die, Anginæ periculum imminebat, nec Parentes quoque, illorum causa jejunarunt. Et sane, inhumanum fuisset, si puerperam partus doloribus nondum levatam, inedia insuper macerassent. Sic vero se res habebat: אנשי מעמד נכנסין לבית הכנסת ויושבין ארבע תעניות בשבת בשני על יורדי הים בשלישי על הולכי המדברות ברביעי על האסכרה שלא תפול בתינוקות ובחמישי על עוברות ומניקות: id est: *Stationarii, in Templum se conferentes, quater in hebdomade jejunarunt. Nimirum, die secundo* (quem vulgo Lunæ vocant,) *ob navigantes; die tertio, ob iter facientes, per deserta; die quarto eam ob causam ne Infantes Angina infestarentur, die deniq; quinto, propter prægnantes & lactantes mulieres.* Confer librum שלטי הגבורים cap. 73.

יה

תניא היה ר״מ אומר מנין שבמדה שאדם מודד בה מודדין לו שנ׳ בסאסאה בשלחה תריבנ׳ אין לי אלא סאה מנין לרבות אפילו תרקב וחצי תרקב קב וחצי קב רבע וחצי רבע תומן ועוכלא ת״ל כל סאון סואן ברעש ומנין

XV.

TRaditio. R. Meir disquirit: Unde probatur, quod ea mensura, qua homo metitur, eidem (*cælitus*) remetiantur? Q. S. E. (Es. XXVII, 8.) *In Sato, cum abjecta fuerit, judicabis eam.* Enim vero, hinc nihil colligo, quam [1] quod ad Satum (*sive mensuram magnam attinet, talionem locum habere.*) Unde autem constabit idem judicium esse, [2] de

שכל פרוטה ופרוטה סגה
מצטרפין לחשבון גדול ת"ל א'
לאחת למצוא חשבון וכן מצינו
בסוטה שבמדה שמדד' בה
מדדו לה היא עמדה על פתח
ביתה ליראות לו לפיכך כהן
מעמידה בשער ניקנור ומראה
קלונה לכל היא פרסה לו
סודרין נאים על ראשה לפיכך
כהן נוטל כיפה שעל ראשה
ומניחו תחת רגליה הי' קשטה
לו פניה לפיכ' פניה מוריקות
היא כחלה לו עיניה לפיכך
עיניה בולטות היא קלע' לו
את שער' לפיכך כהן סות' את
שערה היא הראת' לו
באצבעותיה לפי' צפורניה
נושרות היא חגרה לו בצלצול
לפי' כהן מביא חבל מצרי
וקושר למעל' מדדיה · היא
פשט' לו ירכה לפי' ירכה
נופלת היא קבלתו על
כריסה לפיכך כרים צבה היא

de Semisato, hujusque itidem dimidio, ac de Cabo, & Semicabo, vel illius quadrante, & semiquadrante, atque etiam [1] de octava ejus, imo & de hujus quinta quadrantis parte? Id quidem sequentibus Scriptura indicat: (Es. IX, 5.) *Omnes mensuras mensurans cum tremore.* [5] Unde colligitur cujusque oboli (*haberi rationem, &*) [6] acervari eos, donec numerus magnus emergat? Ideo notanter (Eccles. VII, 27.) dictum: *Unam & unam, ut invenirem numerum.* [7] Sic etiam de muliere Adultera reperimus, quod ea mensura qua dimensa fuerat, eidem mensura sit reddita. Steterat ante fores ædium, spectatum Amatorem: Quare Sacerdos statuebat eam, ante portam Nicanoris, illiusq; ignominiam omnibus ostentabat. Illa caput suum [8] sudariis elegantibus obnupserat: Pontifex igitur calanticam capiti detractam, subter pedes ejus deponebat. Illa vultum in amatoris gratiam comserat: quare [9] vultus flavescebat. [10] Oculos fucaverat: Eapropter oculi extuberabant. [11] Crines ordinaverat: idcirco Sacerdos eos disturbavit. Advocavit (*Amatorem*) digitis:

Hanc

האכילתו מעדני עולם לפי׳ קרבנה מאכל בהמ׳ הי׳ השקתו יין משובח בכוסות משובחין לפיכך כהן משקה אות׳ מים המרים במקרה של חרס היא עשתה בסתר יושב מרום משים בה פנים שנ׳ ועין נואף שמרה נשף לאמ׳ לא תשורני עין וסתר פנים ישים דבר אחר היא עשתה בסתר המקום ב״ה פירסמה בגלוי שנאמר תכסה שנאה במשאון תגלה רעתו בקהל:

Hanc ob rem ungues illius decidui facti. Cinxerat se zona: Ideo Sacerdos allato [12] fune saligno, supra mamillas eam præcingebat. Femur exporrexerat: quare femur contrahebatur. [13] In ventrem eum susceperat: Hinc adeo, venter intumuit. Cibaverat eum [14] cibis exquisitissimis: quamobrem ejus oblatio erat esca jumentorum. Laudatissimum vinum ei potandum exhibuerat, in [15] poculis deprædicandis: Hinc factum est, ut Sacerdos aquis amaris eam potionaret, in testa fictili. [16] Illa hæc clam patraverat; sed, [17] qui in excelsis sedet, severe eam intuitus est, (*vindictã flagitans.*) Q.S.E. (Job. XXIV, 15.) *Et oculus scortatoris observat tenebras dicendo: ne contempletur me oculus; sed (in) occultò degens faciem intendit.* Aliter quoque hæc applicari possunt: Ipsa secreto (*scelus*) commiserat; at vero Deus id palam notificavit. Q.S.E. (Prov. XXVI, 26.) *Tegit odium deceptionem, (sed) revelabitur malitia ejus in congregatione.*

ANNOTATA.

1. Quod ad Satum] Cum propria est locutio סאה ביבש היא במקום גרב בלח, id est: *Satum in Aridis appellamus, cui quantitatis ratione respondet in Liquidis Gerab sive Uter*: Schalsch. Hak. pag. 90. a. Sed hanc differentiam Jonathanem Chaldæum non semper observare, ac סאוין דמוי, *Sata Aquarum*, quoque dicere, Drusius, Buxtorfius, & alii viri docti, pridem indicarunt.

2. De semisato] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 266. quosdam תרקב de duobus tantum Kabis accipere memorat: *Sed*, inquit ipse,

R. Salomonis Glossa constans est, quod sit תרי וקב *Duo Kabi & Unus, id est, Tres Kabi, qui faciunt Sea. Qui faciunt Tirkab*, credo, scribere volebat Vir optimus, nam Seam non tres, sed sex Kabos complexam esse, dubio caret, nec aliter nos docuit ipse, in Lexico Hebraico p. 498. Quod reliquum est, errare illos insigniter, qui *Tirkab* tantum de duobus Kabis, exponunt, non tantum ex R. Salomonis autoritate, sed vel imprimis præsenti Gemaræ loco ostendi potest evidentissime. Nam si תרקב conficeret Kabos duos, jam omnino necesse foret, ut חצי תרקב & קב, id est, *Dimidium τῶ Tirkab, & Kabus*, sint idem unumque: At longe secus se res habet, eaque sedulo hîc distinguuntur, manifesto indicio תרקב Cabos tres continere.

3. De octava ejus] תומן שמינית הקב, id est: *Tuman est octava pars Kabi*, ait Raschi ad Bava Batra, fol. 89. b. Ibi in Gemaræ textu habemus quoque חצי תומן sive *Kabi partem decimam sextam.*

4. Quinta Quadrantis] Iterum Raschi ad Bava Batra fol. 90. a. עוכלא אחד מחמשה ברובע הקב כלומר א' מחמש בלג היינו ביצה וחומש ביצה שהלג ו' ביצי' וכן פירש ר' חננאל; id est: *Ochla est Kabi partis quartæ, particula quinta, sive est quinta pars Logi*, (Kabus enim continet quatuor Logos.) *Proinde Ochla fuerit Ovum, & quinta insuper hujus pars, nam Logus sex Ova complectitur: Atq; idem mecum sentit R. Chananel.*

5. Unde colligitur cujusque oboli] Sic in Talmude, sic in Codicibus En Jacob scriptum deprehendimus. Sed in Rabbot fol. 231. col. 3. ubi integra hæc σκηνοπὴ quoque habetur, plenior hoc loco est lectio, quam nimis probo. Dicitur: אין לי אלא דבר הבא במדה מנין שאפילו פרוטות וכו'; id est: (Ex hactenus allatis) *tantum evincitur ad eam quantitatem quæ mensurari potest, a Deo attendi; unde vero colligitur cujusq; Oboli, &c.* Notare liceret, variantes lectiones alias, sed cum minoris momenti sint, ideo qui talibus delectantur, ipsi eas excerpere possunt. Fontem indicasse satis est.

6. Acervari eos donec &c.] Eadem ratio quoque in Benefactis a Deo observatur, nam sic illum loquentem introducunt in Avoda Sara fol. 4.a. אפילו אין ישראל עושין מצות לפני אלא מעט כפיד של תרנגולין שמנקרין באשפת אני מצרפן לחשבון גדול; id est: *Etsi Judæi, pusilla tantum bona opera coram me faciunt, uti cum Gallinæ rostro e fimetis quid effodiunt, hæc tamen in numerum magnum combino.*

* Lego Bava Batra fol. 9. b. דאי*מרת משמיה דרב אלעזר מאי דכתיב וילבש צדקה

אמר רב צדקה כשריון לומר לך מה שריון זה כל קליפה וקליפה מצטרפת לשריון גדול אף צדקה כל פרוטה ופרוטה מצטרפ׳ לחשבון גדול ר׳ חנינא אמר מהכא וכבגד עדים כל צדקותיו מה בגד זה כל נימא ונימא מצטרפת לבגד גדול אף צדקה כל פרוטה ופרוטה מצטרפת לחשבון גדול; id est; *Dixit Raf, nomine R. Eleaser. Quis sensus verborum*: (Es. LIX, 17.) Et induet justitiam, quasi loricam? *Nimirum innuunt, quod sicut e multis parvis annellis, compingitur Lorica magna; Sic eleemosynarū omnes nummuli computantur in summam ingentē: Eandem rem R. Chanina probat ex istis*, (Es. LXIV, 5.) Et sicut vestis attrita justitia nostra. *Nam, sicut ex multis filis contexitur vestis integra, ita eleemosynarum &c.*

adstipulante En Jacob fol. 73. col. 4.

7. Sic etiam de muliere adultera &c.] Universum hoc Comma, fusissime per varias Allegorias, suo more, non exponit, sed obscurat Autor libri עיר גיבורים fol. 98. col. 1. seq.

8. Sudariis elegantibus] De voce סודר præter Buxtorfium in Lex. Talm. & Eliam in Tisbi, consulendus quoque Heinsius in Arist. pag. 444. seqq. Chaldæus in libello Ruth cap. III, 15. סודרא vertit, quod in Sacro textu dicitur מטפחת Atque hinc factum, quod Baal Juchasin, Sudarium quo Dominus noster vultum abstersisse, & suam in eodem figuram reliquisse fertur, מטפחת vocavit. Sed locum integrum adducere oportet, est enim operæ pretium, ob quendam *Julium Conradum Ottonem*, qui sub initium hujus Seculi, e Judæo Christianus factus, cum aliquandiu Hebræam Linguam, in hac Academia professus esset, postea veram fidem rursus deseruit, καὶ ἐγένετο τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, χείρονα τῶν πρώτων· Sic vero ipse in libro nuper mihi objecto, quem cum noster adhuc esset, edidit, quique Gali Razia inscribitur l. 1. cap. 11. nobis repræsentat verba Autoris: שלח מלך קונשטנטינא שלוחיו אל מכתפי שישלח לו המטפחת אשר קנח ישו פניו ונשארה צורתו חק קרה בה והיא במדינת רומא ושהוא יתן בנגדה כל כך ישמעאלים שהיו אסורים בזיקים וישלח רצוצים חפשים והשיבו לו שיתנה בעבור הצלת נפש כמה ישמעאלים אשרינו קהל עדת ישראל המאמינים: Versio Ottonis, ejusque, ἑρμηνεία sunt: *Dixit R. Abraham Sakudensis, Author libri Juchsin, quod Imperator Constantinus suos Legatos emiserit ad Regem Kadban, ut sibi mitteret Sudarium Christi, in quo faciei ejus, figura impressa remansit: se contra multos captivos Turcas libere dimissurum: quod & ipsi transmissum est. Hac occasione Rabbi iste in hæc verba erupit:* אשרינו קהל עדת ישראל המאמינים: *Hoc est: O quam beati essemus nos*

Israëlitæ, si crederemus id, quod de Sudario memoria proditum est. Quasi dicat: Extra omnem dubitationis aleam positum est, Christum filium DEI, *hominem factum, crucifixum, mortuum, sepultum esse, & a mortuis resurrexisse, omniaq; sua miracula virtute divina edidisse, suaq; passione & morte universum mundum redemisse. Verum nos destituimur hac gratia, ut hoc credere possimus.* Hactenus Otto ἀποσάτης, haud sane admodum Rabbinus, qualis tamen haberi volebat, & ab aliis putabatur. Scilicet, solent plerunque fama ingens, honores eximii, & magna præmia, comitari stupidissimos etiam Judæorum nebulones, modo reliquis suis, quibus omnem vitam contaminarunt, innumeris flagitiis, unum illud, ut se Christianos aliquantisper simulent, adjicere velint: Illico enim nobis Rabbini, & Magistri Israëlis sunt, digito monstrantur, gestantur in manibus, qui apud suos vix inter עמי הארץ & indoctum vulgus, locum tuebantur, atq; habebant imperium in bestias. Non peto bonos, & qui serio errores, quibus a pueris imbuti fuerunt, detestantur: His enim, sive τῶν πατροπαραδόσεων gnari, sive earum rudes sint, DEUS omnia optata tribuat, & felices eos præstet. De solis stygiis Sycophantis, nasutisque loquor furciferis, qui, ut Christianos mentiendo, tanto majorem quæstum facere possint, omnia se simulant scire, cum nihil sciant; istis benefacta quæ fiunt, ego malefacta esse existimo. Cæterum, circa ea quæ Otto convertit, tradiditque, principio animadvertendum in verba: *Dixit R. Abraham Sakudensis Autor libri Juchsin*: Ubi non multis reprehendemus, quod perperam sermo ita conceptus est, quasi istis aliquid in Hebræo respondeat, cum ne hilum ibi contineatur: sed potius aliter puerilis error castigandus venit, quod Autorem libri Juchasin, *Abrahamum Sakudensem* vocat, זכות aut זאקוטו pro Gentili, secundum Patriam appellatione accipiens, cum tamen, illius Scriptoris cognomen hoc sit proprium. Porro verba מלך קונשטנטינא neutiquam vertenda erant, *Imperator Constantinus*, sed potius, *Imperator Constantinopolitanus*, sic enim semper Judæi urbem illam vocant: At, cum Constantinum dicere volunt, modo קונשטנטין interdum קשטאנטינו alias קשטנטינוס adhibent, quod multis ex Schalsch. Hak. Zemach David, & ipso Juchasin possem confirmare testimoniis, sed unum tantum adducam, quod Ottonem se turpiter dedisse, ostendet planissime. Quippe, apud Sakutum in ipsa illa pagella unde locus de quo disquirimus, petitus est, deinde dicitur: ובקושטנטינה מתו באויליאו וקושטאנטינו quibus verbis satis docemur, quomodo Constantinopolim urbem vocet Sakutus, & quomodo Constantinum hominem. At, non Constantinum tantum, verum & aliquem *Kadban Regem* insulsissime, ineptissimeque Otto nobis obtrudit. Nimirum, quantum suspicor, nesciebat quid voci מכתפי faceret, itaque Criticum agere voluit homo judicii expers, & initiale elementum ab illo verbo avellens,

jam istud מ idem quod מלך valere jussit, postea vero finale Jod in Nun commutavit, atque sic denique in illius cerebro natus est, ille Rex Kadban, non aliter ac paulo ante, urbem in eo condiderat, vel fortasse, integram Regionem: Miror tamen cur ita rescribere ausus non fuerit, quomodo erat interpretatus. Sed vero, male pereat Kadban commentitius, & reviviscat memoria *Kalifa Moctafi*, de eo enim loquitur Baal Juchasin, atque in nostro libro expresse nomini מקתפי seu ut Otto legit, מכתפי כליפה subditur. Ulterius si progrediamur, deprehendemus neglexisse prorsus Ottonem in translatione sua verba: היא במדינת רוהא: *Quod asservabatur Ruha:* & mirum ni immane glaucoma ob hominis oculos fuit objectum, nam & mox non in versione modo, sed ipsum locum Sakuti exscribendo omisit verba ויאמרו כי אסף כל חכמי מלכותו אם יעשה הדבר הזה: id est: *Ajunt eum collegisse omnes Sapientes Regni sui*, (deliberatum) *num id facere fas esset.* Sequitur apud Ottonem *Quod & ipsi transmissum est.* Proh quam imperite! Fere dubitare occipio an is homo minimam habuerit Hebrææ linguæ peritiam. Vertendum erat: *Et responderunt ei concedendum id esse, ut tot Ismaëlitarum vitam redimeret.* Videat mihi quis hoc Rabbini propudium, quod inter Christianos Doctorem etiam egit, æterno Cathedræ nostræ dehonestamento. Nondum autem dimittimus transfugam desertorem, & quærendus prius est, num serio credat, ista omnia ex postremis Sakuti verbis ita legitime inferri posse, quæ ipse inde elicuit. Esto enim scripsisse Sakutum: *O quam beati essemus nos Israëlitæ, si crederemus id quod de Sudario memoria proditum est.* Num, per DEUM immortalem, ex istis ullatenus hariolari licet, optasse eum sibi suisque ut crederent Servatoris nostri divinitatem, ἐνσάρκωσιν, mortem, resurrectionem, & alia mysteria, divinæ, circa redimendum humanum genus, dispensationis? Haud existimo, Ottonem etsi impudentissimum, adeo perfrictæ frontis futurum fuisse paululum ad se si redivisset, ut assertionem defenderet; sed fumos se vendidisse Lectori, etiam invito fatendum erat. Quanquam, quid verbis opus? Non oportet recta ratione utatur, qui persuadere nobis postulat aliquem sanum & sobrium asserere potuisse, esse quid extra omnem quidem dubitationis aleam positum, sed eundem tamẽ ut hæc crederet nunquam animum induxisse, cui absurditati Otto se exposuit. Enim vero, dicat quis: Nihilo secius Sakutus, quæ de Sudario Christi vulgo produntur, non penitus spernenda judicavit, sed ea suspexit, commendavitque, quod tamen nec ipsum in Judæum hominem, & Christianis alibi iniquiorem, cadere posse videtur. Sic habendum; etiam ista pessime ab Ottone conversa esse: Sudarii enim mentionem haud facit Judæus, sed nude & κατ᾽ ἰσοδύναμα, omissa etiam conditionali vocula ait: אשרינו קהל עדת ישראל המאמינים: id est: *O felicem cœtum Judæorum credentem!* Atqui

in istis nihil occurrit quod Christianis, seu illi potius de Sudario historiæ, ullo modo faveat. Quod uti certum, & in confesso est, ita dubium tamen nunc relinquitur, quomodo hæc cum superioribus cohæreant, & quis inter utraque nexus sit. Non levis, fateor, ista difficultas est, nec dissimulo, vix aliam magis me torsisse. Equidem, nunquam dubitavi, haud aliud velle Judæum, quam dicere: O beatos nos Judæos, qui recta credimus, qui superstitionibus non capimur: at illud semper negotium facessebat, quomodo hæc cum præcedentibus conjungerem, cum nullius rei mentio fiat, quæ, vel ex interpretatione Judæi hominis, pro insigni superstitione accipi possit, ut in exclamationem ejusmodi, homo prorumpere debuerit. Sed, cum diu cogitando, minus minusque mihi satis facerem, Schnettaviam, quæ ultra tertium milliare vicus est, me contuli, rogans Judæos, sensum commodum, si possent, ex istis verbis exsculperent. Verum, & ipsi ancipites hærebant, nec inveniebant quod responderent; quare, communicato prius consilio cum aliis, per epistolam sese satisfacturos mihi polliciti sunt, quam quidem frustra hactenus sum præstolatus. Periculum deinde apud Furtenses Rabbinos quoque feci, num ipsi aliquid suggerere queant, in quo acquiescerem, sed & hæc quoque spes me fefellit, alius enim, in postremis illis, pro ישראל legendum censebat ישמעאל, alius ratus est omissam esse voculam שאין, rursus alius cui liber ignotus erat, dubitare cœpit, an a Judæo editus esset: Fuit, qui contenderet, sic accipienda verba, quasi dixisset Autor: O beatos nos Judæos, quod credimus, non temere Calipham dedisse Imperatori Constantinopolitano Sudarium, sed coacto prius Sapientum Concilio: Denique multum disceptantibus cæteris, quidam commotior, ego vero, inquit, nunc vos donarem mensura vini nostri sincerissimi, si aut nunquam ista scripta fuissent, aut e libro queant tolli. Possum jactare, tandem Bonam Fortunam mihi adfuisse, in pervestigando omnis difficultatis fonte. Eum prius quam ostendo, præmonendum, Sakutum qui Cæsaraugustæ vixit, & a Mauris ibi Arabicam linguam didicerat, in conscribenda Historia sua plurimum usum esse Scriptoribus Arabicis, id quod ipse contextus arguit, nec Autor quoque dissimulat in calce operis. Istud cum mecum reputarem, commodum in mentem venit, legisse me eandem narrationem, de Christi quod a Calipha petebatur sudario, in Elmacini Historia Saracenica, quam debemus studio Cl. Erpenii: Hanc vero in manus sumens deprehendi continuo, ex ista hausisse Sakutum, quicquid hujus scripserat. Quid enim, annon verum me dicere fatebuntur omnes, qui attendent ad Elmacinum, l. 3. c. 2. sic stylo Erpenii Interpretis scribentem: *Anno 331. venerunt copiæ Romanorum in Diarbecram, omniaq; cæde & incendio vastaverunt, ac multos captivos avexerunt. Ceperunt quoq; Arzanam & Daram, incolasq;*

lesq; occiderunt. Hinc Nasibinum pervenerunt: & Ruha petierunt mantile illud, quo Dominus Christus faciem suam honorabilem absterserat, miseratq; ad Abgarum Regem nigrum Ruhæ; & obtulerunt pro eo Muslimis dimissionem omnium captivorum Muslimicorum, qui in manibus eorum erant: atq; ea de re scripserunt ad Moctasim; qui jussit consiliarium, Judices omnes & Nobiles convocare, ut audiret quid ea in re censerent esse faciendum. Eorum autem quidam dixerunt, quod id dare Romanis, probrosum foret & indecorum Muslimis. Alii autem dixerunt, redemtionem Muslimorum captivorum e manibus Romanorum, quæ eo mantili fieret, bonam atq; laudabilem fore. Itaq; inter eos convenit, ut id Romanis darent, & captivos liberarent. Ex istis inquam, ea quæ Sakutus narrat, citra omne dubium sunt petita; sed, non absolvunt hæc negotium, sequitur enim apud Elmacinum: *Id quod fecerunt. Acceperunt enim Romani Mantile, & dimiserunt omnes Muslimos captivos, qui plurimi erant. Tulerunt autem id Constantinopolin, quam cum eo ingressi sunt die jovis, decimo mensis Abi, & egressi Patriarcha, Reges, Episcopi & Sacerdotes, ei occurrerunt cum Evangeliis & facibus, & collocarunt illud in templum Hagiæ Sophiæ, ubi etiam nunc extat.* Sicut cætera ex Elmacino transcripsit Sakutus, ita ratio postulat credere, horum quoque maxime illum habuisse rationem, atque indignitate (ceu ipsi videbatur) rei motum, tandem exclamasse: O beatos nos Judæos, qui quæ sana sunt, sentimus, & a similibus deprehendimur alienissimi. At vero, cum postea, primum typis excuderetur Constantinopoli Liber Juchasin, ceu factum esse, ejus qua utimur Cracoviensis editionis indicant primordia, merito ob metum Christianorum, non ausi sunt Judæi discrimini se exponere, sed verba magnum odium conciliatura, more suo omiserunt, indicium tamen facientes cato Lectori, nonnulla deesse, dum videlicet, ne quidem rei eventu commemorato, tamen præ nimio zelo ita exclamat Autor, ut necesse sit magnum quid accidisse, & ipsorum opinione, intolerandum. Fortasse in Constantinopolitana Editione, Judæi pro recepta in talibus consuetudine, etiam spatium vacuum reliquere, ut calamo suppleretur, quod typis committere, formido prohibebat. Sed Cracovienses cum nescirent quid deesset, nec in nostris Regionibus quem reperiri opinarentur, qui ex ingenio, quæ desiderabantur, restituere posset, spatio vacuo in nova editione haud opus esse judicarunt.

9. Vultus flavescebat] פני מוריקות proprie de mortuis prædicantur, quorum

— *Color informis buxoq; simillimus, ora,*
Pallor obit.

Avoda

Avoda Sara fol 20.b. אמרו עליו על מלאך המות שכולו מלא עינים ובשעת פטירתו של אדם עומד למעלה מראשותיו וחרבו שלופה בידו וטפה של מרה תלויה בה כיון שרואה אותו החולה מזדעזע ופותח את פיו וזורק טפה של מרה לתוך פיו ממנה מת ממנה מסריח ממנה פניו מוריקות: , id est: *Fertur Angelum Mortis, quantum quantum refertum esse oculis. Cum vero homini fatalis hora imminet superstat illius capiti, habetq; gladium evaginatum, e quo guttula fellis propendet. Simul ac moribundus hunc intuetur, horror artus ejus occupat, dum vero os adaperit, eidem ab Angelo guttula fellea immissa efficit ut moriatur, ut ejus succus mucescat, ut vultus sit colore luteo.*

10. Oculos fucaverat] Non male judicavit, quisquis fuit ille Academicorum Parisiensium, cujus verba recitantur To. 3. des Conferences du Bureau d' Adresse p.44. *Il n' y a partie du corps qui ne reçoive son fard, & sa couleur: l' oeil seul tenant des qualitez de l' ame, dont il est le miroir, n' est sujet a aucune alteration de couleur, de la quelle aussi la Nature, l' à a bon droict depourveu pour en estre moin preuenu, estant arbitre de la veritable beauté.* Etenim, hæc de ipsis, quibus cernimus luminibus, & in carne, ut ille loquitur, stellis, sunt verissima. At in Gemara nostra, Oculos, Supercilia capere oportet, quæ fucasse veteres, facile est probatu. Græcorum Latinorumque Scriptorum testimonia vide apud Janum Dousam, & Wouwerium, ad illud Arbitri: *Supercilia etiam profert de pyxide, sciteq; jactura lineamenta sequuta, totam illi formam suam reddidit.* Itemque apud Juvenalis Commentatores ad hos l. 1. sat. 2. Poëtæ versus:

Ille supercilium madida fuligine tactum,
Obliqua producit acu, pingitq;, trementeis
Attollens oculos.

Iis, quæ isti observarunt, addendus quoque, si quis alius, elegans in hanc rem Cypriani locus, e libello de Habitu Virginum, quem MS. possidemus. *Illi & oculos*, inquit, *circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatem corruptela sua impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro timore, quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed & nuptas puta, & omnes omnino fæminas admonendas, quod opus Dei & facturam ejus & plastica adulterari nullo modo debeant, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet deniq; lineamenta nativa corrumpente,*

pente medicamine. Cæterum idem hoc, de Judæorum quoque fœminis ostendere, nobis præcipue convenit. Legimus in Joma fol. 9. b. & Schabbat fol. 62. b. iisdem propemodum utrobique verbis: דכתיב ויאמר ה' יען כי גבהו בנות ציון שהיו מהלכות בקומה זקופה ותלכנה נטויות גרון שהיו מהלכות עקב בצד גודל ומשקרות עינים דהוה מלאן כוחלא לעיניהן ומרמזן הלוך וטפוף תלכנה שהיו מהלכות ארוכה בצד קצרה וברגליהם תעכסנה א"ר יצחק דבי רבי אמי מלמד שמטילות מר ואפרסמון במנעליהן ומהלכות בשוקי ירושלם וכיון שמגיעות אצל בחורי ישראל בועטות בקרקע ומתיזות עליהם ומכניסות יצר הרע בהם כארס בכעוס: id est: *Scriptum extat* (Es. III, 16.) Et dixit Dominus: Ideo quod altæ sunt Filiæ Zion: *Ibant enim statura erecta.* Et ambulaverunt extento collo; (Testudineo scilicet gradu,) *at semper calcaneus & pedum pollex sese mutuo attingerent,* (quaquaversum obtuentes.) Et mentiuntur oculis. *Fuco enim replebant oculos suos emissitios.* Eundo & imminuendo gradiuntur. *Quippe procera, aliam statura humilis comitem assumebat,* (ut ipsa tanto videretur augustior, & sociæ capiti quasi supernataret.) Pedibusque suis venenant. *Ait R. Isaacus familiaris τῷ R. Ammai, docemur istis,* (puellas judaicas) *solitas fuisse myrrham ac balsamum calceamentis indere, atq; sic Hierosolymis in publicum prodire; cum vero obviam iis fierent adolescentuli, pede solum quatiebant, atq; eos* (odoromentis suis) *irrorabant, libidinem in iis concitantes, prout virus evomere* (Serpens) *solet.* Vetus iste mos, *orbes,* ceu Hieronymus ait, *stibio fuliginandi,* etiam nunc apud Turcas receptus est, de quibus Nobilissimus Thevenotius, sapiens peregrinator, in libro quo Iter suum Orientale, non ita pridem solertissime descripsit, cap. 42. annotat: *En Turquies les femmes sont ordinairement belles, biens faites, & sans defaut, elles sont fort blanches, car elles sortent peu, & encor sont elles voilees quand elles sont dehors. Elles adjoustent l' artifice a leur beauté naturelle, car elles se peignent les sourcils & les paupieres, auec vne couleur noirastre appellée Surmé, qui passe chez eux, pour donner de la grace. Elles se teignent aussi les ongles, d' vne couleur de rouge brun, appellée El Hanna.* Quod reliquum est, notetur, *Fucare Oculos,* per ἰυφημίαν idem esse quod *Excæcare.* Baal Juchasin pag. 52. b.: המלך הורודוס כחל עיניו ר"ל שסימא עיניו של בבא בן בוטא: id est: *Rex Herodes fucavit, hoc vero est, excæcavit, oculos Baba, filii Buta.*

11. Crines ordinaverat] Fuisse antiquitus apud Græcos, Romanosque, proprias Magistras, artificium componendi capillos edoctas, quæ illis Κομμώτριαι, his Ornatrices dicebantur, Scaliger in Priap. & ad Festum, Rævardus Conjectan. l. 2. c. 18. Wouwerius ad Petron. Cujacius

cius l. 11. Obſervat. c. 16. aliique prolixe oſtenderunt, ſitque earum etiam mentio jn l. 49. in pr. & l. 65. §. 3. D. de Legat. in 3. Idem & apud Judæos obtinuiſſe, docet Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. vocibus גדל & סטרא ubi ſimul variis e Talmude teſtimoniis probat, nequam Judæos, de Maria, Domini noſtri matre, perhibere, quod comam comendi artem ipſa profeſſa ſit. Accedit iſtis, initium, fœdi, abominabilis & turpiſſimi libri, quem neſcio quæ bellua, dictante Diabolo conſcripſit, & *Toldos Jeſchu* dictus, a Judæis ſum̃a circumſpectione cuſtoditur, ne ejus poſſeſſio ipſis exitium creet: Ejus tamẽ nos exemplar magno exſoluto pretio, clam nacti ſumus, in quo legitur: בשנת תר"עא לאלף הרביעי בימי ינאי מלכא אשר נקרא אלכסנדרוס היתה צרה גדולה על שונאי ישראל אשר קם אחד חצה זנות איש רע ובליעל מגזע יחוס שבט יהודה ושמו יוסף פנדרא והוא היה בעל קומה וגבור מלחמה ויפה תואר ורוב ימיו בניאף וזימה וגזל וחמס והיה שוכן בבית לחם יהודה וקרוב לביתו היתה שוכנת אלמנה אחת ולה בת ושמה מרים והיא מגדלת נשייא הנזכרת בתלמוד וכשגדלה קדשה אמה לבחור אחר ושמו יוחנן והיה הבחור עניו ושפל רוח וירא אלקים: , id eſt: *Anno DCLXXI. quarti Millenarii, in diebus Regis Janai, qui & Alexander vocatur, magna calamitas Judæorum hoſtibus,* (Vult *di eufemizein* homo blaſphemus, & Judæorum hoſtes, pro ipſis Judæis nominat.) *accidit. Surrexit enim quidam ganeo, vir impius, & nullius frugis, oriundus ex ſtipite ſucciſo tribus Juda, cui nomen Joſephus Pandera, is erat ingentis ſtaturæ, manu fortis, & longe formoſiſſimus, maximamq; partem ætatis, in adulteriis, facinoribus, furto ac rapinis obtriverat. Cæterum morabatur Bethlehemi Juda, ac prope ædes ejus habitabat vidua quædam, cui erat filia, dicta Maria: (Atq; hæc eſt illa Maria Ornatrix mulierum, cujus in Talmude fit mentio.) Quæ cum adoleviſſet, deſpondit eam Mater Juveni cuidam, dicto Jochanan, verecundo quidem, modeſto, ac religioſo.*

12. Fune ſaligno] In iis quæ ad Miſchnam ſupra annotavi, pollicitus ſum daturum me operam, ut quæ de Ventralibus Fœminarum, in Talmude legiſſe me memineram, perveſtigarem. Multum quærendo, tandem tenui locum, eſt vero in Schabbat fol. 64. a. א"ר אלעזר עגיל זה דפוס של דדים כומז זה דפוס של בית הרחם: , id eſt: *Ait R. Elieſer:* (In Scriptura Exod. XXXI, 50.) *voce* עגיל *intelligitur inſtrumentum, quo comprimuntur mammæ:* כומז *vero eſt inſtrumentum, quo comprimitur uterus.* Sic ego exiſtimaverim vertendum locum eſſe, ſed Judæi recentiores, moris veteris ignari, & ex noſtri Seculi vitiis, de priſcis judicantes, aliter verba poſtrema, R. Salomoni ad dictum Exodi locum,

cum & Kimchio in Radicibus etiam laudata, accipiunt. Nisi enim totus fallor, ipsi mirum illud instrumentum videntur intelligere, quo alibi gentium, quidam nimio zelo insanientes mariti, castitatem suarum Uxorum concludere, & obserare ostium foris laborant. Nam in versione Hebræo-Germanica Pentateuchi, כומז exponitur *die Mahl-Schlösser*, & Leo Modena in Galut Jehuda, reddidit *Serraglio*. Quod etsi ineptum est, & ex ignorantia antiqui moris provenit, tamen in Pentateucho Hebraico, qui Venetiis ex Officina Justinianea, cum Notis Latinis, ex Rabbinorum, ut habet inscriptio, Commentariis collectis, prodiit, longe ineptius, obscœniusque legitur: כומז *est ornamentum pudendorum muliebrium*: Quod, ab homine prorsus insano scriptum esse, liquido,

Non sanus juret Orestes.

Cæterum prædictæ Talmudicæ explicationi, adversantur Chaldæi Paraphrastæ omnes, per עגיל enim Onkelos, cui R. Salomo etiam accedit, Inaures intelligit; Jonathan, Annulos digitorum; Jeruschalmi vero, Armillas. Porro pro כומז habet Onkelos מחוך, reliqui paulo explicatius dicunt: ומחוכיא [מעוכיא] מן בירת תריידהון, Id, si recte accipio, est: *Et typi in quibus efformantur instrumenta comprimendarum mammarum.* In margine Editionis Pentateuchi cum tribus Targumim de מחוכיא annotatur: הוא דפוס של בית הדדים ולפי שמביא לידי שחוק וקלות ראש נקרא מחוכיא:, id est: *Vox* מחוכיא *significat Typum in quo formatur instrumentum quo comprimuntur mammæ, vocaturq; ita, quia risus & petulantiæ occasionem præbet.*

13. In ventrem eum susceperat] היא קבלתו על כריסה non tantum in Talmude est, & omnibus En Jacob Codicibus, verum etiam, ita legitur quoque in Pesikta Sutarta fol. 39. col. 3. Jalkut, fol. 207. col. 2. & Rabbot fol. 231. col. 3. Nescio num Abarbenel vocem כריסה improbaverit, & ideo emendare voluerit, aut an aliter in suo libro scriptum deprehenderit, nam is Comment. in Pentat. fol. 280. col. 4. habet: היא קבלתו על ברכיה, id est: *Ipsa susceperat eum in Genua sua.*

14. Cibis exquisitissimis] Pro מעדני עולם alias usurpant כל מטעמים שבעולם; Vide Juchasin p. 162. a. Germanice vero, in Lev Tob fol. 111. col. 4. fit explicatio: *Alle gute Speis von aller Nascherey*: Genes. XLIX, 20. מעדני מלך legimus. Atenim, quid amplius adhuc, *quam Regales cibos*, suis phrasibus Rabbini innuunt.

15. In poculis deprædicandis] Judæi populares nostri in Notis ad Pentateuchum suum Germanicum fol. 95. a. verterunt locum hunc: *Sie hat machen ihren Unkeuscher trincken in Bechern gül-*

dene und silberne. Commendantur cæteroquin in Talmude כלי זכוכית בזוגיתא חיורתא id est: *Vasa vitrea ex vitro candido*, tanquam pretiosissima, eaque si avide emantur, hominem etiam ditissimum ad inopiam redigi posse, dicitur in Bava Mezia fol. 29. b.

16. Illa hæc clam patraverat] *Brandspiegel* p. 49. b. In Massechet Avot Perek 7. *spricht* R. Jochanan Ben Kruka, המחלל שם שמים בסתר נפרעין ממנו בגלוי: *das is deutsch: der verschmächt den Namen von* הקב"ה *heimlich, so vvert er gezahlt von ihm öffentlich, damit die Leut vvissen, daß sie gesünd haben. Es vvert gelernt von der* Sota, *die hat sich verborgen heimlich, da bezahlt man sie öffentlich, man stelt sie für das* בית המקדש *daß sie jederman kan sehen, vvie ihr der Bauch aufspringt, und fält voneinander.*

17. Qui in excelsis sedet] Pro יושב מרום Talmudis Editio Amstel. habet יושב בסתר עליון, ex Psal. XCI, 1. desumta phrasi, quomodo legitur etiam in Rabbot.

יך

וכי מאח' דנ"ל מאח' לאח' למצ' חשבון כי כל סאון סואן ברעש למה לי לכמדה ומאחר דנ"ל מכי כל סאון סואן ברעש בסאסאה בשלחה תריבנ' למה לי לכדר' חניג' בר פפא דא"ר חנינא בר פפא אין הקב"ה נפרע מן האומ' עד שעת שילוחה שנא' בסאסאה בשלחה תריבנה: איני והא אמר רבה ג' כוסות האמורים במצרים למה אחד ששתתה

XVI.

ENim vero; quia ex loco Eccles. VII, 27. colligitur, cujusque oboli haberi rationem, eosque acervari donec numerus magnus emergat: quid opus erat altero loco Es. IX, 5. (*Quisq; enim sibi relictus, de obolo ad mensuram, tanquam a minori verisimilitudine ad majorem concludere poterat? Respondeo, opus est loco Esaiæ, ut discamus servari*) æqualitatem mensuræ. At, si peræqua proportio isthæc, elicitur ex dicto Es. IX, 5. cui bono igitur illud, quod e cap. XXVII, 8. ejusdẽ Prophetæ adducitur? Scilicet eo opus est, ad confirmandum dictũ R. Chaninæ, Papæ filii, qui perhibet;

בימי משה ואחד ששתתה
בימי פרעה נכה ואחד
שעתידה לשתו עם חברותיה
וכי תימא הנך אזדו והני א
אחריני נינהו והתניא אר״ ש׳
יהודה מנימן גר המצרי היה לי
חב׳ מתלמידי רבי עקיבא אמר
מנימן גר המצרי אני מצרי
ראשון ונשאתי מצרית א
ראשונה אשיא לבני מצרית
שניה כדי שיהא בן בני ראוי
לבא בקהל אלא אי איתמר
הכי איתמר אר״ חנינ׳ בר פפא
אין הקב״ה נפרע מן המלך עד
שעת שילוחו שנאמר בסאסאה
בשלחה תריבנה : אמימר
מתני לה להא דרבי חנינ׳ בר
פפא אהא מאי דכתי׳ כי אני
ה׳ לא שניתי ואתם בני יעקב
לא כליתם אני ה׳ לא שניתי
לא הכיתי אומה ושניתי כה
ואתם בני יעקב לא כליתם
דכתיב חצי אכלה בם חצי ב

hibet; Deum [1] non ſumere vindictam de gente aliqua, niſi adſit tempus ejus exſtirpationis. Itane? Atqui Rabba dixerat: Quid innuunt [2] tria illa pocula, quæ de Ægypto dicuntur? Nimirum unum ebibit, in diebus Moſis: alterum hauſit, in diebus [3] Pharaonis Necho: unum illi, ſociisque ejus, adhuc potandum ſupereſt. *(Sequitur igitur, cum prima plaga Ægyptii a Deo percuterentur, non fuiſſe eos ad internecionem deletos.)* Si vero exciperes, primos incolas Ægypti funditus eſſe exciſos, iſtos vero, *(qui ſub Pharaone Necho puniebantur,)* plane alios eſſe, *(& in locum priorum ſucceſſiſſe:)* tum tibi obſtat traditio. Ait enim R. Judas: Minjamin proſelytus Ægyptius, condiſcipulus meus fuit apud R. Akibam; hunc vero, inquam, proſelytum Ægyptium Minjaminem, dixiſſe memini: [4] Ego primum gradum Ægyptii conſtituo, & ſimiliter fœminam Ægyptiam primi gradus matrimonio mihi junxi: Cæterum, deſpondebo filio meo Ægyptiam ſecundi gradus, ut nepoti meo fas ſit intervenire ſacro cœtui. Ergo, ſi tale quidpiam dictum extat, ſic ſeſe habebit: Dixit R.

כלין והם אינן כלין: אמר רב המנונא אין הקב"ה נפרע מן האדם ער שתתמלא סאתו שנ במלאת ספקו יצר לו:

Chanina Papæ filius, Deum non ſumere vindictã de Rege aliquo niſi adſit tempus, ejũs exſtirpationis. Q.S.E. (Eſ. XXVII, 8.) *In Sato cum abjecta fuerit, judicabis eam.* Amemar iſtud R. Chaninæ Filii Papæ confirmavit, dicto ſequenti: Quis ſenſus verborum (Malach. III, 6.) *Quia ego Dominus non itero; & vos filii Jacobi non conſumti eſtis.* Scilicet: *Ego Deus non itero: (Id eſt:)* [6] Nunquam percuſſi gentem, (*plagasq;*) iteravi. *Et vos filii Jacobi non conſumti eſtis.* Nimirum huc pertinet illud (Deuter. XXXII, 23.) *Sagittas meas conſumam in iis. (Quaſi dicat:)* Sagittæ meæ conſumentur, ſed ipſi conſumentur neutiquam. R. Hamnuna autor eſt, Deum de homine pœnam non ſumere, niſi impleverit menſuram ſuam. Q.S.E. (Job. XX, 22.) *Cum plena eſt ſufficientia ejus, anguſtia eſt illi.*

ANNOTATA.

1. Non ſumere vindictam] Arabs Murtadi filius Gaphiphe in libello de Ægypto, ex verſione Petri Vattierii Amici noſtri p. 192. *Certes Dieu ne change point l' eſtat d' vne Nation jusques a ce qu' elle ſe ſoit changée elle meſme.* Quia deinde ſubjicitur: *Et le reſte du verſet:* Credo eſſe locum ex Alcorano.

3. Tria pocula] Reſpiciunt hæc ad locum Gen. XL, 11. ubi ter *Poculi* fit mentio: Poculum igitur, vulgata tranſlatione, de afflictionibus & calamitatibus Judæi accipiunt, eamque adhibuit ipſe quoque Servator noſter, Matth. XXVI, 39. & c. XX, v. 22. 23.

3. Pharaonis Necho] Vide Jerem. c. XLVI, 13. ſeqq.

4. Ego primum gradum Ægyptii conſtituo &c.] Doctiſſimus Seldenus, uti cætera quæ ad jus Connubiorum inter Judæos, quondam attinebant, in erudito de Jure Naturali & Gentium, juxta Disciplinam Hebræorum, Commentario, accuratiſſime tradidit, ita libro ejus 5. cap. 14. ſedulo quoque, & diligenter nos docet, quid de Proſelytis Juſtitiæ, utriusque Sexus, in contrahendis Nuptiis, quondam obtinuerit. Hujus pleraque tradita, quia perpetuo, & antiquiſſimorum, & recentiorum Judæorum conſenſu nituntur, ideo plane nobis opinionem ſuam perſuadet. Scilicet, ſic omnino ſe res habebat: Cum nonnullarum Gentium

tium, sive masculini, sive fœminini sexus Proselytis, æternum prohibita fuere Originariis Judæis Conjugia: Cum nonnullorum Sexus masculini tantum; cum aliarum usque ad Generationes aliquot; cum quarundam, simul atque facti sunt Proselyti, permissa fuerunt eorum, cum Originariis Connubia. E primo genere secundum aliquos fuere septem illi Populi, quorum nomina Deut. VII, 1. recitantur, aut certe, sive ex decreto Majorum, sive ex ipsa Lege Divina, Nethinæi: Horum enim nec masculis nec fœminis ulla unquam generatione, fas fuit cum Judæis contrahere affinitatem. Ad secundum pertinent Ammonitæ & Moabitæ, inter quos qui mares erant, ob præceptum Deut. XXIII, 3. & ipsi infinitè ab ineundis cum Israëlitibus matrimoniis arcebantur, Fœminis vero actutum post Religionis Judaicæ professionem, Judæis nubere licebat. Tertii generis erant Idumæi & Ægyptii, cum quibus, eorumque liberis, originarii inter Judæos Nuptias quidem haud contrahebant, sed bene cum Nepotibus & Neptibus eorundem. Quartum genus constituunt, omnes Gentes reliquæ, præter enumeratas. De fide horum dubitare nos non sinunt, tot & tanta testimonia, ad quæ Seldenus in margine provocat. Ac nos quidem, ut iis consulamus quibus illos libros evolvere non conceditur, peculiare nostrum ex inæstimabili Codice MS. Ez Hechajim haud gravatim dabimus, tantoque promtius, quia quæ apud alios singula leguntur, hic junctim continentur, & universa; ea re, citra dubium, magnam & solidam apud eruditos inituri gratiam. Sic autem in Hilchot Nidda cap. 10. habetur:

כל גירי הצדק מכל האומות ועבדים שנשתחררו הן כג״כ כישראל לכל דבר ומותרין לבא בקהל לישא ישראלית ולישא מהם שנ׳ הקל חקה אחת לכם אבל עמון ומואב ומצרים ואדום הגר צדק מהם כישראל לכל דבר רק לעניין ביאתו בקהל ודיניהם חלוקים עמון ומואב הזכרים אסורים לבא בקהל לעולם

id est: *Omnes Proselyti Justitiæ, quarumcunq; Gentium, itemq; Servi* (Judæorum) *manumissi, in omnibus negotiis eodem loco, quo Originarii Israëlitæ habentur, atq; fas iis est, intervenire Sacro cœtui:* (hoc est:) *ut* (Proselyti & manumissi mares,) *ducant Judæas fœminas; & ut* (Proselytæ aut manumissæ mulieres) *nubant Judæis maribus.* Q.S.E. (Num. XV, 15.) O Congregatio, statutum unum est vobis. *At vero, si ex Ammonitis, & Moabitis, Ægyptiis item, & Idumæis, quis sacris Judæorum initiatur, in omnibus quidem eodem cum*

שנ' לא יבא עמוני ומואבי
בקהל יי' ואפילו בן בנו עד
סוף כל הדורות אבל הלכה
למשה מסיני שהנקיבות
מותרות מיד כשאר האומות
והטעם שלא דרכן לקדם
בלחם ובמים ותלה הכתוב
הטעם בעבור שלא קדמו ואף
לפי הר' ר' יוסי מקרטרס* טעם
דמואב בעבור ששכר בלעם
שהרי המואבי קדמו שנ' אבל
בכסף תשבירני כאשר עשו לי
וגו' ובני מואב היושבים בהר
אבל אין דרך נשים לשכור:
מצרי ואדומי אפי' נקיבות עד
שני דורות אסורי' ודור שלישי
מותרים שנ' ובנים אשר יולדו
להם דור שלישי יבא להם
בקהל יי': מצרית מעוברת
שנתגיירה בנה מצרי שני מצרי
שני שנשא מצרית ראשונה
או מצרי ראשון שנשא מצרית
שנייה הוולד שני שנ' בנים

* *An legendum* מקרפנטרס *ut intelligatur Vrbs Gallia Carpentras, Veterum Carpentoracte?*

cum originario Israëlita jure utitur, solam facultatem contrahendi matrimonia si excipias. Atq; dispar quoq; (horum Populorum) *ratio est. Nimirum Ammonita & Moabita mares nullo unquam tempore cum Judæis affinitatem contrahere possunt:* Q. S. E. (Deut. XXIII, 4.) Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini. *Quod & de Nepotibus illorum, universaq; posteritate capiendum. At, traditione a Mose in Monte Sinai percepta, & ad nos derivata, tenemus, Fæminas istarum Gentium* (si quæ Judaicam Religionem amplectuntur,) *illico ortarum ex aliis Nationibus instar, licite cum Judæis nativis matrimonium inire. Ratio hujus rei est, quia haudquaquam consuetudo fert, ut fœmina itinerantibus pane & aqua occurrant. Atqui Scriptura ideo Ammonitas & Moabitas jure Connubiorum cum Judæis privavit, quod pane & aqua non occurrerunt Judæis, ex Ægypto proficiscentibus. Atq; secundum R. Jose Kartrasensem* (ista ratio Ammonitarum propria est,) *de Moabitis vero hæc præcipue obtinet causa, quia Bileamum adversus Judæos conduxerunt:* (Quod enim ad priorem illam attinet,) *constat sane Moabitas Judæis peregrinantibus panem & aquam non denegasse,* prout S. E. (Deut. II, 29. 30.) Sine me comparare cibum pecunia, ut comedam &c. quemadmodum fecerunt mihi &c. Moabitæ habitantes in Ar. *Atq; rursus* (hæc ratio, quam

R. Jose

אשר יולדו להם דור שלישי
תלה הכתוב בלידה גר עומני
שנשאו מצרית הולד עמוני
מצרי שנשא עמונית הוולד
מצרי שבאומות הלך אחר
הזכר נתגיירו הלך אחר
הפגום גירי ז' עמים מותרי'
מן התורה מיד ולא נתגייר
מהם רק הגבעוני' ונקראו
נתינים על שם שנתנם
יהושע חוטבי עצי' ושואבי מים
וגזר עליהם לאוסרם אפי'
בנקיבות ותלה איסורם
במקדש שנ' בבית אלהי' ובא
דוד ואסרם אפי' אחר חורבן
הבית לפי שהיו עזים ואם
ואכזריים שהרי לא חמלו על
שאול ובניו והרגום ולכן כתו'
בעזרא ומן הנתינים אשר נתן
דוד והשרים לעבודת הלוים
הרי שלא תלה איסורם
במקדש:

R. Jose Kartrasensis assignat, tantum viros concernit,) *neq; enim Fœmina conducere solent*, (qui imprecentur.) *Quantum ad Ægyptios & Idumæos attinet, horum Fœminæ etiam*, (tantoque magis mares,) *per duas generationes, cum Judæis originariis nuptias contrahere prohibentur, sed in tertia generatione interdictum cessat*: Q. S. E. (Deut. XXIII, 8.) Filiorum qui nascentur ex illis, generatio tertia, venito ex illis in congregationem Domini. *Ægyptia, quæ prægnans Judæorum sacris adhæsit, ejus partus in secundo generationis gradu est constitutus. Ægyptius secundi gradus, qui duxit Ægyptiam primi gradus, aut Ægyptius primi gradus, qui duxit Ægyptiam gradus secundi, creant sobolem tantum secundi gradus.* Q. S. E. Filiorum qui nascentur ex illis, generatio tertia: *Itaq; Scriptura generationum rationem habuit. Proselytus Ammonites, qui duxit Ægyptiam, horum proles reputatur pro Ammonitica; Ægyptius si ducat Ammonitidem, nascitur soboles Ægyptia: Quippe inter Paganos adhuc, proles sequitur Patrem, sed inter factos Proselytos, Parentem viliorem. Proselyti VII. Populorum* (quorū nomina Deut. VII, 1. recitātur) *ex Lege Divina, statim*, (postquam superstitionem ac impietatem deseruerunt,) *licite matrimonia cum Judæis contrahunt: atq; soli ex iis Gibeonitæ judaicam religionem amplexi sunt, dictiq; fuere Nethinæi* (sive Dedititii:) *Nam Josua dedit* (mancipavitque) *eos* (Sacro ministerio,) *ad findenda ligna, hauriendamq; aquam. Atq; horum etiam Fœminis*, (nedum Maribus,) *conjugia cum Originariis*

Judæis inire vetavit, sed sub certa temporis conditione, superstite nimirum Templo Domini Q.S.E. (Jos. IX, 23.) In Domo Domini. *Cæterum, David postea, interdictum hoc extendit etiam ad istud tempus, quo Templum nō erat superfuturū, ob illorum impudentiam & crudelitatem, non enim pepercerunt Sauli, & ejus filiis, sed ipsos occiderunt. Unde in Esra* (cap. IIX, 20.) *legitur:* Et ex Nethinæis quos dederat David ac Principes ministerio Levitarum. *Ecce quod hic loci interdictū, nullam templi existentis involvit conditionem.*

Hactenus Codex noster MS. quibus placitis, quando Sacræ Literæ neutiquam adversantur, nihil causæ quoque est cur eadem vocemus in controversiam. Sane, nostrâs Vir Eruditus, omnia ista rejicit, & Bellarminum secutus, modo quis vir, aut quæ mulier, ex Gentilibus judaicam religionem profiterentur, statim illis connubiorum cum Judæis jus natum esse contendit, ac præcipue illud discrimen quod inter Ammonitas, & Ammonitidas, Moabitas & Moabitidas, Magistri faciunt, & Lipmannus in libro Nizachon quoque amplectitur, exsibilat. Verum, nescio equidem, an ipse infringere possit, sententiam minime dubiam, & adeo ejus argumenta, præterquam quod scopum sæpe non feriunt, & propemodum de Ammoniticis Moabiticisque viris ac fœminis, nondum proselytis, dictum Judæorum (id quod tamen tantopere contra illorum mentem est, ut esse magis nihil queat) accipiunt, summis insuper obnoxia sunt difficultatibus, id quod strictim ostendemus. Principio enim, dum Lipmannum, qui Salomonem Regis Ægypti filiam, non nisi Judæorum sacris initiatam, uxorem duxisse scripserat, tanquam ignarum Talmudicarum Traditionum perstringit, quia vulgo feratur: לא קבלו גרי׳ לא בימי דוד ולא בימי שלמה id est: *Non receperunt Proselytos, neq. Davidis neq. Salamonis ætate:* In eo quidem constat Lipmannum, ne latum quidem unguem a Talmudistis discessisse, sed idem prorsus docuisse, quod illi docent. Atque id tantopere verum est, ut non solum suum assertum, totidem verbis in Talmude legi ostendere possit, sed etiam simul objectionem qua petitur, ipso Talmudistarum ore refellere. Nam, sic est in Jebamot fol. 76. a. מתיב ר׳ יוסף ויתחתן שלמה את פרעה מלך מצרי׳ גיורי גיירה והא לא קבלו גרי׳ בימי דוד ולא בימי שלמה מ״ר הוא טעמא אלא לשלחן מלכים הא לא צריכא ליה:
id est: *Proposuit dubium R. Joseph;* (querens, se hærere in verbis, I. Reg. III, 1.) Et affinitatem contraxit Salomo cum Pharaone Rege Ægypti: (Responsum est: Prius Pharaonis filiam) *ab eo ad fidem judaicam amplectendam esse inductam.* (Instabat:) *Atqui non admissi fuere Proselyti Davide & Salomone imperantibus.* (Regerebant: Non id nude accipiendum.) *Suberat enim quædam ratio: Mensa videlicet Regia.* (Nam, quia Davidis & Salomonis ætate, Judæorum conditio erat felicissima, ideo

Pro-

Profelyti non admittebantur, quod magis ob externa commoda, & dignitatem aliquam in Aula Principis obtinendam, quam ſerio, & pietate compulſi, judaicam religionem illos amplecti, ſuſpicio eſſet. Pharaonis autem filia) *talibus haud indigebat*: (quippe tanto Rege prognata, votis fruebatur ad invidiam felicibus, nec Nuptiis cum Rege Salomone contractis, conditionem reddebat nobiliorem, quam ob rem hanc quidem Proſelytam fieri nihil impediebat.) Jam vero, ut oſtendat Vir laudatus, nihili eſſe, illud, quod inter Moabitas Ammonitasque, & inter Ægyptios, reſpectu facultatis nubendi, ſtatuitur diſcrimen, provocat ad autoritatem R. Levi ben Gerſon, huncque ex hypotheſibus Judaicis ad 1. Reg. XI, 2. recte ſcripſiſſe ait: בת פרעה היתה אסורה לבא בקהל יי׳ גם אחר שנתגיירה כי דור שלישי לבד מותר להם לבא בקהל יי׳ והעמוניות ומואביות גם כן: Quæ, convertit ipſe: *Filia Pharaonis, non erat ei licitum nubere, etiam poſtquam facta fuiſſet Proſelyta: nam tertia demum generatio in matrimonium erat conceſſa: par ratio erat uxorum Ammoniticarum & Moabiticarum.* Profecto, ſi hæc ita ſenſit, R. Levi ben Gerſon, & vere, in contrahendo nuptias cum Originariis Judæis, idem Ægyptiorum, quod Ammonitarum & Moabitarum fœminis jus eſſe credidit, nihil ab hypotheſibus cæterorum Judæorum magis alienum ei unquam excidit, & novum quid, nec ante illam diem auditum, comminiſci volebat. Sed, tantum facinus procul dubio audere non poterat R. Levi ben Gerſon, ut a monte Sinai acceptam traditionem rejiceret; ac nos miramur Virum cæteroquin diligentiſſimum, ita obiter incurioſeque, præter morem ſuum, hunc inſpexiſſe; nam ſi evolvatur locus, tantum abeſt, ut diverſum quid a reliquis doceat Ralbag, ut potius communem ſententiam & ipſe tueatur mordicus. Nempe, in eo deceptus eſt Vir doctus, quod verba: והעמוניות ומואביות גם כן; ad illud de mulieribus Ægyptiacis negotium retulit, quo tamen ea minime ſpectant, quippe de iis fœminis ſenſus integer & completus eſt; quæ vero indicavimus verba, ad ſequentia pertinent, atque ita in Ralbag legimus: והעמוניות ומואביות הן גם כן מעם שאינו ראוי לבא בקהל שנ׳ לא יבא עמוני ומואבי בקהל יי׳ ואעפ שנקבותיהם לא נאסרו לבא בקהל כמו שבארנו שם הנה לא היה ראוי למלך שיבא בהן כי הזרע שיהיה לו מהן אי איפשר שיהיה שלם מאד אחר שהגוי מרחק: id eſt: *Ammoniticæ quoq; & Moabiticæ fœminæ* (quas Salomo ſibi junxerat,) *& ipſæ erant e populis, cum quibus nefas erat Judæis contrahere matrimonia, ſecundum* id Q.S.E. (Deut. XXIII, 3.) Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini. *Atq; etſi horum fœminis fas eſt, cum Originariis Judæis Nuptias contrahere, prout ad locum citatum prolixius exponimus, tamen haud decebat Regem, ut tales duceret, nam proles quam ex iis*

ex iis suscepturus erat, non poterat esse plane optima, ob gentis peregrinitatem. Ergo, omnino noster est R. Levi ben Gerson, quin & noster porro est R. David Kimchi, cujus verba mox similiter pro se Vir doctus adduxit. In eorum versione, quamvis quædam desideremus, tamen id leve est, & illud potius indicamus de VII. Gentibus quarum nomina Deut. VII, 1. habentur, reliquisque omnibus præter Ammonitas, Moabitas, Ægyptios & Nethinæos loqui Kimchium; nam ex istis ortos, tam mares quam mulieres proselytos, nihil prohibere ait, quo minus cum originariis Judæis matrimonia contrahant, salvam relinquens, quam circa reliquos, Rabbini faciunt differentiam. Quod autem dissensus cujusdam inter Magistros meminit, is dissensus rursus ad longe alia, quam quæ præcesserant referendus est. Nam, ut ipse interpres verborum suorum est Kimchius, respexit iis ad ea quæ tradiderat 1. Reg. cap. III, v. 3. ubi monuerat, non convenire inter Rabbinos, num peccarit Salomo matrimonium ineundo cum filia Pharaonis proselyta, an vero, num jure eandem tori sociam adsciverit? Esse enim quosdam qui contendunt, tantum tertiam generationem Proselytorum Ægyptiorum, cum originariis Judæis affinitatem contrahere posse, nullo inter mares fœminasque facto discrimine, atque secundum hos Salomonem injustas nuptias celebrasse. Sed esse, ait, contra alios, qui existiment, interdictum de tertia generatione, tantum de Æpyptiis maribus, capiendum esse, cum expresse dicatur, Deut. XXIII, 8. FILIORUM *qui nascentur ex illis generatio tertia, venito ex illis in congregationem Domini:* Eapropter hos quidem velle, de filiis capienda esse verba, non de filiabus: quorum si obtineat sententia, consequi, nihil indecens admisisse Salomonem. Interim tamen, posteriorum opinione rejecta, prioribus tanquam magis receptam defendentibus, ipse Kimchi adhæret. Novissime, ut leviora alia, apud Virum Doctum, & quibus ex hactenus dictis abunde satisfieri potest, omittamus, de illo quoque paucis videndum, quod instando: *Frivola,* inquit, *est hæc,* (de faciendo scilicet inter Moabitam, & Moabitida; Ammonitam, & Ammonitida, discrimine) *traditio, cui similem e masculino* ממזר *fingere potuisses* ממזר ולא ממזרת *ad Spurium restringendum est præceptum, nec de filia ex interdicto coitu prognata accipi debet.* Hæc ille. At vero, præviderunt etiam hanc objectionem Talmudistæ in talibus lyncei, & pridem responsum sunt meditati: Jebamot fol. 76. b. אלא מעתה ממזר ולא ממזרת ממזר כתיב מצרי ולא מצרית שאני הכי דמפרש טעמא דקרא על דבר אשר לא קדמו אתכם בלחם ובמים דרכו של איש לקדם ולא דרכה של אשה לקדם: i.e: (Dicat quis: Si valebit dicere Moabites non Moabitis, Ammonites non Ammonitis) *valebit quoq; pariter: Spurius non Spuria, nam &* (Deut. XXIII, 2. Non ingredietur in congregationem Domini) *Spurius, scriptum est,* (nulla Spuriæ facta mentione. Similiterq;

valebit

valebit dicere:) *Ægyptius non Ægyptia.* (Verum enim vero) *diversitas quædam intercedit, nam* (interdicti de Ammonitis & Moabitis) *Scriptura rationem exprimit*, (loco citato v. 4. inquiens:) *Propterea quod non occurrerunt vobis cum pane & aqua. Atqui virorum est occurrere, fœminarum vero neutiquam.* His adde, quod, ceu Maimonides in More Nev. part. 3. cap. 49. probe differit, lex adversus Spurios lata est להתרחק
מעריות id est: *ad cohibendam libidinem* להודיע הנואף והנואפת שאם
יעשו יפסידו בזרעם הפסד שאין לו תקנה: *Ut scilicet adulter & adultera sciant, quod si turpe quid committant, universa posteritas ipsorum malo immedicabili involvatur.* Hæc vero ratio, cum utrumque Sexum concernat, non igitur licebit dicere, Spurius non Spuria, multo minus ob tantam causæ disparitatem, valere potest a Proselytis, ad Spurios collectio. De cætero, cum Seldeno monendum est, quicquid hactenus de Proselytis, aliis quidem æternum, aliis ad certas usque generationes, a Judæorum originariorum connubiis arcendis, dictum fuit, id omne tantum obtinuisse ante captivitatis Assyriacæ & Babylonicæ tempora, cum sinceræ adhuc essent Gentes, & inconfusæ, ac tabulæ Genealogicæ integræ extarent. At vero per Colonias, Bella, Deportationes, aliasq; rationes, ita commixtis deinde inter sese populis, ut a se invicem dignosci non possent, cum non terra, seu solum, in quo quis natus est, sed genus, unde originem trahit, Nationis nomen secundum Hebræos tribuat, ideo cessavit postmodum omnis tam legum sacrarum, quam superadditorum Decretorum, de Proselytorum Nuptiis discriminandis, observatio: Et, quia Seldenus hujus rei testes producere oblitus est, nos eos dabimus, allegantes Talmud Jadaim fol. 158. a. & Berachot fol. 28. a. ubi eadem leguntur utrobique, cum quibus conferendus Maimonides Hilchot Issure Bia cap. 12. §. 25. & Moses Kozensis Præc. Neg. CXIII. Bene iterum noster Codex MS. עתה שבלבל סנחריב כל העולם כולו והדרים במצרים
עתה אינם מצריים והדרים באדום אינם אדומי' ואפי' אע"ל שבני
המלכי' לא נתבלבלו מכל מקום שאר העם נתבלבלו וכן בכל
הארצות הכל מעורב ומבולבל ורוב הגוים הן מותרים מיד א"כ הלך
אחר הרוב דכל דפריש מרובת פריש ומיד שיתגייר אחד מכל האומות
מותר מיד לבא בקהל וכן אית' בתוספות דידיי ואפילו אדומי ומצרי
עמוני ומואבי זכר ונקבה: id est: *His seculis, ex quo Sancherib orbem universum confudit, si qui in Ægypto habitant, non sunt veri Ægyptii, neq; qui Idumæam incolunt, pro Idumæis reputandi. Nec est quod objicias, Regum tamen familias non esse commistas. Nam reliqua plebs nihilo minus confusa est, atq; sic in omnibus cæteris nihil non turbatum deprehenditur, commixtumq;*

tumq. Ergo consequitur, saltem maximam partem Gentilium, e vestigio juris connubiorum cum Judæis, capacem esse. Quod si verum est, ad multitudinem attendimus, (eamque Principum Familiæ sequuntur,) *quisquis enim secessionem facit, a multitudine se segregat; proindeq; simul ac ex ulla quotquot in Orbe sunt Nationum, judaicam fidem quis amplexus est, licite cum Judæis matrimonium contrahit, uti est in Tosephot Jadaim. Quod & de ipsis Idumæis, Ægyptiis, Ammonitis & Moabitis tam maribus quam fæminis accipi debet.*

5. Dicto sequenti] Sequitur deinde in Editionibus En Jacob דא״ר חנינא בר פפא Quod genus loquendi etsi in Gemara passim obvium, tamen quia id hoc loco non quadrat, lectionem Talmudis Amstel. sequuti, verba ista expunximus.

6. Nunquam percussi gentem &c.] Scilicet, hoc volunt, solos ex omnibus Gentibus Judæos, a DEO castigari affectu paterno, & causa emendationis, non igitur funditus deleri. At populos reliquos, cum DEUS iratus ultorque puniat, ideo hos quidem dari excidio. Ita dictum hoc explicatur in libro Schaare Dimha p. 133.b.

7. Deum de homine pœnam &c.] Cum his conferre oportet cap. 3. in Erachin, id quod etiam Editiones En Jacob, facere jubent.

יז

דרש רבי חנינא בר פפא מאי דכתיב רננו צדיקים בה' לישרים נאוה תהלה אל תיקרי נאוה תהלה אלא נוה תהלה זה דוד ומשה שלא שלטו שונאיהם במעשי ידיהם דוד דכתיב טבעו בארץ שעריה משה דאמר מר משנבנה מקדש ראשון נגנז

XVII.

Bene R. Chanina Papæ filius: Quis sensus dicti (Ps. XXXIII, 1.) *Cantate Justi in Domino: rectis decora laudatio?* Pro נָאוָה תהלה *Decora laudatio*; legatur נְוֵה תהלה *habitaculum est laudatio.* Innuuntur enim Moses & David, quorum inimici haudquaquam dominati sunt, operibus manuum eorundem. De Davide enim scriptum est: (Thren. II, 9.) *Demersæ in terram portæ ejus.* Idem de Mose (*dicendum,*) quia ait

אהל מועד קרסיו קרשיו בר
בריחיו ועמודיו ואדניו׃ היכא
אמר רב חסדא אמ׳ אבימי
תחת מחלות של היכל׃

ait Autor decisionis: [2] Condito templo primo, occultatum fuit tentorium conventus, cum suis ansulis, asseribus, vectibus, columnis & fulturis. Quo? Respondet R. Chasda, ex ore Abimi: Sub antris templi.

ANNOTATA.

1. De Davide enim &c.] Hæc lucem accipiunt ex iis quæ R. Salomo commentatur ad illum qui mox adducitur Threnorum locum. מדרש אגדה לפי שחלקו כבוד לארון שנ׳ שאו שערי׳ ראשיכם לפיכך לא שלטה בהם בריה ושבאו בארץ ורבותינו אמרו מעשה ידי דוד היו לפיכך לא שלטו בהם אויבים׃ id est: (De Portis Munimenti Zionis, quod & Davidis Civitas dicitur, & ubi is Regiam suam condiderat) *in Expositionibus Mysticis legimus, illas, quia adventantem Arcam fœderis, honore prosequutæ sunt*, (& sive sese extulerunt, sive ultro patuerunt, obsequium præstantes,) *isti* (Psal. XXIV, 7.) Attollite portæ capita vestra &c. *Ideo* (cum Zedekia capto, Hierosolymæ excinderentur,) *in nullius potestatem redactas, sed a terra absorptas esse. Talmudistæ vero rationem dicunt, eo quod Davidis opus erant, non potuisse illas hostibus cedere.*

Vide Jalkut part. 2. fol. 98. colum. 4. Schabbat fol. 30. a. Sanhedrin fol. 107. b.

2. Condito templo primo] Sic sentiunt Judæi, Tentorium Conventus quod Moses DEI jussu paraverat, minime eo fine excitatum esse, ut perpetuo duraret, sed ut pro tempore, Judæorum sacris serviret, quoad olim templum conderetur, tunc enim sublato ejus usu, intra cavitates quibus Templum superstructum erat, fuisse reconditum. Cæterum, durationem Tentorii Conventus, variasque ejus de loco in locum translationes, paucis verbis ex Talmudistis enarrat Autor Schalsch. Hakkab p. 15. b. כפ׳ בתרא דזבחים ובמסכת תמורה אמר משנכנסו ישראל לארץ העמידו המשכן בגלגל כ״ד שנים ומשם הביאו הארץ לשילה ושם עמד שס״ט שנים והיה בנוי בנין של אבנים למטה ויריעות למעלה כשמת עלי נחרב שילה ובאו לנוב ובנו שם כמו המקדש וכשמת שמואל נחרב נוב ובאו לגבעון ומשם באו לבית עולמים ויצאו בנוב בגבעון נ״ז שנים׃ id est: *In capite postremo Sebachim, & in Temura quoque, docetur, Israëlitas in Palæstinam ingressos, statuisse*

fuisse Sanctuarium in Gilgal per annos XXIV. *Inde translatum fuit in Schilo, ubi annis* CCCLXIX. *substitit, atq; structura quædam lapidea excitata erat, super quam peristromata extendebantur. Mortuo Eli excisa fuit urbs Schilo, ergo in Nob migratum est, ibiq; Sanctuarium conditum. Postquam Samuel e vita excessit, urbe Nob eversa, Gibeon Sanctuario hospitium præbuit, hinc postea in conditorium æternum translatum. Manserat vero in Nob & Gibeon* LVII. *annos.* Conferat eruditus Lector Maimonidem in Hilchot Bet Habbechira c. 1. §. 2.

יח

תנו רבנן סוטה נתנה עיניה
במי שאינו שלה מה שבקשה
לא ניתן לה מה שבידה
נטלו ממנ' וכן מצינו בנחש ה
הקדמוני שנתן עיניו במי אש
שאינו שלו מה שביקש לא
ניתן לו מה שבידו נטלו ממנו
אמר הקב"ה אני אמרתי יהא
מלך על כל בהמה וחיה ו
עכשו ארור יהיה מכל ה
הבהמה ומכל חית השדה אני
אמרתי ילך בקומה זקופה
עכשו על גחונו ילך אני א
אמרתי יהא מאכלו מאכל א
אדם עכשו ועפר יאכל הוא
אמ' אהרוג אדם ואשא את

XIIX.

TRadunt Magistri: Adultera conjecerat oculos in rem alienam; [1] quod expetiverat ei non concedebatur: & [2] quod in manu habebat, eidem fuit ablatum. Quisquis enim conjicit oculos in rem alienam, quod quærit ei non offertur; quod vero in potestate habet, eidem eripitur. Hoc ipsum [3] primævo Serpenti reperimus accidisse, nam is, cum alienæ rei caperetur desiderio; & voti damnatus non est; & quod habuit, perdidit. Dixit enim DEus Benedictus: Jusseram ego: Esto Rex omnium jumentorum, & bestiarum; nunc vero: (Gen. III, 14.) *Maledictus esto præ omni jumento, & præ omni bestia agri.* Dixeram: [4] Incedito statura erecta: At jam: [5] *Super ventrem tuum serpito.* Pronunciaveram: [6] Vescere cibis humanis: Nunc vero: *Pulverem comedito.* (*Tu consilium tecum inieras:*)

חוה לפיכ׳ ואיבה אשית בינך ובין האשה ובין זרעך ובין זרעה: וכן מצינו בקין וקרח ודואג ואחיתופל וגיחזי ואבשלום ואדניה ועזיה והמן שנתנו עיניהם במה שאינו שלהם מה שבקשו לא ניתן להם ומה שהיה בידם נטלו מהם:

veras:) Interimam Adamum, & [7] ducam Evam Uxorem: (*Idcirco*) *Inimicitiam ponam inter te, & mulierem, similiterq; inter semen tuum, & semen hujus.* Rem eandem deprehendimus [8] in Cain, [9] Korach, Bileam, Doëg, Achitophel, Gehasi, Absalom, Adonia, Usia, & Haman, quod respexerint ad ea quæ ad se non pertinebant: Hinc, quod expetiverant, iis concessum non est, quod autem in manibus erat, præreptum fuit.

ANNOTATA.

Tota hæc περικοπὴ paucis mutatis demtisque, habetur etiam in Rabbot fol. 23. col. 2. & plene planeque in Jalkut fol. 9. col. 1. Notare quidem liceret aliquam Lectionum varietatem, sed, quia sensui nihil decedit, ut olim Romanus Prætor, ita & nos, minima non curamus. Num enim quid refert, sive legas שאינו שלהם & שאינו שלהם uti nos ex En Jacob edidimus, an vero שאינו ראוי להם & שאינו ראוי להם ceu in Talmude & Jalkut scribitur? Idem judicium esto de aliis. At וישא את חוה etsi in omnibus τῶν En Jacob editionibus deprehenderamus, quia tamen certo certius corruptum videbatur, ferendum non erat, sicque ואשא את חוה quomodo in reliquis est, prætulimus merito.

1. Quod expetiverat ei non conceditur.] Haud enim licebat, de adulterio suspectæ, quæ se non expurgaverat, etiamsi a viro per divortium separata esset, cum amatore nuptias contrahere, uti infra quoque docebitur. Affine his quodammodo est, quod Jus Canonicum, eam quam quis per adulterium polluit, soluto per mortem priore conjugio, ducere vetat, qua de re extat integer Titulus in 4. Decretalium, ubi tamen interdictum fere tantum ad eos Casus restringitur, si quis mœchus adulteræ fidem de conjugio dedit uxore vivente, vel, si quæ fœmina adultera, mortem uxoris adulteri sui, machinata est. Sed longe aliter Veteres de ea re sensisse, & A. 895. in Triburiensi Concilio citra ullam limitationem Conjugia Adulterorum fuisse prohibita, agnoscit ipse Caranza in Sum-

in Summa Conciliorum pag. 590. Et ſane nec in C. 31. q. 1. can. 1. ulla adhibetur exceptio, ſed ſimpliciter, *Nullus*, dicitur, *ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio*: Quod idem mox can. 3. repetitum deprehendes.

2. Quod in manu habebat &c.] Adultera enim bibens aquas amaras, ſalutis vitæque, non bibens, mariti cum dote, jacturam patiebatur. Referre huc licet, quod Mulier viro exitium parans, & ejus conjugio excidit, & ſimul omni poteſtate, tota vita iterum nubendi: C. 31. q. 1. can. 6.

3. Primævo Serpenti] נחש הקדמוני eſt ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος uti reddidit Johannes in Apoc. cap. XII, 9. & cap. XX, 2. Multa de eo Serpente in Myſticis Hebræorum Libris leguntur, quæ afferre ſuperſedemus. Vide ſis Ir Gibborim fol. 11. col. 2. itemque ילקוט ראובני ac שכחת הלקט in voce נחש cum Autoribus qui in his citantur.

4. Incedito ſtatura erecta] Reperti ſunt nonnulli inter Judæos, quibus creditum, Serpentem ante lapſum Protoplaſtorum Cameli ſpeciem habuiſſe, fuiſſeque inſtructum pedibus quatuor, ac in eo equitaſſe Sammaëlem dæmonem. Maimonides in More part. 2. cap. 30. במדרש זכת שהנחש נרכב ושהוא היה כשעור גמל ושרוכבו הוא אשר השיא את חוה ושהרוכב היה סמאל: Quæ interpretatur Cl. Buxtorfius: *In Medraſch adducunt Sapientes noſtri; Serpentem equitatum fuiſſe; quantitatem ejus inſtar Cameli, & ſeſſorem ejus fuiſſe illum, qui decepit Evam, huncq; ſeſſorem fuiſſe Sammaëlem.* Cæterum, major & ſanior Antiquorum pars contendit, quod hominis quaſi formam præ ſe tulerit Serpens, ac erectus, inceſſerit pedibus binis. Colligitur id ex Gemara noſtra, & Rabbot fol. 23. col. 2. ubi verbis paulo clarioribus Deus inducitur loquens עשיתיך שתהא מהלך קוממיות כאדם ואתה לא בקשת: id eſt: *Creavi te ut gradereris arrectus, hominis adinſtar, ſed noluiſti.* In Chaſidim pag. 115. b. mirus in hanc rem locus eſt, dicitur enim: הנחש היה מהלך על שתים וקצת דמות אדם עליו ותדע שאותן שיודעין להפך אדם לזאב או לחתול ולחמור גלגל העין לא יתהפך וכן הנחש שנשתנה לא נשתנו העינים לכך המפלת כמין נחש אמו טמאה לידה שגלגל עיניו חמין לשל אדם: id eſt: *Serpens* (principio) *incedebat pedibus binis, quadantenus hominem referens: Atq; ſciendum, illos qui pollent facultate, homines in lupos, feles, aut aſinos immutandi, pupillam tamen oculorum commutare haud poſſe. Similiter Serpens, etſi mutatus eſt, oculi tamen ejus mutationem haud paſſi ſunt, proinde ſi quæ fœmina Serpentem pariat, ſtatos dies polluta cenſebitur, ut puerpera reliquæ, eo quod*

quod Serpenti oculi humani insunt. Quo ipso intelligere datur, secus esse, si infausto partu quodcunque aliud ratione carens animal mulier edat, cum enim nullum horum aliquid cum homine commune habeat, ideo talia parientes, nequaquam pollutæ censentur, cum pollutio humanum tantum partum consequatur. Conferendus Maimonides Hilchot Issure Bia cap. 10 qui eadem plane tradidit. Vellem me quis doceret, num quid sani & sobrii sit in his dictis, quæque inter Serpentis, & hominum oculos, intercedat convenientia. Quin & alterum quod apud Aristotelem 2. de Hist. anim. cap. 17. de Serpentum Oculis legitur, an revera ita se habeat, nimis quidem scire discupio. Verba sunt Philosophi: Λέγουσί τινες συμβαίνειν περὶ τοὺς ὄφεις τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ περὶ τοὺς νεοττοὺς τῶν χελιδόνων· ἐὰν γάρ τις ἐκκεντήσῃ τὰ ὄμματα τῶν ὄφεων φασὶ φύεσθαι πάλιν· *Evenire Serpentibus idem, quod pullis hirundinum nonnulli ajunt: oculis enim Serpentum laceratis, subnasci alios referunt.* Sane, si Serpentum oculi effossi renascuntur, haud magnam cum humanis habebunt affinitatem, nobis enim cum semel oculorum lux occidit,

Nox est perpetua una transigenda.

Enim vero, nihil certi scivit Aristoteles, audita tantum referens, proinde spero, solertissimos illos, quos Gallia & Anglia magnorum ingeniorum feraces terræ, alunt Naturæ indagatores, dum omnia rimantur, & intima rerum abdita, nec sumtibus, nec laboribus indefessis parcendo, sedulo explorant, digna Nomina, quæ ob suum in universum Genus humanum meritum, Cœlo inscribantur, etiam in istis aliquando se occupaturos imitando veteris Philosophi circa partum Serpentum curiositatem, de qua in Rabbot fol. 23. col. 1. sequens legitur historia, si modo & ipsa vera est, & in Natura fundamentum habet. פילוסופוס אחד בקש לידע לכמה הנחש מוליד כיון שראה אותם מתעסקין זה עם זה נטלן ונתנן בחבית והיה מספיק להם מזונות עד שילדו כיון שעלו הזקנים לרומי שאלו את רבן גמליאל אל׳ לכמה הנחש מוליד ולא יכול להשיבו ונתכרכמו פניו פגע בו ר׳ יהושע ופניו חלניו׳ אמר לו למה פניך חלניות אמר לו שאלה אחת נשאלתי ולא יכולתי להשיבה אמר לו מה היא אמר לו לכמה נחש מוליד אמר לו לשבע שנים אל׳ מנא לך אמר לו הכלב חיה טמא׳ ומוליד לחמשים יום ובהמה טמאה יולדת לי״ב חדש וכתיב ארור אתה מכל הבהמה ומכל חית השדה וכשם שהבהמה אחרה מן החיה שבעה כך נחש ארור מן הבהמה שבעה כמפני רמשא סלק ואל התחיל מטיח ראשו לכותל אמר כל מה שעמלתי שבע שנים בא זה והשיבה לי בקנה אחד id est: *Philosophus quidam discupiebat scire,*

intra quod tempus (post conceptionem) *Serpens pareret, cum igitur deprehendisset duos, rem invicem habentes, sublatos dollio inclusit, & alimentum iis subministravit quoad pepererunt. Forte venerunt Sapientes Judæorum Romam, quæsitum igitur fuit ex R. Gamaliele, intra quod tempus Serpens pareret? Cum vero respondere non posset, totus pudore suffusus est. Incidit in eum R. Josua, atq; in ipso vultus confusionem notans, quæ ejus pudoris causa esset, percontabatur. Respondet Gamaliel,* (id evenire) *quod interrogatus respondere nequiverit. Ergo jussit Josua Quæstionem edisserere, ibi Gamaliel, intra quod, inquit, tempus Serpens parit? Subjicit Josua, intra septennium. Tum percontari Gamaliel, unde id perspectum haberet? Regerit Josua, Canis est inter animantia* (minuta) *impura, parit vero intra dies* (a conceptione) *quinquaginta. At bestiæ* (majores) *immundæ,* (quarum acerbior est maledictio, diutius ventris onus gestare coguntur, &) *pariunt non nisi duodecimo post conceptionem mense. Scriptum vero* (de Serpente:) Maledictus esto inter omnia animantia & bestias terræ. *Uti igitur in bestiæ majoris immundæ præ minoribus animantibus imprecatione, observatur proportio septupla,* (ut septuplo his postremis diutius, prior illa gravida sit:) *ita Serpentis respectu bestiæ majoris immundæ, proportio erit septupla,* (atque quia jumenta pariunt intra annum unum, ipse non parere potest, nisi post septennium.) *Cum hac ita percepisset* (R. Gamaliel) *abiit & Philosopho satisfecit. Is vero caput* (præ mentis impotentia) *parieti allidens, omne illud, inquit, quod ego universis septem annis, ægre effectum dedi, iste* (ceu vulgo ajunt) *una pertica est emensus.* Vibia varam sequitur, nec omitti debet quod legitur in Bechorot fol. 8. b. est enim cum istis conjunctissimum. אמר ליה קיסר לרבי יהושע בן חנניא נחש לכמה מיעבר ומוליד אמר ליה לשבעה שנין והא סבי דבי אתונה ארבעוה ואוליד לתלת הנהו מעוברין הוו מעיקרא ד׳ שנין והא משמשי שמושי אינהו נמי משמשי כארם והא חכימין אינון אנן חכימין מנייהו id est: *Percontatus est Cæsar Romanus R. Josuam F. Ch. intra quod post conceptionem tempus Serpens pareret? Respondit, intra septennium. Atqui* (ait Imperator,) *Athenensium sapientissimi commisere inter se* (Serpentes,) *exactoq; triennio fœmella peperit.* (Subjicit R. Josua:) *illorum* (Serpentum, quos Philosophi Athenienses inter se commiserunt fœmella, jam fuerat gravida) *per annos quatuor.* (Pergit Imperator: Non accedo tuæ sententiæ.) *Ecce enim isti* (Serpentes Atheniensium) *coiverunt;* (notum vero est omnibus, brutum cum semel prægnans factum est, a coitione porro abhorrere.) *At vero,* (regerit R. Josua, Serpentes) *in coitu fœminas humanas imitantur,* (quæ etiam cum conceperunt litare Veneri solent. Denique Imperator:) *Sunt, inquit,* (Atheniensium Philosophi) *eruditissimi,* (quare si omnino res ita se haberet, non effugisset

giſſet id illorum ſcientiam. Eſto, ſubjecit R. Joſua, illos eruditos eſſe,) *ſed nos* (Judæi) *illis eruditione antiſtamus.*

5. Super ventrem tuum ſerpito] Illi enim ſive quatuor, ſive bini Serpentis pedes, ab ipſomet Deo, aut certe, quod aliis placet, hujus juſſu, ab Angelis fuere amputati. Vide Pirke R. Elieſ. cap. 14. & quæ ibi pag. 165. annotat Vorſtius, item Halichot Ol. pag. 130. Sic quoque Joſephus 1. Antiq. cap. 2. Ποδῶν δὲ (τὸν ὄφιν) ἀποστερήσας (ὁ θεός,) σύρεσθαι κατὰ τῆς γῆς ἰλυσπώμενον ἐποίησε· Idem fere, e Chriſtianis tum Veteribus, tum Recentioribus, quidam non infimi ſubſellii Viri, opinati ſunt. Omiſſis teſtimoniis quæ paſſim obvia ſunt, unicum adducere libet Moſen Bar Cepham, Epiſcopum Syrum, in parte 1. Commentar. de Paradiſo, qui Tom. 1. Bibl. SS. Patrum habentur, ita ſcribentem: *Quæſtio tertia eſt. An pedes habuit Serpens, & ſi habuit pedes, bipesne an vero quadrupes fuerit? Ad hanc quæſtionem reſpondemus quadrupedem fuiſſe, cum ex * beſtiarum genere (Moſe teſte) fuerit: easq; animantes, quas beſtias ſolemus vocare, quadrupedes eſſe videamus. Et vero, Dominus Ephram, dum hæc in Commentariis ſuis explicat, inter alia ait: Itane volebat, ut Adam amitteret gloriam ſuam; Serpens vero ne pedibus quidem mulctaretur? Erat ergo quadrupes Anguis: ſed quia fuit Satanæ organum, & inhæſit ipſi divina execratio: ex beſtia factus eſt reptile animal: & cum ante pedibus graderetur, deinceps prono ventre prorepſit, ſicut & Satan, quia prævaricatus fuerat, ex angelo evaſerat dæmonium: & ut Uxor Loth, quia reſpexit, ex muliere quæ ante erat, transformata eſt in ſtatuam ſalis.* Sed longe quidem rectius, noſtro judicio θαυμάσιος Bochartus tom. 1. Hieroz. pag. 23. ſenſit, cum ait: *Mihi non ſit veriſimile propter peccatum hominis, Deum in natura Serpentis quidquam mutaſſe. Tantum quod erat naturæ, ceſſit in pœnam, ut in homine nuditas, in muliere partus.* Laudat deinde Ariſtotelis ratiocinium, e libro de Inceſſu Anim. cap. 8. quo in Serpente propter enormem corporis longitudinem, τὴν ἀποδίαν neceſſariam eſſe concluſit, quod duo aut quatuor pedes ad illam molem agendam non ſufficiebant, habere vero plures non poterat, quia τῶν ἐναίμων μηδὲν οἷόν τ' εἶναι πλείοσι σημείοις κινεῖσθαι ἢ τέτταρσιν·

* Latina vox eſt ambigua, חיתא ſua lingua, ſine dubio dixit Autor.

5. Veſcere cibis humanis] Si Ariſtoteli libro 8. de Hiſtor. Anim. cap. 4. fides eſt, etiam nunc Serpentes, ex antiquo, quod ſecundum Judæos, iis competebat, aliquid obtinent, ſuntque λιχνότατοι τῶν ζώων, καὶ πρὸς τὸν οἶνον ἀκρατεῖς· *Omnium maxime animalium cupediis dediti, viniq; etiam incontinentes.* Et vero, pridem Theologi noſtri notarunt, illam a Deo de comedendo pulvere Serpenti impoſitam pœnam, non ita accipiendam eſſe, quaſi ſolo pulvere ei deinde veſcendum ſit, ſed quia humi & in latibulis illi reptandum erat, ideo futurum

 dixiſſe

dixiiſſe,ut ſimul cum aliis cibis identidem pulverem ori ſimul ingerat. Eo modo David quoque Pſalm. CII, 10. ſe cinerem ſicut panem ediſſe queritur; quod cineribus obrutus, ſic pane cineribus referto veſcebatur. Paulo aliter jam modo laudatus Moſes Bar Cepha, eadem parte 1. Commentar. de Paradiſo. *Objiciunt quidam,* inquit, *qui poſſit illud conſiſtere, quod ait; Pulverem comedes: quando videmus ſerpentes vermiculis in aqua degentibus paſci, atq; paſſerculos quoq;, columbasq;, & hujus generis alia vorare. Sed etiamſi hæc quoq; devorent, interim absq; pulvere vitam ſuſtentare nequeunt. Et vero licet Adamo dictum ſit: In ſudore faciei tuæ comedes panem tuum: tamen carne veſcitur etiam, & terræ frugibus, fructibusq; aliis*, Talmudiſtæ interim ſtrictiſſime locum interpretantur, & Serpentes tantum pulvere victitare autumant, indeque argumentum capiunt de divina miſericordia, etiam in media ira ejus, ſe prodente. Joma fol. 75. a. בוא וראה שלא כמדת הקב"ה מדת ב"ו ב"ו מקניט את חברו יורד עמו עד לחייו אבל הקב"ה אינו כן קלל את הנחש עלה לגג מזונותיו עמו ירד לקרקע מזונותיו עמו: id eſt: *Veni Vide, quam Dei, hominumq; mores ſint diſpares! Si quis homo, Socio ſuo iraſcatur, non acquieſcit niſi penitus eum perdiderit: At Deus B. longe aliter: Maledixit Serpenti: At, ſi is tectum aſcendat, habet ibi paratum cibum ſuum, ſi ima petat, & ibi in promtu eſt, unde ſe nutriat.* Porro, Judæos per circumciſionem reſectum præputium, inter alias, hanc quoque ob cauſam, in arenam projicere, ut Serpens Antiquus hoc pabulo ſe reficiat, docet Cl. Buxtorfius in Syn. Jud. cap. 2. Sed o utinam præputium tantum Judæorum, non vero & corpus & animam quoque, is devoraret!

7. Ducam Evam uxorem] Attamen, ſecundum R. Elieſeris in Pirke cap. 21. teſtimonium, inter Serpentem & Evam, revera tanta interceſſit familiaritas, ut hæc illius concubitum admitteret, atque ex eo prægnans facta, pareret Cainum. Proh! num quid fingi poterat ineptius, ſtultiusque?

8. In Cain] Ut R. Salomo in Gloſſa Caini exemplum ad rem accommodet, atque hunc rebus alienis inhiando, ſuas amiſiſſe oſtendat, vult ipſe, reſpexiſſe Doctores ad illam litem, quam in Midraſch fratri ſuo moviſſe Cain dicitur, ob alteram ſororem gemellam, quæ cum Abele erat genita, quamque ſibi vindicare volebat, haud æquum credens minori fratri duas quæ cum ipſo natæ erant ſorores, relinquendas eſſe, ſeque primogenitum, una illa, quæ ſecum edita, contentum vivere debere. Sed, aut omnia me fallunt, aut dormitavit magnus cæteroquin Talmudis Interpres cum iſta ſcriberet, & hæc quidem οὐδὲν πρὸς ἔπος. Quid enim, an conſilium ſimul cum re amiſit Cainus, & propria quoque ſorore gemella,

(hoc

(hoc enim comparationis vis inferre flagitabat) fuit privatus, dum alienam persequitur? Minime vero gentium, sed trucidando fratrem, fortasse voti damnatus est, vel adeo, duas etiam Abelis gemellas abduxit, certe propria uxore neutiquam caruit. Quamobrem, etsi non diffiteor, intendisse hoc loco animum Magistros, ad lites quæ inter Cainum & Abelem ortæ erant, causa tamen jurgii quam R. Salomo assignavit, non satis quadrat, sed potius suspicarer comprobasse præsentis Gemarici dicti Autores illorum opinionem, qui existimabant, ideo periisse inter fratres gratiam, quod, ceu est in iisdem Midraschim, diviso inter eos ex æquis partibus Orbe זה אמר בתחומי בה״מ נבנה וזה אמר בתחומי בה״מ נבנה; id est: *Quisq. contendebat in sua parte templum Dei Opt. Max. olim extruendum esse.* Jam vero Cain, qui non verbis tantum, sed & verberibus cædeque egit, omnique modo jus quod fratri obtigerat, eripere, & in se transferre conatus est, non tantum non effecit ut Templum in sua parte ædificaretur, verum ne quidem vel ipse, vel ejus posteritas, in templum fuere admissi, omni ejus stirpe per Diluvium deleta, atque sic

Rabbot f. 26. col. 1. Jolkut f. 11. col. 1.

Amisit merito proprium, qui alienum appetit.

Equidem agnosco, restare etiam hic scrupulum, nam etiamsi ista magis ad scopum colliment, quam quæ Raschi attulit, tamen licet objicere, Abelem quoque idem fatum passum esse, atque quia sine liberis obiit, etiam ipsius spem, quam de templo in sua possessione ædificando, conceperat, simul evanuisse. Nisi cui sufficiat responsio, si dicamus, non eo usque extendendam esse comparationem, nec ultra requiri, quam ut in Caino, id quod ostendendum erat, ostenderetur, hunc non morabimur, quin de alia meliori ratione, Gemaram nostram salvandi, secum ipse dispiciat.

9. Corach, Bileam &c.] Sic accomoda: *Korach* adspiravit ad Sacerdotium, & terra absorptus est: Num. XVI. *Bileam* inhians opibus Balaki, harumque acquirendarum causa Israëlitis imprecans, vitam in Midianitica regione amisit, cum mercedem petitum venisset: Sanhedrin fol. 106. a. *Doëg* invidebat Davidi ob animi corporisque dotes, at periit immatura morte, annos natus haud amplius quam quatuor & triginta: Sanhedrin fol. 106. b. *Achitophel*, ut est in eodem Sanhedrin, Regnum affectabat, omen capiens ex igne, quem ἐκ τοῦ αἰδοίου aliquando prodeuntem viderat, is vero tertio & trigesimo ætatis anno, suis manibus necem sibi intulit, qua de re legitur historia, 2. Sam. XVII. *Gehasi*, cum res Naamanis subducere laborat, lepra corripitur. 2 Reg. V. *Absalom*, Patrem solio deturbare satagens, lanceis transfossus est. 2. Sam. XIIX. *Adonia*, expetebat sibi Abischagam, & eapropter pereundum illi fuit: 1. Reg. II. *Usia*, Sacerdotis munere dum fungi postulat, redditur leprosus:

prosus: 2. Chron. XXVI. *Haman* a Mardochæo adorari postulans, in infelici arbore suspenditur. Nimirum גמלא אולא למיבעי קרני אודני דהוו ליה גזיין סינירה: id est: *Camelus ivit ut peteret cornua, atq; interim aurium jacturam passus est*: id quod in hanc rem Veteres proverbio dixerunt, ceu in Sanhedrin fol. 106. a. memoriæ proditur. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ μὴ μένειν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλὰ τῶν μειζόνων ἐφίεσθαι S. Chrysostomi hom. 1. in cap. 1. Gen. est Epiphonema.

יט

תנו רבנן שמשון בעיניו
מרד שנאמר ויאמר שמשון
אל אביו אותה קח לי כי
היא ישרה בעיני לפי'
נקרו פלשתים את עיניו שנ'
ויאחזוהו פלשתים וינקרו את
עיניו איני והא כתיב ואביו
ואמו לא ידעו כי מה' הוא
כי תואנה הוא מבקש מפלשתים
כי אזל מיהא בתר ישרו עיניו
אזל: תניא ר' אום שמשון
תחלת קלקולו בעזה לפיכך
לקה בעזה תחלה תחלת
קלקולו בעזה דכתי' וירד
שמשון עזתה וירא שם אש'
זונה לפיכ' לקה בעזה דכתי'
ויאחזוהו פלשתי' וינקרו את
עיניו ויורידו אותו עזתה
והכתי' וירד שמשון תמנתה

XIX.

TRadunt Magistri: [1] Simson oculis deliquit; Q.S.E. (Jud. XIV, 3.) *Et dixit Simson patri suo, istam accipe mihi, ea enim recta videtur in oculis meis.* Itaque eruerunt ei Philistæi oculos. Q. S. E. (cap. XIIX, 21.) *Apprehendentes eum Philistæi, effoderunt oculos ejus.* Ain tu (*oculis Simsonem deliquisse?*) Atqui S. E. (cap. XIV, 5.) *Pater autem & [2] mater ejus ignorabant, a Domino id esse, nam occasionem quærebat a Philistæis.* (*Quicquid sit:*) nihilo minus in illo negotio [3] delicias oculorum sectatus est. Traditio: Rabbi ait: Exordium perversitatis Simsonicæ, in Assa fuit: quare primùm Assæ vapulavit. Perversitatis Simsonicæ initium fuisse Assæ, probat locus: (cap. XVI, 1. (*Et descendit Simson Assam, & vidit ibi mulierem meretricem.* Quod vero Assæ primum vapularit, (*inde constat:*) Q. S. E. (vers. 21.) *Et apprehendentes eum Philistæi, effo-*

וירא שם אשה וגו׳ בתמנתה תחלת קלקולו מיהא בעזה הוה: *stai effoderuntq; oculos ejus, deduxeruntq; eum Assam.* Atqui scriptum deprehenditur: (cap. XIV, 1.) *Et descendit Simson Thimnatham, ibidemq; Thimnatha, vidit fœminam.* (*Non hoc obstat;*) [5] principium enim perversitatis, nihilo secius Assæ fuit.

ANNOTATA.

1. Simson oculis deliquit] Cum iis quæ hic loci, & in sequentibus de Simsone traduntur, conferre oportet Rabbot fol. 231. col. 4. & fol. 232. col. 1.

2. Et mater ejus] Sunt quædam fœminæ primariæ, & inter cæteras Mater quoque Simsonis, quarum nomina in Scripturis non exprimuntur, habentur tamen ea in Talmude Bava Batra fol. 91. 2. additurque ratio ideo annotari, quod οἱ ἔξω crebro negotium facessere soleant Judæis, atque de illarum mulierum nominibus percontari. Sic vero tradunt: אמיה דאברהם אמתלאי בת כרנבו אמיה דהמן אמתלאי בת עורבתא וסימניה טמא טמא טהור טהור אמיה דדוד נצבת בת עדאל שמה אמיה דשמשון צללפונית ואחתיה נשיין: id est: (Si quis Infidelis exigat, ut quoniam de Matrum Isaaci & Jacobi nominibus, e sacris literis constat, pariter Abrahami matris nomen edisseras, inquito:) *Mater Abrahami vocata est Emtelai filia τȣ̃ Car Nebo:* (Atque per occasionem, ob similitudinem nominum, notandum,) *Hamanis Matri, nomen fuisse Emtelai filia Orabta;* (ne vero ista confundas,) *memineris, mundum nomen ad mundum, immundum contra ad immundum pertinere.* (Nam כר *Agnus*, mundum animal, optime Abrahamo convenit, עורב Corvus impurus, in Hamanem quadrat. Porro, cum de plerisq; Regibus legatur, qua quisque Matre genitus sit, si solam Davidis Matrem omissam aliquis queratur, dicas:) *Mater Davidis erat Nazbat filia Adal. Amplius, Simson Matrem habuit Zelalponit, cujus soror Naschian.*

3. Delicias oculorum] Omnino, ceu nos legimus, ישרות עיני legendum esse, suadet ratio. ישחתידו quod in Talmud Amstel. irrepsit, non æstimem titivilitio.

4. Et descendit] Retinuimus וירד ceu habent Editiones En Jacob, etsi in sacro Textu est וילך eaque vox in Talmude Amstel. restituta

ſtuta deprehenditur. Oſtendendum enim Judæis, nec ipſorum Magiſtros verba Scripturæ ſemper ſecundum omnes apices allegaſſe, ſed ſenſum ſæpe tantum afferre. Quo pertinet, quod legitur in Halich. Ol. pag. 77. דרך הגמרא לקצר המקראות ואינו מביא אותם כהויתן: id eſt, ut vertit Cl. l' Empereur: *Gemara Scripturas contrahere ſolet, ut eas quemadmodum ſunt, non producat.* Hæc ſi ad animum revocarent Judæi, non cavillarentur Scriptores Novi Fœderis, quod eadem & ipſi, cum e Veteri Teſtamento dicta quædam allegant, pro re nata feciſſe deprehenduntur.

5. Principium enim perverſitatis &c.] Etſi ii amores quos Thimnathæ contraxit Simſon, præceſſere alteros, quibus Aſſæ indulſit, tamen priores a vitio Nuptiarum liberat autoritas. Poſteriores excuſari nulla ratione poſſunt, fuere enim meretricii.

כ

ויהי אחרי כן ויאהב אשה
Jud. c. XVI, 4. בנחל שורק ושמה דלילה
תנא רב אומר אלמלא לא
נקרא שמה דלילה ראויה
היתה שתקר' דלילה דלדלה
כחו דלדלה לבו דלדל' מעשיו:
דלדלה כחו כתיב ויסר כחו
מעליו דלדלה לבו דכתי'
ותרא דלילה כי הגיד לה
את כל לבו דלדלה מעשיו
דאסתלקה שכינ' הימנו דכתי'
והוא לא ידע כי ה' סר מעליו
ותר' דלילה כי הגיד לה את
כל לבו מנא ידע' א"ר חנן
א"ר ניכרי' דברי אמת אביי

XX.

QUapropter fuit poſtea, ut adamaret mulierem, in valle Sorek, cujus nomen Delila. Traditio: Raf dixit: Niſi nomen ei fuiſſet Delila, [a] æquum erat ut Delila vocaretur. Attenuavit enim ejus vires, attenuavit animum, & attenuavit illius opera. Vires attenuavit, Q. S. E. (verſ. 19.) *Et receſſit vis ejus ab eo.* Animum attenuavit, Q. S. E. (verſ. 18.) *Et vidit Delila eum indicaſſe ſibi, totum animum ſuum.* Opera ejus attenuavit: quippe divina gratia, ab eo receſſit. Q. S. E. (verſ. 20.) *Nam ipſe ignorabat Deum deſeruiſſe ſe. Et vidit Delila eum indicaſſe ſibi, totum animum ſuum.* Unde id perſpectum habuit? Scilicet ait Raf, tradente R. Channan: [b] Cognoſcuntur (*facile*) ex ſe-

אמ׳ ידעת באותו צדי׳ דלא
מפיק שש לבטלה כיון דאמר
לה כי נזיר אלהים אני אמר׳
השתא ודאי וקשטא קאמר
ויהי כי הציקה לו בדברי׳
כל הימים ותאלצהו ותקצר
נפשו למות מאי ותאלצהו
אמר ר׳ יצחק דבי ר׳ אמי שמ
בשעת גמר ביאה נשמטת
מתחתיו ׃ ועתה השמרי נא
ואל תשתי יין ושכר ואל תא
תאכלי כל טמא מאי כל טמא
ותו עד השתא דברים טמאים
קאכלה א״ר יצח׳ דבי׳ רבי
אמי דברים האסורי׳ לנזיר
ויבקע אלדי׳ את המכתש
אשר בלחי ויצאו ממנו מים
וישת אמר ר׳ יצחק דבי ר׳ אמי
הוא נתאוה לדבר טמא
לפיכך נתלו חייו בדבר טמא׃

ex se ipsis, ea quæ vera sunt. A-
baidicit: Sciebat tam pium ho-
minem, [3] non prolaturum no-
men divinum frustra. Nam
quia ille dixerat: *Quod Naziræus* vers. 17.
Dei sum. Tum illa: Nunc mani-
festum est, veritatem eum loqui.
Fuit itaq; cum premeret eum ver- vers. 16.
bis suis quotidie, & subdole urge-
ret eum, deniq; imminueretur ani-
mus ejus, ac si moriturus esset. Quid
est illud, *Subdole urgeret?* Dixit
R. Isaac, familiaris R. Amai:
Tempore intensissimi concubi-
tus, subtraxit se ei. *Jam ergo ca-* c. XIII,
ve tibi nunc, & ne bibito vinum 4.
aut potum inebriantem: neq; come-
dito quicquam immundi. Quid
hoc est; *quicquam immundi?* Et
amplius; Num hactenus im̃un-
da comederat? Nempe expo-
nit R. Isaac, familiaris R. A. lo-
cum hunc, de rebus Nazirӕo
prohibitis. *Et fidit Deus alveo-* c. XV,
lum dentis in maxilla, ita ut prodi- 19.
rent ex eo aqua, & bibit. Ait idem
R. Isaac, Familiaris R. A. Ipse desi-
derio rei im̃undæ tenebatur, igitur [4] vita ejus a re im̃unda pependit.

ANNOTATA.

1. Æquum erat ut Delila vocaretur] Judæi Veteres magni fuere Conjectores & Interpretes Nominum quibus quisq; designabatur, & ex iis de vita, fortunis, & moribus capiebant auguria: Aut eorum qui pridem decesserant, nomina, cum ipsorum dictis & factis optime conve-

 nisse,

nisse, ostendere nixi sunt. Habemus ejus rei in Talmude exempla plane infinita, nec parca manu Sota nostra, in iis quæ sequnntur, talia suppeditabit. Hinc adeo e Zijuni Libro Cabbalistico, in ילקוט ראובני voce נשמה hæc adducuntur verba: עיקר החיים והמות תלוי בשם האיש וגם המזל id est: *Et vita pariter & mors hominis fortunaq; in nomine ejus sita sunt.* Fui solicitus in pervestiganda causa, quæ ad hæc credenda Sapientes compulerit; non vero reperi hactenus aliam, quam quod in Berachot fol. 7. b. legitur: מנא לן דשמא גרים אמר ר׳ אלעזר דאמר קרא לכו חזו מפעלות יי׳ אשר שם שמות בארץ אל תקרי שמות אלא שמות: id est: *Unde probabitur a nomine cujusq; multos effectus dependere? Ait R. Eleasar, id Scripturam innuere istis* (Pf. XLVI, 9.) Venite & videte opera Domini, qui ponit שמות in terra. *Ubi non legendum* Schammot, (*quod est Desolationes:*) Sed, Schemot, (*id est, Nomina.*) Autor Schalsch. Hakkab. p. 56. a. non inelegantem nobis narrat historiam, quam ex ore ejus referre non pigebit. Ajunt, inquit, R. Mosche Nachmanidem, habuisse discipulum quendam, cui nomen erat R. Abner, eum dementia cœpit, ut a Judaica religione deficiens, profanam amplecteretur, quæ res ingentem dignitatem, fortunasq; amplissimas homini peperit. Advocato autem aliquando Nachmanide Magistro, cum eo præsente inspectanteq; suis manibus porcum mactasset, & excoctum comedisset, quæsivit a Magistro, quoties hoc facto Excisionis pœnam incurreret? Quater respondebat Magister: Sed ipse quinquies reatum se contraxisse ajebat, atq; argumentis id evincere conabatur. Verum Nachmanides torve hominem aspectans, cum aliquid reverentiæ erga veterem Præceptorem illi adhuc superesset, os ipsum compescere compulit. Mutato igitur sermone, dicit R. Abner, ad Nachmanidem, memini me audivisse quondam ex te, cum prælegeres Hymnum quo Moses vale huic orbi dixit, contineri in ea Ode, nomina omnium quotquot in hoc universo sunt rerum, omniumq; mortalium. Respondit Nachmanides: Agnosco me ita docuisse, idemq; etiam nunc tueor, facito modo periculum ullius rei, & faxo vera me tradidisse deprehendas. Hic vero petere R. Abner, ut suum nomen in Mosis cantico expressum, ostenderet. Secessit paululum Nachmanides, ad Deum preces fusurus, atq; vix hoc agere cœperat, & venit ei in mentem versus 26. illius Cantici: אמרתי אפאיהם אשביתה מאנוש זכרם id est: *Angulatim profligabo illos, faciam ut cesset a mortalibus memoria eorum.* Cujus dicti tertiam quamq; singularum vocum literam accipiendo, vere emergere deprehendit illud nomen ר׳ אבנר quod quærebat, & ad Discipulum id retulit. Perculsus vehementer casu tam insperato R. Abner, rogat Nachmanidem, num quis pœnitentiæ, veniæq; locus adhuc superesset? Qui, audivisti, inquit,

quit, quid ipsa Scriptura tibi comminetur, nec habeo quod addam. Cum vero his dictis missum fecisset Discipulum, conjecit se iste desperabundus propere in navim, remige & gubernatore destitutam, ventoq; ac fluctibus, se quocunq; gentium abducendi potestatem fecit, neq; sane constat, quid post eum diem de illo sit factum. Sive vera, sive conficta ista sunt, placet tamen exemplum. Et vero, cum ante hos complures annos, aliquando ad haud perfunctorie eruditum, Rabbinum quendam Viennensem viserem, vario sermone, inter reliqua ad id quoq; deveni, ut quærerem, num & ipse idem quod Nachmanides fecit, polliceri sustineat, & an rei cujusq; nomen, ex Mosis Cantico exsculpere se posse, præsumeret? Cumq; id serio recepisset, meum ego nomen, hominem quærere jussi, proposito præmio, si promissioni esset satisfacturus. Petiit tridui spatium ad deliberandum, sed eo nondum exacto, accurrit ad me perquam lætus, ac ad versum 12. Cantici Mosis, monet ut respiciam; haberi enim ibi

יהוה בדד ינחנו:

id est:

Deus solus ducet eum:

Ubi postremi vocabuli literas, si inter se permutem, tum habiturum me יוחנן nomen meum proprium. Non poteram refragari opera sua defunctum esse Rabbinum, JOHANNES enim est Hebræorum יוחנן atq; ego quoq; Hebraico nomine יוחנן semper in Epistolis ad eundem missis, uti consueveram; quare præmium quod fui pollicitus, conduplicavi ac libens. Cæterum, nimium triumphans ego, tam faustis, tam bene ominatis verbis, tantoq; cui sacro-sanctum tetragrammaton nomen innexum est auspicio, intra memet pio, ac felicissima quæq; præsagiente animo, Eja, inquam,

Duc me Parens, celsique Dominator Poli,
Quocunq; placuit, nulla parendi mora est;
Assum impiger!

Enim vero: Sane duxit me hactenus Deus meus: Certe Providentiæ ejus singularem curam expertus sum. Quod, uti devota mente gratus agnosco, ita supplex eum precor, ne me segreget a se, ne deserat, sed ut ducat me porro per salebrosas hujus Orbis vias, deducatque tandem ad æterna tabernacula, quo æternum rata sint promissa יהוה בדד ינחנו Ita Faxit! אמן אמן וכן יהי רצון

Possem plura ex Hebræorum Libris, de Nominibus annotare, nisi in his desinere decrevissem, reliqua Commentariis ad Massechet Purim reservans. Sed, dicat quis, pernimium videri, quod Judæi Nominibus tribuunt, nec fieri posse ut ab iis omnia rerum momenta dependeant, cum, quæ ab Etymologia & Conjugatis ducuntur probationibus, nihil imbecillius esse, etiam Logicorum pueri docere queant. Equidem nec ipse Judæis, ad hanc causam defendendam Advocatus venio, non enim ultra illud, nescio cujus antiqui Patris, apud Oecumenium ad c. 9. Actor. dictum, Πολλὰ καὶ οἰκονομικῶς ὀνόματα τίθεται: temere progredi, unquam audebo. Interim non soli modum hic excedunt Judæi, etiam Christiani delinquimus, atque

Iliacos intra Muros, peccatur, & extra.

Caroli de Fabri da Mondolfo I. V. D. in libro quem inscripsit, Scudo di Christo, dedicavitque Odoardo Cardinali Farnesio, cap. 1. verba sunt: *Vero è*, che nomen sit consequens rei, *Li esperti e prattici Criminalisti percio quotidianamente con effetto, cotal detto in prattica pongono. Poiche da vn bello e corrente nome, overo cognome, illatione perfetta, o bonissima conjettura ne deducono, e presuppongono, che dal contrafatto e stravagante, tutto l' opposito giudicano, e sentono; presuntione d' animo perverso cavandone.* Quæ verba, quomodo Juris Civilis Consulto excidere potuerint, mirari satis nequeo, nam in Foro, & adeo, cum de capite hominis agitur, valde referre quo quis nomine censeatur, nescio quo SCto decretum, cujus Prætoris Edicto cautum, a quo Cæsare promulgatum sit: *Nominis, Cognominis, Prænominis, impositionem liberam privatis, mutationem innocentibus periculosam non esse*, Diocletianus & Maximianus Juliano rescripserunt l. un. C. de mutat. nom. manifesto indicio, de Nominibus Reorum haud admodum Magistratus laborare debere; nam quis innocens erit, si ad sinistre de quoquam suspicandum, sufficit ex nomine conjectatio? Ergo, diu animum inducere non potui, ut Carolo de Fabri crederem, ullos Judices tam iniquos esse, ut ex solo nomine, de accusati innocentia, vel culpa, argumentum petant. Sed tandem comperi nihil perperam ipsum docuisse, atque adeo, obtinere hoc etiam coram sacro Inquisitionis Tribunali, Marco Vigerio in Decachordo Christiano fol. 64. a. perhibente testimonium; quod quidem ex Cl. Dilherri nostri, tom. 1. Disput. p. 226. (nec enim meis manibus librum trivi) excerpam. *Fama est celeberrima memoriæ Ægidium Carvagliar Hispanum Cardinalem jura Romanæ Ecclesiæ in Italia resarcientem, & Italiam ipsam malis hominibus expurgantem, cum dyscolum aliquem scelestumve examinaret, de nomine primum solitum quærere: quod si infaustum infameve sentiret, puniri jubere solitum qui fuerat examinandus.*

Ita

Ita dum nescio quem interrogaret: Quod tibi nomen bone vir est? Illo respondente, Spazza Croce; *& ego inquit Cardinalis*, te spazzero la cervice! *sicque eum recte suffocari jussisse. Alterum respondentem, se nominari* Brusca Bosco; *bene erit!* Sed Bosco hora brugera te, *respondit, illumq; ignibus tradidisse cremandum. Tertio, se dicenti* Beccha: Bene bene, bibas, *inquit*, si bene becchasti: *& mox flumine submergi mandasse.* Fidem vestram, o Superi! tam prodige ne homo, hominibus uti potuit, ut ad extremo supplicio miseros afficiendos, nihil ultra requireretur, quam nomen quomodocunque κακόφημον? Dispeream, si memini tantum facinus legisse me, in omni Veteri Historia, sed nec in Nova quidem, præter unum Tamerlanis exemplum; quanquam & effectu res caruit, atque intra solum conatum, vel minas potius, constitisse deprehenditur. Nam apud Achmedem filium Guerapsis lib. 5. de vita Tamerlanis, Bisecus a Damasci Sultano ad illum Tyrannum Legatus missus, his omnino verbis, doctissimo nostro Petro Vattierio Interprete, eventum expeditionis suæ commemorat. *Si tost que je fus devant luy, & que je luy eu presenté la lettre, il la leut, & puis me parla. Dy verité, me dit il: comment t' appelles tu? Je m' appelle Bisec, respondis je. Que signifie, repliqua il, ce miserable mot? Je n' en scay rien, dis je, nostre Maistre. Tu ne scais pas ce que signifie le nom que tu portes, adjousta-il, ny de quelle consequence il est: & comment serois tu capable de bien faire vne Ambassade? Scaches, Bisec, que si ce n' estoit que la coustume des Rois porte de ne point faire de mal aux Ambassadeurs: si ce droit n' avoit esté estably par les Princes du temps passé, & obserué par les Sultans dont je veux suiure les traces, & faire reuiure les bonnes actions, je te traiterois, comme il appartiendroit, & te donnerois, ce que tu merite.*

2. Cognoscuntur facile ex se ipsis &c.] Hoc volunt: Poterat quis dicere, suspicari debuisse Delilam, quia jam ter a Simsone verbis vaferrimis decepta fuerat, eapropter nec illos sermones, cum vim quo pollebat roboris, in eo consistere ajebat, quod caput suum Novaculam nunquam admisisset, quodque Naziræus esset, haud magnam fidem mereri, & imprudenter ipsam, causa nondum explorata, quod omnem Simsonis animum perspectum haberet, Philistæorum Satrapis nunciari jussisse. Nimirum, non dolis amplius, sed serio secum egisse Simsonem, res ipsa loquebatur. Cæsaries enim illi erat prolixa, a vino semper abstinuisse deprehendebatur, proinde facile veritas seipsam prodidit.

3. Non prolaturum &c.] Utinam Christiani tam providi essemus, in non temere & citra reverentiam proferendo nomine Divino, ac Ju-

ac Judæi id faciunt. Nedarim fol. 7. b. השומע הזכרת השם מפי חבירו צריך
לנדותו ואם לא נדהו הוא עצמו יהא בנדוי: id est: *Quisquis audit nomen Dei a quoquam* (temere) *proferri, is tenetur anathema illi dicere: Quod si id non faciat ipse anathematis reatum incurrit.* Liber Chasidim Num. 3.
זכר צדיק לברכה צדיקו של עולם לברכה בכל פעם ופעם שאנו
מזכירים את יי' הנכבד והנורא חייבים אנו לברכו בלשון הקדש
יתברך שמו וחסירי הדעת יבינו משל זה לאדם אשר בנו הלך לדרך
מרחק' או אוהבו כאשר מזכירו הוא אומר בני לשלו' יפקד היום הור'
יהית טוב עליו ומת אדם שמת אומר מנוחתו כבוד הקב"ה שהוא חי
וקיים יתברך שמו של יוצרינו על אחת כמה וכמה שיש לברכו על
Prov. X, 7. הזכרת שמו שהוא חי וקיים ית' שמו הנכבד: id est: (Præcipit Scriptura:) Memoriam justi debere esse in benedictione. *Quod imprimis de eo, qui per essentiam justus est, accipi debet. Quotiescunque igitur Dei Optimi Maximi mentionem facimus, tenemur prædicare Nomen ejus Lingua Sancta,* (ac dicere:) *Sit nomen ejus Benedictum! Rudiores, rei necessitatem assequentur ex hac similitudine. Paterfamilias, cujus filius, aut amicus, peregre profectus est, si quando ejus mentionem facit, addit:*
* Luc. I, 78. Filius meus cui Pax sit! * Visitetur hodie (cœlitus!) Bene sit illi! *De mortuo quoq; loquentes, dicimus:* Quiescat in Gloria! *Quanto magis igitur æquum est, ut Dei vivi, æterniq;, qui benedictus sit, Nomine prolato, laudes addamus? Nam vivit ipse, perennatq;. Et vero: Sit tremendum Nomen ejus benedictum!*

4. Vita ejus a re immunda pependit] A maxilla scilicet Asini, absque qua fuisset, siti pereundum erat Simsoni. Atque omnino aquis, ex asini maxilla manantibus, non e fonte, ceu quibusdam placuit, Simsonem sitim restinxisse, solide probat incomparabilis Bochartus tom. 1. Hieroz. p. 202. seqq. Cæterum corrigendus error est, quo Rabbot fol. 232. col. 1. dum in præsenti negotio נתלו חייו ברם טמא perperam legunt, laborant.

כא XXI.

ותחל רוח ה' לפעמו במחנה דן אמר ר' אחא ברחנינא אותו היום חלה נבואתו של יעקב

ET cœpit Spiritus Domini, agere eum, in castris Dan. (Jud. XIII. vers. ult.) Ait R. Acha F. R. Ch. : Illa ipsa die, cœpit impleri vaticini-

אבינו דכתיב יהי דן נחש עלי
דרך : לפעמו אר״ יצחק דבי
ר׳ אמו מלמד שהיתה רוח
הקדש מקשקש׳ לפניו כזוג
כתי׳ הכא לפעמו וכתיב התם
פעמון זהב ורמון : בין צרעה
ובין אשתאול אר״ אסי צרעה
ואשתאול שני הרים גדולים
היו ועקרן שמשון וטחנן זה
בזה : והוא יחל להושיע את
ישראל מיד פלשתים אמר ר׳
אחא בר׳ חנינא הוחלה
שבועתו של אבימלך שנאמ׳
אם תשקור לי ולניני ולנכדי :
ויגדל הנער ויברכהו ה׳ במה
ברכו אמ׳ רב יהוד׳ אמ׳ רב
שברכו באמתו אמתו כבני
אדם וזרעו כנחל שוטף :

ticinium Jacobi patris noſtri, ſcriptum enim eſt (Gen. XLIX. verſ. 17.) *Erit Dan ſerpens juxta viam. Agere eum.* Hoc verbo, tradente R. Iſaaco familiari R. A. docetur, [2] Spiritum S. [3] ſonitum coram eo edidiſſe tintinnabuli adinſtar. Hîc enim ſcriptum eſt לפעמו: Alibi vero, (Ex. ſcilicet XXVIII, 34.) פעמון (id eſt) [*Tintinabulum*] *aureum, & malogranatum. Inter Zora & Eſchtha-* Jud.
ol. Autor eſt R. Aſſe, Zora, & XIII. v.
Eſchthaol, duos montes præ- ult.
grandes fuiſſe, atque hos radicitus evulſiſſe Simſonem, & mutuo attriviſſe. *Et ipſe incipiet* verſ. 5.
ſervare Iſraëlem e manu Philiſtaeorum. R. Acha F. R. Ch. ait: [4] Exſpiravit jusjurandum Abimelecho præſtitũ, de quo S. E. (Gen. XXI, 23.) *Si mentitus fueris mihi,*
aut filio meo, aut nepoti meo. Ado- verſ. 24.
levitq; puer ille, & proſperavit eum Dominus. Quam rem ejus proſperavit? R. Juda, nomine Raf, dixit, [5] illam partem, qua vir erat, proſperatam fuiſſe, nec enim aliorum virilia excedebat, attamen ſemen erat inſtar torrentis rapidiſſimi.

ANNOTATA.

1. Illa ipſa die] In Talmude Amſtel. omittuntur voces אותו היום quas ſatius erat expreſſiſſe. Num vero *R. Acha*, uti nos ex

En Jacob ſcripſimus, an vero *R. Chaima*, ceu Talmud indicat, iſta dixerit, equidem ineptus eſſem, prodigusque temporis, ſi inquirerem.

2. Spiritum S.] Talmud pro רוח הקדש habet שכינה Quia enim quid inter iſta duo ſit diſcriminis, ignorant Judæi, ideo ſæpe confunduntur.

3. Sonitum coram eo edidiſſe] Puta ut viam illi oſtenderet, qua eundum erat. Elias in Tisbi: נוהגי' לקרא חפעמוני' הגדולים שתולים הנוצרי' בתוך מגדלי בית אלהיהם קשקושים בלא' גלוקן ובלע' קאמפאני: id eſt: *Solent vocare Tintinnabula magna, quæ Chriſtiani, in medio turrium templorum ſuorum ſuſpendunt*, קשקושים *Germanis appellantur* Klocken: *Italis noſtris*, Campane.

4. Exſpiravit jusjurandum &c.] Quippe non amplius tenebantur Judæi, jurato fœdere, quod Abrahamus pepigerat: שהם עברו על השבועה תחלה: id eſt: *Nam Philiſtæi primi, fidem datam fregerant*, ut ait Raſchi; quod probo. Nec enim perſuadent ſuam mentem, ex Noſtratibus ii Scripturæ Explicatores, qui Abrahamum tantum ſui unius, non poſterorum nomine juraſſe, commentati ſunt: textus illis repugnat.

5. Illam partem &c.] Jure merito, hunc locum, inter inſana Judæorum dicta, retulit *Petrus Pichi*, in libello quem vocavit: *Le Stolte dottrine de gli Ebrei c.* 5. ubi ſcribit: *Nel libro de' Giudici dicendoſi, che Dio benediſſe Sanſone; Vanno i Rabbini cercando in che lo benediſſe, ed in che conſiſteua queſta benedittione, o che gratia particolare gli haueaſatta Dio; e riſpondono coſa brutta, ed abomineuole affatto.* Proh! quantum eſt ſcelus, quod nequam homines, limpidos divini verbi fontes, ſpurcitie ſua contaminare, & ex defæcato auro, lutum eruere moliuntur. Scilicet, Τοῖς μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν, καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις·

6. Nec enim aliorum &c.] Videat qui poteſt, & talibus ad Judæos impugnandos uti vult, hujus farinæ alia, in Bava Mezia fol. 84. a. Ab omnibus promiſcue ſimilia legi, neutiquam conſultum duco; & noſtro animo alte inſcriptum eſt, illud in Cetubot fol. 8. b. לעולם על יפתח אדם פיו לשטן: id eſt: *Nunquam aperiat homo os ſuum Sathanæ*: itemq; alterum, quod ibi præcedit: הכל יודעין כלה למה נכנסה לחופה אלא כל המנבל פיו ומוציא דבר נבלה מפיו אפי' נחתם לו גזר דינו של ע' שנה לטובה נהפך עליו לרעה: id eſt: *Nemo non ſcit, ob quam cauſam Sponſa in thalamum deducatur: at qui ore obſcæno turpibus ſermoni-*

monibus indulget. si maxime in Cœlo decretum factum est, universos LXX. annos eum in felicitate degere debere, tamen ut illud decretum in deterius mutetur, efficit.

כב XXII.

וַיִּקְרָא שִׁמְשׁוֹן אֶל ה׳ וַיֹּאמַר ה׳ אֱלֹהִים זָכְרֵנִי נָא וְחַזְּקֵנִי נָא אַךְ הַפַּעַם הַזֶּה וְאִנָּקְמָה נְקַם אַחַת מִשְּׁתֵי עֵינַי מִפְּלִשְׁתִּים אָמַר רַב יְהוּדָה אָמַר רַב אָמַר שִׁמְשׁוֹן לִפְנֵי הקב״ה רִבּוֹנוֹ שֶׁל עוֹלָם זְכוֹר לִי עֶשְׂרִים וּשְׁתַּיִם שָׁנָה שֶׁשָּׁפַטְתִּי אֶת יִשְׂרָאֵל וְלֹא אָמַרְתִּי לְאֶחָד מֵהֶם הַעֲבֵ׳ לִי מַקֵּל מִמָּקוֹם לְמָקוֹם׃

ET invocavit Simson Dominum, dicebatq; : Domine Deus, recordare mei obsecro & confirma me obsecro tantum hac vice, ut sumam de Philistæis ultionem unam, ex ambobus oculis meis. [1] R. Judas nomine Raf perhibet, in hanc sententiam Simsonem coram DEO B. precatum: Dominator Universi, recordare illorum viginti & duorum annorum, quibus Israëlitas judicavi, neque cuiquam illorum dixi, transfer mihi scipionem, [2] de hoc in istum locum. Jud. XVI, 28.

ANNOTATA.

1. R. Judas] אמר רב יהודה non legitur in Talmude.

2. De hoc in istum locum] Post ita in Rabbot fol. 232. col. 2. additur: מהו האלהים ואנקמה נקם אחת משתי עיני מפלשתי׳ א״ר אחא אמר לפניו רבון העולם תן לי שכר עיני אחת בעולם הזה וזכר עיני אחת תהא מתוקנת לי לעתיד לבא׃ id est: *Quis sensus verborum :* O DEUS, ut sumam de Philistæis ultionem unam, ex ambobus oculis meis. *Exponente R. Acha sic precatus est* (Simson:) *O Rector Universi, da mihi præmium unius oculi, in hoc seculo, atq; alterius oculi merces, me maneat in seculo futuro.*

כג XXIII.

Jud. XV, 4. וילך שמשון וילכד שלש מאות שועלים מאי שנא שועלים אמר רבי אייבו בר ניגרי אמ׳ ר׳ חייא בר אבא אמר שמשון יבא שועל שחוזר לאחוריו ויפרע מפלשתים שחזרו משבועתן: תניא אמר ר׳ שמעון החסיד בין כתפיו
c. XVI, 3. של שמשון ששים אמה היה שנ׳ וישכב שמשון עד חצי הלילה ויקם בחצי הלילה ויאחוז בדלתות שער העיר ובשתי המזוזות ויסעם עם הבריח וישם על כתפיו: תנא
v. 21. אין דלתות עזה פחותות מששים אמה: ויהי טוחן בבית האסורים אמר רבי יוחנן אין טחינה אלא לשון עבירה וכן הוא אומר תטחן לאחר אשתי ועליה יכרעון אחרים מלמד שכל אחד ואחד הביא לו אשתו כדי שתתעבר ממנו אמר רב פפא היינו דא

E*Tabiit Simson cepitq; trecentas vulpes.* Cur præcipue Vulpes? Respondet R. Aibo F. N. nomine R. Chajæ F. A. Cogitabat Simson: Prodeat in medium [1] Vulpes, quæ retrocedit, ultura Philistæos, qui a jurejurando desciverunt. Traditio: R. Simeon cognomento Pius, ait: Inter utrumque armum Simsonis LX. ulnarum intervallum fuit. Q. S. E. *Et dormivit Simson usq; ad medium noctis, & inde consurgens medio noctis arripuit fores porta civitatis, una cum postibus suis, & sera, easq; portavit super humeros suos positas.* Atque traditio extat [2] portas Assæ non minores fuisse LX. cubitis. *Erat molens in carcere.* R. Jochanan censet, [3] *Molituram* hoc loco, nil nisi rem veneream indicare: prout in alio parallelo: (Job. XXXI, 10.) *Molat alteri uxor mea, & super eam incurvent se alii.* Quare docetur, quemque adduxisse illi uxorem suam in carcerem, ut ab eo gravidaretur. Ait R. Papa: Hoc est, quod vulgi ore frequentatur: [4] *Vinum bibenti,* (obtingit) *vinum: terram vero fodienti,* (obtingit) [5] *canistrum* [6] *olerum*

דאמרי אינשי קמי דשתי שׂם חמרא חמרא קמי רפוקא זג נריווא דובלא : ואמר רבי יוחנן כל המזנה אשתו מזנה עליו שנאמר אם נפתח לבי על אשה ועל פתח רעי ארבתי תטחן לאחר אשתי ועליה יכרעון אחרים והיינו דאמרי אינשי איהו בי כרי ואיתתיה בי בוציני:

rum. R. Jochanan inquit: Quisquis mœchatur, is quoque habet uxorem mœcham: Q.S.E. *Si pellectus, fuit animus meus ad mulierem, aut ad ostium proximi mei, insidiatus sum: Molat alteri uxor mea & super eam incurvent se alii.* Hinc vulgo dicitur: [7] *Maritus appetit cucurbitas, & uxor pepones.*

ANNOTATA.

1. Vulpes quæ retrocedit &c.] Postquam allegasset præsentem hunc Gemaræ nostræ locum, stupendæ eruditionis Vir, Samuel Bochartus in Hieroz. to. 1. p. 856. subjungit deinde: *Ego Vulpes retrocedere, & in aversum ire, alibi nusquam legi.* Et sane, si hoc volunt Talmudistæ, Vulpem esse animal retrogradum, non id quod verum est prodiderunt, eorumque assertio, non testibus tantum destituitur, sed & adversam habet experientiam. Non male tamen, meo judicio, salvavit hæc verba, R. Salomo in Glossa, inquiens: כשצדין אתו אינו מרחיק לברוח אלא חוזר עקלקלות: id est: *Cum Vulpem venantur, non conjicit se in fugam, sed reversa, per anfractus* (elabendi rimas quæritat.)

2. Portas Assæ non minores fuisse LX cubitis] Quia Simson super humeros Portas posuisse dicitur, inde colligunt Rabbini, haud minores fuisse humeros, ipsismet Portis, nec enim cæteroquin verè super illos positæ, dici poterant.

3. Molituram, hoc loco &c.] Eandem Translationem Græcis, Latinisque Scriptoribus usitatum quoque esse, Scaliger ad Auson. Lambinus ad Hor. 1. Serm. Sat. 2. Dilherrus ὁ μακαρίτης in Electis, & alii, observarunt.

4. Vinum bibenti &c.] Sensus dicti omnino videtur esse, quem expressimus, conveniuntque nobiscum Glossæ tam Talmudis quam Rabbot.

Rabbot. Paulo aliter explicat Buxtorfius in Lex. Talm. p. 2281. vultque innui, *Cui quis assuetus pro vitæ suæ statu, id magis ei allubescere, eoq; sustentandum esse, & similia labra, similes lactucas quærere.* His paria apud eundem in eodem legas libro p. 472. Sed hæc, ceu dixi, nonnihil aliena sunt a proposito, & parœmiæ significatu: Nimirum, ad illud sive Fatum, sive Fortunam respicitur, quæ ita res temperant, ut iis qui delicate enutriti sunt, semper aliquid cupediarum, duriter educatis, non nisi viliores cibi obtingant. Facit huc apprime quod legitur in Cetubot fol. 67. b. ההוא דאתא לקמיה דרבא אמר ליה במה אתה סועד אמר ליה בתרנגולא פטומה ויין ישן אמר ליה ולא חיישת לדוחקא דציבורא אמר ליה אטו מדידהו קאכילנא מדרחמנא קאכילנא דתניא עיני כל אליך ישברו ואתה נותן להם את אכלם בעתו בעתם לא נאמר אלא בעתו מלמד שכל אחד ואחד נותן הקב"ה פרנסתו בעתו אדהכי אתאי אחתיה דרבא דלא חזי' ליה תליסר שני ואתיא ליה הרנגולת פטומה ויין ישן אמר מאי דקמאי אמר ליה נעניתי לך קום אכול: id est: *Venit* (Mendicus) *quidam, ad Rabam,* (cibum petens,) *quærit igitur ex eo Raba, qua re vesci consuevisset?* (ut cibo usitató eum alere posset.) *Respondet mendicus, solere se frui Gallina præpingui, & vino veteri.* (Ibi vero, Raba, & tu, mi homo) *inquit, annon metuis laboraturos aliquando inopia concives,* (nec semper suffecturos, ad subministrandum, cibos tam opiparos?) *Subjicit alter: Atenim, num quæ illorum sunt, ego comedo? Imo vero, quæ benignissimi Numinis sunt, hæc equidem comedo. Quippe sic tradunt Sapientes:* (Ait Scriptura:) Oculi omnium in te sperant, quibus das escam ipsorum, tempore suo. *Non dicitur,* Tempore ipsorum, *sed potius:* Tempore suo: *quo ipso indicatur, Deum cuiq;, tempore debito, cibum suum impertiri. Dum ita colloquuntur, venit Soror Rabæ, quam totis tredecim annis non viderat, attulitq; ei Gallinam pinguissimam, & vetus Falernum.* (Hic vero plenus stuporis Raba) *quid hoc, ait, monstri est?* (tanto tempore Sororem non vidi, & jam ita attemperate Gallinam mihi affert, vinumque: Mirum, ni id Deus, hominis istius mendici caula fecit. Quamobrem ad eum conversus,) *dicit, heus, obsecro, surge, comede.*

Psalm. CXLV. 15.

5. Canistrum]Pro גריווא in Talmude & Rabbot est גרירא nulla, quod ad sensum attinet, differentia.

6. Olerum]Cl. Buxtorfio in Lex. Talm. p. 472. vox דובלא suspecta est, atque, quia in R. Salomonis Glossæ, prout ad hunc locum in Talmude editur, principio, repererat דיבלי ideo eam lectionem tanquam meliorem arripiens, τὸ ד pro litera foris adventante, verboque

יבלי

יבלי serviente accipit. Nobis contra דיבלי vitiosum videtur, הבלא vero, non item. Nam non tantum Codices En Jacob, in ipso illo loco, quem pro se allegat Vir doctus, דובלי legunt, non דיבלי, sed & mox in ipsissima R. Salamonis Glossa, etiam prout in Talmude editur, verbis disertis extat: דובלא מין ירק הוא id est: Verbo דיבלא *genus quoddam oleris significatur*. Idemque legitur in מתנות כהונה ad Rabbot fol. 232. a. Originarium igitur utique est τὸ Dalet, non adventitium.

7. Maritus appetit cucurbitas] Vide hæc explicantem Buxtorfium in Lex. Talm. p. 338. & p. 2117. Quod vero posteriore loco asserit, Parœmiam hanc, legi quoque in Chagiga fol. 1. in eo destituit illum memoria, nihil enim ibi reperio, & fortasse scribere volebat Megilla, fol. 12. a. quo loci idem dictum repetitur. In Aruch majore fol. 143. col. 2. inhonesta, & fœda, præsentis Adagii legitur expositio, quam quia referre, a pudore suo alienum duxit optimus Buxtorfius, neq; nos profecto eadem chartas conspurcabimus. Debebat cogitare Baal Aruch, quod est in Schabbat fol. 33. a. בעון נבלות הפה צרות רבות וגזרות קשות מתחדשות ובחורי שונאי ישראל מתים יתומים ואלמנות צועקין ואינן נענין: id est: *Ob oris impudicitiam, magna calamitates, & fata aspera ingruunt: Studiosi juvenes Hostium Judæorum* (κατ' εὐφημίαν loquendo) *moriuntur, pupilli quoq; viduæq; clamitant, nec est qui eas exaudiat.*

כד. XXIV.

ואמר רבי יוחנן שמשון דן את ישראל כאביהם שבשמים שנאמר דן ידין עמו כאחד ואמר רבי יוחנן שמשון על שמו של הקב״ה נקרא שנא׳ כי שמש ומגן ה׳ אלהים אלא מעתה לא ימחק אלא מעין שמו של הב״ה מה הב״ה מגן על כל העולם כולו אף שמשון הגין בדורו על ישר׳: ואמר

PErgit R. Iochanan. Simson Israëlitas ad exemplum Patris cœlestis judicavit. Q. S. E. (Gen. XLIX, 16.) *Dan judicabit populum suum*, [1] *sicut Unus.* [2] Porro ait R. Jochanan: Simson Dei B. nomine insignitur Q. S. E. (Psal. LXXXIV, 12.) *Schemesch & scutum est Dominus Deus.* (*Si id verum; igitur*) [1] hoc delere, nefas erit. (*Bene mones:*) quare potius (*sic habendum:*) esse quandam analogiam inter Dei B. nomen, & Sim-

רבי יוחנן בלעם חיגר ברגלו אחרת היה שנאמר וילך שפי שמשון חיגר בשתי רגליו היה שנאמר שפיפון עלי אורח:

& Simsonis, (*ac proinde inter naturas quoq; utrorumq;.*) Deus enim B. clypeus est, totius universi; sic [4] Simson sua ætate protexit Israëlitas. Denique ait R. Jochanan: [5] Bileam altero pede claudus fuit. Q. S. E. (Num. XXIII, 3.) *Et ivit* שפי Simson vero [6] utroque pede subclaudicavit. Q. S. E. (Gen. XLIX, 17.) שפיפון *juxta viam.*

ANNOTATA.

1. Sicut unus] Nam אחד est inter Nomina Divina, atque sic fere eam vocem quoque adhibuit Interpres Hebræus Matthæi, quem Joh. Tilius edidit cap. XIX. vers. 17. מה תשאל לי על הטובה אין טוב אלא אחד יש טוב והוא האל; Qui locus, quod velut in transcursu monebo, propemodum facit, ut suspicer, secundum Vulgatam Latinam, non vero Græcum textum versionem hanc Hebraicam esse adornatam. Quippe in Vulgata prorsus uti transtulit Hebræus, legimus: *Quid me interrogas de bono? Unus est bonus, Deus*; Quasi nimirum hoc suo responso, ad verborum Juvenis dicentis: *Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω*, membrum posterius respexisset Servator. At longe aliter est in Græco, &, *τί με λέγεις ἀγαθόν;* certo certius, ad priora pertinet. Nec aliter Syrus accepit dum transtulit: ܡܢܐ ܩܪܐ ܐܢܬ ܠܝ ܛܒܐ

Non temere admittenda Veteris Vulgati interpretatio, ut tanto rectius vindicari possint verba, a corruptelis Arianorum, qui illis segregasse Christum a se, & bonitatem & divinitatem commenti sunt. Nam si Græco, ceu fas est, textu stamus, tantum abest, ut ista a se removerit Servator, ut potius utrumque sibi tribuat, est enim sensus Catholicus: Quid me vocas bonum? Nullus est bonus nisi unus Deus, scilicet perfecte, & a seipso: Quod si igitur vere & perfecte bonum me esse existimas, DEUM fatearis necesse est. Cæterum, miratione dignum est, quod de voce אחד Cl. Buxtorfius Synag. Judaic. cap. 5. prodidit, hanc nimirum Judæos in suis precibus, quas *Kris Schmah* appellitant, sæpe per dimidiam, sæpe per integram horam, cantando producere. Causam, cur id faciant, facile indagare est, nobis enim credunt se hæc occentare, quasi qui de DEI Unitate male opinemur, cum tamen

tamen longe firmioribus, longeque melioribus argumentis illam propugnemus, quam ipsimet id faciunt. Interim essentiæ Unitas, saltem in Divinis, nihil impedit, quo minus tres Personas eadem complectatur, & ut, ceu S. Athanasius in Symbolo loquitur, Θεὸν ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι, colere nobis liceat. Hanc Catholicam veritatem, & urgentibus argumentis, &, ad captum hominum sese accommodando, aliis verisimilibus, pridem comprobavit Ecclesia. Hic vero non possumus non meminisse rationis alicujus Cabbalisticæ, in quam nuper, Aponii, Scriptoris Antiqui Commentarium Cantici Canticorum, in Tomum. I. Bibl. SS. Patrum relatum, legentes, incidimus. In ipsa enim א litera, אחד sive unitatis cæteroquin indice, Trinitatis mysterium huic latere visum est, & minimum meretur ut eum audiamus. Sic vero annotat ad verba:

Mille clypei dependent in ea, omnis armatura fortium : *Mille*, inquit, *plenarius numerus est, qui ab uno & primo elemento literæ surgit secundum Hebræam, & Syram, & Græcam linguam, & consummatur in uno; ad quem dum millia millium numerum hauris, reverteris; cui addere nihil potes. His si detraxeris, numeri plenitudinem dissipasti; quem si in partes quas secaveris, imparem facis, si tripertieris; id est non erit parilis concordia numeri, secundum Arithmeticam vel Geometricam Disciplinam, qui millenarium solidum indivisibilemq; esse pronunciant. Quem Ecclesiastica in plerisq; non renuit regula, eo quod multa mysteria comprehendantur ab Spiritu Sancto per numeri rationem in Scripturis Divinis. Qui millenarius numerus in Hebræa, Syra & Græca lingua, per primum elementum literæ, (ut dictum est) sicut unum per solam literarum primam sine apice ductam, ita & millenarius numerus tracto apice demonstratur; ut intelligatur, sicut in uno & in primo numero per primum elementum ostenso, unius & primi (ante quod nihil) Dei Patris omnipotentiam demonstrari. In quo elemento numeri ducto apice indivisibilis & æterna, per millenarium numerum Trinitas declaratur.* Cant. IV. 4.

Quæ quidem, quoniam obscurius dicta sunt, quam ut ab iis qui arcana numerorum non satis tenent, intelligi possint, *Udalrici Regii* in hæc verba Censurã adjicere oportet, quo lucem accipiant; ea hæc est: *Millenarium, imparem facis si tripertieris :* Millenarius enim per tria æqualiter dividi non potest. Atque ita per Ternarium, abstruse nobis significatur sacratissima & indivisibilis Trias : per unitatem vero in divisione relictam, exhibetur nobis monas, & unitas Triadis. *Millenarium numerum, solidum indivisibilemq; esse pronunciant.* Millenarius dicitur numerus solidus, quod sit Cubus denarii, nam decies decem decies, faciunt mille : Vide Hieronymum super Amos, cap. V. *Sicut Unum per solam literarum primam sine apice ductam; sic & millenarius tracto apice demonstratur.* Sensus is

1000(333 $\frac{1}{3}$
3

ſus is eſt : א prima Hebræorum litera, in numeris ſine puncto ſupra poſito ſignat unum, ſive unitatem ; cum punctulo vero ſic א̃ repræſentat mille : & ſic unitas Trinitatis, iterum exhibetur occulte per unitatem literæ & numeri (millenarii ſcilicet) in tria non diviſibilis. Hactenus Udalricus Regius.

2. Porro ait] Voce ואמר ceu ſupra pag. 85. quoque fecimus indicium, aliàs Objectio, plurimùm continuatio ſermonis notatur in Talmude, atque ſic huic loco, ubi R. Jochanan orationem perſequitur, optime convenit. Proinde hæc etiam reſtituenda in Talmude, ubi nude tantum אמר legitur.

3. Id delere nefas eſt] Prædicavi paulo ante circumſpectionem Judæorum, quam in enunciando Divino Nomine adhibent. Non contemnenda penitus, & illa eſt, qua in eodem ſcribendo utuntur : Nec enim profecto ideo culpari poſſunt, quod quantum in ſe eſt cavent, ne, ceu ore prolatum, ita nec literarum elementis expreſſum Dei nomen, ignominia aliqua, temere afficiatur. Notabile eſt, quod in Roſch Haſchana fol. 18. b. legitur : גזרה מלכות יון גזרה שלא להזכיר שם שמים על פיהם וכשגברה מלכות חשמונאי ונצחום התקינו שיהו מזכירין שם שמים אפילו בשטרות וכך היו כותבים בשנת כך וכך ליוחנן כהן גדול לאל עליון וכששמעו חכמים בדבר אמרו למחר זה פורע את חובו ונמצא שטר מוטל באשפה וביטלו ואותו היום עשאוהו יום טוב: id eſt : *Aliquando Græci, Judæis imperitantes, perſecutionem adverſus eos inſtituendo, præceperunt, ne quis Dei Nomen ore ſuo proferret. Cum vero familia Chasmonæorum proſpere res gereret, & Græcos viciſſet, juſſere ipſi, ut nomen Dei etiam in Contractuum Inſtrumentis exprimeretur : Sic igitur ordiebantur :* ANNO &c. PONTIFICATUS JOCHANANIS QUI EST PONTIFEX DEI SUPREMI. *Hæc ubi Sapientes audivere, dixerunt : Cras debitor ſolvet creditum, atq; ſic projicientur literæ contractus in fimetum. Ergo, ea conſuetudo ſublata eſt, illumq; diem fecere feſtum,* (in rei memoriam.) Cæterum, an Dei nomen in Chriſtianorum libris expreſſum, eodem honore proſequendum ſit, ac illud quod in ſuis libris exaratum, video non convenire inter Talmudiſtas, eſtque in hanc rem locus in Schabbat fol. 116. a. הגליונין וספרי מינין אין מצילין אותם מפני הדליק' ר' יוסי אומר בחול קודר את האזכרות שבהן וגונזן והשאר שורפן אמר ר' טרפון אקפח את בני שאם יבאו לידי שאני אשרוף אותן ואת האזכרו' שבהן שאפי' אדם רודף אחריו להורגו ונחש רץ להכישו נכנס לבית ע"ז ואין נכנס לבתיהן של אלו שהללו מכירין וכופרין והללו אין מכירין וכופרין: id eſt : *Margines librorum* (noſtrorum,) *libriq; τῶν ἔξω, non liberantur ab igne*

igne, (si forte die Sabbatho flammam conceperint.) *R. Jose ait, diebus profestis, e libris* (Christianorum) *eruenda esse divina nomina, & recondenda, quod autem superest, igne absumendum esse. At R. Tarphon dixit: Sim ego liberis meis superstes, si non sicubi in manus meas incident, libros cremavero, cum ipsis qui in eis sunt divinis Nominibus. Nam si quis a Sicario petatur, aut si in quem serpens, ad eum lædendum irruat, potius in Delubrum Gentilium, quam in talium ædes se recipere debet, quod* (Christiani) *scientes iis quæ vera sunt, obluctantur, Pagani, inscientes, id faciunt.*

4. Simson sua ætate protexit Israëlitas] Merito dictum, *Sua ætate*; & sic quoque παραφράζει, Uzielides, Gen. XLIX, 18. verba לישועתך קויתי יי׳ ait enim: אמר יעקב כד חמא ית גדעון בר יואש וית שמשון בר מנוח דקיימין לפרוקין לא לפורקניה דגדעון אנא מיסכי ולא לפורקניה דשמשון אנא מודיק דפורקנהון פורקן דשעתא אלהן דפורקנך סכירת ואודקי׳ יי׳ דפורקנך פורקן עלמין׃ id est: *Dixit Jacob, cum videret* (animo prophetico) *Gideonem filium Joas, & Simsonem filium Manoach, adfuturos ad liberandum* (populum Judaicum:) *Haudquaquam ego ad liberationem Gideonis respicio, neque etiam ad redemtionem Simsonis attendo, nam illorum liberationes horariæ sunt. Enimvero ad tuam redemtionem respicio, & attendo Domine; tua enim liberatio æterna est.* In Pentateucho qui cum tribus Targumim Hanoviæ excusus extat, monetur, in aliquibus exemplaribus, pro postremis verbis legi: אלא לפורקניה דמשיח בן דוד דהוא עתיד לפרוקיה ית בני ישראל ולאפקותהון מגלות׳ ולפורקנך שגיארת נפשי׃ id est: *Sed liberationem Messiæ filii David, qui liberabit filios Israëlis, eosque educet e captivitate, tuamque liberationem anxie exspectat anima mea.* Bonum Factum! Quia Joasi & Simsonis liberationibus, tanquam horariis, & spernendis, altera Messiæ opponitur, hanc igitur aliam longe, quam e se virtute corporali eductionem, & redemptionem æternam esse, liquido inferimus. Adde hic Targum Jeruschalmi, quod cum Jonathane plane convenit. Omnino credo has Chaldæorum explicationes innotuisse S. Hieronymo, hunc enim in modum ipse in quæstionibus in Genesin, Jacobum, de Simsone loquentem, introducit: *Videns tam fortem Nazaræum tuum, quod & ipse propter meretricem mortuus est, & moriens nostros occidit inimicos, putavi o Deus, ipsum esse Christum filium tuum. Verum quia mortuus est, & non resurrexit, & rursum captivus ductus est Israël, alius mihi Salvator mundi, & mei generis præstolandus est, ut veniat cui repositum est, & ipse erit exspectatio gentium.*

 5. Bile-

5. Bileam altero pede &c.] Hæc perabſurda eſſe, non injuria pronunciavit eruditiſſimus Bochartus to. 2. Hieroz. p. 419. repetuntur tamen eadem in Sanhedrin fol. 205. a.

6. Utroque pede ſubclaudicavit] Etſi neceſſe non eſt poſt רגליו addere היה atque ſine hac voce, ſenſus ſibi conſtat, attamen, quia præceſſit ſimilis locutio, & in Talmude inſuper היה etiam hoc loco exprimitur, videtur eſſe inſerendum.

כה

תנו רבנן חמשה נבראו
מעין דוגמא של מעל' וכלן
לקו בהן שמשון בכחו שאול
בצוארו אבשלום בשערו צד
צדקיהו בעיניו אסא ברגליו:
שמעון בכחו דכתיב ויסר כ
כחו מעליו: שאול בצוארו דכ
דכתיב ויקח שאול את החרב
ויפול עליה: אבשלום בשערו
דכתיב ויחזק ראשו באלה:
צדקיהו בעיניו דכתיב ואת
עיני צדקיהו עור: אסא בר
ברגליו דכתיב ויהי לעת זק
זקנתו חלה את רגליו ואמר
רב יהודה אמר רב שאחזו
פודגרא אמר ליה מר זוטרא
בריה דרב נחמן לרב נחמן
היכי דמי פודגרא אמר ליה

XXV.

TRadunt Magiſtri: Quinque creati ſunt, [1] cum ſpecie quadam, paradigmatis divinitatis, atq; omnes hi in illis ipſis prærogativis, damnum paſſi ſunt. Nimirum Simſon in robore, Saul in collo, Abſalom in coma, Zedekias in oculis, Aſa in pedibus. Simſon in robore Q. S. E. (Jud. XVI, 19.) *Et receſſit vis ejus ab eo.* [2] Saul in collo Q. S. E. (1. Sam. XXXI, 4.) *Et arripuit Saul gladium ſuum, irruitq; in eum.* Abſalom in coma Q. S. E. (2. Sam. XVIII, 9.) [3] *Et adhæſit caput ejus quercui.* [4] Zedekias in oculis. Q. S. E. (Reg. XXV, 7.) *Oculos Zedekiæ excæcavit.* Aſa in pedibus Q. S. E. (1. Reg. XV, 23.) *Cæterum tempore ſenectutis ſuæ, ægrotavit ex pedibus ſuis.* Atque ait R. Juda nomine Raf, correptum fuiſſe [5] Podagra. Quærente autem Mar Sutra F. R. N. R. Nachmanem cui comparari poſſit (*dolor*) Poda-

במחט בבשר חי מנא ידע
איכא דאמרי מיחש הוה חייש
ביה ואיכא דאמרי מרביה
שמיע לי' ואיכ' דאמרי סוד ה'
ליריאיו ובריתו להודיעם :
דרש רבא מפני מה נענש
המלך אסא מפני שעשה
אנגרי' בתלמידי חכמים
שנאמר והמלך אסא
השמיע את כל יהודה אין נקי
מאי אין נקי אמר רב יהודה
אפילו חתן מחדרו וכלה
מחופתה:

Podagræ? Respondit: (*Dolori quem ciet, infixa*) [6] acus, carni vivæ. Unde id noverat? Sunt qui dicant ipsum vehementer eo morbo laborasse. [7] Alii volunt illum, id a Præceptore audivisse. Rursus alii (*huc accomodant dictum*,) (Ps. XXV, 14.) [8] *Arcanum Domini adest reverentibus ipsum, & fœdus ejus, ut* [9] *scire faciat eos.* Optime Raba: Quam ob causam punitus est Rex Asa: Quia [10] angariæ subjecit Discipulos Sapientum. Quippe S. E. (1. Reg. XV, 22.) *Tunc Rex Asa promulgavit in omni Juda, nemo erat immunis.* Quid hoc, [11] *Nemo erat immunis?* Scilicet, perhibente R. Juda, nomine Raf, etiam Sponsus e cubiculo, & Sponsa quæ sub uranisco, (*fuere abducti.*)

ANNOTATA.

1. Cum specie quadam &c.] Id est: Isti reliquos Mortales communemque hominum sortem anteibant, ita ut divini quid præ se ferrent. Legitur eadem Phrasis in Pesachim fol. 54. a. נתן הקב"ה בינה באדם הראשון מעין חגמא של מעלה: id est: *Concessit Deus Adamo Protoplasto Sapientiam, æternæ suæ Sapientiæ, quandam imaginem habentem.* Enim vero, qui hoc loco dicuntur effICti, ad imaginem ipsius Divinitatis, ii fere in Pirke R. Elieser p. 149. non nisi ad Adami similitudinem creati dicuntur, sic enim habet Versio Vorstiana: *Sex similes facti sunt primo homini, & omnes isti interfecti sunt. Qui sunt Simson robore suo, & interemtus est ob robur suum. Saul Statura sua, & trucidatus fuit per Staturam suam. Asahel cursu suo, atq; interfectus est propter cursum suum. Osias naribus suis, atq; occisus est per nares suos, Zedekias oculis suis, atq; hinc cæci-*

tas oculorum ejus. Abſalon capillis ſuis, & interſectus eſt per capillos ſuos. Vellem conſulere liceret ipſa verba Hebraica, occurrunt enim in iſtis quædam, de quibus vehementer ambigo num fideliter expreſſa ſint. Quin & in notis deinde ſuis, idem Interpres Vorſtius p. 253. locum noſtrum e Sota adducens, incommode eum vertit, inquiens: *Quinq; tanquam Exemplaria creati ſunt, atq; iis percuſſi ſunt. Simſon robore ſuo &c.* Horum enim verborum ſenſum, Oedipus ſit oportet, ſi quis vult conjicere. Cæterum, illud, inter Pirke, & Gemaram noſtram, quod innuimus litigium, leve eſt, & nullo negotio redigi poſſunt ad concordiam. Quia enim Adamus toto corpore Dei imaginem referebat, ideo qui huic aliqua ſui parte comparari poterant, hactenus Divinitatis quoque ſimulacrum quoddam habuiſſe, dici poſſunt. Bava Batra fol. 58. a. אמר ר׳ בנאה נסתכלתי בשני עקביו של אדם הראשון ודומי׳ לשני גלגלי חמה הכל בפני שרה כקוף בפני אדם שרה בפני חוה כקוף בפני אדם חוה בפני אדם כקוף בפני אדם אדם בפנין שכינה כקוף בפני אדם שופריה דרב כהנא מעין שופריה דרב ודרב מעין דר׳ אבהו ודרבי אבהו מעין דיעקב אבינו מעין דאדם הראשון דאדם הראשון מעין דשכינה; id eſt: *Dixit R. Banah, vidi duo Calcanea, Adami primi Parentis, videbanturq; mihi eſſe, duo orbes Solares. Omnes mulieres reſpectu* (formoſiſſimæ) *Saræ, idem ſunt, quod Simius reſpectu hominis. Sed Sara cum Eva non magis comparari poteſt, quam Simius cum Homine. Pariter dicendum, ſi quis inter Evam & Adamum comparationem inſtituere vellet, illam Simium eſſe, hunc Hominem. Cum Deo vero, ſi Adamum componas, rurſus componis Simium cum Homine. Venuſtas R. Cahanæ, eſt Icon venuſtatis τȣ̃ Raf. Venuſtas τȣ̃ Raf, eſt icon ejus, qua pollebat R. Abhu.* Τȣ̃ *R. Abhu venuſtas, eſt icon venuſtatis Jacobi Patriarchæ. Hujus venuſtas, eſt icon venuſtatis Adami Protoplaſti. Adami venuſtas, eſt icon venuſtatis Divinæ.* De reliquo, nihil utique eſt in præſenti Gemaræ noſtræ Pericope, quod tolerare religio prohibeat, nec æquum facit Melchior Palontrotti, quando in libello, *Raccolta di molti errori e Chimere ſognati da Talmudiſti* &c. p. 9. ex illa infert, hanc hæreſin fovere Judæos, ut credant, in Deum cadere Invidiam, Vitium peſſimum, & quo Siculi Tyranni majus tormentum non invenerunt. Sic loquitur: *Nel Trattato Sotah c. p. Dio creó cinque huomini in alcuna coſa ſimili a ſe. Sanſone nella fortezza, Saule nella belezza del collo. Abſalone ne i capelli, Sedecia ne gli occhi. Aſah ne i piedi, & in quelle coſe, che furono ſimili a Dio hebbero il caſtigo. Dunq; fanno Dio invidioſo, come Aſah fù zoppo, Abſalone reſtò appiccato per i capelli, a Sedechia furono cauati gli occhi &c.* Ipſe viderit, qua illatione ſic concludat; nobis certum eſt,

contra-

contrarium & sensisse Judæos, & dicere: Quippe, Dei erga homines summam indulgentiam prædicant, sed horum ingratitudinem, & divinis donis abutentem Superbiam, severam ultionem tandem provocare, asserunt. Profecto multa Judæis sæpe affinguntur, de quibus nemo eorum, ne somniavit quidem!

2. Saul in collo] Nam ab humero, sursum versus, eminentior erat toto Populo 1. Sam. IX, 2. suum autem deinde jugulum confodit.

3. Q. S. E. Et adhæsit Caput ejus Quercui] Pro his Talmud habet כרבענן למימר קמן ad superiora, Lectorem remittens.

4. Zedekias in Oculis &c. Asa in Pedibus] Fatetur R. Salomo non constare sibi quæ horum Regum fuerint Oculorum, Pedumque præ aliis prærogativæ, cum in Scriptura, & adeo Talmude quoq; altum de his sit silentium. Quis vero in talibus scire præsumeret, quæ ipse ignoravit?

5. Podagra] Arthritidem alio nomine Rabbini vocant נקרים unde cum Talmud Jeruschalmi in En Israël fol. 47. col. 2. de Salomone preces fundente tradit: כעין הדין נקרים היה עומר id est: (Scriptura 1. Reg. VIII. 54. docet, quod Salomon,) *quasi* נקרים *correptus, steterit*: Annotat R. Salomo: שמעתי כי בלשון ערב קורין כן להולי הנקרא פודגרא ומי שיש לו החולי ההוא אינו יכול לפשוט ידיו כ״כ וזה יורה גודל ענותנותו לפניו ית׳ ; id est: *Audivi in lingua Arabica* נקרים *vocari morbum, qui cæteroquin Podagra appellatur, atq; qui eo laborant, non possunt manus suas omnimode extendere: istud igitur* (Salomonis) *coram Deo demissionem indicat.* Hæc ideo observanda, quia vocem נקרים in Buxtorfii Lexico Talm. frustra quæsiveris.

6. Acus carni vivæ] Sic dicunt in Berachot fol. 18. b. Schabbat fol. 13. b. & iterum ib. fol. 152. a. קשה רמה בבשר המת כמחט בבשר החי׳ id est: *Æq; a verme dolet cadaver, ac ab acu, caro viva.*

7. Alii volunt illum id a Præceptore &c.] Habes eandem respondendi rationem, supra in Gemara nostra fol. 4. b.

8. Arcanum Domini adest &c.] Præditi enim sunt Sapientes, omnium rerum notitia, etiam earum, quas in semet non fuere experti, ac ne quid ulla ratione iis desit, dolos ac fraudes quoque nequam hominum ad amussim tenent: Bava Batra fol. 89. b. אין עושין ארת

חמחק

המחק צדו אחד עבה וצדו אחד קצר ולא ימחק בבת אחת שהמוחק בבת אחת רע למוכר ויפה ללוקח ולא ימחוק מעט מעט מפני שרע ללוקח ויפה למוכר ועל כלן אמר רבן יוחנן בן זכאי אוי לי אם אומר אוי לי אם לא אומר אוי לי אם אומר שמא ילמדו ממני הרמאין ואוי לי אם לא אומר שמא יאמרו הרמאין אין תלמידי חכמים בקיאין במעשה ידינו: id est: *Non ita parari debet Hostorium, ut ab uno latere crassum, ab altero tenue sit*, (ne scilicet quis venditurus, dolo malo utatur parte tenuiore, quæ mensuras aridorum exacte adæquat, emturus vero, partem crassiorem adhibeat, quæ minus accurate facit æquationem.) *Neq; raptim facienda æquatio, nam si id fiat, venditorem damnum, lucellum emtorem manet. Sed nec lente mensuræ æquandæ sunt, hoc enim noceret emtori, venditori prodesset. Atq; de his omnibus dixit R. Jochanan* F.S. *Væ mihi, si ista dico: Væ mihi si de iis sileo. Væ mihi dicenti! Fieri enim potest ut homines nequam*, (nondum his fallendi artibus instructi) *talia a me discant. Væ silenti! Nam cæteroquin dicent impostores! Discipuli Sapientum ignari sunt astutiarum nostrarum.* Adde, quæ ibi plura sequuntur.

9. Ut scire faciat eos] Quæ hactenus occasione Asæ dicta sunt, eadem reperies quoque in Sanhedrin fol. 48. b,

10. Angariæ subjecit] Iis, quæ Viris literatissimis, Buxtorfio in Lex. Talm. p. 13. b. Lightfooto Horar. Hebr. in Evang. Matth. p. 106. & Dilherro tom. 1. Disp. p. 137. de Angaria observata sunt, symbolam addimus locum in Bava Kama fol. 38. b, אמר ר׳ חייא בר אבא אמר ר׳ יוחנן אין הקב״ה מקפח שכר כל בריה אפי׳ שכר שיחה נאה דאלו בכירה דקאמרה מואב אמר ליה הקב״ה אל תצר את מואב ואל תתגר בם מלחמה מלחמה הוא דלא הא אנגריא עבד בהו צעירה דקאמרה בן עמי אמר ליה הקב״ה למשה וקרבת מול בני עמון אל תצורם ואל תתגר בם כלל דאפילו אנגריי׳ לא תעביד בהו: id est: *Referente R. Chaja F.A. dixit R. Jochanan: Nequaquam Deus privat ullum hominem promerito præmio; etiam in sermone circumspectioni, sua reposita merces est. Nam primogenita* (Lothi, quia filium inconsideratius, & velut incestus memoriam consecratura,) *vocavit Moab*, (quasi a Patre conceptam prolem dicas, ideo de hujus posteris,) *præcepit Deus B.* (Deut. II., 9.) Ne hostiliter agito cum Moabitis, neque misceto cum eis bellum. *Bello peti prohibentur*, (ad alimenta vero præstanda) *illos angariare permittitur. At minor natu*, (quia magis pudice filium) *vocavit Ben-Ammi* (tantum Gentis, non Patris mentionem faciens, ideo de ejus prosapia) *cavit edicto Deus B.* (ib. v. 19.) Et appropinquaturus e regione-Am-

ne Ammonitarum, ne hostiliter agito adversus eos, neque lacessito eos. (Quasi dicat,) *nulla prorsus* (molestia eos afficito) *& adeo ab angaria quoq. tibi temperato.* Exemplum recens Angariæ, quam Judæi passi sunt, præbet libellus מלחמה בשלום quo obsidio Pragensis, quam Königsmarckius, Dux Legionum Suecicarum, susceperat, describitur: היהודי' אשר בעיר הוכרחו לעשות סוללה אחת על הר הלבן אשר לפני העיר פראג והיתה נקראת על שמם סוללה של היהודים יודן שאנץ בלא: id est: *Judæi qui in Civitate* (Pragensi) *degebant, coacti sunt condere Aggerem super Monte Albo, qui est e regione urbis, isq. agger nomine ipsorum dictus est agger Judæorum, Germanice, die Judenschanz.*

II. Nemo erat immunis] Ergo tale Asæ fuit edictum, quale quid Theodosius & Valentinianus Augusti, Tauro, Præfecto Prætorio rescripsisse deprehenduntur in l. 11. C. de S. S. Eccles. *Neminem ab Angariis vel quolibet munere excusari præcipimus.*

כו XXVI.

כתיב וירד שמשון תמנתה וכתי הנה חמיך עולה תמנתה אמר רבי אלעזר שמשון שנ שנתגנ בה כתיב בה ירידה יהודה שנתעלה בה כתיב בה עלייה: רבי שמואל בר נחמני אמר תרתי תמנת הוו חדא בירידה וחדא בעליית רב פפא אמר חדא תמנת הואי דאתי מהאי ניסא ירידה דאתי מהאי ניסא עלידה כגון וורדיני וגיבארי ושוקא דנרש: ותשב בפתח עינים

LEgimus: (Jud. XIV, 1.) *Et descendit Simson Thimnatham.* At alibi (Gen. XXXVIII, 13.) dicitur: *Ecce Socer tuus ascendit Thimnatham.* Ait R. Eliezer: Quia ibi [1] Simson contumelia affectus est, ideo de eo usurpatur, vox Descensus. (*Contra*) quia [2] Judas ibi honorem consequutus, ideo de isto adhibita vox Ascensus. R. Samuel Nachmanides censet, [3] geminum Thimnath fuisse, alterum in loco depresso, alterum in excelso. R. Papa vero contendit unicum tantum Thimnath fuisse; sed ab hoc latere venientes, descendisse; ab isto adventantes, ascen-

 disse

אמר רבי אלכסנדראי מלמד
v.41. שהלכה וישבה לה בפתחו
של אברהם אבינו מקום ש
שכל עינים מצפות לראותה
רבי יוחנן אמר ממקום ששמו
עינים וכן הוא אומר תפוח
והעינ׳ ר׳ שמואל בר נחמני
אם שנתנה עינים לדבריה
כשתבעה אמר לה שמא גויה
את אמרה ליה גיורת אני
שמא אשת איש את אמרה
ליה פנויה אני שמא קיבל ביך
אביך קידושין יתומה אני ש
שמא טמאה את טהורה אני:

disse. Talem situm habent[4] Vardina, Bibari, & Forum Nerascheuse. *Et consedit in porta oculorum.* R. Alexander vult innui, eam iatsse, & sedisse ad fores Abrahami patris nostri, tanquam [5] in loco quo omnium oculi ad eam videndam, respecturi erant. R. Jochanan accipit de loco, cui nomen Enaim, sic enim legitur: (Jos. XV, 34.) *Thappuach & Enaim.* R. Samuel inde causam (*appellationis*) arcessit; quia (*Thamar*) conciliaverat speciem verbis suis, cum solicitaretur.[6] Dicebat (*Judas*:) Fortasse pagana es. Respondet illa: (*Nequaquam,*) proselyta sum. (*Instare Judas*:) Forsitan alterius viri conjux es: subjicit illa: Innupta sum. (*Porro Judas*:) Fortasse pater tuus te despondit: (*Ad hac illa*:) Orba patre sum. (*Deniq; Judas*:) At immunda forsitan es: (*Illa negare & dicere*:)[7] Munda sum.

ANNOTATA.

1. Simson contumelia affectus est] Duxit enim Thimnathæ mulierem Philistæam, quod matrimonium eo indignum, & probrosum erat.

2. Judas ibi honorem consequutus] Quippe Judas procreavit Thimnathæ τοὺς Perez & Serach, e quorum Posteris, Reges & Prophetæ prodiverunt.

3. Geminum Thimnath fuisse] Hanc optimam, apparentem illam inter duo Scripturæ Loca contradictionem tollendi, rationem esse, non abs re pronunciat magnus Bochartus tom. 1. Hieroz. p. 753.

753. eam quæ sequitur, amplexus est Quistorpius in Annot. Bibl. ad c. XIV, Jud.

4. Vardina &c.] Nomina Urbium sunt, quæ in depressiore parte Montium sitæ erant; ita fiebat, ut aliis acclives, aliis declives evaderent. Confer Rabbot fol. 232. col. 1.

5. In loco quo omnium oculi &c.] Quia enim iter facientes, hospitio ibi excepti, & egregie curati fuere, ideo mansit illi loco veneratio, & prætereuntes, ad eum respicere solebant.

6. Dicebat &c.] Si quis post אמר ex Talmude לה post vocem קושין vero, & post טמאה את utrobiq; אמרה ליה inserere velit; eum non impedio.

7. Munda sum] Non laboro e mensibus. Quantopere Judæi nostri, contactum mulierum τὰ ἔμμηνα patientium, refugiant, & quomodo ab iis separentur, ex Cl. Buxtorfii Synagogæ Jud. c. 31. est omnibus notissimum. Sed Judæorum Samaritanorum, quos in Oriente reperire est, hac in re mores, perspectos quoque habere, non parum juvat. Notavit eos Illustris *Petrus de la Valle* in literis scriptis ex urbe Aleppo, quæ habentur Itinerarii to. 1. part. 1. p. 262. edit. Romanæ. *Nelle Case de' Samaritani, vidi vn' altra cosa curiosa; cioè, in vn lato di vna camera, a canto al muro, vn materassetto in terra piegato, & intorno a quello da ogni parte, doue non era il muro, molti sassi piccoli pur' in terra posti in fila per ordine ad vno ad vno, che facevano quasi siepe al materasso. Domandai che significa a; e mi dissero, che in quel luogo, fra di loro staua sempre, senza mouersene mai, la Donna, mentre haueua i suoi mestrui, nel qual tempo a loro è vietato di toccarla, e di accostarsi a lei: anzi, che tengono per immonda ogni cosa, che la tocchi; e però la fanno stare in quel luogo a parte separata, doue niuno si accosta fin' al segno de i sassi in terra: e suole star la donna in questa guisa otto giorni: ma, se in questo tempo, non le mancano le purghe, convien che ve ne stia otto altri, e cosi fin che le manchino.* Fieri potest, ut Samaritani, hos mores a Zabiis petierint, de quibus Maimonides in More Nevuchim part. 3. c. 47. המפורסם מדעת הצאבא עד זמננו זה בארצות המזרח רוצה לומר שארית המגורתי שהנדה תהיה בבית בפני עצמה וישרפו המקומות אשר תלך עליהם ומי שמדבר עמה יטמא ואפילו אם עבר רוח על הנדה ועל הטהור יטמא: id est vertente Buxtorfio: *Consueto & usitato more receptum erat** *apud Zabios in partibus Orientis, h. e. inter reliquias* המגורתי (*ut impres-*

* Mallem: Est hodieq.

 sa edi-

sa editio, vel המגוסי* *ut Manuscriptum exemplar habet) ut Mulier menstruo laborans, separatim sit in domo aliqua, ut loca in quibus ambulavit, comburantur, & quisquis cum ea loquutus fuerit, pro polluto habeatur; quin imo, si ventus idem transeat super menstruatam, & super mundum aliquem, ut pro polluto habeatur.*

* *In nostro MS. est* המגוס *nec dubito velle Maimonidem, Zabios vel Zabaos, esse veterum Magorũ in Perside, reliquias.*

כז

Gen. XXI, 3.

ויטע אשל בבאר שבע אמ
אמר ריש לקיש מלמד שעשה
פרדס ונטע בו כל מיני מג
מגדים רבי יהודה ורבי נח
נחמיה חד אמר פרדס וחד
אמ' פונדק בשלמא למאן ד
דאמר פרדס היינו דכתי' ויטע
אשל בבאר שבע ואמר ריש
לקיש שעשה פרדס ונטע בו
כל מיני מגדים אלא למאן
דאמר פונדק מאי ויטע כדכ
כדכתי' ויטע אהלי אפדנו בין
ימים להר צבי קדש ויקרא
שם בשם ה' אל עולם אמר
ריש לקיש אל תקרי ויקרא
אלא ויקריא מלמד שהקריא
אברה' שמו של הקב"ה בפה
כל עובר ושב כיצד לאח מא
שאכלו ושתו עמדו לברכו אמ
אמר להם וכי משלי אכלתם

Ibid.

XXVII.

ET *plantavit (Abraham)* אשל *in Beersceba.* Ait Resch Lakisch doceri, quod [1] Paradisum fecerit, in eoque plantaverit, [2] omnis generis arbores fructiferas. R. Judas, & R. Nehemia (*a se invicem dissident:*) Alter enim locum, de Paradiso, alter, [3] de Hospitio exponit. Concesso quidem, non abludere a vero eum, qui de Paradiso exponit, diserte enim dicitur: [4] *Et plantavit Eschel in Beersceba:* Quare & Resch Lakisch verba, de plantato horto, satisque in eo arboribus fructiferis, accipere jubet. Qui vero de Hospitio exponit, quomodo salvabit is verba: *Et plantavit?* Nimirum explicat hunc locum, ex altero consimili: (Dan. XI, v. 45.) *Et plantabit tentoria palatii sui inter maria in monte decoris sancti. Et invocavit illic (Abraham) nomen Domini Dei hujus universi.* Monente Resch Lakisch, nõ legendum ויקרא *Et invocavit*; Sed, ויקריא *Et invocare fecit.* Nempe docetur,

משל אל עולם אכלתם הודו וברכו למי שאמר והיה עה העולם:

docetur, quod sonare fecit Abraham nomen Dei B. in ore, cujusvis ultro citroque commeantis. Qua ratione? Cum comedissent (*viatores*,) bibissentque, surgebant gratias acturi (*Abrahamo.*) Tum vero illis ajebat: Nunquid vos de meis facultatibus comedistis? Enim vero de eo quod est Rectoris hujus universi, saturati estis:[6] Quin igitur, laudes & grates illi dicite,[7] quo jubente mundus extitit.

ANNOTATA.

1. Paradisum fecerit] Elias in Tisbi: פרדס גן שגדלים בו אילני מאכל ומזה קורין הגוים לגן עדן פרדס; id est: *Verbum* פרדס *notat Hortum in quo nutriuntur Arbores frugiferæ: atq; ea causa est, cur Christiani vocent Hortum Edenis, Paradisum.* Nisi fallor, cum פרדס nude adhibetur, Hortum notat, maceria cinctum; At cum Arboretum minime clausum innuere volunt, usurpant שדה פרדס Ager Paradisus; eiq; opponitur שדה לבן Ager albus, sive nullis arboribus, quæ nigra umbra eum obfuscent, consitus. Bava Batra fol. 122. a. העולם הזה אדם יש לו שדה לבן אין לו שדה פרדס שדה פרדס אין לו שדה לבן; id est: *In hoc Seculo*, (sæpe) *cui est Ager albus, ei non est Ager Paradisus, &* (vice versa) *cui est Ager Paradisus, ei non est Ager albus.* Notat vox פרדסאות in plurativo numero, interdum etiam *Custodes*, *Corycæos*, ceu indicatum quoque a Buxtorfio in Lex. Talm. p. 1802. Atque etsi sic vocantur Custodes quicunque, tamen initio solos Hortorum Custodes ita dictos, deinde vero Speciei nomen, ad Genus designandum, usurpari cœptum fuisse, a vero non abludit. Credo esse Locutionem Ellipticam, & plene dicendum fuisse מנטרי פרדסאות quomodo legitur in Moëd Kalon fol. 17. a.

2. Omnis generis arbores fructiferas] Scilicet, ut harum fructibus vescerentur, famelici Viatores.

3. De Hospitio] In quo pernoctarent, & requiem caperent, fessi peregrinantes. R. Salomo in Glossa: לשון אשל נוטריקון הוא אכילה שתיה לוית שהיה מאכילן ומשקן ומלוה אותן; id est: *Vocabuli* אשל *literæ singulæ, totidem voces denotant, quæ sunt* אכילה שתייה לוייה id est:

Cibus,

Cibus, Potus, Comitatus, *nam Viatoribus Cibum & Potum ministrabat eosq; comitabatur.* Sed, non debebant omittere, ab Abrahamo concessam quoque *pernoctandi facultatem*, officium Hospitalitatis præcipuum. Melius longe, magisque ingeniose, ejus virtutis munera complexus est, quidam Rabbinus, nostri ævi non inglorius, in publicis istis, quas Orientis perigrinationes aliquando meditanti mihi, ultro dederat, ad suæ, quæ in illis partibus potens est, gentis homines, commendatitiis tabulis.

שי״לת

אליכם אישים בני רחמנים קולי אקרא עליכם
כל חד וחד לפי מעלתו ומרדנתו יצ״ו
ובאל״ש:

אני המדבר בעדו ור״ב להו״שיע בכל מקום אשר תדרוך
כף רגלו:

ואה״בתם את הג״וי לת״ת לו״ לח״ם
ושמ״לה:

וזו פירושו ואהבתם את לרבות ה״למדן ג״דול וש״מו
יו״חנן ל״למד ת״למוד ת״ורה ל״היכנס ו״ליתן ל״לון
ח״שובה מ״יהודים ו״אבילה ש״תייה מ״מון
ל״ויה ה״ידועה:

ארי תיצון למילי ותזכון למיתיב באלעי דרתיא ולביאות
מנחם יב״א לש״לום לפ״ק:

מנחם בן הר״ר יעקב וצ״ל איש
נש״:

P. D. M. S.

P. D. M. S.

Vos, Viri, munificorum Parentum Soboles, alta voce compello, quemque secundum dignitatem, & honorem suum: (*Rite prius precatus,*) ut Vos DEUS servet, omnesque Vestros salvere jubeat.

Proposui Dominũ mihi semper. Psal. XVI, 8.

Ego quidem intercedo pro isto (*cui has literas dedi*) quando autoritate plurimum valet, ac Magistri munere inter suos fungi posset, quocunq; locorum is pedem tetulerit:

DILIGITE ALIENIGENAS EISQUE PANEM ET VESTES SUPPEDITATE.

Est allusio ad locum Deut. X, 18. 19.

Quæ verba ita capere vos oportet, ut vocabulo אחן (*quod quotiescunq; in Scripturis deprehenditur, communi, ceu novistis, omnium Sapientum nostrorum consensu, semper tacite aliquid præter ea quæ diserte expressa sunt, involvit, ac resolvendo deinde cæterarum vocum literas singulas, in integra nomina, præcipue*) inclusus intelligatur, Vir apprime doctus, cui nomẽ JOHANNES, Divinarum Literarum peritissimus, ut (*vos boni Populares,*) ei ad morandum, pernoctandum, exquisitissimas ædium vestrarum concedatis, cibum insuper, potum, opesque vestras ministretis, (*de loco quoq; in locum*) magno comitatu prosequamini.

Vide Kiddušchin fol. 57. a. & Bava Kama fol. 41. b.

Morem

Morem gerite verbis meis; Ita vobis eveniat, ut primo ordine ſedeatis (*in cœleſti olim Academia,*) & ut vobis ſuperſtitibus accidat adventus ConſoLatorIs gentIs IſraëlItICæ, qVI In paCe nobIs VenIat!

Eſt annus Chriſtianæ Epochæ 1659.

Menachem, Filius Jacobi, Clariſſimi, venerabilisq́ memoriæ Viri, natus Nicolaiburgi.

4. Et plantavit] Totum quod ſequitur אשל בבאר שבע ואמר ריש לקיש שעשה פרדס ונטע בו כל מיני מגדים non eſt in Talmude, & ſane, commode omitti iſta poſſunt. Quia tamen omnes Editiones En Jacob ita habent, hanc lectionem retinuimus; memores, non Gemaram Talmudicam nos edere, ſed Libri En Jacob Excerpta.

5. Nunquid vos de meis facultatibus &c.] Rebecca Filia R. Meir Tiktinar, quæ ſola Fœminarum Judaicarum, quod ego quidem ſciam, ſcriptis claruit, in libro ſuo מנקת רבקה Porta 5. Locum præſentem non ineleganter expoſuit, ſcribens: *Wen* אברהם אבינו *hat Gäſt gehat, vven ſie haben vvölln einvveg gehen, und haben ihn gedanckt, da hat er zu ſie geſagt, vvas danckt ihr mier, danckt dem, ders geſchaffen hat, und hat geſagt* נברך שאכלנו משלו *das is deutſch: Mir vvöln loben das vvier geſſen haben von den ſein: da haben ſie gefragt, vver is der? aſo hat er ſein heiligen Nahmen zuderkennen geben, und hat ſie* מגייר *gevveſen, das ſein* גוים *gevveſen, und haben den* בורא ית' שמו *derkennt.* Nimirum, habuit Abrahamus hoc in perpetuo more poſitum, ut occaſionem ad veri Dei cultum perducendi homines ſedulo captaret, idque ſi Judæos audimus, etiam admodum juvenis adhuc, & cum apud Patrem degeret, feciſſe deprehenditur. Locus facetus e Midraſchim, hac de re eſt in Schalſch. Hak. p. 8. a. nec me contineo, quin minimum latinam Interpretationem afferam. Ergo fertur, Tharam Abrahami Patrem, non idololatram tantum fuiſſe, ſed & idola paraſſe, & eorum venditione quæſtum feciſſe maximum. Forte negotiorum cauſa, iter ei aliquando ſuſcipiendum erat; Abrahamum igitur tabernæ præficit. Cæterum hunc ſi quis accedebat Emtor, quæſivit Abrahamus ex eo, quot annos natus eſſet? Iſto vero annorum numerum edifferente, tum Abrahamus, quæſo te, inquiebat, mi homo, annon oppido inſanis, qui cum tantam ætatem agas, tamen idolum adorare in-

ſtituis

ſtituis, quod χθὲς ϗ πρώην demum, e rudi materia fuit effictum? Quamobrem ſuffuſi pudore quotquot emtum venerant, infecta re diſceſſerunt. Adfuit poſtremo anus quædam, offam geſtans, ſacrificatura eam, ut ajebat, omnibus quæ in Abrahami taberna proſtabant, Numinibus. Hic quidem Abrahamus ira percitus, amplius ſe continere non valens, accepto fuſte omnia Numina comminuit, ſolo inter ea majore, relicto incolumi, cujus manibus fuſtem ipſe commiſit. Interea temporis, reverſus Pater, illamque ſtragem cum horrore aſpiciens, quis eam edidiſſet, Abrahamum interrogat? Enim vero, inquit Abrahamus, neſcio quæ Vetula adventaverat, offam conſecrans iſtis Numinibus, ibi tumultus inter ea ortus eſt longe maximus, unoquoque ſibi offam depoſcente. Denique eo res rediit, ut magnum illud, reliquisque valentius, arrepto fuſte, minorum temeritatem compeſcere, & pœnam, quam, mi Pater, vides, de iis ſumere cogeretur. (Negante Patre, id accidere potuiſſe, cum ſenſu omni Numina ſua careant: Tum vero exprobrare ei cœpit Filius, ineptiſſimam ſuperſtitionem, quod iis honorem deferret, quæ inanima eſſe, ipſe agnoſceret, quodque opem ab iis præſtolaretur, quæ a ſuis capitibus fuſtium contuſiones averruncare nequiverant.) Sed Thara, ſana conſilia haud admittens, adverſus filium apud Nimrodum accuſationem inſtituit: qui, vocatum Abrahamum, jubet ignem adorare illico. At Abrahamus, magis eſt, inquit, ut Aquam quis adoret, hæc enim Ignem extinguit. Ergo, quando ita viſum eſſet, jubetur Aquam venerari Abrahamus, ſed is, imo, excipit, potius Nubes adorandæ ſunt, nam hæ Aquas ſuſtinent. Nubibus cultum deferre juſſus, majori jure hunc Vento competere regerebat, quod is Nubes diſpergeret. Verum nec ad hunc divino cultu proſequendum, permoveri potuit, cauſam allegans, quod Homo adverſus Ventum adhuc queat conſiſtere, nec proinde æquius quid videri, quam ut Homines ſeſe invicem adorare debeant. Tandem Nimrodus ſentiens ludum & jocum tantum ſe eſſe Abrahamo, in fornacem ardentem eundem actutum conjici juſſit.

Non habentur hæc in Schalſch. Hak. ſed ſupplemus ea ex ספר הישר *p. 24. b. ubi tamen cæteroquin multa aliter geſta narrantur.*

6. Quin igitur laudes] Talmud poſt הודו etiam ושבח inſerit.

7. Quo jubente &c.] Crebro, hac circumlocutione Deus deſignatur. Chullin fol. 63. b. גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שבהמה טמאה מרובה מן הטהורה לפיכך מנה הכתוב בטהורה גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שעופות טהורין מרובין על הטמאין לפיכך מנה הכתוב בטמאין: id eſt: *Perſpectum & exploratum erat illi, quo jubente Mundus extitit, plures eſſe quadrupedes immundas, quam mundas, ideo* (Deut. XIV.) *has, non illas recenſuit. Similiter exploratiſſimum*

tissimum erat illi, quo jubente Mundus extitit, Aves mundas copiosiores esse immundis, ideo (eodem loco) *aves immundas enumerat.* Cum hac æterni Dei Periphrasi, apprime convenit illa, qua S. Chrysostomo, sæpissime idem circumscribitur, per, ὁ λόγῳ τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγών·

כח

Gen. XXXIIX. 15. ויראה יהודה ויחשבה
לזונה כי כסתה פניה משום
דכסתה פניה ויחשבה לזונה
אמר רבי אליעזר שכסתה
פניה בבית חמיה דאמר ר׳
שמואל בר נחמני א״ר יונתן כל
כלה שצנועה בבי׳ חמיה זוכ
זוכה ויוצאין ממנה מלכי ונב
ונביאי מנלן מתמר נביאים
דכתיב חזון ישעיהו בן אמ
אמוץ מלכים מדוד וא״ר לוי
דבר זה מסורת בידינו מא
מאבותינו אמוץ ואמצי׳ אחי׳
הוו היא מוצאת והיא שלח
שלחה אל חמיה היא מיתוצאת
vers. 25. מיבעי אמר רבי אלעזר לאחר
שנמצאו סימניה בא סמאל
ורחקן בא גבריאל וקרבן
והיינו דכתיב למנצח על יונת
אלם רחוקים לדוד מכתם א״ר

XXIIX.

AC *videns eam Judas, existimavit illam esse scortum;* [1] *operuerat enim faciem suam.* Num quia faciem illa obtexerat, idcirco eam scortum esse credidit? R. Elieser (*hic Ellipsin statuit, &*) supplet: *Quia operuerat faciem suam, in domo Soceri sui.* In hanc sententiam recitat R. Samuel F. N. dictum R. Jonathanis: Quæcunque nurus verecunda est in domo Soceri sui, promeretur, ut ab ea descendant Reges & Prophetæ. Unde hoc (*colligitur?*) A Thamare: Prophetæ (*ex ea orti:*) Q. S. E. (Es. I, 1.) *Visio Esaiæ filii Amoz.* Reges vero: Puta David, (*& posteri Successores.*) Et vero ait R. Levi: Rem hanc traditione Majorum habemus, [2] Amoz & Amaziam fratres fuisse. *Cum illa inventa esset, & misit ipsa ad Socerum suum. Cum educeretur ipsa,* [3] dicendum erat. Ait R. Eleaser: Cum pignora reperta, essent, venit [4] Samael & ea de medio removit. Præsto

יוחנן לאחר שנתרחקו סימני
נעשית כיונה אלמת : לדוד
מכתם שיצא ממנה דוד שמך
ותם לכל דבר אחר מכתם
שהיתה מכתו תמה שנולד
כשהוא מהול : דבר אחר
מכתם כשם שבקטנותו הקטין
עצמו אצל מי שגדול ממנו
ללמוד תורה כך בגדולתו
הקטין עצמו אצל מי שגדול
ממנו ללמו תורה : והיא
שלחה אל חמיה לאמר לאיש
אשר אלה לו אנכי הרה
ותימר ליה מימר אמר מר
זוטרא בר טוביה אם
אמר רב ואמרי לה אמ רב
חנא בר ביזנא אר״ שמעון
חסידא ואמרי לה אר״ יוחנן
משום רבי שמעון בן יוחאי
נוח לו לאד שיפול עצמו
לתוך כבשן האש ואל ילבין
פני חבירו ברבים מנ״ל מתמר
הכר נא אמר ר׳ חמא בר
חנינא בהכר בש׳ לאביו בהכר
בשרותו בהכר בשר הכ נא

Præsto adfuit Gabriel, illaque restituit. Atque hoc est quod S. E. (Ps. LVI, 1.) [5] *Victori super columba muta, e longinquo: Davidis Michtam.* Ait enim R. Jochanan,[6] cum sublata essent pignora ejus, redditam esse similem columbæ mutæ. *Davidis Michtam.* (*Vox Michtam hoc loco adhibetur*) propterea, quod ex Thamare descendit David, qui [7] in omnibus negotiis מך ותם id est demissum, & sincerum se præstitit. Aliô modo (*exponitur*) vox Michtam, (*quasi Maccato tammas*) quod [8] locus plagæ recipiendæ, integer fuit, & [9] circumcisus natus est. Rursus alio, Michtam (*indicat*:) Quod [10] quemadmodũ (*David*) in juvenca illum omni observantia colebat qui in lege discenda se majores progressus fecerat, ita & ætate provectior, erga sapientiores, demissum se exhibuerit. *Ipsa misit ad Socerum dicendo: ex viro cujus hac sunt,* [11] *ego sum gravida.* Ibid. Atqui perspicue illi loquendum erat. Enim vero autor est Mar Sutra T. F. dixisse Raf: [12] (diversi tamen diversis idem hoc tribuunt.) [13] Satius fuerit homini, ut seipsum præcipitet in fornacem igne accensam, quam ut vultum

הכתנרת בנך היא אם לא
Ibid. כהכר בשרוהו הכר נא למי
החותמת והפתילי׳ הכר נא
אין נא אלא לשון בקשה
אמרה לו בבקשה ממך הכר
נא בוראך ואל תעלי׳ עיניך
ממני : ויכר יהודה ויאם צדקה
ממני היינו דאמ׳ רב חנין בר
ביזנא א״ר שמעון חסידא יוסף
שקידש שם שמים בסתר זכה
והוסיפו לו אות אחת משמו
של הקב״ה דכתיב עדות ב׳
ביהוסף שמו יהודה שקידש
שם שמים בפרהסיא זכה ונ
ונקרא כולו על שמו של
הקב״ה כיון שהודה ואמר צדק
ממני יצתה בת קול ואמרה
אתה הצל׳ תמר ושני בניה מן
האור חייך שאני מציל בזכות
ג׳ מבניך מן האור מאן נינהו
חנניא מישאל עזריה צדקה
ממני מנא ידע יצתה בת קול
ואמרה ממני יצאו כבושים:
ולא יסף עוד לדעתה אמר

vultum proximi sui, publice pallore suffundat. Unde hoc (*discimus?*) A Thamare. *Recognosce quaso.* R. Chamnia F. Ch. ait: Verbo, *Recognosce*, patri nuncium attulerat, quare (*eâdem voce*) *Recognosce*, illi quoque nuncius allatus est. Verbo, *Recognosce*, illum nuncium attulisse, patet ex illo: (Gen. XXXVII, 32.) *Recognosce quaso utrum hac tunica, filii tui sit, nec ne.* Verbo, *Recognosce*, illi similiter nuncium allatum, (*e loco constat præsenti:*) *Recognosce quaso, cujus sigillum & sudarium. Recognosce quaso.* [11] Vocula נא precandi sensum hîc habet, quasi illi diceret: Quæso te, agnosce Creatorem tuum, neq; faciem tuam a me averte. *Quæ agnoscens Judas, dixit: Justior me est.* Nempe hoc est, quod perhibente R. Channin, F. B. dixit Simeon Pius. Josephus, qui clam nomen Dei professus est, meruit ut litera una, sibi e nomine Divino adderetur: Q. S. E. (Ps. LXXXI, 6.) *Qui testimonium Jehoseph imposuit ipsum.* (*At vero*) Judas, Dei nomen propalam profitendo, meruit ut integrum nomen divinum sibi inderetur. Cum enim fassus esset, dixissetque: *Justior me est:*

שמואל סבא חמוה דרב שמואל בר אמי כיון שידעה שוב לא פסק ממנה כתיב הכא ולא יסף עוד לדעתה וכתיב התם קול גדול ולא יסף:

me est: Oraculum cœleste editum fuit, sonans: Tu liberasti[16] Thamarem & gemellos ejus, ab igne: [17]Ita vivis, [18] liberaturus sum ego ob pietatem hanc tuam, tres tuorum posterorum ex igne. Quinam sunt illi? Chanania, Misaël, & Asaria. *Justior me est.* Unde id compertum habebat? [19] Oraculum editum est proclamans: Me (*disponente*) evenere isti [20] concubitus. *Et non* יסף *amplius eam cognoscere.* Samuel Senior, [21] Socer R. Samuelis, F. A. ait: [22] Postquam eam (*semel*) cognovit, [23] non abstinuit deinde ab ea: Conferens hunc locum: *Et non* יסף *amplius eam cognoscere.* Cum altero: (Deut. V, 28.) *Voce magna* ולא יסף id est, *neq; finivit.* vers. 26.

ANNOTATA.

1. Operuerat faciem suam in domo &c.] Hoc volunt: Cum Thamar in ædibus Judæ Soceri esset, tam solicite vultum semper obnupserat, ut nunquam de facie ei fuerit cognita, atq; eapropter cum jam illam solicitaret, ab ipso agnosci non potuit. Alii magis contorte, dubitasse quidem Judam volunt, annon hæc mulier Nurus sua esset: Sed cum cogitaret, quam modeste semper, quamque obnupto vultu verecunde, suis in ædibus vitam egisset Thamar, quamque hæc contra vultum & corpus ad libidinem quæstumque composita haberet, tum quidem ob morum inter utramque tantam diversitatem, eam quam in via publica sedentem videbat fœminam, sola tantum facie, Thamarem referre, certo certius sibi ipsum persuasisse, dictitant. Utroq; igitur modo, illam faciei, cujus in Sacris mentio fit, absconsionem, non ad id tempus quo Judas eam solicitabat, sed ad præteritum Judæi referunt. Aliter tamen multi Christianorum Interpretum, qui Thamarem tum, cum Judæ publice loquebatur, & ideo quidem, obnuptam fuisse contendunt, quod non minus apud Judæos quam Romanos, ea quondam fuerit consuetudo, ut Meretrices essent opertis capitibus: Atque pro se allegant quoque, illud Tertulliani c lib. de cultu fœmin. c. 17. *Thamar illa quia se expinxerat, idcirco Judæ suspicione, visa est quæstui sedere, adeo quia sub velamento latebat, habitus qualitate quæstuariam mentiente.* Cæterum, quicquid sit

ſit de Romanis proſtibulis, apud Judæos ita more fuiſſe receptum, *ut*, quod quidam ait, *nunquam niſi vultu velato, foras prodirent meretrices*, nondum perſuaſum habeo. Repugnat enim ſatis aperte præſens Gemaræ locus, atque ea quæ tanquam a mirabundo hic proponitur quæſtio, utique arguit, ſolis honeſtis mulieribus, ut ſeſe tegerent, fuiſſe proprium. Quin &, quia de impudentiſſimo Judæorum Populo, Jer. III, 3. Deus queritur, מצח אשה זונה היה לך id eſt: *Frons mulieris meretricis fuit tibi*: admodum veriſimile eſt fœminas impudicas Judæorum, vultus ſui conſpiciendi poteſtatem omnibus feciſſe, nec enim cæteroquin ſciri poterat, quam ſoleat frons Scortorum effrons eſſe. Interim quod ad Thamarem attinet, optima videtur Doctiſſimi Seldeni ſententia, quam l. 3. Ux. Ebr. c. 17. his paucis verbis propoſuit: *Ob opertam faciem Nurum ſuam (Judas) agnoſcere nequibat. Meretricem autem fuiſſe putabat, quoniam de facie non agnita, in trivio ita ſedebat.*

2. Amoz & Amaziam &c.] Nimirum Amoz, Patrem Eſaiæ Prophetæ, & Amaziam Regem Judæ: Vide Raſchi & Kimchium ad initium vaticinii Eſaiæ. Conveniunt hîc loci in Lectione, Editiones τῆ En Jacob omnes, & ipſum quoque Talmud Amſtel. nihilominus auſim intrepide aſſerere, locum trajectione verborum corruptum eſſe, quare eundem ſic reſtituo. מנלן מתמר נביאים דכתיב חזון ישעיהו בן אמוץ וא״ר לוי דבר זה מסור׳ בידינו מאבותינו אמוץ ואמציה אחים הוו מלכים מדוד; Si quis leviter animum ad cogitandum intendat, animadvertet, probam eſſe Correctionem. Quippe non ſufficiebat dicere Eſaiam a Thamare genus trahere, ſed ratione id probandum erat, ea vero conſiſtit in veteri Traditione, qua Amazias (quem ut Reges Judæ reliquos, ad Thamarem genus referre nulla poteſt eſſe dubitatio,) & Amoz Eſaiæ genitor, fratres germani fuiſſe feruntur. Hæc igitur connectenda ſunt, nec iis alterum de Davide immiſcendum.

3. Dicendum erat] Voci מיבעי addi poteſt ליה ceu habet Talmud, nam ſic occurrit Phraſis frequentius.

4. Sammaël] Is eſt Angelus tutelaris Idumæorum, qui ſubducendo pignora, hoc efficere conabatur, ut Thamar ignis ſupplicio periret. Prævideret enim, cæteroquin ex ea proditurum Davidem, qui percuſſurus erat Idumæorum millia decem in Valle ſalis, 2. Reg. XIV, 17.

5. Victori ſuper Columba muta] Si Judæorum mentem recte accipio, ſic explicanda fuerit Pſalmi LVI. Inſcriptio: *Victori ſuper columba muta* (id eſt, Thamare, quæ obmutuerat, propter) *remotiones* (e medio pignorum, ad impediendam) *Davidis* (nativitatem, qui

qui) *modestus & probus, natusq; circumcisus erat.* Nugæ! Veram interpretationem videsis apud Cl. Bochartum to. 2. Hieroz. p. 18.

6. Cum sublata] Pro לאחר in Talmude est בשעה.

7. Omnibus negotiis] Post לכל enim subaudiendum est דבר quod quidem in Talmude exprimitur.

8. Locus plagæ recipiendæ] Id est: Membrum in quo vulnus faciendum erat, vulneris expers fuit; carebat enim David præputio, itaq; nihil resectum est. Melchior Palontrotti in farragine Errorum Judaic. p. 88. obscurissime, & ut fortasse seipsum vix intellexerit: *Nel Salmo XVI. Sopra il Titolo Michtam, i Rabbini explicono, Machtam Rottura intiera, perche David nacque circonciso.* Cæterum, etsi circumcisis natis, magnum vulnus, quod abscissione præputii in aliis fit, infligi haud potest, nihilo minus læsio aliqua, ut sanguis fœderis exstillet, exigitur. Maimonides Hilchot Mila cap. 1. §. 7. גר שנכנס לקהל ישראל חייב מילה תחלה ואם מל כשהיה כותי צריך להטיף ממנו דם ברית ביום שנתגייר וכן קטן שנולד כשהוא מהול צריך להטיף ממנו דם ברית ביום השמיני אנדרוגינוס והוא הילוד שיש לו זכרות כזכר ונקבות כנקבה צריך למול אותו בשמיני וכן יוצא דופן ומי שיש לו שתי ערלות מלין את שתיהן בשמיני; id est: *Proselytus, qui Cœtui Judæorum accessit, oportet prius circumcisionem admittat: Quod si infidelis adhuc existens, circumcisus fuerit, eo die quo judaicam fidem amplectitur, sanguinem fœderis exstillare debet. Sic pariter & puerulo qui quasi circumcisus nascitur, die* (a navitate) *octavo, sanguis fœderis eliciendus. Androgynum, sive eum qui virilia & muliebria habet, octavo die circumcidere oportet, nec minus oportet circumcidere* (infantem, qui extra consuetum nascendi ordinem) *ex latere fuit exsectus, aut cui geminum est præputium.*

9. Circumcisus natus est] Cl. Buxtorfius, in Lexico Talmudico pag. 1174. ait apud Jelammedenu fol. 4. col. 4. legi, *Septem numero esse, qui nati circumcisi sint.* Sed in mea Editione, nihil ejus ibidem habetur. Baal Schalsch Hak. p. 6. b. ex R. Nathanis Pirke omnino quatuordecim fuisse prodit, quibus hæc felicitas obtigerit, ut circumcisi nascerentur, recitatque illorum catalogum. Fuere enim: *Adam, Seth, Noah, Sem, Melchisedech, Jacobus, Josephus, Job, Bileam, Samuel, David, Jeremias, Serubabel.* Enim vero, si rationem ineas, non habebis hic nisi solos tredecim. Supplendum igitur in Schalschelet Hakkabbala, & fortasse etiam in Pirke R. Nathanis, si cui ad manus sunt, *Mosis* nomen, nam hunc

hunc quoque ex numero eorum fuiſſe, qui circumciſi ex utero prodierunt, patet infra ex hujus Capitis Excerptorum Num. 38.

10. Quemadmodum in juventa &c.] Eadem leguntur in Megilla fol. 11. a.

11. Ego ſum gravida] Ecquomodo evenerit, ut Thamar, quam tamen tum temporis adhuc Virginem fuiſſe Rabbini dictitant, ex uno ſolo concubitu, & adeo gemellos conciperet, non tam perfrictæ frontis ſum, ut proloqui ſuſtineam, etſi omnem rem teneo, ex Jebamot fol. 34. b.

12. Diverſi tamen diverſis &c.] Tædioſum erat, exprimere omnia, quæ in textu leguntur, Nomina, & hanc Phraſin ſubſtituimus. Sed interea loci notari hic velim, Judæorum ſummam in recitandis aliorum dictis circumſpectionem, qua diligentiſſime Autores ſemper laudant, nec unquam, modo quid ab hoc, aut illo, prolatum eſſe, tantilla ſubſit ſuſpicio, idipſum indicare negligunt. Hinc, longa ſerie, unum Doctorem nominant poſt alium, atque non tantum primus excogitator ſapientis alicujus dicti, ſed & ii, quorum interventu ad alios propagatum eſt, ac pluribus innotuit, æterna celebrantur memoria. Si quis, uno præſenti loco non contentus, plura exempla requirat, hunc ablegamus ad Joma fol. 29. a. lin. 16. Berachot fol. 5. a. lin. 26. & 30. item fac. b. lin. 41. ubi obiter lectionis indicanda diverſitas; nam in Talmude habemus tantum והאמר רב יהודה אמר רב ואי תימא רבי יהושע בן לוי: Sed in En Iſraël fol. 6. col. 2. n. 12. additur inſuper: ואמרי לה במתניתא תנא אבא בנימין Amplius conſulere licet in iisdem Berachot fol. 10. b. lin. 35. & fol. 55. Bava Mezia fol. 85. a. lin. 31. nec attinet plura allegare, ſunt enim hæc ubivis obvia. Cauſam tantæ in laudandis Autoribus ſolicitudinis, geminam deprehendimus, atque ſic facere, tum ipſorum Autorum, tum illorum, qui ab iis dicta repetunt, ſummopere intereſt. Nam, uti in Schekalim Jeruſchalmi inter Excerpta En Iſraël fol. 177. col. 3. item in Bechorot fol. 31. b. Jebamot fol. 97. a. nec non Sanhedrin p. 306. edit. Cocc. legitur: כל תלמיד חכם שאומרים דבר הלכה מפיו בעולם הזה שפתותיו רוחשות בקבר: id eſt: *Cujuscunq; Diſcipuli Sapientum* (jam defuncti,) *ſcitum aliquod, ſuperſtites ipſius nomine allegant, ejus labia ſe motitant in ſepulchro.* Atque hoc quidem aſſertum, in locis quorum fecimus indicium, porro & per Scripturæ dicta, & per Similitudines confirmare ſatagunt: Sed & Viventes, ſi Autores ſedulo allegent, magnum ex ea re capiunt commodum. Pirke Avot c. 6.: האומר דבר בשם אומרו מביא גאולה לעולם: id eſt: *Qui dictum aliquod adducit, ejus laudando Autorem, Orbi infert Liberationem.*

tionem. Probant id Exemplo Estheris, quia enim ipsa, quod à Mardochai ei indicatum fuerat, non sibi tribuere ausa est, sed hujus Nutricii nomine, ad Regem retulit, Esth. II, 23. ideo eam, quæ deinde consequuta est Populi Judaici ab internecione liberationem, huic Estheris candori ingenuo, ferunt acceptum. Commentarius noster ad modo adductum locum τῶν Pirke, graviter: דאם נוטל עטרה לעצמו ומכסה עצמו בטלית שאינו שלא ענשו גדול הרי זה עושק וגזול ומעכב את הגאולה: id est: *Quisquis alteri præripit Coronam* (Sapientiæ, quam is labore suo promeruit) *exornatq; se pallio alieno, hunc magnum malum manet, nam & prædo & raptor est, & liberationem Orbis impedit*. Hæc cum ita Judæi persuasa teneant, ideo in Bava Mezia fol. 84. b. etiam Fœminarum autoritates allegantur. Et adeo in Pesachim fol. 117. a. legimus: ר' יוסי אומר אלעזר בני אומר id est: *R. Jose dixit: Eleasaris filii mei, sententia est*. Non igitur, ne Patri quidem, filium suum citare, indecens visum fuit, *Rabbi* tamen eum non vocat, nam id nimium esset, si Pater se filii Discipulum profiteretur. Hoc autem solo casu excepto, semper cæteroquin, illud honoris elogium addere oportet, nunquam nudum Autoris nomen efferendum est. Unde in Sanhedrin fol. 100. a. מפני מה נענש גיחזי מפני שקרא לרבו בשמו: id est: *Quare* (Lepræ) *pœna affectus est Gehasi? Scilicet, quia* (2. Reg. VIII, 5.) *Magistri sui, nudo tantum nomine prolato*, (nec addito alio honoris elogio,) *mentionem fecit*. Confer quæ habentur in Jebamot fol. 105. b. Judæorum in proferendis aliorum dictis bonam fidem, etiam Arabes imitantur. Murtadus filius Gaphipe sub initium libelli de Ægypto, dictum aliquod allaturus, Cl. Petri Vattierii, in margine Versionis suæ testimonio, amplius viginti Sapientum Catalogum texuit, per quorum manus continua successione, inde a Muhammede, ad suam usque ætatem fuerat propagatum. Atque credat quis, esse id forsitan insigne mysterium, dignumque cujus Inventor, cum Custodibus & Conservatoribus, æterna fama prædicentur. Sed vero, tot tantisque Nominibus commendatum dictum, non est aliud, quam: *Tout homme, qui à vn dessein, & n'en commence pas l'execution par la lôuange de Dieu, est ou muet, ou incapable de reussir, en son entreprise*. Sic p. 256. ejusdem libelli legitur: *Le fils de Lahigue nous à raconté comme vne chose qu'il avoit aprise du fils de Habire, qu' Abutemime le Chisanien luy avoit dit, qu'il avoit ouy Gamrou fils de Gase, parlant en ces termes. Vn des Compagnons de l' Apostre de Dieu a qui Dieu fasse paix, & misericorde, m' a dit qu'il avoit ouy le Prophete, a qui Dieu fasse paix & misericorde parler ainsi. Dieu toutpuissant, & tout bon, vous commande encore vne priere outre les ordinaires; faites la dans le temps qu'il y a depuis la priere du Soir, jusques au point du jour. Ce fut Abunasre le Gopharien qui le rapporta*. Verum, quorsum ista? Nimirum, ut ostendamus meliores

liores ſe præſtare Judæos & Arabes, erga eos a quibus recte ac prudenter quid dictum eſt, quam apud Nos vulgo fieri conſuevit, ubi multi non tantum verba quædam aliorum, ſed & Obſervationes integras, & totos propemodum libros ſibi tribuunt, ſuppreſſis ſummo ſtudio Autorum nominibus, imo ſi fieri poſſet, e Natura rerum, penitus ſublatis. Non dicam de aliis Artibus, certe in Literatura imprimis Hebraica, Plagiariorum, nec finis eſt, nec modus, & oppido pauci profitentur, quorum corticibus natent, quibus adjutoribus uſi fuerint, ſed ſe Talmud conſuluiſſe, ſibi Rabbinos lectos eſſe, ſuas ſe in medium afferre Verſiones, videri volunt. Enim vero, vellem, ſcirent tales, quam periculoſæ plenum opus aleæ tractent, quamque peſſime exiſtimationi ſuæ ſæpe conſulant, jam credo paulo cautius agerent, nec viros Doctos defraudarent memoria, quæ illorum Studio, Lucubrationibus, & in Rempublicam Literariam meritis, ſummo jure debetur. Quamobrem monendum eſt, ex vernaculis, & Latinis Libris facilius aliquid ſubduci, aut quibusdam ſimulationum diſſimulationumque involucris, ita poſſe obtegi, ut quis eadem eſſe non agnoſcat. Cæterum, in Hebraicis aliter rem ſe habere, & qui ſcrinia non ſua compilant, raro Exercitatioribus in his literis, fidem facere, domi, & apud ſe, quæ docent, nata eſſe, ut potius ſuo ſe indicio, plerunque prodant. Nam, dum non ſatis tenent, quid alii citent, aut quomodo, proinde ipſi nunc ex libris Vulgarium Rabbinorum, faciunt Talmudicos, nunc hos, in illorum convertunt; Jam propria Nomina pro appellativis, appellativa pro propriis accipiunt; Conjungunt divellenda, ſeparant quæ cohærent, commutant priora cum poſterioribus; exſcribunt teſtimonia cum vitiis typographicis, laudant nobis *R. Radak*, *R. Raſchi*, *R. Rambam*, *R. Smag*, & ſi qui ſunt ſpiſſi, ridiculique errores alii. Scio quid dicam; & in Scenam poſſem educere, Viros egregios, qui non contenti ea gloria, quam in divinæ humanæque Literaturæ partibus aliis, doctrina & induſtria ſua, ad invidiam usque ſibi paraverant, dum etiam reliquæ Scientiæ, inſignem in Rabbinicis literis cognitionem adjeciſſe ſe, credi poſtulabant, & Rabbinorum dicta, Raymundis, Buxtorfiis, Seldenis, Coccejis, Voiſiniis, Schickardis, clam erepta cumularunt, hic quidem turpiter ſe dederunt, eruditis ſuis alioquin ſcriptis, fœda inurendo ſtigmata. Equidem, nolo Cornicum oculos configere, & nævos aliorum, meis divulgare ſermonibus, ne tamen quis arbitretur, gratis iſta a me dicta eſſe, e plurimis quæ obſervavi, duo tantum, & quidem remotiora, adducam rerum exempla. *Petrus Galatinus*, e Judæo Chriſtianus, pro homine, cui nemo in Judaicæ eruditionis peritia, anteferendus ſit, Patrum memoria fuit habitus: At, aliena eum ſcrinia, & ſæpe imperitè compilaſſe, nunc, poſt editos a Nobiliſſimo Voiſinio, Raymundi Martini Commentarios, nemo humanior ignorat. Et, quis quæſo ſatis ridere poteſt, inſanum magnum

gnum errorem, quem allegando ipſum hoc, quod explicamus Sotæ caput, in l. XI. de Arc. Cathol. Ver. c. 11. commiſit? Cum enim apud Raymundum offendiſſet: סוטה פ׳ המקנא לאשתו Ipſe pro eo ſcripſit: *Legitur in libro* סוכה ideſt: *Caſula, in cap.* שוטה המגלה אשתו *Sota hamegale Iſto, id eſt, Stultus deſpicit Uxorem ſuam.* In his verbis tam paucis, primo unum librum Talmudicum nominat pro alio, deinde verba mire depravat, citatque Caput, quod in univerſo Opere Talmudico non reperitur, denique nec a ſe corruptorum verborum ſenſum, ſatis exprimere valuit. Sed, quia primi hoc non indicamus, & ante nos quoque Illuſtris Voiſinius in Notis ad Raymundi Pugionem fol. 637. Galatinum ob peccatum tam imprudens, non injuria perſtrinxit, *Dominici Garciæ,* Doctoris Theologi, & qui initio in Complutenſi, *Academiarum omnium* (uti ipſe laudat) *quotquot extiterunt, & modo extant celeberimæ, totiusq; Religionis Chriſtianæ tutelari firmiſſimæ*, Linguæ Hebraicæ Moderatoris primarii, poſtmodum, præter Canonici Deiparæ Virginis de Pilari, Cenſoris quoq; Deputatiq; Inquiſitionis in Chriſtianiſſimo Regno Aragonum, unere functus eſt, mentionem injiciemus. *In propugn. p. 158. b.* Edidit is Librum, quem vocavit *Propugnacula validiſſima Religionis Chriſtianæ, contra obſtinatam perfidiam Judæorum*, excuſum Cæſarauguſtæ Anno 1606. Iſto, prout in fine operis magnifice loquitur, *ſperavit ſe conſequuturum, ut non ſolum contra perfidos & conſceleratos Judæos, continuum bellum concitet, verum ſic intus eorum corda acriter & crudeliter dilaniet, & transverberet, ut nullam partem neq; nocturnæ aut diurnæ quietis illis impertiat. Et quod magis eſt, intus & exterius palam eorum perfidiam perpetuo arguat, convincat, & condemnet.* *p. 776. b.* Ut vero ii, qui ſe minus norant, qualis eſſet, perſpectum haberent in præfatione ad Lectorem, *Cunctis aliis certiſſime pollicetur, ſe ita attente & mature vetuſtiſſimos, & emendatiſſimos Hebræorum Codices ſemel & iterum evolviſſe, ſingularum dictionum vim, energiam, proprietates, phraſes, & locutiones Rabbinorum inſpexiſſe, & penetraſſe: ut tantum abſit, vir nimis deſidioſus in evolvendis Originalibus Voluminibus Sacræ Scripturæ aliquibus videri poſſit: quo minus, & ſi non reprehenſionis ob hoc unum dignus, ſaltem nimis diligens indagator, & in præcavendis cujuscunq; Hebraicæ dictionis ſignificationibus, in adducendis, & inveſtigandis priſcis Rabbinorum translationibus, ſolertiſſimus exquiſitor, ab omnibus haberi, & judicari valeat.* Enim vero, talis tantusq; Theologus, Hebrææ linguæ Profeſſor, Ariſtarchus, Judæorumq; δήμιος ἀπαραίτητος, in perquã pauciſſimis illis, quæ non niſi in calce operis, vix ſemel iterumq; ex ſuiñe familiaribus ſibi Rabbinis, & quidem ſermone tantum Latino allegat, p. 649. a. *Rabbi Salomonem* ait *eſſe Autorem libri, Directionis Dubitantium:* & p. 679. a. poſtquam τῷ *Rabbi Rab e* Sanhedrin dictum produxerat, etiam ad *Imberiſet Rabba* provocat; Bone Deus,

 quam

quam puerilibus erroribus! Sic pag. 673. apud eum legitur: *Rabbi Simeon Ægyptius Imberesit Rabba, id est, in Expositione magna, exponens illa verba Gen. 22. Die autem tertio: dicit: Multi sunt in Sacra Scriptura dies trinitatis, quarum una est profecto Resurrectio Messiæ.* At vero in Libro quem allegat, nullus comparet *R. Simeon Ægyptius*; tum, *Imberesit Rabba*, rursus est ineptissimum; Porro, nec hilum valet interpretatio: *In Expositione magna*, nisi addatur quoq; verbum, *Geneseos*. Novissime, ad ipsum allatum dictũ quod attinet, haud aliud deprehendo, quam præter hallucinationes tam graves, adhuc amplius Garciam ψευδομαρτυρεῖν μαρτυρίαν ψευδῆ nam de Messia, altum est in Bereschit Rabba, loco qui citatur, silentium. Ecquis porro alienis observationibus clanculum sua ornare præsumeret, cum ea res, illis, qui Hebraicas literas publice docuerunt, & primi apud Musas Rabbinicas esse, non minus sibi, quam aliis videbantur, tam infeliciter cesserit?

13. Satius fuerit homini &c.] Idem hoc dictum inculcant Magistri in Berachot fol. 43. b. Ketubot fol. 67. b. & Bava Mezia fol. 59. a. Atque in posteriore hoc loco, præcedit ratio, quare satius videatur, ut homo seipsum conjiciat in fornacem ardentem, quam ut Sociũ publice afficiat ignominia. Quippe, cum alios confundens, cædem quasi committat, ac eapropter æternis olim torquendus sit Gehennæ cruciatibus: Consultius igitur longe est temporariis quam æternis suppliciis se addicere. Ipsa Hebraica verba, si quis requirat, hæc sunt: תני תנא קמיה דרב נחמן בר יצחק כל המלבין פני חבירו ברבים כאלו שופך דמים א״ל שפיר קאמרת דחזינא ליה דאזיל סומקא ואתי חיורא א״ל אביי לרב דימי במערבא במאי זהירי א״ל באחוורי אפין דאמר ר׳ חנינא הכל יורדין לגיהנם חוץ מג׳ הכל ס״ד אלא אימא כל היורדין לגיהנם עולין חוץ מג׳ שיורדין ואינן עולין ואלו הן הבא על אשת איש והמלבין פני חברו ברבים והמכנה שם רע לחברו: id est: *Doctor quidam Mischnicus præsente R. Nachmane F. I. differuerat: Quisquis vultum Proximi sui pallere facit, is videtur Sanguinem profundere. Subjecit R. Nachman: Bene monuisti: Evanescit enim rubedo* (vultus,) *pallore succedente*, (ergo omnino sanguis videtur profundi.) *Quæsivit Abai ex R. Dimi, a quo peccato Incolæ Palæstinæ sedulo sibi caverent? Respondit: Ne cujus vultum reddant pallidum. Dixit enim R. Chanina: Omnes descendunt in Infernum, tribus exceptis. Ain tu, Omnes* (descendere, tribus exceptis? Fallit te memoria:) *Sic dicendum erat: Omnes in Infernum descendentes, ex eodem rursus liberantur, tribus exceptis, qui illum petentes, nunquam pedem referunt; suntq; Adulteri, Socios publice ignominia confundentes, vel probroso eos apellantes co-*

tes co-

tes cognomine. Adde his Pirke Avot c. 3. & Juchasin p. 54. Enim vero, non hæc simpliciter, & crude accipere oportet, sed de negotiis tantum, quæ cuiquam cum socio intercedere possunt. At quoties Dei res agitur, aliter sentiendum. Quia egregia sunt, quæ de tota ratione τὸν πλησίον & amandi, & corripiendi, in MS. nostro Ez Hechajim Hilch. Reut. Veahava c. 1. leguntur, & ad non unum locum Novi Testamenti illustrandum facere possunt, utiq; operæ pretium est, illa afferre in medium.

מצות עשה לאהוב כל אחד מישראל גופו וממונו וכבודו כשל עצמו והמתכבד בקלון חבירו אין לו חלק לעולם הבא ועשה יתר לגר שאף הקבה אוהב הגר ושני ואהב גר וכל השונאם בלב עובר משום לא תשנא את אחיך ומשום שאין מעשה בלאו זה אינו לוקה אבל המכה והמחרף חבירו אעפ שאין רשאי אין עובר: מצוה להוכיחו בינו לבין עצמו בנחת אם יחטא לו או למקום שני הוכח תוכיח עמיתך עד פעם שנייה ושלישית ואפילו תלמיד לרב ואומר ר' אליעזר ממיץ תלמיד לרב עד שיקבל וחבירו אפילו כשאינו מקבלו עד ק' פעמים ולא יכלימנו ברבים שכל המלבין פני חבירו ברבים אין לו חלק לעולם הבא וכן לא יקרא לו שם כנוי שהוא בוש ואם בקש ממנו מחילה לא יהיה אכזר למחול ובדבר שמים מצוה לפרסמו ולביישו אם לא רצה לקבל בנחת ומוכיחו עד שיבנו: id est: *Inter Ajentia Præcepta est, ut quisq; Judæus, quemq; suæ gentis, & ejus corpus, opes & honorem amet sicut seipsum, & res suas proprias: Atq; quisquis sibi honorem ex ignominia alterius quærit, exsors est æternæ vitæ. Ad Proselytum vero amandum, novo insuper Præcepto obligamur, cum adeo ipse Deus amet Proselytos* Q. S. E. (Deut. X. 18.) Et amat Proselytum. *Quicunque igitur aut Judæum originalem, aut Proselytum in corde suo odit, is violat* (Dei præceptum, quo Lev. XIX, 17. interminatur:) Ne odio habeto fratrem tuum. *Quia vero hoc interdictum* (ad solos affectus, & animi inclinationem attinet,) *nec proprie opus aliquod externum involvit, ideo ejus transgressores, nequaquam flagris cæduntur. Quin nec adversus illud delinquunt, qui* τὸν πλησίον *etiam proprio ausu verberant, aut contumelia afficiunt. Factum bonum est, si quis* τὸν πλησίον *sive adversus sese, sive adversus Deum peccantem, modeste remotis arbitris corripiat:* Q. S. E. (Lev. XIX, 17.) Corripiendo, corripito Socium tuum. *Idq; bis & ter faciendum, ita ut Discipulus quoq; erga Præceptorem hoc officio fungi debeat. Imo R. Eliezer contendit, Discipulo apud Præceptorem, usq; adeo instandum esse, donec eum emendet: Socio vero, si maxime alter socius, ejus admonitiones non admittat, tamen easdem repetendas esse vel centies. Atenim publice* ὁ πλησίον *ignominia confundi non*

non debet, quisquis enim palam τὸν πλησίον *pudore ſuffundit, is vitæ æternæ hereditate excidit. Proinde, non vocandus eſt cognomine ignominioſo, & ſi veniam petat, non moroſe in ea tergiverſandum.* (Sed vero, hæc poſtrema, de cauſis privatis tantum capienda ſunt,) *nam de violato Numine cum agitur, hic factum bonum eſt hominem* παραδειγματίσαι, *& in pudorem dare, ſi privatæ exhortationes nihil proficiant, nec prius ab hoc officio deſiſtendum quam* (alter pervicax) *intentet verbera.* Apud Maimonidem Hilch. Deot cap. 6. §. 8. & Kozenſem Præc. Aff. 6. poſt allatum dictum: *Quisquis Socium publice ignominia notat, exſors eſt æternæ vitæ :* iisdem utrobique verbis ſubjungitur : במה דברים אמורים בדברים שבין אדם לחבירו אבל בדברי שמים אם לא חזר בו בסתר מכלימין אותו ברבים ומפרסמים חטאו ומחרפים אותו בפניו ומבזין ומקללין אותו עד שיחזור למוטב כמו שעשו כל הנביאים בישראל: id eſt: *Quorſum hoc effatum ſpectat? Nimirum, ad injurias privatorum; At quando Deus eſt offenſus, ſi peccator mores non mutet, publice confundendus, ejusq; peccatum divulgandum eſt, palam probris affici, contemni, & diris devoveri debet, quoad ad bonam frugem ſe recipiat, quale quid omnes Prophetæ adverſus Iſraëlitas prævaricatores feciſſe deprehenduntur.* Cæterum, τὸ המלבין פנים לחבירו *Qui Socii vultum candefacit :* Opponitur המלבין שנים לחבירו id eſt : *Qui Socii dentes candefacit :* Atque uti alterum in vitio, ita hoc in ſumma laude ponitur. Adhibent vero poſteriorem Phraſin, de iis qui alios exhilarant, & ad riſum commovent, nam inter ridendum, labiis contractis dentes monſtrare ſolemus. Cetubot fol. 111. b. טוב המלבין שינים לחברו יותר ממשקהו חלב: id eſt : *Qui candefacit dentes Socii ſui, præferendus eſt illi, qui eidem lac bibendum porrigit.*

14. A Thamare] Sic elice hoc dictum : Thamar nequaquam ſuſtinuit, verbis apertis nuncium mittere, & Judæ ſignificare, ipſum eſſe, ex quo conceperit, ſed multis verborum ambagibus utitur, & pignora tantum exhibet, quæ a Juda tenebat. Si negaſſet factum Judas, non ipſa progreſſura erat ulterius, ſed potius in rogum ardentem ſe conjici paſſa eſſet, quam ut rem uti geſta erat perſpicue narrando, publica illum notaſſet ignominia.

15. Vocula נא precandi ſenſum &c.] Sæpe idem legas in Talmude. Vide Berachot fol. 9. a. Sanhedrin p. 302. ed. Cocc.

16. Thamarem & gemellos ejus ab igne] Non caret difficultate definire, quare Judas ignis ſupplicio Thamarem addixerit, quippe, quæ ne quidem ſcelus capite luendum, commiſiſſe videtur, nec

necenim Lex Moſaica uspiam in Fratrias ante Leviratum ſcortantes, extremo ſupplicio animadvertere jubet, qualem tamen Thamarem fuiſſe, eſt in propatulo. Hinc Lipmanus in Nizachon Num. 41. שמעתי מלגלגים על הצדיק לאמור איך דן שריפה לשומרת יבם שזנתה ולבסוף כשידע שעמו זנתה פטרה אעפ״י שהיתה חמיה: id eſt: *Audivi quosdam cavillantes optimum* (Judam,) *ſciſcitando: Quare Fratriam, Levirum quoad adoleviſſet, exſpectantem, ob ſcortationem flammis addixit, tandem vero cum deprehenderet, ſecum ſcortatam fuiſſe, liberam eam pronunciavit, cum tamen Socer ejus eſſet?* Salomo Jarchi, Bechai, & plerique omnes Scripturæ Interpretes Rabbini, Talmudiſtarum legentes veſtigia, nodum ita ſolvunt, ut dicant: תמר בתו של שם היתה והוא כהן לאל עליון לפיכך דן אותה בשרפה שכן דין תורה שנ׳ ובת איש כהן כי תחל לזנות וגו׳ באש תשרף: id eſt: *Thamar fuit filia Semi, qui cum eſſet Sacerdos Dei altiſſimi idcirco rogo eam imponendam judicavit, hanc enim pœnam lex determinat* (Lev. XXI, 9.) *ubi hæc ſunt verba*: Filia autem alicujus Sacerdotis, cum profanaverit ſe ſcortando &c. igne comburitor. Cæterum Abarbenel etſi hujus reſponſionis Comment. in Leg. p. 104. col. 4. quoque meminit, non tamen pro more ſuo, tam incertæ Traditioni nimium deferre videtur, ſed alium modum tollendi difficultatem excogitavit, quem hiſce verbis proponit: היה הענין בזה שמנהגם בימים ההם כאשר מנהגם אצל קצת העמים שהאשה שתזנה תחת בעלה יהיה ענשה בה כרצונו ומסחה בידו אם ירצה להמיתה תמות ואם לפוטרה תפטר ולכן בהיות תמר זקוקה ליבם היתה כאשת איש לכל דבר ועל יהודה היה לתת לה העונש כרצונו: id eſt: *Sic ſeſe res habet: Erat quondam illis temporibus ea conſuetudo, quæ etiam nunc apud quasdam Gentes obtinet, ut ſcilicet in poteſtate mariti ſit definire pœnam fœminæ adulteræ, illiusq; arbitrio ipſa penitus tradatur, ut ſi velis eam capite luere, luendum ſit, ſi vero noxam remittat, remiſſa cenſeatur. Quare cum Thamar obſtricta eſſet Leviro, ſecundum omnia pro Uxore viro copulata reputabatur, inq; poteſtate Judæ erat, pro lubitu, illius pœnam decernere.* Porro, quod re uti geſta erat, comperta, Judas, & Thamarem, & ſeipſum a pœna liberavit, id facile excuſant Rabbini, contendendo, Thamarem, ceu ſupra quoq; innuimus, adhuc fuiſſe virginem, ut ſic omnibus Divinis, Humanisque Juribus ſalvis, Judæ nubere poſſet. Etſi enim is Socer, ejus dicebatur, tamen dicebatur tantum, & vere talis non erat, quippe באותו הדור לא היו מקדשין אלא בביאה וקידושי ביאה אינן קדושין אלא לנבעלה כדרכה וער ואונן שלא כדרכה שמשו נמצאת שלא היתה כלתו: Sapienti ſat!

17. Ita

17. Ita vivis] Divini Autoris Epistolæ ad Hebræos cap. VI. v. 13. observatio est; τὸν θεὸν, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, eamque firmare licet, Scripturæ testimoniis innumeris. Quamobrem intoleranda est Judæorum impietas, qui non hoc loco tantum, Deum, per Judam jurantem introducunt, sed & idem alibi quoque fecisse deprehenduntur. In En Israël fol. 12. col. 4. ex Schemot Rabba sect. 3. Deus Mosen ita alloquitur: אני באתי להראות לך פנים וחלקת לי כבוד והסתרת פניך חייך שאתה עתיד לעשות אצלי בהר ארבעים יום וארבעים לילה: id est: *Ego veni ut ostenderem tibi vultum meum, tu vero honorem mihi detulisti, abscondendo vultum tuum; Ita vivis, futurum est, ut mecum in monte acturus sis XL. dies, noctesq; totidem.* In Tanchuma fol. 9. col. 4. legimus, Deum, cum Abrahamus circumcisionem in corpore suo admisisset, hortatum esse Angelos, venirent secum, & Abrahamum e dolore laborantem, visitarent. Cum vero Angeli mirarentur, Deum tanto honore dignaturum misellum hominem, & petiturum ædes, sanguine, præputiisque sordentes, subjecisse fingitur Numen: חייכם ערב עלי אותו דם של ערלות ממור ולבונה: id est: *Ita vivitis, suavior est mihi, iste præputiorum sanguis, myrrha, thureq;* Plura de Divino jurejurando dicam in Commentariis ad Massechet Purim.

18. Liberaturus sum ego &c.] Factum id ministerio Gabrielis, & merito: Nam is etiam hoc loco pignora Thamaris, a Sammaële surrepta, restituisse dicitur. Pesachim fol. 118. a. בשעה שהפיל נבוכד נאצר את חנניה מישאל ועזריה לתוך כבשן האש אמר יורקמי שר הברד לפני הקב"ה רבש"ע ארד ואצנן את הכבשן ואציל את הצדיקים הללו אמר לו גבריאל אין גדולתו של הקב"ה בכך שאתה שר של הברד והכל יודעין שהמים מכבים את האש אלא אני שר של אש אלך ואקרר מבפנים ואקדיח מבחוץ ואעשה נס בתוך נס אמר הקב"ה רד: id est: *Tum, cum Nebucadnezar, Chananjam, Misaëlem, & Asarjam, in fornacem ardentem conjecisset, dixit Jorkemi, qui Grandinis Præfectus est, coram Deo B. Mundi Arbiter, descendam, efficiamq; ut fornax frigescat, & pios illos homines liberabo. At vero Gabriel, ad illum conversus, non spectaretur, inquit, in eo, Divina Majestas, cum tu Præfectus Grandinis sis; nemo enim nescit, Aquam extinguere Ignem. At vero ego, qui ignis præfecturam gero, ibo, & intra Clibanum frigus, extra eundem æstum excitabo & unum miraculum edam in alio. Dixit illi, Deus B.* (Sit ita:) *Descende.*

19. Oraculum editum est.] Eo enim opus erat, quippe suspicari cæteroquin poterat Judas; דאזל איהו לגבה אזל נמי איניש אחרינא id est: *Sicut ipse Thamare familiariter usus fuerat, ita usos quoq; eadem*

eadem similiter esse alios, prout in Maccot fol. 23.b. ubi hæc itidem habentur, supplent.

20. Concubitus] Ista propria & genuina est vocis כבושים significatio, eademq; hoc etiam loco, nisi fallor, militat. Sed R. Salomo quia ad Jebamot fol. 69. b. ubi in textu legitur: ונכבש על השפחה annotaverat: ונכבש על השפחה נרחק ונדבק עליה לשון מכבש פרישא בלעז ולשון גנאי הוא: id est: *Phrasi* ונכבש על השפחה *Compressio & Adhæsio notatur: Verbum enim* מכבש *in nostra vernacula*(Gallica, significat vne) Presse, *estq; inter vocabula Obscœna*: Quamobrem non tantum ad Gen. XXXVIII, 26. verba Oraculi illius, quod hic editum dicitur, repetens, pro כבושים substituit הדברים sed & in Glossa ad nostrum Locum כבושים exponit דברים עלומים שנגזרו מלפני id est: *Arcana Providentiæ Cœlestis Consulta.* Nimirum, persuadere nobis satagit, quod quia Thamar sua modestia, cui in domo Soceri semper studuerat, promeruit, ut Reges ex se nascerentur, in Fatis vero erat, ne futuri Reges, ab alio, quam a Juda genus ducerent, secundum illud Gen. XLIX, 9. *Catulus Leonis Juda*; ideo necesse fuisse, ut inter Thamarem & Judam Nuptiæ contraherentur, & omnia ex occulta Divinæ Providentiæ dispositione, peracta esse. R. Salomonis Interpretationi subscribit Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1011. postquam enim ex Maccot, ubi iterata rei mentio habetur, illud ממני יצאו כבושים attulisset, subjungit Expositionem: *Ex me prodierunt occulta, secreta.* Verum, quid obstat, quo minus etiam hoc loco impudice & inhoneste Judæi loquuti sint? non enim id insolens est, & a more eorum alienum.

21. Socer R. Samuelis F. A.] In Talmude sequitur משמיה דרב שמואל בר אמי ut Generi sui, non vero proprium dictum, ille Senex recitaverit. Non id negligendum erat, quia æque ac Judæis, persuasissimum nobis est, hoc velle Justitiam, ut quisque Vir bonus, sicut in reliquis, ita & in Dictis, suum cuique tribuat.

22. Postquam eam semel cognovit] Scilicet, quod tam pudica & pia esset.

23. Non abstinuit deinde ab ea] Non omnium tamen eadem sententia est, nam ut breviter eleganterque ait Raschi ad Gen. XXXVIII, 26. י״א לא הוסיף וי״א לא פסק id est: *Sunt qui eum in cœpto haud amplius perrexisse, sunt qui haud amplius destitisse perhibent.* Vide Lipmannum in Niz. Num. 41. & Abarbenelem Comm. in Leg. p. 104. col. 4. Cæterum R. Samuelem Seniorem, præter eum quem adduxit, juvat quoque locus Num. XI, 25. quippe pro ויתנבאו ולא יספו

 Onke-

Onkelos & Jonathan habent : ומתנבן ולא פסקן id est : Et vaticinati sunt, neque (vaticinandi) fecerunt finem.

כט

פיסקא אבשלום נתנאה
בשערו וכו' : ת"ר אבשלום במ
בשערו מרד שנאמ' וכאבשלום
לא היה איש יפה בכל
ישראל להלל מאד מכף רגלו
ועד קדקדו לא היה בו מום:
ובגלחו את ראשו והיה מקץ
ימי' לימי' אשר יגלח כי כב
עליו וגלחו ושקל את שער
ראשו מאתי' שקלי' באבן המלך:
תנא אבן שאנשי טבריא
ואנשי צפורי שוקלי' בה לפי
נתלה בשערו שנ' ויקרא
אבשלום לפני עבדי דוד וא
ואבשלו' רוכב על הפרד וג'
ויבא הפרד תחת שובך ה
האלה הגדול ויחזק ראשו ב
באלה שקל ספסירא באע
למיפסקיה : תנא דבי רבי
ישמעאל באותה שעה ראה
2. Sam. XIX,1. גיהנם שנבקעה מתחתיו : וג'
וירגז המלך ויעל על עלית

XXIX.

[1] COmentatio : Absalom cæsarie efferebatur &c. Tradunt Magistri, Absalomem coma sua peccasse Q. S. E. (2. Sam. XIV, 26. 27.) [3] *Non erat vir pulcher ut Absalom in toto Israële, decorus valde : a planta pedis ejus, usq; ad verticem ejus, non erat in eo vitium. Et quando radebat capillum,* [4] *semel autem in anno radebatur, quia gravabat eum cæsaries,* [5] *ponderabat capillos capitis sui* [6] *ducentis siclis, pondere Regio.* Extat vetus traditio ; tale [7] pondus intelligi, quali incolæ Tiberiadis, & Zephoræ, librare solebant. Cæsarie igitur pependit : Q. S. E. (cap. XIIX, 9.) *Obviam autem factus est Absalom servis Davidis: & Absalome insidente mulo,* [8] *venit mulus subter perplexam quercum magnam, cui quercui adhæsit caput ejus.* [9] Gladium igitur arripuit, capillos amputare volens. Cæterum Schola Ismaëlis tradit, [10] vidisse illum eo momento, [11] gehennam sub se dehiscentem. *Tunc commotus Rex, ascendens in cænaculum illius portæ flebat, & sic dicebat eundo : Fili mi Absalom, utinam*

השער ויבך וכה אמר בלכתו
בני אבשלום בני בני אבשלום
מי יתן מותי אני תחתיך אב
אבשלו׳ בני והמלך לאט את
פניו ויזעק המלך קול גדול
בני אבשלום אבשלום בני:
הני תמניא זימני בני למה
שבעה דאסקי׳ משבעה מדורי
דגיהנם אידך איכא דאמרי
דקרי׳ רישיה לגבי גופיה ואיכא
דאמרי דאתייה לעלמא דאתי:
ואבשלום לקח ויצב לו בחייו
את מצבת אשר בעמק המלך
כי אמר אין לי בן בעבור עו
הזכיר שמי ויקרא למצבת על
שמו ויקרא לה יד אבשלום
עד היום הזה מאי לקח מק
שלקח מקח רע לעצמו : את
מצבת אשר בעמק המלך א״ר
חנינא בר פפא בעצה עמוקה
של מלכו של עולם שנ׳ הנני
מקים עליך רעה מביתך כו
כיוצא בדבר אתה אומר או
וישלחהו מעמק חברון א״ר או

utinam mortuus essem ego loco tuo, Absalom fili mi, fili mi. Rex vero vers. 5.
obvolverat faciem suam, & clamabat Rex voce magna ; fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi. Quare octonis vicibus repetitur, *fili mi?* Septenis quidem, ut illum eximeret [12] e totidem habitaculis gehennæ : unius (*quæ restat exclamationis,*) causam alii reddunt, ut [13] caput corpori uniret: Alii, ut eum in vitam æternam introduceret. c. XIIX. 18.
Absalom vero sumens statuerat sibi [14] *in vita sua monumentum in convalle Regis, dicebat enim non est mihi filius, ut memoriam conservem nominis mei ; quapropter vocavit monumentum illud nomine suo, quod vocatur* [15] *Manus Absalomis usq; in diem hunc.* Quid notat verbum, *Sumens?* [16] Quod malam sibi mercem sumserit. *Monumentum in convalle Regis.* Secundum sententiam R. Chaninę F. P. (*evenit hoc,*) [17] ex consilio profundo, Regis hujus universi. Q. S. E. (2. Sam. XII, 11.) *Ecce ego suscitaturus sum contra te malum e domo tua.* [18] Similis loquendi modus occurrit: (Gen. XXXVII, 14.) *Et dimisit eum e valle Hebronis.* (*Hoc est,*) eodem explicante: Ob profundum consilium istius

 justi,

חנינא בר פפא בעצה עמוקה
של אותו צדיק הקבור בחברון
שנ' ידוע תדע כי גר יהיה
זרעך בארץ לא להם כי אם
אמר אין לי בן ולא הוו ליה
בנים והכתיב ויולדו לאבשלו'
שלשה בנים ובת אחת ושמה
תמר אמר ר' יצחק בר אבא
אבדימי שלא היה לו בן הגון
למלכות: רב חסדא אמר גמ
גמירי כל השורף תבואתו של
חברו אינו מני' בן ליורשו וא
ואיהו קלי' לדיואב דכתיב וי
ויאמר אבשלום אל עבדיו ר
ראו חלקת השדה אשר ליואב
אל ידי ולו שם שעורים לכו
והציתוה באש וכו':

justi, qui in Hebron sepultus jacet. Q. S. E. (c. XV, 13.) *Certo scito, peregrinos fore posteros tuos in terra aliena.* Dicebat enim, non est mihi filius Annon filios (*Absalom*) habuit? Atqui S. E. (2. Sam. XIV, 28.) *Et nati sunt Absalomi tres filii, & filia una, nomine Thamar.* Proinde R. Isaac F. I. ait (*hac ita concilianda, quasi in priori dicto ideo negetur, Absalomi filium fuisse,*) quia [19] non habebat filium aptum regno. R. Chasda vero ait, ita Majores tradidisse; neminem igne absumentem fruges proximi, post se superstitem relinquere filium heredem. Atqui is combusserat (*fruges*) Joabi: Q. S. E. (ibid. v. 31.) *Edixit Absalom servis suis videte possessionem Joabi adjacentem mea, ubi ei est hordeum; ite & succendite eam igne.*

ANNOTATA.

1. Commentatio.] Cl. Coccejus in Versione Sanhedrin, verbum פיסקא varie interpretatur, & modo *Segmentum*, modo Τμάχιον, alias *Particulam*, reddit. Fortasse nihil horum, satis perspicue vim verbi indicat. Sic vero tenendum, fuisse Autori En Jacob propositum, ut optima, & amœniora quæque, ex Gemara frustatim excerperet. Ergo nunc quædam ex longis Digressionibus Magistrorum, nunc ex iis quoque, quæ ad Mischnam commentantur, selegit. Ut autem fieret inter hæc distinctio, quoties quæ ad Mischnæ textum illustrandum faciunt, afferuntur, in En Jacob additum Signum est פיסקא, & statim succedunt ea Mischnæ verba, de quibus instituitur Disquisitio. Nullum igitur vocabu-

Vide pag. 304. 377. 302.

vocabulum excogitare potuimus, quo ſenſum verbi פיסקא ſignificantius exprimeremus, quam illud *Commentatio*, eaque voce conſtanter uti decretum eſt. Populares Judæi omnes, dum פיסקא exponunt *Eine Einzeichnus*, noſtram interpretationem ſuis ſuffragiis confirmant.

2. Cæſarie efferebatur] נתגאה ביופיו ובשערו וחושב כי אין ראוי למלוכה מבני חד כמוהו: id eſt: *Superbus erat ob formam cæſariemq́, nec credebat ad ſuccedendum in Regno eſſe quem inter Davidis filios æque dignum, ac ſeſe.* Kimchi ad 2. Sam. c. XIV.

3. Non erat vir &c.] Qui integer in En Jacob affertur Scripturæ locus, in Talm. Amſtel. truncatus eſt; Atque quod hoc loco fit, idem plerunque accidere, obiter monendum eſſe duximus.

4. Semel in anno radebatur] Eliciunt hinc Judæi, Abſalomen fuiſſe Nazaræum perpetuum, ceu videre eſt in Rabbot fol. 232. col. 2. & imprimis Ralbag ad 2. Sam. c. XIV. Ob hanc, enim, ſolam cauſam, inquit iſte, Abſalom radebat crines, quia iis ferendis non erat: Ergo abſque hac cauſa fuiſſet, nunquam ſe radi paſſus eſſet, verorum Nazaræorum more: Qui vero in una re Nazaræum ſe præſtat, talis eſt in omnibus. Interim Radak conſequentiam non admittit, & Abſolomen Nazaræum fuiſſe, ſola traditione conſtare dictitat, etſi de ejus quoque fide videtur dubitaſſe. Verba ipſa adducam: אמרו רבותינו ז״ל כי אבשלום נזיר עולם היה כן היתה קבלה בידם כי מן הפסוקי׳ לא ראו זה כי אפשר כי הוא היה מגדל שערו ליופי שערו להתגאות בו ולהתנאות ומשנה לשנה כשהיה כבד עליו שלא יוכל לסבלו היה מגלחו אבל הם ז״ל קבלו כי בנזירות היה מגדל אותו ולמדו מזה כי מי שנדר בנזי׳ עולם כל ימי חייו בשהכביד שערו מיקל בתער משנים עשר חדש לשנים עשר חדש: id eſt: *Dicunt Rabbini noſtri Abſalomen fuiſſe Nazaræum perpetuum. Habent id per Traditionem, ex Scripturæ enim verbis, id neutiquam deprehenderunt, & fieri poteſt, ut ipſe comam nutriverit, ob decorem, quo, ea ſe efferret, & pulchrior appareret, annuatim vero raſerit, cum tam gravis reddita eſſet, ut eam ferre amplius nequiret. Sed laudati noſtri Rabbini, ut* παλαιοπαράδοτον *tenent, ipſum ex voto Nazaræatus nutriviſſe crines, atq; hinc colligunt, eum qui Nazaræatui per omnem ſuam vitam ſe obſtrinxit, ſi nimis graveſcant crines ejus, ſemper poſt elapſos XII. menſes, radendo novacula, onus allevare poſſe.*

5. Ponderabat, capillos capitis ſui] Cur illud facere inſtituit? Cauſas duas affert R. Levi Gerſonides, arbitrium liberum relin-

quens Lectori, utri magis assentiri velit: שוקל זה במשקל המלך אם לפי שהיה נותן משקלם בכסף או זהב לבית המקדש או לעניי׳ או היה שוקל זה לראו׳ הפלגת רבוי שערו: id est: *Ponderabat Comam* (abrasam) *pondere Regio, velut tantundem auri aut argenti, pro donario in Templo offerret, aut inter pauperes distribueret: vel, ut stupendam crinium miraretur copiam.*

6. Ducentis Siclis] Baal Schalschel. Hak. p. 89. a. ex Midrasch Ruth, & Midrasch חיי שרה (Observamus nos, idem tradere Gemaram Bechorot fol. 50. a.) hanc tanquam probam, & minime fallacem nobis exhibet Regulam: כל שקל האמור בתורה הוא סלע בנביאים ליטרא ובכתובים קנטרין חוץ משקל עפרון שהיו קנטרין: id est: *Quotiescunq; Sicli mentio fit in Pentateucho, intelligere oportet Selam* (sive pondus 324. granorum hordeaceorum communium.) *In Prophetis* (Siclum interpretari debemus) *Libram, & in Hagiographis Centum pondo: Excipe tamen Siclos* (quibus emit Abraham Speluncam cum Agro, ab) *Ephrone, nam & illorum quisq; æquabat centum Pondo.* Quæ si ita se habent, cuiq; cogitandum relinquitur, qualis ista fuerit, Coma, dicam, an Juba, cujus abrasæ superfluitates, æquabant libras omnino ducentas. Nimirum, verum sit oportet, quod in Rabbot fol. 232. col. 2. legitur: כחרובים גדולה היה id est: (Cæsaries Absalomis) *referebat ingentem arborem ceratiorum,* (*cujus rami multi magniq; sunt, & quaquaversum diffusi.*) Imo vero jam non dubito, verum esse illud quoque, quod non ibidem tantum, sed & in Nidda fol. 24. b. memoriæ proditum est, תניא אבא שאול אומ׳ קובר מתים הייתי פעם אחת נפתחה מערת תחתי ועמדתי בגלגל עיניו של מת עד חוטמי כשחזרתי לאחורי אמרו עין של אבשלו׳ הוה ושמא תאמר אבא שאול ננס הוה אבא שאול ארוך בדורו הוה: id est: *Extat Traditio, Abbam Schaul dixisse: Ego Vespillonem egi, & aliquando forte fortuna patuit Spelunca subter pedes meos,* (in quam incidens) *steti in orbe Oculi cadaveris cujusdam, ad summas usq; nares. Cum inde pedem retulissem, edoctus sum, fuisse Oculum Absalomis. Sed, credat quis, Abbam Schaul Pumilionem fuisse: Atqui, fuit omnium ætatis suæ longe maximus.* Fateor, ad amussim servari proportionem. Nam capiti quod sua Coma, proceræ densæq; Ceratiorum Arboris speciem habet, haud certe minor convenit Oculus; proindeq; fieri aliter nō potest, Rhodius Colossus, ad Absalomen collatus, Nani cujusdam speciem præ se tulisset, perexigui. Profecto, nihil æquius erat, quam ut huic lampada in manus traderet David, & noctu in littore Palæstinæ, excubias agere juberet, nam sic clarum jubar affulsisset, omnibus toto Tyrrheno æquore navigantibus. Atenim vero, istud

istud unum nimis scire equidem vellem, unde suum Mulum nactus sit Absalom, quo vehi solebat? Scilicet, oportet dicant Judæi, quod semper apud se, simul ac Gigas homo nascitur, Gigas quoque nascatur Asinus!

7. Pondus intelligi, quali incolæ Tiberiadis & Zephoræ &c.] Non memini, me alibi legisse, quæ harum Urbium, fuerit Ponderis ratio. Multa cæteroquin de iis annotarunt, Viri, quibus plurimum debent literæ Hebraicæ, Buxtorfius in Comment. Masor. c. 4. Drusius in Præt. Joh. 6. & Lightfootus in Cent. Chorogr. c. 72. seqq. Addendum illorum Observationibus, quod de proprio & peculiari Pondere hoc loco habetur. Itemque quod est in Rabbot fol. 232. col. 2. בני טבריא ובני צפורי מגלחין מערב שבת לערב שבת: id est: *Cives Tiberiadis & Zephoræ, semper pridie Sabbathi comam radunt.*

8. Venit mulus] Quare Hebræis Mulis פרד proprie dicatur, rationem docet eruditissimus Bochartus parte 1. Hieroz. l. 2. c. 19. Plerique Christianorum Interpretum, & ex Judæis, quos nobis adire licuit, præter Talmudistas in Pesachim fol. 54. a. etiam Raschi, Kimchi, Chaskuni, Abarbenel, & Abenesra, omnino volunt, idem animalis genus alio nomine a Scriptura Gen. XXXVI, 24. ימים vocari, atque ejusdem procreandi rationem, Anæ ibidem inventum asseri. Enim vero, hanc Expositionem, laudatus Bochartus libro citato Cap. 21. vehementer impugnat, multisque argumentis probare satagit, locum eam haud invenire. Urget principio non posse ostendi, ullas in Oriente Gentes, Mulos ימים appellasse. Tum verbum מצא inculcat, quod apud Hebræos haud unquam significat, id quod non est, excogitare, sed tantum reperire rem existentem. Amplius cogitare jubet, quod non nisi Asinos pavisse legatur Ana, e quibus solis Mulos non procreari, omnibus perspectum sit. Denique addit parum verisimile reddi, mulos progignendi rationem jam tum in Idumæa fuisse repertam, cum Judæi iis usi non legantur, ante Davidis tempora, qui universis septingentis annis, Ana erat posterior. Porro, rejectis jure merito, mox Veterum quoque aliis explicationibus, qui ימים aut de Aquis calidis, aut de Paludibus, quas Maria, ipsi vocabant, interpretati sunt, tandem Onkelosi, & Samaritani partibus Bochartus adhæret, atque per הימים prorsus ac si אמים aut אימים scriptum esset, Emæos Gigantes, intelligi debere, contendit. *Ut hos scilicet invenisse dicatur Ana, quod sive fortuito in eos inciderit, sive irruerit; atq; ex eo casu tum notissimo, cum nominis sui famam ad Posteros tum propagaverit, seu magna clade illos affecit, aut sibi paratas insidias virtute sua elusit, hoc quasi* χειληείω *eum Propheta designare, atq; ab alio cognomine Ana distinguere voluerit.* In promptu est, firmare hanc, Viri Magni opi-

gni opinionem etiam R. Mosis Nachmanidis, quem MS. possidemus, insigni testimonio, is enim Parascha Vajischlach, præmissa altera de Mulis explicatione, denique subjungit: ולפי דעת אונקלוס שתרגם גבריא יהיה הימים כמו אמים ויהיה פשט הכתוב כי באו על ענה וזה מן האומה הנקראת אמים לפנים עם גדול ורם כענקים ורצו לגזול ממנו החמורים של צבעון אביו והוא היה במדבר אין עוזר לו והצילם מידם ועל כן יאמר הוא ענה המפורסם בגבורה הזאת והוא נכון; id est: *At enim secundum mentem Onkelosi qui pro* (הימים) habet גבריא (sive Gigantes) *illud* הימים *positum pro* אמים *fueritq; Scripturæ sensus: Adorti sunt Anam, quidam, ex gente, quæ alias Emæorum dicitur, Natione procera & gigantea, ad instar Enakæorum. Ii volebant prædari Asinos Zibonis Patris illius, ipse vero* (etsi) *in deserto & solus constitutus, eripuit eos ex manibus ipsorum, proinde dicitur: Hic est Ana, illustri illo facto celebratissimus. Atq; ista Expositio videtur commodissima.* Laudat hunc Nachmanidis locum Bechai Comment. in Mosen fol. 46. col. 1. eundemque, sed suppresso, contra Judæorum morem Autoris nomine, transcripsit quoque R. Jacob Abendana, apposuitque textui Michlal Jophi fol. 13. col. 2. Confer ספר פענח רזא p. 25. col. 3. ubi eadem opinio de Gigantibus, aut viris validis adducitur, ita tamen ut non signate de Emæis accipiantur verba, sed de undecunque collecta Latronum manu, quippe placet Autori הימים dictos, quasi המאיימים ומפחידים את הבריות id est: *terrentes, & in metum conjicientes mortales reliquos.* Cæterum, dum Bocharti Argumenta, quibus interpretationem veterem de repertis ab Ana Mulis, oppugnat, accuratius pensito, haud sane crediderim, eidem patrocinantes Judæos, iis posse convinci. Nam ut de primo, tanquam de quo controvertitur, parum dicam: Excipient adversus secundum, non sumi verbum מצא alio, quam quo Scriptura id adhibere consuevit significatu, hoc est de reperta re jam extante, minime vero, etiamsi a quibusdam id proditum sit, de aliqua nova excogitatione. Commisisse enim Anam Onagros, cum iis quos pascebat Asinis, animi fortasse causa, & interjecto deinde tempore, solo casu incidisse in Mulos, qui ex illa coitione prognati fuerant, quomodo locum Jonathan Chaldæus exposuit. Nec obstat, quod solos Asinos, nō etiam Equos pavisse legatur Ana, haud enim Equis necessario opus erat ad Mulorum procreationem, sed fieri potuit, ut repertis Sylvestribus Asinis, libido Anam ceperit, tentandi, annon isti cum mansuetis suis, ad familiaritatem mutuam redigi possent: Atque rursus sic Jonathan Chaldæus sensit, apud quem ערדיא quæ vox Onagros notat, pro eo quod vulgo עדריא excuditur, legendum esse, recte Bochartus monuit, monueruntque idem ante illum, Autor Notarum quas in margine adjectas habet Pentateuchus cum tribus Targumim, &

Autor

Autor libelli פירוש על התרגום יונתן וירושלמי p. 10. col. 2. Jam Mulum ex Onagro, & Asino nasci, ipse Bochartus, non agnoscit tantum, sed & multis Scriptorum probatum dedit testimoniis. Denique, si maxime ante Davidis tempora, Judæi Mulis usi non sunt, id nihil referre dicent Magistri, sed ideo factum esse, quod ab hoc genere animantis, tanquam vitio & adversante Natura procreato, vulgo abhorrerent; Quo faciunt loca, quæ ex Bereschit Rabba, & R. Salomone, Bochartus adduxit. His similibus, inquam ego, Judæi sese tueri possunt, eadem tamen, ut verum fatear, iis, qui undecunque conquisitis effugiis haud delectantur, nequaquam satisfaciunt, quin potius nobis videtur, omnino probatum dedisse Bochartum, quod probandum sumserat, neque verisimile est, Anam Mulos reperisse. Hac in sententia me confirmat, quod & LXX. Interpretibus, quid הימם significaret, non satis perspectum erat, quippe qui pro eo verbo, ἰαμεὶν scripserunt, voce Hebraica, quam interpretari non concedebatur, retenta, & literis Græcis utcunque expressa. At Talmudistæ, qui nihil ignorare volebant, & quidlibet audendi sibi potestatem sumsere, illud de Mulis postea commenti sunt, haud profecto alia inducti ratione, quam quia Scriptura Anam dum Asinos pasceret, aliquid reperisse memorat, nullaque alterius rei inventio, magis cum Asinorum pastu conveniret, quam Mulorum. Et sane, nec potuit evitare Abenesra, quo minus hæc ita successisse non obscure proderet. Sed, quam frivola ista sint, omnes intelligunt, atque, quia nec lingua Arabica, quam tamen quoties in Hebræa Radices deficiunt, consulere jubent Rabbini, nec ulla Orientalis alia, vel tantilla Analogia, in suis appellationibus, quibus Mulos designant, subveniunt, ut receptæ explicationi assentiar, a me non impetro. Libens vero Cl. Bocharto assurgerem, ejusque opinionem amplecterer ambabus manibus, nisi unus scrupulus hunc animum male haberet, & in diversa distraheret. Nimirum idem verbum מצא quod valide adversus Mulorum inventionem, Vir doctus ursit, eundem quoq;, quantum mihi judicare licet, incommodat; nec enim capio quid Scriptura vellet, si diceret: *Hic est Ana, qui invenit Emæos in deserto, cum pasceret Asinos Zibonis Patris sui.* Atque, esto, *Invenire Emæos*, idem hîc, ceu quidem Vir eruditus postulat, significare, quod, *In eos irruere*; nondum tamen vel sic aliquid profertur, in quo mens possit acquiescere, sed manca & imperfecta tota est oratio, nec crediderim tanti defectus, in ejusmodi re aliqua, simile exemplum, in Scriptura alibi posse ostendi. Nempe, si quis sigillatim examinet, illa quæ magno numero Bochartus adduxit, id quidem clarissime patescit, pro *Irruere in aliquem*, sæpe dicere Scriptores Sacros, *eum invenire*. At vero, nunquam sistitur in Scriptura, intra solum illud sive *Invenire*, sive *Irruere*, sed semper aliquid additum est, quod rei eventum declarat, nec uspiam tam incertus relin-

Ee quitur

quitur Lector, quam hîc loci dimitteretur. Ipsa illa duo palmaria loca 1. Reg. XIII, 24. & Ps. XXI, 9. etiam Judæis, eandem cum Bocharto explicationem professis, laudata, quam minime rem conficiant, haud longa eget probatione: Nam, in priore, dicitur quidem, *Cum abiisset, invenit eum Leo in via*: Atenim, adjunctum quoque est, *Et occidit*. Similiter, postquam dixisset David: *Inveniet manus tua omnes inimicos tuos, dextra tua inveniet odio habentes te*: Sequitur continuo: *Pones eos ut clibanum ignis, in tempore iræ tuæ, Dominus in furore suo disperdet eos, & consumet eos ignis*. Invenire enim aliquem, aut in ipsum irruere, nonnunquam casus, aut temeritatis est, nec de eo admodum laboratur; quem vero ea res habuerit exitum, id demum est, quod homines tenet solicitos, quare hoc postremum etiam, non vero prius illud, exprimere breviloquio studentes, semper in more habent positum. Atq; ut multa taceam alia, haud sane 1. Chron. XVIII, 12. Abischai filius Zerujæ octodecim millia Idumæorum in Valle Salis reperisse dicitur, aut in eos irruisse, sed enim, percussisse. Neque sufficit ad tollendam difficultatem, dicere; tum temporis cum ista scriberentur, ita notum fuisse Anæ casum, ut nihil ultra requireretur, quam ejus quomodocunque mentionem injicere. Nam nemo profecto nescit, quomodo exceperit Simson Philistæos in Lechi, aut David, Goliathum ad convallem Querceti; & tamen dubito, num vel sic, de iis loquentes, quis laturus sit, si nude dicant: *Hic est ille Simson, qui invenit Philistæos (aut, irruit in eos, dicat,) in Lechi: Hic iste David, qui invenit Goliathum, ad convallem Querceti*. Nisi igitur quis velit, tale illud de Ana fuisse negotium, quale accidisse ætate Patrum nostrorum in Hispania, præter alios Scriptores, etiam Jesuitæ, Sanctius in Hist. Hispan. & Nierembergius in Philosophiæ Curiosæ l. 1. c. 35. nimis creduli, pro vero commemorant: Quod videlicet Nobilis Adolescens, cum ea quam vitiaverat Amasia, Ducis Albani, cui serviverant, iram fugientes, in media Hispania, post superatos Montes aliquos, in Vallibus, hodie *Las Batuecas* dictis, innumeros repererint Homines, nullis retro Seculis cognitos, & qui ipsi quoque, aliorum præter se mortalium, ne minimam quidem habebant notitiam: Nisi inquam quis, (quo tamen nemo facile progredietur) factum simile admittat, ego quidem ad quamcunque rem aliam indicandam, alio, & pleniore, quam quem adhibuit sermonis genere, Scripturam usuram fuisse, si הימם Populos notaret, persuasum habeo. Ergo, donec iste mihi eximatur scrupulus, non possum non ἐπέχειν, & assensum suspendere. Superest una, Christianis Scriptoribus, hactenus, quod sciam, neglecta Judæorum Opinio, quæ vocem הימם de Herbarum aliqua, nunc parum cognita specie, accipit. Cujus sententiæ, etsi in hac Librorum Hebræorum, qui nobis Christianis obtingunt, paucitate, nec Autores nec Defensores nominare possumus,

tamen

tamen ita asserenti Abenesræ credimus, esse inter Scripturæ Interpretes Rabbinos, qui sic verbum exponant, longe plurimos. Atque hi quidem, si quid in re tam ardua, nobis judicare conceditur, forsitan non omnino aberrant a linea, certe sententiam fovent, minimis obnoxiam difficultatibus. Hanc enim si amplectimur, non ulla vis verbo הימים literas ejus immutando, temere infertur, & Scriptura quoque, nec a sua, nec a communi hominum loquendi consuetudine, quid alienum extulit, sed מצא את הימים במדבר convenit cum illo Gen. XXX, 14. וימצא דודאים בשדה nec ovum ovo similius; estque in ejusdem Autoris, styli ista parilitate, magnum præjudicium. Adhæc concurrunt multa, quæ conjecturam firmant: Nam in Sylvis, & eremo, facile fieri poterat, ut in herbam nunquam antea visam incideret Ana: Huic, quia vel ex odore, vel gustu, vim magnam inesse sensit, aut quia ejus aspectu delectabatur, vel etiam quia Asini ea comesta insigniter fuere mutati, ideo evenit ut illam deinde radicitus evulsam domum absportaret, hortisque commissam & propagatam, communicaret cum cæteris. Possent varia narrari, quæ evenere similiter, sed unum illud Appiani in Parthicis allegare sufficiet, quo prodidit, fame pressos milites Parthos, cum ad radices & olera verterentur, incidisse in herbam, quæ omnes quotquot illam comederant, ad eam insaniam adegit, ut rebus quibusvis missis, nihil nisi terram vertere, & lapides movere inciperent, sic, ut totus circumjectus campus, fodientibus & lapides volutantibus repleretur. Quia notus erat Mosis tempore Herbæ הימים usus, nihil requirebatur quam Anam ejus laudare inventorem, quasi si nunc quis dicat: Hic est ille Johannes Nicotius, qui reperit herbam Tabacum: Vel, uti Plinius l. 25. Hist. Nat. cap. 4. *Est Chronis*, inquit, *inventum Ampelos, quæ vocatur Chronia.* Sed de his jam satis: Quæ, si cui displicent, non id moleste feremus: Si vero meliora docebimur, magnam & solidam bene monenti habebimus gratiam.

9. Gladium igitur arripuit capillos amputare volens.] Totum hoc in Talmude Amstel. Typographi oscitantia inexcusabili omissum est, nec enim sine istis, sensus sibi constat. Sed & Codices En Jacob, qui post verba illa, novam quasi περικοπὴν ordiuntur, non minori vitio laborant. Et vero, cum sequentibus esse hæc conjunctissima, non tantum ratio suadet, sed & τῶν Rabbot fol. 232. col. 3. confirmat autoritas, ita enim legunt verbis contiguis: תנא רבי ר׳ ישמעאל בעת שנתלה אבשלום באלה לקח ספסירא בעא למיפסקיה באותה שעה נבקע שאול מתחתיו׃ Eandem correctionem roborant Pirke R. Elieseris pag. 149. Edit. Vorst.

10. Gehennam ſub ſe dehiſcentem.] χάσμα μέγα! Nam ſecundum R. Elieſerem in Pirke p. 9. *Denſitas terræ, iter ſexaginta* (Vorſtius *Sex* legere jubet, dubito, an ad mentem Autoris.) *Annorum eſt:* Atqui : גיהנם הוא אלף רמה מילין תחת הארץ id eſt: *Gehenna eſt M CC XLV. milliaria ſubter ipſam terram*, ita tradente Baal Schalſch. Hak. pag. 90. b. Ergo merito Latini, Gehennam vocant *Inferos*, nec male pro πύλαι ᾅδου apud Matth. XVI, 18. Vetus Interpres Hebræus dixit שערי תחתיות Qui locus rurſus me confirmat in opinione, qua textum tantum Latinum, non Græcum, homini illi ad manum fuiſſe ſuſpicor.

11. E totidem habitaculis Gehennæ.] Et conveniunt cum his, & ſimul vehementer quoq; diſcrepant, quæ R. Elieſer tradit in Pirke p. 149. his Vorſtii verbis: *Septem Portas habet Gehenna. Ingreſſus eſt Abſalom per quinque portas Gehennæ; audiens hoc David ejulavit, planxit, & clamavit quinquies, Fili mi, fili mi* 2. Sam. XIX, 1. *Cum reduxerat illum ex quinq; Portis Inferni, celebravit & laudavit Creatorem ſuum.* Enim vero, nec cum Sotæ noſtræ dictis, nec cum R. Elieſere, conſentiunt, quæ ex Avoda Sara producit Baal Schalſch. Hak. p. 91. a. quippe in iis ſex tantum inferorum memorantur manſiones, & adeo fingitur Abſalom in Gehenna ætatem agere, eſt enim ipſe primæ manſionis, ut ita dicam, Paterfamilias: Secundæ præficitur Doëg, tertiæ Korach, quartæ Jeroboam, quintæ Achab, & poſtremæ deniq; Micha. De amplitudine Gehennæ in Peſchachim fol. 94. a. & Taanit fol. 10. a. verbis iiſdem, ajunt utrobiq; Magiſtri : מצרים היא ארבע מאות פרסה על ארבע מאות פרסה ומצרים אחד משׁשים בכוש וכוש א' מששים בעולם ועולם אחד מששים בגן וגן אחד מששים בעדן ועדן אחד מששים בגיהנם נמצא כל העולם ככסוי קדירה לגיהנם וגיהנם אין לו שיעור: id id: *Ægyptus CCCC. milliaria in longitudinem, totidemq; in latitudinem porrigitur. Ægyptus æquat ſexageſimam partem Æthiopiæ, Æthiopia ſexageſimam partem Orbis; Orbis, ſexageſimam partem Horti* (in Edene;) *Hortus, ſexageſimam partem Edenis; Eden, ſexageſimam partem Gehennæ. Eſt igitur Orbis univerſus reſpectu Gehennæ, ut olla operculum, neq; enim Gehennæ capacitas ſatis exprimi poteſt.* Præter hæc, ſciunt quoq; Judæi Portas extimas, per quas in Avernum deſcenſus eſt: Erubin fol. 19. a. ג' פתחי' יש לגיהנם אחד במדבר ואחד בים ואחד בירושלם: id eſt: *Tres portas habet Infernus, unam in Deſerto, alteram in Mari, tertiam Hieroſolymis.* Neſcio, num ad Gehennæ exteriores, an vero interiores diverſorum habitaculorum Portas, referre debeam illud

Alco-

Alcorani p. 176. versionis Gallicæ: *L' Enfer ha sept portes, e chaque porte a son faict particulier.* Cæterum, Judæis illa, de qua hactenus egimus Gehenna, etsi ad ipsos omnes capiendos amplissima est, nequaquam sufficit, sed habent aliam quoq; supra cœlum supremum. Tamid fol. 66. b. תנא דבי אליהו גיהנם למעלה הרקיע: id est: *Schola Eliæ Traditio est, dari Gehennam supra cælum supremum.* Raschi in Glossa addit: והן החיות המזיעות על ראש רשעים: id est: *Illam Gehennam provenire ex sudore quem animantia* (ab Ezechiele visa) *Impiorum capitibus immittunt.* Notavit idem, jam olim, Agobardus Episcopus Lugdunensis, in libro quem de Judaicis Superstitionibus, ad Ludovicum Imperatorem scripsit, & qui Tom. 9. Bibl. SS. Patrum habetur, sic inter reliqua loquens: *Literas quoq; Alphabeti sui* (Judæi) *credunt existere sempiternas, & ante mundi principium impetrasse diversa ministeria, quibus eas oporteat in Seculo præsidere. Legem vero Mosaicam multis annorum curriculis ante mundum fuisse scriptam. Nec non affirmant plures esse terras, plura inferna, pluresq; cælos.*

12. Caput corpori uniret.] Volunt enim Judæi, id ab eo fuisse avulsum.

13. In vita sua monumentum.] Josephus l. 7. Antiq. c. 9. *Εστησε Ἀβεσσάλωμος ἐν τῇ κοιλάδι τῇ βασιλικῇ στήλην λίθου μαρμαρίνου δύο σταδίους ἀπέχουσαν Ἱεροσολύμων, ἣν προσηγόρευσεν ἰδίαν χεῖρα, λέγων, ὡς καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ διαφθαρέντων, ἐν τῇ στήλῃ μένει τὸ ὄνομα.* Haud igitur aliud fuit ex Josephi assertione, Monumentum Absalomis, quam Columna quædam Marmorea. Aliter tamen Raschi, qui opinatur: שבנין חשוב היה id est: *Fabricam quandam insignem fuisse:* Quod idem censuit R. Levi ben Gerson dicens: ירמה שבנה שם בנין גבוה id est: *Verisimile fit, eum excitasse fabricam altam.* Et sane si ea audimus, quæ Recentiores de Monumento Absalomis, quod hodieq; in valle Josaphati superesse volunt, memorant, magis Raschi & Gersonidis, quam Josephi sententiam confirmare videntur. Nemo diligentius omnem formam, istius quod etiam nunc visitur monumenti, descripsit, quam I. Daubdanus in Itinerario Terræ Sanctæ, quod Gallice, ab illo editum est, suntq; digna ejus verba, ut ex c. 13. adscribantur. *La Sepulture d' Absalon est a dix ou douze pas, de ce petit pont de Cedron, un peu au costé du chemin qui conduit a Bethanie. C' est un grand Cabinet ou chambrette toute quarrée de quelques huict pas, en chaque face, hors oeuure, taillée à la pointe du cizeau, dans une grosse & puissante roche detachée de tous costez de la montagne, qui est escarpeé tout a l' entour, laissant un chemin de six ou septs pieds de large, afin de pouuoir voir, & considerer l' excellence de son ouurage. Elle est tou-*

est toute d'une piece pour ce qui est du corps, & de la quarreure, jusques à la Corniche; mais non la couuerture qui est faite en forme pyramidale fort haute & large, auec vne maniere de pot a fleurs, le tout ayant bien quatre ou cinq toises de hauteur. Elle est orneé par dehors à l'entour de dix ou douze demy-colomnes de la mesme pierre, le dedans est vn cabinet tout uny, où on ne void qu'une quantité de pierres aussi bien qu'au dehors, où tous les passans, tant Chrestiens qu'Infideles, hommes, femmes, & enfans, jettent chacun la sienne en detestation de la perfidie & rebellion de ce jeune Prince contre son Pere David. Quod tam vivis coloribus nobis depingit Cenotaphium Daubdanus, etiam Judæos pro Absalomis Monumento habere, ob locorum easdem circumstantias patet ex Benjaminis Itiner. p. 43. & Autore libelli de Cippis a Cl. Hottingero editi p. 26. Sed esto, antiquum sit hoc Conditorium, Absalomis tamen Monumentum esse, malo dubitare, potior enim mihi Josephi autoritas, qui nunquam Columnam pro Cenotaphio supposuisset, si tale tanquam ab Absolome conditum, & quidem Hierosolymis tam vicinum, suo ævo extabat. Ut taceam, Scripturæ verbis, sententiam Josephi magis conformem esse, nam לקח ויצב מצבת: quod LXX. non male, ἔλαβε καὶ ἔστησεν ἑαυτῷ στήλην, reddiderunt, nisi vim inferre verbis velis, de ea tumba quam Daubdanus repræsentat, accipi nequit. Cæterum, dubium nullum est, Absalomem illud nominis sui, qualecunque tandem id fuit, Monumentum, diu ante obitum parasse; penitusque delirarunt illi Judæi, quos Autor Quæst. Hebr. in libros Regum, quæ Hieronymi nomen præferunt, tradidisse scribit: *Quod Absalom depositus de quercu, petierit sibi inducias, ante quam perimeretur, ut faceret sibi titulum ob memoriam sui, eo quod non haberet filium talem, qui Regno dignus esset, verum etiam ob peccatum suum quod in Patrem gesserat, præsenti vita indignos.* Atqui, cum Joab, Absalomis adhuc in Quercu pendentis cor, tribus lanceis confixisse legatur, insigniter væcordes fuere, qui ista commenti sunt, nec crediderim tam insulsæ traditionis, hodie in Judæorum libris extare memoriam. Cl. Quistorpius in Annotat. Bibl. p. 292. refert, Guilielmum quendam Equitem Auratum in Hodœporico c. 8. memoriæ prodidisse, cerni in Valle Josaphati statuam quandam lapideam, bonæ magnitudinis & artificiosam, atque velle ipsum, hanc esse ab Absalome positam. Ast, cum nunquam moris fuerit inter Judæos, ut integras humanas statuas e lapide fingerent, & nemo quoque alius hujus statuæ mentionem faciat, ista narratio nobis jure merito est suspectissima.

15. Vocatur Manus Absolomis] S. Hieronymus, vel nescio quis alius, ejus nomine, post ea quæ jam modo attulimus, porro subjungit: *Absalom in Titulo Manum dicitur defixisse, & figuram manus sua*

suæ expressisse, & ob hoc, titulum hoc modo vocari. De his Hieronymi verbis Daubdanus p. 114. *Les Hebreux au rapport de S. Jerosme disent qu' Absalon un peu avant sa mort, ayant appliqué sa main sur la pierre dont la Sepulture est bastie, la figure de sa main y demeura grauée. Toutes fois cette marque paroist si peu, que je pense que personne ne s' en est encore apperceu.* Æque inepta est ista traditio, ac altera prior, & longe melius Kimchi : ד פירושו מקום וכמוהו רבים בדברי רבותינו ז"ל id est : *Vox* יד *significat* Locum, *atq; eo sensu sæpissime a Magistris nostris f.m. accipitur.*

16. Quod malam sibi mercem sumserit] Dum Patrem Solio deturbare, & sibi Fasces Populi Judaici vindicare, conatus est.

17. Ex Consilio profundo Regis &c.] Torquent Allegoria, Scripturæ verba, & hoc mysterium proliciunt : *Absalom assumens*, id est: Involando in Patris dignitatem ; *Statuerat sibi in vita sua:* id est, firmaverat, effectum reddiderat : *Monumentum in Convalle Regis* : id est, Consilium arcanum, quod in Regis æterni, profunda & inscrutabili mente, adversus Davidem erat deliberatum, de malis e domo propria, ad eum vexandum orituris.

18. Similis loquendi modus &c.] Ut quoddam præsidium habeat, nec penitus vacillet, elumbis Allegoria, similem comminiscuntur aliam, quo se mutuo adjuvent, atque verbis Gen. XXXVIII, 14. *Et dimisit eum e valle Hebronis* : hoc arcanum indicari perhibent : Et misit Jacobus Josephum ad visitandum fratres, ut abditi, cœlestis Providentiæ Consilii, quod Abrahamo Patriarchæ, in Hebrone sepulto, de Servitute quam Posteri in Ægypto tolerare debebant, innotuerat, fundamenta jacerentur, atq; Josephus a fratribus venditus, deportaretur in eam Regionem.

19. Non habebat filium aptum Regno.] Paria esse, aliquid plane non facere, & aliquid non recte facere: In vulgus notum JCtorum dictum est, autoritate l. 6.D.Qui satisd.cog. l. 2.D. de Aut. tut. aliisque suffultum. Quod, non tantum de reliquis hominum actionibus, sed & de liberorum procreatione verum esse, Paulus docet l. 14. D. De Stat. Hom. Cæterum, an ista aliquid, ad tollendam illam Scripturæ, quæ primo aspectu, sese exhibet contradictionem, faciant, addubito. Simplicior est Concilatio Kimchii, & R. Levi Gersonidis, qui Absalomis filios ante Patrem, & ante excitatum ab eo μνημόσυνον, diem supremum obiisse existimant : quo etiam inclinasse R. Chasdam, iis quæ mox in textu nostro sequuntur verbis, persuasum habeo.]

XXX.



XXX.

פיסקא וכן לענין הטובה
מרים וכו׳ מי דמי התם גמ׳
שעתא חדא הכא שבע יומי
אמ׳ אביי אימא ולענין מדה
הטובה אינו כן א״ל רבא והא
וכן לענין הטוב׳ קתני אלא
אמר רבא הכי קאמר וכן
לעני׳ הטובה דבאותה מדה
ולעולם מדה טובה מרובה
ממדת פורענות : ותתצב
אחותו מרחוק לדעה מה יעשה
לו : א״ר יצחק פסוק זה על
שם שכינה נאמר ותתצב כד
דכתיב ויבא ה׳ ויתיצב ויקרא
כפעם בפעם : אחותו אמור
לחכמה אחותי את : מרחוק
Ex. II,4 מרחוק ה׳ נראה לי : לדעה
כי אל דעות ה׳ : מה : מה
ה׳ אלהיך שואל מעמך : יעשה :
יעשה ה׳ לאדוני בית נאמן :
לו : ויקרא לו ה׳ שלום :

COmentatio : Eadem ratio in rebus bonis apparet &c. Num inter hæc proportio ? Ibi horæ tantum unius (*mora erat :*) hîc vero septem dierum. Itaque ait Abai, dicendum esse : *In bonis, idem non obtinere.* Isti Raba opponit : Atqui vero ; *Eadem ratio in rebus bonis apparet*, (expresse) in Mischna docetur. Quare Raba monet (*sic capienda esse verba Mischnæ :*) Eadem ratio in rebus bonis apparet ; quod scilicet eâdem mensura fiant, sed, [1] æternùm mensuram Beneficentiæ, majorem esse mensura Ultrice. [2] *Et stiterat sese illius soror e longinquo, cognitura quid eveniret illi.* R. Isaaco ita opinante, integrū hoc comma de Divina Majestate dictum est. Et stiterat sese. Ita S. E. (1. Sam. III, 10.) *Et venit Dominus substititq; vocans ut antea.* Soror illius : (Sic in illo :) (Sap. VII, 4.) *Dic Sapientia Soror mea es.* E longinquo : (Simile alibi : Jerm. XXXI, 3.) *E longinquo Dominus apparebat mihi.* Cognitura : (Huic respondet locus : 1. Sam. II, 3.) *Nam Deus cognitionum est Dominus.* Quid : (Geminum dictum : Deut. X, 12.) *Quid Dominus Deus tuus petit a te.* Eveniret. (*Consonat* 1. Sam. XXXV, 28.) *Evenire faciet Deus, Domino meo, domum firmam. Ei :* (Confer : Jud. VI, 24 :) *Et proclamavit ei Deus pacem.*

ANNO-

ANNOTATA.

1. Æternum menſuram Beneficentiæ &c.] Quæ hic loci vocatur מדת טובה alias diciturquoque מדת הטוב & מדת רחמנות aut מדת רחמים Pro מדת פורענות vero, dicunt etiam מדת רגזנות item מדת הדין Vide Jebamot fol.64.a.&Raſchi ad Gen. VII, 1. Abundantiam Menſuræ Bonitatis celebrat pari ratione Talmud alibi, ut in Joma fol. 76. a. qui locus quia in Sanhedrin repetitur, itaque ne explicata explicemus, Lectorem ad Cl. Cocceji Verſionem p. 394. dimittimus. Quin & conferre ſimul jubemus, quæ Ampliſſimus Voiſinius in Obſervationibus ad Raymundi Pug. fol. 140. b. ex Siphre adduxit. Uti vero exuperat Menſura Divinæ Benignitatis, Menſuram Pœnæ, ita hanc quoq;, illâ tardius adventare, ſimiliter Talmud prædicat. Schabbat fol. 97. a. מדה טובה ממהרת לבא ממדת פורענות דאילו במדת פורענות כתוב ויוציאה והנה ידו מצורעת כשלג ואילו במדה טובה כתיב ויוציאה מחיקו והנה שבה כבשרו מחיקו הוא דשבה כבשרו: id eſt: *Menſura Benignitatis, magis properanter advenit, quam Menſura Caſtigationis: Nam de Caſtigationis Menſura* (Ex. IV, 6.) S. E. Et eduxit manum ſuam, & ecce erat leproſa ſicut nix: (Puta, non niſi e ſinu eductâ, infectam Lepra fuiſſe.) *At de Menſura Benignitatis mox ſequitur,* Et eduxit manum ſuam, e ſinu ſuo, & ecce reſtituta erat, ut reliqua caro ejus. *Nimirum, in ipſo Sinu, convaluerat.*

2. Et ſtiterat ſeſe illius Soror &c.] Integrum hunc locum adducit Raymundus in Pugione part. 3, diſt. 1. c. 7. §. 17. & eo adverſus Judæos utitur.

לא

ויקם מלך חדש על מצרים אשר לא ידע את יוסף: רב ושמואל חד אמר חדש ממש וחד אמר שנתחדשו גזרותיו: מ״ד חדש ממש דכתיב חדש ומ״ד שנתחדשו גזרותיו דלא כתיב

XXXI.

ET ſurrexit Rex novus ſuper Ægyptum, qui Joſephum non noverat. Ex. I, 8.
[1] Raf & Samuel (*in diverſa hic abeunt.*) Alter de ſimpliciter novo accipit: Alter ob innovata decreta (*Regem novum dici,*) arbitratur. Qui de ſimpliciter novo intelligit, (*inde ſuam opinionem confirmat,*) quia perſpicue di-

וימת וימלך ומאי אשר לא
ידע את יוסף דהוה דמי
כמאן דלא ידע ליה : ויאמר
אל עמו הנה עם בני ישראל
רב ועצום ממנו : תנא הוא
verſ. 8. התחיל בעצה תחלה שנאמר
ויאמר אל עמו לפיכך לקה
verſ. 9. הוא תחלה שנאמר ובכה
ובעמך ובכל עבדיך יעלו
הצפרדעים : הבה נתחכמה לו:
להם מיבעי ליה אמר רבי
חמא ברבי חנינא בואו
ונתחכם למושיען של ישראל
במה נדונם נדונם באש כתיב
כי באש ה' נשפט נדונם בחרב
ובחרבו את כל בשר בואו
ונדונם במים שכבר נשבע
שאינו מביא מבול לעולם
שנאמר כי מי נח זאת לי אשר
נשבעתי מעבור מי נח עוד על
הארץ והם אינן יודעים שעל
כל העולם אינו מביא אבל
על אומה אחת מביא אי
נמי הוא אינו מביא אבל

cue dicitur : *Novus*. Qui vero innovationem decretorum (*tuetur, hinc ſubſidium petit* ;) quia non præcedit : Et mortuus eſt (*ſcilicet anteceſſor N.*) regnavitq; (*iſte illius loco. Quod ſi vero poſteriore opinione ſtandum*,) quis erit ſenſus verborum : *Qui Joſephum non noverat* ? Nimirum, ſimilem fuiſſe ei, cui Joſephus erat ignotus. *Et dixit populo ſuo : Ecce populus Iſraëlitarum numeroſior, & potentior nobis.* Traditio : Ipſe primus autor fuit conſilii : Q.S.E. *Et dixit populo ſuo* : Quare & primus pœnas luit. Q. S. E. (Ex. VII, 29.) *Contra te & contra populum tuum, & contra omnes ſervos tuos ranæ aſcenſuræ ſunt. Agedum ſapienter nos geramus adverſus illum. Adverſus illos*, dicendum erat. Nimirum ait R. Chamma F. R. Ch. (*hoc velle Pharaonem* :) Agedum catos nos præſtemus, adverſus Servatorem Iſraëlitarum : ² Qua maxime re illos affligemus ? Affligemusne eos igne? At vero S. E. (Eſ. LXVI, 16.) ³ *Dominus igne diſceptaturus eſt.* Affligemusne eos gladio ? (At ibidem ſubjungitur :) *Et gladio ſuo contra omnem carnem.* Agite, affliga-

הם באי' ונופלין לתוך המים
וכן הוא אומר ומצרים נסים
לקראתו וינער ה' את מצרים
בתוך הים והיינו דאמר רבי
אלעזר מאי דכתיב כי בדבר
אשר זדו עליהם בקדרה
שבישלו בה נתבשלו : אמר
רבי חייא בר אבא אמר רבי
יוחנן שלש היו באותה עצה
בלעם ואיוב ויתרו בלעם
שיעץ נהרג איוב ששתק
נידון בייסורין : יתרו שברח
זכו בניו וישבו בלשכת הגזית
ומשפחות סופרים יושבי יעבץ
ותרעתים שמעתים סוכתים
המה הקינים הבאים מחמ
אבי בית רכב : וכתיב ובני
קיני חותן משה : ונלחם בנו
ועלה מן הארץ ועלינו מיבעי
ליה אמר רבי אבא בר כהנא
כאדם שמקלל עצמו ותלה
קללתו באחרים : וישימו עליו
שרי מסים עליהם מיבעי
ליה : תנא משום ר' אליעזר בר

fligamus eos aquis, jam olim enim juravit, non ſe inducturum Orbi diluvium. Q.S.E. (Ib. c. LIV, 9.) *Nam ut aqua Noachi hoc mihi, qui juravi, non tranſituras aquas Noachi, amplius ſuper terram.* Cæterum ipſi ignorabant, Orbi quidem univerſo (*Diluvium Deum*) haud inducere, unam autem gentem eum inundatione utiq; plectere. Vel etiam: Ipſe non adduxit aquas, ſed illi ultro venerunt, inque medium mare prolapſi ſunt. Sic enim dicitur: (Ex. XIV, 27.) *Egyptii autem fugerunt obviam: Sic excuſſit Dominus Egyptium in medium maris.* Hinc ait R. Elieſer: Quis ſenſus verborum: (Ex. XVIII, 11.) *Ea ipſa re qua ſuperbiunt, ſuperiorem eſſe illis.* Nempe [4] olla, qua coxerant, ipſimet cocti ſunt. R. Jochanan autor eſt, tradente R. Ch. F. A. [5] Tres illi conſultationi interfuere: Bileam, Job, & Jethro.[6] Bileam qui conſiliũ dederat, trucidatus eſt.[7] Job, qui tacuerat, calamitatibus plectebatur: Jethro aufugit, quare [8] ejus filii meruere, ut [9] in Conclavi, quod e cæſo lapide conſtructum, ſederent: Q. S. E. (1. Paral. II, v. ult.) *Et familiæ Scribarum incolentium Jabezum Thirhataorum, Schimhataorum*

Ff 2

שמעון אמרו מלמד שהביאו
Ex. I, 10 מלבן ותלו לו לפרע' בצוארו
וכל א' מישראל שאמ' להן אם
אסתנים אני אומרי' לו כלום
אסתני' את' יותר מפרעה: שרי
vers. 11. מסים דבר שמשים לבנים:
למען ענותו בסבלותם ענו
ענותם. מבע"ל למען ענותו
לפרעה בסבלותם דישראל:
ויבן ערי מסכנות לפרעה רב
ושמואל חד אמר שמסכנות
את בעליהן וחד אמר שם
שממסכנות את בעליהן דאמר
מר כל מי שעוסק בבנין שם
מתמסכן: את פיתום ואת
רעמסס: רב ושמואל חד אמר
l. c. פיתום שמה ולמה נקרא ת
שמה רעמסס שראשון ראשון
מתרוסס: וחד אמר רעמסס
l. c. שמה ולמה נקרא שמה פיתו
שראשו ראשו פי תהו בולעו:
כאשר יענו אותו כן ירבה וכן
יפרוץ כן רבו וכן פרצו מיבעי
ליה: אמר ר שמעון בן לקיש
רוח הקדש מבשרתן כן ירבה

orum, Suchataeorum: Hi sunt Kinai advenæ, orti Chamatho, patre familiæ Recabi: Alibi vero (Jud. I, 6.) S. E. *Filii quoq; Kinai, Soceri Mosis.* *Et pugnet contra nos atq; exeat ex hac regione.* *Atq; exeundum nobis sit*: dicendum erat. Ait R. Abba F. C. esse locutionem, [10] uti cum quis sibi imprecaturus, ipsas diras ita effert, quasi ad alios attineant. *Constituerunt super eum, Præfectos exactionum.* Eos, dici, convenientius fuisset. Traditio: Nomine R. Elieseris F. R. S. fertur, significari, eos [11] sumsisse formam lateris, eamq; suspendisse de collo Pharaonis: Quare cuique e Judæis dicenti; [12] tener corpore sum (*nec satis aptus ad laborem,*) regerebant: Nunquid tenerior es Pharaone? (*Igitur voces* (Sare massim,) *exponendæ:*) Res, quæ illos lateres facere compulit: (*quasi* massim, *sit pro*, mesim.) *Qui affligerent eum oneribus suis.* Affligerent eos, dici oportebat: (*Quare sensus:*) [13] Ut affligerent ipsum (*quoq;*) Pharaonem onere Israëlitarum. *Et ædificavit urbes* מסכנות *Pharaonis.* Raf. & Samuel (*de ratione appellationis harum urbium, controversan-*

וכן יפרוץ ויקוצו מפני בני ת
ישראל מלמד שהיו בעיניהם
כקוצים : ויעבידו מצרים את
בני ישראל בפרך ר׳ אליעזר
אומר בפה רך ר׳ שמואל בר
נחמני אמר בפירכא : וימררו
את חייהם בעבודה קשה ב
בחומר ובלבנים ובכל עבודה
בשדה אמ׳ רבא בתחלה בנו
בחומר ובלבנים ולבסוף ובכל
עבודה בשדה : את כל עבו
עבודתם אשר עבדו בהם בפ
בפרך אמר רבי שמואל בר
נחמני אמר רבי יונתן שהיו
מחלפין מלאכת אנשי׳ לנשים
ומלאכת נשים לאנשים וגם
ולמאן דאמר התם בפה רך
הכא ודאי בפירכא:

verſantur inter ſe :) Alter enim (*ita dictas exiſtimat*,) quod [14] conditores ſuos in periculum conjiciant : Alter vero, quod [15] conditores ad paupertatem redigant. [16] Nam, dicente Mar; Quisquis fabricationibus deditus eſt, redditur egenus. *Pithom & Raamſes*. Raf & Samuel, (*iterum diſſident, a ſe invicem*.) Alter ait, [17] Pithom proprium nomen, & ſi quis quærat quare cognominetur Raamſes? (*Reſpondebo* :) quia quamprimum quid exſtructum fuerat, [18] continuo iterum corruit. Contra alter: Raamſes proprium fuit nomen; ſi quis autem percontetur, cur cognomen Pithom fuerit additum, (*cauſam dixerim* :) quia ut primum aliquid ædificatum erat, confeſtim ore barathri abſorptū eſt. *Sed prout affligebant eum*, verſ. 12.
ita augeſcat, & ita erumpat in multitudinem. Magis appoſitum eſſet: *Ita augeſcebant, & ita in multitudinem erumpebant*. At vero R. Simeon F. L. docet, hæc Spiritum S. protuliſſe, (bene precando:) Ita augeſcat (Populus Judaicus) & ita erumpat in multitudinem. *Ut diſtaderet* (Ægyptios) *propter filios Iſraëlis*. Innuitur quod [19] oculis eorum, tanquam ſpinæ fuerint. *Coëgerunt itaq; Ægyptii filios Iſraëlis ſervire* verſ. 13.
beperech. R. Elieſer (*verbum poſtremum*) explicat : Bepeh rach : quaſi dicas : [20] Ore blandiente. R. Samuel Nachmanides vero (*proprio ſignificatu accipit*,) [21] de ſævitie. *Et amaram effecerunt vi-* verſ. 14.
tam

tam eorum, servitute dura, in luto & in lateribus, & in omni agricultura: præter omnem servitutem ipsorum, quam exigebant ab iis per sævitiam. R. Samuel F. N. autor est, R. Jonathanem in ea fuisse opinione, quod [22] permutarint opera virilia, cum fœmininis; fœminina vero, cum virilibus. Atque is qui supra contendebat *beperech* accipiendum esse de ore blandiente, *(fatetur tamen,)* [23] hîc loci, id vocabulum, de crudelitate exponi oportere.

ANNOTATA.

1. Raf & Samuel &c.] Hæc eadem repetuntur in Erubin fol. 53. a. At Jelammedenu fol. 23. col. 3. in f. autor est, Pharaonem, cum Ægyptiis, Judæos affligere volentibus adversaretur, ab iisdem fuisse depositum, & per menses tres privatam vitam agere coactum esse, restitutum autem deinde Regno, quod recepisset, se omnia facturum, ex illorum sententia. Formam hujus Pharaonis, ridicule nobis depingit Murtadus, Gapiphes filius, ex Gali filio Abutalches, quem sic Gallice loquentem exhibet doctissimus Petrus Vattierius: *Pharaon Roy d'Egypte estoit vn Nain ou petit homme, qui n'auoit que sept empans de haut. Les autres disent qu'l auoit trois coudées de haut, & que sa barbe auoit deux coudeées de long, si bien que quand il estoit assis, il en traisnoit vne coudée par terre, deuant luy. Il tordoit ses monstaches & les mettoit sur ses deux oreilles. Quand l'eau du Nil fut changée du sang, du temps de Moyse, Pharaon beuuoit du suc de fueilles de citronnier, auec du sucre fin jetté dessus. Quelquesvns disent, qu'il estoit de petite taille, marqueté de taches blanches. & qu'il marchoit sur sa barbe, tant elle estoit longue Abubecre le veritable, Dieu, luy fasse paix, disoit, que Pharaon auoit perdu toutes ses dens. Les autres disent, qu'il estoit de la race des Amalecites. Les autres disent, qu'il auoit vn gros visage charnu.*

Merueilles d'Egypte p. 171.

2. Qua re maxime illos affligemus] Supple: Ut illud inultum feramus, scimus enim Deum Judæorum, semper talionis pœnam infligere, quare aliquid ejusmodi reperiendum est, ut illa locum habere nequeat.

3. Dominus igne disceptaturus est] Supple: Ergo, hac via minime procedendum, nam Igne nobis pereundum foret, quippe quo pœnæ genere, Deus Judæorum ûtitur.

4. Olla qua coxerant &c.] Volebant Judæorum stirpem Aquis delere, sed illis ipsis in Mari pereundum fuit. Vox זיד quia ad זיד quod

quod Gen. XXV, 29. extat, & nobis *Coxit*, significat, allusionem quandam præbet, inde præsens explicatio παροιμιώδως nata est.

5. Tres illi consultationi &c.] Scilicet, qua deliberatum fuit, quo potissimum modo e medio tollendi essent Judæi. Habes consimilem fere locum in Sanhedrin p. 320. edit. Cocc.

6. Bileam qui consilium dederat &c.] Vide quæ supra notavimus ad horum Excerptorum Num. XVIII. pag. 159.

7. Job qui tacuerat] Ex istis sequitur, vixisse Jobum circa illud tempus, quo Judæi in Ægypto degebant, haud tamen eum ex ipsorum Gente traxisse originem, nec enim cæteroquin Pharao, ad consultationem de Judæis delendis institutam, ipsum erat admissurus. Quæ si ita se habent, citra omne dubium corrupti sunt hoc loco Codices En Jacob, hanc opinionem R. Jochanani tribuentes, quippe cujus de Jobo sententia, immane quantum ab istis discrepat. Nam, ut est in Bava Batra fol. 15. a. ר' יוחנן ור' אלעזר אמרו תרוייהו איוב מעולי גולה היה ומדרשו בטבריא היה: id est. *R. Jochanan & R. Eleasar, ambo arbitrati sunt, Jobum ex iis fuisse, qui ex Captivitate Babylonica reversi erant, & Scholam publicam illum aperuisse in Tiberiade.* Ergo, delendum omnino istud א"ר יוחנן & pro eo reponendum א"ר סימאי ceu in Talmude scribitur. Quod vero ad rem ipsam attinet, non hic sistuntur Judæorum dissidia, sed in plures partes, ivisse eos deprehendimus. Fuit enim qui assereret: איוב לא היה ולא נברא אלא משל היה id est: *Jobus nunquam in rerum Natura extitit, sed* (ejus Historia) *est quasi quadam parabola.* R. Elieser dixit: איוב בימי שפוט השופטי' היה id est: *Jobus tempore Judicum floruit.* Contra R. Josua Korchæ filius putabat איוב בימי אחשורוש היה id est: *Jobum temporibus Ahasveri vixisse.* At R. Nathan credidit: שאיוב בימי מלכות שבא היה id est: *Quod Jobus vigente Sabæo Regno vitam egerit.* Denique nonnulli sic existimabant איוב בימי יעקב היה ודינה בת יעקב נשא id est: *Jobum Jacobo fuisse coævum hujusq. Filiam Dinam ipsum uxorem duxisse.* Quæ omnes tam discrepantes sententiæ, in Bava Batra loco jam allegato & in Sota Jeruschalmi fol. 20. col. 3. adducuntur prolixius. Plura de Jobo vide apud Cl. Hottingerum in Smeg. p. 381. & in Thes. Phil. p. 498. Autoresque, quos nominavit. Ipse, loco posteriore, quid sibi de Jobo videatur, declaraturus: *Certum est*, inquit, *Jobum extra ordinariam Ecclesiæ sedem, ut futuræ vocationis Gentium typum gereret, fuisse servatum. Unde Judæi ipsum vulgo Prophetam Gentilium appellant.* Non vocabo in controversiam, quæ Vir doctus, certa esse pronunciat, sed Judæos tanquam

causæ suæ Patronos, dubito an recte allegarit: nam diserte in Bava Batra dicitur: "וכולהו תנאי סבירא להו דאיוב מישראל הוה לבר מיש אומרי": id est: *Omnes isti tam diversa de Jobo opinantes Doctores, tamen in eo conveniunt, Jobum ex Israëlitis duxisse originem, modo unos illos demas, qui Jacobo coævum illum faciunt.* Nimirum, quia constans Judæorum sententia est, post Mosis fata, nunquam amplius Deum peculiari gratia, homini pagano præsentem fuisse, ideo aliter fieri nequit, priores omnes fateantur oportet, Jobum Israëlitam fuisse. Sed de postremis alia res est, quippe ex horum sententia idem non consequitur, sic enim ante Mosen, Jobus vixisset. Atenim etsi necessitate aliqua, isti nequaquam coguntur statuere, Jobum Israëlitam fuisse, si tamen iis quæ Gen. XXXIV, 14. leguntur, hos ipsos, quis urgeret, vix oppositum tueri præsumerent. Relinquitur igitur, sententiam R. Simai in Sota nostra, quæ Jobum alienigenam facit, inter cæteros Judæos, haud admodum esse receptam. Nec vero juvat Hottingerum, quod Judæi Jobum vulgo *Prophetam Gentilium* appellant. Ipsi enim in Bava Batra ejus dicti sunt Interpretes, & sensum esse monent, Jobum cum Sex, quos ibi nominant, aliis, ideo Prophetam Gentilium vocari, quia Gentilibus maxime sit vaticinatus.

8. Ejus filii] Talmud pro "בניו" habet "מבני בניו" id est: *Quidam ex ejus Nepotibus*: levi discrimine. Nam, *Justa Interpretatione recipiendum est ut appellatione Filii, sicut Filia familias sæpe continetur, ita & Nepos videatur comprehendi*: l. 201. de Verb. Sign.

9. In conclavi quod &c.] De vocum לשכת הגזית interpretatione, video non convenire Eruditos. Raymundus in Pug. p. 251. vertit. *Cameram Dolatam seu Politam*: Amplissimus vero Voisinius in Notis ad eundem p. 268. *Cameram Dolatam sive Augustam.* Hottingero in Smeg p. 63. placuit reddere *Cameram* λιθόστρατον; aliis, *Cameram Lapidis ferro politi.* At præstantissimus Ligthfootus in Cent. Chorog. c. 31 retinet vocem Hebræam, mavultque dicere, *Conclave Gazith.* Dispiciant alii, quantum quæque harum Interpretationum, habeat proprietatis, dum nos interim Cl. Buxtorfium in Lex. Talm. p. 414. sequimur, cui לשכת הגזית est *Aula ex cæsis lapidibus exstructa.* Dubio enim procul לשכת הגזית κατ' ἔλλειψιν dictum, pro לשכת אבני גזית viderique potest locus 1. Reg. V, 17. Adde quod Judæi nostri populares in versione Germanica דער Maamedot, Die 6. verba ex Middot: לשכת הגזית שם היתה סנהדרי גדולה של ישראל יושבת ודנה את כהונה sic explicant: *Ein Kammer ausgehauen Stein war dorten zu der* סנהדרי גדולה *von* Israël, *die sein gesessen und haben gericht die gantz* כהונה

10. Uti

10. Uti cum quis sibi imprecaturus &c.] Hoc intendunt, voluisse dicere Pharaonem, metuendum esse ne aliquando Judæi, jungendo sese Ægyptiorum hostibus, vincant Ægyptios, & e Regione propria ipsos exturbent. Quod vero Sermo ita conceptus sit, quasi contraria omnia, Ægyptoque exituros Judæos asseruerit, id factum esse, ut a verbis male ominatis sibi Pharao temperaret. Pari modo Rabbini Scripturam alibi quoque explicant, uti patet ex Sanhedrin p. 411. n. 60. edit Cocc. Quin & iidem Magistri eandem loquendi formam in Imprecationibus, narratione eorum quæ improspere acciderunt, aut cum quid, quod Deum minus deceat, efferendum est, perpetuo adhibent: Beza fol. 25. b. תורם סא מקטע רגליהון דשונאיהון של ישראל id est: *Tormosa abscidit pedes Hostium Israëlis.* Taanit fol. 7. a. חרב על שונאיהם של תלמידי חכמים שעוסקין בד בבד בתורה id est: *Pereant gladio, Hostes Discipulorum Sapientum, qui solitarii, Divinæ Legi operam dant.* Ibidem, quibusdam interjectis, in aversa folii parte habemus: נתחייבו שונאיהם של ישראל כליה: id est: *Hostes Israëlis excidii reatum incurrerunt.* Et mox iterum: נעשה שונא של הקבה מך id est: *Hostis Dei, quasi imbecillior redditus est.* Sufficiant hæc, pro tempore: Plura annotabo ad Massechet Purim. Cæterum, omnia ista, significatione opposita, de ipsismet Judæis, ipsis Discipulis Sapientum, ac ipso Numine accipere oportet. Sed non a verbis tantum male ominatis, sedulo abstinent Judæi, verum etiam, a talibus signis. Gittin fol. 57. b. כל מילי ליחוי איניש בנפשיה בר משחיטה ודבר אחר: id est: *Licet*, (Homini, aliquid explicare volenti,) *omnium rerum in suo Corpore, facere indicium, mactationis ritibus, & illo, ne nominando quidem morbo*, (Lepra scilicet,) *exceptis.* Quasi dicerent; in suo collo, nemo monstret, quomodo bestiæ jugulum petendum sit, nec in hæc aut similia verba quis prorumpat: Si in ista manu, scabies enasceretur ejusmodi.

11. Formam lateris] R. Salomo in Glossa: מלבן, כמין דפוס שעושין בו הלבני' שממלאין אותו טיט ומחליקין אותו והוא הלבנה: id est: מלבן *est Species typi in quo fiunt lateres, repletur enim argilla, & adæquatur, atq. sic later est paratus.*

12. Tener corpore sum] De voce אסתנים consuli possunt Elias in Tisbi, itemque Viri Egregii, Heinsius in Arist. c. 23. p. 434. & Coccejus in Sanhed. p. 400. Quæ nos præterea observavimus, tum producemus, cum ad Massechet Purim commentabimur.

13 Ut affligerent ipsum quoque Pharaonem] Cogebatur enim Pharao ubique circumgestare illam quam e collo suspensam

habebat formam laterum. Quod, etsi oneri, molestiæque ipsi erat, tamen eo effectum est, ut hoc exemplo tanto magis ad laborem compelli possent Judæi. Obtinet ejusmodi aliquid, hodie in Regno Tunchinensi, ibi enim Rex sub cujusvis anni initium, die per haruspices designata, innumerabili hominum multitudine stipatus, in campum se confert, & primus aratro manum admovet, atque sic Agriculturæ facit initium. Relatione del Regno di Tunchino di Alessandro de Rhodes l. 1. c. 3. *Il Bua pervenuto in vn' aperta Campagna, scende subitamente del trono. Dipoi sacrifica al Cielo: e stando quivi apparecchiato, vn' aratro di assai gentil lauoro, con la destra mano l' afferra, onde sospinti i buoi, che lo reggono, forma con quello vn breve solco, nel campo. Deue questa attione riceuersi dal popolo in vece di riuerito consiglio, e d' infallibile insegnamento, mediante il quale si persuadono, non darsi in tal stagione più luogo all' otio, ma che la fatica di arar la terra è ad essi in quel tempo massimamente richiesta.*

14. Conditores suos in periculum conjiciant] Harum enim Urbium exstructio occasionem præbuit, ingenti periculo, imo vero cladi, quæ mansit Ægyptios in Mari Rubro; atque sic verbi מסכנות significatio, a voce סכנה petenda fuerit.

15. Conditores ad paupertatem redigant] Iste מסכנות a מסכן quod notat, *pauperem reddere*, derivat. Quippe ob has Urbes conditas, Ægyptii deinde a Judæis, auro suo & argento multati sunt.

16. Nam dicente Mar: Quisquis Fabricationibus deditus est, redditur egenus] Si is quem dedimus, illorum quæ proxime præcedunt, sensus esse conceditur, atque de Ægyptiorum pauperie sermo fuit, expungenda sunt hæc verba, quippe quæ ad quosvis ædificantes, non solos Ægyptios pertinent. Et vero, abesse ea ab Antiquis Codicibus, testis est R. Salomo. Quod si tamen quis retinere velit Lectionem usitatam, etiam alterum de periculo, promiscue ad quosvis ædificantes accommodandum est, ita ut dicatur, raro excitari fabricam, cujus occasione Paterfamilias ἐργοδιώκτης non ceciderit, aut perfregerit aliquid. Ipsa sententia, *Quisquis Fabricationibus deditus est, redditur Egenus*: depromta est ex Jebamot fol. 63. a.

17. Pithom proprium nomen &c.] Concisa & obscura est in textu Hebræo locutio: Ad sensum commode exprimendum, plene dicendum erat: פיתום עיקר שמה ולמה טפל לה שם רעמסס Nam ad hunc modum alibi loquuntur. Vide Berachot fol. 13. a. in pr. & Hali-

Halichot Olam p. 23. & 24. edit l' Emper. De iis quæ statim sequuntur, idem esto judicium.

18. Continuo iterum corruit &c.] Crassum hoc, de vano & irrito Judæorum labore, in ædificandis Pharaonis Urbibus, mendacium, revocat mihi in memoriam Historiam verissimam, qua Judæos sub Juliano Cæsare, Templum e suis ruderibus denuo excitare conantes, Divinitus impeditos fuisse, novimus. S. Chrysostomi, qui eâdem illa ætate qua hæc accidere, jam vixisse deprehenditur, in Orat. 3. adv. Judæos, observatione, imo cedro dignissima verba sunt: (Ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς) καὶ χρήματα ἀνήλωσε, καὶ ἐπιστάτας τοῦ ἔργου ἔπεμψε τοὺς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀρχῆς, καὶ τεχνίτας πανταχόθεν ἐκίνησε, καὶ πάντα ἐποίει καὶ ἐπραγματεύετο, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν Ἰουδαίους ἄχρις εἰς τὸ θύειν ἐμβάλῃ, προσδοκῶν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν ἄξειν ῥᾳδίως, ὁμοῦ τε ἐλπίζων ὁ μεμηνὼς καὶ ἀνόητος τοῦ Χριστοῦ περιγράφειν τὴν ἀπόφασιν, τὴν οὐκ ἐῶσαν ἀναστῆναι τὸν ναὸν ἐκεῖνον· Ἀλλ' ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, εὐθέως διὰ τῶν ἔργων ἐδήλου, ὅτι αἱ τοῦ Θεοῦ ψῆφοι πάντων εἰσὶ δυνατώτεραι, καὶ ἰσχυρὰ τὰ ἔργα τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ· Ὡς γὰρ ἥψαντο τῆς παρανόμου ταύτης σπουδῆς, καὶ γυμνοῦν ἤρξαντο τὰ θεμέλια, καὶ πολὺν ἐκίνουσαν χοῦν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἅπτεσθαι λοιπὸν ἤμελλον· Πῦρ ἐκπηδῆσαν ἐκ τῶν θεμελίων τῆς γῆς εὐθέως κατέφλεξέ τε πολλοὺς ἀνθρώπους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους τοῦ τόπου ἐκείνου, καὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας ἔστησεν· Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καίτοι τοσαύτην μανίαν ἔχων περὶ τὴν σπουδὴν ἐκείνην· Δείσας μὴ περαιτέρω προελθὼν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν καλέσῃ τὸ πῦρ· Ἀπέστη ἡττηθεὶς μετὰ τοῦ ἔθνους παντός· Καὶ νῦν ἐὰν ἔλθῃς εἰς Ἱεροσόλυμα, γυμνὰ ὄψει τὰ θεμέλια τῆς γῆς ἐκείνης· Κἂν τὴν αἰτίαν ζητήσῃς τῆς κατασκαφῆς, οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ ταύτην ἀκούσεις· Καὶ τούτου μάρτυρες ἡμεῖς πάντες· Ἐφ' ἡμῶν γὰρ, οὐ πρὸ πολλοῦ ταῦτα γέγονε χρόνου· Id est: Imperator Julianus, *& pecunias impendit, & præfectos misit viros primates, & artifices undiquaq; accersi jussit, nihil non fecit, nihil non tentavit, paulatim ac sensim hoc agens, speransq; futurum, ut si posset illos ad sacrificandum inducere, facile illos revocaret ad cultus simulacrorum. Simul & illud fore sperabat insanus ille ac vecors, ut Christi sententiam frustraretur, qua non patitur templum illud instaurari. Verum is, qui comprehendit Sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declaravit illi, quod Dei decretum omnibus sit potentius, quodq; valida sint opera sermonum Dei. Nam simul atq; tentassent hunc impium conatum, cœpissentq; nudare fundamenta, multamq; terram exhausissent, restaretq; ut jam structuram aggrederentur: protinus ignis exiliens e fundamentis exussit multos, & intempestivam pertinaciam interrupit. Quibus auditis Julianus Imperator, quanquam tanta vesania deditus erat illi negotio, veritus tamen ne ultra progressus, in suum ipsius caput ignem accerseret; destitit inops consilii cum tota gente. Et nunc si redeas Hierosolymam, conspicies nuda fundamenta: quod si causam*

quaras, non aliam quam hanc audies. Hujus rei nos omnes testes sumus. Nostra enim atate hac non ita pridem acciderunt. Confer Ammianum Marcellinum l. 23. in princ. & quos in Notis ad eum citat *Henricus Valesius*, Vir consummatæ doctrinæ, & cui si celeberrimum, animoq; nostro carissimum *Adrianum* jungas, simile par Fratrū non alit Universus Orbis Literarius nec aluit. Et vero, tanto fulgore veritas coruscat, ut ipsi Judæi, etsi pro pertinaci sua malitia, caliginem ei inducere conati sunt, tamen illam admittere fuerint coacti. R. David Gans, in Zemach, veterator insignis est, non enim negare audet, Deo ita disponente, Judæos in ædificando Templo fuisse impeditos, sed interim veram rationem qua id factum est malitiose dissimulat, Juliani tantum mortem, Judæos ædificantes sufflamine strinxisse perhibens, cum tamen certum sit, ante cessatum esse ab opere penitus, quam Julianus adversus Persas Expeditionem susciperet. Sic vero habent verba Gansii part. 2. p. 36. a. הקיסר הזה צוה לחדש בנין בית המקדש לכבוד ולתפארת ונתן לזה עזר ממונו אך מן השמי׳ נתעכב שלא נגמר בנינו כי הקיסר נהרג במלחמת פרס׃ id est: *Julianus Cæsar præcepit, ut restitueretur Templum sanctissimum, magno cum decore & pulchritudine, huicq; rei ipse sumtus suppeditavit. At Cœlitus impedimentum injectum est, ne perficeretur fabrica, nam Cæsar in Bello Persico periit.* Magis candide rem narrat Baal Schalsch Hakkab. p. 109. b. בימי רב חנן וחביריו שהיו שנת כמו ד׳ אלפים שמט ליצירת אומרי׳ הקרוניקי׳ שהיה רעש גדול בכל העולם ונפל המקדש הגדול שעשו היהודים בירושלם במצוות יוליאן אפוסטטו הקיסר עם הוצאה רבה וביום שאחריו בא מן השמי׳ אש גדול באופן שנתכו כל הברזלים שהיו בבנין ההוא ונשרפו יהודי׳ רבי׳ אין קץ׃ id est: *In diebus R Chanan & Sociorum ejus, anno circiter Orbis conditi 4349. memorant libri Annalium, magnum in Orbe universo fuisse terræ motum, collapsumq; esse templum quod struxerunt Judæi Hierosolymis, præcepto Cæsaris Juliani Apostatæ, inpensis maximis. Postridie ejus diei de Cœlo ignis multus cecidit, ita ut omnia ferramenta illius ædificii liquescerent, & amburerentur Judæi multi, atq; adeo innumerabiles.*

19. Oculis eorum tanquam spinæ fuerunt] Molestissimum enim erat Ægyptiis, tantopere augeri numero Judæos, & sobolescere, itaq; sudes quasi fuere in illorum oculis.

20. Ore blandiente] id est: Ægyptii principio leniter, & verbis bonis, promissa quoq; mercede, & Regis exemplo, ad laborandum secum, Judæos inducere satagebant. Cum vero hi tot tantisq; rationibus

commo-

commoti, impigros sedulosq; se præstitissent, & robur ac solertiam suam ante alios ostensuri, pensa in formandis lateribus absolvissent ingentia, inivere numerum horum laterum Ægyptii, appositisq; Custodibus, deinde vi summa Judæos tantundem quoquo die perficere coëgerunt. Vide Jalkut fol. 51. col. 1. & Sepher Hajaschar p. 126.

21. De Sævitie]. Nimirum iste vult, non verbis, sed statim verberibus actum esse, opertosq; fuisse Judæos loris ad necem, ut lateres multos efformarent.

22. Permutarint opera virilia &c.] Ut tanto majus negotium facesserent Judæis, æque enim inepti sunt viri, ad muliebria munera peragenda, ac fœminæ, ea quæ virorum sunt, curare nequeunt. In Antiquissimo libro Torat Cohanim, allegante locum Mose Kozensi in Præc. Neg. CLXXIV. plenius legitur: היו מחליפין עבודת נשים לאנשים ועבודת אנשים לנשים עבודת יום לעבודת לילה ועבודת לילה לעבודת יום: id est (Ægyptii, ægre facturi Judæis,) *coëgere fœminas facere opera virilia, viros muliebria, sed & diuturna opera, cum nocturnis, nocturna, cum diurnis permutarunt.*

23. Hic loci id vocabulum de crudelitate &c.] Nam præcesserat in versu hoc 14. וימררו את חייהם id est. *Et amaram effecerunt vitam eorum*: quamobrem בפרך quod deinde sequitur, omnem mitiorem explicationem respuit. At præcedentis versus, dispar ratio est, nihil enim ibi de vitæ amaritudine.

לב XXXII.

דרש רבי עקיבא בשכר נשים צדקניות שהיו באותו הדור נגאלו אבותינו ממצרים שבשעה שיוצאות לשאוב מים מזמן להם הקדוש ברוך הוא דגים קטנים בכדיהם ושואבות מחצה מים ומחצה דגים ובאות ושופתו שתי קד

Bene judicat [1] R. Akiba, inquiens: [2] Merito fœminarum pientissimarum istius ætatis, liberati sunt Majores nostri ex Ægypto. Ea enim hora, qua ibant hausturæ aquam, [3] illarum hydriis Deus B. paravit pisciculos, ut medias aquis, medias piscibus replerent. Redeuntes itaque, (*igni*) admoverunt duas ollas, [4] alteram calidæ alteram

קדרות אחת של חמין ואחת
של דגי ומוליכות אותן אצל
בעליהן לשדה ומרחיצות אותם
וסכות אותם ומאכילות או
אותם ומשקות אותם ונזקקות
להם בין שפתים שנ' אם תש
תשכבון בין שפתים בשכר
שתשכבון בין שפתים זכו וג
ישראל לביזת מצרים שנאמר
כנפי יונה נחפה בכסף וא
ואברותיה בירקרק חרוץ : ם
וכיון שמתעברות באות ל
לבתיהן וכיון שמגיע זמן ס
מולדתן הולכות ויולדות
בשדה תחת התפוח שנאמ
תחת התפוח עוררתיך שמה
חבלתך אמך ושמה חבלה
ילדתך : והקדוש ברוך הוא
שלח מלאך מן השמים ומנקר
אותם ומשפר אותן כחיה
זו שמשפרת את הולד הוא
שנאמר ומולדתיך ביום ש
הולד' אותך לא כרת שרך
ובמים לא רחצת למשעי וגו

teram piſcium. Has deinde ad maritos ſuos [5] in agris verſantes detulere, illos lavabant, illos ungebant, iis cibum potumque præbebant, denique cum illis concumbebant, [6] in agrorum limitaneis. Q.S.E. (Pſ. LXVIII, 14.) *Si jacueritis inter agrorum limitanea.* (Scilicet,) Ob factum bonum, quod in agrorum limitaneis recubuerunt, conceſſa eſt Iſraëlitis, præda Ægyptiorum. Q.S.E. (l. c.) [7] *Alæ columbæ tectæ argento: penna ejus ex fulvo auro effoſſo.* Gravidæ factæ, in ædes revertebantur. Appropinquante vero partus tempore, ibant & fœtum edebant in agro, ſub pomifera arbore. Q.S.E. (Cant. VIII, 5.) *Sub ipſa malo expergefacio te, ubi enixa eſt te mater tua, ubi enixa eſt quæ peperit te.* Deus B. vero miſit angelum cœlitus. is ([8] *infantes recens natos*) mundavit curavitq; ad inſtar nutricis, infantem comentis. Q.S.E. (Ezech. XVI, 4.) *Nam ad genituras, quo die genita fuiſti, non fuerat præciſus umbilicus tuus, & aquis non eras lota cum aſpexi te: neq; ſale fueras condita, nec faſciis eras faſciata.* Dedit porro illis [9] duos globulos, alterum mellis, olei alterum

והמלח לא המלחת והחתל
לא החתלת ונותן להם שני
עגולין אחד של דבש ואחד
של שמן שנאמר ויניקהו דבש
מסלע ושמן מחלמי׳ צור: וכיון
שמכירין בהם המצריים באין
עליהם להורגן ונעשה להן נס
ונבלעין בקרקע ומביאין שוו
שוורים וחורשים על גבם שנ
שנאמר על גבי חרשו חורשים
ולאחר שהולכין מבצבצין וי
ויוצאין כעשב השדה שנאם
רבבה כצמח השדה נתתיך
ונו׳ ולאחר שמגדלין באין עד
עדרים עדרים לבתיהם שנא
שנאמר ותרבי ותגדלי ותבואי
בעדי עדים אל תיקרי בעדי
עדים אלא בעדרי עדרים:
וכשנגלה הקדוש ברוך הוא
על הים הם הכירוהו תחלה
שנאמר זה אלי ואנוהו:

alterum Q. S. E. (Deut. XXXII, 13.) *Datq; ei sugendum mele petra, & oleum e rupe adamantina.* Cum vero Ægyptii illos persensissent, impetum in eos fecerunt, ut illos occiderent, sed miraculum ipsis accidit, & a dehiscente tellure, fuere absorpti. Tum Ægyptii adductis bobus, illorum tergo inarabant Q. S. E. (Psl. CXXIX, 3.) *Super tergum meum araverunt aratores.* His digressis, germinarunt, & prodiverunt sicut herba agri Q. S. E. (Ez. XVI, 7.) *Copiosam ut germen agri reddidi te &c.* Cumque adolevissent, [10] gregatim lares suos petebant. Q. S. E. (*ibidem.*) *Ut creveris, & adoleveris, perveneris; ad summum ornatum.* Non legendum *baadi adajim* (id est sensu ornatus.) Sed *beadre adarim* (significatione Gregis) [11] Cum vero conspiciendum se præberet Deus B. in Mari, isti primi eum agnoverunt. Q. S. E. (Ex. XV, 2.) *Hic Deus meus, cui habitaculum decorum ponam.*

ANNOTATA.

1. R. Akiba] In Talmude est רב עוירא Sed Jalkut fol. 51. col. 1. convenit cum Editionibus En Jacob. Est ergo hæc difficultas insolubilis, & Thesbitem, ad eam expediendam, præstolari oportet. Interea lo-

rea loci, ne quid peccemus, utamur expeditissimo remedio, quod suppeditant Rabbot fol. 117. col. 2. & scribamus, prout ibi legitur: ר״ע sic enim nulli fit injuria, & cuique jus suum servatur integrum. Sequuntur mox in hac Pericope, variantes Lectiones aliæ; sed Criticæ Hebraicæ, nondum ita se res habet, ut de levioribus solicita esse possit, sufficit si ea in quibus aliquod momentum positum, nos occupent. Ergo, pro אבותינו legas licet, ישראל pro שיוצאות deinde, שֶׁהָלְבוֹת In ומוליכות אותן omittas posteriorem vocem, pro שלח מלאך מן השמים ומנקר אותם substituito: שולח משמי מרום מי שמנקיר ומשפיר אותן ומשפר אותן Pro ונותן להם rescribe si vis ומלקט להן &c. nihil peccabis.

2. Merito fœminarum pientissimarum &c.] Multa quæ hic, & in sequentibus, de Judæorum in Ægypto dura servitute, itemq; de Mosis deinde nativitate narrantur, eadem, ne de Rabbot & Jalkut quid dicam, reperies quoq; in libro Hajaschar, & *in Libro de Vita & Morte Mosis*, quem postremum nos MS. nacti sumus, facturi aliquando ex eodem Codice publici juris, *Libellum de Morte Aaronis*, qui ibidem, priori subjungitur.

3. Illarum Hydriis Deus B. &c.] Hæc in Joma repetuntur, loco quem integrum adscribam, quia ex eo, quædam disputandi ratio Talmudica, pulchre percipi potest: Leguntur vero fol. 85. a. quæ nunc repræsentabimus. זכרנו את הדגה אשר נאכל במצרים חנם רב ושמואל חד אמר דגים וחד אמר עריות מ״ד דגים דכתיב נאכל ומ״ד עריות כתיב חנם בשלמא למ״ד דגים היינו דאמר נאכל אלא למ״ד עריות מאי נאכל לישנא מעליא נקט דכתי׳ כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה בשלמא למ״ד עריות היינו דכתי׳ חנם אלא למ״ד דגים מאי חנם דהוו משכחי ומייתי מהפקרא דאמר מר כשהיו ישראל שואבין מים הב״ה מזמין להם דגים קטנים בכדיהם בשלמא למ״ד דגים אבל עריות לא פרצי בהו היינו דכתיב גן נעול אחותי כלה אלא למ״ד עריות מאי משתבח בהו קרא בהנך דאסירא בהו לא פרצי בהו היינו דכתיב גן נעול דבאשת איש לא פקרי בשלמא למ״ד עריות היינו דכתי׳ וישמע משה את העם בוכה למשפחותיו על עסקי משפחותיו שנאסרו להם לשכב אצלם אלא למ״ד דגים מאי וישמע משה את העם וגו׳ הא והא הואי בהו: id est: (Testis est Scriptura Num. XI, 5. dixisse Judæos:) Recordamur Piscium, quos comedimus in Ægypto gratis. *De horum verborum sensu, non convenit inter Raf, & Samuelem, nam alter de veris Piscibus, alter de Scortatione ista explicat. Qui de veris Piscibus accipit, urget vocem* Comede-

runt

runt; (nec enim Scortationem, quis Comedere dicitur:) *Qui vero de Scortatione, urget verbum*, Gratis, (nam nemo Pisces sine pretio emit. *Et vero, fac me illi assentiri, qui de Piscibus locum explicat, cum expresse* Comestionis *fiat mentio: Quomodo vero is qui Scortationem intelligit, salvabit istud de comestione?* (Respondebit, voluisse Scripturam verbis prætextatis abstinere, & ideo) (*honesto sermone circumscripsisse* (turpitudinem: pari enim ratione Prov. XXX, 20.) S. E. Sic est via mulieris scortantis, comedit, & abstergit os suum. *Cæterum, fac me illi assentiri, qui de Scortatione locum explicat, cum expresse de* Gratuito *sermo sit; quomodo vero is qui Pisces intelligit, salvabit illud de* Gratuito? (Respondebit, Pisces) *repertos, domumq; allatos esse, sine pretio. Nam sic ait Autor decisionis: Cum Israëlitæ haurirent aquam, Deus B. in illorum hydriis pisciculos parvos paravit. Jam, si illi assentior, qui de Piscibus locum accipit, cum Scortationi non videantur Judæi indulsisse; scriptum enim:* (Cant. IV, 12.) Hortus clausus, est soror mea Sponsa: *Quomodo is qui de Scortatione exponit, illam laudem quam Scriptura Judæis tribuit, applicabit?* (Respondebit, laudari ipsos, quod adulterio & incestu, tanquam solis tum ante Legem latam libidinibus) *prohibitis, abstinuerunt. Scriptum enim*, Hortus clausus, *quod omnino ad servatam fidem conjugalem pertinet. Porro, si illi assentiar: qui de Scortatione locum accipit*, quippe S. E (Num. XI, 10.) Et audivit Moses Populum flentem per familias suas. *Quibus* (innuitur, flevisse eum) *ob rem ad familias attinentem; nam ista licentia exercendarum libidinum*, (quæ pridem obtinuerat) *fuit prohibita: Quomodo alter qui de Piscibus verba accipit, hunc Numerorum Locum, ad suam sententiam accommodabit?* (Dicet;) *tam ob Pisces, quam restrictam libidinis licentiam Judæos flevisse.*

4. Alteram calidæ] Ut istâ viros lavarent, & liberarent ab Argillæ sordibus.

5. In agris versantes] Ex Præcepto enim Pharaonis, Viris in Agris, Mulieribus vero separatim in Urbibus morandum erat, ut hac ratione sobolis impediretur procreatio.

6. In agrorum limitaneis] R. Salomo שפתים dicit esse מקומות צנועים מצד גבול השדה גבוה מכאן וחבית גבוה מכאן וחריץ באמצע: id est: *Loca depressa in agrorum extremitatibus, hinc & hinc eminentiâ aliquâ, in medio vero fossa existente.* His igitur Fossis, pro toro usi sunt Judæi, ne cubantes conspicerentur; partum deinde mulieres sub arboribus enitebantur, ceu mox in textu fit indicium. Ille, qui Judæorum

rum Versionem Germanicam Pentateuchi, Notis illustravit, discrimen non observat, sed magno memoriæ lapsu, cubilia Judæorum sub arboribus sternit, p. 95. a. de Fœminis scribens: *Sie vvaren bemannt zu ihre Manen unter den Apffelbaum*: Quod bis falsum est.

7. Alæ Columbæ &c.] Per Columbam Cant. V, 2. & Cap. VI, 9. Judæi, sese intelligi contendunt. Ergo sensus dicti est, Judæos, Auro Argentoque quod Ægyptiis subtraxerant, fuisse onustos.

8. Infantes recens natos mundavit, curavitque] Tenelli, & e partu recentes infantes, quomodo lavandi sint, Mulierum dicere est, non Virorum. Dicat igitur rem, Rebecca, Rabbina doctissima: Nos aures porrigere haud gravabimur. *Nun vvill ich vveiter reden von der Sachen, vvie ich von den köstlichen Doctor* מה״רר שמואל מקבל *hab gevvesen, vvie man das Kind sol baden. Man sol das Kind nit zu vvarm baden, dann es macht das Kind schvvach und mat: Und soll ihm den Kopf* כלל *nit netzen, dan das Gehirn is ihm vveich, und es kombt* ח״ו *viel bös davon, daß ich es nit schreiben vvill, vvas* השם ישמרנו *darvon komt. Wen man es aus den Bad nimt, mag man es ein vvenig langsem vvaschen, auch sol man es nit lang in den Bad lassen ligen.*

Meneket RibKa Porta 5.

9. Duos globulos alterum mellis, olei alterum] Sic legitur quoque in Rabbot fol. 117. col. 2. & Jalkut fol. 1. col. 1. Sed quare Olei? nec enim oleo nutriri solent infantes. Proinde aptius sine dubio traditur in libello de Vita & Morte Mosis p. 2. b. edit. Gaulm. שלח להם מלאכיו לרחוץ אותם ולסוכם ולהתחילם ולשום שני חלוקי אבני׳ מן יונק חלב ומן אכל דבש Hîc vero lectio postremorum verborum, etsi cum MS. quoque nostro, per omnia convenit, tamen palam corrupta est, & restituenda ex Sepher Hajaschar p. 130. a. ubi integre probeque: ולשום בידו שתי חלוקי אבנים מן האחת יונק חלב ומן השנית יונק דבש: Sensum dicti, Amplissimus Gaulminius, sic Latine interpretatur: *Angelos misit, qui pueris lotis, unctisq; ac obvolutis, lapides binos apposuerunt, ex quoque altero lac sugebant, ex secundo mel esitabant.* Nimirum, fuit apud Veteres more receptum, ut infantes quilibet, primo melle, deinde lacte nutrirentur, ceu videri potest apud Doctissimum Bochartum to. 1. Hieroz. p. 630. proinde merito, hæc stillantes globulos, aut spongias, Angeli ministrarunt. At vero, ille sive R. Akiba sive R. Avera, in Gemara nostra, oleum nominare debuit, scilicet, κατὰ πόδα inhærens verbis Davidicis, quibus si Deo placet, aliter constare veritas non poterat. Istum mihi Præceptorem si nactus fuisset S. Chrysostomus, non mihi, credo, dicturus erat, Homil. 2. ad Pop. Antioch. Τοῦτο ἰδίωμα τῆς

γραφῆς

γραφῆς ἀνεγνώκαμεν, ὅτι μέλι ἐκ πέτρας ἐξήγαγεν ὁ Μωσῆς ἀλλὰ πανταχοῦ ποταμοὺς, καὶ ὕδατα, καὶ ψυχρὰ νάματα id est : *Nunquam in Scriptura, lectum est, quod Mel de petra Moses eduxerit, sed ubiq; fluvios, & aquas, & frigida fluenta.*

10. Gregatim] Phrasin Hebræam habes etiam in Sanhedrin p. 344. edit. Cocc. & simul p. 386, ibidem adducitur, quam infeliciter Genebrardus eam exposuerit,

11. Cum vero &c. Isti primi eum agnoverunt] Nam pridem eum viderant. De cætero, magna in hoc dicto Mysteria, quærit Ignatius Landrianus tract. 1. de Partu Virg. p. 325. Num quid operæ pretium repererit, expendant alii,

לג.

ויאמר מלך מצרים למילדות העבריות רב ושמואל חד אמר אשה ובתה וחד אמ׳ כלה וחמותה מאן דאמר אשה ובתה יוכבד ומרים : ומאן דאמר כלה וחמותה יוכבד ואלישבע : תניא כמאן דאמר אשה ובתה דתניא שפרה זו יוכבד ולמה נקרא שמה שפרה שמשפרת את הולד : דבר אחר שפרה שפרו ורבו ישראל בימי׳ פועה זו מרים ולמה נקרא שמה פועה מש שהיתה פועה לולד : דבר אחר שהית׳ פועה ברוח הק

XXXIII.

ET dixit Rex Ægypti, Obstetricibus Hebræis. Ex.I,15. Raf & Samuel (*inter se disputant.*) Unus ait, Matrem, & Filiam fuisse : alter Nurum, ejusq; Socrum. Is qui matrem & filiam exponit, de Jocebed & Mirjam accipit : qui vero Nurum & Socrum, de Jocebed & [1] Elischaba. Traditio extat, illi favens, qui matrem & filiam exposuit, sic enim fertur : Schiphra eadem quæ Jocebed, quare autem cognominata Schiphra ? Nimirum, quia mundavit infantes; Vel, ut alii declarant, Schiphra dicta, quia ejus tempore Israëlitæ fœtificabant, & augescebant. Pua cum Mirjam coincidit ; dicta vero Pua, a [2] deliniendis infanti-

הקדש ואומרת עתידה אמי
שתלד בן שמושיע את ישראל:
ויאמר בילדכן את העבריות
verſ. 16. וראיתן על האבנים: מאי
אבני אמ' ר' חנין סימן גדול
מסר להן אמר להן בשעה
שכורעה אשה לילד ירכותיה
מצטננו כאבני' ואית דאמר
כדכתיב וארד בית היוצר
והנה הוא עושה מלאכה על
האבני' מה יוצר ירך זה מכאן
וירך מכאן וסדן באמצע אף
אשה ירך מיכאן וירך מיכאן
והולד באמצע אם בן הוא
והמיתן אותו ואם בת היא
וחיה אמר רבי חנינא סימן
Ex. I,16. גדול מסר להן בן פניו למטה
בת פניה למעלה ותיראן
המילדות את האלדים ולא
verſ. 17. עשו כאשר דבר אליהן: להן
מבעי ליה: אמר ר' יוסי ברבי
חנינא מלמד שתבען לדבר
עבירה ולא נתבעו: ותחיין
את הילדים תנא לא דיין

fantibus. Vel, ſecundum alios, quia per SpiritumS. loquuta, dixitque: Futurum eſt ut mater mea pariat filium, qui liberabit Iſraëlitas. *Edixit: obſtetricando mulieribus Hebrais, cum inſpicietis in Abanim.*[3] Quid eſt *Abanim?* [4]R. Channin ait, illuſtre ſignum illas docuit, inquiens: Ea hora qua mulier ſeſe [5] incurvat ad pariendum, femora ejus [6] frigeſcunt ut lapis. Sed non deſunt (*qui Abanim exponant*) ex loco: (Jerem. XVIII, 3.) *Deſcendi itaq; in Domum figuli, ubi ecce is faciebat opus, al haobnajim* (*id eſt in ſuis ſellis.*) Sicut enim figuli alterum femur ab hac, alterum ab illa parte, rota vero in medio collocatur. Ita etiam fœmina parturiens, (*divaricando pedes,*) hinc & hinc femur habet, fœtusq; in medio eſt. *Si filius fuerit enecetis eum, ſin filia fuerit, vivat.* Ait R. Chanania: [7] Evidens ſignum illis commonſtravit: [8] Puerorum facies (*inquiebat,*) deorſum, puellarum ſurſum (*ſpectant.*) *Sed timuerunt Obſtetrices illæ Deum, neq; fecerunt, prout dixerat ad eas.* Lahen (*Illis*) dicendum erat (*pro alehen.*) Scilicet, ait R. Joſe F. R. Ch. docemur quod illas [9] ſolicitarit ad

concu-

שלא המיתו אותן ואלא שהיו
מספקות להן מים ומזון:
ותאמרנה המילדות אל פרעה
כי לא כנשי המצריות ﭏ
העבריות כי חיות הנה מאי
חיות אילימא חיות ממש אטו
חיה לא צריכה חיה אחריתי
לאולודה אלא אמרו לו אומה
זו כחיה נמשלה יהודה גור
אריה יהודה : דן יהי דן נחש
עלי דרך : נפתלי אילה ﭏ
שלוחה : יששכר חמור גרם:
יוסף בכור שורו הדר לו כו'
בנימין זאב יטרוף דכתיב ב
בית כתיב ביה דלא כתי' ביה
כתיב ביה ואמרת מה אמך
לביא בין אריות רבצה בתוך
כפירים רבתה גוריה:

concubitum ſed nõ aſſenſerunt. *Et vivos conſervabant natos.* Traditione conſtat, [10] non ſatis illis fuiſſe, ut non interimerent eos, verum inſuper easdem ſubminiſtraſſe ipſis aquam & alimentum. *Dixerunt Obſtetrices illæ* verſ. 19.
Pharaoni, quia Hebrææ, non ſunt ſicut mulieres Ægyptiæ, ſunt enim Chajot. Quid notat vox *Chajot?* An dicendum ſimpliciter Beſtias innui: *(& ſenſum eſſe, Hebræas mulieres tam parum obſtetricibus egere)* quam [11] Beſtia, Beſtiæ miniſterio non indiget, quæ in partitudine opituletur? Quin potius dixere illi: [12] Hæc gens beſtiæ aſſimilata eſt: (*De*) Juda (*ſcriptum*: Gen. XLIX, 9.) *Catulus Leonis Judas.* (*De*) Dan: (ib. v. 17.) *Erit Dan ſerpens juxta* verſ. 21.
viam. Naphthali Cerva emiſſa. Iſa- verſ. 24.
ſchar aſinus oſſium. (*De*) Joſepho (S. E. Deut. XXXIII, 17.) *Primogeniti bovis illius decor eſt ei. Benjamin lupus diſcerpens.* Atque Gen.
de his (*diſertis verbis comparatio*) XLIX,
in Scriptura inſtituitur: quorum 27.
vero omiſſæ comparationes, comprehenduntur ſub illo (*generali* Ezech. XIX, 2.) *Dicens* [13] *quid erat mater tua? leæna inter leones recubans; inter juvenes leones educans catulos ſuos.*

ANNOTATA.

1. Eliſchaba] Ea filia τȣ̃ Aminadab fuit, & Aaronis Uxor, atq; ſic Nurus τῆς Jocebed. Vide, Ex. VI, 23.

2. A deliniendis infantibus] In Talmude poſt פועה additur ומוצ׳א quod, ſi delendum quis cenſeat, non multum refragabor, quippe nec in Jalkut fol. 51. col. 2. ubi hæc noſtra percenſentur, comparet. Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1778. verbum retinuit, & locum integrum vertit: *Quare vocatur nomen ejus Puah? Quod exclamaret, & educeret Infantem:* Qui ſenſus, eſt prorſus contrarius: Clamore enim ſuo, Pua Infantibus metum incuſſiſſet, terroremque. Niſi forte, id voluit Vir doctus, cum clamore illam obſtetricatam eſſe: Quod tamen nec ipſum ſatis convenit. Nam R. Chananel etſi in Toſephot En Jacob, ad hanc interpretationem nonnihil videtur accedere, tamen illud de clamore haud addmittit; ſic enim ait: לחשה לחשות ויצא הולד כמו שעושי׳ אלו עכשיו באוני האשה: id eſt: (Mihi videtur dicta Pua,) *quia fabellis aures permulcebat parturientium*, (ut falleret dolorem) *atq; ſic educeretur infans, quod etiam nunc obſtetrices noſtræ obſervant, cum e partu laborantibus opitulantur.* Noſtræ Verſioni, præterquam quod Textus, illam haud invite admittit, etiam in diligentiſſimo Commentatore R. Salomone præſidium eſt, qui שהיתה פועה לולד ſic exponit: כדרך שמשיאין לתינוק ברברי׳ ערבים לפתותו ולשעשו: id eſt: (Oblectabat Infantem) *uti ſolent verbis blandis eum delinire, ut quietum aut hilarem ſe præbeat.* Plura de Nominibus Schiphra & Pua vide in Rabbot fol. 117. col. 2.

3. Quid eſt Abanim] Præter eas quæ hoc loco ad nomen אבנים afferuntur Alluſiones, eſt quoque inſuper alia in Rabbot ſol. 117. col. 3. dicique quibusdam creditur אבנים quaſi מקום שהולד נפנה בו Ubi vocem נפנה ita flagitante Analogia, fidenter emendo, reſcriboque נבנה ac verba interpretor: *Locum in quo infans conditur, & quaſi exſtruitur.*

4. R. Channin &c.] In Editionibus En Jacob, nominatur R. Jochanan, & magna verborum quæ ſequuntur, eſt trajectio. Sed quia R. Salomo in Gloſſa, Lectionem illam corruptam judicat, ejusque Correctio, in Talmud Amſtelodamenſe recepta eſt, æquum erat, ut & nos, locum emendate repræſentaremus.

5. Seſe incurvat ad pariendum] Loquendi modus, deſumtus ex Job. XXXIX, 3. & Sam. IV, 19. Utuntur eodem Talmudiſtæ alibi: Sic in Nidda fol. 31. b. שאלו תלמידיו את רבי שמעון בן יוחאי מפני

מפני מה אמרה תורה יולדת מביאה קרבן אמר להם בשעה שכורעת לילד קופצת ונשבעה שלא תזקק לבעלה לפיכך אמרה תורה תביא קרבן: id est: *Quæsivere ex R. Simeone F. I. Discipuli ejus, quare Scriptura jusserit Puerperam*(partu levatam)*offerre Sacrificium? Respondit iis: Ea hora, qua se incurvat ad pariendum, prorumpit jurando nunquam se amplius cum viro rem habituram*: (Quod jusjurandum cum vanum sit, nec postea observetur,) *ideo imperavit Lex Divina, Puerperis sacrificium*, (ad illam culpam expiandam.) Cæterum, incurvant se, serpentisque instar convolvunt parituræ mulieres, ὅτι περὶ τὴν κοιλίαν σφοδρότατοι γίνονται πόνοι, quod Aristoteles ait, l. 7. Hist. Anim. c. 9.

6. Frigescunt ut lapis.] Supple: Non igitur sic frigentem mulierem Judæam deserite, ne vobis absentibus, levata partu, prolem abscondat, abortum se edidisse prætendens. Quin, præsentes manete, ut quod natum fuerit, tollatis e medio. Atque fieri sane potest, ut in summo parturientium dolore, id eveniat, quod Pharao fertur dixisse; nec minus verum esse crediderim, quod Moses Bar Cepha, Syrus Episcopus, part. 1. Comment. de Paradiso, a muliere quadam audivisse se refert; earum scilicet, quæ pariunt fœminarum, pupillas oculorum præ nimio doloris sensu adeo obfuscari, ut nihil cernant.

7. Evidens signum illis commonstravit] Scilicet, docuit eas, quomodo in ipso partu, nondum plene in lucem edito infante, illico agnoscere possent, utrum mas sit, an fœmina, atque sic inter obstetricandum, citra omnem cædis suspicionem, puerulos interimere.

8. Puerorum facies &c.] Firmiter persuasum est Judæis, omnium Puerorum nascentium vultus, pronos terram; Puellarum, sursum versus respicere: Quod nos, tanquam incompertum, relinquimus in medio. Sed Magistri, adeo de re non dubitant, ut in Nidda causas quoque allegent. Nam fol. 31. b. legimus: מפני מה איש פניו למטה ואשה פניו למעלה כלפי האיש זה ממקום שנברא וזו ממקום שנבראת: id est: *Eccur* (in partu) *Mares vultum in terram, Fœmina, eundem sursum ad viros dirigunt? Nimirum, utriq; intuentur locum suæ primæ creationis*: (Vir enim e terra, Fœmina ex costa Viri, conditi sunt.) Præcesserat ibidem, in altera folii facie: מאי שנא דחבלי נקבה מרובה משל זכר זה בא כדרך תשמישו וזה בא כדרך תשמישו זה הופך פניו וזה אין הופך פניו: id est: *Quare Matres, majores patiuntur dolores, cum puellas pariunt, quam cum mares?* (Scilicet) *quia quisq; sexus ita editur, prout* ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τῶν ἀφροδισίων *vultum habet dispositum.* (At cum Infantes,

fantes, dum in utero adhuc ſunt, omnes vultum deorſum convertant. hinc cum puellæ ſuſcipiuntur, acriores oriuntur dolores) *quippe hæ prius ſe volutant, quod mares non faciunt.* Ergo hæc Vultus, diverſa in Fœminis diſpoſitio, in ipſa demum partitudine accidit, dum vero formatur adhuc infans, hactenus nullum inter pueros, puellasque diſcrimen eſt, & utrique ima reſpiciunt; hanc enim interpretationem, verba quæ adduximus omnino flagitant, neque alio ſenſu R. Salomo ea accepit. Proinde Autoris libri Chaſidim, qui jam in ipſa formatione, fœmellarum & maſculorum vultus diverſe locari arbitratur, hallucinatio manifeſta eſt, neque Gemaram conſuluiſſe videtur, cujus tamen rationes proferre volebat, ſic vero ſcribit. Num. 1041. בשמונח הולד ברחם אמו הזכר פניו למטה והנקבה למעלה דרך תשמישם האיש מביט לעפר שמשם לוקח והאשה מבטת למעלה אצל האדם שנלקחה מן הצלע שלו וכן שהאדם טבע במי׳ פניו למטה ששט על כריסו כדרך שעומר ברחם אמו והאשה הטובעת בים פניה למעלה כמו שעומדת ברחם אמה; id eſt: *Cum jacet Infans in materno utero, Maris vultus inferna, Fœminæ, ſuperna ſpectant,* κτ̀ τὸν τῆς μίξεως τρόπον. *Vir intuetur pulverem, e quo fictus eſt; Fœmina ſurſum, ad Virum reſpicit, nam ejus coſta, illi materiam præbuit. Porro, cum viri* (cadaver) *aquis innatat, vultus fundum tuetur, & ventri corpus incumbit, nam etiam hunc in modum, intra matris viſcera conſtituitur: At Fœminæ cadaver, ſi quando ab aquis defertur, ſupinum jacet, & ſic ipſum quoq; refert eam poſituram, quam pridem in materno utero obtinuerat.* Enim vero, ut priora Talmudiſtis, ita poſteriora noſtris Scriptoribus adverſantur, apud quos legiſſe me memini, ſemper fœminarum cadavera, in undis prona cubare, indicium faciente natura, debere ipſas eſſe pudoris retinentiſſimas.

9. Solicitarit ad concubitum] Nam Vox אליהן quiddam rei Venereæ videtur indicare, cum notum ſit ויבא אליה ἐρωτικὸν εἶναι ῥῆμα κ̀ τὰ ἀφροδίσια σημαῖνον.

19. Non ſatis illis fuiſſe &c.] Hoc enim ſi volebat Scriptura, ſufficiebat dicere ולא המיתו את הילדי׳ *Et non interemerunt natos.* At, quia ſignanter legimus ותחיין *Et vivos conſervarunt*; utique aſſerendum eſt, non tantum a cæde puerorum abſtinuiſſe Obſtetrices, ſed & præterea foviſſe eas ipſos, & aluiſſe.

11. Beſtia beſtiæ miniſterio non indiget &c.] Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζώοις οὐκ ἐπίπονοι γίνονται οἱ τόκοι, ἀλλὰ μετριωτέρως ἐπίδηλά ἐστιν ἐνοχλούμενα ὑπὸ τῆς ὠδῖνος· Ταῖς δὲ γυναιξὶ συμβαίνουσιν οἱ πόνοι ἰσχυρότεροι, ut appoſite ait Philoſophus l. 7. de Hiſt. Anim. c. 9. *Cæteris animalibus partus non*

non laboriosi eveniunt: minus enim cum parturiunt, infestari videntur. At mulieribus, dolores vehementissimi incidunt. Interim tamen, ista cum grano salis accipienda sunt. Nam & feræ vehementer quandoque sentiunt in partu dolores, manumque obstetricantem non detrectant, imo sæpe exigunt: Nec minus fœminas reperire est, quæ nullo negotio prolem edunt in lucem. Quam difficili partu Cervæ sint, ipsæ Sacræ Literæ testimonium perhibent, Job. XXXIX, 3. seqq. ubi non exscribimus, quæ ad illum locum illustrandum affert multiscius Bochartus part. 1. Hieroz. p. 889. De Ovibus, insignis locus est apud Columellam l. 7. Rei Rust. c. 3. *Partus vero incipientis pecoris, non secus quam Obstetricum more custodiri debet, neq; enim aliter hoc animal, quam muliebris sexus, enititur, sæpiusq; etiam, quanto est omnis rationis ignarum, laborat in partu. Quare, veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister, ut si res exigat, vel integrum conceptum, cum transversus hæret locis genitalibus, extrahat: Vel ferro divisum, citra matris perniciem partum educat, quod Græci vocant* ἐμβρϋ ἄκος. Inter Novas observationes Medico-Physicas, a Naturæ Curiosorum, (cui bene ominamur, & tantis auspiciis digna incrementa optamus) Academia, nuper publicatas, pag. 18. Experientissimi *Georgii Segeri* exhibetur Epistola, qui Hafniæ, Serpentis quem in Cubiculo inclusum habebat, partum cum promoveret, quam gratissimam eidem rem præstiterit, pluribus commemorat. Jam, quod ad Mulieres attinet, de Illyricis scribit Varro l. 2. R. R. c. 10. *Prægnantem, sæpe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibiq; enixam puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes.* Hunc locum adducens Thomas Gatakerus in Cinno p. 213. simul addit, *de Hibernis referre, qui in partibus illis degerunt aliquandiu, partui propinquam, nonnunquam a mensa recedere, & utero levato, post paulo ad vescendum reverti.* Cl. Petrus Vattierius noster, Scriptorem Arabem, de fœminis, quæ Tamerlanis castra sequebantur, sua lingua sic facit loquentem: *Quand quelqu' vne d'elles estoit grosse, si les douleurs de l' enfantement la surprenoient en chemin, elle s'escartoit vn peu, & quittoit la trouppe, descendoit de dessus sa beste, & se dechargeoit de son fardeau; puis l'ayant enuelopé, elle remontoit incontinent, & le prenant entre ses bras, donnoit apres les autres.* Portrait du grand Tamerlã pag. 52.

12. Hæc gens bestiæ assimilata est &c.] Multi Christiani & Judæi Scriptores prodiderunt, habuisse Tribus singulas, cum in deserto iter agerent, sua Vexilla, certis notis a se invicem distincta, nec minus edisserunt, quales istæ fuerint. Præcipue enim nominant illa animalia, inter quæ, & filios, expressam comparationem instituerat Jacobus, & quorum hoc loco mentio injicitur: Illis vero Tribubus, ubi comparatio

 deficit,

deficit, quædam signa tribuunt ex ingenio. Nonnulli quoque Haraldicæ Artis periti, ab hac origine, deducere solent Insignia Nobilitatis. Vide præter Autores, Cl. Bocharto part. 1. Hieroz. p. 772. & Speidelio in Observat. Notab. voce *Wapen*, laudatos, etiam Schalsch. Hak. p. 10. a. & Dissertationem, quam Philippus Aquinas, de Tabernaculo & Castris Israëlitarum, in Lingua Gallica edidit. Sane, de Servianis simile quid nostra ætate observavit, diligentissimus Busbequius: Refert enim Ep. 1. Legat. Turc. vidisse se, in illorum Cœmiteriis, erectos in palos aut longurios cervorum, & hinnulorum, & similium ferarum, de ligno dedolatas effigies: Cumque causam rogasset, didicisse, Maritos vel Patres eo monumento voluisse testari, conjugum aut filiarum, in obeundis domesticis officiis, celeritatem & diligentiam. Sed, an quondam Judæorum par fuerit institutum, ob ea, quæ Bochartus loco citato, erudite in contrarium disputat, vehementer dubitamus.

13. Quid erat Mater tua &c.] Sic intellige: Matris Vox, totum Judæorum Cœtum denotat, qui cum Leænæ assimiletur, ideo quod de omnibus valet, non potest non valere quoque de singulis.

לד XXXIV.

ויהי כי יראו המילדות
Ex. I, 12. את האלהים יעש להם בתי
וגו׳ רב ולוי חד אמר ב
בתי מלכות וחד אמר בתי
כהונה ולויה מאן ראמר בתי
כהונה ולויה אהרן ומשה:
ומאן דאמר בתי מלכות דוד
נמי ממרי קא אתי דכתיב
ותמת עזובה ויקח לו כלב
את אפרת ותלד לו את חור
וכתי ודוד בן איש אפרתי
וכלב בן חצרון הוליד את
עזובה אשה ואת יריעות

DEinde factum est, quia timebant illæ obstetrices Deum; & domos illis statuebat Deus. Raf & Levi (de expositione litigant, quippe) unus de Domibus Regiis, alter de Domibus Sacerdotali & Levitica accipit: atque horum posterior, [1] ad Mosen & Aaronem respexit; prior, ad Davidem; etenim David quoque a Mirjam descendit. Q. S. E. (1. Chron. II., 19.) [2] *Et mortua est Asuba, & accepit sibi Caleb Ephratam, quæ peperit ei Churem.* Cum hoc conferendus locus. (1 Sam. XVII, 12.) David autem filius viri E-

ואלה בניה ישר ושובב וא
וארדון בן חצרון בן יפנה
הוא בן שפנה מעצת עצו
חמרגלים ואכתי בן קנז ה
הוא דכתיב וילכדה עתניאל
בן קנז אחי כלב הקטן ממנו
אלא אמר רבא חורגיה דקנז
הוה דיקא נמי דכתיב הקנזי
שמ״ : עזובה זו מרים ולמה
נקרא שמה עזובה שהכל נ
עזבוה הוליד והלא מינסיב
הוה נסיב לה אמ׳ רבי יוחנן
כל הנושא אשה לשם שמים
מעלה עליו הכתוב כאלו יל
ילדה : יריעות שהיו פניה
דומות ליריעות : ואלה בניה
אל תקרי בניה אלא בוניה
ישר שיישר את עצמו : ושובב
ששיבב את יצרו : וארדון שריד
את יצרו ואיכא דאמרי על
שהיו פניה דומים לוורד : ול
ולאשחור אבי תקוע היו שתי
נשים חלאה ונערה אשחור
זה כלב ולמה נקרא שמו אש

ri Ephrathæi. *Et Caleb filius Chezron genuit Asubam uxorem, & Jeriot: ac filii ejus erant, Jescher & Schobab, & Ardon.* Fuitne Caleb filius Chezron? Utique [1] filius fuit Jephunne. (*Sciendum, vocatum filium Jephunne, quasi dicas:*) filium qui avertit vultum, a consilio eorum, qui Palæstinam exploraverunt. (*Hoc concesso,*) tamen adhuc vocatur filius Kenasi: Quippe S. E. (Jos. XV., 17.) *Et cepit eam Othniel filius Kenasis frater Calebi minor.* Respondet Raba, [4] Kenasi privignum fuisse. Idem exinde evincam, quia (c. XIV.) vocatur, [5] *Kenasides*: proinde sententia hæc omnino amplectenda. Asuba, non est alia quam Mirjam. Si vero quæras, quare cognominata fuerit Asuba? (*allegabo causam,*) quia [6] omnes eam neglexerunt. (*In modo adducto loco e 1. Chron. II, 18. dicitur, quod Caleb Asubam genuerit:*) Atqui vero eam uxorem duxerat. Nimirum ait R. Jochanan: [7] Quisquis cum reverentia erga Deum, uxorem ducit, de eo ita loquitur Scriptura, quasi illam genuisset. *Jeriot.* Quia vultus ejus [8] cum aulæis comparari potuisset. *Ac filii ejus erant.* [9] Non legendum *Baneha* (filii ejus;) sed

1. Chron II, 18.

אשחור שהושחרו פניו בתע
בתעניורת : אבי שנעשה לה כ
כאב : תקוע שתקע ארת לבו
לאביו שבשמים : היו שתי ג
נשים נעשה מרים כשתי נשים
1. Chron. IV, 5. חלאה ונערה לא חלאה ולא
נערה הואי אלא בתחלה חלאה
ולבסוף נערה ובני חלאה צ
צררת וצהר ואתנן צררת ש
שנעשית צרה לחברותיה צהר
שהיו פניה דומורת כצהרים
אתנן שכל הרואה אותה ש
מוליך אתנן לאשתו:

sed *Boneha*([10] *conditores ejus.*) *Jescher.* Quia [11] probum se præstitit. *Schobab.* Quia fregit [12] affectus suos. *Et Ardon.* [13] Quia dominatus est affectibus suis. Cæterum alii, (*hoc nominis, de Mirjam*) explicant, cujus vultus [14] Rosas æquaverit. *Aschuri patri Tekoa, fuerunt duæ uxores, Chela & Naara.* Aschur idem est qui Caleb, si vero quis percontetur, quare cognomen Aschur ei sit impositum? (*Respondebo:*) quia [15] vultus ejus ob jejunia crebra, nigredinem contraxerat. *Patri.* Nam [16] patris loco illi fuit. *Tekoa.* Quia [17] cor in Deum defixerat. *Fuerunt duæ uxores.* Mirjam instar duarum uxorum fuit. *Chela & Naara.* Neque Chela, neque Naara unquam extitit: Sed (*Mirjam*) initio ægrotavit, tandem vero (*sanitati reddita,*) virginem (*formosissimam*) referebat. [18] *Fi-*
v. 7 *lii autem Chela, Zeret, & Zochar, & Ethnan.* (Dicta) *Zeret*, quia [19] aliis fœminis afflictio erat. *Zochar*; quia vultus ejus splendescebat instar meridiei. *Ethnan*; quia quisquis eam intuitus est, uxori sua [20] ἔδνον dedit.

ANNOTATA.

1. Ad Mosen & Aaronem &c.] Nam horum Mater Jochebed fuit, una ex illis Obstetricibus.

2. Et mortua est Asuba &c.] Ut dictum quadret, sciendum, ex Judæorum opinione, Asubam & Mirjam eandem esse, nec eos de vera morte, sed de Lepra tantum Scripturam accipere: A qua, postquam fuerat liberata, tum iterum domum illam duxisse Calebum ajunt, novo Ephrathæ illi indito nomine.

3. Fili-

3. Filius fuit Jephunne &c.] Hæc fere iterantur in Temura fol. 116. a.

4. Kenaſi privignum fuiſſe] Filius Uxoris Kenaſi fuit Calebus, atque ſic Othnielis tantum frater uterinus, non germanus.

5. Kenaſides] Id eſt: Non diſerte vocatur filius Kenaſi, quod tamen de Othniele Scriptura affirmat, haudquaquam igitur illi natura filius fuit, ſicut alter, ſed ſola educatione. Conſulendus omnino R. Salomo ad 1. Chron. II, 18. ubi ingenue agnoſcit, & rationibus quoque probat, Talmudiſtas hic loci, interpretatione ſua, Scripturæ vim facere.

6. Omnes eam neglexerunt] Poſt שהכל עזבוה adde ex Talmude מתחילתה, ut ſenſus ſit commodior; Nam *principiò* tantum, cum imbecilliore adhuc eſſet valetudine Mirjam, procos nullos habuit, ex quo vero cum ſanitate in gratiam rediit, & a Calebo ducta fuit, omnes efflictim illam deperibant.

7. Quisquis cum reverentia &c.] Alios modos, iſta, quæ pugnantium ſpeciem habent, ad concordiam redigendi, vide apud Menaſſen in Conciliat. ad libros Paralipomenon Q. 8. Prævaluit autem in Calebi matrimonio, ſola Pietas, & erga Deum Religio: non enim formæ diligens ſpectator fuit; ſed de familia præcipue ſolicitus erat, ut piis, bonisque, affinitate jungeretur. Cum Mirjam igitur, etſi valetudinaria, matrimonium inivit, quod Moſen & Aaraonem fratres ipſa haberet, ſic enim certa ſpes eum tenuit, liberos quoque bonæ frugis ſe ſuſcepturum. Quippe רוב בנים דומין לאחי האם id eſt: *Plerunq; filii ſimiles evadunt ſuis avunculis*, uti eſt in Bava Batra fol. 110. a.

8. Cum aulæis] Cum Aulæis puta, quæ longo uſu attrita ſunt, & omnem ſpeciem & colorem amiſerunt. Nam cum novis, & rutilantibus, fœminarum formoſiſſimæ comparari ſolent: Vide Cant. I, 5.

9. Non legendum baneha &c.] In Codicibus En Jacob, ſimilis Maſſichtæ Naſir eſt Epilogus, adducto enim loco Eſaiæ LIV, 13. וכל בניך למודי יי׳ ורב שלום בניך additur deinde: אל תקרי בניך אלא בוניך: Omiſſa ſunt poſtrema hæc verba in Talmude Amſtel. ſed quantum mihi cernere datur, perperam, & credo idem ſenſuros mecum, qui locum inſpicient.

10. Conditores ejus] Ecce tibi, Scripturam exponendi, ſeu potius depravandi, rationem mirificiſſimam; Pro Liberis, ſubſtituuntur Conditores; Conditoris verbum, velit nolit, Maritum ſignificare debet,

 quia

quia is fœminam, uxorem eam ducendo, condere, sive in statum collocare videtur, Occasione fortasse desumta ex Gen. XVI, 2. & cap. XXX, 3. Denique, ne quid desit amentiæ, quæ Liberis indita fuere nomina, obtruduntur Parentibus.

11. Probum se præstitit] Nec pessimis cœptis Collegarum Exploratorum, adjumentum præbuit.

12. Fregit affectus suos] Hi enim, ad non deferendos socios, eum stimulabant.

13. Quia dominatus est affectibus suis] Petita est a verbo רדה significatio. In Sanhedrin p. 172. edit Cocc. & Megilla fol. 13. a. eundem Calebum insuper *Mered* dictum volunt, quia obstitit consilio Exploratorum.

14. Rosas] ורד Rabbinis Rosam notat, viderique potest præter Buxtorfium in Lex. Talm. p. 639. etiam Elias in Tisbi. Notum dictum ex Chagiga, & fertur in primis: יפה עניותא לישראל כוורדא סומקא לסוסי חיוורא id est; *Decora est Afflictio Israëlitis, sicut Rosa rubra, Equo albo*: ceu doctissimi Buxtorfii in Lex. Talm. loco quem dixi, & in Florileg. Rabb. p. 12. pridem explicarunt. Istos consulere debebat, Vir, cætera non contemnendus, nec in Theologia Jud. p. 263. dictum hoc vertere: *Utilis erit calamitas Israëli, furnus enim ruber, est instar equi albi*: Hac siquidem interpretatione nulla æque est incommoda, & vana sunt omnia quæ pag. 269. ad illustrandam eam, ex Gemara Sanhedrin afferuntur. Verbo obiter monendum, in Parœmia adducta, pro כוורדא quosdam Codices legere כברזא sumta de *Fræno* similitudine, id quod diserte Autor En Israël fol. 164. col. 4. monuit, nec minus cum eadem hac voce, laudatur dictum illud Buxtorfio in Lex. Talm. p. 354. Sed ibi leviter Virum doctum, deseruit memoria, non enim ceu opinatus est, in alio loco Talmudico, Parœmiam cum כוורדא in alio cum כברזא offenderat, sed in eodem Chagigæ loco, Lectiones variant, unde nec aliam, præter istam Masichtam, sive hanc, sive illam Lectionem sequutus, ipse Vir doctus allegavit.

15. Vultus ejus ob jejunia crebra nigredinem &c.] Multis enim precibus, jejuniisque Deum propitiare studuit, ne paria reliquis Exploratoribus faceret. Cæterum, frequentibus jejuniis, vultus hominum maciem contrahere, pallere, & decolores fieri, id equidem scio, sed quomodo ex diuturna inedia, omnia lineamenta, fuliginea, ut ille ait, nube, atroque nigrore confundantur, non habeo perspectum. Videntur tamen hoc velle Judæi, & quidem in tantum, ut jejunantium tristes

triftes umbras, orbi huic Eclipfin quafi quandam inducere, prædicent: nec enim aliud ex iftis Autoris Schalfch. Hak. p. 24. a. confequitur: בסוף מגלת תענית אומר ח׳ בטבת נכתבה התורה יונית בחיי תלמי המלך והחשך בא לעולם ג׳ ימים ונ״ל ש״ל שמרוב פחד היהודי׳ עשו תעניות ותפלות והושחו פניהם כמו שעשו בימי המן׃ id eft: *In fine Megillæ Taanit dicitur, Octavo die Menfis Tevet, Legem Divinam in Linguam Græcam converfam effe, temporibus Regis Ptolemæi, & per triduum in Orbe tenebras effe obortas. Atq; crediderim, hoc velle dicere Autorem, Judæos præ nimia formidine, jejunia & fupplicationes inftituiffe, illorumq; vultus nigrefcere cœpiffe, quod idem factum Hamanis tempore.*

16. Patris loco illi fuit] Id eft: Calebus Uxorem Mirjam, cibo & medicaminibus curavit molliter, atque id unum ftuduit ut illa convalefcere poffet.

17. Cor in Deum defixerat] At exploratibus reliquis, tanta vecordia innata fuit, ut metum omnem, & curam Dei penitus excuterent.

18. Filii autem Chelæ] Ineptiarum, nec finis eft, nec modus. Rurfus בני capiendum pro בניני, quafi nos *Ædificationes* dicamus, ut fenfus emergat: Mirjam, quæ ob ægritudinem perpetuam, Chela, vel Morbida dicta, tandem cum Sanitati redderetur, & quafi domus collapfa, ex ruinis denuo excitata effet, Afflictio, Meridies, & Ἕδνον dici meruit. Nemo ftultitiam hominum ridere, dolere cæcitatem, fatis unquam poteft.

19. Aliis Fœminis Afflictio erat] Quæq; enim Zelotypia corripiebatur ad mentis exitium, metuebatq; ne Maritus fefe defereret, & ἰδὼν Mirjam fectaretur.

20. Ἕδνον dedit] Non poterat, quod Magiftri volunt, exprimi fignificantius, quam Græcanica voce Ἕδνον, illamq; adeo ab אתנן deductam effe, Eruditiffimus Cafaubonus ad Sueton. Calig. c. 40. magna probabilitate afferuit. Cæterum, ab honeftate non nihil remotum eft, quod hoc loco dicitur, fic tamen accipiendum fuerit: Quisquis ἰδὼν Mirjam intuitus eft, illico mifere cœpit eam amare & æftuare ignibus. Quia vero ab iftius pudicitia procul erat, quid turpe in fe admittere, ut aliquo ifti proci Penelopes modo, fuos, quibus ferendis non erant, reftinguerent ardores, præ Zelotypia nimia tumultantes & jurgantes fecum Uxores fuas, donis aliquibus expugnare cogebantur, ne tori exortes effe vellent. Mirjami Matri, nec formæ venuftate, nec forte, multum diffimilis fuiffe videtur, fi-

tur, filia Achſa, cujus Jud. I, 13. ſeqq. mentio fit, nam de illa in Temura fol. 116. a. proditum eſt: למה נקרא שמה עכסה א״ר יוחנן שכל הרואה אותה כועס על אשתו id eſt. *Quare vocata eſt Achſa? R. Jochanan appellationis cauſam affert, quia quisquis eam intuitus eſt, ſuccenſere cœpit uxori ſuæ* (eamq; faſtidire.) Affine hactenus dictis, quod de Rachab in Megilla fol. 15. a legitur: אמר ר׳ יצחק כל האומר רחב רחב מיד נקרי אמר ליה ר׳ נחמן אנא אמינא ולא מקרינא ולא איכפת לי מינה א״ל כי אמינא ביודעה ומכירה קאמינא: id eſt: *Dixit R. Iſaacus: Quisquis voce ſua,* Rachab Rachab, *ingeminavit, παραχρῆμα ἐγονοῤῥύησε. Excipit R. Nachman atqui: ego id facio, nec tamen tale quid patior, aut vel tantillum perturbor. Reſpondet alter, ſe de iis locutum, qui eam de facie noverant, & familiaritatem cum illa contraxerant.* (nam in hos quidem, tantam illius fœminæ pulchritudinem, vim exercuiſſe, & tyrannidem.)

לה XXXV.

Ex. I, 22. ויצו פרעה לכל עמו לאמר
אמר רבי יוסי בר חנינא אף
על עמו גזר : ואמר ר׳ יוסי בר
ברבי חנינא שלש גזירות גזר
בתחלה אם בן הוא וגו
והמתן אותו ואח׳ כך היאורה
תשליכוהו ולבסוף אף על 4
עמו גזר:

ET precepit Pharao toti populo ſuo, edicendo. Si R. Joſe, F. Ch. fides, etiam contra ſuum populum, edictum promulgavit: Vult nimirum, tria decreta illum promulgaſſe: principio [1] *Si filius fuerit, enecetis illum.* [2] Deinde: [3] *In rivum ipſum projicite.* [4] Noviſſime, etiam contra ſuos ſubditos legem tuliſſe.

ANNOTATA.

1. Si filius fuerit enecetis illum] Hoc primum decretum fuit, idq; imperavit Pharao Obſtetricibus, nihil dubitans de earum fide, & in parendo ſedulitate.

2. Deinde] Retineamus אחר כך ceu legunt Codices En Jacob. Nam ולבסוף quod in Talmude eſt, non huic loco, ſed ſolis ſequentibus, proprie convenit.

3. In

3. In rivum ipſum projicite] Jam Pharao, non amplius fidens Obſtetricibus, Cuſtodes appoſuit, qui natos Hebræorum in profluentem abijcerent.

4. Etiam contra ſuos Subditos legem tuliſſe] Scilicet, die qua natus eſt Moſes, monuerunt Aſtrologi Pharaonem, ſe didiciſſe ex Aſtris, hac ipſa luce natum eſſe Liberatorem Judæorum, verum id ſe non habere perſpectum, num Ægyptiis an vero Hebræis Parentibus genitus ſit. Ergo Pharao, non Judæorum tantum, ſed & Ægyptiorum puerulos, qui illo die in mundum editi erant, tollere juſſit, id quod eliciunt ex verbis Ex. I. v. ult. Cum vero poſtridie, nondum infauſtus Siderum aſpectus ceſſaret, haud revocavit præceptum Pharao, ſed tamdiu ab utraq; gente mos ei gerendus fuit, quoad cum Moſis expoſitione, malignum quod portendebant Stellæ, omen, diſparuit. Sic Raſchi in Gloſſa, laudatq; Midraſch Jelammedenu, apud quem tamen, loco proprio, ubi iſta legi debebant, nihil reperio. Mirum, ni Midraſch Rabbot nominare voluit, nam ibi fol. 118. col. 1. prænarrata habentur, additurq; non paruiſſe Ægyptios mandato Pharaonis, quod contenderent, fieri neutiquã poſſe, ut ex ſeſe Judæis ſalus oriretur, & præſidium. Libellus de Vita Moſis ſub initium, itemque Sepher Hajaſchar, p. 128. a. & Schalſch. Hak. p. 11. b. paulo aliter rem narrant, perhibentq; Pharaonem, ſecundum quietem vidiſſe, adſtantem ſibi Senem, qui libram manu tenebat, ejus lanci uni, cum univerſos Ægypti incolas, mares fœminasq;, ſenes & pueros, impoſuiſſet, alteri טלה id eſt *Agnum* indidit. Atq; hic quidem, Virum ſummum, & cujus demortui Manes quoq; ſuſpicimus, *qui* טלה *Puerum*, quo ſenſu alibi vox accipitur, explicat, ægre deſerimus. Sed, omnino Agnum intelligendum eſſe, Sepher Hajaſchar indubitate convincit, ubi pro eo quod in aliis libris nude eſt טלה uberius diſtinctiusq; legitur טלה חלב אחד ſumta ex 1. Sam. VII, 9. loquendi formula, ita ut noſtra interpretatio conſtituta ſit, extra omne erroris periculum. Cæterum, cum iſto Agno, omnis Ægyptiorum comparata multitudo, levior pluma videbatur, Agni enim pondus erat longe maximum. Turbatus hoc Somnio Pharao, convocatis omnibus Hariolis, & Somniorum Interpretibus, nocturnam imaginem illis expoſuit, a quibus cum didiciſſet, ſignificare illam, prodiiſſe in dias luminis auras, eum, qui olim Judæos e ſervitute liberaturus eſſet, conſilium de ſuffocandis puerulis, deliberatum eſt.

לו

XXXVI.

Ex. I, 1. וילך איש מבית לוי ויקח
את בת לוי להיכן הלך אמר
רבי יהודה בר זבינא שהלך
בעצת בתו תנא עמרם LZ
גדול הדור היה כיון שגזר LG
פרעה כל הבן הילוד היאורה
תשליכוהו אמר לשוא אנו
עמלים עמד וגרש את אשתו
עמדו כולם וגרשו נשותיהם:
אמרה לו בתו אבא קשה Z:
גזרתך יותר משל פרעה LU
הרשע שפרעה לא גזר אלא
על הזכרים ואתה גזרת על
הזכרים ועל הנקבות פרעה
לא גזר אלא בעולם הזה
אתה גזרת בעולם הזה ו[illegible]
ולעולם הבא פרעה רשע הוא
ספק גזרתו מתקיימת ספק
אין מתקיימת אתה צדיק ודאי
גזרתך מתקיימת שנאמר ותגזר
אומר ויקם לך עמד והחזיר את
אשתו עמדו כולם והחזירו:

A*Biens autem quidam ex familia Levi, duxerat filiam Levi.* Quorsum abivit? Respondet R. Juda B. F. quod consilium filiæ secutus sit. Sic habet vetus traditio: [1] Amram sui temporis fuit eximius, [2] cumque edixisset Pharao: *Omnem filium natum in rivum projicitote*: In vanum, inquiebat, nos laboramus; surgens itaque repudiavit uxorem suam, (*nec minus*) omnes (*cæteri*) surrexere, & cum uxoribus fecere divortium. Quamobrem, filia eum in hunc modum affata est: Iniquius est decretum tuum, Pater, (*decreto*) impii Pharaonis. [3] Non enim Pharao nisi de masculis præceptum dedit, at tuum institutum, tam maribus, [4] quam fœmellis adversatur. [5] Pharaonis decretum, ad hunc tantum mundum attinet; tuum autem, & hanc, & futuram vitā respicit. Pharao cum impius sit, dubium relinquitur, an decretum ejus ratum, an irritum sit futurum. Tu vero cum justus sis, controversia caret, tuum edictum futurum inviolabile: Q. S. E. (Job. XII, 28.) *Cum primum decernes*

נשותיהם : ויקח ויחזיר מיבעי
ליה אמר ר׳ יהודה בר זבינא
שעש׳ לה מעש׳ ליקוחין הושיב׳
באפריון ואהרן ומרי׳ מרקדין
לפניה׳ ומלאכי השרת אומרין
אם הבנים שמחה : את בת
לוי אפשר בת מאה ושלשים
שנה היתה וקרי׳ לה בת לא
דאמר רבי חמא בר חנינא
זו יוכבד שהורתה בכנען ול׳
ולידתה בין החומו׳ שנא׳ אשר
ילדה אותו ללוי במצרים ל׳
לידתה במצרי׳ ואין הורת׳ בם
במצרים אמר יהודה בר ז׳
ביזנא שנולדו בה סימני נע
נערות:

decernes sermonem præstabitur tibi. (His commotus) surrexit, reduxitque domum uxorem suam, quod & ipsum reliqui omnes sunt imitati. *Duxerat.* Reduxerat, dicendum potius fuisset. Nempe ait R. Judas S. F. Renovavit [6] cum ea solemnia sponsalitiorum, [7] constituens eam sub uranisco, Aarone & Mirjam præsultantibus, accinentibusq; Angelis ministris: (ex Ps. CXIII, 9.) *Mater liberorum læta sit. Filiam Levi.* [8] Fierine potest ut ea filia vocetur, quæ [9] centum & triginta annos agebat? Nam ut ait R. Chama Ch. F. hæc illa Jocebed, quæ [10] in Cananæa concepta, & [11] inter muros est edita, Q. S. (Num. XXVI, 59.) *quam peperit* (uxor) *Levi in Ægypto.* Scilicet, nativitas ejus fuit in Ægypto, sed conceptio non item. Vocat autem filiam, ita censente R. Juda, F. B. quia [12] renata illi sunt signa juventæ.

ANNOTATA.

1. Amram sui temporis fuit eximius] Quare, ut fieri solet, omnes, ejus facta & instituta imitabantur. Josephus l. 2. Antiq. cap. 5. remissius, veriusque: Αμαράμης τῶν εὖ γεγονότων παρὰ τοῖς Εβραίοις (γέγονε·)

2. Cumq; edixisset Pharao: Omnem] In Talmude plenior est Lectio כיון שראה שאמר פרעה הרשע כל Nam præter cætera

tera, non videbatur quoq; Pharaonis mentio injicienda esse, sine execratione.

3. Non enim Pharao nisi de Masculis &c.] Baal Chasidim Num. 369. כל הנסי' אינם דומות לפורי' שהרי במצרי' גזרו כל הבן הילוד היאורה תשליכוהו הבן להמית והבת להחיות אבל הפורים מנער ועד זקן טף ונשים כל היהודים לכך ימי הפורי' לא יהיו נבטלים: id est: *Nullum Dei, in liberandis Judæis beneficium, cum ea liberatione, quam Festum Purim in memoriam revocat, comparari potest, nam in Ægypto tantum Præceptum promulgatum fuit de parvulis in profluentem abjiciendis. Soli igitur mares interimendi erant, puellis superstitibus esse permittebatur. At in Persia, Ahasveri tempore,* (ferale edictum complectebatur) *Juvenes & Senes, Infantes & fœminas, totamq; Judæorum Universitatem: Quamobrem istud Festum, æternum, summa religione celebrandum est.*

4. Quam Fœmellis adversatur] Id est: Quia Judæis ad facienda divortia Dux & Autor es, omnino omnem sobolis procreationem tollis funditus.

5. Pharaonis decretum ad hunc tantum &c.] Quippe Infantes hujus vitæ usura privati, in æternas illas sedes deferuntur, & cum Deo agunt, nec nisi præsens mundus illorum jacturam patitur. At tu Conjugiorum usum abrogando, non terræ minus, quam Cœli es desolator.

6. Cum ea] Uxore videlicet sua. Quamobrem לה legendum, non לו prout in Talmude excusum est pessime.

7. Constituens eam sub Uranisco] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1804. אפריון interpretatur *Lectum, Torum Nuptialem*, allegatoq; ipso hoc Sotæ loco, vertit eum: *Collocavit eam in torum nuptialem, & Aharon & Mirjam saltarunt coram ea.* Contra, David Cohen de Lara, in Lexico novo, אפריון exponit כסא הכלות id est: *Sellam Sponsarum, Sellam gestatoriam, Lecticam.* Video priori explicationi favere Kimchium in Radicibus p. 401. posteriori, vel utriq; potius, Baal Aruch fol. 15. col. 3. vult enim, in Lecto Sponsam fuisse gestatam. Sed, haud existimo, ullam illarū, præsentis esse instituti. Nam hoc loco verbum אפריון eodem sensu accipiendū esse, quo infra in Capite ultimo Mischnæ nostrę accipitur, cum ajunt גזרו שלא תצא הכלה באפריון בתוך העיר nemo ibit inficias. At in istis, nec Torum nuptialem, nec Lecticam τò אפריון ullatenus significat. Non enim in Toro Nuptiali, Sponsa collocabatur in publico: aut, *in Lectica, & Sella, vel Grabbato etiam gestatorio exire*, Hebræi dicunt,

ſunt, etſi Galli, Itali, & Hiſpani, ab hoc loquendi modo, non abhorrent. Eſt igitur omnino אפריון in Sota noſtra, Uraniſcus, vel Conopeum, quod Sponſæ obtendebatur, cum in publicum prodibat, alias Judæis חופה dictum, & cujus uſum etiam nunc in feſtivitatibus nuptialibus noſtrates Judæi retinent. Ii tamen, qui in Italia degunt, præ cæteris vetuſti moris ſunt retinentiores, nam apud hos, plane uti antiquiſſimis temporibus obtinuiſſe, noſtra Gemara commemorat: *Si riducono li Spoſi in una Sala o Camera, ſotto un Baldachino con ſuoni, ed alcuni vſano con certi fanciulli appreſſo, con torcie acceſe in mano, che cantano*: quæ Leonis Modenæ verba ſunt, depromta ex libello, cui titulus: *Hiſtoria de Riti Hebraici Vita ed oſſeruanze de gli Hebrei di queſti tempi.* Nec obſtat, quod nulla in his, ſaltationis mentio. Dum enim cantant pueri, fieri non poteſt, quin non iidem ſimul tripudient. Imo in Bava Batra fol. 120. a. ubi omnia quæ de renovatis Amrami Nuptiis hic loci tradita ſunt, repetuntur, Aaronem & Mirjam cantaſſe tantum; non ſaltaſſe legimus. Adde, quod, cum in Cetubot fol. 16. b. dicitur כיצד מרקדין לפני הכלה id eſt: *Quomodo ſaltant ante Sponſam?* R. Salomo id exponat: מה אומרין לפניה id eſt: *Quid dicunt, vel canunt coram illa?*

8. Fierine poteſt &c.] Verba Hebraica in Codicibus En Jacob trajecta erant, quare ſecuti editionem Talmudis, in verum, e quo exciderant locum, quædam repoſuimus.

9. Centum & triginta annos agebat] Ut hæc, & quæ ſuccedunt, recte accipiantur, tenenda animo eſt Judæorum hypotheſis. Nimirum ajunt, Gen. XLVIII, 27. aſſerere Scripturam, Omnes animas familiæ Jacobi, quæ venit in Ægyptum, fuiſſe ſeptuaginta numero. Quia vero, ſingulas quæ ibi nominantur ſeorſim numerando, & colligendo ſummam, non emergunt niſi novem ſupra ſexaginta, idcirco ad tollendam difficultatem, perhibent, Jochebed antequam inſtitueretur in Ægyptum profectio, jam fuiſſe conceptam, itaque hujus quoque habitam rationem, &, (ceu jus quoque Civile Romanum, certis caſibus facere jubet) inter jam natos & exiſtentes computatam eſſe, eam quæ erat in utero. Atque ſic illud de Septuagenario numero dubium tollitur. Cæterum ſupponendo porro, ſub ipſum ingreſſum in urbem Ægypti, quam habitandam accepit familia Jacobi, in lucem editam eſſe Jochebed, conſequitur, illo tempore, quo Amramus ſecundas Nuptias cum ea celebravit, fuiſſe ipſam natam annos CXXX. Quippe, omne tempus quod Judæi in Ægypto exegerunt, eſt annorum CCX. quorum Symbolum vox רדו ſuppeditat: Moſes vero educens Iſraëlitas ex Ægypto, ipſa Scriptura Ex. VII, 7. teſte, agebat annum octogeſimum: Quibus detractis, evidens eſt,

matrem ejus, cum illum gestare inciperet in utero, (id quod tres menses, ante renovatas nuptias factum est,) annum egisse CXXX.

10. In Cananæa concepta] In Talmude tam hoc loco, quam in Bava Batra fol. 120. a. Rabbot præterea fol. 118. col. 1. & En Jacob fol. 92. col. 1. constantissime legitur שהורתה בדרך quasi inter peregrinandum demum Jochebed concepta fuerit. Fieri potest ut fallar, plane tamen persuasus sum, ex Judæorum hypothesi, necessitate quadam inferendum esse, haud in itinere, sed antequam ad illud Jacobus cum suis se accingeret, Jochebed fuisse conceptam, atque idem velle hic quidem loci Codices En Jacob, quorum lectionem, tanquam optimam tueor. Habeo causam geminam: Principio, Gen. XLVI, initur numerus familiæ Jacobi, non qualis in via erat, sed qualis ex Cananæa discessum parabat: Ergo, ad complendum septuagenarium, jam tum Jochebed conceptam oportuit. Amplius, quia sub ipsum in Ægyptum ingressum, Jochebed nata dicitur, si in itinere ipsa concepta esset, sequeretur minimum totos novem menses, ad conficiendum iter fuisse insumtos, quod tamen, si illud modicum terrarum spatium, quod emetiendum erat, (Consule Gen. XLIII, 10.) desiderium quoque, quo Jacobus videndi Josephum tenebatur, & denique vehicula & plaustra quæ ad celerius peragendum iter, Josephus suppeditaverat, cogites, perabsurdum apparebit.

11. Inter muros] Id est: In Porta Urbis; Sub ipsum Urbis ingressum: בכניסתן לעיר ut ait R. Salomo.

12. Renata illi sunt signa juventæ] Jochebed enim gravis annis, amiserat omnem venustatem,

—— Posuitq; ad tempora canos,
Sulcavitq; cutem rugis, & curva trementi
Membra tulit passu, vocem quoq; fecit anilem.

Sed rediit priscus decor, mutarunt colorem crines, rugæ complanatæ sunt, corpus firmum, solidum, & succi plenum, suaves emisit ex ore rotundo sermones. Sic Georgius Fournier in Geogr. Orb. Not. l. 8. c. 4. ex Delrio refert, in Urbe Hispaniæ Morviedro, quæ in ruinis veteris Sagunti excitata est, ante annos centum, vetulæ Abbatissæ edentulæ, restitutam juventam, crines denigratos, renovatos dentes, sulcos frontis æquatos, & mammas compactas fuisse.

XXXVII.

לו XXXVII.

ותהר האשה ותלד בן והא
מיעברא ביה תלתא ירחי
מעיקרא : אמר רבי יהודה
בר ביזנא מקיש לידתה להו
להורתה מה הורתה שלא בצ
בצער אף לידתה שלא בצער
מכאן לנשי צדקניות שלא ה
היו בפיתקא של חוה:

Ex.II,2. Concepitq; mulier illa & peperit filium. Atqui [1] ante tres menſes ab eo gravida facta fuerat. Nimirum ait R. Juda F. P. [2] aſſimilat partum, conceptioni: Sicut enim hæc ſine dolore fuit, ita & iſte. Inde (*conſequitur*) mulieres pias [3] in tabula edicti adverſus Evam promulgati, [4] non comprehendi.

ANNOTATA.

1. Ante tres menſes &c.] Id eſt: Jam per tres menſes uterum geſtaverat Jochebed, antequam Amramus eam reduceret.

2. Aſſimilat partum conceptioni] Id eſt: Haud opus erat, ut Scriptura nominatim exprimeret, concepiſſe הי Jochebed, nam dicendo quod Moſen ipſa enixa erat, cuique intelligere dabatur, antequam pareret, prægnantem illam fuiſſe: Unde frequentiſſime quoque, conceptionis mentionem, in Scriptura videas omitti. Quia vero hic loci expreſſa ejus injicitur memoria, atque nullum in Divinis Literis verbum otioſum eſt, veriſimile evadit, iſtud eam ob rationem factum eſſe, ut innueretur, ſimilem fuiſſe partum conceptioni, & tam hanc quam illam, dolore omni caruiſſe. Interea loci, dubium magnum, & captum noſtrum longe excedens eſt, num Judæ Sebinæ, an vero Biſnæ filio, quorum alterum Talmud, alterum Codices En Jacob, & Chaskuni in Comment. Exodi, nominant, tam prudens dictum primo in mentem venerit.

3. In tabula edicti] Ejus nimirum, quo Deus Gen. III. v. 6. Evæ eſt comminatus: הרבה ארבה עצבונך והרנך De hoc loco ita legitur apud B. Hildephonſum Archiepiſcopum Toletanum, *libro contra eos qui diſputant de perpetua virginitate S. Mariæ*, relato in Tom. 9. Biblioth. SS. Patrum p. 123. *Multiplicans, multiplicabo dolores tuos, & conceptus tuos. Pro quo, Symmachus*, Afflictiones tuas dixit: *Origenes vero & Theodotion; nec non & Septuaginta*, Triſtitias tuas, *dixerunt*, & gemitus

mitus: *Ubi Theodotion & Symmachus pro Gemitibus Ærumnas posuerunt.* Quæ ideo adduximus, quia hæc antiquorum Interpretum fragmenta, inter cætera, quæ Johannes Drusius, collegit, non comparent.

4. Non comprehendi] Hoc quidem est falsissimum, ac mulieres piissimas Rebeccam & Rachelem, Judæorum, si ita loqui licet, Matriarchas, cum summis doloribus in partu conflictatas esse, ipsæ Sacræ Literæ commemorant. Sic R. Chajæ celeberrimi Autoris τῶν Tosephot, conjugem, ob acerrimos quos in puerperio experta erat cruciatus, medicamento sibi sterilitatem induxisse, & Maimonidis Matrem, cum hunc filium in lucem ederet, præ nimietate doloris extinctam esse, Baal Schalschelet Hak. p. 32. b. & p. 45. b. prodidit. Quanto melius, elegantiusque, observavit S. Chrysostomus noster, maxime quidem ad Fœminas nuptas promiscue, minime tamen ad Virgines attinere divinam imprecationem, atque has vere in Tabula Edicti adversus Evam promulgati, non comprehendi. Locus nobilis est in Homil. de laudibus Theclæ. Κρείττων καὶ τῶν κατὰ τῆς Εὐᾶς ἡ Παρθένος προσίμων. Τὸ γὰρ, Πρὸς τὸν Ἄνδρα σου, ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει, ταῖς παρ᾽ ἀνδρῶν μὴ δεσποζομέναις ἀνίσχυρον. Τὸ, Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, ταῖς παρθενευούσαις ἀργόν. Ἡ γὰρ μὴ τίκτουσα τῆς τῶν λυπηρῶν ὠδίνων ἐκτὸς ἀποφάσεως. Id est: *Virgo etiam pœna, qua Eva mulctata est, superior evasit. Illud enim:* Ad virum tuum conversio tua; & ipse tui dominabitur: *In eas quæ virorum dominatu non premuntur, invalidum est. Illud,* In doloribus paries filios, *in eas quæ virginitatem colunt, otiosum est, nam quæ minime parit, a gravium partus dolorum sententia libera est & immunis.* Cæterum, ad solandas, puerperii doloribus laborantes, frugi mulieres, nonnihil facere potest, quod sæpius nobis laudata, Rabbina Rebecca notavit, Deum Optimum Maximumque, seipsum Autorem illorum cruciatuum prædicare, afflictiones vero reliquas, quibus vexari solent mortales, haud temere illum sibi tribuere. Adscribamus & hujus verba, ex Libelli מנקת רבקה Porta 5. הקב״ה *hat gesagt,* הרבה ארבה עצבונך *das is deutsch,* * *mehren dein Wehtag, das gefinden mier nirgens, das* הקב״ה *bey einen* פורענות *sein Nahmen het gedacht, as mier es sehen in unserer heyligen* תורה *bey der* תוכחה *Bey der* ברכה *spricht er:* ונתתי גשמכם בעתו ונתתי שלום בארצכם *das ist deutsch: Ich vvil gebē den Regen in seiner Zeit, und darnach spricht er auch, und ich vvill geben den* שלום *in euren Land. Aber bey der* קללה *sagt er nit, ich vvil sie auf euch bringē, meinet, sie vverden selber komen, as auch bey* Eli הכהן *Kinder* Chophni *und* Pinehas, *hat* הקב״ה *gesagt* מכבדי אכבד ובוזי יקלו *das ist deutsch: Die mich ehren, die vvil ich vvieder ehren, die mich verschmehen,*

* *Opinor excidisse:* Ich vvil sehr

ben, die ſolln verleichtert vverden; und ſpricht nit, ich vvil ſie verſchmeben. Alſo gefinden mier viel mal das הקבה *ſeinen heiligen Nahmen bey keinen* פּוּרְעָנוּת *nit läſt gedencken, aber da hat er angeſchrieben. ich vvil mehren dein Wehtag.*

לח XXXIIX.

ותרא אותו כי טוב הוא
רבי מאיר אומר טוב שמו
רבי יהודה אומר טוביה שמו
ר' נחמיה אומר הגון היה
לנבואות אחרי' אומרים נולד
כשהו' מהול וחכמים אומרי'
בשעה שנולד משה נתמלא
כל הבית אורה כתיב הכא
ותרא אותו כי טוב הוא וגו
וכתיב התם וירא אלדים את
האור כי טוב: ותצפנהו שלשה
ירחים דלא מנו לה מצרי'
אלא משעה דאהדרה והיא
הות מיעבר' בידה תלתא ירחי
מעיקר' ולא יכלה עוד הצפינו
ואמאי תצפינה ותיזל אלא
כל דשמעי מצראי דמתיליד
ינוקא ממטו ינוקי ומעוו התם
כי היכי דלישמע לקלייהו וגו

ET *videns eũ,* [1] *quod tobh* (i.e. bonus) *eſſet.* Traditio: R. Meir ait, vocatum eſſe Tob: contra R. Juda, Tobija vocatum aſſerit. R. Nehemias dicit (*vidiſſe eam,*) quod capax ſit afflatus prophetici. Aliidicunt, eum quaſi circumciſum natum eſſe. At Sapientes noſtri perhibent, quod circa horam nativitatis Moſis, [2] tota domus repleta fuerit luce: Nam hoc loco S. E. *Et videns eum quod bonus eſſet.* Alibi vero (Gen. I, 4) dicitur: *Et vidit Deus lucem, quod bona eſſet.* [3] Abſcondit eum tribus menſibus. Ægyptii enim tantum calculum inibant, a tempore novorum ſponſaliorum: ſed ipſa jam ante trimeſtre conceperat. *Et non potuit amplius abſcondere eum.* Quid ita? Abſcondiſſet eum in conclavi; & abiviſſet. Nempe, quotiescunque Ægyptii inaudiverant, infantem natum, attulere ſuos infantes, qui clamorem illic ederent, ut (*puer Hebræus*) voce illorum exaudita, [4] juxta

Ex. II, 2.
Ex. II, 2.
verſ. 3.

ונעורי בהדייהו דכתיב אחזו לנו שועלים שועלים קטנים מחבלים כרמים: cum iis inclamare inciperet. Hinc S. E. (Cant. II, 15.) *Prehendite nobis vulpes, vulpeculas parvas, corrumpentes vineas.*

ANNOTATA.

1. Quod bonus esset] Exercet Magistros, quænam fuerit illa Bonitas, quam in Filiolo, Mater deprehendit, & hinc ista sententiarum divortia promanant.

2. Tota domus repleta fuerit luce] Et quidem fulgentissima, כאור השמש והירח בעת זרוח id est: *Qualis solet Phœbi & Lunæ esse, cum per sudum rutilant*: Libellus de vita Mosis p. 3.

3. Abscondit eum tribus mensibus] Per trimestre integrum eum abscondere poterat, quia interea temporis, domus ejus ab Ægyptiis non frequentabatur. Nesciebant enim ipsi τὴν Jochebed jam tres menses uterum gestasse, antequam denuo nuptias cum marito celebraret, sed non nisi nono, post istas renovatas mense, num quid peperisset Jochebed, explorare & perquirere satagebant. Miror R. Salomonem ad Ex. c. II, 3. præter morem, deserere hanc Talmudistarum opinionem, & aliam substituere, sic enim ait: שמנו לה המצריים מיום שהחזירה ט׳ חדשים והיא ילדתו לששה חדשים ויום אחד שהיולדת לשבעה יולדת למקוטעין: id est: *Ægyptii computarunt novem post iteratas* (Amrami & Jochebed) *nuptias menses*, (tum τὴν Jochebed parituram persuasi.) *Ipsa vero peperit mense sexto, & die uno a conceptione*, (quæ contigit ipso die quo matrimonium renovatum. Pariunt enim frequenter Fœminæ mense septimo, & quidem) *eo nondum completo*, (sed circa ipsum illius initium. Atque sic poterat per menses tres Jochebed infantem abscondere.)

4. Juxta cum illis inclamaret] Ergo in intimis ædium penetralibus absconditus puer, audita alterius qui foris erat, voce, & ipse, qui infantum mos est, clamare cœpit, & suo se indicio prodidit ut sorex. Faciunt ista redire mihi in memoriam, quod ex Taanit Jeruschalmi in En Israël fol. 190. col. 3. traditur: אמר ריש לקיש תשובה של רמאות עשו אנשי נינוה מה עשו רבי הונא אמר העמידו עגלי׳ מבפנים ואמותיהם מבחוץ והוו אלין געיין מן הכא ואילין מן הכא אמרין אי לית את מרחם עלן ליתנן מרחמין עליהון: id est: *Ait Resch Lakisch: Vaferrimam pœnitentiam*

tentiam egere Ninivita: (Vel: Ninivitæ vaferrime Deum propitiarunt.) *Quid igitur fecerunt? Autore R. Huna, Vitulos intro, Matres illorum foras constituerant, atq; his & his amare balantibus, dixere: Nisi tu* (Deus) *nostri miserearis, nec nos istorum miserebimur.*

לט XXXIX.

ותקח לו תבת גמא מאי שנא גמא אמר ר' אלעזר מכאן לצדיקים שממונם חביב עליהם יותר מגופם וכל כך למה לפי שאין פושטין ידיהם בגזל: רבי שמואל בר נחמני אמ' דבר רך שיעמוד בפני רך ובפני קשה ותחמרה בחמר ובזפת תנא חמר מבפני' וזפת מבחוץ שלא יריח אותו צדיק ריח רע: ותשם בה את הילד ותשם בסוף על שפת היאור ר' אלעזר אומר ים סוף רבי שמואל בר נחמני אמר אגם כדכתיב קנה וסוף קמלו:

Ex. II, 3. ET *accepit arcam scirpeam.* [1] Cur præcipue scirpeam? R. Eliecser ait, [2] (*constare*) hinc, justos magis amare pecuniam, quam corpus suum. Quamobrem tantopere (*illam amant?*) [3] Quia non extendunt manus ad rapinam. R. Samuel F. N. causam affert; (*electam arcam scirpeam, quia* [4] *scirpus*) molle quid est, & tam adversus mollia, quam dura consistit. *Oblevit illam argilla, & pice.* Secundum antiquam traditionem, [5] argilla ab interiore, [6] pix vero ab exteriore parte fuerunt, [7] ne justus ille, graveolentiæ exponeretur. *Et positum in ea puerulum exposuit in Suph, juxta ripam cujusdam rivi.* [8] R. Eleaser mare algosum intelligit. [9] R. Samuel F. N. autem, stagnum (*cannis palustribus plenum;*) prout S. E. (Es. XIX, 6.) *Arundo & alga languebunt.*

ANNOTATA.

1. Cur præcipue scirpeam] Satius enim erat fingere arcam ligneam, tanto magis impenetrabilem aquis, & ad natandum aptum futuram.

turam. Patricides Arabs apud Hottingerum in Smeg. p. 398. dicit Arcam, in qua Moses servatus, fuisse Papyraceam, in Lege autem scribi, constructam fuisse ex Subere. Papyrus Josepho quoque placuit, nam 2. Antiq. c. 5. Mosis Arcam πλέγμα βίβλινον vocat: Imo & LXX idem arbitrati sunt, apud quos legimus: Ελαβεν αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτῦ θίβην παπύρε·

2. Constare hinc justos &c.] Reperies idem dictum in Chullin fol. 91. a.

3. Quia non extendunt manus ad rapinam] Supple: Ideo pauperes sunt, & faciunt exigue sumtum.

4. Scirpus molle quid est &c.] Pulcher in hanc rem locus habetur in Sanhedrin p. 411. edit. Cocc. quem vide. Si lignea fuisset Mosis arca, metus erat, ne ex vi propellentium undarum, ad lapidem forte allidens, confringeretur. Scirpus quia leviter cedit, illius periculi expers videbatur.

5. Argilla ab interiore] Pro ותחמרה בחמר LXX reddiderunt, κατέχρισεν αὐτὴν ἀσφάλτῳ· Quos imitatus est & Vetus Interpres, habet enim: *Et linivit eam bitumine*: Ac Josephus quoque, qui adeo solius bituminis mentionem facit, omissa pice; inquiens: Επειτα χρίσαντες ἀσφάλτῳ τῷ γὰρ ὕδατι τὴν διὰ τῶν πλεγμάτων ἀποφράττειν εἴσοδον ἡ ἄσφαλτος πέφυκεν, ἐντιθέασι τὸ παιδίον· At vero, dissentiunt hic Rabbini pleriqne, ac iis חמר non Bitumen, sed *Argillam*, *Intritum*, significat. Vide R. Salomonem ad allegata Exodi verba, & Kinchium in Schorschim p. 253. Hinc verterunt Hæbrei populares nostri, Scripturæ istam locutionem: *Und sie verklebt sie mit Mörder*. Eandem interpretationem etiam Gemara nostra, quantum judicare possum, confirmat, ob ea quæ de graveolentia sequuntur, æque enim gravis bituminis odor est, ac picis.

6. Pix ab exteriore &c.] Ingeniosa est R. Salomonis, Filii Klonimos, in Glossa τοῦ Jarchi opinio, qui tam Argillam, quam picem intra Arculam adhibitas censuit, ita quidem, ut prius omnia probe picarentur, Argilla deinde undique superinducta: Foris enim Scirpi colorem haud fuisse immutatum opinatur, ut Arcula palustrium Cannarum servaret similitudinem, & inter illas posset latere, ac aliquando, sublato Ægyptiorum metu, repeti. Hac ratione, & ipse evitat illud inconveniens, picis fœtore offensum fuisse puerulum, etsi picem intra Arcam admittit. Ipsa verba hominis sunt: זה וזה בתוך התיבה והחומר היה מכסה את הזפת אבל מבחוץ לא זיפתה שלא ירגישו כי הגומא דומה לקנה היאור ולא יבחינו התיבה בתוך קנה היאור:

7. Ne

7. Ne justus ille graveolentiæ &c.] Chaskuni pro eadem opinione confirmanda, aliam quoque addit rationem, inquiens: ואילו היתה החומר מבחוץ המים היו ממחין אותו id est: *Si Argilla foris fuisset, aquæ illam diluissent.*

8. R. Samuel Stagnum] Josephus, Flumini commissam Arcam scribit. Cum eo conveniunt Abenesra, & Alcoranus Surata de Historia, qui nomen etiam Fluminis exprimunt, & fuisse Nilum perhibent. Amplius progreditur Patricides Arabs, apud Hottingerum in Smeg. p. 400. locum enim commonstrat, juxta quem Moses fuit expositus. Sic vertit Arabica Hottingerus: *Puerulum* (Mosen) *Arcæ impositum*, (Mater) *projecit ad Nili ripam, ubi minus profunda erat aqua in urbe Tzana, quæ Metropolis fuit* Νόμε *sive ditionis Tanitica, ut allisione fluctuum interficeretur, neq; spectatrix mortis esse deberet.* Sed in istis, uti posteriora palam falsa sunt, nec enim id expetebat Jochebed, ut Infans allisione fluctuum periret, verum ut in Arca servaretur; sic & priora, carent autoritate. Non male, sensum verborum Scripturæ, expressit Ezekiel, vetus Judæorum poëta Græcus, in Dramate, cujus fragmenta habentur Tom. 14. Bibl. SS. Patr. p. 153. quando sic Mosen loquentem introducit:

—Μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ με
Τρεῖς μῆνας, ὡς ἔφασκεν, οὐ λαθοῦσα δὲ,
Υπεξέθηκε κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι,
Παρ' ὄχθην ποταμοῦ, λάσιον εἰς ἕλος δασύ·

Mater quæ me peperit, abscondit me,
Tres menses, ut dixit: cum autem latere non posset,
Exposuit, habitum circumdans mihi,
Juxta littus fluvii herbosum, in ulvam densam.

מ — XL.

ותרד בת פרעה לרחוץ
על היאור רבי יוחנן משום
רבי שמעון בן יוחאי מלמד
שירדה לרחוץ מגלולי בית
אביה וכן הוא אומר אם

ET descendit [1] *filia Aaronis ut lavaret se ad rivum illum.* R. Jochanan nomine R. Simeonis F. I. perhibet, doceri, quod descenderit, [2] ut sese purgaret a stercoraria idololatria, domus paternæ; Quo sensu, & alibi (Es. Ex. II, 5.

 IV, 3.

רחץ יי' את צואת בנות ציון:
Ex. II, 5. ונערותיה הולכות על יד
היאור אמר רבי יוחנן אין ה
הליכה אלא מיתה וכן הוא
אומר הנה אנכי הולך למות
ותרא את התיבה בתוך הסוף
כיון דחזו דקבעה לאצולי ל
למשה אמרו לה גבירתנו מ
מנהגו של עולם מלך בשר
ודם גוזר גזרה אם אין כל
העולם מקיימין אותה בניו
ובני ביתו מקיימין אותה ואת
עוברת על גזרת אביך בא
גבריאל וחבטן בקרקע: ותש
ותשלח את אמתה ותקחה ר
יהודה ורבי נחמיה חד אמר
ידה וחד אמר שפחתה: מאן
דאמר ידה דכתיב אמתה מ
מאן דאמר שפחתה מדלא
כתיב ידה: ולמאן דאמר שפ
שפחתה הא אמרת בא גבר
גבריאל וחבטן בקרקע דשייר
לה חדא דלאו אורח ארעא
דברת מלכ' למיקם לחודה

IV, 3.) dicitur: *Cum laverit Dominus excrementum filiarum Zionis.* Et puellæ ejus ibant juxta rivum. R. Jochanan ait: [3] Itionis vocem, hoc loco mortem notare, prout in isto: (Gen. XXV, 32.) *Ecce ego eo ad mortem.* [4] Et vidit arcam illam in media alga. Cum (*puella*) animadverterent quod Mosen servare conaretur, dicebant illi: Hera, sic inter omnes more receptum est, ut Rege terreno, decretum quoddam promulgante, si vel maxime totus Orbis id non observet, tamen liberi & Aulici ejus id observant. At tu violas præceptum patris tui. Tum [5] (*adfuit*) Gabriel, & solo illas allisit. *Et misit Amatha, & accepit eam.* R. Judas, & R. Nehemia, (*hic in diversa abeunt.*) Alter enim (*Amatha*) de manu ejus; alter de illius Ancilla, explicat. [6] Qui de manu exponit, urget vocem *Amatha*: Qui autem de Ancilla; (*pro se affert,*) quod non legatur expresse Jadah. (*Cæterum*) ejus qui de Ancilla explicat, (*sententia quomodo persistere potest?*) modo enim dixeras, Gabrielem venisse, ancillasque solo allisisse. Nempe unam illi reliquit, quippe in

ולמאן דאמר ידה ליכתוב ידה הא קא משמע לן דא דאשתרבב אשתרבובי דאמר מר וכן אתה מוצא באמתה של בת פרעה: וכן אתה מו מוצא בשיני רשעים שנאמר שיני רשעים שברת ואמר ריש לקיש אל תקרי שברת אלא שרבבת:

pe [7] in civile foret, filiam Regis ſolam conſiſtere. Enim vero, ad probabilem reddendam opinionem ejus, qui de Manu, locum accipit; videtur ſcribendum fuiſſe Jadah. (*Reſpondeo*) manum tacite intelligi; quam conſtat in immenſum fuiſſe protenſam. Sic enim [8] ait princeps conſtitutionis: Simile reperies de cubito filiæ Pharaonis, quin & ſimile reperies de dentibus Impiorum. Q. S. E. (Pſ. III, 8.) *Dentes Impiorum confregiſti.* Scilicet, uti Reſch Lakiſch vult, non legendum *Schibbarta* (*frangendi ſenſu*:) Sed, *Scherababta* (id eſt: *quos adauxiſti.*)

ANNOTATA.

1. Filia Pharaonis] Joſephus *Thermuthim* eam vocat, Patricides Arabs apud Hottingerum in Smeg. 401. *Sibhoun*, Judæi communiter *Bathjam* appellitant; De quo vide Pirke R. Elieſ. p. 130. & Vorſtium in Notis p. 246. Addi poſſunt ab ipſo citatis Schalſch. Hakkab. p. 8. a. & p. 95. b. Megilla fol. 13. a.

2. Ut ſeſe purgaret a ſtercoraria idololatria] Nimirum volunt, Pharaonis Filiam, miſſa Gentilium ſuperſtitione, ſacra, & cærimonias Judæorum amplexam eſſe. Iis vero, qui hoc agere inſtituunt, tam maribus, quam fœminis, corporis ablutione opus eſt. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Avod. Sara cap. 8. גר הבא להתגייר מלין אותו, אם היה מהול מטיפין ממנו דם ברית ואחר משהין אותו עד שיתרפא רפואה שלימה ואחר מטבילין אותו בפני שלשה ויודיעוהו שני מצות קלות ומקצת מצות חמורות והוא עומד במים ואם היתה אשה נשים מושיבות אותה במים עד צוארה והדיינין מבחוץ ויודיעוה מצות קלות וחמורות בעודה במים ואחר טובלה בפניהם ויצאו שלא יראנה כשתעלה מהמים ואין מטבילין אותו בשבת וי״ט ובלילה הואיל וצריך בית דין: id eſt: *Si quis*

tã

τῶν ἔξω *religionem Judaicam amplecti velit, is circumcidendus est: Quod si vero jam circumcisus sit*, (quales sunt qui Muhammedis placita sequuntur,) *fœderis tamen sanguis*, (facto vulnere,) *proliciendus, & adhibenda deinde unctio est, quoad plane convalescat. Porro abluere quoq; Proselytum oportet, tribus testibus præsentibus, eiq; dum in aquis adhuc est constitutus, indicare unum & alterum e levioribus, itemq; quædam ex gravioribus præceptis. Quod si fœmina alienigena ad Judæos accedat, a mulieribus collo tenus in aquam deducenda, ibi adsunt judices, eiq; sic in aquis stanti, quædam levia, & quædam gravia præcepta proponunt, quibus perceptis ipsa se immergit. Mox abeunt* (testes,) *ne fœminam* (nudam) *cum ex aquis illa exit, aspiciant. Non vero instituenda hæc ablutio, aut Sabbatho, aut festo die, aut nocte, adesse enim oportet Magistratum* (Triumviralem, qui istis temporibus non colligitur.) Atenim, quia de Lustratione eorum, qui Judaicis sacris initiari postulant, diximus: ne illud quidem negligendum videtur, superiori ævo, cum sæpe mera vi, Judæi ad fidem Christiano Romanam profitendam, vel simulandam potius, passim per Europã cogerentur, introductum quoque a γνησίοις novum quoddam & superstitiosum Ablutionis genus, ad recipiendum denuo in gregem, invitos desertores. Ea res quia vulgo parum cognita habetur, operæ pretium est illam docere, verbis, Johannis Mariæ Vincentii Missionarii Apostolici, in appendice libri, quem vocat, il Messia Venuto. num 41. *Posciache Condotto l' infelice recidiuo al fiume, l' interrogauano se fare volesse Teuilà, cioè Bagno, o lauanda, nel profluuio dell' acqua corrente, e rispondendo il misero che si: Diceua gli il Presetto delle ceremonie.* BAAL TESSUVA, *cioè ritorna dallo stato del peccato: e fra tanto spogli ato di tutte le vesti, lo lauava ignudo nell' acque calde: ed i Giudei Ministri gli fregavano tutto il corpo can l' arena, e massime la fronte, il petto, e le mani, e tutte le parti vnte col sacro Crismate. Poi gli radeuano i peli di tutto il corpo, tagliandoli, le vnghie delle mani, e dei piedi, sino allo spargimento del sangue, ed in tal modo raso, e tagliato, tre volte gli immergeuano il capo nell' acqua del fiume corrente, orando e dicendo: BENEDETTO IL SIGNORE RE DE' CIELI CHE COMMANDATO CI HAI IL SANCTIFICARCI SOPRA DI QUEST' ACQUA O BAGNO TUVVILA. Lauato lo vestiuano di nuove vesti, baciauanlo e con nuouo nome e con l' antico, con cui prima del battesimo si chiamaua lo salutauano: Frattanto il misero la professione facendo della Mossaica legge, promettendo oseruarla, difenderla, e vivere conforme al suo prescritto: Solennemente abjurando, e bestemmiando la fede di Cristo, i riti, e costumi de Christiani: delle quali cose tutte riceuuta la testimonianza scritta in publico instrumento, ammetteuano il miserabile alle cose sacre de' Giudei.* Hactenus Vincentius, qui se ista

didicisse

didicisse profitetur ex Eymentici Direct. Inquis. p. 2. q. 44. nec dubito pleraque ita gesta esse, & fortasse etiam nunc geri, quoties Apostatæ ad volutabrum redeunt, etsi in istis quædam dicuntur perperam. Nec enim profecto, *Baàl tessuua*, id significat, quod innuitur, neque juxta amnem, calidam quoque aquam, locum invenisse, mihi fit verisimile. Sed, tempus est, ad Pharaonis, quam tantisper deseruimus, filiam, ut revertamur, quando de causa cur lotum ipsa iverit, cum Gemara nostra non satis convenit R. Elieseri in Pirke p. 130. ait enim verbis Vorstii: *Filia Pharaonis Bathja, percussa erat gravibus plagis, neq; poterat se lavare in calidis aquis, sed descendit, ut lavaret in fluvio.* Rursus aliter est in Sepher Hajaschar p. 130. b. & Libello, de Vita Mosis p. 3. b. ubi æstus tam atrox & intolerabilis excitatus a Deo dicitur, ut cogerentur omnes Ægyptii, ac Filia quoque Pharaonis, in aquis refrigerium quærere. Omnium optime Abenesra, ex ritu & consuetudine Gentis, lotum ivisse Bathjam asserit. Sed Josephus, dum juxta flumen tantum ludentem, Pharaonis introducit filiam, a Scriptura secessit longule. De reliquo, uti hoc loco Judæi Pharaonis Filiam missa Superstitione, vero Deo adhæsisse contendunt, ita de ejus Uxore idem hoc affirmat Alcoranus, Surata de Defensione, cujus quidem alia, quam Gallica verba, dare non possumus: *Dieu enseigne vne parole a ceux, qui ensuivent sa loy. Prenes exemple a la Femme de Pharaon, elle à prié Dieu, est á dit: Seigneur basty moy vne maison en Paradis, deliure moy de Pharaon, de ses oeuvres, & des personnes injustes.*

3. Itionis vocem hoc loco mortem notare] Atque hanc iis Gabriel intulit, quoniam Mosis salutem impedire conabantur. Ne enim illud *de Itione*, superfluum appareat, ideo opus fuit, ut prolicerent Magistri, aliquod mysterium.

4. Et vidit Arcam illam] Conspexit Pharaonis Filia Arcam in mediis jacentem Cannis, nam in flumen ipsa descenderat, ab Ancillis vero in ripa ambulantibus, eadem animadverti haud potuit. Chaskuni.

5. Adfuit Gabriel & solo illas allisit] Consimili ratione idem Angelus, aliquando e medio sustulisse dicitur Synedrii Senatores in Sanhedrin, p. 169. edit. Cocc.

6. Qui de manu exponit urget vocem Amatha] Sed profecto nequicquam: Tò Mem enim Dagesch non habet, quo tamen carere non debebat, si vox illa *Manum* significare posset, ceu Raschi quoq; & Abenesra indicarunt. Imo, vere observat, adhuc amplius Abenesra,

nec אמה, etiam cum Mem ejus, impreſſum Dageſch agnoſcit, uſpiam *Manum aut Brachium* denotare, ſed tantum, *Ulnam*, genus menſuræ.

7. Incivile foret &c.] Non mirum Gabrielem civilitatis morum tam obſervantem fuiſſe, cum etiam ille qui μιαρὸς ϗ παμμιαρὸς S. Chryſoſtomo Hom. de S. Romano dicitur, tamen eam haud gravatim admittat, ſic enim Itali proverbio frequentant: *La Civilitá ſta bene, ancora nella Caſa del Diauolo.*

8. Ait Princeps &c.] Hæc digitum intendunt, ad ea quæ traduntur alibi in Megilla. Nam in ea Maſſichta fol. 15. b. ad verba in Eſther c. V. v. 2. ויהי כראות מלך האסתר המלכה עומרת בחצר נשאה חן בעיניו ויושט המלך לאסתר את שרביט הזהב: Id eſt: *Fuit vero, cum videret Rex Eſtheram Reginam conſiſtentem in eo atrio, (obtinebat gratiam in oculis ejus) ut extenderet Rex ad Eſtheram Sceptrum aureum*: ſic annotant: אמר ר׳ יוחנן ג׳ מלאכי השרת נזרמנו לה באותה שעה אחד שהגביה את צוארה ואחד שמשך עליה חוט של חסד ואחד שמתח שרביטו של אחשורש וכמה מתחו אמר רבי ירמיה בר אבא שתי אמות היה והעמידו על יב״ ואמרי לה על יו״ רבי יהושע בן לוי אמר כח״ ורב חסדא אמר ס׳: id eſt: *R. Jochanan tradit: Tres Angeli, Dei Miniſtri, illo tempore ei præſto fuerunt. Unus collum ejus* (caputque) *ſublevavit: Alter totam amabilem acceptamq; illam reddidit; tertius extendit Sceptrum Ahasveri. In quantum illud extendit? Ait R. Jeremias A. F. longum erat cubitos duos, & ipſe ad XII. illud produxit. Sunt tamen qui ad XVI. cubitos productum autumant, imo R. Joſuæ F. L. ad XXVIII. & R. Chaſda ad univerſos LX* (cubitos extenſum fuiſſe opinatur.) Sequuntur deinde ea, quæ in Sotam noſtram tranſcripta, וכן אתה מוצא cum cæteris. Quod ad illud *de Dentibus Impiorum* attinet, id explicandum ex Berachot fol. 54. b. Scilicet, cum Og Baſanis Rex, montem tres leucas longum, latumque, in caput ſuſtuliſſet, obruturus eodem univerſa caſtra Iſraëlitarum, Deus vermiculos quoſdam paravit, qui montem perforarunt, ita ut capite Ogi prominente, collo ejuſdem adhæreret. Removere volebat Ogus, moleſtiſſimum περιδέραιον, ſed dentes illius ab utraque oris parte producti ſunt, ita ut is conatus irritus evaderet, ac inanis. Ipſa verba Hebraica ſi quis mavult, hæc ſunt, מחנה ישראל כמה הוי תלתא פרסי אמר [עוג מלך הבשן] איזל ואיעקר טורא בר תלתא פרסי ואשדי עלייהו אזל עקר טורא בר תלתא פרסי ואותביה ארישיה אייתי הקדוש בחך הוא עליה קומצי ונקבוה ונחית ליה אצואריה בעא למשלפיה משכוה שיניה להאי גיסא

גיסא ולהאי גיסא ולא מצי למישלפא: Nequeo conjicere, qui factum sit, ut Magistri, unius præterea extensionis, quæ Nebucadnezari Regi in Schabbat fol. 149. b. evenisse dicitur, contra quam ratio suadebat, non tantum hic loci, sed in Megilla quoque, indicium facere neglexerint, & num illos ipsos piguit puduitque nefandissimarum assaniarum? Inquiunt: בשעה שבקש אותו רשע לעשות לאותו צדיק כך נמשכה ערלתו ש' אמה והיתה מחזרת על כל המסבה כלה: id est: *Cum nequissimus Nebucadnezar, Zedekiæ Regis optimi, ministerio turpiter abuti niteretur, τὸ περὶ τὴν βάλανον ἀνώνυμον δέρμα, ulnas trecentas productum est, & omnes* (Reges, Principesque) *cum eo convivantes obsepivit.*

מא

ותפתח ותראהו את הילד ותרא מיבעי לי' אמר ר' יוסי ברבי חנינא מלמד שראתה שכינה עמו: והנה נער בוכה קרי ליה ילד וקרי ליה נער תנא הוה ילד וקולו כנער דברי רבי יהודה אמר לו רבי נחמיה אם כן עשיתו למשה רבינו בעל מום אלא מלמד שעשתה לו אמו חופת נעורים בתיבה אמרה שמא לא אזכה לחופתו ותחמול עליו ותאמר מילדי העברים זה מנא ידעה אמר ר' יוסי ברבי חנינא שראתה מלמד שראתה אותו מהול: זה אמר רבי יוחנן מלמד

XLI.

Ex. II, 6.

Et aperiens vidit illum infantem. (Simpliciter tantum,) *Et vidit* (*infantem*) dicendum erat. Nimirum autore R. Jose, F. Ch. docetur, vidisse eam, simul cum illo, divinam majestatem. *Et ecce puer flebat.* Modo Infans, [1] modo Puer appellatur. Nempe, ut habet traditio; Infans fuit, sed vox ejus (*gravis erat,*) instar pueri; ita quidem censet R. Juda. Huic R. Nehemias objicit: Hæc si ita sunt, [2] vitium corporis, Mosi magistro nostro attribuis. Ergo potius innuitur, quod Mater illi uraniscum nuptialem fecerit, in cistella. Cogitabat enim, forsitan ea mihi non obtinget felicitas, ut nuptiis illius intersim. *Et miserta illius dixit, ex natis Hebræorum, est iste.* Unde id noverat? R. Jose F. R. Ch. ait, doceri istis, quod viderit eum circum-

שראתה אותו מהול : זה אמר רבי יוחנן מלמד שנתנבאת שלא מדעתה זה נופל ואין אחר נופל והיינו דאמר רבי אלעזר מאי דכתיב וכי יאמרו אליכם דרשו אל האובות ואל הידעונים המצפצפים והמהגים צופים ואינם יודעים מה צופים מהגים ואינם יודעים מה מהגים ראו שמושיעם של ישראל במים הוא לוקה עמדו וגזרו כל הבן הילוד היאורה תשליכוהו כיון דשדיוה למשה במיא אמרו תו לא קא חזינן כי ההו' סימנא בטלו לגזרתייהו והם אינם יודעי' שעל מי מריב' הוא לוקה והיינו דאמר ר' חמא ברבי חנינא מאי דכתי' המה מי מריב' אשר רבו בני ישראל המה שראו איצטגניני פרעה וטעו היינו דקאמר משה שש מאות אלף רגלי העם אשר אנכי בקרבו

circumcisum. *Iste.* R. Jochanan autor est, hinc colligi, quod [r] insciens vaticinata sit. (*Sic enim prædixit* :) Iste cecidit (*in profluentem* ,) nec quisquam casurus est, (*deinde amplius.*) Atque hoc est quod ait R. Eliezer. Quis sensus loci. (Es. VIII, 19.) *Cum enim edicunt vobis, consulite Pythones, aut Hariolos*, [4] *qui vident, & qui mussitant*? Nempe [s] vident, & nesciunt, quid videant : Mussitant, ignorantes quid mussitent. Deprehenderant aquas incommodaturas Servatorem Israëlis, surrexerunt itaque, & decretum fecere: Omnis infans recens natus, in fluviũ projiciatur. Postquam vero Moses [o] in profluentem projectus fuit , dicebant , non conspicimus amplius istud signum, resciderunt igitur decretum suum. Cæterum, illi non noverant, Aquas contentionis [t] illi damnum allaturas. Huc spectat illud R. Chamæ F. R. Ch. Quid notant verba :(Num. XX, 13.) *Ista est aqua contentionis, ubi contenderunt filii Israëlis*? Ista scilicet, quam viderunt Astrologi Pharaonis, & decepti fuerunt. Atque hinc Moses ait : (c. XI, 21.) *Sexcenties mille* רגלי *est populus hic*,

אמר להם משה לישראל בם
בשבילי נצלתם כולכם:

hic, in cujus medio ego sum. Quasi diceret Moses Israëlitis: [8] Mei causa, omnes vos liberati estis.

ANNOTATA.

1. Modo Puer appellatur] Nomen נער ei, qui nonnihil adulta ætate est, convenit. Obiter, quia ad Latinos Comicos intelligendos facit, nota, quod ait Kimchi in Schorschim fol. 305. לפי שדרך הקטן לשרת את הגדול נקרא המשרת נער ואף על פי שהוא גדול בשנים: id est: *Quia moris est, ut Minor serviat Majori, ideo Servus,* Puer *vocatur, etsi est annis provectior.*

2. Vitium corporis Mosi m. n. tribuis] Supple: Et hoc ipso, hominem Levitam ineptum reddis, ad laudes & hymnos Deo canendos, quod est perabsurdum: Nec enim iis, qui vocis aliquo vitio laborabant, isto munere fungi licebat. Tanchuma interim fol. 23. col. 4. nihilo secius a R. Judæ opinione non est alienus.

3. Insciens vaticinata sit] Talium vaticiniorum ab imprudentibus editorum, fit quoque alibi mentio. Habes mox aliud exemplum, & vide Bava Batra fol. 119. b. S. Chrysostomus Hom. de B. Abrahamo: Ἄκων προεφήτευσεν ὁ Ἀβραὰμ τῆς θείας χάριτος αὐτῷ συνεργούσης· Σφάξαι ἀνέρχῃ τὸν υἱόν σου, ϗ λέγεις ἀναστρέψαμεν· Ὡς ζητεῖ κρύψαι τὰς παῖδας, προφήτης καθίσταται. Id est: *Insciens prophetavit Abraham, divina illi gratia cooperante. Filium tuum mactaturus pergis, & ais, Revertemur? dum pueros studet celare, Propheta efficitur.* Illustra ex his locum Joh. XI, 51.

4. Qui vident & qui mussitant] צפצוף si R. Salomonem sequimur, is proprie sonus est, quem edunt Hirundines. Sed in Michlal Jophi fol. 90. col. 2. generatim: צפצוף בעופות כענין הדבור באדם: id est: *Idem est* צפצף *in Avibus, quod in Homine, Sermo.* In Beer Mosche המצפצפים exponitur: *die da pipesen:* In Galut Jehuda vero: *Che bisbigliano.* Nos, *Videndi* significationem, quasi a צפה deflexum verbum esset, expressimus, non quod illam genuinam esse credamus, sed quia sic facere Gemaræ contextus jubet. De vero dicti sensu, laborantem Lectorem, remitto ad magnum Bochartum, & ejusdem Hieroz. part. 1. pag. 731.

5. Vident & nesciunt quid videant] Quomodo Magi & Harioli futura nuncient, quodque inter illorum prædictiones, & divina Pro-

na Prophetarum vaticinia, diſcrimen intercedat, conſule diſſerentem egregie Maimonidem, in Præfat. Seder Seraim, quam inter cæteras, Arabice quoque in Porta Moſis, exhibet Cl. Pocockius.

6. In profluentem] במיא retinendum cenſeo, tanquam vocem non penitus inutilem, contra Talmudis Amſtel. autoritatem, ubi omittitur. De מלמר litem quam poteram, non movebo, eſt enim levior. Expreſſimus tamen, ſemel iterumque, in hac pericope id verbum, quando ejus Talmud nullam habuit rationem.

7. Illi damnum allaturas] Harum enim occaſione, ob incredulitatem, Deum ſibi offenſum reddidit.

8. Mei cauſa omnes vos liberati eſtis] Nam רגלי *Propter me*, exponi debet, plane uti in illo Gen. XXX, 30. *Et proſperavit Dominus te* לרגלי id eſt: *Propter me.*

מב

אמר ר׳ חנינא בר פפא אותו
היום עשרי׳ ואח׳ בניסן הי׳
אמרו מ״לאכי השר׳ לפני הקב״ה
רבונו של עולם מי שעתיד
לומר לפניך שירה על הים
ביום זה ילקה ביום זה ב
רבי אחא ברבי חנינא אמר
אותו היום ששה בסיון הי׳
אמרו מלאכי השרת לפני ה
הקדוש ברוך הוא רבונו של
עולם מי שעתיד לקבל תורה
בהר סיני ביום זה ילקה ביום
זה בשלמא למאן דאמר בששה
בסיון משכחת לה ג׳ ירחי

XLII.

R. Chanina aſſerit, illam diem (*qua Moſes exponebatur,*) vigeſimam primam (*menſis*) Niſan fuiſſe. Quare Angeli miniſterii coram Deo dixere: Mundi Arbiter, num illum,[1] qui olim hac die in mari hymnum tibi dicturus eſt,[2] eâdem hac die malum manebit? R. Achæ F. R. Ch. probabilius videtur, ſexta menſis Sivan id accidiſſe; dixiſſeque Angelos a miniſterio, coram Deo B. Arbiter mundi, num is qui hac die legem in monte Sinai accepturus eſt, eâdem iſta vapulabit? Enim vero, admiſſa ejus ſententia, qui de ſexta die menſis Sivan accipit, ſic enim tres menſes (*illi, quibus*

דאמר מר בשבעה באדר נולד משה בשבעה באדר מת משה מו׳ באדר ועד ששה בסיון תלתא ירחי הוו אלא למאן דאמר בכ״א בניסן היכי משכחת לה אות שנה מעובר היתה רובו של ראשון וגו ורובו של אחרון ואמצעי שלם:

quibus Moses occultatus dicitur) emergunt. Quippe [3] secundum definitionem Doctoris Clarissimi, septima die in Adar Moses est natus, & illa ipsa septima mensis Adar, mortem obiit. Et vero a sexta die mensis Adar, [4] usq; ad sextam mensis Sivan, tres menses numerantur. Verum, ad mentem ejus qui de die XXI. Nisan exponit, [5] quomodo eliciuntur (*isti tres menses? Nimirum,*)[6] is annus intercalaris fuit: (*& latuerat)* maxima parte primi, maximaq; parte postremi mensis, intermedio autem integro.

ANNOTATA.

1. Qui olim hac die in mari hymnum &c.] Sic computa, cum Raschi, ex Seder Olam: Mensis Nisan die XV. exiverunt Israëlitæ ex urbe Ægypti Raamses, & pernoctarunt in Succoth: Postridie, ex Succoth pervenere in Etham, atque hinc tertio die delati sunt ad fauces Montium Chirotarum. Die quarto, indicatum est Pharaoni, in fugam sese dare Populum, ergo quinto & sexto illos persequitur. Nocte quæ septimum diem præcedebat, ingressi sunt Judæi Ægyptiique Mare Erythræum, atque istis salvis transeuntibus, hi circa vigiliam matutinam suffocati sunt Ex. XIV, 24. Quamobrem consequitur, cum illuxisset dies XXI. Mensis Nisan, cantatum a Mose fuisse illud Epinicium, quod Ex. XV. descriptum est.

2. Eadem hac die] Verba ביום הה quæ male omissa erant in Codicibus En Jacob, ex Talmude, textui reddidimus.

3. Secundum definitionem &c.] Ista tanquam in Kidduschin fol. 38. a. satis probata, hic supponuntur, quare exinde lux huic loco afferenda est, & ostendendum qua hæc inferantur collectione. Enim vero, ὕστερον πρότερον agere oportet, & prius probatum dare, septima die Mensis Adar, Mosen esse mortuum; idque hac ratione: Legimus Deut. XXXIV, 8 deflevisse Judæos obitum Mosis, in campestribus Moab, per dies XXX. Post finitum hunc luctum, imperat Deus Josuæ: *Surge, transi*

transi Jordanem hunc, tu, & totus Populus: Jos. I, 2. Hoc mandato accepto, divulgat Josua Dei voluntatem in Castris, & populum ad eam exequendam post triduum paratum esse jubet, ac interea temporis de viatico sibi prospicere: ib. v. 11. Nec mora, cum exactum esset illud triduum, contigit Israëlitarum transitus per Jordanem, die scilicet decimo mensis primi, sive Nisan, prout diserte traditur Jos. III, 2. seqq. & c. IV, 19. Ergo, a die decimo Mensis Nisan, retro numerandi sunt, dies XXXIII. quos in itineris apparatu, luctuque insumsere Judæi, & constabit necessario sequi, mensis Adar die septimo, Mosen esse mortuum. Jam, ostenso die, quo Moses fato functus est, porro quoque, de altero, quo lucem primum aspexit, fieri potest judicium. Quippe illo die, quo suprema hora imminebat, Moses testatur ipse Deut. XXXI, 2. natum se esse annos centum viginti. Hoc vero capiendnm κτ τὴν ἀκρίβειαν, ita ut nullus temporis articulus abundet, nullus deficiat, sed exactissime tum annos CXX. implevisse intelligatur: Vide mox Excerptorum Num. XLIX. Quæ si ita sunt, non potest non Moses ante annos CXX. septimo die Mensis Adar quoque natus esse, nam ad reddendum numerum annorum ætatis ejus, usque quaq; perfectum, utique requiritur, ut idem ille, qui olim dedit vitam dies, eandem quoque, postea carpserit. Adde his Imre Schapher p. 116. b. & Menassen in Conciliat. Lib. Regum Q. 46. §. 11.

4. Usque ad sextam Mensis Sivan] Interjectis Nisan, & Jiar mensibus.

5. Quomodo eliciuntur isti tres Menses ?] Nam Adar & Nisan se mutuo consequuntur, in septimo vero die τῦ Adar, Mosen natum esse, caret dubio: Atqui, ab expositione ad nativitatem, menses tres numerare oportet.

6. Is annus intercalaris fuit] Additus ei est Mensis intercalarius Veadar, sive Adar secundus, atque sic trimestre emergit, nam partes quoque Mensium, capiendæ pro Mensibus integris, id quod in computatione alia, facere quoque jubet Raschi Gen. XXXVIII, 24.

מג. XLIII.

Ex. II, 7. ותאמר אחותו אל בת פרעה האלך וקראתי לך אשה מינקת מן העבריו ותיניק לך את הילד מאי שנא מעבריות

Tunc dixit Soror illius, filia Pharaonis: an ibo vocatum tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ lactet tibi hunc puerulum? Cur potissimum ex Hebræis? Docetus

מלמד שהחזירוהו למש׳ על כל
המצריו׳ כולן ולא ינק אמר
הקדוש ברוך הוא פה שעתיד
לדבר עמי יינק דבר טמא
והיינו דכתיב את מי יורה
דעה ואת מי יבין שמוע׳ גמ
גמולי מחלב עתיקי משדי׳ למי
יורה דעה ולמי יבין שמועה
לגמולי מחלב ולעתיקי משד
משדים: ותאמר לה בת פרעה
לכי ותלך העלמה אמר רבי
אלעזר מלמד שהלכ׳ בזריזות
כעלמה ר׳ שמואל בר נחמני
אמר שהעלימה את דבריה:
ותאמר לה בת פרעה היליכי
את הילד הזה אמר רבי חמא
בר חנינא מתנבאה ואינה
יודעת מה מתנבאה היליכי
הי שליכי: ואני אתן את ש
שכרך אמר רבי חמא ברבי
חנינא לא דיין לצדיקים שמחזירין להם אבדתן אלא שנותנין
להם שכר עמה שנאמר ואני אתן את שכרך:

tur quod [1] circumtulerit Mosen ad omnes (*nutrices*) Ægyptias, verum nō ſuxit de ulla illarum. Dixerat enim Deus B. Anne os quod mecum locuturum eſt, [2] ſugeret rem immundam? Hinc S. E. (Eſ. XXVIII, 9.) *Quem doceret* (Deus) *ſcientiam, & cui proponeret intelligendum documentum? reſpuentes lac; rejicientes ubera.* Et dixit ei filia Pharaonis, ito: Ex. II, 8.
abivitque adoleſcentula. Vult R. Eleaſer doceri, quod alacriter abiverit, [3] inſtar adoleſcentulæ: R. vero Samuel Nachmanides, quod [4] res ſuas occultaverit. *Et dixit illi filia Pharaonis,* היליכי *puerulum hunc,* R. Chama F. R. Ch. ait ignoranter vaticinatam eſſe: *Hailichi* (enim notat:) *hai ſchellichi* (id eſt: iſtum infantem, qui tuus eſt,) *Et ego dabo mercedem tuam.* Sic ait R. Chama F. R. Ch. non id ſolum obtingit juſtis, ut res amiſſa illis reddatur, ſed præmium eidem inſuper adjungitur: Q. S. E. *Et ego dabo mercedem tuam.*

ANNOTATA.

1. Circumtulerit Mosen ad omnes nutrices Ægyptias &c.] Quare enim cæteroquin dictura erat Mirjam: *An ibo vocatum tibi mulierem nutricem ex Hebræis?* nisi lac fœminarum Ægyptiarum puer respuisset?

2. Sugeret rem immundam] Καταχρηστικῶς hæc dicta sunt. Etsi enim in iis Fœminis, quæ rebus, Lege Mosaïca prohibitis, vescuntur, alimentum in Lac convertitur, ipsum tamen Lac non propterea immundum reputatur, sed ali eo possunt Judæorum infantes, haud aliter, quam, si nullum aliud vitium obstet, licite Judæi fruuntur carne animalium, quæ rebus immundissimis ventrem repleverunt. Nisi itaque prætendas, habito respectu ad sanctitatem Mosis, lac Ægyptiarum pollutum pronunciari, jejuna est hæc ratio. Fallor, an ipsi Tanchumæ eadem insubida visa fuit, ut proinde meliorem (nec enim ipse quoque factum inficiatur) substituere laborarit fol. 23. col. 4. אמר הקב״ה עתיד פה של צדיק זה לדבר עמי למחר יהיו המצריים אומרים זה שהוא מדבר עם השכינה אני הנקתיו לפיכך פסל את דדיהן׃ id est: *Dixit Deus B. cum futurum erit, ut Os sancti hujus pueruli mecum loquatur, jactabunt Ægyptiæ: Isti, qui cum Majestate Divina loquitur, huic ego mammam præbui: eam ob rem ab uberibus ipsarum illum arcuit.* Adde Alcoranum Surata de Historia. Est cæteroquin inter Judæos, expediti, ceu dixi, juris, fas esse Nutricem a τοῖς ἔξω petere. Vide Maimonidem Hilchot עכו״ם c. 9. Meus ineditus liber Ez Hechajim Hilchot ע״ז וגרים cap. 4. habet: בת ישראל לא תינק בן נכרית שמגדלתו לע״ז ולא תיילד הנכרית אם לא בשכר מפני איבה ונכרית מילדת בת ישראל ומניקה בנה ברשותה שלא תהרגנו׃ id est: *Mulieri Hebrææ nefas est lactare infantem ἀλλόφυλον, quippe illum educaret superstitioni idololatricæ. Sed nec Hebrææ mulieri, fas est obstetricari uxoribus τῶν ἀλλοφύλων nisi mercede conducatur, & odii evitandi causa id faciat. At ἀλλόφυλος fœmina, obstetricatur licite mulieri Judaicæ, & ejus infantem lactat, verum intra ædes matris, ne illum aliequin occidat.* Interim non accipienda hæc sunt, nisi de summo necessitatis casu, nam extra eum, ne quidem Nutrices Judææ adhiberi debent, sed cuique matri, suo lacte infantem alere, vehementer præcipitur. Rebecca nostra rursus audienda est, in re ad suum sexum attinente, est vero paulo commotior: *Es sol ein jegliche Frau gewarnt sein, dass sie das Kind kein andre sol lassen saugen, sie sol es selbert den andern Tag anlegen, den*

Meneket Bibka p. 22. 4.

alsobald

asobald, as das Kind ein andre schmeckt, da vvil es darnach die Mutter nit saugen, darnach komt ihr die Milch aso geh, da hat sie dan kein vvürzeln, und muß sich viel genieten. Auch is manche aso unselig, und vvil sich nit vveh thun, und last das Kind ein andre saugen, dervveil verschiest ihr die Milch, und vvird bitter, darnach vvil sie das Kind aber nit saugen: die aso thut, die vvird ihr tag kein gute Am, und ihr Milch is nit gut, sie is als ein Wasser, und is bitter. Kurze Wort, vvas sol man viel davon schreiben? ein jegliche die aso thut, oder saugt mit einer Brust, es sey vver sie vvol, so halt man sie vor ein Untugend, daß sie sich läst mutvvillig verderben, den es schat ihr al ihr Tag; hernach muß sie sich viel genieten, und Am halten, den mocht sie es gern mit grossen Geld abkauffen. Aber eine die da selig und klug is, die gedenkt auf ein תכלית *und legt al ihr fleis an, vvann sie gleich reich is, man vveis nit vvie ein ding kan kommen.* Quis non exhorrescat, cum in Corpore Canonico c. 13. Extrav de Jud. & Sarac. legit testantem Archiepiscopo Senonen. & Episcopo Parisiensi, Innocentium III. Pontificem[1], accepisse se, Judæos Christianis Nutricibus utentes, cum ipsæ in die Resurrectionis Dominicæ, Corpus & Sanguinem Jesu Christi sumunt, eas deinde cogere, ut antequam pueros suos iterum lactent, per triduum, lac in latrinam effundant?

3. Instar adolescentulæ] Quæ corpore, viribusque, est integris.

4. Res suas occultaverat] Nec enim prodidit, se infantis sororem esse, aut, se matrem ejusdem vocaturam.

מ״ד XLIV.

ותקח מרים הנביאה אחות אהרן את התוף בידה אחות אהרן ולא אחות משה אמר רב עמרם מלמד שהיתה מתנבאה כשהיא אחות אהרן ואומרת עתיד׳ אמי שתלד בן שמושיע את ישראל וכיון שנול׳ משה נתמלא כל הבית

[1] *Accepit quoque Prophetis Mirjam, soror Aaronis tympanum in manum suam.* (*Ergone*) soror Aaronis fuit, & non soror Mosis? [2] Raf Amram censet notari, quod vaticinata sit, [3] cum Soror esset Aaronis, dixeritque: Paritura est, mater mea filium, qui liberabit Israëlem. Cumque natus fuisset Moses, [4] repleta est tota domus fulgore, igitur pater surre- Ex. XV, 20.

אורה עמד אביה ונשקה על
ראשה אמר לה בתי נתקיימת
נבואתי וכיון שהטילוהו ליא
ליאור עמד אביה וטפחה
על ראשה אמר לה בתי היכן
נבואתיך והיינו דכתי ותתצב
אחותו מרחוק לדעה מה
יעשה לו לידע מה יהא
בסוף נבואתה:

surrexit, & [5] caput ejus deosculatus, dixit illi: Filia, impleta est prædictio tua. Verum cum in profluentem abjiceretur, surgens pater, & illius [6] caput pulsans, Filia mea, inquit, ubi nunc est prædictio tua? Hinc legimus: (Ex. II, 2.) *Stiterat autem sese illius soror procul, cognitura quid fieret illo.* Cognitura scilicet, quis eventus foret vaticinii abs se editi.

ANNOTATA.

1. Accepit quoque Prophetis &c.] Tota hæc περικοπὴ habetur quoque in Megilla fol. 14. a.

2. Raf Amram censet] Talmud post אמר רב עמרם addit scrupulosius: ואמרי לה אמר רב נחמן אמר רב

3. Cum Soror esset Aaronis] Subaudi, *Tantùm*: Mose scilicet tum nondum adhuc nato.

4. Repleta est tota domus fulgore] Vide Præclarum Vossium de Idolol. p. 231. & adde, si placet, exempla similis Ominis, quæ ex profanis Scriptoribus observarunt, Freinshemius ad Curtii l. 3. c. 3. §. 3. & ad Flori l. 1. c. 6. §. 1. Gruterus ad Livii l. 25. c. 39.

5. Caput ejus deosculatus] Varia notare licet apud Talmudistas Osculorum genera. Quod *Capiti*, impingitur Osculum, affectus est, eoque Parentes, Liberos suos; Præceptores, Discipulos quoque, aut Socii, Socios, solent excipere. Sic in Rosch Hasschana fol. 25. a. legimus, quod cum R. Josua, propria opinione deserta, R. Gamalieli cessisset: עמד ר"ג ונשקו על ראשו id est: *Surrexerit R. Gamaliel, & caput ejus deosculatus fit.* In Nedarim fol. 9. b. narrat R. Simeon Justus, venisse ad se, adolescentem formosissimum, & cæsarie ad miraculum pulchra præditum, qui profitebatur se votum Nazaræatus fecisse, cumque ex eo quæreret R. Simeon, ob quam causam resecare vellet, crines tam comtos? respondisse juvenem, se nuper in adaquando paterno pecore, propriam

priam in undis vidisse effigiem, cumque mali motus ad superbiam stimularent, vovisse se sancte, capillorum abscissionem. Hic vero subjicit, R. Simeon Justus: מיד עמדתי ונשקתיו על ראשו אמרתי לו בני כמותך ירבו נוזרי נזירות בישראל: id est: *Continuo surrexi, & caput illius osculatus sum, dixiq; : Fili mi,* (macte tua virtute,) *o utinam tui similem Nazaræatum multi inter Judæos profiteantur.* Aliud exemplum habemus in Sanhedrin fol. 104. a. quod quia festivum est, illud quoque audire, non tædebit: אמר רבא אמר רבי יוחנן כל מקום שהן הולכין נעשין שרים לאדוניהם ׀ ת״ר מעשי בשני בני אדם שנשבו בהר הכרמל והיה שבאי מהלך אחריהם א״ל אחד מהם לחבירו גמל שמהלך לפנינו סומא באחד מעיניו וטעוני שתי נודות אחת של יין ואחת של שמן ושני בני אדם המנהיגין אותה אחד ישראל ואחד גוי אמר להן עם קשה עורף מאין אתם יודעין אמרו גמל מעשבים של פניה מצר שרואה אוכלת מצר שאינה רואה אינה אוכלת וטעונה שתי נוחות אחד של יין ואחד של שמן יין מטפטף ושוקע ושל שמן מטפטף וצף ושני בני אדם המנהיגין אותם אחד גוי ואחד ישראל גוי נפנה לדרך וישראל נפנה לצדדין רדף אחריהם ומצא כדבריהם בא ונשקן על ראשן והביאן לביתו ועשה ובכל † להן סעודה גדולה והיה מרקד לפניהם ואמר ברוך לבתי׳ הן שבחר בזרעו של אברהם ונתן להם מחכמתו מקום שהן הולכים נעשין שרים לאדניהם ופטרן לשלום: id est: *Autore Raba, dixit R. Jochanan: Quocunq; deferuntur* (Judæi,) *Principes evadunt, Dominorum suorum. Narrant Magistri, historiam, de duobus Judæis, captis in monte Carmel, quos ille, qui eos ceperat, sequebatur. Tum vero, captivorum unus, ad alterum conversus, iste Camelus, inquit, qui nos præcedit, uno oculo cæcus est, gestatq; duos utres, alterum vino, alterum oleo repletum; e duobus, qui illum agunt, unus Judæus, alter infidelis est. Ibi* (ἀνδρολήπτης) *exclamare: O duræ cervicis homines, unde hoc vobis perspectum? Respondebant:* (Animadvertimus) *Camelum ex ea parte, qua visu pollet, decerpsisse herbas, ex altera qua cæcus est, decerpsisse nihil. Ex illis utribus quos gestant, unum vino alterum, oleo repletum esse,* (hinc datur intelligere:) *Quia vinum quod exstillavit, illico absorptum est, quod, exstillavit oleum, sese diffudit. Quod vero eorum qui agunt Camelum, unus infidelis, alter Judæus sit, inde colligitur, quia infidelis in media via ventris onus excrevit, Judæus cum pariter a natura urgeretur, ad latus secessit.* (Ergo ἀνδρολήπτης) *persequitur* (Camelum, & agalones,) *cumq; omnia ita se habere deprehendisset, prout dixerant, reversus, exosculatus est illorum capita, deduxitq; eos in domum suam, ac magno apparato convivio, multum saltitans, Benedictus sit, ajebat,*

† Expungenda vox, cum nec sensus, nec Codices En Iacob, in quos fol. 132. col. 3. relatus locus est, eam admittant.

** Etiam hoc verbum libri En Iacob non agnoscunt. Nec id improbamus.*

bat, qui elegit ſemen Abrahami, illudq; particeps reddidit ſapientiæ ſuæ, quocunq; gentium defertur, in ſuos dominos, dominium occupat. Poſtea cum bona pace Judæi ab illo dimiſſi ſunt. Manus Oſculum, Honoris eſt, & Reverentiæ, quin modeſtiam quoque indicat. Hinc quibusdam in locis receptum, ut quovis Sabbatho ineunte, Liberi, Matrum manus oſculentur, quæ conſuetudo laudatur, & ex ſecretiore Judæorum Theologia explicatur in Caſſanot R. Jizchak Luria p. 3. a. In Berachot fol. 8. b. legitur: אמר ר׳ עקיבא בג׳ דברים אוהב אני את המריים כשחותכין את הבשר אין חותכין אלא על גב השלחן וכשנושקין אין נושקין אלא על גב היד וכשיועצין אין יועצין אלא בשדה: id eſt: *Dixit R. Akiba: Ob cauſam triplicem faveo Medis: Quippe, cum carnem ſcindunt, non ſcindunt eam niſi in menſa, cum quem deoſculantur, non niſi manum ejus oſculantur, & haud alibi quam in campo deliberationes inſtituunt.* R. Salomo in Gloſſa de Oſculo Manus addit ודרך חשיבות היא זה מפני הרוק id eſt: *Eſſe illud magis reverentiæ conveniens, ne quis ſputo* (alterius faciem humectet.) Huc refero quod in Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis, Diſputatione adverſus Herbanum Judæum, Tom. 10. Biblioth. SS. Patrum p. 207. legitur: Τούτων πασῶν ῥηθεισῶν μεταξὺ τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου, καὶ Ἑρβᾶν τοῦ νομοδιδασκάλου, παρόντος καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καί τινων Ἐπισκόπων, καὶ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων, καὶ πάσης τῆς πόλεως, ἡ ἀμφιβολία λύσιν οὐκ ἔσχεν· Ἑσπέρα γὰρ καταλαβοῦσα ἔκοψεν αὐτῶν τὴν δίκην· Ἔχαιρον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῷ Ἑρβᾶν, ὅτι ὅλως ηὐτάρκησε στῆναι μετὰ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἐν λέξεσιν, καὶ κατεφίλουν αὐτὸν ἅπαντες εὐμενῶς· id eſt: *His omnibus dictis, & diſputatis, inter ſanctiſſimum Archiepiſcopum, & Herbanum legis Doctorem, præſente etiam pietate illuſtriſſimo Rege, & quibusdam Epiſcopis, & multitudine Judæorum, atq; univerſa civitate, nec dubitatio ſolutionem ſive exitum habuit. Nam flexus in veſperam dies, ipſorum diſſertationem & cauſæ judicium intercidit. Gaudebant autem Judæi ſuper Herbano, quod hic contra Archiepiſcopum in diſputatione ſtare integre, & fortiter potuiſſet, nec defeciſſet: Atq; omnes ipſum deoſculabantur, & magna benevolentia proſequebantur.* Quod *Pedibus datur Oſculum*, ſubjectionis, & devotiſſimi cultus ſignum eſt, eoque R. Akibam, cum XXIV. millibus Diſcipulorum, ex Academia reducem, ab Uxore & Socero exceptum legimus in Cetubot fol. 63. a. Nec minus R. Acham concionantem, cultu hoc humillimo, ipſe malus dæmon affecit, ſi fides iis, quæ traduntur in Bava Batra fol. 16. a. Oſculum, quod פה על פה ϛόμα πρὸς ϛόμα fit, Autore R. Salomone in Comment. ad initium Cantici Canticorum, proprie tantum Sponſo & Sponſæ convenit, aliis vero tam familiaribus eſſe haud licet. Denique, non prætereundum, ex Judæorum mente, vivos tantum oſculandos eſſe, minime vero mortuos: Baal Chaſidim n. 236. לאדם שמת לו בנו או בתו אל נשק אותם ואל יניח אשתו לנשק אותם כי מקצרין ימי בניהם ובנותיהם: id eſt: *Nemo de-*

mortuum

mortuum filium aut filiam osculator, aut uxori suæ id facere concedat, hæc enim res reliquis quoq; liberis prærnaturæ mortis causa est. Fortasse, hoc stricte tantum, de Liberis capere oportet, nam Josephum, patrem suum defunctum osculatum esse, ipsa Scriptura indicat Gen. L, 1. Fieri tamen potest, ut Judæi, hoc, tanquam perperam factum calumnientur, atque hinc quoque confirment sententiam, qua Josephum primum inter fratres diem supremum obiisse, dictitant.

6. Caput pulsans] Hæc Phrasis priori opponitur, estque ignominia maxima, cum cui Caput pulsatur. Kidduschin fol. 31. a. כי אתא רב דימי אמר פעם אחת היה לבוש סירקון של זהב והיה יושב בין גדולי רומי ובאתה אמו וקרעתו ממנו וטפחה לו על ראשו וירקה לו בפניו ולא הכלימה ונפל קורדקסן שלה והושיטו לה שלא תצטער: id est: *Adventans R. Dimi, retulit,* (Damam filium Nethinæ) *aliquando indutum fuisse serico, multo auro intexto, consedisseq; inter Optimates Romæ, ibi Matrem ejus venisse, & vestem omnem illi conscidisse, caput ejus pulsasse, & in faciem conspuisse; At vero ipsum* (tanta erga matrem fuisse reverentia,) *ut eam nullatenus confunderet, cumq; corrigia calcei illius cecidisset, eam* (humo sublatam,) *matri porrexit, ut hanc tollendi molestia, ipsam sublevaret.*

מה XLV.

פיסקא יוסף זכה לקבור אביו וכו מאי שנא מעיקר דכתיב ויעל יוסף לקבור את אביו ויעלו אתו כל עבדי פרעה זקני ביתו וכל זקני ארץ מצרים והדר וכל בית יוסף ואחיו ובית אביו ומאי שנא לבסוף דכתיב וישב יוסף מצרימה הוא ואחיו והדר זכל העולים אתו לקבור את אביו אמר ר׳ יוחנן בתחלת

COmmentatio. *Josephus pietatis officium præstitit, in sepeliendo Patre &c.* [1] Quæ ratio discriminis, quod ab initio (Gen. L, 7.) dicitur: *Ascendit itaq; Joseph ad sepeliendum Patrem suum: Ascenderuntq; cum eo omnes Servi Pharaonis, seniores familiæ ejus, & seniores omnes terræ Ægypti.* Additurq; (v. 8.) *Præterea tota familia Josephi, & fratres ejus, ac familia patris ejus.* Quæ vero (*inquam*) ratio discriminis, quod in fine (v. 14.) dicitur: *Deinde reversus est Josephus in Ægyptum, ipse & fratres ejus*

עד שלא ראו בכבודן של
ישראל לא נהגו בהם כבוד
ולבסוף שראו בכבודן נהגו
בהם כבוד דכתיב ויבואו
עד גרן האטד וכי גרן יש לו
לאטד אמר ר׳ אבהו מלמד
שהקיפוהו כתרים לארונו של
יעקב כגרן זה שמקיפין לו
אטד שבאו שם בני עשו
ובני ישמעאל ובני קטורה :
תנא כולם למלחמה באו
כיון שראו כתרו של יוסף
שתלוי בארונו של יעקב נטלו
כולם כתריה ותלאום בארונו
של יעקב : תנא שלשים
וששה כתרים נתלו בארונו
של יעקב :

ejus. Atque tum (*demum subjicitur:*) *Et omnes qui ascenderunt cum ipso, ad sepeliendum patrem ejus?* Rationem reddit R. Jochanan. Nimirum, principiò, quoad nondum viderant (*Ægyptii*) nobilitatem Israëlitarum, non detulerunt illis honorem. Postremo autem, cum illorum excellentiam percepissent, impertiti sunt illis honorem. Scriptum est. (ib. v. 10.) *Et venerunt ad aream cynosbati.* Nunquid area e cynosbatis conficitur? Ait R. Abhu, discendũ hinc esse, quod cinxerint coronis loculum Jacobi, adinstar areæ alicujus, quæ cynosbatis circumunitur. Convenerant enim ibidem Esavi, Ismaëlis, & Keturæ filii, atque prout traditio habet, omnes ad præliandum venerant: Conspecta vero corona Josephi, quæ suspensa erat ex sandapila Jacobi, [2] omnes, coronas suas detractas, ex eâdem sandapila suspenderunt. Fertur: [3] sex supra triginta coronas, ex sandapila Jacobi pependisse.

ANNOTATA.

1. Quæ ratio discriminis &c.] Hoc quæritur, quare in priore Scripturæ loco, Fratres Josephi postponantur Ægyptiis, in altero vero iisdem præmittantur?

2. Omnes coronas suas detractas] In Talmude vitiosissime נטלו כולו legitur.

3. Sex

3. Sex supra triginta coronas] Nimirum, una erat Josephi, XII. spectabant ad Principes Ismaëlitas, laudatos Gen. XXV, 16. & tres supra viginti, attulere Principes Esavo progeniti, quorum nomina eduntur Gen. c. XXXVI.

מו

ויספדו שם מספד גדול
וכבד מאד תנא אפילו ס״ס
סוסים ואפילו חמורים ׃ כיון
שהגיעו למערת המכפלה
אתא עשו קא מעכב אמ׳ להו
ממרא קרית ארבע היא עם
חברון אמר רבי יצחק קרית
ארבע ארבע זוגות היו אדם
וחוה אברהם ושרה יצחק וו
ורבקה יעקב ולאה איהו כל
קברה ללאה ברידיה האי ד
דפייש דידי הוא אמרי לי׳
זבינהו מינך אמר להו נהי
דזבין בכירותא פשיטותא
מי זבין אמרי ליה אין דכתי׳
בקברי אשר כריתי לי בארץ
כנען ואמר רבי יוחנן משום
רבי שמעון בן יהוצדק אין כ׳
כירה אלא לשון מכירה שכן
בכרכי הים קורין למכירה

XLVI.

Planxerunt ibi planctu magno, & gravi valde. Gen. L, 10. Imo juxta traditionem, ipsi adeo equi [1] ipsiq; asini, *(in planctum soluti sunt.)* Cumque venissent ad [2] Speluncam duplicatam, [3] accurrit Esau impediturus *(sepulturam,)* dicens: [[4] *Mamre Civitatem Arba, hac est Hebron.* cap. XXXV. 27. Atque uti R. Isaac explicat: *Civitatem Arba*, dicitur, quia quatuor paria *(ibidem)* fuere *(sepulta.)* [5] Adam & Eva, [6] Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea.] Iste *(frater meus defunctus Jacobus,)* Leam sepelivit *(in loco)* suo, [7] hinc qui restat, meus est. Regesserunt illi: [8] Emerat speluncam a te- Tum Esau: Concesso quod primogenituræ *(prærogativam)* emerit, nunquid ideo omnem meam partem emit? Respondent: [9] Imo vero: Q. S. E. (Gen. L, 5.) *In sepulchro meo* ascher Kariti *mihi, in regione Canaanis.* (*Quo in loco*) dicente R. Jochanan, nomine R. Simeonis, F. I. [10] *Kira* idem est quod *Mekira*, (*aut, Emtio:*)

שראתה אותו מהול : זה אמר רבי יוחנן מלמד שנתנבארת שלא מדעתרת זה נופל ואין אחר נופל והיינו דאמר רבי אלעזר מאי דכתיב וכי יאמרו אליכם דרשו אל האובורת ואל הידעונים המצפצפים והמהגים צופים ואינם יודעים מה צופים מהגים ואינם יודעים מה מהגים ראו שמושיעם של ישראל במים הוא לוקרה עמדו וגזרו כל הבן הילוד היאורה תשליכוהו כיון דשדיוה למשרה במיא אמרו תו לא קא חזינן כי ההו סימנא בטלו לגזרתייהו והם אינם יודעי שעל מי מריב הוא לוקה והיינו דאמר ר' חמא ברבי חנינא מאי דכתי' המה מי מריב' אשר רבו בני ישראל המה שראו איצטגניני פרעה וטעו היינו דקאמר משה שש מאות אלף רגלי העם אשר אנכי בקרבו

circumcisum. *Iste.* R. Jochanan autor est, hinc colligi, quod [3] insciens vaticinata sit. (*Sic enim prædixit:*) Iste cecidit (*in profluentem,*) nec quisquam casurus est, (*deinde amplius.*) Atque hoc est quod ait R. Eliéser. Quis sensus loci. (Es. VIII, 19.) *Cum enim edicunt vobis, consulite Pythones, aut Hariolos,* [4] *qui vident, & qui mussitant?* Nempe [5] vident, & nesciunt, quid videant: Mussitant, ignorantes quid mussitent. Deprehenderant aquas incommodaturas Servatorem Israëlis, surrexerunt itaque, & decretum fecere: Omnis infans recens natus, in fluviū projiciatur. Postquam vero Moses [6] in profluentem projectus fuit, dicebant, non conspicimus amplius istud signum, resciderunt igitur decretum suum. Cæterum, illi non noverant, Aquas contentionis [7] illi damnum allaturas. Huc spectat illud R. Chamæ F. R. Ch. Quid notant verba: (Num. XX, 13.) *Ista est aqua contentionis, ubi contenderunt filii Israëlis?* Ista scilicet, quam viderunt Astrologi Pharaonis, & decepti fuerunt. Atque hinc Moses ait: (c. XI, 21.) *Sexcenties mille* רגלי *est populus hic,*

אמר להם משה לישראל כם בשבילי נצלתם כולכם׃ *hic, in cujus medio ego sum.* Quasi diceret Moses Israëlitis: [8] Mei causa, omnes vos liberati estis.

ANNOTATA.

1. Modo Puer appellatur] Nomen נער ei, qui nonnihil adulta ætate est, convenit. Obiter, quia ad Latinos Comicos intelligendos facit, nota, quod ait Kimchi in Schorschim fol. 305. לפי שדרך הקטן לשרת את הגדול נקרא המשרת נער ואף על פי שהוא גדול בשנים׃ id est: *Quia moris est, ut Minor serviat Majori, ideo Servus*, Puer *vocatur, etsi est annis provectior.*

2. Vitium corporis Mosi m.n. tribuis] Supple: Et hoc ipso, hominem Levitam ineptum reddis, ad laudes & hymnos Deo canendos, quod est perabsurdum: Nec enim iis, qui vocis aliquo vitio laborabant, isto munere fungi licebat. Tanchuma interim fol. 23. col. 4. nihilo secius a R. Judæ opinione non est alienus.

3. Insciens vaticinata sit] Talium vaticiniorum ab imprudentibus editorum, fit quoque alibi mentio. Habes mox aliud exemplum, & vide Bava Batra fol. 119. b. S. Chrysostomus Hom. de B. Abrahamo: Ἄκων προεφήτευσεν ὁ Ἀβραὰμ τῆς θείας χάριτος αὐτῷ συνεργούσης· Σφάξαι ἀνέρχῃ τὸν υἱόν σου, καὶ λέγεις ἀναστρέψωμεν· Ὡς ζητεῖ κρύψαι τοὺς παῖδας, προφήτης καθίσταται· Id est: *Insciens prophetavit Abraham, divina illi gratia cooperante. Filium tuum mactaturus pergis, & ais, Revertemur? dum pueros studet celare, Propheta efficitur.* Illustra ex his locum Joh. XI, 51.

4. Qui vident & qui mussitant] צפצוף si R. Salomonem sequimur, is proprie sonus est, quem edunt Hirundines. Sed in Michlal Jophi fol. 90. col. 2. generatim: צפצוף בצפורת כענין הדבור באדם׃ id est: *Idem est* צפצוף *in Avibus, quod in Homine, Sermo.* In Beer Mosche המצפצפים exponitur: *die da pipesen*: In Galut Jehuda vero: *Che bisbigliano.* Nos, *Videndi* significationem, quasi a צפה deflexum verbum esset, expressimus, non quod illam genuinam esse credamus, sed quia sic facere Gemaræ contextus jubet. De vero dicti sensu, laborantem Lectorem, remitto ad magnum Bochartum, & ejusdem Hieroz. part. 1. pag. 731.

5. Vident & nesciunt quid videant] Quomodo Magi & Harioli futura nuncient, quodque inter illorum prædictiones, & divina Pro-

na Prophetarum vaticinia, discrimen intercedat, consule differentem egregie Maimonidem, in Præfat. Seder Seraim, quam inter cæteras, Arabice quoque in Porta Mosis, exhibet Cl. Pocockius.

6. In profluentem] במיא retinendum censeo, tanquam vocem non penitus inutilem, contra Talmudis Amstel. autoritatem, ubi omittitur. De מלמר litem quam poteram, non movebo, est enim levior. Expressimus tamen, semel iterumque, in hac pericope id verbum, quando ejus Talmud nullam habuit rationem.

7. Illi damnum allaturas] Harum enim occasione, ob incredulitatem, Deum sibi offensum reddidit.

8. Mei causa omnes vos liberati estis] Nam רגלי *Propter me*, exponi debet, plane uti in illo Gen. XXX, 30. *Et prosperavit Dominus te* לרגלי id est: *Propter me.*

מב

אמר ר' חנינא בר פפא אותו
היום עשרי ואחד בניסן היה
אמרו מלאכי השר' לפני הקב"ה
רבונו של עולם מי שעתיד
לומר לפניך שירה על הים
ביום זה ילקה ביום זה
רבי אחא ברבי חניניא אמר
אותו היום ששה בסיון היה
אמרו מלאכי השרת לפני
הקדוש ברוך הוא רבונו של
עולם מי שעתיד לקבל תורה
בהר סיני ביום זה ילקה ביום
זה בשלמא למאן דאמר בששה
בסיון משכחת לה ג' ירחי

XLII.

R. Chanina asserit, illam diem (*qua Moses exponebatur,*) vigesimam primam (*mensis*) Nisan fuisse. Quare Angeli ministerii coram Deo dixere: Mundi Arbiter, num illum, [1] qui olim hac die in mari hymnum tibi dicturus est,[2] eâdem hac die malum manebit? R. Achæ F.R.Ch. probabilius videtur, sexta mensis Sivan id accidisse; dixisseque Angelos a ministerio, coram Deo B. Arbiter mundi, num is qui hac die legem in monte Sinai accepturus est, eâdem ista vapulabit? Enim vero, admissa ejus sententia, qui de sexta die mensis Sivan accipit, sic enim tres menses (*illi,*

quibus

דאמר מר בשבעה באדר נולד משה בשבעה באדר מת משה מו׳ באדר ועד ששה בסיון תלתא ירחי הוו אלא למאן דאמר בכ״א בניסן היכי שמא משכחת לה׳ אות שנה מעובר׳ היתה רובו של ראשון גו ורובו של אחרון ואמצעי שלם:

quibus Moses occultatus dicitur) emergunt. Quippe [3] secundum definitionem Doctoris Clarissimi, septima die in Adar Moses est natus, & illa ipsa septima mensis Adar, mortem obiit. Et vero a sexta die mensis Adar, [4] usq; ad sextam mensis Sivan, tres menses numerantur. Verum, ad mentem ejus qui de die XXI. Nisan exponit, [5] quomodo eliciuntur (*isti tres menses? Nimirum,*)[6] is annus intercalaris fuit: (*& latuerat*) maxima parte primi, maximaq; parte postremi mensis, intermedio autem integro.

ANNOTATA.

1. Qui olim hac die in mari hymnum &c.] Sic computa, cum Raschi, ex Seder Olam: Mensis Nisan die XV. exiverunt Israëlitæ ex urbe Ægypti Raamses, & pernoctarunt in Succoth: Postridie, ex Succoth pervenere in Etham, atque hinc tertio die delati sunt ad fauces Montium Chirotarum. Die quarto, indicatum est Pharaoni, in fugam sese dare Populum, ergo quinto & sexto illos persequitur. Nocte quæ septimum diem præcedebat, ingressi sunt Judæi Ægyptiique Mare Erythræum, atque istis salvis transeuntibus, hi circa vigiliam matutinam suffocati sunt Ex. XIV, 24. Quamobrem consequitur, cum illuxisset dies XXI. Mensis Nisan, cantatum a Mose fuisse illud Epinicium, quod Ex. XV. descriptum est.

2. Eadem hac die] Verba ביום הה quæ male omissa erant in Codicibus En Jacob, ex Talmude, textui reddidimus.

3. Secundum definitionem &c.] Ista tanquam in Kiduschin fol. 38. a. satis probata, hic supponuntur, quare exinde lux huic loco afferenda est, & ostendendum qua hæc inferantur collectione. Enim vero, ὕστερον πρότερον agere oportet, & prius probatum dare, septima die Mensis Adar, Mosen esse mortuum; idque hac ratione: Legimus Deut. XXXIV, 8 deflevisse Judæos obitum Mosis, in campestribus Moab, per dies XXX. Post finitum hunc luctum, imperat Deus Josuæ: *Surge, transi*

transi Jordanem hunc, tu, & totus Populus: Jos. I, 2. Hoc mandato accepto, divulgat Josua Dei voluntatem in Castris, & populum ad eam exequendam post triduum paratum esse jubet, ac interea temporis de viatico sibi prospicere: ib. v. 11. Nec mora, cum exactum esset illud triduum, contigit Israëlitarum transitus per Jordanem, die scilicet decimo mensis primi, sive Nisan, prout diserte traditur Jos. III, 2. seqq. & c. IV, 19. Ergo, a die decimo Mensis Nisan, retro numerandi sunt, dies XXXIII. quos in itineris apparatu, luctuque insumsere Judæi, & constabit necessario sequi, mensis Adar die septimo, Mosen esse mortuum. Jam, ostenso die, quo Moses fato functus est, porro quoque, de altero, quo lucem primum aspexit, fieri potest judicium. Quippe illo die, quo suprema hora imminebat, Moses testatur ipse Deut. XXXI, 2. natum se esse annos centum viginti. Hoc vero capiendnm κτ' τὴν ἀκρίβειαν, ita ut nullus temporis articulus abundet, nullus deficiat, sed exactissime tum annos CXX. implevisse intelligatur: Vide mox Excerptorum Num. XLIX. Quæ si ita sunt, non potest non Moses ante annos CXX. septimo die Mensis Adar quoque natus esse, nam ad reddendum numerum annorum ætatis ejus, usque quaq; perfectum, utique requiritur, ut idem ille, qui olim dedit vitam dies, eandem quoque, postea carpserit. Adde his Imre Schapher p. 116. b. & Menassen in Conciliat. Lib. Regum Q. 46. §. 11.

4. Usque ad sextam Mensis Sivan] Interjectis Nisan, & Jiar mensibus.

5. Quomodo eliciuntur isti tres Menses ?] Nam Adar & Nisan se mutuo consequuntur, in septimo vero die τῦ Adar, Mosen natum esse, caret dubio: Atqui, ab expositione ad nativitatem, menses tres numerare oportet.

6. Is annus intercalaris fuit] Additus ei est Mensis intercalarius Veadar, sive Adar secundus, atque sic trimestre emergit, nam partes quoque Mensium, capiendæ pro Mensibus integris, id quod in computatione alia, facere quoque jubet Raschi Gen. XXXVIII, 24.

מ״ג

Ex. II, 7. ותאמר אחותו אל בת
פרעה האלך וקראתי לך אשה
מינקת מן העבריו ותינק לך
את הילד מאי שנא מעבריות

XLIII.

T*Unc dixit Soror illius, filiæ Pharaonis: an ibo vocatum tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ lactet tibi hunc puerulum?* Cur potissimum ex Hebræis? Docetus

מלמד שהחזירוהו למש׳ על כל
המצריו׳ כולן ולא ינק אמר
הקדוש ברוך הוא פה שעתיד
לדבר עמי יינק דבר טמא
והיינו דכתיב את מי יורה
דעה ואת מי יבין שמוע גם
גמולי מחלב עתיקי משדי׳ למי
יורה דעה ולמי יבין שמועה
לגמולי מחלב ולעתיקי משד
משדים: ותאמר לה בת פרעה
לכי ותלך העלמה אמר רבי
אלעזר מלמד שהלכ׳ בזריזות
כעלמה ר׳ שמואל בר נחמני
אמר שהעלימה את דבריה:
ותאמר לה בת פרעה היליכי
את הילד הזה אמר רבי חמא
בר חנינא מתנבאה ואינה
יודעת מה מתנבאה היליכי
הי שליכי: ואני אתן את ש
שכרך אמר רבי חמא ברבי
חנינא לא דיין לצדיקים שמחזירין להם אבדתן אלא שנותנין
להם שכר עמה שנאמר ואני אתן את שכרך:

tur quod [1] circumtulerit Mosen ad omnes (*nutrices*) Ægyptias, verum nõ suxit de ulla illarum. Dixerat enim Deus B. Anne os quod mecum locuturum est, [2] sugeret rem immundam? Hinc S. E. (Es. XXVIII, 9.) *Quem doceret* (Deus) *scientiam, & cui proponeret intelligendum documentum? respuentes lac; rejicientes ubera.* Et dixit ei filia Pharaonis, ito: Ex. II, 8.
abivitque adolescentula. Vult R. Eleaser doceri, quod alacriter abiverit, [3] instar adolescentulæ: R. vero Samuel Nachmanides, quod [4] res suas occultaverit. *Et dixit illi filia Pharaonis*, היליכי *puerulum hunc*, R. Chama F. R. Ch. ait ignoranter vaticinatam esse: *Hailichi* (enim notat:) *hai schellichi* (id est: istum infantem, qui tuus est.) *Et ego dabo mercedem tuam.* Sic ait R. Chama F. R. Ch. non id solum obtingit justis, ut res amissa illis reddatur, sed præmium eidem insuper adjungitur: Q. S. E. *Et ego dabo mercedem tuam.*

asobald, as das Kind ein andre schmeckt, da vvil es darnach die Mutter nit saugen, darnach komt ihr die Milch aso geh, da hat sie dan kein vvürzeln, und muß sich viel genieten. Auch is manche aso unselig, und vvil sich nit vveh thun, und last das Kind ein andre saugen, dervveil verschiest ihr die Milch, und vvird bitter, darnach vvil sie das Kind aber nit saugen: die aso thut, die vvird ihr tag kein gute Am, und ihr Milch is nit gut, sie is als ein Wasser, und is bitter. Kurze Wort, vvas sol man viel davon schreiben? ein jegliche die aso thut, oder saugt mit einer Brust, es sey vver sie vvol, so halt man sie vor ein Untugend, dass sie sich läst mutvvillig verderben, den es schat ihr al ihr Tag; hernach muß sie sich viel genieten, und Am halten, den mocht sie es gern mit grossen Geld abkauffen. Aber eine die da selig und klug is, die gedenkt auf ein תכלית *und legt al ihr fleis an, vvann sie gleich reich is, man vveis nit vvie ein ding kan kommen.* Quis non exhorrescat, cum in Corpore Canonico c. 13. Extrav de Jud. & Sarac. legit testantem Archiepiscopo Senonen. & Episcopo Parisiensi, Innocentium III. Pontificem, accepisse se, Judæos Christianis Nutricibus utentes, cum ipsæ in die Resurrectionis Dominicæ, Corpus & Sanguinem Jesu Christi sumunt, eas deinde cogere, ut antequam pueros suos iterum lactent, per triduum, lac in latrinam effundant?

3. Instar adolescentulæ] Quæ corpore, viribusque, est integris.

4. Res suas occultaverat] Nec enim prodidit, se infantis sororem esse, aut, se matrem ejusdem vocaturam.

מ״ד

ותקח מרים הנביאה אחות אהרן את התוף בידה אחות אהרן ולא אחות משה אמר רב עמרם מלמד שהיתה מתנבאה כשהיא אחות אהרן ואומרת עתיד׳ אמי שתלד בן שמושיע את ישראל וכיון שנול׳ משה נתמלא כל הבית

XLIV.

[1] *ACcepit quoq; Propheti Mirjam, soror Aaronis tympanum in manum suam. (Ergone)* soror Aaronis fuit, & non soror Mosis? [2] Raf Amram censet notari, quod vaticinata sit, [3] cum Soror esset Aaronis, dixeritque: Paritura est, mater mea filium, qui liberabit Israëlem. Cumque natus fuisset Moses, [4] repleta est tota domus fulgore, igitur pater surre- Ex. XV, 20.

אורדה עמד אביה ונשקה על ראשה אמר לה בתי נתקיימת נבואתי וכיון שהטילוהו ליאור עמד אבידה וטפחה על ראשה אמר לה בתי היכן נבואתיך והיינו דכתי ותתצב אחותו מרחוק לדעה מה יעשה לו לידע מה יהא בסוף נבואתה:

surrexit, & [5] caput ejus deosculatus, dixit illi: Filia, impleta est prædictio tua. Verum cum in profluentem abjiceretur, surgens pater, & illius [6] caput pulsans, Filia mea, inquit, ubi nunc est prædictio tua? Hinc legimus: (Ex. II, 2.) *Stiterat autem sese illius soror procul, cognitura quid fieret illo.* Cognitura scilicet, quis eventus foret vaticinii abs se editi.

ANNOTATA.

1. Accepit quoque Prophetis &c.] Tota hæc περικοπὴ habetur quoque in Megilla fol. 14. a.

2. Raf Amram censet] Talmud post אמר רב עמרם addit scrupulosius: ואמרי לה אמר רב נחמן אמר רב

3. Cum Soror esset Aaronis] Subaudi, *Tantùm*: Mose scilicet tum nondum adhuc nato.

4. Repleta est tota domus fulgore] Vide Præclarum Vossium de Idolol. p. 231. & adde, si placet, exempla similis Ominis, quæ ex profanis Scriptoribus observarunt, Freinshemius ad Curtii l. 3. c. 3. §. 3. & ad Flori l. 1. c. 6. §. 1. Gruterus ad Livii l. 25. c. 39.

5. Caput ejus deosculatus] Varia notare licet apud Talmudistas Osculorum genera. Quod *Capiti*, impingitur Osculum, affectus est, eoque Parentes, Liberos suos; Præceptores, Discipulos quoque, aut Socii, Socios, solent excipere. Sic in Rosch Hasschana fol. 25. a. legimus, quod cum R. Josua, propria opinione deserta, R. Gamalieli cessisset: עמד ר״ג ונשקו על ראשו id est: *Surrexerit R. Gamaliel, & caput ejus deosculatus fit.* In Nedarim fol. 9. b. narrat R. Simeon Justus, venisse ad se, adolescentem formosissimum, & cæsarie ad miraculum pulchra præditum, qui profitebatur se votum Nazaræatus fecisse, cumque ex eo quæreret R. Simeon, ob quam causam resecare vellet, crines tam comtos? respondisse juvenem, se nuper in adaquando paterno pecore, propriam

priam in undis vidisse effigiem, cumque mali motus ad superbiam stimularent, vovisse se sancte, capillorum abscissionem. Hic vero subjicit, R. Simeon Justus : מיד עמדתי ונשקתיו על ראשו אמרתי לו בני כמותך ירבו נוזרי נזירות בישראל: id est : *Continuo surrexi, & caput illius osculatus sum, dixiq; : Fili mi,*(macte tua virtute,)*o utinam tui similem Nazaræatum multi inter Judæos profiteantur.* Aliud exemplum habemus in Sanhedrin fol. 104. a. quod quia festivum est, illud quoque audire, non tædebit : אמר רבא אמר רבי יוחנן כל מקום שהן הלכין נעשין שרים לאדוניהם ! ת״ר מעשי בשני בני אדם שנשבו בהר הכרמל והיה שבאי מהלך אחריהם א״ל אחד מהם לחבירו גמל שמהלך לפנינו סומא באחד מעיניו וטעוני שתי נודות אחת של יין ואחת של שמן ושני בני אדם המנהיגין אותה אחד ישראל ואחד גוי אמר להן עם קשה עורף מאין אתם יודעין אמרו גמל מעשבים של פניה מצר שרואה אוכלת מצר שאינה רואה אינה אוכלת וטעונת שתי נוחת אחד של יין ואחד של שמן יין מטפטף ושוקע ושל שמן מטפטף וצף ושני בני אדם המנהיגין אותם אחד גוי ואחד ישראל גוי נפנה לדרך וישראל נפנה לצדדין רדף אחריהם ומצא כדבריהם בא ונשקן על ראשן והביאן לביתו ועשה ובכל † להן סעודה גדולה והיה מרקד לפניהם ואמר ברוך לבתי* הן שבחר בזרעו של אברהם ונתן להם מחכמתו מקום שהן הולכים נעשין שרים לאדניהם ופטרן לשלום : id est : *Autore Raba, dixit R. Jochanan : Quocunq; deferuntur* (Judæi,) *Principes evadunt, Dominorum suorum. Narrant Magistri, historiam, de duobus Judæis, captis in monte Carmel, quos ille, qui eos ceperat, sequebatur. Tum vero, captivorum unus, ad alterum conversus, iste Camelus, inquit, qui nos præcedit, uno oculo cæcus est, gestatq; duos utres, alterum vino, alterum oleo repletum; e duobus, qui illum agunt, unus Judæus, alter infidelis est. Ibi* (ἀνδρολήπτης) *exclamare : O duræ cervicis homines, unde hoc vobis perspectum? Respondebant :* (Animadvertimus) *Camelum ex ea parte, qua visu pollet, decerpsisse herbas, ex altera qua cæcus est, decerpsisse nihil. Ex illis utribus quos gestant, unum vino alterum, oleo repletum esse,* (hinc datur intelligere :) *Quia vinum quod exstillavit, illico absorptum est, quod, exstillavit oleum, sese diffudit. Quod vero eorum qui agunt Camelum, unus infidelis, alter Judæus sit, inde colligitur, quia infidelis in media via ventris onus excrevit, Judæus cum pariter a natura urgeretur, ad latus secessit.*)(Ergo ἀνδρολήπτης) *persequitur* (Camelum, & agalones,) *cumq; omnia ita se habere deprehendisset, prout dixerant, reversus, exosculatus est illorum capita, deduxitq; eos in domum suam, ac magno apparato convivio, multum saltitans, Benedictus sit, ajebat,*

† *Expungenda vox, cum nec sensus, nec Codices En Iacob, in quos fol. 132. col. 3. relatus locus est, eam admittant.*

* *Etiam hoc verbum libri En Iacob non agnoscunt. Nec id improbamus.*

bat, qui elegit ſemen Abrahami, illudq; particeps reddidit ſapientiæ ſuæ, quocunq; gentium defertur, in ſuos dominos, dominium occupat, Poſtea cum bona pace Judæi ab illo dimiſſi ſunt. *Manus Oſculum*, Honoris eſt, & Reverentiæ, quin modeſtiam quoque indicat. Hinc quibusdam in locis receptum, ut quovis Sabbatho ineunte, Liberi, Matrum manus oſculentur, quæ conſuetudo laudatur, & ex ſecretiore Judæorum Theologia explicatur in Caſſanot R. Jizchak Luria p. 3. a. In Berachot fol. 8. b. legitur: אמר ר׳ עקיבא בג׳ דברים אוהב אני את המדיים כשחותכין את הבשר אין חותכין אלא על גב השלחן וכשנושקין אין נושקין אלא על גב היד וכשיועצין אין יועצין אלא בשדה: id eſt: *Dixit R. Akiba: Ob cauſam triplicem faveo Medis: Quippe, cum carnem ſcindunt, non ſcindunt eam niſi in menſa, cum quem deoſculantur, non niſi manum ejus oſculantur, & haud alibi quam in campo deliberationes inſtituunt.* R. Salomo in Gloſſa de Oſculo Manus addit ודרך חשיבות היא זה מפני הרוק id eſt: *Eſſe illud magis reverentiæ conveniens, ne quis ſputo* (alterius faciem humectet.) Huc refero quod in Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis, Diſputatione adverſus Herbanum Judæum, Tom. 10. Biblioth. SS. Patrum p. 207. legitur: Τούτων πασῶν ῥηθεισῶν μεταξὺ τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου, καὶ Ἑρβᾶν τοῦ νομοδιδασκάλου, παρόντος καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καί τινων Ἐπισκόπων, καὶ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων, καὶ πάσης τῆς πόλεως, ἡ ἀμφιβολία λύσιν οὐκ ἔσχεν· Ἑσπέρα γὰρ καταλαβοῦσα ἔκοψεν αὐτῶν τὴν δίκην· Ἔχαιρον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῷ Ἑρβᾶν, ὅτι ὅλως ηὐτάρκησε εἶναι μετὰ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἐν λέξεσιν, καὶ κατεφίλουν αὐτὸν ἅπαντες εὐμενῶς id eſt: *His omnibus dictis, & diſputatis, inter ſanctiſſimum Archiepiſcopum, & Herbanum legis Doctorem, præſente etiam pietate illuſtriſſimo Rege, & quibusdam Epiſcopis, & multitudine Judæorum, atq; univerſa civitate, nec dubitatio ſolutionem ſive exitum habuit. Nam flexus in veſperam dies, ipſorum diſſertationem & cauſæ judicium intercidit. Gaudebant autem Judæi ſuper Herbano, quod hic contra Archiepiſcopum in diſputatione ſtare integre, & fortiter potuiſſet, nec defeciſſet: Atq; omnes ipſum deoſculabantur, & magna benevolentia proſequebantur.* Quod *Pedibus datur Oſculum*, ſubjectionis, & devotiſſimi cultus ſignum eſt, eoque R. Akibam, cum XXIV. millibus Diſcipulorum, ex Academia reducem, ab Uxore & Socero exceptum legimus in Cetubot fol. 63. a. Nec minus R. Acham concionantem, cultu hoc humillimo, ipſe malus dæmon affecit, ſi fides iis, quæ traduntur in Bava Batra fol. 16. a. Oſculum, quod פה על פה στόμα πρὸς στόμα fit, Autore R. Salomone in Comment. ad initium Cantici Canticorum, proprie tantum Sponſo & Sponſæ convenit, aliis vero tam familiaribus eſſe haud licet. Denique, non prætereundum, ex Judæorum mente, vivos tantum oſculandos eſſe, minime vero mortuos: Baal Chaſidim n. 236. לאדם שמת לו בנו או בתו אל נשק אותם ואל יניח אשתו לנשק אותם כי מקצרין ימי בניהם ובנותיהם: id eſt: *Nemo de-*

mortuum

mortuum filium aut filiam osculator, aut uxori sua id facere concedat, hæc enim res reliquis quoq; liberis præmatura mortis causa est. Fortasse, hoc stricte tantum, de Liberis capere oportet, nam Josephum, patrem suum defunctum osculatum esse, ipsa Scriptura indicat Gen. L, 1. Fieri tamen potest, ut Judæi, hoc, tanquam perperam factum calumnientur, atque hinc quoque confirment sententiam, qua Josephum primum inter fratres diem supremum obiisse, dictitant.

6. Caput pulsans] Hæc Phrasis priori opponitur, estque ignominia maxima, cum cui Caput pulsatur. Kidduschin fol. 31. a. כי אתא רב דימי אמר פעם אחת היה לבוש סירקון של זהב והיה יושב בין גדולי רומי ובאתה אמו וקרעתו ממנו וטפחה לו על ראשו וירקה לו בפניו ולא הכלימה ונפל קורדקסן שלה והושיטו לה שלא תצטער id est: *Adventans R. Dimi, retulit,* (Damam filium Nethinæ) *aliquando indutum fuisse serico, multo auro intexto, consedisseq; inter Optimates Romæ, ibi Matrem ejus venisse, & vestem omnem illi conscidisse, caput ejus pulsasse, & in faciem conspuisse; At vero ipsum* (tanta erga matrem fuisse reverentia,) *ut eam nullatenus confunderet, cumq; corrigia calcei illius cecidisset, eam* (humo sublatam,) *matri porrexit, ut hanc tollendi molestia, ipsam sublevaret.*

מ״ה

פיסקא, יוסף זכה לקבור אביו וכו׳ מאי שנא מעיקר דכתיב ויעל יוסף לקבור את אביו ויעלו אתו כל עבדי LG פרעה זקני ביתו וכל זקני ארץ מצרים והדר וכל בית יוסף ואחיו ובית אביו ומאי שנא לבסוף דכתיב וישב ו יוסף מצרימה הוא ואחיו והדר וכל העולים אתו לקבור את אביו אמר ר׳ יוחנן בתחלה

XLV.

Commentatio. *Josephus pietatis officium præstitit, in sepeliendo Patre &c.* [1] Quæ ratio discriminis, quod ab initio (Gen. L, 7.) dicitur: *Ascendit itaq; Joseph ad sepeliendum Patrem suum: Ascenderuntq; cum eo omnes Servi Pharaonis, seniores familiæ ejus, & seniores omnes terræ Ægypti.* Additurq; (v. 8.) *Præterea tota familia Josephi, & fratres ejus, ac familia patris ejus.* Quæ vero (*inquam*) ratio discriminis, quod in fine (v. 14.) dicitur: *Deinde reversus est Josephus in Ægyptum, ipse & fratres ejus*

עד שלא ראו בכבודן של
ישראל לא נהגו בהם כבוד
ולבסוף שראו בכבודן נהגו
בהם כבוד דכתיב ויבואו
עד גרן האטד וכי גרן יש לו
לאטד אמר ר׳ אבהו מלמד
שהקיפוהו כתרים לארונו של
יעקב כגרן זה שמקיפין לו
אטד שבאו שם בני עשו
ובני ישמעאל ובני קטורה :
תנא כולם למלחמה באו
כיון שראו כתרו של יוסף
שתלוי בארונו של יעקב נטלו
כולם כתריה ותלאום בארונו
של יעקב : תנא שלשים
וששה כתרים נתלו בארונו
של יעקב :

ejus. Atque tum (*demum subjicitur:*) *Et omnes qui ascenderunt cum ipso, ad sepeliendum patrem ejus?* Rationem reddit R. Jochanan. Nimirum, principiò, quoad nondum viderant (*Ægyptii*) nobilitatem Israëlitarum, non detulerunt illis honorem. Postremo autem, cum illorum excellentiam percepissent, impertiti sunt illis honorem. Scriptum est. (ib. v. 10.) *Et venerunt ad aream cynosbati.* Nunquid area e cynosbatis conficitur? Ait R. Abhu, discendũ hinc esse, quod cinxerint coronis loculum Jacobi, adinstar areæ alicujus, quæ cynosbatis circumunitur. Convenerant enim ibidem Esavi, Ismaëlis, & Keturæ filii, atque prout traditio habet, omnes ad præliandum venerant: Conspecta vero corona Josephi, quæ suspensa erat ex sandapila Jacobi, [2] omnes, coronas suas detractas, ex eâdem sandapila suspenderunt. Fertur: [3] sex supra triginta coronas, ex sandapila Jacobi pependisse.

ANNOTATA.

1. Quæ ratio discriminis &c.] Hoc quæritur, quare in priore Scripturæ loco, Fratres Josephi postponantur Ægyptiis, in altero vero iisdem præmittantur?

2. Omnes coronas suas detractas] In Talmude vitiosissime נטלו כולו legitur.

3. Sex

3. Sex supra triginta coronas] Nimirum, una erat Josephi, XII. spectabant ad Principes Ismaëlitas, laudatos Gen. XXV, 16. & tres supra viginti, attulere Principes Esavo progeniti, quorum nomina eduntur Gen. c. XXXVI.

מו

וישפרו שם מספד גדול
וכבד מאד תנא אפילו ס,ם
סוסים ואפילו חמורים: כיון
שהגיעו למערת המכפלה
אתא עשו קא מעכב אם להו
ממרא קרית ארבע היא עב
חברון אמר רבי יצחק קרית
ארבע ארבע זוגות היו אדם
וחוה אברהם ושרה יצחק וו
ורבקה יעקב ולאה איהו לב
קברה ללאה בדידיה האי ב
דפייש דידי הוא אמרי לי
זבינהו מינך אמר להו נחי
דזבין בכירותא פשיטותא
מי זבין אמרי ליה אין דכתי
בקברי אשר כריתי לי בארץ
כנען ואמר רבי יוחנן משום
רבי שמעון בן יהוצדק אין כ,
כירה אלא לשון מכירה שכן
בכרכי הים קורין למכירה

XLVI.

Planxerunt ibi planctu magno, & gravi valde. Imo juxta traditionem, ipsi adeo equi [1] ipsiq; asini, *(in planctum soluti sunt.)* Cumque venissent ad [2] Speluncam duplicatam, [3] accurrit Esau impediturus *(sepulturam,)* dicens: [[4] *Mamre Civitatem Arba, hac est Hebron.* Atque uti R. Isaac explicat: *Civitatem Arba*, dicitur, quia quatuor paria *(ibidem)* fuere *(sepulta.)* [5] Adam & Eva, [6] Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea.] Iste *(frater meus defunctus Jacobus,)* Leam sepelivit *(in loco)* suo, [7] hinc qui restat, meus est. Regesserunt illi: [8] Emerat speluncam a teTum Esau: Concesso quod primogenituræ *(prærogativam)* emerit, nunquid ideo omnem meam partem emit? Respondent: [9] Imo vero: Q. S. E. (Gen. L, 5.) *In sepulchro meo* ascher Kariti *mihi, in regione Canaanis.* *(Quo in loco)* dicente R. Jochanan, nomine R. Simeonis, F. I. [10] *Kira* idem est quod *Mekira*, *(aut, Emtio:)*

Gen. L, 10.

cap. XXXV. 27.

כירה אמ׳ להו הבו לי. איגרת
אמרי ליה איגרתא בארעא
דמצרים היא ומאן ניזיל ניזיל
נפתלי דקליל כאילתא דכתיב
נפתלי אילה שלוחה הנותן
אמרי שפר אל תקרי אמרי אמ
שפר אלא אמרי ספר חושים
בן דן תמן הוה ויקירן ליה או
אודניה אמר להו מאי האי
אמרי ליה קא מעכב האי עד
דייתי נפתלי מארע דמצרים
אמר להו ועד דאתי נפתלי
מארעא דמצרים יהי אבי אבא
מוטל בבזיון שקל קולפא מח
מחייה ארישיה נתרו עיניה
נפלן אכרעא דיעקב פתחינהו
לעיניה ואחיך והיינו דכתיב
ישמח צדיק כי חזה נקם פע
פעמיו ירחץ בדם הרשע בא
באותה שעה נתקיימה נבואת
של רבקה דכתיב למ׳ אשכל
גם שניכם יום אחד ואף על
גב דמיתתן ביום אחד לא
הואי קבורתם מיהא ביום

tio:) [11] In civitatibus enim maritimis, emtionem vocant Kira. Instat Esau: Ostendite mihi instrumentum venditionis: Contra, illi dicere: Instrumentum in regione Ægypti esse. Quis iturus (*allatum?*) [12] Vadat Naphthali, qui capreæ instar levis. Q. S. E. (Gen. XLIX, 21. *Naphthali est caprea emissa, qui profert* [13] *verba elegantia.* Hic vero pro *Imre schapher*, substituendum, *Imre Sepher*; (id est: *verba libri.*) Aderat ibi simul Chuschim, filius Dan, cujus aures hebetiores erant: Quærit igitur, quid rei esset? Responsum fuit: Iste impedit sepulturam, donec revertatur Naphthali e regione Ægypti. Ad hæc (*Chuschim:*) Siccine, quoad redit Naphthali e regione Ægypti, avus meus contemtus jacebit? [14] Quare clavam sumit, ea cum caput Esavi diverberasset, exiluerunt oculi ejus, cecideruntq; ad pedes Jacobi, qui suos oculos aperiens, in risum solvebatur. Atque hoc est, quod scriptum (Ps. LVIII, 11.) *Lætabitur justus cum viderit ultionem, pedes suos lavabit in sanguine improbi.* Tum impletum vaticinium Rebeccæ: Scriptum enim est: (Gen. XXVII, 45.) *Quare orbarer*

אחד הואי ואי לא איעסק ביה יוסף אחוה מי לא [15] הוו מיעסקי ביה והכתיב [16] וישאו אותו בניו ארצה כנען אמרו הניחו לו כבודו בכך במלכים יות׳ מבהדיוטות:

barer etiam, utroq; vestrum, die una? Etsi enim utrique, eâdem die mori non contigit, attamen eâdem die uterque sepultus est. At vero, [15] si Josephus (*in curando patris funere*) non fuisset occupatus, num Fratres illius, hoc facere neglexissent? Scriptum quoque: (Gen. L, 13) [16] *Extulerunt eum Filii ejus, in terram Canaan.* Videlicet dixere: Sinite eum (*hoc officio defungi*:) major honos patri est, si a Regibus, quam si a plebejis condatur.

ANNOTATA.

1. Ipsique asini] Quædam Exemplaria post חמורים addunt מאילו מאילו sed nulla necessitate, quare etiam hæc verba in Talmude semicirculis includuntur.

2. Ad Speluncam duplicatam] Quid sit מערה המכפלה mire æstuant, Interpretes tam Christiani, quam Judæi, estque ipsis Sepulchrum Abrahami, Labyrinthus inextricabilis. Cl. Salmasius in Exercit. Plin. p. 2008. simplicissimum existimat, Speluncam duplicatam accipere de ea, quæ duplicem habet aperturam, & ex duabus partibus ingressum, vetatque quærere aliam duplicis Speluncæ interpretationem. Daniel Heinsius in Arist. p. 522. Fossam, & Speluncam fuisse arbitratur, ut per fossam aditus ad Speluncam patuerit, in qua jacebat mortuus. Aliis placet מכפלה Proprium nomen esse, quomodo acceperunt Junius & Tremellius, eaque opinio probatur Cl. Hakspanio nostro, in Interpret. Errab. p. 153. & Vorstio in Notis ad Pirke R. Elies. p. 179. Talmudistæ, in eo fere consentiunt, fuisse Speluncam duplicem, sed an alia ante aliam, an vero, una supra alteram extiterit, id definire non potuerunt. Adscribam locum unicum e Bava Batra fol. 58. a. cætera ineptum quidem, sed vel ideo probe notandum, quia insigniter confert ad intelligendum id quod Christus apud Math. c. XXIII, 27. de Τάφοις κεκονιαμένοις dixit, & album calculum addit iis, quæ in hanc rem disserit eruditissime, Eximius Pocockius in Notis Miscell. ad Portam Mosis cap. 5. Sic vero habet Talmud: רבי בנאה הוה מציין מערתא דרבנן כי מטא למערתא דאברהם אבינו אשכחיה

אשכחיה לאליעזר עבד אברהם דקאי קמי בבא אמר ליה מאי קעביד אברהם אמר ליה גנאי בכנפה דשרה ומעיינה ליה ברישיה אמר ליה זיל אימא ליה בנאי קא אבבא אזל אמר ליה ליעול וליתי מידע ידע דיצר הרע בהאי עלמא ליכא על עיין ונפק כי מטא למערתא דאדם הראשון יצתה בת קול ואמרה לו נסתכלת בדמות דיוקני בדיוקני עצמה אל תסתכל והא בעינא לציוני מערתא כמדת החיצונה כך מדת הפנימית ולמ״ד שני בתים זו למעלה מזו קיימן כמדת העליונה כך מדת התחתונה׃ id est: *R. Bana, signare solebat monumenta veterum Doctorum calce*, (atque, quia in summa apud omnes erat existimatione, ideo ei concessa facultas, intrandi in ipsa Sepulchra, quod cæteroquin nemini erat permissum. Is igitur, intra monumentum, ejus capacitatem mensurabat, & postea foris tantundem spatii, calce oblinebat, ut ab eo prætereuntes sibi caverent, ne polluerentur. Cæterum,) *cum pervenisset ad Speluncam Abrahami Patris nostri, invenit Eliesrem servum ejus, ante fores excubantem*: (Nam in Massechet דרך ארץ traditur, Septem omnino viros pios, non esse mortuos, atque inter illos, est quoque Eliesr.) *Ex isto quærit R. Bana, quid rerum ageret Abraham? Respondet servus, dormire illum in gremio Saræ, atq; hanc illius crines perscrutari. Jubet alter Servum renunciare Abrahamo, foris esse Banam* (& petere intrandi veniam.) *Quod cum exequutus esset Elieser, dixit Abraham: Veniat, ingrediatur, perspectissimum enim illi, in hac quam agimus vita, pravæ cupiditati nullum locum relictum esse*, (proinde non mihi vitio verti potest, quod in Saræ gremio caput reclinatum habeo, nec opus ut me moveam.) *Ergo intravit, cepit* (mensuram,) *& exivit*, (ac spatium calce definivit.) *Cum venisset ad Speluncam Adami protoplasti, edita vox est inquiens: Vidisti* (in Spelunca, præter Abrahamum, etiam) *imaginem iconis meæ*, (Jacobum scilicet, qui sua venustate Adamum refert:) *ipsam iconem meam* (Adamum, quem ad meam imaginem condidi,) *intueri tibi nefas est*. (Excipit Bana:) *Atqui, oportet me signa facere monumenti*. (Qui credit duas esse speluncas, unamq; alia interiorem, vult responsum:) *Quæ est capacitas exterioris, eadem est quoq; interioris. Qui vero arbitratur unam speluncam altera fuisse editiorem*, (contendit fuisse responsum:) *Quæ imæ, eadem & supremæ, est proportio*. Qui plura de Spelunca Abrahami desiderat, consulat Hottingeri libellum de Cippis p. 4. Benjaminis Itiner. p. 48. & Schalsch. Hak. p. 10. a.

3. Accurrit Esau] Narratur eadem contentio in Pirke R. Eliez. p. 104. edit. Vorst. Adde Schalsch. Hak. p. 11. a.

4. Mam-

4. Mamre Civitatem Arba] Locus transſumtus ex Erubin fol. 53. a. Fere conſonat iſtis S. Hieron. in tradit. in Gen. ſcribens: *Dicitur Civitas Arbe, hoc eſt Quatuor, quia ibi Abram, & Iſac, & Jacob, conditus eſt, & ipſe Princeps humani generis Adam.* Eadem repetit in Libro de Locis Hebraicis, & in Paulæ Epitaphio. Aliter Menaſſe ben Iſraël in Concil. Joſuæ Quæſt. 11. ex Bereſchit Rabba: *Eſta ciudad ſe llamó* קרית ארבע *Ciudad de quatro, por auer caydo a quatro en ſuerte, y eſto porque primeramente entró toda la ciudad en el termino del tribu de Jehuda; deſpues ſe le aproprió una parte a Caleb, el campo y ſus aldeas, y deſpues lo que della quedó, cayó la ſuerte, de ſe dar por ciudad de refugio, a los Levitas, y deſpues en particular, de todos ſe eſcogieron los Sacerdotes hijos de Aaron, por lo qual como ſe ha dicho, ſe llamó, Ciudad de quatro.*

5. Adam & Eva] Atque hi quidem ſoli, in illa, ſive Interiore, ſive Superiore caverna cubabant, alteram quæ ſupererat, reliquorum cadavera occuparunt. Fuere tamen jam olim, qui Adamum in monte Calvariæ ſepultum opinabantur, quam ſententiam rejicit S. Hieronymus Comment. in c. XXVII. Matthæi & in c. V. Epiſt. ad Epheſios. Patricidis Arabis verba, de Sepultura Adami affert Hottingerus in Smeg. Or. p. 254. Murtadus vero Gaphiphe filius in Deſcriptione Ægypti p. 106. annotat: *Noë fit porter la Chaſſe ou eſtoit le corps d' Adam, dans la Cauerne de vieilleſſe a la Mecque, & l' y l' aiſſá.*

6. Abraham & Sara &c.] De his omnibus quod in Spelunca Machpela ſepulti fuerint, teſtimonium perhibet ipſa Scriptura Gen. XLIX, 31. & c. L, 13. Cæterum, ſicut litem hic ortam legimus, cum Jacobus ſepeliendus eſſet, ita quoque cum Abrahamus, Saræ juſta perſolvere vellet, aliquid turbæ accidit, ſic enim in ילקוט ראובני voce בושה traditur ex Sohar: כשבא אברהם לקביר את שרה במערת המכפלה עמדו אדם וחוה ולא רצו להיות שם במערה אמרו ומה אנו תמיד מתבישיי לפני הקבה מפני החטא שעשינו ואתם באתם להוסיף עלינו ביוש שנתבייש מפני מעשיכם הטובים אמר אברהם אני מקבל עלי להתפלל לפני הקבה שלא תביישו עוד ונכנס אדם במקומו: id eſt: *Cum veniſſet Abraham, ſepeliturus Saram in Spelunca duplicata, ſurrexerunt Adam & Eva, amplius ibi permanere nolentes: Ajebant enim: Jam ſemper coram Deo B. pudore confundimur, ob peccatum a nobis commiſſum, atq; vos adventatis, ad augendum inſuper ignominiam noſtram, veſtra enim bona opera ruborem nobis incutiunt. Reſpondit Abraham: Polliceor me pro vobis apud Deum interceſſurum, ne porro confundamini. Atq; ſic Adam ocum ſuum repetiit.*

7. Hinc qui restat meus est] Nec enim Monumentum plura quam octo cadavera admittit.

8. Emerat speluncam a te] Spelunca, ob jus Primogenituræ, quod vendidisti, ad eum pertinet. In Talmude, tam hic, quam in sequentibus, verbi זבן personæ sic immutantur, ut pro *Emendi*, quem secundum hanc, quam nos exhibemus lectionem, induit significatu; ibi *Vendendi* sensum exigat. Talmudis lectionem sequitur Jalkut fol. 50. col. 1.

9. Imo vero] Supple: Quicquid juris habebas in Speluncam, id totum vendidisti, sic enim pater noster, ante obitum verbis supremis testatus est nobis. R. Eliefer in Pirke c. 38. vertente Vorstio: *Sumsit Esau quicquid pater ejus (hereditario jure) reliquerat; terram vero Israëlis, & Speluncam Machpela tradidit Jacobo, & conscripserunt inter se literas (contractus) æternas.* At Raschi ad cap. Gen. L, v. 5. ex Medrasch: נטל יעקב כל כסף וזהב שהביא מבית לבן ועשה אותו כרי ואמר לעשו טול זה בשביל חלקך במערה: id est: *Congessit Jacobus, omne argentum & aurum, quod ex domo Labanis attulerat, in unum acervum, dixitq; Esavo: Accipe hæc, pro portione Speluncæ, quæ tibi competit.*

10. Kira idem est quod Mekira] Idem asseritur in Chullin fol. 92. a. & in Rosch Hasschana fol. 26. a. Atque sic Jonathan quoque pro אשר כריתי לי habet דאתקנית לי Onkelos tamen id sensu vulgato reddidit דחפרית לי id est: *Quod fodi mihi.* Et vero, כרה etiam *Emendi* sensum admittere, probat locus Hoseæ III, 2.

11. In Civitatibus enim maritimis &c.] Hic loquendi modus, crebro occurrit apud Talmudistas. Megilla fol. 12. a. אבן טובה יש בכרכי הים ודרה שמה id est: *Gemma quædam reperitur in Civitatibus maritimis, quam Dara vocant.* Berachot fol. 6. b. עוף אחד יש בכרכי הים ושמו כרום id est: *Est species avis in Civitatibus maritimis, quæ vocatur Crum.* Equidem, assentior Cl. Lightfooto qui sub initium Observationum Chorographicarum, Phrasin hanc, de Urbibus Paganorum, in litore maris mediterranei sitis, accipit. Habemus enim testimonium luculentum in Gittin fol. 76. a. הולך למדינת הים והגיע לעכו id est: *Abiit in oram maritimam, & pervenit Acconem.* Est tamen, ubi eadem, simpliciter loca procul remota, sive juxta mare, sive in continenti illa sint, denotat. Nimirum, pro eo, quod in Nidda fol. 45. b. Schabbat fol. 95. a. & Erubin fol. 18. a. extat שכן בכרכי הים קורין לקלעיתא בגייתא: non tantum in Bereschit Rabba fol. 20. col. 4. nude legimus אית אתרין דקריין לקלעתא בגיישא: Sed & in libro *Brandspiegel* p. 123.

Gemaræ quæ adduximus verba, ſic exponuntur, in vernacula noſtra: *Den es ſein örther heiſt man flechten* Baneita. In שאלות ותשובות מהגאונים Num. 252. hæc proponitur quæſtio: מי שהשכיר בית לחבירו והלך במדינת הים והניח את אשתו בבית ובא בעל הבית ושואל שכר מה הדין! id eſt: *Si quis conducat ab alio domum, & in oras maritimas*, (ſive peregre) *profectus, uxorem intra ædes relinquat, atq; ab hac dominus ædium locationis pretium exigat, quid juris eſt?* Similiter cum Matthæus c. XXV. v. 14. ſcripſiſſet Ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους. Quod Vulgatus, tranſtulit: *Homo peregre proficiſcens, vocavit ſervos ſuos.* Vetus Interpres Hebræus ſcite vertit: אדם כשהלך לגור במדינת הים והוא קרא לעבריו: Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilchot Gittin cap. 11. אשה שהלכה היא ובעלה למדינת הים ושלום בינו לבינה ושלום בעולם ובאה ואמרה מת בעלי תנשא או תתיבם: Id eſt: *Mulier quæ cum Conjuge in Oras Maritimas* (ſive peregre) *abiit, nulla intercedente inter eos ſimultate, & quieto Orbe a bellis; ſi reverſa dicat, Mortuum eſſe maritum,* (neutiquam mendacii ſuſpecta eſſe debet, ſed) *tam ad ſecunda vota tranſire, quam jure Leviratus duci poteſt.* Apud Maimonidē in Miſchne Tora, cuivis Tomo, brevibus præmittuntur argumenta materierum omnium, quæ univerſus liber pertractat, atq; hic ubi capitis 12. τῶν Hilchot Iſchut, narratur propoſitio, inter cætera ſignificatur, agi eo מי שהלך בעלה למדינת הים ובא אשתו לתבוע מזונות id eſt: (Quid juris ſit,) *ſi Marito in Oras Maritimas profecto, mulier ejus Magiſtratum adeat, petatq; alimenta ſibi decerni.* At, in proprio deinde loco, ſic conceptus eſt ſermo: מי שהלך למדינה אחרת ובאת אשתו לבית דין לתבוע מזונות שלשה הדשים הראשונים מיום הליכתו אין פוסקין לה בהן וכו׳: id eſt: *Si quis Maritus* alio gentium *profectus ſit, atq; Uxor ejus Magiſtratum adeat, & alimenta ſibi decerni petat, primos tres a die profectionis ejus menſes, nihil eidem Magiſtratus decernit.*

12. Vadat Naphthali qui Capræ inſtar levis] In Pirke R. Elieſeris, ubi eandem hanc hiſtoriam narrari, jam ſupra indicavimus; ſic inter alia vertit Vorſtius: *Quid fecit Joſeph? Miſit Naphthali, ut ſubjugaret ſidera, atq; deſcenderet in Ægyptum, & adferret literas æternas, contractus inter illos.* Non capio, quid ſibi velint iſta: *Ut ſubjugaret ſidera*, & dolet, ipſo Hebraico textu me deſtitui, propemodum enim translatio iſta, ſe mihi reddit ſuſpectam.

13. Verba elegantia] In Talmude ſequitur deinde א״ר אבהו atque ſic demum ſuccedit אל תיקרי cum reliquis.

14. Qua-

14. Quare clavam sumit &c.] Ipse R. Jacobus, qui Excerpta Gemaræ compilavit, notat magnum circa hæc in Talmude dissensum, quod in Gittin c. 5. Judas Esavum occidisse tradatur.

15. Si Josephus &c.] id est: Quare cæteri fratres otiosi fuere spectatores, & soli Josepho funus paternum curare concesserunt? Et, num isti, sine Josepho, justa Patri non persolvissent?

16. Extulerunt eum filii ejus &c.] Sed, sic annotat Scriptura, non nisi post peractam sepulturam Jacobi. Nempe, quia Josephus, etiam nomine cæterorum fratrum, supremum officium Parenti præstitit, ideo recte facti laus, omnibus deinde, merito tribuitur,

מז

פיסקא מילט גדול מיוסף
שלא נתעסק בו אלא משה:
תנו רבנן בוא וראה כמה צט׳
חביבות מצות על משה רב׳
רבינו שכל ישראל נתעסקו ב
בבזה והוא נתעסק במצות
שנאמר חכם לב יקח מצות
ואויל שפתים ילבט: ומנין ט
היה יודע משה רבינו היכן
יוסף קבור אמרו סרח בת
אשר נשתיירה מאותו הדור
הלך משה אצלה אמ׳ לה כלו׳
את יודעת היכן יוסף קבור
אמר׳ לו ארון של מתכת עשו
לו מצריי׳ וקבעוהו בנילו׳ הנהר
כדי שיתברכו מימיו הלך משה

XLVII.

Commentatio. *Quis Josepho illustrior, circa cujus cadaver nemo se occupavit, præter Mosen?* Hortantur Magistri: Veni, vide, quantopere Moses magister noster, præcepta adamarit. Omnes enim Israëlitæ [1] prædæ erant intenti, is autem præceptis vacabat. Q. S. E. (Prov. X, 8.) *Sapiens animo accipit præcepta, stultus vero labiis, seipsum conturbat.* Unde vero noverat Moses præceptor noster, ubi Josephus erat sepultus? (*Scilicet*) fertur [2] Serach filia Aser, superfuisse adhuc ex illo ævo, eam igitur Moses accessit, & percontatus est: Nunquid tibi exploratum ubi Josephus sit conditus? Respondet illa: Sarcophagum ipsi fusilem pararunt Ægyptii, eumque [3] flumini Nilo immerserunt, [4] ut prospe-

ועמד על שפת נילום אמר
יוסף יוסף הגיע עת שנשבע
הקדוש ברוך הוא לגאול את
ישראל והגיעה השבועה
שהשבעת את ישראל אם
אתה מראה את עצמך מוטב
ואם לאו הרי אנו מנוקין
משבועתך מיד צף ארונו של
יוסף ואל תתמה היאך ברזל
צף שהרי כתיב ויהי האחד
מפיל הקורה ואת הברזל נפל
אל המים ויצעק ויאמר אהה
ארוני והוא שאול וגומר
וישלך אל המים ויצף הברזל
והלא דברי' קל וחומר ומה
אלישע תלמידו של אליהו וא
ואליהו תלמידו של משה צף
הברזל מפניו משה רבינו על
אחת כמה וכמה: ר נתן או
אומר בקברניט של מלכי' היה
קבור הלך משה ועמד על קבר
קברנט של מלכים אמר יוסף
הגיע עת שנשבע הקדוש ברוך
הוא לגאול את ישראל

prosperarentur aquæ illius. Tum Moses abiens constitit juxta ripam Nili, inclamavitque: Josephe, Josephe: Adest tempus, in quo [r] liberaturum sese juravit Deus B. Israëlitas. Prope est similiter (*tempus, implendi*) jusjurandum, cujus religione Judæos obstrinxisti. Si ipse te conspiciendum præbes, bene est: Sin minus, ecce soluti sumus jurejurando. Confestim supernatavit sarcophagus Josephi. Nec est quod mireris, quomodo ferrum supernatarit: Ecce enim S. E. (2 Reg. VI, 5.) *Fuit autem illorum uno dejiciente tignum, ut ferrum caderet in aquam, quapropter exclamabat dicens: Eheu Domine mi, est enim commodatum.* &c. *Et projecit in aquas, & supernatavit ferrum.* Annon hic, a minori, ad majorē verisimilitudinem bene concludere licebit? [7] Quod si enim Elisæi, discipuli Eliæ, [cum ipse [8] Elias discipulus Mosis fuerit,] in gratiam, ferrum supernatavit: quanto magis id, propter ipsum Mosen magistrum nostrum factum, credibile est? R. Nathan perhibet, (*Josephum*) in Regum Mausoleo fuisse conditum. Abiens igitur Moses, constitit juxta Mausoleum Re-

gum,

ישראל והגיעה שבועה
שהשבעת את ישראל אם
אתה מראה את עצמך מוטב
ואם לאו הרי אנו מנוקין
משבועתך כאותה שעה נודעזע
ארונו של יוסף נטלו משה
והביאו אצלו וכל אותן שנים
שהיו ישר׳ במדב׳ היה ארונו
של יוסף וארון של שכינה
מהלכין זה עם זה והיו עוברים
ושבים אומרים מה טיבן
של שתי ארונות הללו אמרו
אחד של מת ואח׳ של שכינה
אמרו וכי דרכו של מת להלך
עם שכינה אמרו קיים זה מה
שכתוב בזה : ואי לא איעסיק
ביה משה לא הוו מיעסקי
ביה ישראל והכתיב ואת
עצמות יוסף אשר העלו בני
ישראל ממצרי׳ קברו בשכם
ותו אי לא איעסקו ביה
ישראל בניה לא היו מיעסקי
ביה והכתי׳ ויהיו לבני יוסף
לנחלה אמרו הניחו לו בכבודו

gum, &, Josephe inquit, adest tempus in quo juravit Deus B. liberandum Israëlem, nec minus (*tempus*) adest, (*implendi*) jurisjurandi, quo Israëlem obstinxisti. Si ipsum te ostendis, bene est, sin minus, immunes sumus a jurata fide, quam dedimus. Eodem momento, [9] motitavit se sarcophagus Josephi, quem Moses acceptum, secum avexit, universisque illis annis, quibus Israëlitæ in deserto fuere, arca Josephi, & arca divina, juxtim incedebant. Atque sicubi ultro citroque commeantes, quærerent, ad quid conducerent duæ istæ arcæ? Tulere responsum. Altera demortui, altera Divinæ est Majestatis. Rogantibus porro, an fas sit, ut mortuus cum Divina Majestate juxtim incedat? Dictum. [10] Iste implevit, quod in ista exaratum. Enim vero, [11] nunquid si Moses, in hoc se haud occupasset, Israëlitæ reliqui illo munere functuri non erant? [12] scriptum quoque (Jos. XXIV, 32.) *Et ossa Josephi quæ deportaverant filii Israëlis ex Ægypto, sepeliverunt in Sichem.* Porro, [13] si Israëlitæ non fecissent officium, an filii ejus hæc non curassent? Adde quod

S. E.

במרובין יותר מבמועטין אם אמרו הניחו לו כבודו גדול בגדולים יותר מבקטנים קברו בשכם מאי שנא בשכם אמרו משכם גנבוהו לשכם נחזיר אבדה : קשים קראי אהדדי כתיב ויקח משה את עצמות יוסף עמו כי השבע השביע וגו׳ וכתיב ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים אמר רבי חמא ברבי חנינא כל העושה דבר ולא גמרו ובא אחר וגמרו מעלה עליו הכתוב על שגמרו כאלו עשאו רבי אלעזר אומר אף מורידין אותו מגדולתו דכתיב ויהי בעת ההיא וירד יהודה מאת אחיו רבי שמואל בר נחמני אמר אף קובר אשתו ובניו שנאמר ותמת בת שוע אשת יהודה וכתיב וימת ער ואונן :

S. E. (l.c.) *Et fuerunt filiis Josephi in possessionem.* (*Nempe,*) dicebant (*filii Josephi, Mose defuncto:*) linquamus hoc, majori enim honori illi erit, si multi, quam si pauci (*justa persolvant. Pariter Israëlitæ quoq;, Mose adhuc superstite,*) se mutuo fuerant adhortati: Missum hoc faciamus, amplior enim dignitas, si viri illustres, quam tenuioris sortis homines, (*funus illi celebrent.*) *Sepeliverunt in Sichem.* Cur potissimum in Sichem? Dicebant enim, [15] e Sichem furto ablatus est, reddamus igitur Sichemo, rem amissam. Videtur Scriptura sibi contradicere: uno enim loco, (Scilicet, Ex. XIII, 19.) S. E. *Acceperat vero Moses ossa Josephi secum, nam jurejurando obstrinxerat &c.* Altero vero: *Et ossa Josephi quæ deportaverant filii Israëlis ex Ægypto, sepeliverunt in Sichem.* (*Ista conciliaturus*) ait R. Chama F. R. Ch. Quando quis rem aliquam orditur, neque eam ad finem perducit, supervenitque alius, eandem absolvens, tum Scriptura de eo qui illam absolvit, ita loquitur, [16] quasi (*solus*) effectam reddidisset. R. Eleaser addit, etiam exui talem (*nudum inceptorem,*) dignitate: Q. S. E. (Gen. XXXVIII, 1.) *Evenit autem per illud tempus, cum descendisset Judas a fratribus suis.* R. Samuel F. N. adjicit, sepelire quoque eum

Jos. XXIV, 32.

 uxorem,

uxorem, natosque. Q. S. E. (v. 12.) *Et mortua eſt filia Schua, uxor Juda.* Itemq; (c. XLVI, 12.) *Et mortuus eſt Er, & Onan.*

ANNOTATA.

1. Prædæ erant intenti] Pro ſe enim quisque, res optimas Ægyptiorum commodato petebat, easdemque ſecum auferebat.

2. Serach filia Aſer] Mira fabulantur de hujus longævitate Judæi. Schalſch. Hakkab. p. 11. a. סרח בת אשר ויוכבד בת לוי אשת עמרם היו מבאי מצרים ומיוצאיה סרח גלתה למשה המקום שהיה טמון ארון יוסף ביאור והיא היתה האשה חכמה שדברה ליואב ע"ע שבע בן בכרי כי ארכה ימים ; id eſt : *Serach filia Aſcher, & Jochebed filia Levi, Uxor Amrami, fuere ex illis, qui in Ægyptum ingreſſi, & ex eadem egreſſi ſunt. Serach oſtendit Moſi locum, ubi Joſephi ſarcophagus conditus erat in flumine, eademq; eſt illa prudens fæmina, quæ cum Joabo, in cauſa Scheba filii Bichri verba contulit, vitam enim prorogavit diutiſſime.* Neque ſolas fœminas illius ævi, tam vivaces fingunt, ſed & Viros. Bava Batra fol. 121. b. יאיר בן מנשה ומכיר בן מנשה נולדו בימי יעקב ולא מתו עד שנכנסו ישראל לארץ ; id eſt : *Jair filius Menaſſe, & Machir filius Menaſſe, nati fuere Jacobo ſuperſtite, nec mortui ſunt, ante Iſraëlitarum, in Palæſtinam, ingreſſum.*

3. Flumini Nilo immerſerunt] Idem aſſerit Patricides Arabs, niſi quod ſarcophagus marmoreus, pro æneo, ab illo ſubſtituitur. Verba ejus reperies apud Hottingerum in Smeg. p. 378. Jonathan Chaldæus, prorſus materiam feretri tacet, ſcribens : בסימו יתיה ועטרין יתיה ושוון יתיה בגלוסקמא ושקעון יתיה בגו נילוס דמצרים ; id eſt : (Cadaver Joſephi) *Conditum aromatibus, coronatum, ac feretro impoſitum, in medium Nilum, qui Ægypti fluvius eſt, demerſerunt.* Cæterum, unde nata eſſe poſſit opinio, de Joſephi cadavere in Nili fluentis ſepulto, docet Autor Notarum, quæ Jonothani, in Pentateucho, qui cum tribus Targumim editus eſt, in margine adjiciuntur. Sed, quia frivolæ ſunt rationes, merito eas adducere ſuperſedemus; illud potius indicantes, eſſe alios, inter Judæos, qui non in ipſis Nili aquis, ſed ejus tantum Ripa, humatum Joſephum tradiderunt. Sepher Hajaſchar p. 118. a. וישימו את יוסף בארון אשר מלא בשמים וכל מעשה רוקח ויקברהו על שפת היאור הוא שיחור ; id eſt : *Condiderunt Joſephum, in Arcam aromatibus, omnisq; generis unguentis plenam, & ſepeliverunt eum in ora fluminis Schichor.* Schichor haud aliud flumen eſſe, quam Nilum, ad Joſ. c. XIII. v. 3. Chriſtiani, Judæique tradunt Interpretes.

4. Ut prosperarentur aquæ ejus] Sic ad hunc locum commentatur Raschi in Glossa : לפי שאין ארץ מצרי׳ שותה מימי גשמים אלה כולה עשויה יאורי׳ וחריצים מנילוס עד סוף המדינה כמה פרסאות ונילוס עולה ומשקה ומתברך וממלא אותן יאורים ומהם משקין את השדות והיינו דכתיב והיה אשר לא יעלה משפחות האדמה ולא עליהם יהיה הגשם ואם משפחת מצרים לא תעלה ולא באה ולא עליהם ואין כתוב כאן גשם אלא ולא עליהם יהיה אותו שהם שותין ממנו ויונתן תרגם ולא עליהם תיסק נילוס: id est : *Haudquaquam enim Ægyptus, haurit aquas pluviales, sed per universam illam Regionem, derivantur canales, & fossæ, a Nilo, ad extremos usq; Provinciæ terminos, per multa milliaria. Ascendit igitur Nilus,* (statis temporibus,) *& suis aquis illos canales implet, beatq;, e quibus agri irrigantur. Atq; hinc* S. E. (Zach. XIV, 17. 18.) Eveniet, non ascendentibus familiis terræ (Hierosolymas, ad adorandum Regem Dominum Exercituum,) ut non sit super eos imber. Et, si familiæ Ægypti non ascendent, & non venient, haud erit super illas. *Non additur hic, Imber, sed,* (ait Scriptura,) *Haud erit super illas,* (scilicet) *quod bibunt : Unde & Jonathan transtulit : Et non ascendet illis Nilus.* Hactenus Raschi : qui videtur subscribere, pervulgato errori, quo communiter creditur, Ægyptum nullo unquam tempore pluviis humectari, quod idem tradidit quoque Benjamin Tudelensis in Itiner. p. 116. Sed, aliter rem se habere, nec penitus ignorare Ægyptios, quid Pluvia sit, uno ore affirmat omnes, qui eam regionem adeunt. Sufficiat, ad solius Nobilissimi Tevenotii testimonium, quod habetur in Itineris ejus Orientalis c. LXIX. provocare. Cum enim quædam de Nili exundantis fœcunditate, narrasset, mox subjungit : *Ce n' est pas a dire, pour cela qu' il n'y pleuue point en Egypte, comme plusieurs resueurs nous veulent faire a croire en Chrestienté, s' alambiquans l' esprit pour trouuer les raisons d' vn estre de raison, car il pleut fort en Alexandrie, et a Rosette aussi ; mais au Caire, qui est plus haut, il y pleut moins, et toutes fois j' ay veu pleuuoir chaq; année bien fort durant deux jours dans le mois de Decembre, et il y tonna en mesme temps, de telle sorte, que la nuit du onziéme au douziéme du mesme mois, le tonnerre tuà vn homme au chasteau, quoy que personne n' eust jamais entendu dire, que le tonnerre eut tué qui que ce soit au Caire. Il y fait aussi froid en Decembre, comme je l' ay eprouué, mais non pas jusqu' à ce point, qu' on aye nec essité de se chauffer. Aux autres saisons il y fait extremement chaud, et principalement en Esté.* Interim, negari nequit, rariores in Ægypto esse Imbres; quam ut sufficiant ad fœcundandam terram. Itaque omnis ubertas ejus Regionis, merito Nili

aquis accepta fertur, quæ campos longe lateque æstivo tempore, & rigant simul, & stercorant. Hinc adeo, proventus deinde, vota colonorum vincunt, & per illos, Gentium etiam longius dissitarum indigentia, potest sublevari. Quæ cum ita sint, haud sane mirum, Ægyptios Nilum suum magnis efferre laudibus, eique Principatum inter omnia Orbis flumina deferre. Legendus elegans, & sæpe commendatus nobis libellus, Murtadi filii Gapiphe, ubi multa in hanc rem reperiuntur. Inter cætera vero p. 169. Mecacholis filii Tabique, verba sequentia allegantur: *I'ay leu cent Liures sur la loy de Moyse, et ay trouué dans l'vn d'eux, qu'il y a sept Climats dans le monde, qui prient Dieu touts les ans, en pleurant et criant, et disent: O mon Seigneur, mettez l'abondance dans l'Egypte, et faites couler son Nils.* Enim vero, quæ ratio sit, prodigiosæ illius inundationis, id jam inde a vetustissimis temporibus, ad hæc nostra usq; Viros Doctos exercuit, & variorum, variæ fuere sententiæ. Omnes colligere, non est nostri instituti, tantum, quid ea de re, quibusdam inter Arabes, & Judæos visum fuerit, faciemus indicium. Gabdolla filius Gamrou apud Gapiphen p. 167. censet, solius Dei jussu, Nili incrementum fieri, nec aliam rationem, præter nudam illius voluntatem, quærendam. Sic loquitur ore Interpretis; *Le Nil d'Egypte est le Seigneur des Fleuues. Dieu oblige tous les Fleuues depuis l'Orient jusques a l'Occident de luy rendre seruice dans le temps de son debordement, il les detourne dans son canal, & augmente son cours de leurs eaux. Quand Dieu veut que le Nil d'Egypte se deborde pour la commodité des habitans du pays, les autres Fleuues luy prestent leurs eaux, & Dieu luy fait sourdre de la terre de nouuelles fontaines. Quand son cours s'est enflé jusques au point que Dieu veut, il ordonne à toutes les eaux, de retourner en leur sources.* Paucis interjectis, porro memorat Murtadus, sic tradere Quisen filium Chagege, quod cum Gamrou filius Gase, occupasset Ægyptum, accesserint eum incolæ, dicentes, esse more antiquissimo apud se receptum, ut stato die, filiam virginem, pulchre ornatam, in Nilum abjiciant, atque sic continuo augescere Nilum, & diffundi. Quibus perceptis, vetabat Gamrou, tale quid, tanquam Muhamedis legi penitus adversum, imposterum conari. Sed, hujus præcepto, dum morem gerunt Ægyptii, universum trimestre, Nili augmentis cæteroquin destinatum, præteriit, nec vel hilum undæ creverant, quare incolæ res suas convasantes, abitum meditabantur. Interea loci, Gamrou missis literis ad Omarem, totum negotium ordine illi exponit. Omar vero per epistolam respondens, laudat factum & pietatem τοῦ Gamrou, Schedulamq; addit, quam in Nilum conjicere eum jubet. Cujus monitis cum paruisset Gamrou, derepente fluvius turgescens, una nocte ulnas sedecim intumuit. Quid in Schedula scriptum fuerit, malo dicere verbis Vattierii nostri: *Au nom de Dieu clement & misericordieux. Dieu benisse Mahommet,*

met, & sa famille. De la part de Gabdolle Omar fils de Chettabe, Commandeur des Fideles, au Nil d' Egypte, Apres cela. Si tu n' as coulé jusques a present, que par ta propre vertu, ne coule plus; mais si ç'a esté le grand Dieu uniq. et Tout-Puissant, qui t' a fait couler nous prions le grand Dieu uniq. et Tout-Puisant, qu' il te fasse couler encroe. Dieu fasse paix a Mahommet le Prophete Idiot, et a sa famille, & misericorde. Ad Judæos, quod attinet, præter ea, quæ in Gemara nostra, de Josephi loculo, in Nilum demerso, finguntur, aliam quoque causam, felicis istius inundationis suppeditat Autor libri טוב הארץ fol. 28. col. 4. אל יקשה בעיניך שארץ מצרים מוציאה חטה ע״י מים נקיבות כמו הידקורת שאין הענין כן אלא כמו שארז״ל שבכל שנה ושנה בימי תקופת תמוז הקב״ה מטיל טיפה אחת כמו כדור ממים זכרים לתוך הנילוס וההוא טיפה הוא כמו שאור לעיסה נעשים כל מי נילוס מים זכרים ואינה צריכה למי גשמים וזאת הטיפה אינו נמנע לבא בכל שנה ושנה לפי שנתנה למצרים בשביל תפילות אברהם: id est: *Non te moveat, quod Ægyptus, per aquas fœmineas,* (uti Cabbalistæ has inferiores vocant, quibusque omnem fœcundandi vim adimunt,) *triticum* (sua sponte,) *instar herbarum producit, haud enim res ita se habet, sed tenenda de his Rabbinorum nostrorum opinio. Quibus placet, Deum annis singulis, circa solstitium in Junio, dejicere guttam unam, pilæ magnitudine ex aquis masculis,* (superioribus nimirum, & fœcundissimis,) *in medium Nilum. Ista vero gutta, ita se habet, uti fermentum in massa; omnes enim aquæ Nili, efficiuntur masculæ, ac proinde Ægyptus non eget pluviis. Atq. hæc gutta, quovis anno, Ægypto conceditur, quippe quam preces Abrahami, eidem impetrarunt.* Hactenus Baal Tob Haarez. Putaret quis, non multum absimilia iis, quæ de Aquis supernis Cabbalistæ tradunt, scripsisse Plinium l. 31. Hist. Nat. c. 1. *Aquæ cadentes,* inquit, *omnium terra nascentium causa fiunt, prorsus mirabili natura, si quis velit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticesq. vivant, in cælum migrare aquas, animamq. etiam herbis vitalem, inde deferre.* Cæterum, quantum ad Nili originem attinet, eam celebris Athanasius Kircherus, in Mundo Subterraneo l. 2. c. X. §. 3. nunc tandem, post tot, ac tantas, gravissimorum Autorum fallacias, futilesque conjecturas, vere detexisse affirmat *Petrum Pais*, Societatis Jesu Presbyterum, qui ad ea loca ubi Nilus e terra erumpit, una cum Imperatore Æthiopiæ, suo stipatum exercitu, delatus fuerit, & omnem eorum conditionem, diligenter sit perscrutatus. Affert Kircherus, ipsam Relationem integram Petri Pais, ex Lusitanica, qua ab Autore concepta fuerat Lingua, in Latinam conversam, atque sic Petrus ille, testatur: *Nilus, Originem suam tenet in Regno Gojam, in uno territorio, quod vocatur Sabalà, cujus Incolæ vocantur Agous, suntq. Christiani, etsi successu temporum sylvescente Ecclesia, variis superstitionibus imbuti & corrupti, a gentibus, & paganis vicinis parum diffe-*

differant. Fons autem Nili in parte occidentali Regni Goyam situs in summitate unius vallis, quæ assimilatur ingenti Campo, jugis montium undiq; circumdato. Anno 1618. 21. die mensis Aprilis, cum in hoc Regno una cum Imperatore ejusq; Exercitu degerem, hunc locum ascendi, omnia diligenter lustravi, inveniq; primo duos ibi fontes rotundos, utrumq; quatuor quasi palmis latum in diametro, summaq; animi voluptate vidi id, quod nullis votis consequi potuerunt Cyrus Rex Persarum, & Cambyses, Alexander M. ac famosus ille Julius Cæsar. Aqua fontis clarissima est, & levissima, gustuiq; gratissima. Sciendum tamen, nullum hosce duos oculos fontis, in suprema montis planitie exitum habere, sed in radice montis; profunditatem quoq; Fontium tentavimus, & in primum quidem lanceam immisimus, quæ intrando ad 11. palmos tangere videbatur, quasdam veluti radices vicinarum arborum, sibi invicem implexas. Secundus Fons, vergit a primo in Orientem, ad jactum lapidis, hujus profunditatem explorantes, immissa lancea 12. palmorum, fundum nullum invenimus, colligatisq; duabus lanceis 20. palmorum, denuò rem tentavimus, sed nec sic fundum tenere potuimus, dicuntq; incolæ, totum montem plenum aquis, cujus hoc signum dabant, quod tota circa fontem planities tremula erat, & bulliens, manifestum latentis aquæ vestigium, eandemq; ob causam non redundat aqua ad fontem, sed ad radices impetu maximo sese egerit; affirmabantq; Incolæ, ut & ipse Imperator, qui præsens erat una cum Exercitu suo, eo anno terram parum tremuisse ob magnam anni siccitatem, aliis vero annis ita tremere & bullire, ut vix sine periculo adire liceat. Circuitus loci instar Lacus cujusdam rotundi, cujus latitudo fundæ jactum constituere possit. Infra apicem hujus montis, Populus degit ad montem, leuca circiter unâ a fonte dissitum, versus Occidentem, vocaturq; Guix, & videtur hinc fons Bombarda attingi posse. Est hoc loco vicus Gentilium, qui sacrificant multas vaccas, & veniunt ad fontem certo die anni, una cum Sacrificulo, quem pro Sacerdote tenent, qui ibi sacrificat unam vaccam, juxta fontem, caputq; Vaccæ abscissum, projicit in fontis abyssum. Ista, & complura alia Petri Pais, cum attulisset Kircherus, tandem de suo addit: *Atq; hæc est Descriptio Fontis Nili, ejusq; fluxus, quem citatus P. Petrus Pais, propriis oculis una cum Imperatore Abyssinorum Anno 1618. 21. Aprilis uti curiose observavit, ita summa diligentia adnotavit; ut hoc suo tam insigni, & oculato examine, Remp. Literariam multis tricis & dubiis liberaret. Cui quidem unice imposterum standum existimem, cum Imperatorio approbato testimonio, suam jam Fons Nili certitudinem infallibilem sit adeptus.* Verum enim vero, nondum de Nili Origine tam confectam rem habemus, ac Kircherus opinatur, & procul sane absumus a vado. Si enim ea quis legat, quæ de Nili fonte, longe recentius, hoc est Anno 1659. mense Octobri, cum Cairi degeret, ab Imperatoris Abyssinorum, ad Turcarum

rum

rum Sultanum Legato Michaële, didicit Nobilissimus *Tevenotius*, tantum abest, ut Petri Pais narratione intrepide stare possit, ut potius nonnihil suspectam, certe valde dubiam, illa se reddere occipiat. Afferamus & nos pariter, Tevenotii Relationem, & quidem propriis illius verbis, depromtam ex Itinerarii elegantissimi c. LXIX. *Je demanday a cette Excellence, quelques Nouuelles de la source du Nil, & voicy ce qu'il m'en dit. L'origine du Nil, est vne fontaine, qui sort de terre, dans vne grande plaine, ou il y a plusieurs arbres; cette fontaine s'appelle Oüembromma, & est dans la Province appellée Ago. Elle fait la vn lieu fort delicieux, rejaillissant en haut par plusieurs endroits; ledit Ambassadeur m'asseura, qu'il auoit esté plus de douze fois auec le Roy d'Ethiopie passer plusieurs jours au bord de cette fontaine, elle est esloignée de Gontar ville capitale d'Ethiopie de douze journées. Cette Fontaine amene ses eaux vers le Nort, par vn long chemin, & apres auoir passé sept cataractes ou cascades, qui sont des lieux fort hauts, d'où elle tombe a plomb, faisant vn grand bruit a chacune de ces cheutes, & apres auoir trauersé toute l'Egypte, elle vient mesler ses eaux dans la Mer Mediterranée, par les deux bouches de Rossette, & de Damiette. Or la cause du croissement du Nil, si regulier en Esté, n'est autre chose, si non que lors que l'Esté est en Egypte, ils ont l'hyuer en Ethiopie, & durant trois mois il y fait des pluyes continuelles, dont les eaux viennent de toutes parts en torrents se joindre a cette source, qu'elles augmentent extraordinairement, et toutefois il n'y a point de montagnes proche de cette source; car les montagnes qui en sont les plus proches, sont les montagnes des Juifs, & elles en sont esloignées de vingt journées. Il est donc faux de dire que ce fleuue tire sa source d'vn lieu inconnu, comme aussi que ceux qui habitent a l'entour des cataractes du Nil sont sourd, et encor ce que disent quelques vns, que le Grand Seigneur paye tribut au Roy d'Ethiopie, pour laisser couler le Nil, par son canal ordinaire, car il ne peut pas le detourner.* Proh! quanta hic sententiarum divortia se offerunt! Si Petrum Pais audimus, montes excelsi geminos Nili fontes, undique cingunt. Si Tevenotium, in tam plano loco scaturit fons unicus, ut ab eo vix universorum viginti dierum itinere, ad montem aliquem pervenire liceat. Ergo, incerta etiam nunc, sunt omnia, & tantæ controversiæ expediendæ, Arbiter aliquis nobis præstolandus est. O utinam brevi is detur: quantam, & quam solidam apud omnes Bonos inibit gratiam. Interea loci, dum in dubio relinquitur animus, multa tamen concurrunt, ad Illustris Tevenotii partes, paulo magis eum propellentia. Nam dum nudis conjecturis hactenus agere oportet, nescio an non Petro Pais, utpote peregrino, hominem Legatum, & Regionis illius gnarissimum; Æthiopiæ vero Imperatori, semel hanc profectionem suscipienti, illum alterum Successorem, qui Nili fontem in deliciis habuit, & frequenter adire soli-

tus est, jure quis præferat. Tum ipsa Tevenotii recensio, præ illa altera, longe est simplicior, planior, captu facilior. Equidem credo, Petrum Pais dixisse sedulo, & nihil istorum ab ipso esse confictum. Verum fieri potest, ut ipsi illorum montium accolæ Barbari, pro suo stupore, falso persuasi sint, apud se Nilum nasci, & ut perperam, princeps flumen arbitrentur, aliud minus, quod in Nilum defertur, suasque aquas ei ministrat. Habemus erroris similis apud veteres exempla, quæ, quia modus servandus est, libens prætereo, præsertim quia idem nunc, & apud nos quoque fit. Ignatius a Jesu Carmelita Discalceatus, Missionarius, & Vicarius Domus S. Mariæ de Remediis, in Bassora Mesopotamiæ, Narrationem nobis dedit, Originis, Rituum, & Errorum, Christianorum S. Johannis Romæ Anno 1652. impressam. In ista, p. 17. tradit, illos homines, persuasum firmiter habere, prope Civitatem Sciuster in Perside, esse domum quandam, in qua sit Sepulchrum Johannis Baptistæ, & ibi quiescere ejus corpus, atque ex eadem domo exire fluvium Jordanem. Est intra proximum ab Oppido nostro lapidem, scaturigo torrentis cujusdam, de quo si vicinos agrestes quæras, dicent omnes, esse illum ipsum, qui Noribergam interluit, & a Piscibus nomen habet impositum. At hoc tam verum est, quam, quod Aristoteles 1. Meteorol. c. XIII. de Istro, vicino nostro flumine asseruit, illud in Gallia Celtica, ex Pyrenæis profluere montibus. Nimirum, non Antiquitas tantum, circa Flumina, fabulosa fuit, sed & hodie mendaciis locus superest. Quemadmodum vero, Nobilissimi Tevenotii Narratio de Nili Fonte, se plurimum commendat, ita quæ de causa inundationis ejusdem, ipse tradidit, nobis persuadet penitus, longumque valere jubemus aliorum, imprimis vero Arabum & Judæorum nugas. Nondum tamen dimittit me illud, quod Judæi, de Josephi loculo in Nilum immerso, & ea quæ inde in Accolas redundabat felicitate ingenti, perhibent; sed indicare prius oportet, paria huic commento, de Danielis sarcophago, legi apud Benjaminum in Itiner. p. 86. seq. Nec silentio prætereundum, aliquid ejusmodi habere quoque Codicem MS. Syriacum Novi Testamenti, qui in Bibliotheca Academiæ nostræ asservatur. Nam ad initium Capitis V, Johannis Evangelistæ ubi de Piscina Bethesda narratur historia, margini adscriptum deprehenditur;

ܡܛܠ ܕܦܓܪܗ ܕܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܛܫܝܐ ܗܘܐ
ܒܫܝܠܘܚܐ ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܡܠܐܟܐ ܘܡܙܝܥ
ܗܘܐ ܠܡܝܐ ܀ Id est: *Quia corpus Esaiæ Prophetæ absconditum erat in Schilucha, propterea descendebat Angelus, & movebat aquas.* Notavit id, jam ante nos, in Interprete Errabundo Num. 20. Cl. Hackspanius noster,

noster, & queritur, nulla conjectura assequi se posse, unde hoc glossema natum sit. Nos, aliqua, forsitan non improbabili, ducimur. Nimirum, quidam explicaturus nomen Piscinæ, quam ܒܝܬ ܚܣܕܐ Syrus Interpres vocavit, in libri sui oram adjecerat τὸ ἰσοδυναμοῦν בית ישועה Superveniens postea alius inconsideratior, legit בית ישעיה atq; inde Esaiæ Sepulchrum condidit, facili lapsu, imprimis in homine parum erudito, qualem fuisse istius Sepulchri architectum, id satis demonstrat, quod Schilucham, & Bethesdam, multum distinctas Piscinas, imperite confudit. Sed, nec fidem ullam reperisset opinio, si maxime verum nomen Bethesda fuisset expressum. Nam ex antiquissima Traditione Talmudica, ad quam provocant M..imonides in Hilchot Bet Habbech. c. XVII. §. 14. & Baal Schalsch. Hakkab. p. 109. b. אין מקיימין בירושלם קברות חוץ מקברי בית דוד וקבר חולדה שהיו בה מימות נביאים הראשונים: id est: *Nulla tolerata fuere Sepulchra intra Hyerosolymas, præter Monumentum Domus Davidicæ, & Sepulchrum Chuldæ, quæ ibi fuere inde a diebus primorum Prophetarum.* Atque sane, Esaiæ sepulchrum, extra urbem locat Autor Cipporum Hebraicorum, quos edidit Hottingerus p. 10. cui Scriptores Christiani, & inter cæteros Brietius, in Tabula Geographica Terræ Sanctæ, accedunt. Scilicet, ad hæc, usque tempora, illa tumba superesse dicitur, non minus ac perdurare in longum ævum ajunt, ipsius quoque Piscinæ Bethesda, conspicua rudera: Estque de iis notandum, quod legitur apud Antonium del Castillo in Itinerario cui El devoto Peregrino, nomen fecit, l. 2. c. 5. *Auiendo llegado a la puerta de San Esteuan, que es la que antiguamente se llamaua porta Gregis, junto a la misma puerta, de parte de dentro de los muros de la Ciudad, està la Probatica Piscina, que es adonde Christo Señor nuestro curò al paralitico, que auia treinta y ocho años que estaua en ella, por no tener quien le ayudasse a entrar en el agua, quando venia el Angel y la movia. Esta Probatica Piscina se vè por encima de vna muralla, que està en la misma calle, y tiene como ciento y sesenta passos de largo, y treinta de ancho, y tiene cinco porticos: dos estan azia el Poniente abiertos, y se vèn; los demas estan al Norte. Las aguas desta Piscina se dize eran las que venian del Tempio de Salomon.* Non spernendos omnino crediderim, qui Aquas Piscinæ Bethesda, ex Templo prodiisse, huic nostro asseverarunt. Nam sic, saltem ad speciem, ex Talmude aliquid proferre licet, quod ad illam piscinam, circa quam Viris Doctis, oppido aqua hæret, nonnihil conferre videtur. Etsi enim affirmare haud audeo, illud ad Bethesdam quadrare utique, tamen, quando vera & certa nos destituunt, etiam nugas non nimis insulsas, esse aliquid, putare solemus. Sic vero habetur in Joma fol. 77. b. אמר ר׳ פנחס משום ר׳

 הונא

הונא ציפוראה מעיין היוצא מבית קדשי הקדשים בתחלה דומה כמין קרני תגבים כיון שהגיע לפתח האולם נעשה כחוט של שתי כיון שהגיע לפתח ההיכל דומה כחוט של ערב כיון שהגיע לפתח העזרה נעש' כפי פך קטן מכאן ואילך מתגבר ועולה עד שמגיע לפתח בית דוד כיון שהגיע לפתח בית דוד נעשה כנחל שוטף שבו רוחצין זבין וזבות נדות ויולדות: id est : *Dixit R. Pinchas, nomine R. Huna Zipporensis : Rivulus qui emanavit e Sancto Sanctorum, principio tenuissimus erat, quasi cornua cicadarum. Attingendo ostium Porticus, referebat filium staminis; cum pervenisset ad ostium Templi, filium subteminis, deniq; circa Portam Atrii, excreverat in oris urceoli cujusdam magnitudinem. Deinceps, valde augebatur & invalescebat, ad Portam usq; Arcis Davidicæ, atq; porro quasi quidam fluvius exundans erat, inq; eo qui passi fuerant gonorrhæam, menstruatæ, ac puerperæ, sese lavabant.* Uti jam professus sum, an horum omnia, an aliqua vera sint, & adeo, num ad Bethesdam applicari queant, non possum nunc definire. Aquas tamen illas, quibus Sacerdotes manus suas, pedesque, aut victimas abluerant, & quæ e Labro æneo quotidie evacuabantur, ex templo manantes, in Urbe alicubi stagnasse, facile crediderim. Hæc aquarum collectio, si omnino fuit Piscina Bethesda, malim Calvino, Gomaro, aliisque recentioribus quibusdam, *Bethesda*, per בית אשדא id est : *Effusionis Domum*, explicantibus, subscribere, quam Syri בית חסדא tueri. Interim, de nominis hujus ratione, mihi cum illis ipsis, qui pro בית אשדא pugnant, non plane convenit. Quippe ii originem appellationis, ab aqua per canales, ad usum Sacerdotum ducta, & ex siphonibus promanante, arcessunt. Ego vero, illa ratione, *Effusionis Domum*, interpretarer receptaculum aquarum, quæ in Templo fuere profusæ.

5. Liberaturum sese] Talmud, & hoc loco, & mox iterum pro לגאל את ישראל habet שאני גואל אתכם nulla sensus, sed sola verborum diversitate.

6. Confestim supernatavit sarcophagus] Libellus de Vita Mosis p. 13. a. alias addit circumstantias. משה כתב שם המפורש והשליכו בנילוס וכתב עלה שור עלה שור מיד צף הארון ולקחו ארונו של יוסף וכל ארונות של שאר השבטי' וכל אחד נטל אביו והלכו להם למדבר: Quæ Illustris Gaulmynius, hunc in modum docte est interpretatus: *Moses Ineffabile Nomen descriptum, cum his vocibus ASCENDE BOS, ASCENDE, in Nilum abjecit. Nec mora, feretrum aquis innatat, quod cum cæteris aliorum Jacobi filiorum sandapilis abstulit, ita ut singulæ Tribus, generis sui Autorem deferrent.*

7. Quod

7. Quod si enim Elisæi &c.] Vapulare jubemus cum hac sua collectione Magistros, nec enim ut aliquod miraculum accidisse dicamus, quid fieri possit respicimus, sed quid revera factum fuerit. Quippe semper in talibus oportet σύνδρομον εἶναι τῇ δυνάμει, τὴν βούλησιν τοῦ θεοῦ, quod Græcorum Patrum dictum, laudat eruditus Casaubonus Exerc. 7. adv. Baron. n. 1.

8. Elias Discipulus Mosis fuerit] Non quidem, quasi ab ipsius Mosis ore pependerit, sed quia in Lege ab eo tradita perdiscenda, se sedulum præstitit, eandemque Elisæo prælegit.

9. Motitavit se sarcophagus] Tale quid, superioribus seculis, in Germania quoq; nostra accidit, circa feretrum Judæi cujusdam mortui, si Autorem Schalsch. Hakkab. p. 60. b. auscultamus. Etsi vero vix assensum nostrum impetrabit, est tamen digna fabula, quæ audiatur: לרבי יחיאל היה לו חכם וחבר ואוהבים מאד יחד ונשבעו יחד שהראשון מהם שימות יבא בחלום לחבירו ויגיד לו דרכי הנפש אחר המיתה ויהי היום נפטר חבירו של רבי יחיאל ובהיותו בבתי חיים קודם הקבורה עמד רבי יחיאל ויאמר אל הקהל דעו רבותי כי כן וכן נשבענו יחד אני וחברי המוטל לפני מרת ולכן אני מזכיר לו בפניכם שישלים נדרו ואז ראו שארון * חברו המוטל בו נזדעזע מעט ויפתחו הארון ויראו עפעפיו מתנודדים ונא שהוה כמו שוחק ויאמרו כי היה זה סימן כאילו יאמר לו שלא היה יכול להגיד מאומה וזה החבר מרת באשכנז שנת כ״ד לאלף הששי וגם ר׳ יחיאל מת בשנה ההיא; id est: *R. Jechiel, Socium habuit, virum doctissimum, fuitq; summa inter utrosq; necessitudo. Et vero, jurejurando se mutuo obstrinxerunt, quod uter illorum prior moriturus esset, is superstitem in insomnio adiret, eiq; Animarum defunctarum statum renunciaret: primus autem mortem obiit, ille Jechielis Socius. Perlato in locum sepulturarum cadavere, antequam terræ mandaretur, surrexit Jechiel, & ad universum cœtum,* Scitote, *inquit*, Præceptores optimi, in hæc, & hæc, me, illumque, qui mortuus coram jacet, Socium, jurejurando fidem invicem obligasse, proinde vos ejus rei testes voco, ut promissa mihi servet. *Tum viderunt, motitare se nonnihil feretrum, in quod Socius ille fuerat repositus. Eo aperto, deprehensæ sunt palpebræ ejus nictantes, vel ceu aliis placet, visus est ridere. Atq; credebatur hoc signo indicare velle, non licere sibi quicquam dicere. Decessit iste Socius in Germania, anno supra sextum millenarium, quarto & vigesimo, eodemq; illo, etiam R. Jechiel diem clausit supremum.*

* Fortasse inserendũ אשר

 10. Iste

10. Iste implevit quod in ista exaratum] Sic in Bava Kama fol. 17. a. soliciti Rabbini, quodnam fuerit illud honoris genus, quo Hiskias post obitum 2 Chron. XXXIII. v. ult. affectus legitur, inter alia tradunt : שהניחו ספר תורה על מטתו ואמרו קיים זה מה שכתוב בזה id est : *Impositum fuisse ejus Sandapilæ librum Legis, proclamatumq; Hic implevit, quod in isto scriptum.* Atque, hinc ortam credo consuetudinem, quæ hodienum obtinet inter Judæos, ut Libri Legis, aliquando cum viris, quos ipsi pios reputant, etiam humo mandentur. Maimonides Hil, Seph. Tora c. X. §. 3. ספר תורה שבלה או שנפסל נותנין אותו בכלי חרש וקוברין אותו אצל תלמידי חכמים וזו היא גניזתו מטפחות ספרים שבלו עושין אותן תכריכין למת מצוה וזו היא גניזתן; Hunc locum, cum adduxisset quoque Amplissimus Voisinius in Observat. ad Procem. Pug. Fidei, sic eum vertit : *Liber Legis attritus, aut prophanus, reponi solet, in vase testaceo, & sepelitur prope Discipulos Sapientum : & hic est modus ipsum recondendi. E linteis autem attritis, quibus libri Legis tegi solebant, fiunt involucra cadaveris inventi. Sic ea recondi mos est.* Sed hic fortasse, pro, *Involucra cadaveris inventi*; satius fuerit substituere : *Involucra cadaveris pauperis* : qua tamen admonitione, nihil existimationi tanti Viri, volumus detractum. Non igitur valde mirum, si in effossione Sepulchrorum Judaicorum, libri quandoque reperiuntur, prout contigit Majorum ætate Hispali, rem narrante, in Antiquitatibus ejus Urbis, Roderico Caro l. 1. c. 11. his omnino verbis. *Despues de expelidos los Judios el año de 1482. se llamò esta parte de Ciudad la villa nueua; la Porta de la Carne se llamò de la Juderia, y de Minjoar, por un Judio rico que alli cerca vivia : y alli fuera en vn campo que está contiguo, que llamavan de Zebreros, donde aora està vna ventilla, y de nueuo se han edificado casas, tenian sus sepulchros muchos dellos de obra curiosa : los quales la gente pobre de Sevilla el anno 1580. que fue necessitado y esteril, hallandose ociosa, dio en demolerlos. Hallaron en los sepulchros cuerpos con estraños trages, joyas de oro y plata, y en algunos se hallaron libros Hebreos; los quales llevaron al Doctor Arias Montano.* Morem imponendi defunctorum Cadaveribus libros sacros, hodierni Græci servant, nam sic in Euchologio, adducente locum optimo nostro Dilherro tom. 1. Disp. p. 449. de curando Sacerdote defuncto, scriptum est : *Induunt illum consuetis vestibus, deinde omni Sacerdotali habitu, faciemq; ejus tegunt velamento, quo Panis & Vinum sanctissima Eucharistia consecranda, teguntur, & Sacrum Evangelium super ipsum imponunt.* Nescio, num omnia ista, cum Cadavere, Sepulchro quoque indantur, nec enim Euchologii copia conceditur. Si tamen id faciunt, haud existimo esse vituperandos, & potuit

occasio-

occasionem præbere, quod Bellatores quique fortissimi quondam cum suis armis terræ mandabantur. *Καὶ τὲς ἀριςέας μετὰ τῶν ὅπλων θάπτεσιν βασιλεῖς*, legimus apud S. Chrysostomum Hom. de S. Barlaamo tom. 1. p. 790. Imo Martyres quoq;, supremis nonnunqnam verbis, feralia quibus torti fuerant instrumenta, secum sepeliri jubebant, exemplum suppeditante, eodem eloquentissimo Patre, in de S. Babyla Homilia. De reliquo, non silendum, quod sicut clarorum virorum feretro, Legis librum Judæi imponere solebant, ita eosdem, Sandapilas nequam hominum, & de quorum salute desperaverant, superjecto lapide, inhonestasse. In Berachot fol. 19. a. & Avoda Sara quoque fol. 11. a. traditur: אלעזר בן חצר פקפק בטהרת ידים וכשמרת שלחו בירת דין והניחו אבן על ארונו ללמר שכל המנודה ומת בנדויו סוקלין את ארונו id est: *Eleasar F. Ch. insuper habuit* (*πατροπαραδόσεις*) *de lotione manuum, cum igitur diem obiisset, misere Archontes, qui Saxum feretro ejus imponerent; volentes docere, cujusq; diris devoti, & ante anathematis solutionem mortui, feretrum, lapidibus obrui.*

11. Nunquid si Moses &c.] Hoc quæritur: Quare Moses solus in perquirendo Josephi cadavere, se occupaverit, & num absq; eo fuisset, reliquos Judæos omnes cepisset oblivio jurisjurandi quod Josepho præstitum erat, de ossibus ejus secum sub exitum ex Ægypto, asportandis?

12. Scriptum quoque &c.] Ergo docet Scriptura, Mose defuncto, utique fuisse Judæos in ferendis Josephi ossibus, officii sui memores.

13. Si Israëlitæ &c.] Mose scilicet e vivis sublato: Et quare ipsi Josephi filii, paternos cineres non portarunt, sed id aliis facere concesserunt?

14. Et fuerunt filiis &c.] Id est: In sua possessione ossa paterna sepeliverunt, quod eadem magna prosequerentur veneratione, nec aliis concedere illa vellent.

15. E Sichem furto ablatus est] Imo vero non in Sichem, sed in Dothan, perfide cum Josepho egisse fratres, legitur diserte Gen. XXXVII, 17. seqq. Quare, ut Talmud cum Scriptura, Raschi conciliet, impudenter contendit, Dothan non fuisse nomen loci, nec aliud τὸν δεῖνα, dicentem ad Josephum, audivisse sese consilium capientes fratres ejus, de proficiscendo Dothanem, indicare voluisse, quam, abjecisse eos affectus fraternos, & ipsius cædem meditari.

16. Qua-

16. Quasi solus effectam reddidisset [Nam in posteriore loco, tam deportatio ossium Josephi ex Ægypto, quam eorundem humatio, Israëlitis tribuitur ; Constat tamen e loco priore, solum Mosen fuisse, qui Josephi λείψανα secum tulerat.

17. Descendisset Judas a fratribus suis] Descensum hoc loco, nisi quid me decipit, de ignominia accipiunt Magistri, immemores quæ supra Num. XXVI. horum Excerptorum, asseruerant. At quærat quis : Quid nobis hic cum Juda, & quare ejus mentio injicitur ? Scilicet, cœpit is liberationem Josephi procurare Gen. XXXVII, 26. sed, quod bene exorsus fuerat non perfecit, ac mox vers. 27. vendendi Josephi autor extitit. Sic quidem locum exponit Raschi ; Sed longe aliter Autor libri Brandspiegel cap. LXX. cujus integer locus, omnino afferendus est : *Ein itliche* מצוה *die man anhebt zu thun , muß* † *verflissen sein zu volbringen , und einer thut ein* מצוה *und ein andrer volent sie , da wirt die* מצוה *geruffen auf den , der sie volent.* Mosche Rabbenu *hat die Bein von* Joseph *mit sich aus* Mizraim *genommen , und hat sie nit begraben in* ארץ ישראל *da hat man angeschrieben die* מצוה *auf* ישראל *daß sie die Bein von* Joseph *haben begraben* * *in* ארץ ישראל Rabbi Schmuel Bar Nachmoni *sagt, welcher die* מצוה *di er hat angehoben nit volent , der begrabt sein Weib und Kinder , as* Jehuda *hat angehoben sein Sohn zu losen beschwengern sein Schnur , und hat zu hintersten , nit woln sein Sohn losen beschwengern , da is ihm sein Weib und zwey Sohn gestorben. In* Massechet Kiddufchin *steht :* המצוה לא נקרא אלא על מי שגמרי *das is deutsch : die* מצוה *wird nit geruffen neiert auf den , der sie vollent.*

† Addendum man.

* Utiq; legendũ est: getragen und begraben.

מח XLIIX.

אמר רב יהודה אמ׳ רב מ׳ מפני מה נקרא יוסף עצמו׳ בחייו מפני שלא מיחה בכבו׳ אביו דהא אמרי ליה עבדך אבינו ולא מיחה ולא אמר להו ולא מידי אמר רב יהודה אמ׳ אמר רב ואי תימא רבי יוסף ברבי חנינא מפני מה מת יו׳

Gen. XLIII, 28.

R. Judas dixit ex ore Raf : Cur de Josepho adhuc vivo adhibetur [1] vox *Ossa ?* Quia non prohibuit honoris paterni (*violationem.*) Dicebant enim illi : *Servus tuus pater noster* : [2] nec id vetavit, aut minimum quid, regessit. (*Hinc*) ait R. Judas nomine Raf, alii tamen [4] R. Josepho F. R. Ch. id attribuunt: Quare Jo-

יוסף קודם אחיו מפני שהנהיג עצמו ברבנות ויוסף הורד מ מצרימה אמר רבי אלעזר אל תקרי הורד אלא הוריד שהוריד אצטגניני פרעה מ מגדולתן ויקנהו פוטיפר סריס פרעה אמר רב שקנאו לעצמו בא גבריאל וסירסו בא גב גבריאל ופרעו מעיקרא כתי' פוטיפר ולבסוף כתיב פוטיפרע	re[f] Josephus primus fratrum fato functus est? [6] Quia ad dignitatem adspirabat. *Joseph* hurad *in Ægyptum.* Ait R. Eliesér non legendum hurad (*id est delatus est*) *sed* horid, (*id est, descendere fecit:*) [7] dejecit enim de gradu, Astrologos Pharaonis. *Emitq; eum Potiphar eunuchus Pharaonis.* Rab autor est, quod illũ [8] in suum usum emerit, quare [9] venit Gabriel illumque castravit, & reversus, eum eviravit. Principio enim vocatur *Potiphar*, deinde vero, *Potiphera.*

ANNOTATA

1. Vox Ossa] Nam vivus adhuc & superstes Josephus, Gen. L. 25. ait: *Deportabitis ossa mea hinc.* Videsis Drusium, apud Walæum ad Luc. c. IX. v. 60. & Cl. Hakipanium ad Lipmannum p. 457.

2. Servus tuus, pater noster] R. Eliesér in Pirke c. 39. vertente Vorstio; *Decies dixerunt filii Jacobi ad Josephum, Servus tuus pater noster. Audivit Jacob sermonem hunc, & siluit; quod silentium simile fuit confessioni: hinc decurtati sunt e vita illius decem anni.* Sed, annon hic, pro, *Audivit Jacob*, scribendum erat, *Audivit Josephus?* Sic omnino existimo; & certa res est. Quia vero textu Hebræo destituor, equidem ignoro, num sola interpretis inconsiderantia, an vero vitium in ipso Hebræo libro, hunc errorem pepererit.

3. Nec id vetavit] ולא מיחה non est in Talmude, sed facit tamen ad sermonis exaggerationem.

4. R. Josepho] Aut fuerit R. Chama, prout in Talmude legitur, nostra nihil id refert. Scio tamen in Berachot c. 7. ubi eadem hæc habentur, Chama, etiam in Excerptis En Israël fol. 35. col. 1. (qui alteri respondens locus est) reperiri.

5. Joſephus primus fratrum &c.] Joſephum primum inter fratres diem obiiſſe ex eo colligunt, quia Ex. I, 6. legitur: *Mortuus eſt Joſephus, omnesq; fratres ejus.* Quot annorum fuerit Joſephus, cum fato fungeretur, habemus ſub calcem Geneſeos. Sed, eo non contenti Judæi, quot quisque reliquorum etiam fratrum annos vixerit, & inſuper, quo die, ſinguli lucis uſuram aſpexerint, neſcio quo monitore, ediſſerunt. Dabimus ſeriem prout ex מדרש תדשא eſt apud Bechai fol. 62. col. 4. ראובן נולד בי״ד בכסלו ומת בן קכ״ה שנים שמעון נולד בכ״א בטבת ומת בן ק״כ שנים לוי נולד בי״ו בניסן ומת בן קל״ז שנים יהודה נולד בט״ו בסיון ומת בן קי״ט שנים דן נולד ט׳ אלול ומת בן קכ״ה שנים נפתלי נולד ה׳ בתשרי ומת בן קל״ג שנה גד נולד י׳ במרחשון ומת בן קכ״ה שנה אשר נולד כ׳ בשבט ומת בן קכ״ג שנים יששכר נולד י׳ באב ומת בן קכ״ב שנה זבולן נולד ז׳ בתשרי ומת בן קי״ד שנה יוסף נולד א׳ בתמוז ומת בן ק״י שנה בנימן נולד י״א במרחשון ומת בן קט״ שנה באדר ובאייר לא נולדו נשתיירו לאפרים ולמנשה: id eſt: *Ruben Natus Die XIV. Menſis Cisleu, obiit anno ætatis CXXV. Simeon Natus D. XXI. M. Thevet. Ob. An. Æt. CXX. Levi Natus D. XVI. M. Niſan. Ob. An. Æt. CXXXVII. Judas Natus D. XV. M. Sivan. Ob. An. Æt. CXIX. Dan Natus D. IX. M. Elul. Ob. An. Æt. CXXV. Naphtali Natus D. V. M. Tiſri. Ob. An. Æt. CXXXIII. Gad Natus D. X. M. Marchesvan. Ob. An. Æt. CXXV. Aſcher Natus D. XX. M. Schevet. Ob. An. Æt. CXXIII. Iſaſchar Natus D. X. M. Ab. Ob. An. Æt. CXXII. Sebulon Natus D. VII. M. Tisri. Ob. An. Æt. CXIV. Joſephus Natus D. I. M. Tammus. Ob. An. Æt. CX. Benjamin Natus D. XI. M. Marcheſvan. Ob. An. Æt. CIX. In Adar, & Ijar, nemo* (ex filiis Jacobi) *natus eſt, ſed illi menſes relicti Ephraimo & Menaſſæ.* Atque ex his obiter emendandum eſt vitium, quo Schalſch. Hak. p. 10. a. & Jalkut fol. 50. col. 2. laborant. Nam pro eo quod in Bechai legitur באדר ובאייר לא נולדו iſti libri habent באייר ושבט לא נולדו quod tolerari non poteſt, nam Aſcherem in Schevet natum eſſe, æque etiam ipſi agnoſcunt.

6. Quia ad dignitatem adſpirabat] Cl. Hackſpanius in Notis ad Lipman. p. 263. hæc verba vertit: *Quia ſemetipſum fratribus præfecit Ducem.* Puto ad illa Joſephi, futuræ dignitatis nuncia ſomnia, Magiſtros reſpicere, quibus ipſe ſpei plenus capiebatur, & quorum crebra narratione, fratrum aures obtundebat. Sed merito Baal Ir Haggibborim, hic movet ingens dubium: Ait enim, ſi maxime concedatur, Joſephum ad dignitatem adſpiraſſe, inque eo peccaſſe, nihilo minus fratrum in eo vendendo delictum longe majus fuiſſe. Poſſe igitur quem opinari, non æquum eſſe, quod ipſe ante cæteros omnes præmaturam mortem

oppe-

oppetiit. Objectio bona est, sed responsio tam sua, quam aliena ex Bechai, nodum non solvunt, ideo illas negligimus. Videat qui volet ipsum fol. 34. col. 1.

7. Dejecit enim de gradu Astrologos] Quippe ipse somnium Pharaonis interpretatus est, cum omnes Astrologi ignorantiam suam profiterentur.

8. In suum usum] Inhonestum nimirum, & quem nominare non licet, ob Josephi pulchritudinem, qua captus erat.

9. Venit Gabriel illumque castravit] סריס generalis cæteroquin vox est, & præter naturalem gignendi impotentiam, omnem quoque virilitatis ademtæ modum, quacunque ratione factum, complectitur. Moses Kozensis in Smag fol. 134. col. 3. הבן שחתכו או מעכו או נתקו אבריו או ביציו כמו שהגוים עושין הוא הנקרא סריס אדם: id est: *Puer cui abscissa, compressa, vel avulsa, genitalia aut testes, prout οἱ ἔξω facere solent, is dicitur* סריס אדם (quod est proprie, Matth. XIX, 12. εὐνουχισθεὶς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων,) At in Gemara nostra, סריס de certa aliqua τῶ εὐνουχισμῶ specie capiendum, quæ seminare quidem impediebat, sed non arrigere. Sequitur enim בא גבריאל ופרעו quibus amplior eviratio, &, (qua Vetus Interpres Deut. XXIII, 1. usus est phrasi,) ipsa veretri abscissio, indicari videtur. Atque, notanda est hæc Vocis פרע significatio, Cl. Buxtorfio in Lexico Talm. neglecta: Raschi id verbum per סריס יתירה id est: *Augmentum ejus, quæ antecesserat castrationis, exposuit.* Nimirum, ne ullo modo quid indecens in Josephum statuere posset Potiphar, omnis præscindenda erat occasio. Et vero, nunc quoque in Oriente & Africa, fœminarum custodiæ, apponunt Enuchos, non testibus modo privos, sed toto colo, ne quid iis restet, quo delectare queant. Nobilissimus Tevenotius Itinerarii p. 45. *La plus part des Officiers du Grand Seigneur qui logent dans le Serrail sont Eunuques, & presq; tous noirs. On se contentoit autre fois qu'ils fussent chastrez, mais vn des Grands Seigneurs, ayant vn jour en se promenant, apperceu, vn cheual hongre monté sur vne jument, aussi tost qu'il fut retourné chez luy, il fist couper & raser a ces Eunuques ce qui leur restoit; & depuis on a tousjours obserué de les razer a fleur de ventre, ce qui se fait lors qu'ils n'ont que 8 à 10. ans; il est vray qu'il en meurt beaucoup, mais les Bachas des Gouuernemens qui confinent à l'Abesch ou Ethiopie, & autres lieux des noirs, en font tant chastrer, qu'il leur en reste assez, tant pour en faire present des mieux faits au G. S. que pour leur seruice particulier aupres de leurs femmes.* Patet ex his, non fieri istam membri resectionem, sine vitæ periculo, etiam in pueris, ut si quid ejusmodi viris eveniat, tanto magis præsens videatur exitium. Interim tamen

men Illustris Petrus de la Valle Epistolarum tom. 1. part. 2. p. 48. de Persis hunc virilia amputandi morem referens, ita loquitur, quasi post eum admissum, nihil periculi metuendum sit, quodque adeo solis nudisque cineribus, læsæ parti medicina fiat. Cum id fidem propemodum excedat, ipsa Autoris afferimus verba: *Jo stupisco come sia facile in questi paësi, tagliare alle genti, & ad huomini fatti, i membri genitali: anzi, per dir meglio, tutte le masseritie di casa, senza che muoiano. é vn gastigo, che si vsa spesso in certi delitti di peccati di lussuria, come far forza a donne, e cose simili, nel modo a punto che in Egitto, a tempi antichi, scriue Diodoro Siculo, che si tagliauano i genitali, a chi sforzaua donne ingenue: & in fatti non muoiono, e guariscono molto felicemente, medicandosi con sola e semplice cenere.*

מ״ט XLIX.

פיסקא מי לנו גדול ממשה
שלא נתעסק בו אלא הקדוש
ברוך הוא שנאמר ויקבר אותו
בגיא מול בית פעור וגומר:
ע״כ: ״ ויאמר אלי רב לך אמר
רבי לוי ברב בישר ברב בגס
בשרוהו בר ביש דכתי רב
לכם בני לוי ברב בשרוהו:
רב לך: דבר אחר רב לך רב
יש לך ומנו יהושע: דבר אחר
רב לך שלא יאמרו הרב כמה
קשה והתלמיד כמה סרבן
וכל כך למה תנא דבי רבי
ישמעאל לפום גמל שחנא
ויאמר אליהם בן מאה ועשרים
שנה אנכי היום שאין תלמו

COmmentatio. *Quis Mose felicior, quem defunctum haud alius quam ipse Deus condidit?* S. E. (Deut. XXXIV, 6.) *Et sepelivit eum in valle e regione Bet-pehor &c.* Hactenus (*verba Mischna.*) *Et dixit Dominus mihi, satis esto tibi.* Ait R. Levi. Verbo *Rav*, alios increpuit: [1] quare eodem, grave quid audire coactus est. Prius constat ex illo, (Num. XVI, 7.) *Satis esto vobis filii Levi.* Posterius ex loco allato: *Satis est tibi.* Aliter hæc exponi possunt: *Rav. lach:* (*id est*:) [2] habes Magistrum. (*Quæres,*) quis sit? Josua. Rursus aliter: Sufficiat tibi: ne dicant alii, Magister quam immitis, & Discipulus quam contumax est! Sed quare tanta (*Dei fuit severitas*?) Scilicet, Schola R. Ismaëlis frequentabat: [3] Pro Camelo, sarcina.

לומר היום ומה תלמוד לומר
היום היום מלאו ימי ושנותי
ללמדך שהקדוש ברוך הוא
משלים שנותיהם של צדיקים
מיום ליום ומחדש לחדש
שנאמר את מספר ימיך אמלא
לא אוכל עוד לצאת ולבוא
מאי לצאת ולבוא אילים לצא
ולבוא ממש והכתיב ומשה
בן מאה ועשרים שנה במותו
לא כהתה עינו ולא נס לחה
וכתיב ויעל משה מערבות
מואב אל הר נבו: ותניא
שתים עשרה מעלות היו שם
ופסען משה בפסיעה אחת
אמר רבי שמואל בר נחמני
אמר רבי יונתן לצאת ולבוא
בדברי תור מלמד שנסתמו
ממנו מעינות חכמה: וילך משה
ויהושע ויתיצבו באהל מועד
תנא אותה שבת שבת של
דיוזני היתה ניטלה רשות מזה
וניתנה לזה:

cina. *Dixit eis natus sum hodie centum viginti annos.* Non opus erat ut Scriptura adderet, *Hodie*: quare autem illud *Hodie*, signate exprimit? (*Nimirum hoc ait*:) Hodie impleti sunt dies mei, & anni mei. Ut edocearis Deum B. annos justorum adimplere, ad unum, omnium dierum mensiumque, habita ratione. Q. S. E. (Exod. XXIII, 26.) *Numerum dierum tuorum complebo.* Non possum amplius procedere & venire. Quid significat, *Procedere & venire*? An dicendum, nude de eundo redeundoque hæc capienda? Atqui S. E. (Deut. XXXIV, 7.) *Et erat Moses natus centum viginti annos, cum moreretur: non caligaverat oculus ejus, neq; fugerat viriditas ejus.* Insuper scriptum. (ibid. v. 1.) *Postea ascendit Moses e campestribus Moabitarum in montem Nebo.* Atque traditio habet, ⁎ duodecim ibi gradus fuisse, ⁎ omnesque Mosen uno passu emensum esse. Ergo R. Samuel Nachmanides, autore R. Jonathan exponit, de eundo & redeundo in verbis Legis: ut innuatur, obstructos illi fuisse ⁎ fontes Sapientiæ. *Quapropter iens Moses & Josua, stiterunt se ad tentorium conventus.* Traditio: ⁎ Illud Sabbathum, sabbathum paris gemelli fuit, isti ablata potestas, & huic concessa est.

Deut. XXXI, 2.

 ANNO-

ANNOTATA.

1. Quare eodem grave quid audire &c.] Nam ἴσα ἴσοις Deus rependit, præcipue vero, ut habet Vetus dictum, ex Schekalim Jeruſchalmi, in En Iſraël fol. 178. col. 3. מדקדק עם הצדיקים כחוט השערה id eſt: *Cum juſtis, ad pilum unum*, τὸ ἀκριβοδίκαιον obſervat.

2. Habes Magiſtrum &c.] Id eſt: Adeſt tempus ut Joſua fungatur cœlitus ei deſtinato Imperio, ואין מלכות נוגעת בחברתה ואפילו כמלא נימא: id eſt: *Atqui, duæ Poteſtates* (fatales,) *ne quidem ad momentum coincidunt*. Vide Targum Pſalmi CX. v. 1.

3. Pro Camelo ſarcina] Id eſt: *Quanto quisq; eſt juſtior, tanto ſeveriorem ſe illi Deus oſtendit judicem*. Adde omnino Druſii Adagia Hebraica Cent. 5. adag. 1.

4. Duodecim ibi gradus fuiſſe] Propter præcipitem pronamque declivitatem, fuiſſe montibus inciſos gradus, ut conſcendi poſſent, annotat Fullerus l. 4. Miſcell. c. 17. Damus præter Strabonem, ipſi laudatum, etiam alterum teſtem, Epiphanium Monachum, in Deſcriptione Syriæ, quam ex Vaticana Bibliotheca eruit, ediditque Frid. Morellus. Sic ibi p. 9. Μέσον τῆς ἁγίας πόλεως ἐστὶν ὁ ἅγιος τάφος τοῦ κυρίου, καὶ πλησίον τοῦ τάφου ἐστὶν ὁ τόπος τοῦ κρανίου, ἔνθα ἐσταυρώθη ὁ χριστὸς ἔχων τὸ ὕψος βαθμοὺς, ἤτοι σκαλία, λϛ. *In medio Civitatis ſanctæ, Sepulchrum ſanctum Domini eſt, & prope Sepulchrum, locus eſt Calvariæ, eo loci cruci affixus eſt Chriſtus, cujus collis altitudo eſt graduum ſive ſcalarum triginta ſex*. Et iterum p. 13. Πλησίον τοῦ μοναστηρίου ἡ σκάλα τοῦ Σινᾶ ὄρους, ἔχουσα βασμίδια ἑπτά· *Propius ad Monaſterium accedenti, ſpectatur ſcala montis Sinai, quæ gradus ſeptem habet*.

5. Omnesque Moſen uno paſſu emenſum eſſe] Eſto, verum fuerit, quod in Berachot fol. 54. b. & Excerptis Gemaræ Schabbat, in En Iſraël fol. 69. col. 3. (in ipſa enim Gemara Amſtelod. id fruſtra quæſiveris) legitur: משה רבינו עשר אמות היתה קומתו id eſt: *Moſes Legiſlator ſ. m. decem cubitos altus erat*: Vix tamen fieri potuit, ut uno greſſu omnes montis Nebo gradus emetiretur. Ergo, merito hunc locum, inter Talmudis τὰ ὑπερβολιμαῖα ῥήματα retulit Autor libri כפתור ופרח ejusdemq; abſurditatem interpretatione aliqua ſalvare niſus eſt, quam apud eum p. 99. b. Lector deprehendet. Quia ineptiæ, ineptiis teguntur, ne perpluat, hæc noſtra facere noluimus.

6. Fon-

6. Fontes Sapientiæ] In Talmude eſt שערי *Fores.* Cum utrumque horum conveniat, utrum aptius ſit, ineptus forem, ſi anquirerem.

7. Illud Sabbathum, Sabbathum &c.] Geminant vocem שבת Editiones En Jacob, quam ſemel tantum Talmud exprimit. Priorem tamen lectionem, ſequutus eſt quoque Baal Aruch fol. 43. col. 1. Cæterum, locus præſens, paulo eſt obſcurior. Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 528. eum allegans, male Schabbat pro Sota citavit, vertit vero: *Illa requies duorum parium fuit.* At vero, hæc Explicatio, non lucem verbis, ſed caliginem affundit, atque ſi cum ea, mox ſequentia quis combinare vellet, fruſtra laborem ſuſciperet. Adde, quod illud de duobus paribus, quorum ſi ſeorſim ſumantur membra, utique quatuor efficerent, minime poteſt admitti, de ſolis enim Moſe & Joſua ſermo eſt, nec tam quid vocis etymon ſignificet, quam quid orationis contextus ferat, reſpicere oportet. Nos, cum aliquando pereruditum Rabbinum, quid שבת של דיזוגי aut, ceu diviſim in Talmude ſcribitur, שבת של דיו זוגי ſignificet, conſuleremus, reſpondit is, ſic vocari Sabbathum in quo gemina habetur Concio. Quia enim rarum eſt, & extra ordinem, ut Rabbini duo, eadem die, alter matutinis horis, veſpertinis alter, ad Populum verba faciant, ideo proprium nomen inventum eſſe, ad illa Sabbatha denotanda. Cum melius nihil reperire poſſem, hanc explicationem ſequutus ſum, præcipue, quod veriſimile ſit, nec aliud voluiſſe R. Salomonem, ſic ad verbum דיזוגי annotantem: שני זוגות חברים היו בה תחלת היום למשה וסופו ליהושע id eſt: *Sociorum geminum par, ea die poteſtatem adminiſtravit: Scilicet Moſes, in ejus principio, & Joſua, in ejusdem fine.*

ב

תניא אמר ר׳ יהודה אף
אלמלא מקרא כתוב אי
אפשר לאומרו היכן משה מת
בחלקו של ראובן דכתיב
ויעל משה מערבות מואב אל
הר נבו ונבו בחלקו של ראו
ראובן קיימא דכתיב ובני

L.

TRaditio: R. Juda dixit: [1] Niſi (*mox*) ſequentia ipſa Scriptura prodidiſſet, nemini tale quid proferre fas foret. Ubi Moſes mortuus eſt? In hereditate (*tribus*) Ruben. Q. S. E. (Deut. XXXIV, 1.) *Poſtea aſcendit Moſes è campeſtribus Moabitarum in montem Nebo.* Nebo autem, in hereditate (*tribus*) Ruben ſitus erat. Q. S. E.

ראובן בנו את חשבן וא
ואת אלעלא ואת
קריתים ואת נבו ואת בעל
מעון נבו ששם מתו שלשה
נביאים משה אהרן ומרים
והיכן משה קבור בחלקו של
גד דכתיב וירא ראשית לו
כי שם חלקת מחוקק ספון
מחלקו של ראובן עד חלקו
של גד כמה הוי ארבעה
מילין אותן ארבעה מילין מי
הוליכו מלמד שהיה משה
מת מוטל בכנפי שכינה
ומלאכי השרת אומרים צדקת
ה עשה ומשפטיו עם ישראל
והקדוש ברוך הוא מאי אמר
רב אמר מי יקום לי עם
מרעים מי יתיצב לי עם
פועלי און ושמואל אמר מי
כהחכם ומי יודע פשר דבר
ור' יוחנן אמר והחכמה מאין
תמצא ואיזה מקום בינה:
ורב נחמן בר יצחק אמר
וימת משה עבד יי' סמלין

Q. S. E. (Num. XXXII, 37.) *Filii vero Ruben ædificaverunt Chesbon & Eleale, & Cariathaim, & Nebo, & Baalmeon.* Nebo dictus, quia ibi tres Prophetæ mortui; Moses, Aaron, & Mirjam. Ubi vero sepultus est Moses? In parte tribus Gad. Q. S. E. (Deut. XXXIII, 21.) *Qui prospexit de principiis ei, quia ibi in portione Legislatoris protectus est.* Quantum intervallum est inter hereditatem Rubenis, & hereditatem Gad? Quatuor milliarium. Per istud autem quatuor milliarum spatium, quis eum portavit? Nimirum docetur, quod Mosis exanime (*corpus,*) impositum fuerit laciniis vestium divinæ majestatis. [1] Ministrantes Angeli accinebant, (ex loco allegato.) *Justitiam Domini fecit, & judicia ejus cum Israële.* Quid vero Deus B. dixit? Raf existimat, dixisse; (ex Ps. XCIV, 16.) *Quis (nunc porro) surget mihi ob maleficos? quis seipsum sistet mihi pro iis qui operam dant iniquitati?* Samuel vero, (ex Prov. VII. v. ult.) *Quis est par illi Sapienti? & quis porro notam habebit interpretationem rei?* At R. Jochanan: (illa Job. XXVIII, 12.) *Et Sapientia unde nunc invenietur? & ubinam est locus*

וימת שם משה׳ ספרא רבא דישראל: *cus intelligentia ?* Denique R. Nachman F.S. (ex Deut. XXXIV, 5.) *Et mortuus est ibi Moses servus Domini*, Novissime Semaljon: Et mortuus est ibi Moses, [1] Scriba magnus Israëlis.

ANNOTATA.

1. Nisi mox sequentia &c.] Quando Theologi nostri dicerent, aliquid *κατ᾽ ἀνθρωποπάθειαν*, aut *κ(ατὰ) τὴν συγκατάβασιν διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡμετέρας διανοίας*, de Deo, a Scriptura enunciatum esse, Talmudistæ hac præsenti, (quam non damnarem, modo non augerentur deinde imperfectiones, sed fieret *θεοπρεπῶς* explicatio) utuntur formula. Eam vero nonnunquam, ceu & hoc loco fit, excipere solet מלמר frequentius כביכול est tamen etiam, ubi neutrum adhibetur. Cum מלמר habes aliud exemplum in Rosch Haschana fol. 17. b. At כביכול additum reperitur in Megilla fol. 21. a. Bava Batra fol. 10. a. Erubin fol. 22. a. Utrumque conjungitur in En Israël fol. 28. col. 1. quem locum afferam, etsi non me latet Talmud Amstel. in Berachot fol. 32. a. unde excerptus est, כביכול haud agnoscere: ועתה הניחה לי אר״ אלעזר אלמלא מקרא כתוב א״א לאומרו מלמר שתפשו משה להקב״ה כביכול כאדם שתופש את חבירו בבגדו אמר לידה איני מניחך עד שתחמול ותסלח לעונותיהן של ישראל: id est: (Ait Deus Mosi, Ex. XXXII, 10.:) Nunc vero dimitte me. *Monet R. Eleasar, nisi verba hæc scripta essent, nemini* (de Deo,) *tale quid licuisse proferre. Indicatur enim, Mosen, Deum, si ita loqui fas est, prehendisse, plane uti homo Socium veste tenet, dixisseq; illi: Non te dimitto, nisi condones, & ignoscas Israëlitis peccata ipsorum.* Exemplum, ubi *τὸν προφασιστικὸν λόγον* nec מלמר nec כביכול excipit, suppeditat Chullin fol. 91. b. והנה יי׳ נצב עליו אר״ש בן לקיש אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאומרו כאדם שמניף על בנו: id est: (Ait Scriptura, Gen. XXVIII. 13. de Jacobo dormiente) Et ecce Dominus stetit super eo. *Testatur R. Simeon F. L. nisi hæc scripta essent, nefas fuisse eadem efferre.* (Numen enim nobis hic sistitur,) *uti quidam pater familias, qui filio ventulum facit* (flabello, ne æstus ei molestus sit, ac illius quietem obturbet.) Cæterum isti, de qua hactenus egimus, duriorem sermonem emolliendi, formulæ, aliam oppositam deprehendas in Joma fol. 67. b. dicunt enim: דברי׳ שאלמלא לא נכתבו דין הוא שיכתבו id est: *Hæc verba si a Scriptura expressa non fuissent, æquum erat ut exprimerentur.* Quem loquendi modum

 exponit

exponit Maimonides, apud Doctissimum Pocockium, in Porta p. 223. Denique, pertinet huc quoque, illa ratio loquendi: אלמלא תרגומא דהאי קרא לא הוה ידענא מאי קאמר: id est: *Absq; Chaldaica Paraphrasi esset, hunc locum neutiquam intelligerem.* Adhibetur ea in Megilla fol. 28. b. & Jalkut part. 2. fol. 86. col. 4.

2. Ministrantes Angeli &c.] Nimirum, Angeli, Præficarum munere functi sunt, Deus Panegyristæ. Simile quid iis, quæ hic de Mose narrantur, accidit etiam, cum Abrahamus fato functus esset, etsi tantum inter mortales. Bava Batra fol. 91. a. אותו היום שנפטר אברהם אבינו מן העולם עמדו כל גדולי הדור ואמרו אוי לו לעולם שאבד מנהיגו ואוי לה לספינה שאבד קברניטה: id est: *Eo die quo contigit Abrahamum Patriarcham* ἀπολύεσθαι ἐκ τοῦ κόσμου, *surrexere omnes Orbis Magnates, & dixerunt: Væ Seculo* (nostro,) *quod perdidit Ducem suum! Væ Navi, quæ privata est Gubernatoris sui!*

3. Scriba magnus Israëlis] Hoc peculiare est, & proprium Mosis cognomen, ut *Scriba Magnus*, vocetur, inditum illi, quia Dei legem universam, scriptis consignavit. Vide Targum Schir Haschirim in principio. Quanto Moses reliquis Prophetis major, digniorque fuerit, prolixe docetur in More Nevuch. part. 2. c. 35. & Libro שני לוחות הברית fol. 29. a.

נא — LI.

תניא רבי אליעזר הגדול אומר שנים עשר מיל על שנים עשר מיל כנגד מחנה ישראל היה בת קול משמיע ואומר וימת משה ספרא רבא דישראל ויש אומרים לא מת משה כתיב הכא וימת שם משה וכתי' התם ויהי שם עם י"י ארבעים יום וארבעים לילה מה להלן עומד ומשמש

Traditio: R. Eliefer Senior, dixit: [1] Per duodecim milliaria, quaquaversus, secundum (*spatium nimirum, quod occupabant*) castra Isrëlitarum, oraculum insonuit, dixitque: *Et mortuus est Moses Scriba magnus Israëlis.* [2] Sunt qui dicant Mosen non mortuum: nam h. l. (puta Deut. XXXIV, 5.) S. E. *Et mortuus est ibi Moses.* Alibi vero: (Ex. XXXIV, 28.) *Itaq; fuit ibi cum Domino, quadraginta dies, & quadraginta noctes.* Quare, sicut hic stetit,

אף כאן עומד ומשמש ויקבור
אותו בגיא באר מואב מול
בית פעור אמר רבי ברכיה
סימן בתוך סימן ואפי׳ הכי
ולא ידע איש את קבורתו:
וכבר שלחה מלכות הרשעה
אצל גסטרא של בית פעור
הראוני היכן משה קבור אם
עמדו למעלה נדמה להם
למטה למטה נדמה להם
למעלה נחלקו לשתי כתות
אותן העומדים למעלה נדמה
להם למטה אותן העומדין
למטה נדמה להם למעלה
לקיים מה שנאמר ולא ידע
איש את קבורתו עד היום
הזה אמר רבי חמא ברבי
חנינא אף משה רבינו אינו
יודע היכן קבור כתיב הכא
ולא ידע איש את קבורתו
וכתיב התם וזאת הברכה
אשר ברך משה איש האלהים
ואמר רבי חמא ברבי חנינא
מפני מה נקבר משה רבינו
מול בית פעור כדי לכפר על מעשה פעור:

tit, & miniſtravit; ita & ibi ſimile miniſterium videtur indicari. *Et ſepelivit eum in valle in terra Moabitarum, e regione Beth-peor.* Ait R. Berachia [3] ſignum ſigno ſuperadditur. Atque etſi hæc ita ſunt, nihilominus nemo homo ejus ſepulchrum noſſe potuit. Miſit aliquando Regnum [4] Impium, ad Eparchum Beth-peor, (*præcipiens*:) Oſtendite mihi, ubi ſitus eſt Moſes. (*Illi, obſequi volentes, cum ſepulchrum perveſtigarent*,) inque locis excelſis conſtituerentur, apparuit iis, quaſi in imis eſſet: Ima (*petentibus*,) in edito eſſe videbatur. In duo igitur agmina diviſi ſunt. Hîc vero, illis, qui excelſa petierant, in imis, qui ima, in excelſis id eſſe reputabant. Nempe ut conſtaret veritas dicto: *Non novit Vir ſepulchrum ejus, usq; in diem hunc.* Ait R. Chama, F. R. Ch. Etiā ipſe Moſes, magiſter noſter, ignorat ubi ſit ſepultus. Hîc enim loci dicitur: *Non novit Vir ſepulchrum ejus.* Alibi autem: *Et hæc benedictio eſt qua benedixit Moſes Vir Dei.* Idem quærit: Quare Moſes Magiſter noſter ſepultus eſt, e regione Beth-peor (*Reſpondetq;*) Ut expiaret ſcelus Peor.

Deut. XXXIV. 6.

Deut. XXX, 6.

V. I.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Per duodecim milliaria &c.] De receptiſſima Judæorum Traditione, qua Caſtra Majorum, in deſerto, quadraturam duodecim milliarium confeciſſe perhibent, conſulendus Cl. Lightfootus, Cent. Chorogr. c. XLVIII Addi, ab illo obſervatis poteſt, pro XII. Milliaribus, *tres Parſaot* (Iſtud verbum, quidam *Paraſangas*, alii *Leucas* vertunt, forſitan tamen nec hoc, nec illud vocabulum, juſtæ quantitati τῶν Parſaot ſatis reſpondet,) quandoque ſubſtitui. Berachot fol. 54. b. מחנה ישראל כמה הוי תלתא פרסי id eſt: *Quantum occupabant Caſtra Iſraëlitarum? Tres Parſaot.* Sed, res eodem recidit, nam Milliaria quatuor, unam conſtituunt Parſam. Schilte Haggibborim fol. 93. col. 2. ירושלם היתה רחוקה מיריחו עשר פרסאות שהם ארבעי׳ מילין: id eſt: *Hieroſolyma diſtabant à Jerichunte Parsaoth decem, quæ efficiunt milliaria XL.* Imo clariſſime Elias in Tisbi p. 74. a. ex aliis antiquioribus. דרך יום הוא עשרה פרסאות וכל פרסה היא ארבעה מילין: id eſt: *Iter diurnum,* (hominis mediocris,) *ſunt Parſaot decem, quævis autem Parſa, efficit milliaria quatuor.* Atque hujus quidem, quod obiter notamus, loci, oblitus eſt Præſtantiſſimus, Empereur, ſcribit enim in Præfat. Itinerarii Benjaminis: *Spatii (itineris diurni) dimenſionem, expreſſam apud Veteres, me legiſſe non memini.* Romanum Prætorem, Vicena millia paſſuum, in ſingulos dies dinumerari juſſiſſe, notum eſt ex l. 1. D. Si quis caut. in jud. aliisque multis, quas conferre cum ea jubent Interpretes. S. Chryſoſtomus noſter Hom. 11. ad Pop. Antioch. Ἵππος κἂν πάντων ὀξύτατος καὶ ἀλκιμώτατος ᾖ, μόλις διακοσίους δραμεῖται τῆς ἡμέρας σταδίους. Ἄνθρωπος δὲ ὑποζεύξας ἵππους, ἐκ διαδοχῆς πολλοὺς, καὶ δισχιλίους δυνήσεται σταδίους διανύσαι. *Equus nempe, quamvis omnium velociſſimus & fortiſſimus ſit, vix ducenta ſtadia, uno die curret: Homo autem, multos ex ſucceſſione equos conſcendens, & duo ſtadiorum millia expedire poterit.*

2. Sunt qui dicant Moſen non mortuum] Ajunt idem viſum quoque fuiſſe Hilario, Ambroſio, Hieronymo, Gregorio Nyſſeno, & e Recentioribus, Ambroſio Catharino Senenſi, Compſæ Archiepiſcopo, itemque Johanni Arboreo, quorum verba paſſim a Theologis citata reperiuntur. Ex his tamen aliqui, veteres Patres excuſant etiam, prorſus uti in hoc ipſo negotio, idem officium Magiſtris ſuis præſtat Maimonides, in Præfat. Seder Seraim, apud Pocockium in Porta p. 10.

3. Signum ſigno ſuperadditur] Id eſt: Plurima indicia ſuppeditat Scriptura loci, in quo ſepultus eſt Moſes. Ait enim, conditum

tum esse illum in Provincia Moabitarum, in quadam Valle, & quidem, e regione Bet-Peor. Cæterum, Mosis Sepulchrum, cum aliis quibusdam rebus, a Deo pridie Sabbathi creatum esse, in Pesachim fol. 54. a. traditur.

4. Regnum Impium] Sic solent Judæi, quoties dicere audent, quod sentiunt, Romanum Imperium circumscribere, victi scilicet indignatione, ob cladem, quam Gens illorum a Romanis passa est, & ob excidium, quod Urbi suæ, ac Reipub. intulerunt. At, quia secundum locorum, quæ incolunt, conditionem, male sibi sæpe metuunt, ne ea verba perniciem aliquam afferant, ideo comprimunt se, nec illud de impietate adjicere sustinent: ut proinde magna in Codicibus, lectionum hic se offerat varietas. Dabimus exemplum. In Gemara Berachot fol. 61. b. edit. Amstel. scribitur: פעם אחת גזרה מלכות הרשעה שלא יעסקו ישראל בתורה atque sic locum citat quoque Raymundus Martini in Pugione p. 263. n. 24. In Maamedot, minori forma excusis, legitur etiam מלכות יון הרשעה Enim vero in En Israël fol. 40. col. 4. pro eo reperias: מעשה וגזרו מלכות שמד על ישראל שלא יעסקו בתורה quod imitatur Versio Germanica τῶν Maamedot, ubi similiter προσθήκης ἄνευ reddiderunt: *Einmal hat geboten das* מלכות *daß nit sie soln geschefften* Israël *in der* Tora. Nequaquam vero credendum est, hanc unicam tantum Imperii Romani Judæos habere periphrasin, occurunt & aliæ in Talmude. Scilicet, modo id vocant מלכות ארום En Israël fol. 75. col. 1. etsi nunc, ratione superioribus contraria, in Schabbat fol. 130. a. unde locus excerptus est, nude tantum legitur המלכות Modo adhibent מלכות חייבת uti in Pesachim fol. 54. b. Vocant quoque Romanos מחריבי בית שני Unde in En Israël fol. 100. col. 1. עתידה מחריבי בית שני שתפול ביד פרס id est: *Futurum est, ut eversores Templi secundi, subjugentur a Persis.* Rursus vero notandum, sic legi tantum in Libris Pragæ, & Veronæ excusis, nam in Cracoviensibus post עתידה paululum relictum est spatii, cui in exemplari quod mihi obtigit, Judæi manus inseruit רומי uti quoque excusum est in Talmudis Amstel. Joma fol. 10. a. Conferri cum his possunt quæ habet Cl. Buxtorfius Syn. jud. c. 5. p. 161. & 163.

5. Ostendite mihi &c.] Ineptus est, & se turpiter dat Autor libri כפתר ופרח quando p. 100. a. per Allegoriam, omnem hanc historiam explicandam esse, persuadere satagit. Piget nos affaniarum, quamobrem eas missas facimus.

6. Non novit vir sepulchrum ejus] Miram rem, & fere incredibilem, tanquam quæ ante paucos annos, circa Mosis Sepulchrum acciderit, narrat nobis Georgius Hornius in Hist. Eccles. & Polit. p. 364.

Atque, ne suspensos diu teneam, moræ impatientes Lectores, quibus is liber illico ad manum non est, historiam, etsi prolixam recitare non gravabor, idque propriis illius Autoris verbis, veritus cæteroquin, ne quid plus minusve dicam, si meo sermone, rem repetere, instituerem. Ergo, *Anno* cIↄ Iↄ CLV. *Mense Octobri*, inquit, *Maronitæ, quidam Pastores capras in montibus Nebo & Abarim pascebant, cumq; frequentes observarent, quasdam capras duobus tribusq; diebus longius a grege exspatiari, & abesse, reduces vero pilis admodum suaviter odoris esse, visum scrutari rem tam miram. Ergo, ducibus capris, ad præcipitia immanis profunditatis pervenerunt, intra quæ vallem, brevi circuitu, sed amœnissimam, invenerunt, in quam difficillimus, per rupes, terræ motu, ut videbatur, hinc inde convulsas, descensus dabatur. Ibi reperta cavea suavissimi odoris, & in ejus medio, Sepulchrum ex vivo saxo, literis quibusdam inscriptum. Ipsi Pastores, cum stupore egressi, late odorem de se, sordidisq; cætera vestimentis spargebant, & rei novitate commoti, Patriarchæ Maronitarum in monte Libano, & Monasterio S. Mariæ, quod Kanobeen Kadischa Mirjam vocant, habitanti, nomine Mataxat, cuncta quæ viderant, quæ repererant, nunciarunt. Fidem faciebat odor inusitatæ suavitatis. Ergo missis eo duobus Sacerdotibus, quos inter Aben-Useph doctrina ac prudentia excellens, Monumentum repererunt, cui literis Hebræis inscriptum:* MOSES SERVUS DOMINI. *Exhilaratus tanti, ut videbatur, miraculi magnitudine Patriarcha, Bassam Damasci Morat precibus solicitat; ut sibi custodia reperti sepulcri committeretur. Sed Græci, & Armenii, & Franciscani, ac deniq; Judæi, se iis opponere, ac ipsi inter se discordes, pecunia & largitionibus in Aula apud Muftim & Visirium, certabant de Sepulchro, ut putabant, Mosis reperto. Præcipue Judæi contendebant, Sepulchrum Mosis ad se spectare, & nihil gloriosius inter Titulos Imper. Turcici fore, quam quod sit Dominus trium Sepulcrorum, Muhammedis, Meccæ; Jesu Christi, Hierosolymis; & Mosis, in monte Nebo. Sed Jesuitæ, cunctorum conatus suis artibus eluserunt, ac magnis muneribus impetrarunt, ut Sepulchrum & ipse aditus occluderetur, ac ne cuiquam sub pœna mortis, ad illud accedere liceret. Ita Morat Bassa, missis Sangiako Jerosolymæ & Saphettæ, montes obstrui, ac Sepulchrum claudi jussit. Ipsi vero Jesuitæ, inita cum Drusis conspiratione, corpus Mosis clam auferre ex Sepulchro, & in Europam deportare nitebantur, magnam inde ordini suo sanctitatem, & immensas opes, haud vane, promittentes. Jamq; Sepulchrum ipsum multo labore aperuerant, cum vacuum illud, & sine ullo corpore aut reliquiis inveniunt, & dum inter se attoniti mussant, dum vel totum Sepulchrum, vel quia id fieri non poterat ob molem, partes ejus auferre secum deliberant, res interea prodita Sangiakis Hierosolymæ & Saphettæ, qui cito missis sub Jafer Aga equitibus, in ipso conatu Jesuitas male mulctatos*

oppres-

oppreſſerunt, & ipſum Sepulcrum ingentibus ſaxis, ut impoſterum inacceſſum foret, obſtruxerunt. Magna inde in Aula Conſtantinopolitana turba, & inter Eruditos quæſtiones, quid de hoc Sepulcro Moſis ſtatuendum? Sed doctus quidam Judæus, Jecomas Ben Gad, Saphetta habitans, integro libro de hac materia ſcripto, oſtendit, non Moſis Servi Domini, hoc eſſe Sepulcrum, ſed alterius cujusdam Moſis, qui multis poſterior ſeculis fuerit. Atq; ita opinio de reperto Sepulcro Moſis, iterum evanuit. Hæc Hornius: quæ, quo Autore, (neminem enim allegat,) tradita ſint, nimis equidem ſcire diſcupio. Interea loci, ea quæ de Judæo Jecoma dicuntur, ſic accipienda eſſe exiſtimaverim, quod is ſibi oſtendendum ſumſerit, illum, in cujus Monumento MOSES SERVUS DOMINI, ſcriptum erat, non eſſe antiquum Populi Judaici Legislatorem, ſed alium recentiorem, cui id cognominis, ad priſci illius imitationem, honoris cauſa, fuerit inditum. Nam, quo minus novo Moſi alicui, qui reliquos ſuorum, doctrina, & virtute vehementer antecellit, SERVI DOMINI Elogium, tribui quoque queat, nihil ſane impedit. Porro, ſi vera ſunt omnia, quæ de illo Sepulcro nuper reperto, ita narrantur, mihi quidem veriſimile foret, fuiſſe eodem conditum MOSEN MAIMONIDEM, cujus Viri, tanta vivi, mortuique fuit autoritas, ut facile credam ejus Monumentum tali Elogio ἄνευ προσθήκης, & prorſus, quaſi Divinus Legislator, eo conderetur, potuiſſe decorari. Nam ſic quoque de eo moriente, idem omnino ſermo uſurpatur in Schevet Jehuda p. 76. b. שנת קס״ה נתעלה ענן כבוד משה עבד יי׳ במצרים id eſt: *Anno* CLXV. *in altum ſublata eſt Nubes gloriæ*, MOSES SERVUS DOMINI in Ægypto. Sed hic pro קס״ה indubie legendum תתקס״ה DCCCCLXV. quo anno Maimonidem objiſſe conſtat ex Juchaſin p. 124. b. & Schalſch. Hak. p. 44. b. eſtque is annus Epochæ Chriſtianæ MCCV. Neque dimovet me admodum ab hac opinione quod in Schalſchel. Hakkab. loco jam indicato de Maimonide traditũ eſt נכתבו שירות ותושבחות על מצבתו: id eſt: *Inſcripta fuerunt Monumento ejus Carmina & Elogia*: item, nec illud, quod mox ſequitur: בימי הרמב״ן ורד״ק קמו אנשי בליעל לדבר נגד הרמב״ם כנראה בכתבים ההם אשר הסיתו חכמי צרפת נגד ספר המורה המסיתים ההם תקנו המצבה שהיה כתוב עליו מבחר האנושי וכתבו רבי משה מימון מוחרם ומין אמנם אחר כך שבו בתשובה ותקנו המצבה כבראשונה: id eſt: *Ætate R. Moſis Nachmanidis, & R. Davidis Kimchii, ſurrexiſſe quosdam nequam homines, ad infamandum Maimonidem, apparet ex ſcriptis illis, quæ Rabbini Galli, libro More Nevuchim, præpoſtere oppoſuerunt. Atq; iſti* (Nebulones) *immutarunt inſcriptionem monumenti ejus, in qua vocabatur,* SELECTISSIMUS MORTALIUM, *ſubſtitueruntq; pro eo, R.* Mo-

ses MAIMON DIRIS DEVOTUS ET HÆRETICUS : *Pænituit tamen eos deinde facti, pristinumq; elogium monumento reddiderunt.* Ista, inquam, & si quæ extant alia ejusmodi, non compellerent me, ad deserendam coujecturam. Nam, quo quæso indice didicit Baal Schalschelet Hakkabbala, quid in Maimonidis Sepulchro scriptum erat, si nec ipsi, nec aliis posterioribus Judæis, unquam constitit, ubi locorum esset conditus? Certum est, hactenus plerique consentiunt, Maimonidem in Ægypto diem suum objisse, & ex ea regione in Judæam deportatum corpus esse, ut sanctiori terræ mandaretur. Etsi vero non desunt, qui in Judæa spiritum eum reddidisse affirmant, tamen & ipsi hi, illic sepultum fuisse perhibent, ut de Regione in qua humatus est, nulla quidem relinqui videatur dubitatio. Atenim, cum in illa Provincia, Maimonidis Sepulturæ locus definite & distincte ostendendus est, hic jam alii alioversum dilabuntur. Baal Schalschelet Hakkabbala, vult conditum בגליל העליון *in Galilæa Superiore*, Baal Schevet Jehuda, & nonnulli in Juchasin fol. 132. b. קרוב למערת האבות id est: *Juxta monumentum Patriarcharum* (in Hebrone:) Ipse vero Samuel Schullam, Autor Additionum Juchasin, *in Tiberiade* extare sepulchrum asseverat. Ergo, cum de proprio Sepulturæ loco, incerta & controversa sint omnia, num valde absurdum est, si quis in eam deveniat sententiam, forsitan a Discipulis in Monte Nebo conditum esse Maimonidem, ut cum primo Legislatore cognominis, ejusque, ceu illorum ferebat opinio, disciplinæ, si quis nunquam mortalium alumnus fidelissimus, Præceptori suo, uti virtute & gloria, ita & tumulo proximus esset. Conditus vero est in abdditiore montis parte, ut in quantum fieri posset, servaretur inter utrumque comparatio, ac per omnia veritas constaret, illi decantissimo ממשה עד משה לא היה כמשה id est: *A Mose, ad Mosen non fuit sicut iste Moses.* Jam, quia Medicinam, & quidem inter Ægyptios, gentem quæ omni ævo, summa cura defunctorum cadavera condivit, Maimonides ad admiratione͂ & invidiam professus est, attemperavit is sine dubio sese Genio incolarum, & pharmaca composuit, quæ & incorrupta diu præstabant defunctorum corpora, & fragantissima ea reddebant: Iis, ut proprium cadaver exenteratum, deinde imbueretur, & oppobalsami ac aromatum, affatim adhiberetur, æquissimum erat: sic, ut nunc quoque, quem semel imbiberunt odorem, Petræ, servare possint. Sed, nos hæc ita conjectavimus, & fortassis, aliter se habent omnia.

נב LII.

ואמר רבי חמא ברבי חנינא מפני מה נסתתר קבר של מ

1 ULterius quærit R. Chama F.R.Ch. Cur occultatum est

משה מעיני בשר ודם מפני ש
שגלוי וידוע לפני הקדו' ברוך
הוא שעתיד בית המקדש ל
ליחרב ולהגלות ארת ישראל
מארצם שמא יבואו לקבורתו
של משה באותה שעה ויעמדו
בבכיה ויתחננו למשה ויאמרו
לו משה רבינו עמוד בתפלה
בעדנו ועומד משה ומבטל א
את הגזרה מפני שחביבין צ
צדיקים במיתתן יותר מבחייהם
שכן אתה מוצא בשעה שה
שהיו ישראל במדבר וסרחו
במעשיהם ועשו עגל קצף עלי
הקדוש ברוך הוא על ישראל
ואמר למשה הרף ממני ואש
ואשמידם כמה צדיקים היו ב
באותו הדור וכמה חסידים משה
ואהרן ויהושע אלדד ומידד
ושבעים זקנים ושאר חכמים
ותלמידים ולא עשה בשבילם
ולא ביטל הגזרה אלא בשביל
משה ואמר רבי חמא בר ח
חנינא מאי דכתיב אחרי יי

est sepulchrum Mosis, oculis mortalium? Quia perspectum & exploratum erat Deo B. fore ut domus sanctuarii desolaretur, & Israëlitæ deportarentur e terra sua. Ne itaque eo tempore ad sepulchrum Mosis confugerent, & stantes cum lacrumis, Mosen deprecarentur, dicendo: O Mose Magister, pro nobis intercede. (*Acne*) Moses intercederet, decretumque irritum redderet: quippe magis (*Deo*) cari sunt justi, post fata sua, quam dum in vivis adhuc supersunt. Nimirum, tale quid præcesserat: Cum enim Judæi in deserto agerent, & a recto deviantes, vitulum confecissent; succensebat Deus B. Israëlitis, Mosique ait: *Sine me, ut consumam eos.* At quot justi erant illa a tate, quotque viri integerrimi? Moses, Aaron, Josua, Eldad, Medad, LXX. Seniores, cæterique Sapientes, & Discipuli, neque tamen in illorum gratiam placatus est, resciditq; decretum, sed in (*solius*) Mosis gratiam. Ejusdem R. Chamæ F. R. Ch. hæc circumfertur sententia. Quis sensus verborum: (Deut. XIII, 4.) *Dominum Deum vestrum sequimini?* Anne igitur possibile est, ut homo divi- Ex. XXXII 10.

Tt nam

אלדיכם תלכו וכי אפשר לו
לאדם להלוך אחר שכינה וגו
והלא כבר נאמר כי יי' אלדיך
אש אוכלה הוא אל קנא אלא
הלך אחר מדותיו של הקדוש
ברוך הוא מה הוא הלביש
ערומים דכתיב ויעש יי' אלדים
לאדם ולאשתו כתנות עור וגו'
וילבישם ואף אתה הלבש
ערומים: הקדוש ברוך הוא
ביקר חולים דכתיב וירא אליו
יי' באלוני ממרא אף אתה בקר
חולים הקדוש ברוך הוא קבר
מתים דכתיב ויקבר אותו בגיא
אף אתה קבור מתים הקדוש
Gen. III, 21. ברוך הוא נחם אבלים דכתי
ויהי אחרי מות אברהם וגו
ויברך אלדים את יצחק בנו
אף את נחם אבלים: ויעש יי'
אלקים לאדם ולאשתו כתנות
עור וילבשם רב ושמואל חד
אמר דבר הבא מן העור וחד
אמר דבר שהעור נהנה בו:
דרש רבי שמלאי תורה תחל

nam Majestatem consectari possit? Et annon pridem dictum est? (c. IV, 24.) *Nam Dominus Deus tuus, ignis consumens est: Deus Zelotes?* Quamobrem (*loci sensus:*) Sectandos esse mores Dei B. Sicut ipse nudos vestit, nam S. E. (Gen. III, 2.) *Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas, & vestivit eos.* Ita & tu nudos vestito. Deus B. ægrotos visitavit: Q. S. E. (c. XVIII, 1.) [3] *Apparuit ei Deus in planitie Mamre.* Similiter, [4] & tu ægrotos visitato. [5] Deus B. sepelit defunctos. Q. S. E. (Deut. XXXIV, 6.) *Et sepelivit eum in valle.* Quare & tu mortuos sepelito. Deus B. solatus mœstos, Q. S. E. (Gen. XXV, 2.) *Et [6] fuit post mortem Abrahami, ut benediceret Deus Isaaco filio ejus.* Pariter & tu [7] solare mœstos. *Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus [8] tunicas pelliceas, quibus vestivit eos.* Raf & Samueli (*circa ista, haud convenit inter se.*) [9] Alter exponit, rem ortã e pellibus: alter, rem unde pellis utilitatem capit. R. Simlai sapientissime dixit: Legis (*divinæ*) principium, [10] Beneficentia constituit, & eadem constituit quoque illius finem. Principium constituit Beneficentia, Q.

S. E.

תחלתה גמילות חסדים וסו וסופה גמילות חסדים׃ תחלתה גמילות חסדים דכתיב ויעש י״ אלהים לאדם ולאשתו כתנות עור וילבישם וסופה גמילות חסדים דכתיב ויקבור אותו בגיא׃

S. E. *Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas quibus vestivit eos.* Finem constituit: Q. S. E. *Et sepelivit eum in valle.*

ANNOTATA

1. Ulterius quærit &c.] Quid dicam, nescio. Universum istud Comma, inde a principio hujus Pericopes, ad novum usque ואמר רבי חמא abest a Talmude Amstelodamensi, insanum magno hiatu, quod qua ratione factum sit, certe nequeo proloqui. Notum est, Judæos, ea quæ ad Christianæ fidei contemtum, & ignominiam vergunt, interdum ob metum ultró, sæpe a Christianis coactos, in suis libris omittere, & loca vacua relinquere. At vero, apud Batavos, quia & menti, & linguis, sua conceditur libertas, ideo lacunis nullis opus est, hinc adeo quæ in aliis Talmudis editionibus, aut non fuere expressa, aut circumscripta, in Amstelodamensi hac, ponuntur cæteroquin dilucide. Quin, nec quicquam in istis reperire est, quo Christiani queant offendi, quin potius videntur juvare nonnullorum de precibus & votis, quæ Defunctis nuncupantur, sententiam. Neque est, ut quis ingenuitatem verborum vocet in controversiam, extare enim ea omnino in aliis Talmudis exemplaribus, non sinunt nos dubitare diversæ Editiones Libri En Jacob, quas in disjunctis Europæ partibus, Germania, Italia, Polonia, excusas, possidemus, quæ omnes in lectione hujus loci, ad amussim conveniunt. Tum, magnam quoque partem verborum de quibus agimus, tanquam quæ in Historia Joseph ben Podat MS. legatur, adduxit Illustris Gaulmynius in Notis ad Lib. de Vita & Morte Mosis p. 292. Unum hoc succurrit, fieri potuisse, quia utrumque Comma a verbis ואמר ר׳ חמא בר חנינא incipit, ut negligens, ac incuriosus Typographus, ob similitudinem istam principii, prius Comma negligeret. Sic enim evenire solet, parum attentis, ut hunc errorem committant; atque ab eodem Librarios non fuisse immunes, sciunt omnes, qui Manuscriptos Codices tractarunt. Interim, quomodo Typographi tantum vitium, ii qui corrigendis operis præerant, non deprehenderint, non possum satis mirari, & oportet, ut omnes in cœna se invitaverint plusculum. Hæc scripseram, prius quam Talmudis Basileensis mihi obtigit copia. Id cum nunc impetravi, eandem in eo

animadverto lacunam. Ergo, quam de Gemara Amſtelodamenſi attulimus conjecturam, ad Baſileenſem applicare licebit, atque iſta editio deinde cauſa fuit, cur in Amſtelodamenſi idem error committeretur, quippe quæ ad Baſileenſem fere eſt expreſſa.

2. Ad Sepulchrum Moſis confugerent &c.] Concedendum omnino Ampliſſimo Gaulmynio, quod loco, jam modo allegato poſtulat. Nec enim diffiteri poſſumus, ita ſæpe loqui Judæos, quaſi preces ad Defunctos conceptæ, pondus aliquod habeant, ad illos exorandos, ut Interceſſorum munere apud Deum fungantur. Obſervavimus & ipſi nos, in hanc rem, teſtimonia ſatis perſpicua. Liber Chasſidim Num. 710. ברזילי הגלעדי אמר אמות בעירי כי הנאה יש למתים שאוהביה׳ הולכים על קבריהם ומבקשים לנשמתן טובה מטיבין להם באותו ענין וגם כשמבקשים עליהם הם מתפללין על החיים וכלב בן יפונה נשתטח על קברי האבות׃ id eſt: *Barſilai Gileadites ait* (2. Sam. XIX, 38.) Moriar in Civitate mea. *Quippe prodeſt defunctis, ſi amici eorum, Sepulturas ipſorum frequentent, Maneſq; deprecentur, eaq; res emolumentum aliquod iis confert. Quin & ipſi, cum rogantur, pro ſuperſtitibus preces fundunt: Hinc adeo Caleb Jephunne filius*, (cum multis precibus) *proſtravit ſe ſuper Sepulchra Patriarcharum*. Schalſchelet Hak. p. 85. b. כשהעולם שרוי בצער והולכים להתפלל בבית הקברות הנפש מתעורר על הרוח והוא הולך ומתעורר על הנשמה ומתפללים אל הית בעד החיים׃ id eſt: *Publica quadam calamitate ingruente, ſi Populus recipiat ſe in locum Sepulcrorum, ibiq; precetur, tum excitata δύναμις θρεπτικὴ, ſeſe confert ad vim ſentientem, hæc vero, abiens, expergefacit Mentem, atq; ſic pro vivis apud Deum Opt. Max. intercedunt.* Enim vero, nimis anceps hæreo, num iſta, illorum cauſæ, qui inter noſmet Chriſtianos, in Defunctorum interceſſione ſpes ſuas locant, & ideo preces ad eos fundunt, magnum adjumentum præbeant, ingens enim inter horum, & Judaicam opinionem, intercedit diverſitas, nec altera alteri, obſtetricari facile poteſt. Judæi enim, non unquam Defunctos ſibi propitiare conantur, niſi in ipſis locis, ubi corpora illorum requieſcunt, alibi vero ad eos conceptas preces, inutiles eſſe arbitrantur. Colligitur id tam ex Gemara noſtra, quam ex aliis quæ adduximus Scriptorum verbis evidentiſſime, ipſaque inſuper accedit experientia, & communis omnium Judæorum, ſi de ea re quærantur, confeſſio. At noſtri, ſecus animati ſunt, & haud fere aliter, ac Magnum & Æternum Numen, in quocunque loco deprecari Pietas jubet; ita & illorum, quos apud ejus Majeſtatem interceſſores ſibi elegerunt, opem & ſubſidium, ubivis gentium implorant. Qua in re, modum excedi, ſaltem inter Judæos, (nam de his disquirimus, ex inſtituto,

tuto, ἀληθῶς θεολογεῖν nobis nunc propositum non est) nemo homo vocabit in dubium. Imo, ne quid dissimulem, est certissimum, ne illam quidem apud omnes Judæos, receptam esse opinionem, quod corporis compage solutæ Mentes, vel eas preces, quæ ad Monumenta, in quibus terrenæ ipsarum servantur exuviæ, concipiuntur, habeant perspectas. Nam Isaacus Abarbenel apud Cl. Pocockium in Notis Miscell. ad Portam Mosis p. 121. supplicationes quæ mala fortuna premente, ad Piorum Sepulcra instituuntur, fieri ait מצר הרושם שנשאר בעצמות ההם מהרוח האלהי שהיו משכן לו והם יותר מוכנים מזולתם למהצא על ידם השפע האלהי: Id est, ut vertit, Vir doctus: *Propter impressionem quæ in ossibus istis reliqua est a Spiritu divino, cujus habitaculum fuerant, quare & magis idonea esse, quam alia (loca) ut ipsorum ope recipiatur influentia divina.* Ergo, si huic credimus, vis omnis placandi Deum, & preces gratas acceptasque reddendi, solis inhæret mortuorum ossibus, in Mentibus vero eorum, nihil est præsidii. Et vero, fuere inter ipsosmet Talmudistas, qui longius progressi, etiam hanc prærogativam, cineribus defunctorum, tribuere neutiquam sustinuerunt. Memorabilis locus est in Taanit fol. 16. a. למה יוצאין לבית הקברות פליגי בה רבי לוי בר חמא ורב חמא בר חנינא חד אמר הרי אנו חשובין לפניך, כמתים וחד אמר כדי שיבקשו המתים רחמים עלינו מאי בינייהו איכא בינייהו קברי גוים: id est: *Quamobrem* (more receptum, ut in calamitate publica,) *preces fiant in Sepulcretis? Dissentiunt ea de re R. Levi F. Ch. & R. Chamma F. Ch. Unus ait,* (fieri id humilitatis causa, ac videri, quod Supplices, Deo dicant:) *Nos coram te sumus instar mortuorum.* Sed alter, (ideo id fieri contendit,) *ut Defuncti pro nobis preces fundant. Quis est cardo hujus controversiæ? De Sepulcris puta τῶν ἔξω præcipue lis est.* Hoc volunt: Secundum priorem sententiam, Judæis τῶν ἔξω quoque Sepulturas petere fas foret; At, secundum posteriorem, vanus is labor esset. Enim vero, inter has opiniones prima prævaluit, & etiam nunc usu est recepta. Salomon Zvi in Apologia pro Judæis quam *den Judischen Tieriack* inscripsit, c. 2. n. 32. *Wir gehn am* ערב ראש השנה ובערב יום הכפורים *auf die* קברות תפלה *zu thun. Wann keine* קברי ישראל *da seyn, gehn wier auf* קברי גוים Certe, alias ingenue quoque agnoscunt Judæi, intercessiones Sanctorum apud Deum, haud maximi esse faciendas, sed Deo soli innitendum, in hunc unum omnem reponendam esse fiduciam, nec ulli præter eum, vota nuncupari licite posse. Kimchi ad Es. c. LXIII, v. 16. כי אתה אבינו והאב לא יתאפק על הבן אלא ירחם עליו מיד: כי אברהם לא ידענו על דרך אבי ואמי עזבוני וה' יאספני כי אף על פי שאברהם אבינו הנה כמה דורות שמת ואב בשר ודם לא ידע בנו או בן בנו אלא בחיי

בחייו אלא אתה אבינו חי וקיים מעולם ועד עולם ואין לנו לצעוק אלא אליך׃ id est: (Ait Propheta:) Tu es Pater noster. *Atqui Pater non nimis succenset filio, sed ejus confestim miseretur.* (Pergit idem:) Nam Abrahamum non novit nos. *Hæc capienda, ut illud* (in Psalmo Ps. XVII, 10.) Pater meus, & mater mea deserunt me, sed Dominus recipiet me. *Etsi enim Abraham est pater noster, tamen ante multa secula is obiit, pater vero terrenus non novit filium vel nepotem suum, nisi quamdiu vitam agit. At tu es Pater noster, vivus & superstes, per omnes Seculorum æternitates, nec alius præter te, nobis implorandus est.* Similia his ad eadem Esaiæ verba, habet quoque Raschi qui Lectorem ablegat insuper, ad Gemaram Schabbat, estque locus ad quem digitum intendit fol. 89.b. Non eum adducimus, succurrit enim aptior & elegantior, qui legitur in Berachot Talmudis Hierosolymitani, relatus inde, inter Excerpta En Israël fol. 49. col. 4. רבי יודן אמר בשר ודם יש לו פטרון אם באה לו צרה אינו נכנס אצלו פתאום אלא הולך ועומד על פתח חצרו של פטרונו וקורא לבן ביתו ואומר לו איש פלוני בחוץ אבל הקדוש ברוך הוא אינו כן אם באת לך צרה לא תקרא לא למיכאל ולא לגבריאל אלא צווח והוא עונה הה״ד כל אשר יקרא בשם יי׳ ימלט׃ id est: *R. Judas ait: Si cui inter homines sit Patronus, superveniente infortunio aliquo, non derepente ad illum ingreditur, sed ad fores atrii ejus constitutus, quem ex domesticis advocat, istiq; se adesse dicit. Enimvero apud Numen sanctissimum, & laudatissimum, aliter se res habet. Si qua adversitas te premit, non inclamato nec Michaëlem, nec Gabrielem, sed* (Deum) *implorato, & ipse respondebit. Atq; in hanc rem* S. E. (Joëlis II, 32.) Quicunque invocaverit nomen Domini, eripietur. Menasse Ben Israël part. 2. Conciliat. p. 180. *En este verso: No hagays comigo: Dioses de plata, y dioses de oro no hagays a vos. Se prohibe el poner Intercessores entre Dios al hombre: por que esto aun que sea concediendo la Primera causa, es especie de ydolatria. Y dize el texto todo: Vos otros vistes que de los cielos hable con vos. No hagays comigo: Dioses de plata, y Dioses de oro no hagays a vos, Ara de tierra haras a mi, y sacrificaras sobre ella &c. Quasi diziendo, los que buscan Intercessores en la tierra para con los Principes, es, por que no pueden facilmente alcansar el hablar con ellos, pero esta razon no ay para comigo: por que vistes que de los cielos os hablé, y ansi no hagays comigo otros Intercessores: esto es, no junteys comigo otros medios, por que el medio verdadero que tendreys para alcansar favor, es sólo el de los sacrificios, & hazed un altar y sacrificad &c. poniendo la esperança en mi solamente, y no en alguna otra criatura.*

3. Ap-

3. Apparuit ei Deus &c.] Abrahamo puta, cum ex circumcisione Corpus doleret. Bava Mezia fol. 86. b. וירא אליו יי׳ וגו׳ כחום היום מאי כחום היום אמר ר׳ חמא בר חנינא אותו היום יום שלישי של מילה של אברהם היה ובא הקדוש ברוך הוא לשאול באברהם הוציא הקב״ה חמה מנרתקה כדי שלא יטריח אותו צדיק באורחים שדריה לאליעזר למיפק לבראי נפק ולא אשכח א׳ לא מהימנינא לך היינו דאמרי תמן לית הימנותא בעבדי נפק איהו חזייה להקב״ה דקאי אבבא היינו דכתיב אל נא תעבור מעל עבדך : id est: Apparuit ei Deus &c. in fervore diei; *Quid est illud* : In fervore diei? *Respondet R. Chama F. Ch. istum diem, tertiam fuisse lucem, post circumcisionem Abrahami,* (qua, quia dolor solet esse acerrimus,) *venisse Deum ad ipsum visitandum, qui idem Solem ex narthecio extraxit,* (ad augendum æstum in orbe, ne quis iter facere posset,) *ut hac ratione piissimus vir, onere viatores curandi liberaretur. At vero Abrahamus jussit exire Eliesérem,* (& dispicere, an nemo adsit hospes:) *Is cum egressus esset, nec quenquam reperisset* (id Hero renunciavit: Sed Abrahamus,) *non tibi, inquit, fidem habeo; nam sic proverbio quoq; dici solet: Servis non esse credendum. Ipse igitur exivit, & vidit Deum ante fores stantem, ibi sic eum affatur: Ne quæso prætereas servum tuum.* De cætero, pro eo, quod hic de educto Sole, e suo, radiorum vim nonnihil coërcente, narthecio, dicitur, R. Eliéser in Pirke c. XXIX. vult Deum terebrasse foramen quoddam per gehennam, atque hac ratione tam fervidum reddidisse diem illum, ac est dies impiorum. Vide, quæ ad hunc locum annotat Vorstius in Comment. p. 196.

4. Et tu ægrotos visitato] Quia inter Pietatis præcipua officia, Visitationem ægrorum, Judæi referunt, operæ pretium est in medium afferre, quæ de ea notavimus. Principio, in laudem illius dicunt in Nedarim fol. 39. b. כל המבקר את החולה נוטל אחד משׁשים מצערו id est: *Quisquis visitat ægrotum, aufert sexagesimam partem doloris ejus.* Mox, fol. 40. a. כל המבקר את החולה גורם לו שיחיה וכל שאינו מבקר את החולה גורם לו שימות : id est: *Quisquis visitat ægrotum, ejus vita, & quisquis eum visitare negligit, ejus mortis, causa est.* Iterum: כל המבקר את החולה ניצול מדינה של גיהנם id est: *Quisquis visitat ægrotum, immunis erit a judicio gehennæ.* Quibus postremis non absimilia, leguntur apud Matthæum c. XXV, v. 34. seqq. De tempore quo ægroti visitandi, notandum illud Maimonidis Hilch. Evel cap. 14. §. 5. אין מבקרין את החולה אלא משלישי והלאה ואם קפץ עליו החולי והכביד מבקרין אותו מיד ואין מבקרין לא בשלש שעות ראשונות ביום ולא בשלש

בשלש אחרונות מפני שהן מתעסקין בצרכי החולה: id est: *Haud moris est, visitare ægrotum, nisi post diem a morbo tertium. At si derepente illum corripiat adversa valetudo, ingravescatq;, continuo visitandus est, non tamen visitationes instituendæ tribus primis, aut postremis diei horis, tum enim quibus ægroto opus est, curantur.* Iam porro de eo, quoties ægrotus visitandus sit, sic monent in Nedarim fol. 39. b. בקור חולים אין לו שיעור אפילו גדול אצל קטן ואפילו מאה פעמים ביום: id est: *Ægri visitatio quoties facienda sit, definiri nequit, si maxime ægrotum in tenui, & visitantem, in conspicua fortuna, constitutum fingamus, nec enim vel centies una die visitasse, plus satis est.* Nimirum, quia ægroti in momenta mutantur, ideo visitatio subinde repetenda fuerit. Interim, capere tamen hæc oportet cum limitatione, quam suggerit loc. cit. §. 4. Maimonides: בקור חולים מצוה על הכל אפילו גדול מבקר את הקטן ומבקרין הרבה פעמים ביום וכל המוסיף משובח ובלבד שלא טרח: id est: *Visitatio ægrotorum omnibus imperata est, etiam viris conspicuis, cum tenuiores decumbunt. Atq; visitatio eadem sæpe iteranda, quo quis enim sæpius ægrotum frequentat, tanto magis est laudandus, modo ne ea res molestiam illi pariat.* Num Sabbatho ægros visitare fas sit, deprehendo ortam aliquando dubitationem. Quia enim, illa dies lætitiæ & festivitati dedicata est, ii vero qui ægros visitant, se cohibere vix possunt, quin malis aliorum indoleant, & suspiria ac lacrymas suas iis commodent, ideo visitatio ægrotorum diei Sabbatho parum convenire videbatur. Attamen, quod in Schabbath fol. 12. b. legimus: התירו לנחם אבלים ולבקר חולים בשבת id est: *Veniam indulserunt* (Magistri,) *solandi mæstos, & visitandi ægros in Sabbatho.* Sed additur, factum id esse בקושי id est: *Ægre & iis admodum invitis.* Etsi vero, Visitatio ægrorum, tantopere omnibus commendatur, sunt nihilo minus morbi quidam, e quibus decumbentes invisitatos relinquere satius est. Nam, quod rursus legitur in Nedarim fol. 41. a.: אין מבקרין לא חולי מעים ולא חולי העין ולא מיחושי הראש id est: *Non visitandi sunt, qui aut e Chordapso, aut Oculis, aut Capite laborant.* Scilicet, in his morborum generibus, visitatio non conducit, sed nocet: Quippe Chordapso affectum visitans, impedit eum præ verecundia εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλειν, atque sic morbum auget. Nec minus illorum ægritudo quoque augetur, quorum Oculi, aut Caput dolent, si cum aliis sermocinari incipiant. Etenim, דבורא קשי לעינא ומעלי לאישתא id est: *Sermonem miscere, iis qui oculorum* (aut capitis) *valetudine tentantur, noxium, febricitantibus salutare est.* Cæterum, hominem ægrum, qui visitat die profesto, his eum, in Gemara Schabbat, loco, supra dicto, jubetur salutare verbis: המקום ירחם עליך בתוך חולי ישראל: id est: *Deus tui, cætero-*

cæterorumq; Judæorum e morbo laborantium misereatur : Die vero festo istis : שבת היא מלצעוק ורפואה קרובה לבוא id est : *Feriæ sunto querelis, prope enim adest sanitas.* Peracta salutatione, considendum est, sed prout tam in Schabbat, quam Nedarim traditur ; הנכנס לבקר את החולה לא ישב על גבי מטה ולא על גבי כסא ולא על גבי ספסל אלא מתעטף ויושב בקרקע מפני שהשכינה שרויה למעלה ממטתו של חולה : id est : *Visitans ægrotum, non consideat, nec in ejus Lecto, nec in Sella, nec in Scabello, sed vestibus probe compositis*, (plenus timoris, metusque, ac versa ad ægrum facie) *in solo sessitato, nam Divina Majestas, caput Sponda illius occupat.* Denique, quid cum ægro loquendum sit, Autor libri *Brandspiegel* c. LXXIV. dictat : *Man söll dem Krancken gute Wort geben, und söl ihn trösten. Man söl ihn fragen vvas hat er gessen, oder vvas gelüst ihm zu essen, und söls flugs selbert machen, oder machen lassen, daß ihm der Lust nicht vergeht, und vvann er vvil nit essen, da söl man ihn beten, daß er söl essen, und söl ihm gedencken alles guts daß er nit söl sorgen, dann die Sorgen schvvechen den Menschen sehr, und man söl ihm das Bett verrichten.*

5. Deus Benedictus sepelit defunctos] In Talmude invertitur ordo, & illud de mœstorum consolatione antecedit : qua in re exiguum, imo vero nullum momentum est positum.

6. Et fuit post mortem &c.] Modo laudatus Autor libri *Brandspiegel* cum c. LXXVII. hunc locum præmisisset, addit : *darschen* הקב״ה חכמים *is gangen zu* יצחק *nach seines Vatters Tod, und hat getröst ihn, und gebenscht : das meint, gesegnet.*

7. Solare mœstos] Inter utilitates, quas Sancta nostra Religio Christiana Catholica, hominibus præstat, palmarias, omnino numeranda illa fuerit, quod argumenta, ad solandos suorum lugentes obitus, porrigit magna, excelsa, efficacissima, quæque nullo dolore queant superari. Cui enim non depelleret ægritudinem illico ex animo, simul ac de Morte, per Domini nostri passionem, crucifixionem, & resurrectionem triumphata, mentio injicitur ? Aut, cum de certissime impetrata nobis in domo Patris cœlestis, hæreditate, verba fiunt ? His argumentis, eloquentissimi Tullii Topica, cassa sunt : Tales consolationes meditari, Romano Sapienti non fuit concessum. Sed & Judæi, se hic turpiter dant, atque ea, quibus ipsi ad solandos mœstos utuntur, haud profecto multum ad tranquillandam Mentem faciunt, imo ipsis Ethnicis, spem nullam habentibus, sunt frigidiores. Quis enim citra miserationem legat, inepta, & jejuna illa, quibus Autor libri *Brandspiegel* loco paulo ante dicto, charitatum interitum deflentem, consolari jubet ? *Man sagt ihm für*, in-

Uu quit,

quit, *unsre* חכמים *verbieten gros Jammer zu treiben, man möcht Gott* ית' *derzürnen* R. Jehuda *sagt von vvegen* Rebbi, *vver sich sehr* מצער *is, auf ein Tods, der is sich dernach* מצער *auf ein anders Tods.* In Maſſechet Moëd Katon. R. Huna *hört in seiner gassen ein Frau, der vvar imand gestorben, und sie vvar sich sehr* מצער *über die maß. Und der* חכם *hört daß die Frau aso sehr vveint, und schickt no ihr, daß sie nit solt aso sehr jammern, und sie vvolt nit folgen, schickt er vvieder zu ihr, sie solt den andern Kindern angereiten* תכריכים *aso lang as sie nit lis das gros jammern, bis sie selbert ach sturb, und alle ihre Kinder, darum sol man* חכמים *folgen.* At, habeant ſua ſibi ſolatia Judæi, valeant, vivant cum illis, nobis adhuc ex eodem libro indicandum eſt, quomodo vere lepida conſolatione peracta, a lugentibus rurſus diſcedant. Sic traditur: *Wann man von sie geht, da sagt man, Gott sol dich trösten, mit andre Traurige, die da trauren um* Zion *und um das heilig* בית המקדש *daß es verstört gevvorn. Man geht am* שבת *zu sie, daß ihnen die Weil nit sol lang seyn, und geht von sie hinvveg, und sagt: Gott* ית' *geb euch gut* שבת *und froligkeit am heiligen* שבת *und Gott* ית' *sol kein Bös schicken auf euch, und auf* כל ישראל *und die Manen sagen auf* Loſchen Hakkodeſch שבת היא מלצעוק ונחמה קרובה לבוא: Sed vero, de Hebræorum in luctu Ritibus, afferendus omnino eſt Maimonidis locus inſignis, & claſſicus, ex Hilchot Evel c. XIII. integer, noſtra quoque cura & interpretatione, poſt viros doctos, quos occupavit, non indignus. כיצד מנחמין את האבלים אחר שקוברין את המת מתקבצין האבלים ועומדין בצד בית הקברות וכל מלוין את המת עומדין סביב להן שורה לפני שורה ואין שורה פחותה מעשרה ואין אבלים מן המניין האבלים עומדין לשמאל המנחמין וכל המנחמין באין אצל האבלים א' א' ואומרים להן תנוחמו מן השמים ואח"כ הולך האבל לביתו וכל יום ויום משבעת ימי אבילות באין בני אדם לנחמו בין שבאו פנים חדשות בין שלא באו האבל מיסב בראש ואין המנחמין רשאין לישב אלא ע"ג קרקע שנא' וישבו אתו לארץ ואין רשאין לומר דבר עד שיפתח האבל את פיו תחילה שנ' ואין דובר אליו דבר וכתיב אחרי כן פתח איוב את פיהו וגו' ויען אליפז וכיון שנענע בראשו שוב אין המנחמין רשאין לישב אצלו שלא יטריחוהו יותר מדאי: מת שאין לו אבלים להתנחם באים * ז' בני אדם כשרין ויושבין במקומו כל שבעת ימי האבילות ושאר העם מתקבצין עליהם ואם לא היו שם עשרה קבועין בכל יום ויום מתקבצין עשרה משאר העם ויושבין במקומו: Id eſt: *Quomodo, solantur Lugentes? Postquam terra mandatum est cadaver, Lugentes congregati, ad latus Cœmeterii consistunt, omnibus qui funus deduxerant, eos secundum series, circumstantibus, ita quidem ut nulla series pauciores, quam decem*

* Exiſtimo corrupte 'ז pro 'י excuſum eſſe, & favet conjecturæ ratio connexus.

decem complectatur, non computatis tamen eo numero, ipsis lugentibus. Occupant vero lugentes, latus sinistrum consolantium, atq; horum quisq; pro sese, ordine, lugentes adit, dicitq; illis : SOLANTOR VOS COELITUS. *His ita peractis, recipit se Lugens, in domum suam, eumq; per luctus septiduum, quoquo die, cæteri visitant, sive jam adsint novi visitatores, sive nulli venerint. Lugens, sedet loco præcipuo, sed visitatoribus non nisi humi considere fas est : nam sic* (Job. II, 13) *dicitur :* Et sederunt cum eo in terra. *Quin, nec verbum ullum visitatoribus proferre licet, nisi prius lugens fari incipiat : legitur enim* (ibidem :) Et non erat qui loqueretur verbum. *Sequitur deinde* (cap. III, 1.) Post hæc aperuit Job os suum &c. *Atq; demum* (cap. IV, 1.) *legimus :* Et respondit Eliphaz. *Simul ac vero capite signum fecit lugens, visitatoribus porro cum eo morari nefas est, ne nimio illi sint fastidio. Si quis obiit, non relictis* (Necessariis,) *qui ejus mortem defleant, adsunt probi homines decem, considentq; toto luctus septiduo, in loco ubi defunctus moratus fuerat, hos cæteri visitant : atq; nisi certi decem e cœtu, huic officio, quoties occasio fert peragendo, destinati sint, totidem, quoquo die ex reliqua plebe, id munus in se suscipiunt.* Extat de Hebræorum Luctu, elegans libellus, Martini Geieri, Viri Venerabilis, varia refertus eruditione, ad quem legendum, Antiquitatum Judaicarum Studiosos, hortamur.

8. Tunicas pelliceas] Texamus integram, in quantum memoriæ nostræ succurrit, *Vestium primi hominis*, historiam. In Pesachim fol. 54. dicitur, parasse illas Deum בע״ש בין השמשות id est : *Pridie* (primi) *Sabbathi, circa crepusculum* : Tum nimirum, cum ex opinione Magistrorum, Fontem quoque qui Judæis aquam in deserto ministrabat, Mannam, Iridem, Sepulchrum Mosis, Aaronis baculum, Dæmones, apertionem oris Asinæ Bileami, & apertionem oris terræ ad absorbendos impios, creavit. De Materia illarum vestium, ingens est dissensus. R. Eliezer in Pirke c. XX. opinatur, confectas fuisse e pelle, quam Serpens Evæ familiaris, exuerat. In nostra Gemara, quidam e re a pelle orta, id est, e velleribus, alius, e re, unde pellis utilitatem capit, id est, e lino, textas fuisse, arbitratus est. Abenesra ad c. III. Gen. v. 21. notat, nonnullos dicere יש בהמה ברמות ארם וחשם צורה ונפשט עורה id est : *Esse quoddam animal, sua similitudine hominem referens, atq; hanc, Dei jussu, pellem suam exuisse.* At, apud R. Salomonem ad eundem Gen. locum, sunt, qui pro Leporis, in Zenna Renna vero ad c. XXVII. Gen. sunt, qui pro Cervi, exuviis depugnant. De Forma harum vestium, (non enim ornatus iis deerat) tradit Raschi ad Pesachim שהיו חקוקות בהן כל מין חיה ועוף ובהמה: id est : *Quod in iis expressæ fuerint omnes figuræ animantium, volucrum, & bestiarum.* Porro, de Dominis, quibus hoc vestimen-

ſtimentum, poſt Adami fata obtigit ſic legitur in Pirke R. Elieſer c. 24: *Tunica, quam confecerat Deus, Adamo & Evæ, fuit cum (Noacho) in arca & ubi egreſſi ſunt arca, accepit eam Cham filius Noachi, & ſecum extulit atq; in hæreditatem reliquit Nimrodo. Cum illa indutus eſſet (Nimrod,) venerunt omnes beſtiæ atq; aves, & conciderunt coram ipſo, quaſi cogitantes, ipſum pollere robore, atq; conſtituerunt eum ſuper ſe Regem.* Multis aliis interjectis, ſequitur deinde: *Eſau frater Jacobi videns tunicam, quam confecerat Sanctus Ben. Adamo & Evæ, apud Nimrodum, expetiit illam animo ſuo, atq; interfecit eum, abſtulitq; ab illo. Unde autem (probas) quod fuerit deſideratiſſima in oculis ejus? quia dicitur: Accepit Rebecca veſtes Eſavi filii ſui majoris deſideratisſimas.*

Gen. XXIX, 9.

Poſtquam autem illis veſtitus erat, factus fuit per illas robuſtus, juxta illud: Erat Eſau vir peritus venationis. Ubi autem diſceſſit Jacob a conſpectu patris ſui, dixit: Nonne Eſau impius eſt? decet me induere tunicam illam: Dedit eam atq; abſcondidit ſub terra, prout dicitur: Ejus funis in terra eſt abſconſus.

Job. XVIII, 10.

Ergo, ſi recte accipio, denique ſepulta fuit Adami tunica; quis autem eam e terra rurſus effoderit, & qua ſucceſſione porro ad alios atque alios pervenerit, legiſſe me non recordor Interim nihilo ſecius, ſi Gemaræ in Avoda Sara fol. 11. b. credimus, eadem Romæ adhuc ſupereſt, & ſeptuageſimo quoquo anno, publice ſolet oſtendi. Locus Gemaræ eſt perobſcurus, ingenium tamen in eo exponendo periclitabimur. Ita habet: אמר רב יהודה אמר שמואל עוד
אחרת יש להם ברומי אחת לשבעים שנה מביאין אדם שלם ומרכיבין
אותו על אדם חיגר ומלבישין אותו בלבושו של אדם הראשון ומניחין לו
קרקפלו של ר' ישמעאל בראשו ותלו ליה בצואריה מתקלי ארבעה זוזי פיזא
ומחפין את השוקין באינך ומכריזין וקורין לפניו סך קירי פלסתר אחוה
דמרנא זייפנא רחמא חמא ודלא חמא לא חמא מאי אהני ליה רמאה
ברמאותיה ולזייפנא בזייפנותיה ומסיימין בה הכי ווי לדין כד יקום דין
id eſt: *R. Judas, nomine R. Samuelis, dixit: Etiam aliud quid habent Romæ: Septuageſimo enim quoquo anno, ſelecto homine integri corporis, illum claudi cujusdam ſcapulis inequitare faciunt, induentes ei prius tunicam Adami protoplaſti, & aptantes capiti ejus, exuvias vultus R. Iſmaëlis,* (filii Eliſæ, qui Summo Sacerdotio functus eſt, & tanta erat pulchritudine, ut Cæſaris filia, illius interfecti caput, pelle nudaret, eamque aromatibus conditam, in κειμηλιαρχεῖον, æternum ibi aſſervandam, reponeret.) *Amplius collo ejus appendunt Nummos quatuor, auri puriſſimi, crura vero obtegunt gemmis.* (Iſte cum ſic ornatus vehitur,) *ante eum divulgant voce, inclamantq;*: Supputatio τȣ Κυρίȣ (Jacobi ſcilicet, qui moriturus, multa de liberatione Judæorum, ex ea captivitate, in qua a nobis detinen-

detinentur, prædicere satagebat,) mendax est. Frater Domini nostri (Esavi, a quo Esavo nos Romani, genus trahimus,) fuit impostor : (Fratrem enim decipere moliebatur, atque ejus Imperium, sibi suisque parare.) Quibus (hanc Panegyrin) spectare licet, spectatum adsunto. Nam, qui (nunc) eam non videt, haud (unquam) eam visurus est: (quippe quæ non nisi post annos LXX. iterum celebrabitur, quo tempore nemo eorum, qui nunc inter adultos vivunt, amplius erit superstes.) Quid juvat deceptorem (Jacobum,) deceptio? & impostorem (hunc) impostura? *Tandem vero, Cantilena hujus exodium est*: Væ huic, (id est : Nobis Esavi posteris,) quando iste, (id est : Jacobi progenies,) resurget.

9. Alter exponit &c.] Ergo, ceu ostendimus, de materia vestium Adami, inter antiquos Judæos non conveniebat, & diversi diversa sunt opinati. Sed, longe major Christianorum Interpretum, hic dissensus est, etiam veterum, quorum variantes opiniones, quia scite jam olim conquisivit Moses Bar-Cepha, Syrus Episcopus part. I. Commentar. de Paradiso, eas vel saltem cognoscere operæ pretium est, unde locum integrum, etsi prolixiorem, adscribere non pigrabimur nam quorundam quoque Scriptorum mentem, nobis de hoc negotio revelat, quorum libri interciderunt. Sic vero habet : *Se hic nobis explicanda offerunt* : Cur induerit Deus Adamum & Evam tunicas? deinde quales fuerint eæ tunicæ? tertium, unde comparatæ? &c. *Cur igitur illos tunicis vestiret, dicimus summam Dei erga ipsos misericordiam in causa fuisse. Quippe, cum Deus colloquium cum primis Parentibus longius haberet, atq; ad Adamum inter alia diceret* : Quis significavit tibi quod nudus esses? *Similiter alia atq; alia ad Fæminam, & Serpentem verba faceret : interea arefacta ea quibus se illi contexerant, folia ficulnea, defluere cœperunt. Cum itaq; nudati jam tum illi pudore afficerentur : non erat consentaneum divinæ misericordiæ, nudos prorsus eliminare Paradiso. Miseratus ergo ipsorum conditionem, pro sua clementia lapsis opem tulit, factisq; tunicis nuditatem velavit. Præterea voluit ipsos vestibus indutos, a cæteris animantibus brutis segregare : Deniq; nuditatem seu libidinis illecebram putavit tegendam. Quod vero ad ipsas tunicas attinet, cujusnam modi res fuerint* : Gregorius Theologus, *quodam loco fuisse ait cortices arborum, quos ipsis Deus in*

Tom. I. Bibl. SS. Patr. p. 83.

mentem miserit, ceu idoneos, ex quibus sibi vestis quandam formam aptarent, seq; ea amicirent, sicut ante ex foliis ficulneis fecerant subligacula. At idem, Oratione quam scripsit de Natalibus Christi; dicit eas tunicas fuisse carnem crassiorem, ignavioremq;, qua sumus contecti: Gregorius vero Nyssæus *scribit, tunicas eas fuisse libidinem, coitum, conceptum, partum, educationem, qua minutatim augescimus, alimentum, morbum, iracundiam, mortem deniq;: his enim omnibus malis illos indutos esse, simul atq; donis Spiritus S. sunt exspoliati. Huic* Philoxenus Mabugensis *fere subscribit, dum ait eas tunicas fuisse curas, corruptionem, morbos, dolores, anxietates, metum: & in summa quæcunq; primis Parentibus post violatam Legem acciderunt, cum ante iis non fuissent obnoxii, & a quibus nos quoq; post resurrectionem erimus immunes: quippe per has tunicas significari maximam illam mutationem, quæ illorum evenit corporibus, post admissum * peccatum.* At Athanasius, *Oratione de Cruce, &* Dominus Ephræm, *ubi hunc locum interpretatur, ajunt, has tunicas ex animantium pellibus confectas fuisse. Deniq;* D. Jacobus Sarugensis *dicit, vestis quoddam genus fuisse: quod, quia tactu crassum densumq; erat, tunica pelliceæ fuerit appellatum. De tertio, unde fuerint tunicæ illæ comparatæ:* Gregorius Theologus, *& cum eo alii, qui arborum cortices fuisse volunt, arbores deglubiisse Adamum & Evam dicunt: cæterum Mosen ideo factas esse a Deo dicere, quia hic illis in mentem immisit, ut arborum corticibus se vestirent.* At Gregorius Nyssæus, *&* Philoxenus *quorum sententiam nuper recitavimus, ajunt, ea mala primos Parentes (quia peccati a Deo damnati essent) invasisse, idq; esse quod Moses scribit, Deum induisse illos eas tunicas. Deniq;* Athanasius, *&* Dominus Ephræm, *qui animalium pelles fuisse autumant, dicunt, mactatis eas pecudibus detraxisse primos Parentes, atq; concinnasse in vestem, Dei nutu. Postremo* Dominus Jacobus Sarugensis *dicit, Deum ea indumenta ex nihilo creavisse, scribit enim in hæc verba*: Contexuit tunicas ex nihilo, & vestivit ipsos. *Et rursus*: Quia, *inquit*, tactu rudes & crassæ erant, appellavit pelles: attexuit autem ipsas paulatim corporibus ipsorum, suo nutu, atque ita dum non sentiunt induuntur tunicis, sed eas jam vestiti, vident tandem. *Porro nos, cum* Athanasio, *atq;* Domino Ephræm *censemus animalia * pelles fuisse. Si vero id redarguere quis conetur, quia nullum animal jugulari adhuc potuerit, quando e singulis generibus par unicum conditum fuerat, eoq; sine generis unius interitu, nullum animal mactatum fuisset: negamus unicum duntaxat par in animalium generibus singulis fuisse effectum, neq; enim hoc sacris literis proditum est. Enim vero, Deus, qui permisit Adami arbitrio ut, peccare posset, opusq; haberet indumento, creaverat complura animalia: cumq; illi violata lege peccassent, humana se specie primis Parentibus ostendens, induit ipsos pelles, solo ejus nutu pecudibus detractas; atq; verbo, in tunicas confor-*

* Fortasse legendum *admissum*.

* Forsitan legendum *animaliũ*.

conformatas. Et vero Dominus Ephræm *ait, fortaſſe coram illis jugulatas eſſe pecudes, ut earum carne ipſi veſcerentur, coriisq; nuditatem ſuam cooperirent: deniq; ex ipſarum morte, ſe quoq; mortalia habere corpora, intelligerent.*

10. Beneficentia] Quid diſcriminis inter חסד ſeu גמילות חסדים quod vulgo, *Beneficentiam*, & צדקה quod, *Eleemoſynas* exponunt, interſit, prolixe diſquirit Maimonides in More Nev. part. 3. c. LIII. itemque Cl. Coccejus ad Sanhedrin p. 131. & 158. quibus jungi quoque poteſt Nicolaus Fullerus Miſcell. Sacr. l. 1. c. 8. Verum enim vero, quod ex iſtorum longa diſſertatione, vix aſſequaris, breviter & argute docetur in Succa fol. 49. b. בג' דברים׃ גדולה גמילות חסדים יותר מן הצדקה שהצדקה בממונו גמילות חסדים בין בממונו בין בגופו צדקה לעניים גמילות חסדים בין לעניים בין לעשירים צדקה לחיים גמילות חסדים בין לחיים בין למתים : id eſt: *Tripliciter Beneficentia antecellit Eleemoſynas: Nam, Eleemoſynæ tantum fiunt pecunia; at Beneficentia quodq; officiorum genus complectitur. Eleemoſynæ tantum exercentur erga pauperes; Sed Beneficentia, tam erga pauperes quam divites. Quin & Eleemoſynæ non niſi apud vivos locum habent, at Beneficentia tam apud vivos quam mortuos.*

נג

דרש ר' שמלאי מפני מה נתאוה משה רבינו ליכנס לארץ ישראל וכי לאכול מפריה היה צריך או לשבוע מטובה אלא כך אמר משה רבינו הרבה מצות נצטוו ישראל שאינן מתקיימות אלא בארץ אכנס אני לארץ כדי שתקיימו על ידי אמר לו הקדוש ברוך הוא כלום אתה מבקש אלא לקבל שכר מעלה אני עליך

LIII.

R. Simlai ingenioſe itidem ait: Quare exoptabat Moſes Magiſter noſter intrare in terram Iſraëlis? Nunquid vehementer ei opus erat, ut fructus illius comederet? aut, ut bonitate illius ſaturaretur? (*Minime gentium.*) Nimirum, id Moſes cogitabat: Multæ leges Judæis promulgatæ ſunt, [1] quæ non obſervantur, niſi in [2] Palæſtina; intrabo ego Palæſtinam, ut a me, obſequium iis præſtetur. Ergo, ait illi Deus: Quia nullam ob cauſam aliam id expetis, quam ut præ-

כאלו עשיתם שנא׳ לכן אחלק
לו ברבים ואת עצומים וגו׳
יחלק שלל תחת אשר הערה
למות נפשו ואת פושעים נמנה
והוא חטא רבים נשא וגו׳
ולפושעים יפגיע : לכן אחלק
לו ברבים שאני מחלק לו וגו׳
שכר שלם שמא תאמר כא
כאחרונים ולא כראשוני׳
תלמוד לומר ואת עצומים
יחלק שלל כאברהם יצחק
ויעקב שהיו עצומים בתורה
ובמצות : תחת אשר הערה ל
למות נפשו שמסר עצמו למיתה
שנאמר ועתה אם תשא
חטאתם ואם אין מחני נא
מספרך אשר כתבת : ואת
פושעים נמנה שנמנה ממתי
מדבר : והוא חטא רבים וגו׳
נשא שכיפר על מעשה העגל
ולפושעים יפגיע שבקש רחמים
על פושעי ישראל שיחרו בט
בתשובה ואין פגיעה אלא תפלה
שנאמר ואתה אל תתפלל

ut præmium referas, ideo eodem loco mihi eris, quasi (*præcepta*) ista implevisses. Q. S. E. (Ef. LIII, 12.) *Quamobrem partem ei dabo pro multis, ut cum robustis partiatur prædam, pro eo quod profudit in mortem seipsum, & cum defectoribus annumeratus est: nam ipse peccatum multorum perferens, pro defectoribus intercessit. Quamobrem partem ei dabo pro multis.* [3] Largiar enim illi mercedem perfectam. At, forsitan dices: Inter posteriores, non vero priores. (*Falleris: Nam*) ideo signanter dictum: *Ut cum robustis partiatur prædam.* Nempe cum Abrahamo, Isaaco & Jacobo, qui robustissimi fuere in Lege, & præceptis. *Pro eo quod profudit in mortem seipsum.* Seipsum enim morti obtulit: Q. S. E. (Ex. XXXII, 32.) *Et nunc an condonaturus es peccatum eorum? nam si non; dele me quæso de libro tuo, quem scripsisti.* [4] *Et cum defectoribus annumeratus est.* Est enim in numero eorum, qui in deserto occubuere. *Et ipse peccatum multorum pertulit.* Quia scilicet expiavit scelus effictionis vituli. *Pro defectoribus intercessit.* Quia pro Judæis desertoribus deprecatus est, ut per pœnitentiam (*adfru-*

בעד העם הזה ואל תשא בעדם רנה ותפלה ואל תפגע בי׃ (*ad frugem*) redeant: Voce enim *Pegia* (id est *Intercessionis*,) preces notantur. Q. S. E. (Jerem. VII, 16.) *Tu ergo ne orato pro populo isto, neq; efferto pro istis clamorem & orationem, neq; intercedito apud me.*

ANNOTATA.

1. Quæ non observantur nisi &c.] Multa Præcepta Judæorum, solam Palæstinam respicere, extra dubium est, & probant id Magistri, ex Deut. VI, 1.

2. Palæstina] *Palæstinam* sæpe, pro *Terra Israëlis*, dicere, Interpretes Christianos cogit ratio, & verborum *συνάφεια*, quod quidem mihi hoc loco quoque contigit. At Judæi, oppido indigne id factum ferunt. Autor libri Schilte Haggibborim fol. 93. col. 2. המחברים שלהם קרא ארץ פלשתים לארצנו הקדושה להקהות את שנינו׃ id est: *Scriptores Christiani, Terram nostram Sanctam, vocant Palæstinam, ut dentes nostros obstupefaciant.*

3. Largiar] In Talmude Amstel. totum illud שאני מחלק לו שכר שלם perperam omittitur. Paulo post sive שמא תאמר nobiscum, sive יכול ex illo, legas, id perinde fuerit.

4. Et cum defectoribus annumeratus est] Valde conducunt ad horum illustrationem, ea, quæ Hulsius in Theol. Jud. p. 333. seq. ex R. Alschech. attulit. Sic nimirum Judæi, clarissimum de Christi passione vaticinium pervertunt, & ad Mosen detorquent; id autem, quanta fiat verborum injuria, nemo tam lippis oculis est, qui non perspiciat. Sed, fieri aliter nequit, necesse est ad consimiles ineptias prolabantur, qui Messiam non *μεσίτην θεῶ καὶ ἀνθρώπων*, verum Regem aliquem præpotentem, pugnacissimum, ac fortuna prospere utentem, somniant. Etsi vero ad unum omnes Judæos, hac opinione imbutos esse, etiam pueri, qui nondum ære lavantur, habent perspectum; tamen, ut Notis hujus Capitis, non in elegantem colophonem imponam, vindicabo, in hanc desiderata rem, Maimonidis verba, quæ a calce operis Jad, saltem in IV. Voluminibus distincta Veneta Editione, quam præter, haud tractare mihi licuit aliam, ab iis quibus erat illa res in manu, fuere resecta. Præstabimus id, beneficio eximii, ingentisque Codicis MS. quem

Dilherrus noſter, ὁ μακαρίτης, cum reliqua Bibliotheca inſtructiſſima, & antiquorum Nummorum theſauro, Eccleſiæ Sebaldinæ, quæ Norigergæ eſt, cui vivus ſumma fide præfuerat, moriens ex Teſtamento legavit. Ergo, in Hilchot Melachim cap. XI. §. 4. poſt אם עשה והצליח ובנה מקדש במקומו וקבץ נדחי ישראל הרי זה משיח בודאי nunc porro ſupplendum.

ואם לא הצליח עד כה או נהרג בידוע שאין זה שהבטיח תורה עליו והוא ככל מלכי דוד הכשרים והשלמים שמתו ולא העמידם הקב"ה אלא לנסות בו רבים שנ' ומן המכשילים יכשלו לצרוף בהם ולברר וללבן עד עת קץ כי עוד למועד אף ישוע הנוצרי דמה שיהיה משיח ונהרג בב"ד כבר נתנבא דניאל כן ובני פריצי עמך ינשאו להעמיד חזון ונכשלו וכי יש מכשול גדול מזה שכל הנביאים דברו שהמשיח גואל ישראל ומושיעם ומקבצם ומחזק מצותן וזה גרם לאבד ישראל בחרב ולפזר שארותם ולהשפילם ולהחליף התורה ולהתעות רוב העולם ולעבוד מבלעדי יי אבל מחשבות בורא עולם אין כח באדם להשיגם כי לא דרכינו דרכיו. ולא מחשבותינו מחשבותיו וכל הדברים האלו של ישוע הנוצרי ושל הישמעאלים שעמדו אחריו אינו אלא לישר דרך למלך המשיח ולתקן העולם כולו ולעבוד את יי ביחד שנ' אז אהפוך אל עמים שפה ברורה לקרוא כולם בשם יי ולעבדו שכם אחד כיצד כבר נתמלא כל העולם כולו מדברי משיח מדברי תורה מדברי המצות ופשטו דברי הללו באיים רחוקים ובעמים רבים ערלי לב וערלי בשר והם נושאים ונותני' בדברים הסותרות את התורה אלו אמרו מצות אילו אמת וכבר בטלו בזמן הזה ולא היו נוהגות ולא * אמרו דברים נסתרות יש בהן ואינו פשוטות וכבר בא משיח

* Legendum eſt ואלו

משיח המלך ונלה נסתרותיהם וכשיעמוד המלך המשיח באמת ויצליח וירום הם כולן חוזרין וידעים ששקר:

Jam nunc porro cum excusis lege ויתקן את העולם &, quæ sequuntur, cætera. Versionem Latinam horum Cl. Coccejus in Sanhedrin p. 364. 365. & 368. sparsim, sed neglectis verbis Hebraicis, præoccupavit, unde verisimile fit, in aliquibus Editionibus, nullam esse lacunam. Sic vero transtulit: *Si hucusq; non succedat ipsi, aut si occisus fuerit, planum est, eum non esse Messiam, quem sperare Lex jussit. Ille vero similis omnibus Regibus Domus Davidicæ, integris & probis, qui mortui sunt: quem Deus non excitaverit alio fine, quam ad probandum multos per illum,* Q.D. Et ex Doctoribus offendent, ad purificandum eos, & ad purgandum, & ad dealbandum usque ad tempus termini. Nam adhuc ad certum tempus &c. *Etiam de illo qui se putavit fore Christum, & de sententia Senatus interfectus est, jam in antecessum vaticinatus est Daniel, his verbis*: Et filii effractorum populi tui efferent sese, stabilendo visionem, & offendentes corruent. *Nam quis major casus fieri potest? Siquidem omnium Prophetarum iste sermo fuit: Christus liberabit Israëlem, & salutem eis afferet, & colliget propulsos ejus, & confirmabit præcepta eorum. At ille in causa fuit, ut Israël gladio interimeretur, dispergerentur reliquiæ ipsorum, & humiliarentur: atq; Lex mutaretur, & seduceretur maxima pars Orbis, ut alii, quam Deo serviret. Verum cogitationes Creatoris assequi nemo homo valet: Neq; enim viæ illius & nostræ, consilia ejus & nostra, eadem sunt. Nimirum tota ea res, atq; adeo institutum illius, qui post illum surrexit,* (Mahomedem intelligo) *aliò non spectat, quam ad rectificandum viam Regi Christo, & ut præparetur totus mundus ad serviendum DOMINO pariter.* Q.D. Nam tunc vicissim dabo gentibus labium purum, ut invocent cuncti nomẽ DOMINI colendo eum humero unó. *Quomodo? Jam repletus est omnis Orbis sermone de Christo, & de Lege ac præceptis, & diffusa est rerum illarum notitia, in Insulas longinquas, & populos multos, præputiatos qua cor, qua carnem: illiq; de his inter se communicant, quæ Legem evertunt; dicentes, alii; Præcepta illa vera fuisse, sed jam cessare: alii; Mysteria in eis esse, & non habere promptam intelligentiam. Venisse autem Regem, qui illa mysteria exponeret. Sed quando vere adventaverit Christus Rex, & prosperatus fuerit, & evectus atq; exaltatus fuerit, omnes convertentur, & cognoscent falsa illa, & vana fuisse.*

Dan. XI, 35.

vers. 14.

Sophon. III. 9.



פרק ב:
משנה
א

היה מביא את סוטה
מנחתה בתוך כפיפה מצרית
ונותנה על ידיה כדי ליגעה
כל המנחות תחילתן וסופן
בכלי שרת וזו תחילת׳ בכפיפה
מצרית וסופה בכלי שרת כל
המנחות טעונות שמן ולבונה
וזו אינה טעונה לא שמן ולא
לבונה כל המנחו׳ באות מן
החטין וזו באה מן השעורין
מנחת העמר אף על פי
שבאה מן השעורין היא היתה
באה גרש וזו באה קמח רבן
גמליאל אומר כשם שמעשיה
מעשה בהמה כך קרבנ׳ מאכל
בהמה:

CAPUT II.
MISCHNA
I.

I. Attulit [1] (*Maritus uxoris adulterii suspectæ,* [2] *oblationem*) in [3] orbe saligna, quam (*corbem*) [4] in manus illi dedit [5] ut fatigaretur. Omnes reliquæ [6] oblationes tam ab initio, quam sui fine, [7] in vasis sanctis erant: At ista, principio in corbe saligna, postremo in vase sancto erat. [8] Ad omnes Oblationes requirebatur Oleum, atque Thus. Ista vero, [9] nec Oleum, nec Thus admittebat. Omnes Oblationes confectæ erant e tritico, verum [10] ista conficiebatur ex hordeo. Sane etiam Oblatio Manipuli, ex hordeo parabatur. Attamen in hac, [11] pollen fuit oblatum; ibi vero [12] farina, (*cui nihil ademtum.*) R. Gamaliel ait: Quemadmodum [13] facta ejus belluina fuere, ita & sacrificium ejus, [14] esca belluarum erat.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Maritus] Cl. Seldenus in Uxore Ebr. l. 3. c. 15. non de Marito, sed ipso Sacerdote, id accepisse videtur, sic enim loquitur: *Sacerdos tunc alius, vestes ei, corde tenus dilacerabat, nudato usq; ad crines capite, cincinnos si qui erant, abscondebat, & fune, si comparari posset Ægyptio (quo Ægypti miracula in animum ei facilius reducerentur) vestes ei laceras supra mammillas circumcingebat. Ægyptio dein canistro, afferebat decimum partem Epha, farinæ hordeaceæ, ex mariti apothecis desumtam, & mulieri tradebat.* Sed, recedere a Viro Docto, & verba Mischnæ de Marito, non Sacerdote interpretari, ipsæ nos cogunt sacræ Literæ, quæ perspicue habent: Num. V, 15. והביא האיש את אשתו אל הכהן והביא את קרבנה עליה עשירת האפה קמח שערים׃ id est: *Tunc adducet Maritus Uxorem suam, ad Sacerdotem, & apportabit Oblationem ejus, pro ea, decimam Epha farinæ hordeaceæ.* Nec aliter, ac nos, Rabbini animati sunt, & adeo quidam, eo usque progrediuntur, ut Oblationem hanc, non Uxoris, sed ipsius Mariti fuisse, perperam contendant. Chaskuni ad verba והביא את קרבנה sic annotat: אי אפשר שיהא קרבן זה לכפר עליה שהרי זבח רשעים תועבה הוא אלא האיש מביא קרבן לכפרה על שראה בה פריצות בתחלה ולא הוכיחה וגרם לשם הנכבד והנורא להמחות במים׃ id est: *Fieri nequit, ut hoc Sacrificium ad Uxorem expiandam faciat, quippe;* Impiorum Sacrificium, abominationi est: (Prov. XXI. 27.) *Sed Maritus affert Sacrificium, ad expiandam noxam, quod, ut primum in Uxore sua immodestiam animadverterat, eam non reprehendit, atq; in causa est, ut Dei venerabile & tremendum nomen, deleatur.* Cæterum, ad ista rejicienda, solam Scripturæ vocem קרבנה allegare sufficit, quæ certissimo argumento est, non Mariti, sed Uxoris hanc fuisse Oblationem. Ergo, ad eadem verba והביא את קרבנה longe rectius Abarbenel scripsit: רוצה לומר בעבורה כי הוא אינו חוטא בדבר לשיתחייב קרבן id est: *Innuit Scriptura, Uxoris gratia allatam a viro esse oblationem, ipse enim hac in re nihil peccavit, ut sacrificio opus esset.* Neque sequitur illud inconveniens ex hac sententia, quod inde Chaskuni prolicit: Cum necesse non sit Oblationem istam, inter Expiatoria Sacrificia, illico referre. Quippe, is verus ejus finis erat, ut Supremum Numen, aut testis innocentiæ mulieris, aut vindex illius pravitatis, libens volens adesse dignaretur.

2. Oblationem] Nimirum עשירית האפה קמח שערים Id est: *Decimam Epha farinæ hordeaceæ;* prout jusserat ipse Deus Num. V, 15. Est

15. Eſt vero decima Ephæ, autoritate libri antiquiſſimi Peſikta Sutarta fol. 39. col. 1. שיעור מ״ג ביצים וחמש ביצה Id eſt: *Capacitas ovorum XLIII. & ovi inſuper partis quintæ.*

3. Corbe ſaligna] Ceu in modo allatis, vidimus, Voces כפיפה מצרית eximius Seldenus, exponit de *Caniſtro Ægyptio.* Buxtorfius in Lex. Talm. eas modo, *Corbem Vimineam, factam ex virgultis ſalicis*; modo *Corbem parvam*, interpretatur, id quod ejus libri p. 1243. & 1900. conſulentes, deprehendent. Nos, illi, quæ priori inter Buxtorfii explicationes loco eſt, ſubſcribimus, tum, quia, cum in Bava Batra fol. 22. a. legitur: פיל שבלע כפיפה מצרית והקיאה דרך בית הרעי מהו id eſt: *Elephas ſi deglutiat* כפיפה מצרית *ejiciatq́ iterum per anum, quid juris? Annotat R. Salomo in Gloſſa* כפיפה מצרית סל של נצרים של ערבה id eſt: *Verbis* כפיפה מצרית *Corbem ex tenellis ſalicibus contextam*, ſignificari. Tum, quia corbium Salignarum uſum, alibi quoque deprehendo in re ſacra: Bava Kama fol. 92. a. עשירים מביאים בכורים בקלתות של זהב ושל כסף ועניים בסלי נצרים * של ערבה: id eſt: *Ditiores, afferebant primitias ſuas, in aureis argenteisq́ Calathis; pauperes, in corbibus ſalignis.* Confer, quæ ſupra annotamus ad Miſchnæ cap. 1. §. 6. n. 4.

* Sic ex En Iacob legendum pro נסרים quod eſt in Talm. Amſtel.

4. In manus] Malo enim ידיה legere cum editionibus noſtris Iãi, Miſchnajot, quam ידה cum Jalkut, & Amſtelodamenſi, ac Baſileenſi Talmude.

5. Ut fatigaretur] Et laſſa viribus fateri occiperet. שהרי נתונה על ידה עד גמר כל הסדר: id eſt: *Nam Corbem hanc ſalignam, univerſo illo tempore, quo ſacra iſta res peragebatur, tenere coacta fuit.* Toſephot.

6. Oblationes] Quot fuerint Oblationum Species diverſæ, curate docet Maimonides, in iis quæ Commentario ad Miſchnam Menachot præfatur. Modum offerendi Oblationes, habes quoque in noſtra Gemara fol. 14. b.

7. In vaſis ſanctis] Pro כל המנחות תחילתן וסופן בכלי שרת in Jalkut fol. 206. col. 3. ubi eadem hæc habentur, legitur explicatius: כל המנחות תחלתן בכלים הראוין לכלי שרת וסופן בכלי שרת: id eſt: *Omnes Oblationes, principio erant in vaſis ejusmodi, quibus uti licuiſſet in Sanctuario; deinde, ipſis vaſis ſacris recipiebantur.* Hoc gloſſema in notis ad Miſchnam noſtram, approbat Maimonides, accipitque

Vaſa

Vaſa, ſacro miniſterio apta, de aureis argenteisque: nec aliter eſt in Gemara.

8. Ad omnes oblationes &c.] Quæ nunc ſequuntur, cum grano ſalis, & conjuncto, minime vero ſeparato ſenſu, accipienda eſſe, probe docetur in Gemara fol. 15. a. Neque enim hoc volunt Magiſtri, quod quidem videri poterat, ſolam videlicet iſtam Sotæ oblationem, unamque ex omnibus, nec oleum nec thus admiſiſſe, itemque ſolam fuiſſe ex hordeo; verum hoc intendunt, nullam cæterarum omnium oblationum, cum iſta penitus, & ex omni parte poſſe comparari. Etſi enim Oblatio hominis peccatum expiare volentis, in modum oblationis Sotæ, oleo & thure carebat, Levit. V, 11. attamen parabatur ex ſimilagine, non hordeo. Simili ratione, etſi Oblatio Manipuli, fiebat ex hordeo, ut illa Sotæ; nihilominus hic farina cui nihil ademtum, ſed ibi puriſſima, & præterea oleum & thus quoque, adhibebantur. Eſt cæteroquin in hoc negotio notanda Regula, quam ſuppeditat Autor eximii libri Schilte Haggibborim fol. 70. col. 3. יש מהמנחות שטענות שמן ולבונא שמן ולא לבונה ולא שמן לא שמן ולא לבונה׃ id eſt: *Quædam Oblationes requirunt oleum & thus: Quædam ſolum oleum, excluſo thure, quædam ſolum thus, excluſo oleo, quædam neutrum admittunt.* Ad ſpecies ſingulas deſcendere, longum foret, nec facit ad inſtitutum.

9. Nec oleum, nec thus admittebat] Ex his Moſes Kozenſis, Duo Præcepta facit Negantia, quæ numeris LXXXVII. & LXXXVIII. iterumq; CCCXXVIII. & CCCXXIX. apud ipſum locantur, ſic autem de illis, fere iisdem utrobiq; verbis, loquitur. הזהירה תורה על מנחת קנאות לא יצוק עליה שמן ולא יתן עליה לבונה ואם נתן לוקה על השמן בפני עצמו ועל הלבונה בפני עצמה׃ id eſt: *Vetat Præceptum Divinum* (Num. V, 15.) *Oblationi Sotæ Oleum aut Thus addere, quod ſi vero Sacerdos id faciat, ſeorſum propter Oleum, & ſeorſum propter Thus vapulat.* Quod vero ad cauſam interdicti hujus attinet, eam dicunt Tanchuma fol. 69. col. 4. Rabbot fol. 230. col. 1. & ex his Raſchi ad cap. V. Numer. Tanchumæ verba ſunt: למה לא יצק עליה שמן שהשמן אור וקרוי יצהר וזו אחבה את האפלה לפי לא תהא אור במנת למה לא יתן עליה לבונה שהלבונה זכר לאמהות שני אלך לי אל הר המור אל גבעת הלבונה וזו פירשה מדרכיהן לפי׳ תהא מנחתה מזכרת עון ולא מזכרת זכת׳׃ id eſt: *Quare* (Oblationi Mulieris de adulterio ſuſpectæ,) *non fuit affuſum oleum? Quia Oleum Lucis ſymbolum eſt, & ideo* (a צהר quod *Lucendi*, & *Splendendi*, ſignificationem habet) *dicitur*

tur יצהר (quasi, *Rem Lucidam*, illud dicas:) *ista vero, cum tenebras amarit, ideo æquum erat, ut ab ejus Oblatione abesset Lux. Quare vero Oblationi ejusdem non fuit impositum thus? Quia Thus* (magnarum) *Matrum nostrarum*, (Saræ, Rebeccæ, Rachelis) *Mnemosynon est, uti in illo*: (Cant. IV, 6.) Ibo mihi ad montem myrrhæ, ad collem thuris. *At, ista segregavit se ab illarum moribus, proindeq; ejus Oblatio tantum peccati, neutiquam pietatis memoriam inducit.* Sed, non desunt inter Judæos, qui aliter de hoc negotio opinantur. Nam quantum ad Olei absentiam attinet, de ea in Commentario in Pentateuchum, qui Mincha Belula inscribitur, p. 136. a. legimus: לא יצוק עליה שמן שהשמן טוב נמשל לשמן שנ׳ טוב שם משמן ועל זאת יצא שם רע׃ id est: *Olei affusio prohibita, quia bona fama, Oleo comparatur*; sic enim S. E. (Eccles. VII, 1.) Gratior est existimatio, Oleo: *ista vero, famam malam contraxit.* Chaskuni, non tantum circa Oleum, sed & circa Thus, a veteri opinione recessit, scribens: לא יצוק עליה שמן ולא יתן עליו לבונה השמן והלבונה שבשאר מנחות נקראו אזכרה על שם שהמביאן נזכר במנחתו ומנחה זו אם יתן ויציק לבונה ושמן אזכרה זו תהא מזכרת עון כמו שמפרש והולך כי מנחת קנאות הוא׃ id est; (Sotæ Oblationi) *nec Oleum affundendum, nec imponendum Thus. Scilicet, Oleum & Thus, quæ in reliquis Oblationibus adhibentur*, (Scriptura) אזכרה (Mnemosynon) *appellitat, nam ea offerens, efficit sui* (apud Numen) *recordationem. Quod si igitur in Sotæ Oblatione, Oleum & Thus locum reperirent, id quidem peccati ejus esset Mnemosynon: Quo respiciens Scriptura, mox addit*: Est enim Zeli Oblatio. Ab istis, non longe admodum abeunt, quæ disserunt Maimonides in More Nevuch. part. 3. c. 46. pag. 486. Edit. Buxt. & Abarbenel Comm. in Legem fol. 280. col. 2. Præ horum tamen, omnibusque hactenus allatis rationibus, placet illa S. Chrysostomi nostri Orat. 5. adv. Judæos: Ἐπειδὴ πένθος ἐστὶ καὶ κατάγνωσις, καὶ ὑποψία πονηρά, ἐμιμεῖτο τὴν συμφορὰν τῆς οἰκείας, θυσίας τὸ σχῆμα, διὰ γὰρ τοῦτο φησίν. οὐκ ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτῇ ἔλαιον, οὐδὲ ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῇ λίβανον. Id est: *Quoniam id quod gerebatur, luctus erat, & incusatio, suspicioq; prava: forma sacrificii, domesticam calamitatem imitabatur, eoq; dicit: Non effundes super illam oleum, neq; impones illi thus.* Nam, Oleum & Thus, Lætitiæ signa fuisse, nec nisi in gaudio & festivitate locum reperisse, notum est ex Divinis literis. Atque sic ipsa Gemara nostra, Oleum & Thus omissum ait שלא יהא קרבן מהודר id est: *Ut Venustate Oblatio destitueretur.*

10. Ista conficiebatur ex hordeo] Cl. Seldenus, contendit in paulo ante recitatis, illud hordeum ex Mariti apothecis desumendum fuisse. Nimirum, legerat in Smag. fol. 138. col. 4. aut alibi מביאה משעורין

קמח

קמח שאורין משל בעל quæ eadem quoque, in MS. noſtro Ez. Hechajim deprehenduntur, poſſuntq; iſta, primo aſpectu, gignere ſane ſenſum, quo a Viro Doctoſſunt accepta. Sed, omnino ſatius eſt, משל בעל ad *Æs* & *Pecuniã*, quam *Mariti Apothecas Hordeumq;*, referre; tum, quod nulla patitur ratio, ab exploratione uxorum eos excludere maritos, quibus Apothecæ haud erant, quale quid tamen, Seldeni opinionem, conſequitur: Tú vero, quia pro recentiorum obſcuriore phraſi, ſic ſatis perſpicue legitur in libro antiquiſſimo Peſikta Sutarta fol. 39. col. 1. אינו מקיץ לה מכתובתה אלא משלו וכן כל קרבן שעליה id eſt: (Maritus oblaturus Sotæ ſacrificium,) *non parat illud ex bonis mulieris dotalibus, ſed ex ſuis propriis, eademq; omnium ſacrificiorum ab illa offerendorum eſt ratio.* Nota tamen hanc regulam non ſimpliciter, ſed de iis tantum ſacrificiis intelligendam eſſe, quæ ad conjugium aliquem reſpectum habent, uti cum de adulterio ſuſpecta, aut immunda, vel recens partu levata eſt mulier. At, cum de ſolvendo ejus voto, aut expiando peccato ab ea commiſſo agitur, aliud obtinet, atque ſimili in caſu, ex ſuis facultatibus mulieri litandum eſt. וקרבן שאין מכשירה לו כגון שקיפחה נזירות בראשה או שחיללה את השבת הרי זו מביאה משלה ומקיץ מכתובתה: commode monetur in Siphri fol. 3. col. 3. quorum verborum ſenſus, ex dictis erui facile poteſt.

11. Pollen fuit oblatum] Nimirum סלת מנופה ב״יג נבת id eſt: *Farina flos merus, ter & decies cribellatus*: Mincha Belula p. 136. a. Eſtque totus offerendi Manipulum ritus, apud Kozenſem Præc. Aff. CXCIX. Joſephus l. 3. Antiq. cap. 10. Τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἕκτη δ' ἐστὶν αὕτη καὶ δεκάτη, τῶν καρπῶν οὓς ἐθέρισαν, οὐ γὰρ ἥψαντο πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι. Καὶ τὸν θεὸν ἡγούμενοι τιμᾶν δίκαιον εἶναι πρῶτον, παρ' οὗ τῆς εὐπορίας τούτων * ἔτυχον, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῷ τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι τρόπον τοῦτον· φρύξαντες τῶν σταχύων τὸ δράγμα καὶ πτίσαντες, καὶ καθαρὰς πρὸς ἄλεσιν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, τῷ βωμῷ ἀσσάρωνα προσάγουσι τῷ θεῷ· Καὶ μίαν ἐξ αὐτοῦ δράκα ἐπιβάλλοντες, τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν εἰς χρῆσιν τοῖς ἱερεῦσι· Id eſt: *Secunda Azymorum die, quæ eſt menſis hujus* (Niſan,) *decima ſexta, frugibus demeſſis, & hactenus intactis, incipiunt frui: æquum rati, DEUM hujus ubertatis autorem per gratitudinem honorari, Hordei primitias afferunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinſunt, atq; ita in alicæ modum fracti, aſſaronem, ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam injecto, reliquum Sacerdotum uſui cedit.* Quas, cæteroquin Judæi faciant farinæ differentias, diſcere eſt ex Menachot fol. 112. a. סאה ביהודה היה עושה חמש סאים סאה קמח סאה סולת סאה סובין סאה מורסן וסאה קיבורי׳ : id eſt: *Sea, ejus frumenti, quod regio Tribus Judæ* (ediderat, ſi commoleretur,) *reddebat Seas quinq;: unam farinæ, unam pollinis, unam furfuris, unam merarum ſiliquarum, ſive furfuris deterrimi, & unam farinæ ſecundariæ.* In qua quidem verſione exprimenda omni-

* An legendũm ταύτης.

da, omnino R. Salomonis secuti sumus autoritatem, apud quem de postremo, quod præcipue difficultatem parit, vocabulo, sic legitur: קיבורית קמח שאינו יפה שעושין ממנו פת קבור: Id est: *Vox* קיבורית *notat farinam, quæ non est pulchra, & ex qua fit panis secundarius.* Atq; quia huic expositioni, ipse sermonis contextus favet, cum necesse utique videatur esse, ut inter farinam, & furfurem, aliquod adhuc medium intercedat, ideo vitio nobis verti non debet, quod Cl. Buxtorfium in Lex. Talm. p. 1964. קיבור *de viliore furfuris specie, & ipsa farina fæce*, interpretantem, hactenus deseruimus.

12. Farina cui nihil ademtum] Puta חסובין והקמח הכל מעורב id est: *Cum suo furfure, farina mixta*: uti iterum est in Mincha Belula, loco eodem. Græci vocarent Αὐτόπυρον.

13. Facta ejus belluina fuere] שבהמה אין לה יחוד עם בעלה; id est: *Nam, nec Bellua, cum uno solo mare cubilia sua sociat*: id quod vere supplet Abarbenel Comm. in Pentat. fol. 280. col. 2.

14. Esca belluarum] Hordeo ipso quondam pascebantur, & fortasse, etiamnum pascuntur, Equi, & Asini, in Judæa, non vero, ceu in nostris Regionibus fieri solet, ejus corruptela. Quippe, ita dicente Plinio l. 18. Hist. Nat. c. 17. *Primum omnium frumenti vitium Avena est: & hordeum in eam degenerat.* De Hordeo, esca bestiarum apud Judæos, adscribam locum unum ex Schalschel. Hak. p. 14. a. ראיתי מפרש אי שאומר עם ראיות שבני בית שלמה האוכלים על שלחנו היו ששים אלף והשעורים שהיה צריך לסוסיו היה מאתים אלף טומבולי למדרת נפולי מלבד סך גדול שהיה צריך לכלכל הבהמות מהאנשים הבאים בכל יום לשחר פניו או לשאת מנחה וכיוצא: id est: *Vidi Scriptorem quendam, probantem rationibus, Salomonem cibasse in Aula sua, hominum millia sexaginta: Ad Equos ejus alendos,* (diebus singulis) *opus fuisse, bis mille mensuris Neapolitanis, quas ipsi vocant* Tomboli: *præterquam quod cogebatur sustentare immensum numerum illorum jumentorum, quibus vecti fuere, qui quid precaturi, aut munus oblaturi, vel ob similem rem advenerant.*

ב

היה מביא פיילי של חרס חדשה ונותן לתוכה חצי לוג מי מן הכיור ר' יהודה

II.

(Sacerdos) attulit [1] phialam [2] fictilem novam, & semisextarium aquæ [4] e Labro [3], in eam infudit. Sed [5] secundum R. Ju-

אומר רביעית כשם שממעט
בכתב כך ממעט במים נכנס
להיכל ופנה לימינו ומקום
היה שם אמה על אמ' וטבלא
של שיש וטבע' היתה קבועה
בה וכשהוא מגביהה נוטל
עפר מתחתיה ונותן כדי
שיראה על פני המים שנ'
ומן העפר אשר יהיה בקרקע
המשכן יקח הכהן ונתן אל
המים:

R. Judam fuit (*aquæ*) tantum quartarius. Quippe is, uti [6] quod ad ſcripturam, ita &, quod ad aquam attinet, minus (*quam alii*) admittit. (*Sacerdos*) templum ingreſſus [7] dextrorſum deflexit: Ibi [8] foſſula erat, unum cubitum longa, lataque, huic tabula marmorea (*ſuperimpoſita fuit*,) cui infixus annulus. Ea igitur, in altum ſublata, [9] exinde tantum pulveris [10] depromſit, [11] aquisque indidit, [12] ut conſpici poſſet, in aquarum ſuperficie. Q. S. E. *Et de pulvere, qui erit in ſolo tabernaculi accipiens Sacerdos, indet in illam aquam.*

ANNOTATA.

1. Phialam] פיילי eſt ipſum Græcorum φιάλη, & id Judæi quoq; agnoſcunt. In Tanchuma fol. 69. col. 2. ſequens gloſſema, ſemicirculis incluſum deprehenditur: פיאלי בלשון יון כוס או צנצנת אך תרגום בספל אדירי' בפיילי גברייא ותרגו' יהו' * ועשית קערותיו פלותא: *Exiſtimo legendum eſſe 'יוֹנ' id eſt: *Verbum* פיאלי *Lingua Græca, ſcyphum aut urceum denotat. Hinc Chaldæus* (Jud. V, 25.) *pro* בספל אדירים id eſt: Simpulo magnificorum, habet בפיילי גברייא & (Ex. XXV, 29.) pro ועשית קערותיו id eſt: Et facies ſcutulas ejus: *Jonathan tranſtulit*: ותעביד פיילהוי Similis annotatio etiam in Jalkut fol. 206. col. 4. margini eſt addita. Liber Schilte Haggibborim fol. 30. col. 4. אמרו במסכת סוטה פרק היה מביא את מנחתה משנה שנית מביא פיילי של חרש וכו' דעו כי רזל הי׳ בקיאים מאד בלשון יוני ותמצאו בדבריהם דברים הרבה ומלות רבות בזה הלשון שהמדפיסי' לא העתיקו אותן כדין וכשורה כמו המלה הזאת שכתבו פיילי במקום פיאלי כתוב בפי ביוטא באלפא בלאמדה ובביטא * והוא כלי ששותין בו יהיה זה הכלי מכסף או זהב או זכוכית וכדומה הכל נקרא כן בשם כולל: *Legendū ובאיטא id eſt: *In Maſſechet Sota Cap. 2. §. 2. legimus: Attulit*

פיילי

פיילי *fictilem* &c. *Sciendum, Sapientes antiquos, in Lingua Græca, fuisse exercitatissimos, unde in scriptis eorum, & sententiæ, & verba multa, ex illo sermone depromta, repertuntur: quæ tamen Typographi, non satis fideliter exhibent. Tale quid in hac voce accidit, dum* פיילי *pro* פיאלי *imprimunt. Est enim in Græco,* φῖ, ἰῶτα, ἄλφα, λάμβδα, ἦτα· *Significat vero, vas, e quo potatur, sive argenteum id sit, sive aureum, sive vitreum, aut ex alia simili materia effictum: Omnia, inquam, isto nomine veniunt, cum sit generale.* Cæterum Josephus 3. Antiq. c. 10. de Sota agens, plane eodem vocabulo usus est: Τῶν δὲ ὅρκων τελειωθέντων, τῆς διφθέρας ἀπαλείψας, τὄνομα εἰς φιάλην ἐκπιέζει·

2. Fictilem Novam] Et secundum Maimonidem Comment. in hunc locum omnino talem שלא נעשה בה מלאכה כלל ואפילו בדבר מועט: id est: *Quæ ad nullum unquam, etiam perexiguum usum, fuit adhibita.* Sed, nec ex nimia vetustate, nigredinem contraxisse debuit, secus enim, igne lustranda erat, autore eodem Maimonide Hilch. Sota c. 3. §. 9. Fatigant se quidam Magistri, in pervestiganda causa, cur illud fas fictile esse oportuerit, sed vix est ut credam, ipsos eandem fuisse assequutos. Autor libri Keli Jakar fol. 100. col. 2. scribit: נתינת המים בכלי חרש היינו לפי שכל כלי חרש אינו יוצא מידי דפיו לעולם כך הבא על הערוה והולד ממנה ממזר נקרא מעות לא יוכל לתקון: id est: *Ideo aquæ, fictili vase exceptæ sunt, quia sicut fictile vas* (quod semel immunditiem contraxit,) *nunquam ab ea liberari potest: Ita, qui illicitam Venerem sectatus, Spurium generat, Corruptor vocatur, estq; id malum immedicabile.* Bechai, sublimius mysterium se reperisse arbitratus est, cujus Comment. in Pent. fol. 156. col. 1. hæc verba sunt: אם תשכיל היטב במה שאמר בכלי חרש תמצא שיש בו רמז שלא תזכה לקום עמו בתחית המתים אך תהיה כחרש הנשבר שאין לו תקנה אם זנתה תאבד מן העולם הזה והעולם הבא שהמזנה תחת בעלה כעובר שתי רשויות ועל כן אמר בכלי חרש ולא אמר בכלי זכוכית שהזכוכית יש לו תקנה בנפיחה והמתים עתידין לחיות קל וחומר מזכוכית: id est: *Si attentius consideres, quare fictilis vasis usus præcipiatur, deprehendes eo innui, adulteram cum suo amatore non resurrecturos olim a mortuis, sed futuros instar vasis fictilis, cujus semel fracti, nulla est reparatio. Quæ enim scortatur mulier, & hujus, & æternæ vitæ jacturam patitur, eo quod adulterium idololatriæ reatum simul involvit. Ergo, vas fictile adhibendum fuit, non vitreum; quippe vitrum* (fractum,) *novo flatu, ad pristinam formam reducere licet: Atq; hinc a vitrorum reparatione, ad resurrectionem mortuorum, tanquam a minori, ad majorem verisimilitudinem, vulgo concludimus.*

3. Semi-

3. Semi-sextarium] Cujus Mensuram, ad hos similesque usus, perpetuo in Templo servatam fuisse, legitur in Smag Præc. Aff. 56. & in MS. nostro Ez. Hechajim : בחצי לוג שהיה במקדש היה מודד

4. E Labro] Aquas enim sanctas accipere oportebat, Num. V, 17. Sed vero : אין מים קדשים אלא שקידשו בכלי אלו מי כיור id est : *Nullæ Aquæ sanctæ sunt, nisi quas vas, Labrum scilicet, sacravit* : Jalkut fol. 207. col. 1. De Labro, multa egregie nos monet, aureus liber Schilte Haggibborim cap. XXVII. & quædam excerpere est operæ pretium. דעו בני כי בבירת ראשון שבנדה שלמה היה הים מוצק עשר באמה משפתו אל שפתו עגול סביב חמש באמה קומתו אלפים בת יכיל כדכתיב מלכי׳ א׳ ז׳ ובדה׳ ב׳ ד׳ כתיב שלשת אלפים יכיל כמו שפירשו רבותינו ז״ל אלפים בלח ושלשת אלפים ביבש הגדוש כי כל כלי שעמקו חצי רחבו גדשו משפתו ולמעלה הוא שליש ממה שמכיל הכלי עד שפתו : id est : *Nosse vos oportet, o Filii, in Templo primo, quod condiderat Salomo, fuisse Mare fusum, habens decem cubitos ab ora una parte ad alteram, rotundum circumquaq, altitudinis cubitorum quinq., capiens vero, Batos bis mille, prout traditur 1. Reg. VII. Cæterum, quod 2. Chron. IV. legimus, ter mille cubitos illud cepisse, hoc cum Magistris nostris, f. m. ita conciliandum fuerit*, (ut dicatur,) *continuisse bis mille Batos Humidorum, at ter mille, Aridorum aggestorum. Nam, quodq Vas, cujus profunditas dimidiatam proportionem habet, ad* περιφέρειαν, *si post impletionem porro acervetur, tantum admittit cumulum, ut tertiam partem ejus quantitatis, cujus ipsum vas ad oram usq capax est, exæquet.* Postea, cum multa, de Basibus, & Labris, Maris hujus interjecisset, subjungit : אמנם במקדש שני לא היה בו לא ים ולא מכונות וכיורות רבים אלא היה בו כיור אחד בין האולם והמזבח ומשוך קמעא מזוית המזבח כלפי הדרום כמו ששנינו בזבחים שהיה שם לקדש ידים ורגלים של כהנים כמשפט הכתוב בפרק שלישי ממס׳ מדות משנה ששית ובראשונה לא היה לכיור אלא שני דדים בלבד עד שבא בן קטין הכהן הגדול זכור לטוב ועשאן שנים עשר כמו שאמרו בפר׳ אמר להם הממונה דיומא משנה עשירית וזה כדי שיהיו שנים עשר כהנים הזוכים בפיים של תמיד של שחר מקדשים בבת אחת ידיה׳ ורגליהם : id est : *Verum enim vero, in Templo posteriore, nec Mare erat, nec Bases & Labra plurima, sed unicum tantum Labrum, inter Porticum & Altare, ab hujus angulo, nonnihil ad Austrum sese porrigens, ceu in* (Massechet) *Sevachim proditum est. Hujus usus erat, ut Sacerdotes manus suas pedesq. mundarent, secundum normam traditam in cap. III. Mass. Middot, Mischna VI. Atq. principie.*

pio, Labrum hoc, sola duo habebat Epistomia, sed superveniens Ben Ketin, Pontifex Summus, f. m. duodecim fecit; uti est in c. III. Joma, Mischna X. Hoc vero ideo fieri voluit, ut duodecim illi Sacerdotes, qui in offerendo jugi sacrificio occupabantur, simul omnes, manus & pedes abluere possent.

5. Secundum R. Judam &c.] Privata hæc fuit R. Judæ opinio, in quam Sapientes reliqui, suis suffragiis non descenderunt.

6. Quod ad Scripturam] Vide Mischnam, mox sequentem.

7. Dextrorsum deflexit] Si maxime voci ופנה non adderetur לימינו tamen haud aliter, quam de dextro latere accipienda fuisset, ob Gemaræ nostræ Regulam : כל פנה שאתה פנה לא יהי אלא דרך ימין id est : *Quotiescunque quis deflexisse dicitur, id de regione dextra capiendum.*

8. Fossula erat unum cubitum longa, lataque.] Nota, Phrasin אמה על אמה qua Talmudistæ crebro utuntur, Longitudinem & Latitudinem, in re simili tantum notare, non vero, (quod tamen merito opinari quis poterat,) etiam profunditatem. Id enim persuadet locus in Erubin fol. 14. a. inf. תני ר׳ חייא ים שעשה שלמה היה מחזיק מאה וחמשים מקוה טהרה מכדי מקוה כמה היה כדתניא ורחץ את בשרו במים במי מקוה כל בשרו מים שכל גופו עולה בהן וכמה הן אמה אל אמה ברום ג׳ אמות : id est : *Docuit R. Chaja, Mare, quod Salomo fecerat, continuisse CL. fontes purificationis. Quæ est mensura fontis ejusmodi? Ea, quæ colligitur ex verbis,* (Lev. XIV, 9.) Et abluet carnem suam aquis : *quibus cum indicetur, totum corpus, fontis aquis abluendum esse, quare aquas tantas esse oportet, ut universum corpus capiant. Quæ igitur harum debet esse quantitas? Ulnam unam longas, latasque, tres vero profundas esse exigitur.*

9. Exinde tantum pulveris &c.] Quid facto opus sit, si pulveris in Sanctuario nulla suppetat copia, prolixior in Gemara est disputatio, quam ut afferri possit. Missa ea, controversiæ decisionem recitamus ex Maimonide Hilchot Sota cap 4. §. 12. לא היה שם עפר בהיכל מביא עפר מבחוץ ומניחו בהיכל ולוקח ממנו ונותן על פני המים ואינו מביא אפר אבל מביא רקבובית שהיא כעפר : id est : *Quod si in Sanctuario nullus sit pulvis, ex aliunde allato, inque eo deposito, accipere licebit, & aquis indere. Cineres* (loco pulveris) *accipere, nefas, putrorem vero corruptarum rerum, fas est.*

10. De-

10. Depromsit] Manu sua, ultro objectos pulvisculos Sacerdos prehendebat, nam, ut rursus ait Maimonides: לא יחפור בקרדום בהיכל ויוציא עפר שנ׳ אשר יהיה בקרקע המשכן ואם חפר והוציא עפר כשר; id est: *Non debebat in Templo, pulverem rutro effodere, ac eruere Sacerdos,* Q. S. E. (Num. V, 17.) Qui erit in solo Tabernaculi. *Si vero fodiendo eruisset, saltem pulveris nullum erat vitium.*

11. Aquisque indidit] Sed vero, si libro antiquissimo Siphri fol. 4. col. 3. hic credimus, אם הקדים עפר למים יצא id est: *Peccatum nullum erit, si Sacerdos prius pulverem vasi indat, atq; sic demum aquam affundat.*

12. Ut conspici posset, in aquarum superficie] Modice quidem pulvis aquæ injiciendus erat, ut hauriri eadem commode posset: non tamen tanta exiguitate, quæ visum omnem effugeret; secus enim, ne additum quidem pulverem esse, suspicari licebat. ת״ר שלשה צריכין שיראו עפר סוטה ואפר פרה ורוק יבמת משום ר׳ ישמעאל אמרו אף דם צפור; id est: Tradunt Magistri: *Tria sunt, quæ minorem, quam quæ conspici queat, quantitatem, haud admittunt: Suntq;: Pulvis Mulieris de adulterio suspectæ; Cinis Junicis* (Num. XIX, 17.) *& Sputum Fratriæ,* (Deut. XXV, 9.) *Atq; ex sententia R. Ismaëlis, addere his oportet, Sanguinem avis* (quæ jugulatur in expiatione Lepræ, super aquam vivam, Lev. XIV, 5.) Sic legitur in Gemara nostra fol. 16. b. idemque repetitur in Jalkut fol. 207. col. 1. Cæterum, quare in Sotæ Judicio, Aquam & Pulverem adhibere, Legislator Supremus jusserit, Rabbini more suo curiose indagare sategerunt, e quibus tamen multi, nimium intelligendo, fecere, ut nihil intellexerint. Omnium ineptias, uti afferre supersedemus, ita unum & alterum, non omnino absurdum, juvat audire: Jelammedenu fol. 69. col. 4. cum non minus ut Talmud Jeruschalmi apud Mosen Mikkozi in Smag fol. 138. col. 4. præcepti divini eam principio causam attulisset, quod ex Aqua, Mulier creata fuerit, & in Pulverem convertatur: subjungit deinde: ד״א למה נבדקת במים ובעפר לפי שאדם זורע כמה זרעים בעפר ואינו יודע מה הם עד שהמים יורדים עליהם ומודיעי׳ אם הם של בעל השדה או מה שזרעו אחרים; id est: *Superest alia responsio: Quare instituta Exploratio Aqua & Pulvere? Scilicet, Paterfamilias multa seminat semina in pulvere, quæ illum deinde latent, quoad aquis irrigata, ostendunt, quas fundi Dominus, quasq; alii fecerint sementes.* Non addit plura, proclive enim est, ad institutum applicare similitudinem. Abarbenel Comment. in Legem fol. 280. col. 3. in

3. in hunc modum ratiocinatur: המים רומזים לתורת השם שהזהירה על העריות והיא עברה עליה בטומאתה ועפר קרקע המשכן היה רמז לכבוד בית יי׳ ומשכנו שלא יבא שמה אתנן זונה ומחיר כלב ולכן שמה ראוי שתענש על חטאה גם תרמוז בזה שעפר היא ואל עפר תשוב שמה כי כן צוה בכלי חרס סימן שהיא תשבר ככלי חרס׃ id est: *Aqua, ad Legem Divinam,* (iisdem sæpe comparatam,) *respectum involvunt, hæc enim vetat adulteria, quod præceptum, sua impuritate Sota violavit. Pulvis ex solo Templi, revocat in mentem venerationem Domus Dei, ejusq; Sanctuarii, in quod merces meretricia, ac pretium canis inferri, non debebant, itaq; æquum erat, ut ibi Sota plecteretur: Amplius, indicabat idem pulvis, Sotam, pulverem esse, & ibi in pulverem reversuram. Unde & in fictili vase, ista offerenda erant, certo indicio, fractum iri illam, adinstar vasis fictilis.*

ג

בא לו לכתוב את המגילה
מאיזה מקום הוא כותב מאם
לא שכב איש וגו ואת כי שטית
V. 19. V. 21. שטית תחת אישך וגו ואינו כ
כותב והשביע הכהן את האשה
האשה וכותב יתן ה אותך ל
לאלה ולשבועה ובאו המים
המארים האלה במעיך לצבות
V. 22. לצבות בטן ולנפיל ירך ואינו
כותב ואמרה האשה אמן אם
אמן רבי יוסי אומר לא היה
מפסיק רבי יהודה אומר כל
עצמו אינו כותב אלא יתן ה
אותך לאלה ולשבועה וגו וב

III

DEscripturus Libellum, unde scriptionis initium fecit? Videlicet [1] ab illis: *Si non concubuit ullus tecum, &c. Sin autem tu declinasti a marito tuo &c.* Cæterum [2] non scribebat verba: *Et adjuravit Sacerdos mulierem*: Sed (iis, & paucis, quæ sequuntur, omissis) scripsit: *Ponat te Dominus in maledictionem, & formulam jurisjurandi; Ingrediantur itaq; hæ aquæ* [3] *maledictionem illaturæ, in viscera tua, ad tumidum reddendum ventrem, & ad efficiendum femur cadivum.* [4] Non vero subiiciebat verba: *Et dicet mulier Amen, Amen*: R. Jose ait, nihil ab eo fuisse omissum. [5] R. Juda in ea est sententia, haud scripsisse eum præter-

ובאו המים המאררים וגו האלה במעיך וגו ואינו כותב ואמרה האשה אמן אמן:

præterquam : *Ponat te Dominus in maledictionem & formulam juramenti* &c. *Ingrediantur itaq; hæ aquæ maledictionem importaturæ in viscera tua &c.* Neque addita esse verba : *Et dicet mulier : Amen, Amen.*

ANNOTATA.

1. Ab illis: Si non &c.] Cum Mischnæ Codicibus, מאם legendum, non vero, quod est in Basileensi, & Amstelod. Talmudis Editionibus מואם Prius enim cum Textu sacro convenit, Scripturæ vero verbis vel addere, vel detrahere literulam, esse debet religio.

2. Non scribebat verba : Et adjuravit Sacerdos mulierem.] Hæc enim tantum indicant, quid Sacerdotem facere conveniat, nec attinent ad Sotam.

3. Maledictionem illaturæ] Sic המים המאררים interpretari nos Judæi jubent, quorum judicio non probatur, si, (quod, nonnulli tamen fecisse deprehenduntur,) *Aquas maledictas*, quis dicat; & adeo R. Salomo Jarchi, agendi sensum, non tantum respectu ejus quod in corpore suo Sota patitur, sed etiam ad aliorum de ea sermones, applicat; המאררים המחסרים אותה מן העולם לשון סלון ממאיר ולא יתכן לפרש מים ארורים שהרי קדשי' הן ולא אחרים כתב הכתוב אלא מאררים את אחרים ואף אונקלוס לא תרגם ליטייא אלא מלטטי מראות קללה בגופה של זו : id est : *Aquæ illæ dicuntur* המאררים *quia Sotam vita privant, potestq; significatio peti ex* סלון ממאיר (quod Ezechiel c. XXVIII. 24. adhibuit, ut *Spinum accerrime pungentem*, innueret.) *Non vero quadrat, si quis* Aquas Maledictas, *exponere velit, quippe sanctæ sunt: neq;* ארורים (id quod demum *Maledictas* notaret,) *dicit Scriptura, sed* מאררום *quasi quæ apud alios maledictiones producant. Atq; sic quoq; Onkelos Chaldæus, non* ליטייא sed מלטטי' *transtulit*, (quia alii Sotæ imprecantur,) *cum ejus corpus plaga vident affici.* Ex istis, verbo tenus excerptum est, quod Judæi populares, ad suam Versionem Pentateuchi, in qua מי המרים המאררים reddiderunt, *Wasser die bitren, die da machen*

chen

then verfluchen, annotant. Inquiunt: *Die Bitren darum, daß zum letzten vvert es ihr bitter vvern. Die da machen gebrechen. Meint, machen gebrechen sie von diese Welt. Aber nit daß ich vvolt es bescheiden, Wasser verfluchte, dan fürvvar sie sein heilig, und nit verflucht: Geschrifft daß da ist geschrieben der* שם המפורש *Neiert sie machen verfluchen, sie von andere, vvann sie sein sehen, die* קללה *am Leib von dieser.* Breviter & optime Bechai fol. 156. col. 1. in f. ומה שאמר מאררים על שם מאררי' האלות הנמחות במים שהן מקללין אותה: *Aquæ illa vocantur propter imprecationes in iisdem deletas, quæ Sotam male mulctant.* Conferendus Abarbenel fol. 280. col. 3. in f. In Baal Hatturim, Tanchuma, & Rabbot, vocis המאררים arcanum aliquod Mysterium declaratur: המאררים עולה שני פעמים רמ"ח לומר שבודקין רמ"ח איברים של איש ושל אשה: id est: *Verbi* המאררים *elementa, ad numeros redacta, bis* CCXLVIII. *conficiunt: quo indicatur, aquas exerere vim suam tam in* CCXLVIII. *membra* (totidem enim humanum corpus constat;) *suspecta mulieris, quam adulteri.*

4. Non vero subjiciebat &c.] Ista, in Megilla exprimere supervacuum fuisset, quippe quæ eò spectant, ut Mulier viva voce, geminatam obtestationem, *Amen, Amen*, proferre cogatur.

5. R. Juda in ea sententia est] Inter discordes has opiniones, quæ verior sit, nec Gemara, nec Maimonides, in Mischnæ Commentario, exprimunt. Standum tamen sine dubio illa, quæ primo loco fuit proposita, quippe, scribente ita Bechai Comment. in Leg. fol. 156. col. 1. נ"ד תיבות היו כותבין לסוטה שהיו נמחים למים id est: *Verba LIV. scripta, & aquis deleta fuere, cum de Sota institueretur judicium.* Sed vero, si rationem ineamus, ex sola prima opinione, is numerus emergere deprehenditur. Itaque, hic graviter hallucinatus est, quisquis ille fuit Autor Notarum Rabbinicarum, quæ Pentateucho, Venetiis apud Justinianum, ante hoc, & quod excedit, Seculum, excuso, adjiciuntur, contendit enim, ipsum etiam Sotæ proprium, quo designabatur nomen, Megillæ delendæ fuisse inscriptum; quod assertum, nec in Sacris literis, nec in universa Judaica Antiquitate, testimonium reperit. Atenim, deprehendisse nobis videmur, quid Commentatorem illum deceperit. Nimirum, legerat apud Maimonidem Hilch. Sota c. 3. §. 5. aut in Smag. fol. 138. col. 4. scribendam esse Megillam, לשמה של אשה כמו גט ibi לשמה ipse de proprio Mulieris nomine perperam accepit, cum sensus sit, non valere, si in antecessum, aut in alterius, quam præsentis Sotæ gratiam libellus scribatur, suum enim cuique proprium & peculiarem exarandum

randum esse, pariter uti & instrumentum divortii. Atque sic deinde cap. 4. §. 11. idem ait Maimonides: כתבה שלא לשמה או מחקה שלא לשמה פסולה: id est: *Si alterius Sotæ in gratiam, sive scripta, sive deleta fuisset Megilla: ista tam Megilla, quam aqua, porro ad explorandum aliam erant inutiles.* In Mischna Joma, capite 3. traditur: הליני עשתה נברשת של זהב על פתחו של היכל אף היא עשתה טבלה של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה; id est: *Helena Regina, fecit Candelabrum aureum in Porta Templi: Eadem, paravit quoq; Tabulam auream, in qua verba concepta, Megillæ Sotæ inscribenda, fuerunt expressa.* Quem locum non satis Guil. Henrico Vorstio, in translatione Zemach, intellectum esse, ante nos notavit præstantissimus vir, Robertus Sheringamius, qui Jomæ librum, latine vertit, notisque illustravit. Nec minus, graviter errasse deprehenditur, R. Jacobus Leonitius in Tavnit Hechal p. 32. a. cum Helenæ Tabulam Auream, in ipsum Sanctissimum penetrale admissam, & eodem, quo Urnam cum Manna, & Baculum florentem Aaronis, loco habitam esse, sibi persuasit, inquiens: בתוך קודש הקדשים היה נתון צנצנת המן אשר מעשהו היה כזרע גר אמנם לבן ועינו כעין הבדולח מונח לפני ארון העדות גם מטה אהרן לבית לוי עם פרחיו וציציו וגם השקדים שהיה שמה מונח לפני אהרן להיות לאות לבני מרי גם שם היתה טבלת זהב טהור אשר בה כתובה בלשון הקודש האלה אשר היו משביעים את האשה כאשר יעבור על בעלה רוח קנאה; id est, Viro Clarissimo, qui illum librum Latinum facere dignatus est, vertente: *Intra Sanctum Sanctorum sita fuit urna Mannæ, quod simile erat semini coriandri, & color ejus, sicut color Bdellii: eaq; constituta coram Arca testimonii. Etiam Baculus Aaronis, Domus Levi, cum germinibus suis, & floribus suis, & amygdalis quoq;, quæ erant in eo, locatus fuit ante Arcam, ut esset in signum filiis Rebellionis. Ibidem exstitit Tabula puri auri, in qua lingua Sancta descripta erant illa, quibus adjurabant talem mulierem super cujus marito transiisset Spiritus Zelotypiæ.* Nam, ut alia, quæ urgeri possent, prætermittam, certe non in alium finem parata erat, Helenæ Tabula aurea, quam dicente ita Jarchi, in Notis ad allegatum paulo ante, Jomæ locum: שלא יהיה צריך להביא * תורה לכתוב ממנו מגלת סוטה במקדש: id est: *Ne necesse esset, aliunde in Templum inferre Librum Legis, ut ex eo feralia verba in schedam describerentur.* Quibus plane consona sunt, quæ scribit Maimonides in ad Mischnam Sotæ Commentario. At vero, si in Sancto Sanctorum asservabatur ista Tabula, quomodo ulla ratione fas erat Sacerdoti gregario, (qualem Judicii Sotæ ministrum fuisse, supra demonstratum est,) penetrare in sacro-sancta Adyta, & Tabulam, secundum quam Megillam

* Analogia Grammatices jubet supplere vocem ספר

lam describeret, depromere? Quippe in quæ nemini uni mortalium præter solum Summum Pontificem, & quidem non nisi semel in anno, expressa Lege Divina, Levit. XVI, 2. ad quam provocat quoque Epistolæ ad Hebræos Divinus Scriptor, cap. IX, 7. introire permittebatur. Proinde, omnino consequitur, in Conclavi aliquo, cum cæteris Vasis, aut Vestibus sacris, hanc Tabulam fuisse custoditam; vel etiam, quod mihi fit verisimilius, juxta Nicanoris Portam, semper mansisse appensam. Si Maimonidi credimus, haud licet Scripturæ aliquam Sectionem, ita in Tabula describere, ut verba in rectis secundum latitudinem lineis sint contigua, nam id librorum, & sacrarum schedarum, unice proprium est, in Tabula vero, aut pugillaribus, si quod exprimitur Dei dictũ, verbum verbo, aut bina vocabula, binis, secundum longitudinem ducendo lineas, supponenda sunt. Quamobrem, ex Maimonidis mente, hæc, in Helenæ Tabula Aurea, Scriptionis forma fuit, ista LIV. sacrorum verborum ibi dispositio, quam oculis subjicimus;

Vide etiã Talmud Celim cap 1. §. 9. Maimonidem Hilchot Bet Hammikdasch. c. 2.



אם	שטית	עמך
לא	תחת	בתת
שכב	אישך	יהוה
איש	ובי	את
אתך	נטמאת	ירכך
ואם	ויתן	נפלת
לא	איש	ואת
שטית	בך	בטנך
טמאת	את	צבה
תחת	שכבתו	ובאו
אישך	מבלעדי	המים
הנקי	אישך	המאררים
ממי	יתן	האלה
המרים	יהוה	במעיך
המאררים	אותך	לצבות
האלה	לאלה	בטן
ואת	ולשבעה	ולנפל
כי	בתוך	ירך

ד

אינו כותב לא על הלוח ולא על הנייר ולא על הדפתרא אלא על המגילה ☞ שנאמר בספר ואינו כותב לא בקומוס ולא בקנקנתום ולא בכל דבר שרושם אלא בדיו שנאמר ומחה כתב ☞ שיכול להמחות:

IV.

Non scripsit eam [1] in tabula, nec in [2] Papyro, nec in [3] diphthera; sed [4] in Volumine. Q. S. E. *In libro.* [5] Neque ad scribendum usus [6] Gummi, aut [7] chalcantho, aut liquore quoquam [8] vestigium aliquod relinquente: [9] Sed atramento. Q.S.E. *Et delebit.* (*Ergo innuitur,*) [10] scriptura delebilis.

ANNOTATA.

1. In Tabula] Lignea scilicet; nam lignum humores sorbet, & ita servat literarum ductus, ut penitus deleri nequeant. Eadem Vox לוח excludit etiam *Pugillares*, quos Rabbini, verbo a *πιναξ* corrupto, פנקס aliàs appellitant. Id nomen explicat Jarchi in Notis ad Schabbat cap. 24. לוחות שקושרות זו עם זו כאותם של גלחים id est: *Tabellas quæ invicem colligantur, quales sunt, quibus Monachi uti solent.* Sic in En Israël fol. 79. col. 2. habet locus. Sed in Talmude Amstel. fol. 56. a. pro voce postrema גלחים legitur סוחרים atque de *Mercatoribus*, non *Monachis* sermo est. Neutra harum Lectionum, valde laborat absurditate. Accipio enim *Pugillares Monachorum*, de antiquis illorum Diptychis, cujus generis cerata, nostræ Academiæ Bibliotheca asservat.

2. Papyro] Modo laudatus R. Salomo in Commentario ad hunc locum, dicit נייר parari ex herbis contusis, glutineque deinde, in formam pellis compactis. Verba ejus sunt: נייר של עשבין שכותשין ומדבקין אותו בדבק שקירין גליד ועושים כמו עור Quantum apparet, videtur intellexisse Papyrum Ægyptiacam, dubito tamen, num rem recte perceperit. Haud enim legisse me memini, e contusis herbis factam Papyrum esse, ex philyris vero, seu ramentis, a caule Papyri distractis, & alteris quidem recto situ substratis, alteris transversa positione superinjectis, Nili turbidiore aqua, glutinis vicem præstante, ipsam paratam fuisse, præter Scriptores alios, ex Plinii l. 3. Hist. Nat. c. XII. satis constat. Proinde existimo, audivisse aliquid Jarchium de Papyro Ægyptiaca, sed cum modum

modum omnem, quo conficiebatur, non esset edoctus, ex illa arte qua nunc charta fit, de veteri quoque, tulit ipsus judicium.

3. Diphthera] Suam fecere Rabbini, vocem Græcanicam, notatque ipsis עור שאינו מעובד כל צרכו דמליח וקמיח ולא עפיץ שהיו מעבדין הקלפים בעצפים שקורין גליש: id est: *Pellem, quæ non plane planeque parata est, sed cum sale & farina subacta sit, Galla tamen destituitur, Membranas vero, Galla macerare oportet.* Hæc rursus R. Salomonis verba sunt, quæ quidem fere ex Schabbat fol. 79. a. ipsum transcripsisse deprehendimus. Diphthera igitur, pellis vera est, in membranam non plane efformata, atque in talibus Jones quondam scripsisse, penuria chartarum, apud Herodotum, in Terpsichore legitur. Revocavit horum consuetudinem, Poëtarum Italorum facile Princeps, *Petrarcha,* Francisco Bochio teste, qui ita apud Jac. Philippum Tomasinum in Petrarcha Redivivo cap. XXXIII. loquitur: *Consueverat Poëta noster, dum moliri aliquid cogitando vellet, multis spatiis faciendis deambulare solus, & dum orirentur cogitationes, atque aliæ aliis succederent, ne quæ subito eruperant, evanescerent, pellita quadam in veste, qua erat indutus, quæque nullo panno exteriore erat coperta, scriptitare subito, quæ Tuscis in Musis venerant in mentem, multisque hac atque illac notis & lituris circumscribere. Hanc ipsam vestem Joannem Casam, una cum Jacobo Sadoleto & Ludovico Beccatello, quorum erat in potestate, contemplari solitum esse dicitur, & cum An. MDXXVII. gravis pestilentia omnia in Italia devastaret, cum animi, tum etiam salutis causa, rus Muggollanum Joannis Casæ omnes concessisse, secumque hanc vestem, ut per otium contemplarentur, habuisse.* Baal Aruch, ex Tanchumæ Commentario in Parasch. וארא laudat nobis Phrasin הוציא דפתרא של אלהות ut non minus Judæi Deo vero, quam Gentiles, suo Jovi, Diphtheram tribuant. Quid vero proprie, per illam *Divinitatis Diphtheram,* Tanchuma intellectum velit, edisserere equidem non possum, nec enim verba, eo quem Aruch indicavit loco, reperi. Cæterum, Mischnæ nostræ videtur contradicere Josephus, nam cum l. 3. Antiq. cap. 10. Sotæ judicium enarrat, ita inter alia de Sacerdote loquitur: Ἐπιγράφει μὲν τὸ θεοῦ τὴν προσηγορίαν διφθέρᾳ. Sed magis in sermone, quam re, consistit diversitas.

4. Volumine] Hoc est: Scribenda sunt illa Legis Divinæ commata, על מגלה מעור טהור כספר תורה id est: *In convoluta membranula, facta ex animali puro, plane uti Pentateuchus describitur:* prout habet Nobilissimus noster Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Sota Vekinnam cap. I. Consequens igitur est, ut ex eodem Libro Optimo, doceamus, quæ de illa membrana, in qua Lex Divina exarari solet, observanda veniunt, haud enim alibi res tam clare & perspicue traditur.

הרוצה

הרוצה לכתוב ספר תורה או תפלין או מזוזות יזהר בדיו
ובעורות שדין כל אחד חלוק מחבירו וזה חלוקם שהלכה
למשה מסיני יכתוב ספר תורה בגויל במקום שיער ותפלין
בקלף במקום בשר ומזוזה על דוכסוסטוס במקום שיער וזה
לך פירוש שם העורות ותקונם לוקחים עור הבהמה או החיה
ומסיר השיער ואחר כן ימלחנו במלח ויעבדנו בקמח ואחר
כך בעפצא ודוגמתיו מדברין שמקבצין העור ומחזקין אותו
וזה נקרא גויל ואומר רבינו ברוך דעבוד שלנו שאינו בעפצים
כי אם בסידומים ומלח עיבוד טוב הוא ואין צריך עפצא
ואם חילק העור בעביו לשנים אחר שהעביר השער ונעשה
שני עורות אחד דק והוא שממול השיער ואחד עב והוא
שממול הבשר ומעבדו במלח וקמח ועפצא כמו שכתבתי או
כיוצא בו וחלק שממול השיער נקרא דוכסוסטוס וזה שממול
הבשר נקרא קלף כל הכותב על הקלף במקום שיער או
בגויל ודוכסוסטוס במקום בשר פסול כתב ספר תורה על
הקלף כשר על הדוכסוסטוס פסול כתב מזוזה על קלף או
גויל כשר שדוכסוסטוס לא נאמר אלא למצוה עורות ספר
תורה ותפלין צריכין עבוד לשמן ואומר רבינו ברוך שצריך
לומר בפירש כשנותנן בעיבוד אני מעבדן לעשות מהן דבר
קדוש וכן כשיכתבם יאמר בפירש בתחלת הכתיבה אני כותב
לשם תורת ישראל ולשם קדושה כי שמא לא סגי במחשבה
ואם לא עיבד לשמן פסולים לדעת תמימון ור״ח ור״ת ולדעת
רש״י כשרים עיבדן גוי אע״פ שאמרו לו לעבד לשמן פסולין
שלדעת עצמו עושה ולא לדעת השוכרו אבל מנהג להניח
הגוי

הגוי לעבד וישראל עומד על גביו ומסייעו וכך התירו הגאונים ודי בכך שלדעת ישראל עושה וכן הגוי אפילו בלא ישראל יכול לתקן הקלף של ספר תורה תפילין ומזוזות ולשרטטן מעצמו ואין צריך לשמן כתב המימון שמזוזה אין צריכה עיבוד לשמה אבל לא מרבינו ברוך שצריך דהא חמורה מזוזה מתפילין לענין שרטוט ק״ו שתשוה להם לענין עבוד ספר תורה תפילין ומזוזות שכתבם על עורות בהמה חיה ועוף טמאין או על עורות שאין עבודין פסולין אבל כותבן על עור בהמה חיה ועוף טהורין אע״פ שהן נבילות וטרפות ולא יכתוב על עור דג טהור מפני הזוהמא שאין זוהמתו פוסקת בעיבוד :

Id est: *Descripturus Legem, Phylacteria, aut Schedas Liminares, curam habeat & Atramenti, & Membranarum,* (sunt enim Membranæ diversorum generum,) *vehementer a se invicem distinctorum. Atq; in hoc quidem, consistit illa distinctio, quod secundum traditionem, quam Moses in monte Sinai accepit, Pentateuchus describendus in* Gevil, *parte ea, quæ attingit pilos. Quod Phylacteria describenda in* Keleph, *parte ea, quæ attingit Carnem; quodq; Liminaris Scheda, describenda in* Duchsostos, *ea parte quæ attingit pilos. Nunc porro docebitur explicatio illorum nominum, & Membranas istas parandi ratio. Accipiunt pellem Feræ, aut Bestiæ mansuetæ, pilisq; demtis, saliunt eam sale, subiguntq; farina, galla, rebusq; similibus, quæ pellem contrahunt, solidantq;: Hæc vero Species est, quæ vocatur* GEVIL, *docetq; Magister noster Baruch, nostram* (nunc usitatam parandæ membranæ) *rationem, quæ sine galla, sed calce & sale peragitur, probam esse, neq; gallam esse necessariam. Quod si, pilis scilicet remotis, dividatur pellis, secundum crassitiem, in partes duas, factaq; sit pellis gemina, una tenuior, ex ea parte quæ attingebat pilos; altera spissior, ex ea parte, quæ attingebat carnem, fiatq; farina, sale, ac galla, modo dicta, aut similis præparatio, tum ea pars cui pili quondam adhæserant, vocatur* DUCHSOSTOS: ** ea vero, quæ carni erat contigua dicitur* KELEPH. *Quisquis in Keleph, ea parte scribit, quæ pilos respiciebat, aut in Gevil & Duchsostos, ea parte, quæ carni erat proxima, is facit vitium. Pentateuchus scriptus in Keleph admitti potest, sed scriptus in*

*In originem vocis inquirit Buxtorf. Lexic. Talm. p. 537.

Duchsostos, nequaquam. Scheda Liminaris, scripta in Keleph, aut Gevil, habenda pro legitima, nam Duchsostos ab iis tantum adhibetur, (qui schedis illis, ex abundanti, bonitatem adjicientes,) *majus mereri volunt præmium. Porro, pelles, quibus Lex, aut Phylacteria inscribenda, in hunc finem, nominatim parata esse debent, traditq; Magister noster Baruch, omnino exigi, ut quis, opifici eas parandas tradens, expressis verbis dicat:* Has pelles in eum finem parari volo, ut rem sanctam ex iis efficiam. *Pariter, in eas scripturo, sub scribendi initium, perspicue enunciandum est:* Testor me scripturum Legem Israëlis, rem sanctissimam! *fortasse enim sola non sufficit recti intentio. Quod si Membrana non in eum* (quem diximus, finem,) *nominatim facta sint, Maimonides, R. Chananel, & R. Tam, illarum usum vetant, R. Salomo Jarchi tamen, eas licite adhiberi posse, censuit. Si quis τῶν ἔξω membranas parare debeat, etiamsi illi dicatur, in quem finem quis eas paratas velit, tamen haud evadunt legitimæ; nam οἱ ἔξω ex sui animi, non vero illius sententia, qui opus faciendum redemit, illud perficiunt. Quamobrem, more receptum, ut τῷ ἔξω labor committatur, assistente Judæo, & opem ferente, hoc enim casu Viri inter nos Summi, illas membranas licitas pronunciarunt, cum hæc sufficiant ut dicatur secundum Judæi intentionem factas membranas esse. Atq; sic ὁ ἔξω, etiam sine judæo, membranas* (jam paratas,) *ad scribendam in iis Legem, Phylacteria, & Liminares Schedas, sua sponte disponere, & lineas* (secundum quas Hebraica deinde exaranda sunt,) *in iis ducere potest, neq; exigitur intentio. Maimonides tradidit non necessario requiri, ut* (membrana) *Liminaris Scheda, in finem sacrum nominatim sit parata; At R. Baruch contra reputando, id necesse esse asseruit. Nam Schedam Liminarem scribenti, major imponitur necessitas ducendi lineas, quam scribenti Phylacteria, proinde consequitur, ratione præparandæ membranæ, minimum inter utraq; esse paritatem. Pentateuchus Phylacteria aut Scheda Liminaris, scripta in pelle, sive Feræ, sive Animalis mansueti, aut Avis, immundorum, aut in pelle quæ præparata non fuit, pro illegitimis reputantur. Modo vero pellis, ex fera, mansueto animali, & ave, puris, desumta sit, non officit sua morte bestiam illam periisse, aut aliquo vitio laborasse. Pelle, piscis etiam puri, ad scribendum uti non licet, ob immunditiem,* (ei adhærentem,) *quæ nulla unquam præparatione, penitus separari potest.*

Emendavimus in hoc fragmento, nonnulla, quæ præter morem depravate, in Codice nostro, scripta invenimus, qualia sunt דוגמתי מרדין; Item semel iterumque והוא שם ל Sic שרוכסוסטוס נא למצוה. omissa negandi vocula; mox, וצריכין abundanter expressum erat: Qui tamé omnes errores leviores sunt, præ eo, quod חמור' תפילין ממזוזה לענין שרטוט legitur: Secundum hanc enim lectionem, non tantum perit tota vis collectionis, qua adversus Maimonidem concludit R. Baruch, sed & certum, contra-

contraria omnia, atq; quæ nos expressimus, vera esse, unde in ipso quoq; Codice nostro, alibi signanter : הלכה למשה מסיני שאין כותבין ספר תורה ומזוזה בלא שרטוט אבל תפילין אין צריכין שרטוט : id est : *Inter Traditiones Mosis in Monte Sinai perceptas, tenemus etiam illam, non scribendum esse Pentateuchum aut Schedam Liminarem, nisi in membrana lineata, Phylacteria vero, illos ductus non exigunt.*

Cæterum, quod Varro apud Plinium l. 13. Hist. Nat. c. 11. asserit, ex Ptolomæi & Eumenis Regum, circa Bibliothecas æmulatione, supprimente Chartas Ptolomæo, in Pergamo Urbe, modum Membranas conficiendi excogitatum esse, hoc illi Judæi Scriptores nunquam concesserint, longe alia de illarum inventione persuasi. Baal Schalschel. Hakkab. p. 92. a. אין ספק שיש בידינו אופן עשיית קלף מהעורות היא לנו בקבלה מסיני : id est : *Dubium nullum est, artem ex pellibus parandæ Membranas, habere nos per longam traditionem inde a monte Sinai derivatam.* Idem tuetur Maimonides, Hilchot Tphillin Umesusa cap. 1. §. 5. Et sane, ante Ptolomæi, & Eumenis tempora, Membranarum apud Judæos usum fuisse, Josephus quoque l. 12. Antiq. c. 2. confirmat, de LXX. Senibus quos vertendæ Legis Divinæ, in Græcanicam Linguam causa, Eleazar ad Ptolomæum illum miserat, hæc inter alia scribens ; Ὡς περιῆλθον μετὰ καὶ τῶν δώρων οἱ γέροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους χρυσοῖς γράμμασιν· Ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν βιβλίων· ὡς δ' ἀποκαλύψαντες τῶν ἐνειλημάτων ἀπέδειξαν αὐτῷ θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τῆς ἰσχνότητος τοὺς ὑμένας, καὶ τῆς συμβολῆς τὸ ἀνεπίγνωστον· οὕτω γὰρ ἥρμοστο καὶ τοῦτο ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν εἶπεν ἔχειν αὐτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, πρὸ δὲ πάντων τῷ θεῷ οὗ τοὺς νόμους εἶναι, συμβέβηκεν· Id est : *Ut Senes illi venerunt, cum muneribus a Pontifice missis, & cum Membranis, quæ legem aureis literis inscriptam continebant, primum de Libris eos rogavit: Ut vero ex involucris depromtos obtulerunt, multum diuq; miratus membranæ subtilitatem, & commissuras quæ ita latebant, ut visu discerni non possent, gratias se illis habere dixit qui venerint, & majores etiam ei qui miserit, sed longe maximas Deo, cujus leges attulerint.* Quin, si credimus Angelo Rocchæ a Camerino, in Appendice libri de Bibliotheca Vaticana p. 394. *Hodienum Bononiæ in Cœnobio S. Dominici, duo Esdræ libri in corio implicato sive involuto, sua ipsius manu conscripti, juxta numerum a Sacro Concilio Tridentino, de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris, præscriptum, mira asservantur cura, ac diligentia, in Reliquiario duabus occlusa clavibus, quarum una penes Senatum Bononiensem, altera vero, penes ejusdem Cœnobii Patres, custodiuntur.* Verum enim vero, hæc Angeli, a Roccha, nec credidisse quem circumspectiorum mortalium, nec credere posse, firmiter persuasus sum. Nam ut reliqua omnia multimodis labo-

 rantia,

rantia, tamen ita se habere ultro largiar, qua tandem, Bonum! fieri potuit ratione, ut Esdras Divina volumina describendo, *numerum a Sacro Concilio Tridentino de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris præscriptum*, expresserit? nisi is forte, Duos Machabæorum Libros, quos in Canonicarum Scripturarum numerum, retulit Synodus, & quorum in gratiam unice narrasse historiam Angelus a Roccha videtur, fere tribus, antequam ederentur Seculis, memoriter tenuit. Tam iniqui multi sunt præ studio, ut dum probent id quod cupiunt, neque modum fingendi faciant, neque quid dicant, cogitent!

5. Neque ad scribendum usus] Mischnæ, a Gemara sejunctæ, Editiones, post שנאמר בספר tantum habent ולא בקימוס Prætuli merito pleniorem Talmudis Basileensis, & Amstelodamensis lectionem.

6. Gummi] Quomodo vocem קומוס interpretarer, aliquantisper me fatigavit. Equidem, apud R. Salomonem, in Commentario ad hunc locum, legebam: קומוס שרף האילן ומתיכו במים וכותב הימנו Hoc est: Per קומוס *significatur* שרף האילן *id aqua si quis dissolvat, ejusdem pro atramento usus est.* Sed, jam non constabat, quid proprie שרף האילן esset, notabamq; Viros Doctissimos, Josephū de Voisin, & Wilhelmum Schickardum, Maimonidis quendam locum interpretantes, parum, in illorum verborum explicatione inter se convenire. Atq;, quia ob ostensum supra membranæ parandæ, a nobis modum, illud Maimonidis comma, tanquam quo genuini Atramenti confectionem docet, cæteroquin his Cōmentariis mox deberetur, hoc præsenti, etsi nonnihil alieniore loco, integrum afferam, subjiciamq; laudatorum Virorum translationes; leguntur vero Maimonidis verba in Hilchot Tphillin c. 1. §.4. suntq; sequentia. כיצד מעשה הדיו מקבצין העשן של שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן וגובלין אותן בשרף האילן ובמעט דבש ולותחין אותו הרבה ודכין אותו עד שיעשה רקיקין ומיבשין אותו ומצניעין אותו ובשעה כתיבה שורהו במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו: Illustris Voisinii in Observationibus ad Prooemium Raymundi Pugionis Fidei, p. 86. col. 1. versio est: *Quomodo fit atramentum? Colligunt fuliginem olei, vel picis, vel ceræ, aliarumve rerum similium*: tum pista cum ellychnio ligneo, *& modico mellis, tamdiu subigitur, & conteritur, donec frustatim comminuatur: deinde exsiccata reponitur. Quum quis ea uti voluerit ad scribendum; aqua ex gallis, vel aliis ejusmodi resolvat, eaq; scribat.* Schickardus, in Mischpat transtulit: *Colligunt fumum olei, vel picis, vel sevi, vel talium*, & pinsunt in exusto ligno, *cum exiguo mellis, & depsunt valde, donec attenuetur:*

postea

postea exsiccant & reponunt. Tempore scriptionis, macerant, vel dissolvunt in aquis gallarum, aut similium, & scribunt eo. Porro, ut ad vocem קימוס revertar, cum in Jadaim cap. 1. legatur: המים שנפסלו משתיית בהמה בכלים פסולין ובקרקעות כשרים נפל לתוכן דיו קומוס וקנקנתום ונשתנה מראיהן פסולין: ista, Judæos populares nostros, in vernaculis Maamedot, sic convertisse deprehendi: *Die Wasser die da sein* פסול *gevvorn, von zu trincken den* בהמות, *sein sie in* כלים *da sein sie* פסול *aber sein sie auf der Erden, da sein sie* כשר *uver drein gefallen Tint, oder Kupffervvasser, oder Schuster-schvvertz, und ihr Gestalt ist vvorden verändert, da sein sie* פסול Maimonides vero in Commentario Mischnæ, cap. 2. Gittin scribit: קומוס הוא מין עפר שמשחיר ונקרא בערבי אלזאג Id est: קימוס *est species pulveris nigrum colorem inducens vocaturq; Arabice* אלזאג Hæc, turbarunt me nonnihil, & de significatione vocis קימוס reddidere dubium. Nihilo minus, animadvertens, præter Clarissimos Viros, Buxtorfium in Lex. Talm. p. 2056. & Pokockium in Notis ad Portam Mosis p. 357. etiam Cohenem de Lara in Ir David p. 82. ac utrumq; Aruch, constantissime קומוס de Gummi interpretari, horum vestigiis insistendum esse, ratus sum. Ipsa adeo Gemara, in Gittin fol. 19. a. קימוס per קומא, & R. Salomo in Comment. ad Schabbat fol. 23. a. שרף per גומא explicant: ut dubium nullum sit, utroque verbo, Gummi sive Arboris Resinam significari. Estque ea, quæ Pruno sylvestri, adhæret, conficiendo Atramento aptissima. Nam sic R. Salomo vocem קטף quam vulgo de Balsami arbusculis accipiunt, interpretari nos jubet, in illo Gemaræ Schabbat dicto: כל השרפין יפין לדיו ושרף קטף יפה מכולם id est: *Quodvis Gummi genus, conducit ad parandum atramentum, sed Gummi arboris* קטף *ex omnibus est optimum*: Annotat R. Salomo קטף פרונייל של יער Fallor? an facit huc, quod apud Plinium l. 13. Hist. Nat. c. 11. legitur: *Gummi optimum esse ex Ægyptia Spina convenit vermiculatum, colore glauco purum, sine cortice, dentibus adhærens. pretium ejus in libras XIII. Deterius ex Amygdalis amaris, & ceraso, pessimum ex Prunis.* Colligo hinc, inter reliquas Gummi species, eam quam Prunus arbor exstillat, omnium minime tenacem esse, atque sic fieri posse, ut atramento conficiendo sit accommodatior. Ex iis, quæ hactenus disseruimus, consequitur, in allato supra Maimonidis loco, וגובלין אותן בשרף האילן hanc flagitare versionem: *Et subigunt ista, Gummi* (liquido,) *arborum.* Nam גבל quoque, in hoc negotio *Pinsendi* sensum haud admittere, satis evincit illud in Schabbat, loco jamjam citato: כל השמנים יפין לדיו ושמן זית מן המובחר בין לגבל בין לעשן id est: *Quævis Olea apta sunt ad parandum atramentum, sed oleum olivæ est præstantissimum, tam ad macerandam fuliginem, quam ad eam faciendam.* In his, ut verba

 postrema

postrema recte intelligantur, quando ipsi R. Salomoni, eadem negotium facessivisse apparet, non negligendum, quod is est commentatus: מצאתי בתשובות הגאונים שמעשנין כלי זכוכית בעשן שמן זית עד שמשחיר וגורר השחרורית ונותן בו שמן קימעא ומגבל בו ומייבשו בחמה וממחה אותו לתוך הדיו; id est: *Reperi in Summorum Virorum Responsis* (ad Quæsita,) *fieri solere, ut vase vitreo fumus olei olivæ tam diu excipiatur, donec id fuliginem contraxit: dehinc corrasa fuligo, & pauxillo olei imbuta, subactaq; ad solem exsiccatur, & conficiendo atramento postea adhibetur.* Confer Aruch majus fol. 30. col. 3. Atq; hæc si quis animo perpendat suo, non admodum, nisi fallor, refragabitur, amplius in Maimonidis loco, עד שיעשה רקיקין *de placentis minutis, sive massulis accipiendum esse, in quas fuliginem oleo & gummi subactam, redigere oportet*, quæque exsiccatæ, quoties usus est solvuntur, & diluuntur. Favet huic expositioni, ipse textus apud Maimonidem, estque is modus atramentum parandi, in Oriente receptissimus. Ludovicus Moscardus, Nobilis Veronensis, in Descriptione Musei sui l. 1. c. 69. *Costumano nelle Indie vn inchiostro nero, composto di terra bituminosa conglutinata, e formata in pastelletti o Rotelle tonde, con impronti di figure, ò caratteri: conforme l' vso delli Chini, si che con questa materia trita in poluere, mescolata con acqua scriuono.* De reliquo, corrigendum vitium est, quo Codices Jalkut, in Pentateuchum fol. 208. col. 1. laborant, pro בקימוס enim depravate בקולמוס quæ *Calamum Scriptorium*, vox significat, extat excusum.

7. Chalcantho] Judæi indifferenter & קלקנתוס, & קנקנתוס scribunt, sufficitque unum laudare testem Maimonidem, qui priore voce cap. 4. §. 9. posteriore vero, cap. 3. §. 8. in Hilchot Sota Vekinnam, ad idem, in re eadem significandum usus esse deprehenditur. A Græco χάλκανθος, originem & significationem, peti debere, nemo non intelligit, nec male Maimonides Comment. in Mischnam cap. 2. Gittin, Chalcanthum esse ait מין העפר המשחיר id est: *Pulveris qui denigrat, speciem.* Clarius tamen R. Salomonis interpretamentum: קנקנתוס וויטריאולו או אורדימני קורין אותו Atque, bene est, quod קנקנתוס alias *Vitriolum* vocari perhibet: Interim, אורדימני quid sit, non assequor, nisi forte literarum Resch & Daleth facta trajectio est, & Atramentum Sutorium, innuitur. Liber Schilte Haggibborim fol. 39. col. 3. ויטריאולו רומאנו נקרא כלשון לאטינו אטראמינטום סוטוריאום ובלשון יון נקרא קאלכאנטי; *Vitriolum Romanum, Latine vocatur Atramentum Sutorium, Græce χάλκανθος.*

8. Vestigium aliquod relinquente] Puta, *Indelebile.* Unde Maimonides in Hilch. Sota cap. 4. §. 9. παραχαράζει: בכל דבר שרישומו

שרישומו ניכר ועומד id est: *Nulla re, ex qua picti ductus, semper agnosci possunt, perdurantq.*

9. Sed attramento] Tali nimirum, quale paulo ante, ex Maimonide descripsimus, & quod imprimis caret Vitriolo. Atque, sola quidem Sotæ scheda, ex necessitate, simili atramento exaranda est, nam in Lege Divina describenda, Atramento quod Vitriolum admixtum habet, uti nemo prohibetur. Aliter quidem Judæi Palæstinam incolentes persuasi sunt, repudiantes illos Pentateuchos tanquam illegitimos, qui Atramenti genere, quod אלחיבר Arabes vocant, quodque ex Galla & Vitriolo conficitur, sunt exarati. Sed, illos graviter errare, in notatis ad Mischnam nostram pronunciat Maimonides: ראיתי בארץ ישראל מרחיקין כתיבת ספרי תורה באחד ממיני הדיו נקרא בערבי חיבר אלא בדיו ממש ומי שהורה להם בכך אינו אצלי אלא טועה הרבה מאד שאומר שספרי תורה הכתובי' באלחיבר פסולות מפני שאינם נמחקי' והנה טעה בפסק ההלכה שהוא לא ידע הדרכים שמתקיים בהם פסק ההלכה מן הגמרא שהדבר האחרון הבא בגמרא בזה הענין הוא מה שאמרו בכל מטילין קנקנתום חוץ מפרשת סוטה שבמקדש ואחר שהדבר הוא כך אין אצלינו מה שיאסור כתיבתו באלחיבר אלא מפרשת סוטה שבמקדש למה שאמר ומחה: id est: *Animadverti in Palæstina, abhorrere nostros, scriptionẽ Pentateuchorũ, quæ fit Atramento, quod Alchibber Arabes vocant, nec probari nisi Atramentum κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictum. At, qui hæc illos docuit, meo judicio, insigniter lapsus est, dum Pentateuchos cum Alchibber scriptos, pro illegitimis habuit, quia scilicet deleri nequeant. Ecce enim erravit, περὶ τὸ γιγνόμενον τίμημα, nescivitq., in quo consistat decisio in Gemara. Nempe, postremum in Gemara locum, quod ad hanc controversiam attinet, occupant ista:* Cuicunque (*atramento*,) licet addere Chalcanthum, solo illo excepto, quo in Sanctuario, Sotæ verba feralia describenda sunt. *Quæ cum ita se habeant, nihil apud nos reperitur, quod scriptionem cum Alchibber, refugiat, præter unicam Sotæ schedam in Templo, quia hanc Scripturam delere jubet.*

10. Scriptura delebilis] Pro שיכול להמחות Talmud Basileense & Amstelod. legunt שיכול להמחק literarum levi, sensus, nullo discrimine. Cæterum, non est ut quis opinetur, plane defunctam esse Mischnam nostram officio suo, & nihil restare, quod de scriptione Schedæ sacræ, adhuc moneri debeat. Omnino enim quædam supersunt, non prætereunda, eaque ex Gemara, Maimonide, & MS. Codice עץ החיים hinc inde excerpta, junctim enarrando, supplebimus: מגילת סוטה שכתבה בלילה פסולה כתבה למפרע פסולה: כתבה קודם שתקבל עליה

כתבה

שבוע פסולה: כתבה איגרת פסולה: כתבה על שני דפין פסולה: אם כתבה ישראל או כהן קטן פסולה: כתבה שלא לשמה פסולה: כתבה אות אחת ומחקה וחזר וכתב אות שנייה ומחקה עד שהשלים פסולה עד שתהיה כולה כתובה: id est: *Non valet Megilla Sotæ, scripta noctu. Non valet, quæ retrorsum scripta est: Nec valet, quæ scripta ante adjurationem. Item non valet, scripta in modum Epistolæ, aut in utramq; scripta paginæ faciem. Non valet quam Laicus, aut Sacerdos impubes, scripsere. Pariter non valet, quæ in alterius mulieris gratiam fuit scripta. Non valet, si quis, ut quamq; literam scripsit, eam continuo delere præsumat, nam prius deletio quam instituatur, integra absolvenda est.* Antequam hinc discedimus, notamus, insignem, quæ inter Megillam Sotæ, & Repudii Libellum, intercedit, differentiam. Nam de hoc, est in Gittin cap. 2. בכל כותבין בדיו בסם בסיקרא ובקומוס ובקנקנתום ובכל דבר שהוא של קיימא אין כותבין לא במשקין ולא במי פירות ולא בכל דבר שאינו מתקיים על הכל כותבין על העלה של זית ועל הקרן של פרה ונותן לה את הפרה על יד של עבד ונותן לה את העבד: הכל כשרין לכתוב את הגט אפילו חרש שוטה וקטן: id est: (Libellus Repudii,) *quacunq; re, scribi potest, scilicet Atramento, Auripigmento, Minio, Gummi, Chalcantho, &,* (verbo,) *omni eo, quo literæ perennantes efformantur. Non ergo scribere licet, liquore aliquo* (ex his: Ros, Aqua, Vinum, Oleum, Lac, & Mel apum;) *item nec succo fructuum, aut ulla re alia, cujus ductus obfuscantur. Porro, super rem quamcunq;* (libellum repudii) *scribere licet, etiam super olivæ folium, aut cornu vaccæ, quæ vacca* (mulieri, cum qua quis divortium facere vult,) *per servum mittenda, servo ei quoq; donato. Deniq; cujusvis ministerio, ad scribendum Repudii libellum, uti fas est, ne surdo & muto, stulto & puero quidem, exceptis.*

ה

על מה היא אומרת אמן אמן אמן על האלה אמן על השבועה אמן מאיש זה אמן מאיש אחר אמן שלא שטיתי ארוסה ונשואה ושומרת יבם וכנוסה אמן שלא נטמאתי

V.

[1] QUare illa [2] ait, [3] *Amen Amen* (*iteratis vicibus?*) Amen [4] (*alterum pertinet ad*) Maledictionem, alterum ad Jusjurandum. Amen quod nec cum isto viro (*de quo suspicio est,*) Amen, quod nec cum ullo alio (*consuevi.*) Amen [5] me non scortatam

ואם נטמאתי יבאו בי רבי ם
מאיר אומר אמן שלא נטמאתי
אמן שלא אטמא :

tatam esse, nec desponsatam nec nuptam, [6] nec levirum exspectantem, nec ab eodem ductam. [7] Amen me impollutam esse, si vero polluta sum, cum ingrediantur in me (*&c.*) R. Meir, (*Amen geminatum*,) hoc modo explicat: Amen, me impollutam esse. Amen, me talem haud futuram.

ANNOTATA.

1. Quare illa &c.] Integrum fere hoc Mischnæ nostra Comma, repetitur etiam in Kidduschin fol. 27. b. atque ex ista Gemara, relatum est in Jalkut fol. 207. col. 4.

2. Ait] Omnino afferenda sunt, quæ responsum hoc Sotæ antecessere, ex MS. Ez Hechajim, incomparabili Codice: ואחר משביעה הכהן בלשון שמכרת ומודיעה בלשונה שלא גרם לה אלא קינוי וסתירה שקנא לה בעלה ונסתרה ואומר בלשון שמכרת אם לא שכב איש אותך ואם לא שטית טומאה תחת אישך הנקי ממי המרים המאררים האלה ואת כי שטית תחת אישך וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו מבלעדי אישך יתן יי אותך לאלה ולשבועה בתוך עמך בתת יי את ירכך נפלת ואת בטנך צבה ובאו המים המאררים האלה במעיך לצבות בטן ולנפל ירך: והיא אומרת אמן אמן בלשון שמכרת: Id est: *Deinde excantat eam Sacerdos, in lingua, cujus ipsa gnara est, atq. vernaculo sermone, eidem significat, non aliunde hæc provenire, quam ob zelum & occultationem, quod nimirum adversus zelotypi mariti edictum, sese* (cum Amatore) *occultarit. Porro in lingua Mulieri familiari, ait*; SI NON CONCUBUIT VIR ULLUS TECUM, ET SI NON DECLINASTI IMMUNDITIE, DESERTO MARITO TUO, INSONS ESTO AB ISTIS AQUIS AMARIS, MALEDICTIONEM ILLATURIS, SI AUTEM DECLINASTI DESERTO MARITO, ATQUE POLLUTA ES, ET VIR ALIUS SUO TE AFFECIT CONCUBITU, PRÆTER MARITUM TUUM, DET TE DEUS IN MALEDICTIONEM

ET JURISJURANDI FORMULAM, IN MEDIO POPULI TUI, UT REDDAT DEUS FEMUR TUUM CADIVUM ET VENTREM TUMIDUM, INGREDIANTUR ITAQUE AQUÆ HÆ MALEDICTIONEM ILLATURÆ, IN VISCERA TUA, AD TUMIDUM REDDENDUM VENTREM, ET AD EFFICIENDUM FEMUR CADIVUM. *Tum mulier, lingua sibi nota, respondet.* AMEN AMEN. Dignum observatione est, illud cantamen Sacerdotis, non Hebræa, sed quacunque alia, mulieri nota lingua, factum asseri, quod idem confirmant Maimonides Hilchot Sota cap. 3. § 7. & Moses Mikkozi fol. 138. col. 4. estque ejus asserti fundamentum, in ipsa Mischna Sota, infra cap. 7. §. 1. Causam vero, cur necesse fuerit, Mulierem tantum vernaculo compellare sermone, docet R. Ismaël in Siphri, inquiens: אם יגוא שומעת כיצד היא אומרת אמן אמן id est: *Si non intelligeret* (compellantem sese Sacerdotem) *ecquomodo subjicere posset, Amen, Amen?* Ergo, sic sentiebant, sic loquebantur prisci Rabbini, prout sensisse, prout loquutus esse deprehenditur S. Paulus 1. Corinth. XIV, 16. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν, τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις οὐκ οἶδε· Cæterum, ad ipsa feralia cantaminis verba, quod attinet, sunt utique talia, quæ illa pensitantibus horrorem incutere possint. Et habent hoc, meo judicio, Judæi peculiare, ut ipsorum jurisjurandi formulæ, tonent, fulminent, percellantque animos hominum, etiamsi aliena lingua efferantur, ut taceam emphasin, quam sacra lingua progenerat. Idem olim Christianis quoque aliquibus visum est, unde, (quamvis illaudabili consilio) etiam e suis, quos sanctissima jurisjurandi religione, omnibus modis constringere, & perjurii diris acerrime territare volebant, in Judæorum Synagogis, ipsorumque conceptis verbis, jurare coëgerunt. Ita sæpe evenisse, discimus ex S. Chrysostomi Homil. 1. adv. Judæos, neque audita tantum dicit, sed etiam oculatus testis, medio negotio intervenit: quæ historia ipsius sermone percensenda est. Πρὸ τούτων τῶν τριῶν ἡμερῶν (πιστεύσατε, οὐ ψεύδομαι) γυναῖκά τινα εὐσχήμονα καὶ ἐλευθέραν, κοσμίαν καὶ πιστὴν, εἶδον ἀναγκαζομένην ὑπό τινος μιαροῦ καὶ ἀναισθήτου, δοκοῦντος εἶναι χριστιανοῦ (οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τὸν τὰ τοιαῦτα τολμῶντα, χριστιανὸν εἰλικρινῆ) εἰς τὰ τῶν Ἑβραίων εἰσελθεῖν, κἀκεῖ παρασχεῖν ὅρκον, περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων αὐτῷ πραγμάτων· Ὡς δὲ προσελθοῦσα ἡ γυνὴ πρὸς συμμαχίαν ἐκάλει, καὶ τὴν ἀνομίαν κωλῦσαι ἠξίου, οὐ γὰρ εἶναι θεμιτὸν αὐτῇ την θείων μεταχέσῃ μυστηρίων πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐλθεῖν· Ἐμπρησθεὶς οὖν ὑπὸ ζήλου, καὶ πυρωθεὶς, καὶ διαναστὰς ταύτην μὲν οὐκ εἴασα λοιπὸν ἐπὶ τὴν παρανομίαν ἑλκυσθῆναι ἐκείνην· Ἐξήρπασα δὲ τῆς ἀδίκου ταύτης ἀπαγωγῆς, ἐπὶ δὲ τὸν ἕλκοντα ἠρόμην, εἰ χριστιανὸς εἴη; κἀκεῖνος ὡμολόγησεν· Ἐπεκείμην δὲ σφοδρῶς, ἀναισθησίαν ἐγκαλῶν καὶ τὴν ἐσχάτην ἄνοιαν, καὶ ὅτι οὐδὲν ἄμεινον διακεῖται ἀλόγων, εἰ τὸν χριστὸν λέγων προσκυνεῖν, ἐπὶ

τὰ

τὰ σπήλαια τῶν Ιουδαίων, τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν, ἕλκει τινά· Καὶ μακρὸν κατέτεινα πρὸς αὐτὸν λόγον· Πρῶτον μὲν, ὅτι οὐ θέμις ὅλως ὀμνύναι, οὐδὲ ἀνάγκην ἐπάγειν ὅρκων, διδάσκων ἀπὸ τῶν θείων Εὐαγγελίων· Ἔπειτα, ὅτι οὐχὶ πιστὴν καὶ μεμυημένην, ἀλλ' οὐδὲ ἀμύητόν τινα πρὸς ταύτην ἕλκειν ἐχρῆν τὴν ἀνάγκην, ὡς δὲ ἐξέβαλον διὰ πολλῶν καὶ μακρῶν λόγων τὴν πεπλανημένην ὑπόνοιαν, τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ἠρώτων τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὴν ἐκκλησίαν ἀφεὶς, ἐπὶ τὰ τούτων εἷλκε συνέδρια· ὁ δὲ πολλοὺς ἔφη πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι, φοβερωτέρους τοὺς ἐκεῖ γινομένους ὅρκους εἶναι· Ἐπὶ τούτοις ἐστέναξα, καὶ ἐνεπρήσθην ὑπὸ θυμοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐγέλων πάλιν· Τὴν μὲν γὰρ τοῦ διαβόλου κακουργίαν ὁρῶν, ἐστέναζον, οἷα τοὺς ἀνθρώπους ἀναπείθειν ἴσχυσε· Τὴν δὲ ῥαθυμίαν τῶν ἀπατωμένων λογιζόμενος, ἐνεπιμπράμην ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, καὶ τὴν ἄνοιαν πάλιν τῶν ἀπατηθέντων, ὅση καὶ ἡλίκη τις ἦν, σκοπῶν, ἐγέλων· Subjiciamus verba Interpretis: *Ante hoc triduum, mihi credite, non mentior, Matronam quandam honestam, ingenuam, modestam & fidelem vidi, quam homo quidam impurus, stolidus, opinione Christianus, (talia enim audentem, sincerum Christianum non dixerim) Hebræorum ædem intrare, ibiq; jusjurandum de negotiis sibi controversis deponere coëgit. Ut vero illa opem implorabat, & vim sceleratam amoliri cupiebat; sibi enim, quæ divinorum mysteriorum particeps facta esset, illum locum adire, nefas esse: Incensus ego zelo, atq; ardens, surrexi, nec illam porro ad prævaricationem trahi sum passus, eripuiq; ab iniqua ista abductione. Postea eum, qui traxerat illam, Christianus ne esset, rogavi. Cui confitenti, graviter institi, fatuitatem exprobrans, extremamq; dementiam, & asinis illum quicquam præstare negavi, si Christum se adorare profitens, ad Judæorum, qui ipsum crucifixissent, speluncas quenquam traheret. Productoq; longius sermone, primum, prorsus non licere jurare, neq; ad jusjurandum quenquam incitare, ex sacro Evangelio docui. Deinde, non fidelem & initiatum, quin neq; eum qui nondum sit initiatus, in istam necessitatem trahendum fuisse. Postquam diu multumq; locutus, animum ejus ab errore opinionis liberavi, causam sciscitatus sum, cur Ecclesia relicta, ad Judæorum Collegia illam traxerit. At ille, multos sibi dixisse inquiebat, jusjurandum, quod ibi daretur, magis formidandum esse. Ob quæ ingemiscebam, iraq; incendebar, deinceps rursus ridebam. Cernens enim Diaboli astutiam, ingemui, quod hominibus id persuadere posset: considerata vero eorum, qui deciperentur, socordia, excandui: & eorundem quanta esset amentia, mecum reputans, risi.*

3. Amen, Amen] Multa quidem erudite disserit, Literatissimus Vir, Nicolaus Fullerus lib. 1. Miscellan. Sacr. cap. 2. ut probet, Amen, haud unquam esse jurisjurandi formulam; nobis tamen sententiam suam, non persuadet. Certe, quod ad peritissimorum inter Hebræos autoritatem provocat, quasi apud illos in confesso sit, אמן *asseverationem tantummodo notare*, in eo ab illis præsidium speravit, qui ipsius causam

causam, palam deserunt. Ecce enim, ipsum adeo Talmud, verbis apertissimis id facit in Schevuot, atque geminatum Sotæ Amen, jurisjurandum involvere, in contrarium pronunciat. Circa finem cap. 3. legimus: אמר שמואל כל העונה אמן אחר שבועה כמוציא שבועה בפיו דמי דכתיב ואמרה האשה אמן אמן: id est: *Samuelis verba sunt: Quisquis ad prolationem jurisjurandi respondet Amen, is suo ore jusjurandum proferre videtur: prout* S. E. Et respondebit Mulier Amen, Amen. Clarior est alter locus, in eodem libro Schevuot, haud procul a fine cap. 4. vel, fol. 36. a. אמר ר' יוסי ברבי חנינא אמן בו שבועה בו קבלת דברים בו האמנת דברים כ' שבועה דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלת דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן, בו האמנת דברים דכתיב ויאמר ירמיהו אל חנניה אמן כן יעשה ייי יקם ייי את דבריך: id est: *Autor est R. Jose filius R. Chanina, Amen modo habere vim Jurisjurandi, modo vim annuendi comprobandive, modo adhiberi, pro re confirmanda. Jurisjurandi vim habere, probat locus:* Et respondebit Mulier, Amen, Amen. *Annuendi, comprobandive significationem, habet in istis* (Deut. XXVII, 26.) Maledictus qui non præstiterit verba Legis hujus faciendo ea: Et dicet totus Populus Amen. *Pro re confirmanda, adhibitum in loco* (Jerem. XXVIII, 6.) Et dixit Jeremias ad Chananjam: Amen, sic faciet Dominus: Præstabit Dominus verba tua. Conferri debent Rabbot fol. 234. col. 3. & quæ ibi notantur in מתנות כהונה Ergo, dubium nullum relinquitur, ex antiquissimorum Magistrorum opinione, quorum placita Recentiores tanquam Oracula venerantur, voculam Amen, omnino jurisjurandi religionem, nonnunquam inferre. Cæterum, de verbo Amen, perplacet, quod indicavit Baal Chasidim Num. 18. אמן עולה בגימטריא כשם יה״ יוד הי ושם אלף דלת id est: *Vocis* אמן *literæ, si more Kabbalistico ad numeros redigantur, constabit, complecti eas utrumq; sanctissimum Tetragrammaton* יה״ & ארני In Kabbalæ mysteriis non parva hæc res, aut ratio est, & qui iis capiuntur, opinari possent, forsitan etiam ob hanc, inter cæteras, causam, tantopere frequentatam fuisse Servatori nostro illam vocem. Sed judicabunt οἱ μεμυημένοι, nostrum est ἐπέχειν.

4. Alterum pertinet ad Maledictionem, alterum ad Jusjurandum] Dixerat enim Sacerdos: *Det te Deus, in Maledictionem & Jurisjurandi formulam:* ideo repetendo Amen, utrumq; ratum esse jubet fœmina. Atque, in Maledictionem constituebatur Mulier rea, nam הכל מקללין כך יבואך כדרך שבא לפלונית id est: *Omnes volentes alteri imprecari,* (ajebant:) IDEM TIBI EVENI-

EVENIAT, QUOD MULIERI N. EVENIT : Prout Raschi ad cap. V. Numer. annotat. In Jusjurandum vero eadem abibat *Quia deinde vulgo ita dejerabant* : SI FALLO : TUM IDEM MIHI EVENIAT QUOD MULIERI N. EVENIT, ceu iterum Raschi commentatur : cujus verba sunt : שיהיו הכל נשבעין בך
לא יארע לו כדרך שאירע לפלונית Sic quidem præter Biblia Buxtorfiana, multæ etiam aliæ, quæ ad manus sunt, habent editiones, verum errore manifesto. Pro בך לא enim ut כך אם לא reponatur, sensus enixe flagitat, nec aliter est in veteri, & ingenti, nostro Pentateucho MS. cui Targumim & Raschi adjiciuntur. Confirmant eandem correctionem Rabbot, fol. 234. col. 3. ubi legitur : שכל הנשים : לאלה ולשבועה
לומות כך תגיע ליך כשם שהגיע לפרוצות ולשבע שיהיו הכל נשבעות
כך תגיע לי כמו שארע לפלונית אם לא אעשה כך וכך : e quibus verbis R. Salomonem sua mutuatum esse, nemo non videt.

5. Me non scortatam esse, nec desponsatam nec nuptam] Sic geminatum illud Amen, explicat quoque Chaldæus Jonathan : אמן אין אסתאבית כד מארסא אמן אין אסתאבית כד נסיבנא
Atque sane, non in illud tantum scelus, quod viro suo nupta, sed, &, quod eidem desponsata, mulier patraverat, Aquæ animadvertebant. Est enim Desponsata Uxoris instar, & hoc jure pariter, nomineque, censetur Deut. XXII, 24. Codex noster MS. Ez Hechajim Hilchot Kidduschin cap. 1. מיד שנתקדשה כך נקראת מקודשת או מאורסת ואפילו לא נכנסה
לחופה ולא נבעלה הבא עליו חוץ מבעלה חייב מיתת בית דין וצריכה גט
כשרוצה לגרשה : *Simul ac Sponsalia cum muliere aliqua celebrata sunt, vocatur ipsa Desponsata, aut Sponsa, atq; etiamsi nec Nuptiarum solennitas, nec Concubitus accesserint, tamen si quis præter Sponsum, eam ineat, is capitale supplicium meretur, nec minus ad eam repudiandam, cogitur* (Sponsus,) *facere libellum repudii.* Quæ cum ita fuerint, hæc tamen inter desponsatam, & maritatam notanda est diversitas, quod solæ posteriores, Judicio aquarum exploratoriarum subjici poterant, priores vero nisi domum ductæ essent, nequaquam. Tantum enim, cum de matrisfamilias castimonia agebatur, quid Sponsa egisset, principalis causæ erat accessio. Rationem differentiæ infra afferemus, cum ad Mischnam 1. cap. 4. commentabimur.

6. Nec levirum exspectantem] Cave sis credas, hunc casum, vere fuisse cum cæteris inclusum. Ex solius R. Akibæ hypothesi ista consequuntur, qui arbitratus est, nefas esse ducere Leviratus jure,

scortantem post mariti fata, Fratriam. ואין הלכה כרבי עקיבה אלא פסק ההלכה שומרת יבם שזנתה מותרת ליבמה׃ id est: *Sed non est decisio secundum R. Akibam, quin, communi Sapientum suffragio definitum est, Scortantem dum Leviri adultiorem ætatem exspectat, Fratriam, duci tamen posse:* Maimonides. Dicam mox ad Mischnam sequentem, de hac re amplius.

7. Amen me impollutam esse: Amen, me talem haud fututam.] Convenit cum hac interpretatione: אמן דלא אסתאבית אמן אין אני עתידה למסתאבא quod in Targum Jeruschalmi legitur. Præter varias hactenus de geminatione τῦ Amen adductas rationes, alias insuper excogitavit Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 180. col. 3. nec ipsas plane contemnendas: לפי שהיו הקללות שתים היתה תשובת האשה אמן ואמן אמן לנפילת הירך ואמן להצבות הבטן או יהיה אמן יהיה כדבריך אם נטמאתי ואמן יהיה כדבריך שאנקה אם לא נטמאת; id est: *Quia maledictio duplex erat, ideo bis quoque, Amen, a Muliere responsum est: ut scilicet altero Amen, Femur cadivum, altero, Alvum tumescentem, sibi imprecaretur. Potest quoq; hæc fieri expositio: Amen, rata sint verba tua si sum polluta: Amen; rata sint verba tua, ut liberer ab omni noxa, si sum expers contaminationis.*

ו

הכל שוין שאין מתנה עמה לא על קודם שתתארס ולא מאחר שתתגרש נסתר לאחר ונטמאת ואחר כך החזירה לא היה מתנה עמה זה הכלל כל שתבעל ולא תהא אם אסורה לו לא היה מתנה עמה׃

VI.

[1] OMnes in hoc consentiunt, non fuisse inclusam conditionem eorum, [2] quæ ante contracta sponsalia fecerat: [3] neque si a viro per divortium separata, interea temporis familiariter cum quopiam egisset, & vitium passa, rursus a (*priore*) marito, domum ducta fuisset, neque, inquam, etiam hanc conditionem inclusam. [4] Esto Regula: *Quæcunq; vitiata est* (eo tempore quo sui juris, ac cuique viro concessa erat, & adeo, ex quo vitio) *nullum consequitur matrimonii sive contrahendi sive producendi impedimentum, illius actus nulla habetur ratio.*

1. Omnes

ANNOTATA.

1. Omnes] Pro הכל aliæ Editiones habent בכל Sed prior, quam ſecuti ſumus, lectio, eſt utique melior.

2. Quæ ante contracta Sponſalia fecerat] Et merito quidem: Ea enim, quæ ante Sponſalia fiunt, ad Mariti futuri injuriam non pertinent, cum ei fœmina nondum ſit obligata, quare nec eorundem Marito conceſſa eſt perſecutio: Nec aliter Civile jus Romanum. Ulpianus in l. 13. §. 6. D. ad l. Jul. de Adult. coerc. cenſet: *Si quis Uxorem ſuam velit accuſare, dicatq, eam adulterium commiſiſſe antequam ſibi nuberet: jure viri accuſationem inſtituere non poterit: quia non, cum ei nupta eſt, adulterium commiſit.* Et mox §. 10. *Non poteſt quis ſtupri accuſare eam, quam poſtea duxit uxorem, ſero enim accuſat mores, quos uxorem ducendo approbavit.* Alexander vero Imperator in l. 7. C. eod. tit. *Propter violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cœpit, accuſator juſtus non eſt: & ideo jure mariti crimen exercere non poteſt, niſi puella violata ſponſa ejus fuerat.*

3. Neque ſi a viro per divortium ſeparata &c.] Dicat quis: Fierine poteſt, ut liceat reducere eam, cui repudium paſſæ, ab alio ſtuprum illatum fuit, & annon diſerte cavetur Deut. XXIV, 2. 3. 4. *Cum* (repudiata) *e domo* (prioris mariti) *egreſſa abierit, & nupſerit alteri viro: Deinde odio habens eam hic vir poſterior, ſcriptumq, ei libellum repudii tradens, in manum ejus, dimiſerit eam e domo ſuo: aut ſi moriatur vir ille poſterior, qui acceperat eam ſibi uxorem. Ne poteſto maritus ejus prior, qui dimiſerat eam, rurſus ducere eam, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt, coram Domino.* Quod ſi igitur repudiatam, alii viro junctam, reducere tantum piaculum eſt, quanto majus nefas erit repetere conjugium cum ea, quæ ſoluto matrimonio, corpus inhoneſte proſtituit? Facile erat reſpondere, loqui Miſchnam de caſu quo quis repetit dimiſſam mulierem, ignarus rerum quas interea temporis patraverat: neque ſane veriſimile videtur, aliam verborum poſſe eſſe ſententiam. Ineptit igitur oppido, ne quid gravius dicam, Maimonides in Gloſſa, dum aliter hæc ſalvare vult, quin imo contra clariſſimum ſupremi Legiſlatoris interdictum, nobis perſuadere conatur, licuiſſe omnino Viro, qui cum Uxore divortium fecerat, hanc rurſus repetere, ſi maxime matrimonio ſoluto ſcortatam illam fuiſſe, cum non lateret. Auſus eſt comminiſci, auſus eſt ſcribere: צריך שתתדעו שכל מי שגירש אשתו וזנתה אחר כך אינו אסור עליו להחזירה ואם קבלה קדושין מאחר נאסרה עליו אף על פי שלא נבעלה לפי שלא תלה הדבר בבעילה ואמנם תלה אותו בקדושין

בקרושין אמר ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ולא אמר ובעלה איש אחר : id eſt : *Noſſe oportet, quod, ſi quis uxorem repudiet, atq; ea deinde ſcortetur, non prohibitum eſſe, eandem reducere: Quod ſi vero eadem, nova Sponſalia contraxit, nefas eſt primo marito ipſam repetere, etiamſi maxime concubitus nondum ſit ſecutus.* Nec enim (Scriptura Deut. XXIV, 2. In ſuo interdicto,) *concubitus, ſed tantum Sponſaliorum rationem habuit, inquiens*: Cum e domo egreſſa, abierit, & nupſerit alteri viro. *Non vero inquiens*: Et alius vir cum ea concubuerit. Indigna hæc ſunt Maimonide: Sed illud indigniſſimum, quod iiſdem ſubjecit הדע זרה ושומרהו prorſus quaſi Cedro digna eſſet hæc obſervatio, & utique talis, quam omnes & diſcere, & in mente fideliter retinere conveniret. Longe rectius Lipmannus Num. 142. לא יוכל בעלה הראשון אשר שלחה לקחתה כדי שלא יפתה איש את חבירו לגרש את אשתו ולשאל אותה לו עד עת קצוב * ויחזירנה לו ; id eſt : *Non poteſt is qui uxori repudium dixit, eam repetere, ne cæteroquin quis Socium ſermone inducat, ut uxorem ad tempus dimittat, & ſibi illa aliquantiſper frui concedat, eandem poſtea reſtituturus.* Quo ipſo expreſſe profitetur, interdictum de non reducenda repudiata, non tam Sponſalia aliena, quam concubitum reſpicere, idque profecto ipſa ſana dictitat ratio. Sed cum Maimonide facit quoque Smag. Præc. Neg. LXXXII. Interea loci dubium non eſt, ſi quod nefas in primo conjugio patraſſet fœmina, illud cum in repetito, aquis amaris ipſa deinde potionaretur, explorationem ſubiiſſe. Ergo in his, non eadem, quam in ſuperioribus notavimus, inter Hebræorum & Civile Romanum jus, deprehenditur affinitas. Nam in l. 13. D. ad L. Jul. de Adult. iſta probantur Ulpiani : *Si qua repudiata, mox reducta ſit, non quaſi eodem matrimonio durante, ſed quaſi alio interpoſito : videndum eſt, an ex delicto quod in priore matrimonio admiſit, accuſari poſſit, & puto non poſſe : abolevit enim prioris matrimonii delicta, reducendo eam.*

* Male excuſum eſt ויחזירנו

4. Eſto Regula : Quæcunque &c.] Hactenus prolixe, & obſcurius tradita, ſic breviter & dilucide proponuntur in MS. noſtro Ez Hechajim : לא יכול להשביעה רק על ידי גלגול כגון שקנא עם איש אחר משביעה ממנו ומאיש אחר שחשדה ממנו שלא קנא לה וכן מגלגל שלא זנתה משארסה קודם שתנשא ולא אחר שתנשא אבל לא יגלגל שלא זנתה קודם איחסין ולא אחר שגרשה אם גרשה והחזירה שאם זנתה בעת ההיא לא תאסר עליו וכל שתבעל ולא תהיה אסורה לו אינו מתנה עמה לפיכך אם כנס יבמתו לא יגלגל עליה שלא זנתה כשהיתה שומרת יבם אבל יגלגל שלא זנתה תחת אחיו וכן אם גרשה מגלגל שלא זנתה תחתיו בנשואין ראשונים וכן יכול לגלגל שלא תזנה תחתיו שלא תונה

תזנה אחר שיחזרנה אם יגרש ויחזיר! id est: *Ita instituitur mulieris adjuratio, ut in eam multa possint involvi: Nimirū, si cujusquā familiaritate, uxorē maritus prohibuit, fit adjuratio, tum respectu hujus, tū alterius quoq; cū quo est suspecta, etsi ipsius commercio abstinere jussa non est. Pariter involvere licet, scortatam non esse desponsatam, antequam domum duceretur; nec matrimonio consistente. At, non involvitur casus eorum, quæ admissa sunt ante Sponsalia, nec quæ admissa tempore divortii, si contigerit, & repudiatam eam, & reductam fuisse. Nam si horum aliquo tempore scortata erat, non* (ad maritum ea pertinebat injuria) *ut amplius illi jungi prohiberetur: atq; idem judicium esto, de omnibus casibus, in quibus hæc militat ratio. Proinde, si quis Fratriam duxisset, non involvit tempus, quod inter mortem prioris mariti & Leviratum intercessit, etsi illud involvit, per quod cum fratre in matrimonio, ipsa vixerat. Sic, cum de repudiata & iterum reducta agitur, potest involvi casus primi conjugii. Amplius, involvere licet* (conditionem temporis futuri,) *ut recipiat mulier, nec imposterum adulterium se commissuram, sive semper ratum esse contingat matrimonium, sive eveniat, ut repudium ipsa patiatur, & repetatur denuo.* Sed, ne vel sic tamen, adhuc plene perspectum habemus, quousq; se Sacerdotis adjuratio extendat, & supersunt quædam supplenda ex Siphri fol. 4. col. 2. ואת כי שטית אין לי אלא כדרכה שלא כדרכה מנין תלמוד לומר וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו להביא את הסרים מבלעדי אישך להביא את אשת הסרים על הכל מתנה עמה: id est: *Quod si dicas:* (Verba:) Si declinasti, *tantum ad ea, quæ in adversam peccantur, attinent; at, unde colligitur*, (vindicari quoque,) *quæ commissa sunt, in aversam? Scilicet, ideo additum.* Et immunda facta es; (Porro, quod dicitur) Et Vir alius, suo te affecit concubitu : *Ea includunt Eunuchum.* (Et quod additur:) Præter Maritum tuum; *id Eunuchi Uxorem proprie concernit. Istorum omnium habita est ratio.* Hæc eadem habentur quoq; in Pesikta Sutarta fol. 39. col. 4. ubi insuper reperias: ר״א ואת כי שטית תחת אישך וכי יש אשה מזנה תחת בעלה אלא זו המשמשת עם בעלה ודעתה על אחר וכן הוא אומר האשה המנאפת תחת אישה תקח זרים: Id est: *Illud quoq; adjungas, licet:* (Dicit Sacerdos Sotæ) Si declinasti sub viro : (At quærat quis:) : *Fierine potest, ut mulier scortetur sub marito?* (Utique:) *Scilicet, notantur hic ea, quæ cum Maritis concumbentes, in alios mentem dirigunt. Atq; sic dicitur:* (Ezech. XVI, 32.) Mulier adultera, sub viro suo, suscipit alios.



EXCERPTA GEMARÆ.

פרקב CAPUT II.

אגדה א EXCERPT. I.

דרש ר׳ עקיבא איש ואשה זכו שכינה ביניהם לא זכו אש אוכלתן אמר רבא ודאשה עדיפא מדאיש מאי טעמא האי מצריף והאי לא מצריף ׃ אמר רבא מפני מה אמרה תורה הביא עפר לסוטה שאם זכתה הויין לה בנים כאברה׳ אבינו דכתיב ביה ואנכי עפר ואפר לא זכתה תחוור לעפרה׃

Fertur sapiens dictum R. Akibæ: Maritus & Uxor [1] si pietati studeant, [2] divina Majestas iis mediis intervenit. Si impii sint, [3] ignis consumit eos. Raba ait. *(Ignis)* mulieris *(malæ,)*[4] ferventior est, *(igne)* viri *(nequam.)* [5] Ob quam causam? [6] Nam ibi *(litera)* cohærent, hîc non cohærent. Sciscitatur Raba: [7] Quare Scriptura, aquis, a muliere de adulterio suspecta, potandis, pulverem indere jubet? Nimirum, [8] si proba deprehensa fuerit, tales illi obtingunt filii, qualis erat Abraham pater noster, de quo scriptum: (Gen. XIIX,27.) *Ego pulvis & cinis.* Si quid turpe in se admisit, [9] in pulverem revertitur.

ANNOTATA.

1. Si pietati studeant] Scilicet: Si ante omnia propositum habent, ללכת בדרך ישרה שלא יהא הוא נואף והיא נואפת Id est: *Castimoniæ calcare semitam, nec Vir, alienas Fœminas, Uxor, Viros alienos, sectentur:* Sic Raschi. S. Paulus 1, Thessal. IV,3. dixit: Ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς

πορνεί-

πορνείας, καὶ εἰδέναι τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας·

2. Divina Majeſtas iis mediis intervenit] Nam ſacroſanctum ſuum Nomen יה inter ipſos dispertiens, Virili nomini איש literam Jod, Fœmineo אשה literam He inſeruit, ut ſe illis præſentiſſimam eſſe innuat.

3. Ignis conſumit eos] Quippe, aufert tum Deus, ex vocibus איש & אשה ſui ſacri Nominis literas, quibus cum illæ privæ ſunt, utrobique præter אש אש ſive *Merum Ignem* nihil eſt reſiduum. Cæterum, præſens dictum, ſic exponit Autor libri Brandſpiegel p. 135. a. *In* Maſſechet Sota, *darſcht* R. Akiba איש ואשה *is bey ſie der* שם יה *ſo ſie ſich halten* בצניעות *da ruht d e* שכינה *zwiſchen ſie. Wo ſie ſich unehrlich halten, da nimt* הקב״ה *ſein Nahmen, und ſie müſſen verbrennen im Feur vom* גיהנם Ergo ſi iſtum ſequimur, de Gehennæ igne, capiendus locus eſt. Nec aliter Menaſſe Ben Iſraël Conciliat. in Eccleſiaſt. Quæſt. 18. iſta accepiſſe videtur, dum in hæc verba ipſe commentatur. *Obſervan los Antiquos, que quando Dios crió a Haua, dize* : No es bueno ſer el hombre ſolo, harele עזר כנגדו ayuda contra el: *Cuyas dos palabras, parecen repugnantes, mas ſe concilian, porque* זכה עזר לא זכה כנגדו ſi merecio, le ſera de ayuda, ſi no le ſera contraria. *Verdad ſignificada en ſus miſmos nombres: porque* איש *Varon, y* אשה *Muger, tienen entre ſi, las dos letras del nombre de Señor* יה Yah. *Quitadas eſtas, quedan los nombres ſolo con otras dos que componen el vocablo* אש Es, Fuego: *porque o eſtá entre ellos quando viven en conformidad el Señor, o el fuego, viviendo en dicenſion y diſcordia.* Habemus quoque in ipſomet Jalkut fol 8. col. 2. pleniorem dicti noſtri explicationem: ר׳ יהושע בן קרחה אמר על שם בשר ודם נקרא אדם ומשנבנה לו עזר נקרא שמו איש והיא אשה מה עשה הקבה נתן שמו ביניהם אם הולכין הן בדרכיו הרי שמי נתון ביניהם ומציל אותן מכל צרה ואם לאו הריני נוטל את שמי והן נעשין אש והאש אוכלת אש כי אש היא עד אבדון תאכל: Neceſſe eſt, hæc totidem quoque verbis legantur in Pirke R. Elieſeris, quibus equidem deſtituor; nam in eorundem Verſione cap. 12. ſic eſt apud Vorſtium: *R. Joſua F. Karcha inquit: Ob nomen* בשר *&* דם *Carnis & Sanguinis, vocavit nomen ejus* אדם Adam: *Poſtquam vero illi paraverat auxilium, nomen hujus fuit* איש Vir, *& illius* אשה Vira. *Quid fecit Sanctus Benedictus? Poſuit inter illos Nomen ſuum* יה *Jod He, (dixitq;:) Si ambulaverint in viis meis, atq; obſervaverint præcepta mea, tum nomen meum inter illos poſitum erit, & eripiam illos ex omni anguſtia: Sin vero ſecus, tum auferam*

feram nomen meum ab illis, & fiet uterq; אש Ignis; *& hic ignis absumet illum, juxta illud,* (Job. XXXI, 12. Ignis qui ad interitum devoravit.

4. Ferventior est] Celerius accenditur, magis absumit. De variis differentiis Ignis, dictum est in Joma fol. 21. b. תנו רבנן שש אשות הן יש אוכלת ואינו שותה ויש שותה ואינו אוכלת ויש אוכלת ושותה ויש אוכלת לחין כיבשין ויש אש דוחה אש ויש אש אוכלת אש יש אוכלת ואינו שותה הא דידן שותה ואינו אוכלת דחולים אוכל ושותה דאליהו דכתיב ותפול אש יי ותאכל את העולה ואת העצים ואת האבנים ואת העפר ואת המים אשר בתעלה לחכה אוכלת לחין כיבשין דמערכה אש דוחה אש דגבריאל אש אוכלת אש דשכינה דאמר מר הושיט אצבעו ביניהם ושרפן: id est: *Ita tradentibus Magistris, Sex sunt omnino genera Ignium: Est Ignis, qui vorat, sed non ingurgitat. Est, qui ingurgitat, sed non vorat. Est, qui tam vorat, quam ingurgitat. Est, qui humida æque ac arida absumit. Est Ignis, alium ignem debilitans. Deniq; est Ignis, Ignem alium consumens. Ignis vorans, sed non ingurgitans, est iste noster* (communis, sive culinaris.) *Ignis ingurgitans, sed non vorans, est ægrotantium* (ex febri, aut morbo simili.) *Ignis vorans, & ingurgitans, est Elia, de quo* S. E. (1. Reg. XVIII, 38.) Et cecidit ignis Domini, atque consumsit holocaustum, & ligna, & lapides, & pulverem: etiam aquam quæ erat in aquæductu, absorpsit. (Ignis) *humida, æque ac arida absumens, est sacer ille,* (quo in templo cremabantur victimæ, quæ crudæ erant, & sanguine madentes.) *Ignis, alium ignem debilitans, est Gabriel:* (Ipse enim testimonio Davidis Ps. CIV, 4. Ignis existens, ignem Furni Babylonici inefficacem reddidit.) *Ignis, alium Ignem consumens, est Divinitas.* (Nimirum, Deus Ignis est, prout legitur Deut. IV, 24. de ipso vero in Sanhedrin c. 2.) *recepta traditio habet*: Quod cum Angeli quidam, hominis creationem impedituri, ad eum dixissent illud Psalmi VIII, 5. Quid est homo, quod memor sis ejus?) *Ipse digitum suum inter eos ingerens, ipsos concremaverit.*

5. Ob quam causam?] Retineamus מאי טעמא quando Codices En Jacob omnes, ita legunt, nec nos admodum moveat, in Talmude Basileensi & Amstelod. omitti.

6. Ibi literæ cohærent &c.] Glossa: אש של אשה נוח לדלוק שאין אות של שם מפסיקתו אלא מחובר הוא ונקרא אש אבל של איש אין אותיות של אש מצורפות יחד שהיוד של שכינה מפסיקן: Id est: *Ignis qui* אשה Fœminam *comitatur, citius exardescit, non enim Litera Divini nominis, eas discriminat literas, quæ illam significant, sed cohærent*

cohærent ipsa, legiturq; (contiguo sono) אש *At in nomine Viri* איש *literæ* אש *non connectuntur, quippe* τὸ *Jod Divini nominis, hæc elementa intersecat.*

7. Quare Scriptura &c.] Quædam Editiones En Jacob, pro אמי"ה legunt אמרו & mox pro הביא habent הבא Horum neutrum placet, imprimis quia priori, quam nos secuti sumus, lectioni, Talmudis Codices suffragantur.

8. Si proba deprehensa fuerit.] Sive nobiscum שאם זכתה יוצא ממנה בן Sive cum Talmude זכתה הויין לה בנים legas, nihil errabis.

9. In pulverem revertitur] Recolenda animo, quæ annotavimus supra, ad hujus capitis Mischnam secundam.

ב

דרש רבא בשכר שאמר אברהם אבינו ואנכי עפר ואפר זכו בניו לשתי מצות לאפר פרה ולעפר סוטה והא איכא נמי עפר כיסוי הדם ש התם הכשר מצוה איכא הנאה ליכא דרש רבא בשכר שאמר אברהם אבינו אם מחוט ועד שרוך נעל זכו בניו לשתי מצות חוט של תכלת ורצועה של תפילין בשלמ' רצוע' של תפלין דכתיב וראו כל עמי הארץ כי שם יי' נקרא עליך ויראו ממך ותנא רבי אליעזר הגדול או אומר אלו תפלין שבראש א

II.

Egregie Raba: Quia Abraham [1] Pater noster, dixit (Gen. XIIX,27.) *Ego pulvis sum & cinis:* [2] ideo in præmiũ filiis ejus, [3] duo concessa sunt præcepta: [4] Cinis puta Junicis; & pulvis adulterii suspectæ. (*Dices;*) [5] Atqui superest aliud (*præceptum*) de pulvere: Videlicet [6] operimentum sanguinis. (*Respondebo, pulverem*) hic tantum [7] ad complendum præceptum facere, sed inde utilitatem nullam redundare. Pergit Raba exercere ingenium: [8] Quia Abraham Pater noster dixit: (Gen. XIV,23.) *Si a filo ad corrigiam calceamenti:* ideo in præmium concessa sunt filiis ejus duo præcepta: [9] Filamina puta hyacinthina [10], & Lora Phylacteriorũ. Cæterum, concesso,

 cesso,

אלא חוט של הכלת מאי היא
דתינא היה רבי מאיר אומר
מה נשתנה תכלת מכל צבעוני
מפני שתכלת דומה לים וים
דומה לרקיע ורקיע דומה לכ
לכסא הכבוד שנאמר ויראו
את אלהי ישראל ותחת
רגליו כמעשה לבנת הספיר
וכעצם השמים לטוהר וכתיב
כמראה אבן ספיר דמות כ
כסא ;

cesso, lora Phylacteriorum (*suum habere finem,*) nam S. E. (Deut. XXIIX, 10.) *Et videbunt omnes Populi terræ, quod nomen Domini vocatur super te, & timebunt a te.* Quippe, [11] uti traditio habet, dixit R. Eliesar Magnus, sermonem hic esse, de phylacteriis capitis. Filum autem hyacinthinum ad quid conducit? Nimirum traditur, R. Meir solitũ dicere: Quare imprimis hyacinthinus præ omnibus aliis [12] coloribus (*electus*?) Scilicet, quia [13] hyacinthinus color similis mari, & mare refert speciem cœli, cœlum autem formam habet [14] throni gloriæ. Q. S. E. (Ex. XXIV, 10.) *Et viderunt Deum Israëlis, & [15] sub pedibus ejus velut pavimen-sapphirinum, & quasi cœlum cum serenum est.* His adde locum: (Ez. I, 26.) *quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni.*

ANNOTATA.

1. Pater noster] אבינו & hic loci, & mox iterum, ubi repetita mentio Abrahami injicitur, e Codicibus En Jacob exciderat. Restituimus igitur vocem, quando non tantum in nostra Gemara, sed & in Chullin fol. 88. b. & exinde, in ipsomet En Jacob fol. 174. col. 1. ubi tota præsens repetitur Pericope, id verbum deprehendimus. Et sane, propemodum nefas foret Judæis, de Abrahamo loqui, & se ejus filios non profiteri. Res ex Novo etiam Testamento, nota est.

2. Ideo in præmium filiis ejus &c.] Nam, ut habet, ore hominum vulgatum illud, in Pirke Avot cap. 4. שמצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה ששכר מצוה מצוה ושכר עבירה עבירה: id est: *Unum recte factum, causa est alterius, atq; sic peccatum quoq; unum, aliud provocat. Præmium enim Præcepti, est Præceptum, & præmium Sceleris est Scelus.* Illius dicti postrema explicaturus, Autor libri *Brandsspiegel,* sic

ſic ait cap. 70. In Maſſechet Avot *ſteht*: שכר מצוה מצוה. *das is deutſch: Der Lohn von einer* מצוה *das meint, der ſich fodert zu thun ein* מצוה *ſo beſchert ihn Gott* 'ית *noch ein* מצוה *da bekomt er groſſen Lohn.* Adde librum דבר שמואל p. 35. b.

3. Duo conceſſa ſunt præcepta] Simile plane dictum eſt in Berachot fol. 7. a. בשכר ג' זכה לג' בשכר ויסתר משה פניו זכה לקלסתר פנים בשכר כי ירא זכה וייראו מגשת אליו בשכר מהביט זכה לו תמונת יי יביט: id eſt: *Ob tria* (bona facta, quæ Moſes Ex. III, 6. feciſſe dicitur, iis ſimilem) *mercedem triplicem, retulit. Nam, quia* abſcondit faciem; *ideo vultum fulgentem nactus eſt.* Et totus timebat; *eapropter, in vicem, Iſraëlitæ haud auſi ſunt, ad ipſum accedere*, (ceu legimus Ex. XXXIV, 30.) Ne Deum intueretur. *Hinc Dei vidit ſpeciem.* (prout dicitur Num. XII. 8.)

4. Cinis puta junicis] Quale iſtud ſit Præceptum, ſatis ex Numeror. Cap. XIX. diſcere eſt. Quæ ſi cui non ſufficiunt, conferat præter Scripturæ Interpretes Rabbinos, Maſſechet Para, Maimonidem Hilchot פרה אדומה & Smag fol. 232. col. 3. ſeqq.

5. Atqui ſupereſt] Quæ in Codicibus En Jacob duæ ſunt voces, והא איכא in Talmudis Editionibus conjunguntur in unam, diciturque והאיכא cujus contractionis, quia rariora ſunt exempla, ideo id monendum erat. Cum ſeparatis verbis, paſſim occurrit, iſta difficultates objiciendi formula.

6. Operimentum Sanguinis] Quia hoc Præceptum, verbis pauciſſimis Levit. XVII, 13. promulgatum eſt, & vulgo a Chriſtianis ne attenditur quidem, tantum abeſt ut de ſenſu admodum laborent, operæ pretium nos facturos credimus, ſi ex MS. Codice noſtro עץ החיים paulo uberius doceamus, quæ Judæorum de illo ſit ſententia, & quatenus id extendant.

מצות עשה לכסות דם שחיטה של חיה טהורה או עוף טהור ואעפ"י דכת' כי יצוד דבר בהווה ונוהג אף במזומן ובחולין ולא במוקדשין אפי' קדשי בדק הבית כלאים הבא מן בהמה וחיה וספק בהמה וחיה מכסה בלא ברכה השוחט מיני עופות וחיה תרבה כסוי וברכה אחת לכולן דם שנתערב במים אין בו מראה דם פטור יש בו חייב נתערב ביין או בדם

דליב׳ חסרון כיס לא עברינן שליחותייהו ומעשה באחד שנולד לו בן ונתנו למוהל אחד יבא מוהל אחר וקדמו בא הראשון ותבעו לדין על שכר חברכ׳ והשיב רת״ שאפי׳ תפס חקנס מקבצין מיניה שהיה לו לענות אמן וגדול העונה אמן מן המברך ואיהו דאפסיד אנפשיה אבל אין לפוטרו מטעם ליתן לו תרנגול לשחוט דרנ״ מאי טעמא למעבד הכי אלא זו היא מצוה אחרת והראשונה אזדה ומעוות לא יוכל לתקן וכו׳ ולא יכסה ברגל משום כבוד המצוה אלא בידו או בסכין או בכלי וכששוחט לא ידבר בין ברכת השחיטה לברכת הכסוי וזה ברכת הכסוי אשר יברך ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על כיסוי הדם ומ״מ צורך שחיטה כגון תן לי סכין אחוז הצואר מותר לדבר דהוה כגון גביל לתורי השוחט בשבת חייב לכסות אחר השבת השוחט ביט״ מכסה ביט״ שחט ספק חיה ספק בהמה מכסה לאחר יט״:

Id est: *Inter Præcepta Ajentia, illud est, quo jubemur tegere Sanguinem, Feræ munda, & Avis munda, mactata* (ad comestionem.) *Atq; etiamsi* (in loco proprio Levit. XVII, 13.) *de sola Venatione sermo sit,* (quasi non nisi in venatione captæ Feræ, aut Avis, sanguinem tegere oporteat, tamen sciendum, ideo tantum ibi sic concepta verba esse,) *quia plurimùm* (Feræ & Aves, venando capiuntur, interim) *omnino idem etiam extendendum ad Feras & Aves quas domi inclusas nutrimus,* (mactamusque;) *item ad eas, quæ extra sacrificium in Templo mactatæ fuerunt. Ad sacras tamen Hostias id non pertinet, uti nec ad eas Feras, Avesq;, quæ cum offerrentur, a Sacerdotibus fuere venditæ, ut ex illarum pretio, Templi ædificium sartum tectum servaretur. Quod ex commixtione animalis cicuris, & Feræ natum est, item de quo dubitatur, utrum cicur animal sit, an fera,* (uti Bubalus; si mactetur,) *tegendus quidem sanguis est, sed sine Benedictione. Cum multæ Feræ, multæq; Aves mactantur, una Benedictio, & unum Operimentum omnibus sufficiunt. Si Sanguis* (Feræ, aut Avis,) *in*

aquam inciderit, (ac aquæ tanta copia sit,) *ut nullum in ea appareat sanguinis vestigium, operimento haud opus est, secus dicendum, si sanguinis superfit indicium. Si Sanguis* (Feræ, aut Avis) *Vino* (rubro,) *aut Sanguini animalis cicuris, forte misceatur*, (ita ut jam de externo aspectu fieri non possit judicium ;) *tum fingendum* (illud sive vinum, sive sanguinem) *aquam esse. Quod si igitur haud major* (vini, vel sanguinis) *copia sit, quam ut, si aqua existeret*, (sanguis in eam illapsus) *appareret, operimento opus est, quo tamen opus non est, in ea vini vel sanguinis copia, quam aquam reputando, liquet sanguinis vestigium haud fuisse ostensuram. Si postquam semel obtectus erat sanguis, iterum reveletur, non necesse est*, (denuo) *eum obtegere. Si Ventus* (sanguinem) *obtexerit, aliud operimentum haud requiritur: Sed si id Venti tegmen, retegatur, novo operimento opus est. Sanguis* (subjectum solum, tantum) *conspergens, aut qui cultro* (mactatoris) *adhæsit, & ipse tegendus est, siquidem alius præter hunc non compareat. Si mactantis sanguinem terra absorbeat, ejus tamen remanente vestigio, id operire oportet: sed si nullum superfit vestigium, is quidem casus, venti operimento similis est, nec aliud requiritur. Non tenetur quis operire* (etiam ferarum & avium) *sanguinem alium, quam quorum mactatus in comestionem cedit. Ideo, si quis* (feras avesque) *laborantes vitio, aut profanas in Templo, aut eas quas Magistratus jussu obrui debebant lapidibus, vel eas quæ inter mactandum fiunt cadaverosæ, mactet, aut si Surdus, Stultus, vel Puer, soli mactaverint, operimenti nulla est necessitas. Atq; cum mactantur res vitiosæ, dicere quidem licet Benedictionem* (mactantibus præceptam) *sed non, si quis illarum Sanguinem* (ultro) *velit obtegere. Quibus rebus operimentum facere permittitur? Calce, Gypso, Luto tenui, Arena tenui, sive tali, quam figulo, si ea uti velit, comminuere haud necesse est, itemq; Lapidibus, Testisq; redactis in pulverem, ac Lini corticulis decussis, nec non Lateribus, Ollis, & Operculis figlinis contusis, hæc enim omnia speciem habent pulveris. Quod si autem Vase, aut Lapidibus sanguinem quis obtegat, non functus est officio, dicitur enim* (Lev. XVII, 13.) Et teget pulvere. *Quamobrem nec Luto denso, nec Arena crassa, nec Farina, Furfure, Apluda, aut pulvere vasorum, quæ cum ex metallis fusa essent, contusa fuerunt, operimentum facere licebit. Hic tamen excipiendum aurum est, cujus ramenta, vere pulveris nomine veniunt; nam scriptum est* (Job. XXVIII, 6.) Et pulveres auri sunt illi : *Itemq;* (Deut. IX, 21. de aureo vitulo :) Donec comminutus esset in pulverem. *Interim, ad operiendum adhibere licet Fuliginem atram, Stibium, pulverem molarem, Cineresq; sive ex lignis, sive ex vestibus, sive ex carne hi sint residui: Imo, fas quoq; est tegere, Civitatis ob apostasiam flammis expiatæ, cineribus. Cæterum, mactaturus substernere prius debet pulverem, postea desuper mactare, atq; sic denuo pulvere operimentum facere; non enim sanguinem in*

vas

vas immittere, & in eo illum operire conceditur. Est vero illius qui mactavit officium, ut Sanguinem operiat: Eo, id exequi negligente, alius hoc animadvertens, fungi debet officio, etiam, ita tradentibus Tosephot, die Festo. Nimirum, est hoc praeceptum separatum, neq; ad solum mactantem attinet. Accidit aliquando, ut cum quis mactasset, Socius eum praeveniret, & sanguinem obtegeret, ea de injuria postquam ad R. Gamalielem delata fuit querela, reum ad decem aureos actori solvendos damnavit, ut pretium daret, surreptae benedictionis, (id est: Boni operis intercepti.) *Sed hoc tempore, ob factum simile, nulla poena irrogatur, nam in rebus ex quibus nemo fit pauperior, antiquorum Sapientum instituta nunc non sequimur. Accidit similiter, ut paterfamilias cui natus filius erat, eum cuidam ad circumcidendum traderet,* (qui dum cunctatur,) *venit alius, & puerum circumcidit. Ergo prior in jus vocat hominem, pretium ob surreptam benedictionem, sibi solvi postulans. At τῷ Rabbenu Tam, visum fuit* (tantum abesse, ut actori pretium aliquod adjudicandum sit,) *ut adeo, si quid jam circumcisionis nomine tulisset, id ipsi adimi debeat, quippe ejus erat* (cum alter circumcideret, & solemnes recitaret Benedictiones,) *respondere Amen,* (sic enim non excidisset Benedictione.) *Imo* (sic traditum habemus :) Respondentem Amen, ipso benedicente potiorem esse; *quare ipse in culpa fuit.* (Enim vero, in priore casu, rectissime judicavit R. Gamaliel.) *Neq; est, ut quis dicat, ita litem commodius, & minore damno Rei, decidi potuisse, si jussisset ipsum gallum gallinaceum* (vivum, Actori) *tradere, ut eum sibi mactaret,*(atque post effusum, & retectum sanguinem, Benedictionem qua se excidisse querebatur, perageret :) *Nam R. Gamaliel ut ita, prout fecerat, de jure pronunciaret, ea movebatur causa, quod* (si daretur gallus Actori ad mactandum,) *jam ejus mactatio omnino novum bonum opus futura esset, prius enim finitum erat, quod vero factum est, infectum fieri nequit. Nunc monendum, pede non esse faciendum operimentum, ob Praecepti reverentiam, sed aut Cultro, aut vase aliquo. Caeterum, qui mactat. inter eam Benedictionem, quae mactatui, & eam quae operimento sanguinis subjicitur, nihil loqui debet. Haec vero sunt Benedictionis post operimentum, verba concepta :* Benedictus Dominus Deus noster, Rex universi, qui sanctificavit nos Praeceptis suis, jussitque nos operire sanguinem. *Nihilo minus, quae ipsius mactatus imperat necessitas, uti,* Porrige cultrum, heus tene collum, *ea proloqui fas est, haec enim perinde se habent, uti cum quis Bovi parare pabulum jubet. Qui in Sabbatho* (aegroti lethaliter decumbentis causa) *mactat, postridie Sabbathi tegere debet; qui mactat die festo, eodem die festo, operito, nisi tale quid mactaverit, de quo non constat, utrum inter pecudes, an feras re-*

ferri debeat, nam hoc casu postridie festi, faciendum foret operimentum. Confer Maimonidem Hilchot Schita c. 14.

7. Ad complendum præceptum] Etenim, connexum præceptum de operiendo sanguine, cum præceptis reliquis, quæ ad animalium mactatum pertinent, neque proprie ex eo, beneficium aliquod, mortales percipiunt. At de Pulvere Sotæ, & Pulvere Junicis rufæ, aliter longe se res habet, nam, quod scripsit Raschi, in Glossa: יש הנאה בסוטה לתת שלום ושלא ירבה ממזרות בישראל אם זונה היא ואם נקתה ונזרעה זרע ומבטלת לעז על בניה ואפר פרה לטהר ולזכות את ישראל ממעשה העגל: Id est: *Pulvis Sotæ ad id conducit, ut pax fiat, aut, ne augeantur Spurii inter Judæos, si rea sit mulier: at vero si innocens deprehendatur, ut fæcundetur ipsa, liberiq; ejus a sinistra suspicione liberentur. Porro Cinis Junicis (* id confert, *) ut Judæi expientur a peccato idololatriæ, quod in deserto admiserunt.*

8. Quia Abrahamo P. N. dixit: Si a filo ad corrigiam calceamenti] Et adeo, quia vere id dixit, & ne hilum quidem ex præda retinere volebat.

9. Filamina puta hyacinthina &c.] In omnibus nostris Codicibus En Jacob, trajecta & nonnihil corrupta invenimus hæc verba, legitur enim: זכו בניו לשתי מצות לרצועה של תפילין ולתכלת של ציצית: sed legi debet, prout nos ex Talmudis utraque editione, locum restituimus. Nam is ordo in designandis binis illis Præceptis servandus est, qui ad Abrahami dictum maxime quadrat, ac proinde Filum, Filo; Lorum, Corrigiæ opponere, ratio flagitat. Cæterum, quantum ad ipsam rem attinet, innuitur hic per filamina hyacinthina, illud Præceptum quod Num. XV, 38. 39. a supremo Legislatore promulgatum deprehenditur: idque etiamnum, Judæi solicite observant, nisi quod pro hyancinthinis filis, quorum nulla copia habetur, albis communiter utuntur. Nota in vulgus res est, omniumque manibus teritur, Cl. Buxtorfii Synagoga Judaica, ubi 4. Capite, de quadrangula Judæorum veste, cui lanea filamina alba annectuntur, actum ab eo est fusius. Si quis vero scire cupiat, quæ vera hyacinthina fila parandi quondam fuerit ratio, id eum docebimus ex MS. nostri Ez Hechajim Hilchot Zizis quædam excerpendo: כיצד צובעין תכלת של ציצית שורין צמר בסיד ואחר כך מכבסין עד שיהיה נקי ומרתחין אותו באהלא כגון שהצובעין עושין כדי שיקלוט העין ומביאי' את הלזון שדומה עיניו לעין ים ודמו שחור ומצוי בים המלח ונותני' את הדם ליורה עם סמנין ומרתחין אותו ונותנין בו הצמר עד שיעשה כעין

כצין הרקיע חה תכלת של ציצית שאין צבעו משתנה ; id est : *Quomodo imbuuntur filamina, colore hyancinthino? Maceranda est lana calce, ac deinde probe lavanda, ut reddatur mundissima, atq; sic elixanda smegmate, uti solent præparare tinctores lanam, quo colori recipiendo apta sit. His peractis, Murice, (externa is forma, mare refert, sanguinem autem nigrum habet, ac in mari salso reperitur) accepto, sanguis ejus cum aliis pigmentis in cortina calefit, & tum eidem lana tam diu committitur, quoad cæli cum sudum est, faciem exhibeat. Atq; hic est color ille hyancinthinus, quo filamina tinguntur, &* (qui ætatem perdurat,) *nec unquam immutatur.* Sed, de תכלת plura more suo præclare disserit Samuel Bochartus parte 2. Hierozoici l. 5. c. 9. seqq. cujus doctrina & diligentia, satis laudari non possunt.

10. Lora Phylacteriorum] Intelliguntur e corio Ligulæ, Nodis sacris, quos in fronte, & brachio sinistro, cum profesto die orandum est, Judæi gestare solent, alligatæ. De illis Ligulis notetur ex MS. nostro Ez Hechajim Hilchot Sophrim Cap. 4. רצועותיהן של תפילין הלכה למשה מסיני לעשות פניהם החיצונים שחורים אבל אחורי הרצועות הואיל ומכפנים הם אם היו ירקות או לבנות כשרות ארומות לא יעשה שמא תהפך הרצועה וגנאי לו ולא יהיה אחורי הרצועה לעולם אלא כעין הקציצה אם ירוקה ירוקין לבנה לבנים אבל טוב שיהא הקציצה והרצועה כולם שחורים ואו רבינו ברוך דצריך שישחירם ישראל ולא גוי כגון צביעת תכלת דבענן לשמה כשאומר פרק התכלת עור שמחפין התפילין ושעושין הרצועות יהיה מעור בהמה חיה ועוף טהורין ואפי׳ נבלות וטרפות ואם עשה מעור טמאי׳ או שחיפה תפילין בזהב פסולות ועור הרצועות צריך עבוד לשמן אבל עור שמחפין אין צריך עבוד כלל ואפילו מצה כשר וכן נוהג בהרבה מוקומות אבל לא מרבי׳ ברוך שצריך הכל עבוד לשמן

Id est: *De Loris Phylacteriorum, Traditionem a Mose, in monte Sinai perceptam habemus, partem ipsarum exteriorem, nigram faciendam esse. At quod ad alteram, & quæ interior est, partem attinet, si maxime viridis,*

aut alba ea sit, non id vitiosum reputari debet. A rubro tamen colore abstinendum, ne cæteroquin si forte convertant sese lora, ea res ignominiam afferat. Interim, nunquam alius debet esse color, lororum partis interioris, quam est color ipsius Phylacteriorum Vaginæ, qui, si viridis sit, aversa lororum, viridia, si albus fuerit, alba sunto; sed illud optimum est, si & Vagina, & utraq; lororum facies, nigricolores sint. Atq; opinante ita Doctore nostro Baruch, necesse est, homo Judæus lora illa nigro colore imbuerit, non τῶν ἔξω aliquis, prorsus uti fili quoq; hyacinthini tincturam, religiose fieri jubet Talmud in Menachot cap. 4. Corium, e quo Vagina Phylacteriorum, & eorundem Lora parantur, ex mansueta bestia, fera, aut ave, mundis, desumtum esse debet, neq; refert etsi animal ejusmodi vitium quoddam habuit, aut fuit morticinum. At, si ex corio animalis immundi, lora; ex auro, Vaginam, quis parare vellet, id nefas foret. Amplius requiritur, ut corium quod loris phylacteriorum materiem præbere debet, cum diligenti intentione ad finem, fuerit probe probeq; præparatum, ad illud vero, e quo Vagina fit, tanta cura opus non est, nam & corium sine sale, farina, & galla, quomodocunq; paratum, adhibere licebit, atq; id multis in locis fieri solet, non tamen diffitendum, laudatum Doctorem Baruch, etiam hic intentionē exigere. Nunc, ex eodem Aureo Libro, quædam porro de Lororum quantitate, & modo ea ligandi, depromenda sunt:

לקוח רצועה של עור רחבה כאורך השעורה ואם רחבה יתר מזה השיעור כשירה והר״ם קמוצי כתב יתר מחיטה ופחות משעורה שיעור הרחב וארכה כדי שתקיף הראש ויקשור ממנה הקשר ותמתח רצועה אחת בימין עד הטבור ואחרת בשמאל עד החזה וכן איתא בשמושא רבה ואם ארוכות יותר אין בכך כלום ומבנים הרצועה במעברת ומקיף כמדת ראשו וקושר קשר מרובע במין דל״ת וצריך כל תלמיד חכם ללמדו ועתה אפרש ענינו כמו שיכולתי לפרשו כי קשה הוא להבין בכתב רק בראיית עינים וכך יעשה לוקח הרצועה שלישיתה או פחות או יותר אחר ביד ימין ושלישיתה או יותר או פחות אחר ביד שמאל והמותר בין שתי ידיו וכופל השליש שביד ימין לשנים ושליש אחר שביד שמאל לשנים ומה שבין שתי ידיו בלא

כפילות

כפילות ויהיו ראשי הרצועות לצד חוץ מגופו ויהיו פני שחרות הרצועות לצד גופו ואחר לוקח ראש כפילות שמאל ומכנים בחור ראש כפילות ימין עד כדי שתי אצבעות או יותר רחוק מכפל ימין ונמצא עשוי כנגדו מן הרצועות כנו עיגול ואחר לוקח ראש רצועות ימין של חוץ גופו ומכנים בתוך חור של כפילות שמאל שהוא בתוך כפילות לימין ולוקח ראש רצועת שמאל ויכנים בתוך העיגול לצד גופו וירכיבנו דרך ימינו על כפילות ימין ויקח ראש רצועת ימין ויקפנה עד שיכניסנה בתוך כפילות שמאל ויהדק הכל יחד ונמצא עשוי כמין דלת והיא דל"ת משדי והשין היא בבתים והיוד היא בתפלין של יד שקושר בראש הרצועה ומניח מעט ודומה ליוד או חותכה כמין יוד בראשיתה וכו' ואורך רצועה של יד כדי שתקיף הזרוע ויקשור ממנה הקשר ותמתח הרצועה על אצבע אמצעית ויכרוך ממנה על אצבעו שלש כריכות ואם ארוכה יותר אין בכך כלום ורחבה כנו' שפי' בשל ראש:

Id eſt : (Corrigias Phylacteriorum Capitis, parare volenti,) *Capiendum lorum e corio, ejus latitudinis, quæ grani hordei longitudinem exæquat, quod ſi vero major ejus latitudo ſit, etiam id probum cenſeri debet. Rabbi tamen Moſes Kozenſis, latitudinem ita definivit,* (ut longitudine) *grani triticei ampliorem, ſed hordeacei, minorem eſſe conveniat. Quod ad longitudinem lori attinet, tanta exigitur, ut ambire caput, & in nodum ligari queat, ac una deinde ad dextram dependens extremitas, umbilicum, altera vero ad ſiniſtram, pectus, attingant; Sic enim in Schimmuſcha Rabba, traditum eſt, etſi nihil prohibet, illud facere etiam longius. Jam porro, lorum educendum per vaginæ Phylacteriorum partem illam poſticam cavam, & menſurata ſic craſſitie ſui capitis, nodus quadratus nectendus eſt, formam literæ Dalet repræſentans. Modum hunc innodandi, quemvis, qui pro erudito haberi vult, tenere, æquum eſt, atq; prout potero, explicabo ejus rationem, etſi ex verbis negotium intelligere difficile eſt, &* αὐτοψία *requiritur. Interim, ſic rem inſtituere oportet: Una tertia, aut plus minus, lori, manu dextra, & una tertia, aut plus, minus, manu ſiniſtra, capiantur, quod reſtat, inter utramq; manum eſto. Mox illa tertia dextræ manus,*

In Smag fol. 13. col. 1.

fol. 7. col. 1.

manus, plicando, geminata reddi debet, debetq; similiter, geminata reddi, tertia manus sinistræ, quod vero inter utramq; manum (pendens) *deprehenditur, haud geminatur.* (Sed illud advertendum,) *extremitates lororum, a corpore aversas, at nigrum illorum latus, ad corpus* (ligantis) *obversum, esse debere. Nunc ergo, extremitas plicaturæ sinistræ sumatur, ducaturq; per mediam plicaturam dextram, ita tamen ut ab ea parte lori, in qua ipsa plica facta est, digitos duos sit remota, atq; sic figuram quandam rotundam lora exhibebunt. Postea accipiatur extremitas corrigiæ dextræ, quæ a corpore adhuc aversa est, & ducatur per mediam plicaturam sinistram, quæ ipsa jam plicaturæ dextræ, est immissa, accipiatur item extremitas corrigiæ sinistræ, & per medium illius quam efformari dictum est, rotunditatis, dextrorsum, & versus corpus ducta, plicaturæ dextræ superponatur: deniq; extremitas corrigiæ dextræ, trahatur per plicaturam sinistram, atq; omnibus probe simul contractis, emerget similitudo quædam literæ Dalet. Pertinet vero id Dalet ad* (Dei nomen) שדי *cujus Schin, est in vagina phylacteriorum capitis, Jod vero deprehenditur in loris Phylacteriorum manus, nam in horum summitate si nodus* (simplex) *fiat, & parum quid residuum relinquatur, figura literæ Jod habetur, vel potest quoq; scissione, ibidem ea figura exprimi. Cæterum, Lori Phylacteriorum manus, ea debet esse longitudo, ut ambire brachium, innodariq; possit, pertingatq; deinde ad digitum medium, & circa illum ter queat convolvi; Quod si longius fiat, nihil id refert; de Latitudine vero* (eadem tenenda) *quæ de loris Phylacteriorum capitis diximus.*

Credo, mi Lector, ea quæ hactenus attulimus, tecum pensitando, inexplicabiles aliquos nodos Midæ patris, animo concepisti, & velles utique, quæ forma ex multiplici atque varia illa adstrictione tandem emergat, cum ratione nequeas, visu percipere. Bona fide igitur tecum agam, nec te magis perplexum dimittam, quam sunt illi nexus. Ecce tibi principio Nodum, qui lorum Phylacteriorum capitis colligat:



Et

Et cujus medietas, quaquaversus accepta, figuram literæ Dalet, ad amussim exprimit. Subjicimus & alterum, parvulum, qui literam Jod in summitate lori Phylacteriorum manus, repræsentat:



Imo, & tertium addidimus, qui fibulando lorum, vacuum relinquit orificium, per quod altera lori pars trahatur, & cujus texturæ ratio, nescio cur in Codice nostro est omissa, cum tamen haud minus ejus, quam nodi phylacteriorum capitis, sit artificium, ac proinde, vindice & ipse opus habebat. Ut veri תלמיד חכם *Discipuli Sapientum* nomen, apud Judæos, Bone Lector, merereris, omnia docendus eras. Heus, o noster! Monstravi tibi totam rem, nec in mora porro sum, quo minus talis audias, modo ipse tibi non obstes, & manum operi una cum Minerva admovens, eo usque te exerceas, quoad æque facile nodos hos nectere possis, quam vulpes pirum solet comesse.

Jam porro, de *Tempore, quo indui licet Phylacteriis*, sic est apud Maimonidem, Hilchot Tephillin cap. 4. §. 10. זמן הנחת התפלין ביום ולא בלילה שני מימים ימימה חוקרת זו היא מצורת תפלין וכן שבתות וי״ט אינן זמן תפלין שני והיה לאות ושבתות וימים טובים הן עצמן אות: ומאימתי זמן הנחתן משיראה את חברו ברחוק ארבע אמות ויכירהו עד שתשקע החמה: Id est: *Tempus gestandorum Phylacteriorum, Dies est, non vero Nox: Scriptum est enim*: (Ex. XIII, 10.) De die in diem. *Quo in loco*, (vox) חוקרת (quæ præcedit,) *Phylacteria respicit*. (Sequitur igitur, interdiu tantum, Phylacteria aptanda esse.) *Sed, nec Sabbatho, aut Festis diebus, Phylacteria adhiberi debent: Scriptum est enim* (ibidem, v. 9. de Phylacteriorum gestatione:) Et erit in signum: (quasi nimirum Phylacteriis, Judæi ab aliis Gentibus discriminandi sint.) *Atqui vero, Sabbatha, Diesque festi, jam ipsi nota sunt*, (Judæos a Gentibus quibusque distinguens. Quamobrem, ut alia insuper accedat, nulla exigit ratio. Quod si quæras,) *ecquando incipiat illud temporis momentum, quo Phylacteria capiti brachioque circumdare conceditur?* (Respondeo, esse Diluculum, cum adeo jam illuxit,) *ut quis Socium quatuor ulnas distantem, intueri, & agnoscere pos-*

re possit : ad Solis usq; occasum. Non temere, de Loris Phylacteriorum, tam pensiculate, & enucleate sermonem instituimus ; neque parva caussa, aut parva ratio, nos huc impulit. Nimirum, eo consilio id a nobis factum est, ut facem fulgidam accenderemus, nonnullis Epiphanii, de Pharisæis verbis, quæ tantas tenebras, Josephi Scaligeri, & Isaaci Casauboni, virorum cæteroquin perspicacissimorum, visui, (uti sunt humana, neque quisquam usquam gentium fuit, cujus non aliquando caligarent oculi) misere offuderunt. Ut tanto melius omnia percipiantur, ipse Casaubonus, qui & pro Scaligero simul verba facit, audiendus fuerit. Sic vero Exercitat 1. ad Apparatum Annalium Cardinalis Baronii, Num. 8. postquam de multis Pharisæorum institutis, ex Epiphanio, erudite disseruisset, porro subjunxisse deprehenditur : *Sequentia*, inquit, *Epiphanii verba, ita concipienda sunt:* Τῷ δὲ προειρημένῳ σχήματι τῶν γραμματέων προέρχοντο· Διά τε τῆς ἀμπεχόνης, καὶ διὰ τῶν ἄλλων σχημάτων καὶ γυναικικῶν ἱματίων ἐν ταῖς πλατείαις, ἐν κρηπῖσι καὶ γλώτταις ὑποδημάτων προϊόντες. Progrediebantur in publicum, eodem cultu ordinati cum Scribis, de quo ante dictum est : cum amiculis & aliis ornatibus, ac muliebribus palliis, crepidati, & in calceis ligulatis in plateis procedentes. *Hic vero plane mihi aqua hæret, nec quid de hac sententia dicam, habeo. Nam quis non miretur, inter instituta propositi austeri, quale hactenus descripsit Epiphanius, tribuere illum ascetis Pharisæis muliebria, pallam fœmineam, crepidas, & calceos vel soccos ligulatos ? quomodo hæc mollities cum superiore severitate consentit? Aut quis ignorat expresse cautum esse Lege Dei, ne viro muliebria, gestare fas esset, aut Fœmina, virilia? Deuteron. XXII, 5. Neq; hoc Rabbini prætermiserunt, cum Legem digesserunt in Præcepta, ut ipsi loquuntur Faciendi, & non faciendi. Vide apud Mosem Maimonidem, Quadragesimum Præceptum inter Negativa. Quare, aut stultissimi & insulsissimi mortalium, isti Asceta fuerunt, qui exquisitissimam austeritatem, & sanctimoniam cum profiterentur, tam impudenter legem Dei, & Majorum præcepta contemnentes, id sibi licere putarunt, atq; id publice, de quo nemo Asotus, luxu perditus, ausus esset sub tecto domus suæ, cogitare : plane ut si quis hodie Cappucinus aut Feuillantius, nobilis & delicatula muliercula cultu ornatus, in publicum prodiret. Aut Epiphanio mire imposuerant Judæi, qui hoc illi persuaserunt : quæ fuit sententia Josephi Scaligeri, cui nos assentimur, eum vide in Elencho Trihæresii c. 13.* Hactenus Casaubonus. Enim vero, nobis, salva per omnia, existimatione, insignium Virorum, perquam fit verisimile, nec a quoquam deceptum fuisse Epiphaniū, tanquam qui alibi familiaritatē quæ ipsi cum Judæis intercessit, palam jactat, & saltē quomodo vestiti incederent, toties suis viderat oculis : Nec in illis, quæ enarrat, Pharisæorum institutis, quicquam esse. quod Legi Divinæ, aut Majorum moribus, Sectæ denique, quam profitebantur, ullo modo adverse-

verſetur. Quod, priusquam probatum damus, illud præmonendum, quantum ad verba, ἐν κρηπῖσι καὶ γλώτταις ὑποδημάτων προϊόντες pro ea, quæ apud Caſaubonum legitur verſione, ſubſtituendum omnino videri: *In crepidis, & calceamentorum ligulis procedentes*: vel: *Cum Crepidis ac Solearum ligulis procedere ſolebant*: quorum alterum, Janus Cornarius, alterum, Dionyſius Petavius, in ſuis Editionibus, expreſſerunt: Hoc enim profecto verba, proprie ſignificant, quem tamen ſenſum, illa apud Caſaubonum translatio, non tantum non enunciat, ſed & eum præterea in animis legentium gignere poteſt, quaſi eodem tempore, & crepidati, & calceati, ſic obambulaverint Phariſæi, quod fieri prorſus nequibat, nec enim priſci Judæi, illud crepidarum genus, quod in Gallia calceis ſuperinduitur, vernacula voce *les Galoches* dictum, aut aliud iſtis ſimile, habebant cognitum. Solis crepidis utebantur Phariſæi, ob cauſam, ſi quid conjecturare poſſum, geminam. Scilicet, ſumma munditiei ipſis cura erat, & e publico domum redeuntes, ob metum contractæ forſitan labis, fere ſemper lavabantur, ceu ad Marci Cap. VII, 4. jam viris doctis obſervatum eſt. Hinc, ut ad lotionem, & eam imprimis quæ pedum erat, quæque omnium maxime frequentabatur, nam ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι Joh. XIII, 10. tanto promtiores eſſent, non niſi Crepidis utebantur. Oneroſum fuiſſet, toties λῦσαι τὰ ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων ut ejusdem Evangeliſtæ quæ cap. I, 7. habet, verbis, utamur, & rurſus colligare, imprimis illo ævo, quo vincula calceorum longa erant, & ſæpe ad crura ſive ſuras, conſtrictiones protendebantur, qua de re agunt Interpretes ad illud Virgilii Ecl. 7.

Purpureo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Et alterum, Æn. 1.

Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno.

Accedit, quod, ut Veterum Calcei, & imprimis Soleæ, quarum & apud Judæos uſus erat, comode geſtari poſſent, pes probe conſtringendus erat:

Anſaq; compreſſos alligat arcta pedes,

Inquit Tibullus l. 1. el. 8. Ergo, facile evenire potuit, ut ligulæ rumperentur, maxime ſi quis iis aliquandiu uſus eſſet, nec enim ſingulis diebus novæ parari poterant. Atenim vero, hanc mihi rupturam ſi quis Phariſæus calceos induendo, etiam forte fortuna, in Sabbatho feciſſet, inſanum magnum id peccatum futuram erat, quod omnibus modis præcavere oportuit: eſt enim laceratio inter XXXIX. opera capitalia, quorum ſi quod Sabbatho die, etiam a plebejo homine patratum ſit, piaculare id nefas ducebatur. Sed, quid de Laceratione ego multa loquor? Fortaſſe, nec ea Conſtrictio & Diſſolutio quidem, quæ in Veterum Calceis induendis & exuendis requirebatur, cum invaluiſſet illa Judaica Superſtitio, Sabbatho commode peragi potuit, cum & הקשירה & ההתרה quibus apud Judæ-

Vide Maimonidem Hilch. Schabbat c. 7. §. 1. Smag. fol. 12. col. 1.

Judæos, *Constrictio* & *Dissolutio* veniunt vocabulis, sint in Capitalium operum numero. Quod, quia mirum alicui videri potest, & nos ipsos quoque aliquando torsit, cum utique, si vestire se Sabbatho, velint Judæi, & vestimenta rursus ponere, Constrictione & Dissolutione aliqua opus sit, igitur e libro Hebræo-Germanico לב טוב qui meæ tandem dubitationi subvenit, aliis quoque succurrendum est. Legitur τῶν Hilchot Schabbat cap. 3. *Der ein Knopf macht am* Schabbas, *oder einer der ein Knopf aufbint, das is auch eine herbe* מלאכה *Aber nit alle Knopf, as ich es da bescheiden vvil. Ein iglicher Knopf der da is geknüpfft vvorden, daß er aso sol bleiben, das heist ein rechter Knopf, auf das is man* חייב מיתה *vver ein solchen Knopf knüpfft, oder einer der ein solchen Knopf aufknüpfft, der is* ח״ב *Zvvey Knopf übereinnander, das heist auch ein rechter Knopf, vvann es schon nit aso bleiben sol. Auch ein Knopf der da vvirt gemacht an einer Schnur, oder an ein Strick, das heist auch ein rechter Knopf, vven schon nit zvvey Knöpf übereinnander sein, vveil es is an einer Schnur, oder an ein Strick. Ein Knopf der da sol aso bleiben über* Schabbas, *das heist ein rechter Knopf. Auf das aufknupffen, is man gleich aso vvol* ח״ב *as auf das knüpffen. Ein Knopf und ein Schleif mit zvvey Schnurlich, oder mit zvvey Strick is* מותר *ein Knopf und ein Schleif, aber nit an eim Schnürel, es sey dann ein Schleif. Wann einer die Schnür am Hemd verknüpft het, is* מותר *aufzuknüpffen, es vver ihm ein* צער *vven ers nit solt aufknüpffen, oder desgleichen. Wen einem ein Riemen von Schu vver herausgeschlupft, is* מותר *vvieder hinein zu machen, vvann es kein Müh nit bedarf hinein zu thun, aber vvann es ein Müh bedarft hinein zu thun, is* אסר *hinein zu thun, vieleicht möcht ers verknüpffen. Wen die Woschin het zueinander geknüpft vveis geräth, oder die Schnür von einem Hembd is* מותר *aufzuknüpffen, den es is nit geknüpfft gevvorden, daß es aso bleiben sol; vver das Hembd noch neu von der Näderin, is* אסר *aufzuknüpffen. Ein paar Schu, die der Schuster zu einander heft, thar man ach nit aufknüpffen. Es is* מותר *ein Eymer anzuknüpffen daß man darmit Wasser schopft* דקא *mit einem Schnürel, oder mit einem Gürtel, aber nit mit einem Strick. Warum? es is zu besorgen, er möcht aso bleiben losen. Ein Knopf, ein Schleif drüber, is* מותר *zu machen.* Cæterum, hæ rationes gestandi Crepidas, etsi proprie ad Sabbatha tantum spectant, atque ob eandem, etiamnum ii qui inter Judæos religiosiores sunt, Sabbathis, crepidati fere incedere solent, facienda tamen illarum obiter quoq; fuit mentio, Pharisæi enim simulabant perpetuam sanctitatem, nec remissiores in pietate, profesto, quam festo die, videri volebant. Interim, ne quid diffitear, prima causa majoris momenti est, & vel sola, ad rem declarandam sufficit. Jam vero γλῶτται ὑποδημάτων & illæ *Calceorum, sive Solearum ligulæ*, in quibus procedebant Pharisæi, nihil

hil

hil sunt aliud, quam Lora Phylacteriorum, quæ Capitibus & brachiis illorum circumligata, porro deinde propendebant: his enim nihil æque ac calceorum & solearum ligulæ, erat simile, tum quoad exteriorem formam, tum quoque quia Phylacteria brachiis aptata, ipsam quodammodo rationem, qua pedi solea alligabatur, referebant. Atque adeo, ipse Gemaræ præsens locus, diserte, inter Lora Phylacteriorum, & Solearum Ligulas, instituit comparationem. Quamvis autem quisque Judæorum, pueritiæ annos egressus, Phylacteria gestare, more majorum tenebatur, tamen id inter Pharisæos, & reliquos Hebræos intererat, quod hi mediocriter latis loris utebantur, hordeacei grani longitudinem, vix excedentibus: Pharisæis contra, quibus unum studium erat πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιεῖν πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, non sufficiebat hæc tantilla laxitas, ideo opus erat πλατύνειν τὰ φυλακτήρια, Id est: Ut in omnium oculos incurrerent Phylacteria, Nodos ingentes, & Lora facere latissima. Quo ipso simul, explicamus, quis genuinus eorum quæ Servator noster apud Matthæum cap. XXIII. v. 5. loquitur, sensus sit. Cæterum, Judæi gregarii, haud facile, nisi cum orandum erat, Phylacteria gestare audebant, ob summam illorum reverentiam. Nam ex antiquis inde, ad sua derivatum est temporibus, quod scribit Maimonides Hilch. Tephill. c. 4. §. 14. & 15. חייב אדם למשמש בתפלין כל זמן שהם עליו שלא יסיח דעתו מהם אפילו רגע אחד שקדושתו גדולה מקדושת הציץ שהציץ אין בו אלא שם אחד ואילו יש בהם אח׳ ועשרים שם של יוד הא בשל ראש וכמותן בשל יד תפילין צריכין גוף נקי שיזהר שלא תצא ממנו רוח מלמטה כל זמן שהם עליו לפיכך אסור לישן בהם לא שינת קבע ולא שינת עראי אלא עם הניח עליהן סודר ולא היתה עמו אשה ישן בהם שינת עראי:
Id est: *Quisquis Phylacteria gestat, quam diu illis induitur, nefas reputare debet, vel momento unico, cogitationem ab iis avertere, longe enim sanctiora sunt Bractea* (aurea, quam secundum Dei, Ex. XXVIII, 36. seqq. præceptum, in fronte summus gestabat Pontifex:) *quippe in Bractea, non nisi semel Dei nomen descriptum erat, in Phylacteriis vero tam Capitis, quam Brachii, utrobique vicies & ter Nomen Tetragrammaton exprimitur. Ergo, Phylacteria corpus mundum exigunt, cavendumque, ne iis induto, quid spiritus, per inferius guttur excedat; quin nec in iis somnus capiendus est, sive forte obrepens, sive cui cum destinatione indulgetur: Si tamen panno tegantur Phylacteria, nec fæmina adsit, cum iis nictari paululum licebit.* Hanc sanctitatem, & munditiem, cum plebei homines, semper præstare sese posse, desperarent, Phylacteria quoties orandum erat, sumere, iis sufficiebat. At Pharisæi, illud castimoniæ & disciplinæ exemplar, semper Phylacteria gestabant, ut ostenderent, se quanti quanti essent, nil nisi munditiem esse, & ut hac nota inter ipsos &, τὸν ὄχλον, τὸν μὴ γινώσκοντα

τὸν νόμον, καὶ ἐπικατάρατον, quæ ipsorum apud Johann. c. VII. v. 49. verba sunt, quisque discrimen facere posset. Confer Cl. Buxtorf. Cap. 4. Synag. Jud. circa finem. Atque sic, constat ratio eorum, quæ de Crepidis, & Solearum Ligulis, Epiphanius dixit. Superest, ut illud, de Muliebri Palla, quoque salvemus, quippe, qua non tantum, citra violationem præceptorum supremi Numinis, sed vel judicio Ulpiani in l. 23. §. 2. *D. de Auro Argento Mund.* sine vituperatione, haud facile Pharisæi uti potuissent. *Muliebria sunt*, inquit, JCtus, *quæ matrisfamilias causâ sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi causâ, sunt comparata, plagulæ, penulæ.* Sed hic pro *Pallia*, legendum esse *Pallæ*, merito censet, Vir, rerum antiquarum peritissimus, & Fautor noster, Octavius Ferrarius l. 3. de Re Vest. c. 18. etiam contra Pandectarum Florentinarum autoritatem. Allegans causam, quod & aliunde, & adeo ex iis, quæ mox in eadem Lege sequuntur, certum sit, Pallium non muliebrem tantum, matrisfamilias, sed & virilem, ac patris familias, quondam vestem fuisse. Additur enim: *Communia sunt, quibus promiscue utitur mulier cum viro: velut si ejusmodi penula, palliumve est, & reliqua hujusmodi, quibus sine reprehensione, vel vir, vel uxor utatur.* Verum enim vero, sicut cum Epiphanius affirmat, Solearum Ligulas Pharisæos gestasse, non id proprie, sed per similitudinem quandam capiendum est, ita pari omnino ratione, etiam illud de Palla, interpretari oportet. Nempe, non vera Palla, vestiebantur Pharisæi, sed tamen indumento aliquo, quod ejus speciem ad amussim referebat. Est autem sermo, non de illa Palla, quæ ad vestigia usque deducebatur, sed alia minore, & de qua Martialis l. 1.

Dimidiasq; nates, Gallica palla tegit.

Vel potius de *Peplo*, quod alias Pallam dictum esse, Servius testatur, ad illud;

—— Peplumq; ferebant

Jam, cum hac, sive Palla, sive Peplo, summopere convenit, illa vestis qua oraturi Judæi sese obnubere, & quondam solebant, & in hanc usque diem solent, quæque טלית vocatur, in angulis quatuor, fila lanea habens appensa, ipsi ציצית ea appellitant. Sciunt id omnes, qui vel semel Judæorum sacris intervenerunt, nec in re tam manifesta multis verbis opus est. Unde R. Mazliach quoque, apud Baal Aruch fol. 70. col. 1. טלית per רדיד id est: *Peplum* explicat. Rursus, quia Pharisæi, contra communium Judæorum morem, semper huic palliolo involvebantur, merito id in iis notavit Epiphanius: cujus mentem, nos probe assequutos esse, nec de pallio alio eum cogitasse, liquido constabit, si quis ea, quæ de Scribarum habitu hæresi XV. disseruerat, quæq; ipse conferre jubet, conferat.

Ad pag. 407.





ferat. Essent quidem aliqua tum circa istum locum, tum de Palliorum Laciniis, filisque, quæ Christi apud Matth. XXIII, 3. testimonio Pharisæi producere solebant, monenda, sed modum servantes, oculis Lectorum, exhibemus, veram illam formam Pharisæi hominis, quam Epiphanius depinxit.

*** *** *** *** ***

2. Uti traditio habet, R. Eliesér &c.] Idem repetitur in Berachot fol. 6. a. loco illo famosissimo juxta, & ineptissimo, ubi de ipsomet Deo, per summam amentiam Magistri insanissimi prædicant, quod Phylacteriis utatur? Id dictum a Proselytis nostris indicatum, quia sæpe quidem Judæis objicitur, nondum autem, a quoquam quod sciam integre explicatum est, nos id præstare conabimur. א״ר רב אבין בר
ארדא א״ר יצחק מנין שהקדוש ברוך הוא מניח תפילין שנ׳
נשבע יי׳ בימינו ובזרוע עוזו בימינו זו תורה שנ׳ מימינו אש
דרת למו ובזרוע עוזו אלו תפילין שנ׳ יי׳ עז לעמו יתן ומנין
שהתפילין עוז הם לישראל דכתיב וראו כל עמי הארץ כי שם
יי׳ נקרא עליך ויראו ממך ותניא רבי אליעזר הגדול אומר
אלו תפילין שבראש אמר ליה רב נחמן בר יצחק לרב חייא
בר אבין הני תפילין דמרי עלמא מה כתיב בהו אמר ליה
ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ ומי משתבח קודשא בריך
הוא בשבחייהו דישראל אין דכתיב את יי׳ האמרת היום
וכתיב ויי׳ האמירך היום אמר להם הקב״ה לישראל אתם
עשיתוני חטיבה אחת בעולם ואני אעשה אתכם חטיבה אחת
בעולם אתם עשיתוני חטיבה אחת בעולם שנ׳ שמע ישראל
יי׳ אלהינו ה׳ *אחד ואני אעשה אתכם חטיבה אחת בעולם
שנ׳ ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ אמר ליה רב אחא
בריה דרבא לרב אשי תינח בחד ביתא בשאר בתי מאי
אמר ליה כי מי גוי גדול ומי גוי גדול אשריך ישראל או

הנסה

* Non debebat hæc vox abesse in Talmude.

הנסה אלהים ולתתך עליון אי הכי נפישי להו טובא בתי אלא כי מי גוי גדול ומי גוי גדול דדמיין להדדי בחד ביתא אשריך ישראל ומי כעמך ישראל בחד ביתא או הנסה אלהים בחד ביתא ולתתך עליון בחד ביתא וכולהו כתיבי באדרעיה :

Id est : *Testatur R. Abin F. R. A. sic dixisse R. Isaacum : Unde constat Deum B. gestare Phylacteria ? Scilicet* : Q. S. E. (Es. LXII, 8.) Juravit Dominus per dextram suam, & per brachium roboris sui. (In illis,) Dextra *Legem innuit : Scriptum enim*, (Deut. XXXII, 2.) A Dextra ejus, ignis edictalis fuit ipsis. *Per* Brachium Roboris *vero, intelligenda sunt Phylacteria, secundum illud, (*Ps. XXIX, 11.*)* Dominus robur populo suo dabit. *Sed unde colligitur, Phylacteria Judæis robur esse ?* (Inde,) *quia S. E.* (Deut. XXVIII, 10.) Et videbunt omnes Populi terræ, quod nomen Domini vocatur super te, & timebunt a te. *Quippe, ut traditio habet, asseruit R. Eliéser Magnus, sermonem hic esse de Phylacteriis capitis. Ergo quærit R. Nachman F. I. ex R. Chaja F. A. quid in Phylacteriis, Rectoris hujus Universi, sit descriptum ? Respondit* (ipse, sequentia ibi scripta esse, ex 1. Paralip. XVII, 21.) QUIS SICUT POPULUS TUUS ISRAEL, QUI EST GENS UNA, IN TERRIS. (Instat R. Nachman :) *Anne Deus sese effert, laude Israëlitarum ?* (Respondet alter :) *Omnino : Scriptum enim* (Deut. XXVI, 17.) Deum, deprædicasti hodie : *Et sequitur mox* (v. 18.) Deus te deprædicavit. *Nimirum, ait Deus Judæis : Vos mihi laudem unam parastis in orbe, quare & ego vobis laudem unam in orbe parabo. Vos mihi parastis laudem unam in orbe, amplectendo firmiter illud* (Deut VI, 4.) Audi Israël, Dominus Deus noster, Deus unus est : *Quare & ego vobis laudem unam parabo in orbe, edicendo :* Quis sicut Populus tuus Israël, qui est Gens una, in terris. *Ait R. Acha, Robæ filius, ad τὸν R. Asai : Bene hactenus se res habet, de cellula una* [Phylacteriorum Capitis, ac teneo, quid in ea condatur scriptum : Sed, cum Cellulæ quatuor sint,) *quid in reliquis scriptum deprehenditur ? Subjecit* (Asai : esse in iis scriptum ex Deut. IV, 7. & 8.) NAM QUÆ EST GENS MAGNA? ET QUÆ EST GENS MAGNA, (Item ex Deut. XXV, 29.) O FELICEM TE ISRAEL. (nec non ex Cap. IV. 34.) AUT NUM TENTAVERIT DEUS. (Denique ex cap. XXVI, 19.) ET UT EFFICIAT TE SUBLIMEM. (Excipit R. Acha :) *Hæc si ita sunt, plures* (quam quatuor) *emergent cellulæ :* (Respondet Asai : Verba,) Nam quæ est gens magna, Et quæ est gens magna : *quia affinia sunt, in*


una

una scripta esse cellula. O felicem te Israël : *in altera* : Aut num tentaverit Deus : *in tertia* : Tandem ; Et ut efficiat te sublimem : *in ultima, scriptum deprehendi* : *Omnia vero illa dicta, junctim, Phylacteriis brachii inserta esse* ; (Quippe quorum non est nisi cellula unica.)

3. Phylacteriis capitis] Quia docuimus, qualia Deum habere Phylacteria, Judæi somnient, est quoque operæ pretium, ut doceamus, quomodo tandem ipsi, sua quibus utuntur conficiant, quidque iis sit inscriptum, nam ne hoc quidem a quoquam adhuc satis explicatum esse memini. Nobis propositum exequi, haud difficile est, beneficio optimi MS. Codicis nostri, Ez Hechajim, quem exscribimus: Hilchot Sophrim cap. 3.

סדר מעשה התפילין כך
הוא לעשות תפילין של
ראש לוקחין עץ מרובע ארכו
כרחבו ורחבו כגובהו ואם
גובהו יותר על רחבו או
פחות אין בכך כלום ואין
מקפידין רק על ארכו שיהא
כרחבו וחופר בו ג׳ חריצים כדי
שיעשה ארבע ראשים כמו זה:

Sic conficere oportet Phylacteria. Ut Capitis Phylacteria parentur, accipiendum lignum quadratum, cujus longitudo, eadem sit qua latitudo, & latitudo eadem qua altitudo. Quod si vero altitudo latitudinem excedat, aut paulo minor sit, id nihil refert, nam ad id unice attendendum, ut inter longitudinem & latitudinem æqua sit proportio. In hoc porro Ligno, tres fissuræ excavandæ sunt, ut inde emergant capita quatuor, ea forma, quam exhibemus:




ולוקח עור ומרטיבו במים
וישים בו העץ ויכנים העור
בין כל חריץ וחריץ ומכבש

Nunc capienda pellis, eaq; aqua probe macerata, aptanda ligno est, ita quidem, ut in fissuras quasq; immittatur, & postea dum adhuc ma-

אותו והוא רטוב מכאן ומכאן
עד שעושה מן העור דמות
שי״ן של שלש ראשין מימין ש
המניח תפילין ודמות שין שיש
לה ד׳ ראשין משמאל המניח
ויניח העור על העץ עד שייבש
ואחר כך חולץ העור מעל ג
גבי האימום של עץ ונמצא
העור שיש בו ד׳ בתים פנויין
ויכנים פרשה אחת בכל בית
ובית מעומד ראש גליון עליון
תחלה שיוכל לקרותם בסדרן
כשיונחו בבתיהן וכך סדר ש
הכנסתן מכנים והיה אם שמע
בבית ימין המניח ושמע בבית
הסמוך והיה כי יביאך בבית
שלישי סמוך לשמע וקדש ב
בבית רביעי שהיא שמאל
המניח כגון זה:

det ab utroq; (fissuras claudente) *latere, ita concinnanda est, ut pellis hæc, figuram literæ Schin, tribus apicibus præditam, cum capiti aptantur Phylacteria, dextrorsum, & figuram ejusdem literæ Schin, quatuor apicibus præditam, cum induuntur, sinistrorsū, nanciscatur.* (His peractis,) *pellicula tam diu in ligno relinquenda, quoad exarescat: arefactam, si a typo ligneo abstrahas, pellitum* χῆμα, *in quo sunt ædiculæ vacuæ quatuor, confecisti. Harum cuiq;,* περικοπὴ *ex Lege,* (membranæ, cum ea quam instituta Majorum exigunt, sedulitate, inscripta,) *indenda est, sed erecta, ita ut superior margo primus receptaculum subeat, atq; ea schedæ sit dispositio, quæ lectionis ordinem naturalem servet, in ipsa ædicula. Nota jam schedarum ordinem. Pericope* והיה אם שמע (Deut. XI. comate 13. & sequentibus, ad 22. usque, descripta, occupato eam ædiculam,) *quæ si aptentur Phylacteria, ad dextram ea induentis, prima est: In eam quæ succedit, immittenda Pericope* שמע (quæ habetur Deut. VI. a quarto, ad 10. usque comatibus) *Huic proxima ædicula, tenere debet Pericopen* והיה כי יביאך (eam scilicet, quæ legitur Ex. XII. ab 11. ad 17. usque comatibus) *Deniq;, in ultimam ædiculam, quæq; aptatorum Phylacteriorum, sinistrum latus est, condatur Pericope* וקדש (ex eodem XIII. Capite Exodi, illiusque principio, usque ad comma 11.) *Integra hac Pericoparum series, melius patebit, ex proximo schemate:*



קדש לי כל בכור	והיה כי יבאך	שמע ישראל	והיה אם שמע



ואחר לוקח גידי בהמה א
או חייה טהורה ואפילו מ
מנבילות וטריפות וכך יקחם
לוקח הגידין שיש בעקב של
הבהמה או החיה והם לבנים
קשים וירככם באבנים וכיוצא
בהן עד שיעשו כפשתן ויטום
וישררם ויקחם ויתפור העור
שהחזיר למטה עם העור של
מעלה בגידין אלו מארבע פ
פנותיו ברבוע בכל צד ג' תפ
תפירות שיהיה בין הכל יב' ת
תפירות בנגד יב' שבטים וכל
התפירות יהיה החוט סובב
משתי רוחות וצריך שיגיע חר
חריץ של הבדלת הבתים עד
התפר פי' עד בי מושבו ואם
החריץ ניכר כדי שיהיו ד' רא
ראשין נראין לכלן אעפי שאין

Porro, opus est Nervis animalis, & quidem puri, (atque hoc unice observandum,) *nam si maxime morticinum fuerit, aut alio vitio laboraverit, id nihil refert. Nervi hi depromuntur ex animalium calcibus, suntq; albi, & duri: Ergo, lapidibus, aut re alia simili*, (multum terendo) *emolliendi, & in linum quasi quoddam, redigendi sunt, ut e colo duci, & in fila duplicari queant. Istis filis, consuere oportet, illam, quæ* (in vagina Phylacteriorum) *infra e pelle residua mansit, laciniam, cũ parte superiore, in omnibus quatuor lateribus, quadrate: & sunto in quoq; latere, suturæ tres, hoc est, in universum duodecim, quoto numero fuere Tribus Israëlitarum: nec minus, illud observandum, ut semper filum, & superiorem, & inferiorem partem* (marginis vaginæ,) *ex æquo ambiat. Cæterum, ipsum, quod inter ædiculas est interstitium, pertingere debet, ad marginem usq;, in quo sit sutura. Imo, sint modo conspicua interstitia, ut ab omnibus, quatuor ædiculæ agnosci queant, nihil oberit, etiamsi interstitia marginem in quo sit sutura, non attingant. Quod si vero ædiculæ quatuor distingui non possint*

החריץ מגיע למקום התפר ב
בשירות ואם אין החריץ ניכר
פסולות וא' רבי ברוך דצריך
שיגיע החריץ עד מקום התפר
וקא התפר זה הוא חריץ של
שין אבל יודין שבתוך השין
אין צריך שיגיע שטוב יותר
להיות קצרות שיהא או: ניכר
כטוב שין אם פיחת מן הי"ב
תפירות ועשה י' כנגד י' שבט
שבטים בלא יהודה שהיה ם
מלך ובלא לוי שהיה שמש א
או הותיר ועשה יד' כנגד יב'
שבטי' ומנשה ואפרים אין בכך
כלום וכן כתב ר' אלעזר סדר
מניין התפירות ד' לד' זויות ו
וב' לשרשי השינין וג' כנגד ע
המעברת במקום חריץ מכאן
וג' כנגד מעברתא מכאן ולאחר
שתפרם יעביר עריין המחט ב
במקומות אלו שיהיו הבתים
והתיתורות מהודקין היטב ל
למעביר בתוך כל חריץ חוט
או משיחה להבדיל בין בית
לבית ומנהג להעביר בגיד ם


sint, hoc vitiosum est. Atenim Rabbi Baruch, aliter nonnihil opinatur, asserens, non adicularum interstitium, sed infimam tantum partem utriusq; Schin, marginem vaginæ attingere debere, ad apices tamen, sive rectas lineolas, quæ in mediis literis Schin efformantur, idem non producendum, has enim breviores facere satius esse, ut tanto magis figura literæ Schin repræsentetur. Si quis pauciores, quam duodecim faciat suturas, & denario numero delectetur, ut a XII. Tribubus, Juda tribum, quæ Regimini, & tribum Levi, quæ ministerio sacro addicta fuit, removeat, in ea re nullum vitium est. Pariter nec vitium est, si cui plures quam XII. & adeo XIV. suturas facere placeat, ut præter XII. Tribus, Ephraimi quoq; & Menasses, rationem habeat. Secundum R. Eleasarem, ita disponendæ suturæ sunt, ut una fiat in quoq; angulo, & duæ ad radices cujusq; Schin, quatuor vero, in quoq; interstitiorum latere. Quando hæc ita consuta sunt, acu, ædiculas, & marginem vaginæ, levigando, comprimere oportet, ut omnia apte sibi respondeant. Juvat quoq; trahere, per quodq; adicularum interstitium, filum, aut funiculum, ut eadem probe discriminentur: atq; plerunq; in hunc finem, filum ejusmodi adhiberi solet, quo consutura facta est. Si accidat, filum, postquam suturæ duæ jam fieri cœperunt, rumpi, (imitari convenit id) *quod de R. Seera legitur: Huic enim cum* (inter fiendum Phylacteria,) *filum ruptum esset, solvit,* (quæ fuerat,

מגידי התפירה ואם נפסק
התפיר׳ לאחר שהתחיל
לתפור שני פעמים כדא׳ ר׳
זעירא איפסיק גידא דרצועתו
ושרו ליה איפסיק זמן חניינות
ושרו ליה דלא מן אולפן פי׳
שלא מן הדין דכיון שנפסקה
גנאי הוא וכשיתפיר יתחיל
לצד קדש והיכא שהחיל שם
יסיים תפירתו קוצצין כל עור
הד׳ בתים למטה ולוקחין עור
ממקום אחר ועושין בראשו
כמין ארובה ומכנים שם ד׳
הבתים שני כפולי׳ לעשות
תיתורא ומעברת כאשר פי׳
שינה סדר השינין שעשה של
ד׳ ראשין מימין המניח ושל ג׳
ראשיהן משמאל אין בכך
כלום :

תפילין של יד כך מעשיהן
יקח עץ מרובע ארכו כרחבו
ויהיה גובה כאצבע או יתר על זה מעט או פחות מעט כנגון זה׳

rat, & denuo suere exorsus est,) *cumq; idem secunda vice accidisset, rursus futuras solvit, etsi ad hoc faciendum nulla majorum traditione compellebatur. Scilicet*, *ista*, *leges haud imperant, sed tamen turpe est*, (si quis semel ruptum filum, nodo colliget, atque sic opus persequatur. Illud quoque observandum:) *quod tam suendi initium, quam ejusdem finis, juxta illam ædiculam, in qua Pericope* קדש *latet, fieri debeant*. (Prope excidisset, monere,) *rescindendas esse inferiores superfluitates, pellicula, quæ ipsi Phylacteriorum vaginæ materiam præbuit, atq; in corio alio* (quadrato) *foramen exscindendum esse* (formæ similis,) *ut per hoc quatuor ædiculæ, ad gemellas quasi geminas redactæ, educantur, atq; deinde ex eodem corio margo vaginæ, & posticus meatus, illo quo explicui modo, confiant. Si mutetur ordo τῶν Schinim, ita ut illud quod apices quatuor habet, dextrum Phylacteria induentis latus, & illud quod tribus tantum apicibus instructum est, latus sinistrum, occupent, id neminem turbare debet.*

Brachii Phylacteriorum hæc parandi ratio est. Capiatur lignum quadrum, (sive tale) *cujus longitudo & latitudo pares sunt, altitudo digitum circiter æquato, & en tibi figuram:*



ויחפהו בעור רטוב ויניח שפת
העור מלמטה ותופרהו מד'
פנותיו ומניח מןהעור מעברתא
מקום הרצועה או עושה לה
התיתורא והמעברתא מעור
אחר כאשר פי' בתפילין של
ראש [תפלין של יד כותבם
בארבע דפין בעור א' ארוך
כספר תורה על סדורן בתורה
כגון זה;

Lignum hoc, obducatur pelle madefacta, relinquatur (infra margo, &) *operimentum. Hæc* (deinde cum exaruerint) *in quatuor lateribus, consuantur, relicto tamē prius quoq; ex eadem pelle, postico meatu, per quem transire lorum debet, aut facere sane licet marginem, meatumq; ex pelle alia, ceu de Capitis Phylacteriis exposui.* [*Pericopæ Phylacteriorum Brachii* (quæ eædem sunt, cum iis quas Phylacteria capitis complectuntur,) *columnis quatuor, in membrana unica oblonga scribendæ sunt, fere ita, uti Pentateuchum describere solemus, estq; in ipsis is ordo servandus, quem ipsa sacra literæ suppeditant* : (ut quæ prior in iisdem occurrit, priore quoque loco exaretur :) *prorsus uti in subjecto demonstratur schemate*:

Ista, quæ videntur excidisse ex Codice nostro, commodum ex Maimonide supplere licuit.

והיה אם שמוע	שמע יש ראל	והיה כי יביאך	קדש לי כל בכור

אם כתבן על ארבע
עורות והכניסן בבית אחד
יצא ואינו צריך לדבקם]
שהרי אמרו מי שיש לו שני

Sed, si Pericopæ hæ quatuor, separatis membranis inscriptæ, uni adiculæ includantur, id licitum reputari debet, nec enim opus est ut combinentur.] *Nam, traditum deprehenditur: Si quis duo habeat Phylacteria capitis.*



III שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד ואהבת את יהוה אלהיך
בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מאדך והיו הדברים האלה אשר אנכי
מצוך היום על לבבך ושננתם לבניך ודברת בם בשבתך בביתך
ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך וקשרתם לאות על ידך והיו
לטטפת בין עיניך וכתבתם על מזזות ביתך ובשעריך

IV והיה אם שמע תשמעו אל מצותי אשר אנכי מצוה אתכם היום
לאהבה את יהוה אלהיכם ולעבדו בכל לבבכם ובכל נפשכם
ונתתי מטר ארצכם בעתו יורה ומלקוש ואספת דגנך ותירשך ויצהרך
ונתתי עשב בשדך לבהמתך ואכלת ושבעת השמרו לכם פן יפתה
לבבכם וסרתם ועבדתם אלהים אחרים והשתחויתם להם וחרה
אף יהוה בכם ועצר את השמים ולא יהיה מטר והאדמה לא תתן
את יבולה ואבדתם מהרה מעל הארץ הטבה אשר יהוה
נתן לכם ושמתם את דברי אלה על לבבכם ועל
נפשכם וקשרתם אתם לאות על ידכם והיו לטוטפת בין
עיניכם ולמדתם אתם את בניכם לדבר בם
בשבתך בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך וכתבתם
על מזוזות ביתך ובשעריך למען ירבו
ימיכם וימי בניכם על האדמה אשר נשבע
יהוה לאבתיכם לתת
להם כימי השמים
על הארץ

Nico. Sturk Sculp — [illegible]

I וידבר יהוה אל משה לאמר קדש לי כל בכור פטר כל רחם בבני ישראל
באדם ובבהמה לי הוא ויאמר משה אל העם זכור את היום הזה אשר
יצאתם ממצרים מבית עבדים כי בחזק יד הוציא יהוה אתכם מזה ולא
יאכל חמץ היום אתם יצאים בחדש האביב והיה כי יביאך יהוה
אל ארץ הכנעני והחתי והאמרי והחוי והיבוסי אשר נשבע לאבתיך לתת
לך ארץ זבת חלב ודבש ועבדת את העבדה הזאת בחדש הזה
שבעת ימים תאכל מצת וביום השביעי חג ליהוה מצות יאכל את
שבעת הימים ולא יראה לך חמץ ולא יראה לך שאר בכל גבלך
והגדת לבנך ביום ההוא לאמר בעבור זה עשה יהוה לי בצאתי ממצרים
והיה לך לאות על ידך ולזכרון בין עיניך למען תהיה תורת
יהוה בפיך כי ביד חזקה הוצאך יהוה ממצרים ושמרת את
החקה הזאת למועדה מימים ימימה

II והיה כי יבאך יהוה אל ארץ הכנעני כאשר נשבע לך ולאבתיך ונתנה
לך והעברת כל פטר רחם ליהוה וכל פטר שגר בהמה אשר
יהיה לך הזכרים ליהוה וכל פטר חמר תפדה בשה ואם
לא תפדה וערפתו וכל בכור אדם בבניך תפדה והיה
כי ישאלך בנך מחר לאמר מה זאת ואמרת אליו בחזק יד הוציאנו
יהוה ממצרים מבית עבדים ויהי כי הקשה פרעה
לשלחנו ויהרג יהוה כל בכור בארץ מצרים מבכר אדם ועד
בכור בהמה על כן אני זבח ליהוה כל פטר רחם הזכרים וכל בכור
בני אפדה והיה לאות על ידכה ולטוטפת בין עיניך
כי בחזק יד הוציאנו יהוה ממצרים

Ca: Nicola Schürk fecit Norimbergae.



תפילין של ראש שלא ט
הונחו בראש מעולם ואין ב
כאן קדושת ראש ישים ג
עור על אחד מהן לכסות ב
בתים וכשרין לשל יד:

tis, (puta, quæ capiti nunquam fuere aptata, neq; ex eo ſanctitatem contraxerunt,) huic fas eſt, alterutra ex his, pelle operire, ut adicularum interſtitia tegantur, atq; tum iſtis, pro brachii Phylacteriis uti, non prohibetur.

Quis credat, tanta arte, tantaque cura opus eſſe, ad vaginam Phylacteriorum parandam? Sed haud minor eſt ea, quæ ad ſcripturam eorundem exigitur. Nam præter illa, quæ Phylacteriorum ſcriptio, cum ſcriptione ſacri Codicis, communia habet, quæque ſupra a nobis indicata ſunt, hic quædam literæ, peculiares, & haud alibi uſitatas formas nanciſcuntur; quædam pro coronis, minutiſſimos apices, vario, ſed cuiq; nominatim determinato numero, geſtant. Summa etiam hic opus cautione: neq; enim parvum momentum ſitum eſt in illis apicibus, quippe quorum Autorem, Rabbini ipſum Deum prædicare ſuſtinent. Menachot fol. 29. b.

אמר רב יהודה אמר רב בשעה שעלה משה למרום מצאו להקב"ה שיושב וקושר כתרים לאותיות אמר לפניו רבונו של עולם מי מעכב על ידך אמר לו אדם אחד יש שעתיד להיות בסוף כמה דורות ועקיבא בן יוסף שמו שעתיד לדרוש על כל קוץ וקוץ תילי תילין של הלכות:

Id eſt: *Nomine Raf, dixit R. Jehuda: Cum Moſes excelſa cœli petiiſſet, invenit Deum annectentem coronulas literis. Quare ad illum, Mundi Arbiter, inquit, quæ hac tua eſt occupatio? Reſpondit Numen: Victurus eſt olim, poſt multorum ſeculorum decurſum, homo, cui nomen erit Akiba Joſephi filius, is de quovis iſtorum apicum, acervos rationum afferet.* Eam ob rem, apicum horum omnium, præter enarrationem verborum ſingulorum, quæ plene, aut cum defectu exprimenda ſunt, rationem accuratiſſimam, longeque majorem quam Maimonides integro cap. 3. τῶν Hilchot Tphillin, feciſſe deprehenditur, more ſuo conſummatiſſimus Codex noſter Ez Hechajim inivit, ſed, quæ ſingula referre, tædioſum eſſet. In rem præſentem potius deducemus Lectorem, ipſasq; Pericopas, ea quam Magiſtri imperant diligentia, fideliter expreſſas, literasque ſuis ornamentis inſtructas, ſpectandas exhibendo, gratiam apud illum merebimur.

* * * * * * * * * * * * * * *

BONUM

Bonum Factum!

Sic igitur tandem, Lector Optime, defuncti sumus difficili, & ærumnoso labore: Edidimus artificiosum, divinumque opus, omnes

Statius l. 2. Sylv.


—— *Veteres ceræq; ærisq; figuras,*
Si quid Apellei gaudent animasse colores,
Si quid adhuc vacua, tamen admirabile Pisa,
Phidiacæ rasere manus, quod ab arte Myronis,
Aut Polycletæo jussum est quod vivere cælo,


longissime superans. Scilicet, descripsimus rite, caste, & decenter, sacras Phylacteriorum schedas. Paravimus more majorum vaginas, & receptacula quibus occluderentur. Ac postquam iis schedæ, justo ordine, justaque dispositione fuere inditæ, vaginarum margines probe probeque, ne quid hiaret, consuimus. Tum alligavimus Lora, Nodosque in illis nectentes implicitos, ac inextricabiles, nunc plane confecta habemus, tam Capitis, quam Brachii, sacerrima Amuleta. Nihil est quod porro agamus, sed missis rebus, manibus compressis sedere nobis licet, dum interim propalam, omnium oculis,

Hoc Specimen Jure Meritoq; Specitur.

* * * * * * * * * * * *




C.H.S. f.


C.H.S.sc



12. Coloribus] צבעונים merito ex Libris En Jacob edidimus, non צבעים etsi in utroque Talmude ita legitur: Nam, cum alibi idem dictum puta in Menachot fol. 43. b. & in Chullin fol. 89. a. Gemara repetit, צבעונים habent etiam Talmudis Codices.


13. Hyacinthinus color similis mari &c.] Sic accipe: Hyacinthinus color, non quidem omnino similis est colori maris, ad eum tamen quodammodo accedit: Porro, Mare, refert propemodum speciem cœli sereni, & Cœlum Throni gloriæ, relicta interim, magno, inter ea quæ comparantur, discrimine. Nihilo minus, illud denique consequitur, vel saltem aliquam esse inter fila hyacinthina, & Thronum gloriæ, convenientiam: ac proinde, id beneficii Deum Judæis tribuisse, ut sui Throni colores, in pallii laciniis referre semper iis liceat.

14. Throni gloriæ] Hujus Throni, gloriæ cœlestis, in Novo Testamento quoque fit mentio, & sicut in Veteri Deo Patri, ita in hoc, Filio tribuitur, non omnino nullo Divinitatis ejus, & cum Patre parilitatis, argumento. Math. XIX, 28. *Οταν καθίσῃ ὁ ὑιὸς τῦ ἀνθρώπυ ἐπὶ θρόνυ δόξης ἀυτῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνυς·* Et iterum cap. XXV, 31 *Οταν δὲ ἔλθῃ ὁ ὑιὸς τῦ ἀνθρώπυ ἐν τῇ δόξῃ ἀυτῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ᾽ ἀυτῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνυ δόξης ἀυτῦ·* Priorem locum transtulit Vetus Interpres Hebræus: כשישב בן האדם על כסא כבודו תשבו גם אתם על כסאות שתים עשרה: Posteriorem vero: וכאשר יבא בן האדם בכבודו וכל מלאכיו איתו אז ישב על כסא כבודו: Magis, fortasse, hæc Versio quadrat, estq; significantior, quam illud ܟܘܪܣܝܐ ܕܫܘܒܚܗ quod apud Syrum, utrobique legitur. Jonathan Chaldæus, pro כסא כבוד in Esaiæ c. XXIII, 22. כורסי יקר dixerat.

15. Sub pedibus ejus velut pavimentum sapphirinum] Sic per *συγκατάβασιν* Scriptura utriusque Testamenti, sæpe loquitur, quasi cæruleo colore Deus non indelectetur. Aliud persuasum habent, Christiani S. Johannis, quos vocant, in Assyriæ partibus degentes, de quibus Ignatius a Jesu, Carmelita Discalceatus, & Ecclesiæ Romanæ Missionarius, in libello quem A. 1652. de illorum Origine, Ritibus, & erroribus Romæ edidit, cap. XIV. *Taliter isti Christiani S. Johannis abhorrent ab hoc cæruleo colore, quod nec indui re hujusmodi colore tincta, nec eam tangere audent. Et tali modo, ac pertinacia, addicti sunt huic superstitioni, ut difficillimum sit, ab ea ipsos amovere. Et, si aliquis hoc colore induatur, eo ipso videtur illis, quod talis indutus cæruleo colore, profiteatur fidem ex opposito contrariam fidei Christianorum S. Johannis. Experientia vero docuit, quam difficile sit illos abstrahere a dicta superstitione.*

Quia abhinc triginta circiter annis, quidam Episcopus, qui a Goa Lusitaniam versus proficiscebatur, transivit per civitatem Auisè, in qua commorantur eorum Sacerdotes, & Episcopi, ac Primates hujus Nationis. Qui Episcopus Zelo Episcopali motus, diligenter curavit, hac Natio schismate, & erroribus relictis, obedientiam præstaret Summo Pontifici, quod facile ab ipsis obtinuit, sed circa errorum rejectionem aliqua adfuit difficultas, & in hac præsertim superstitione, de qua loquimur, fuerunt pertinaces, quia quando loquebatur ipsis Episcopus de induendo colore cæruleo, absolute negabant assensum huic propositioni. Et quando urgebat, dicendo esse necessarium, ut relinquerent istam, & alias superstitiones, & abusus, ipsi respondebant Episcopo, quod Summus Pontifex mittebat ipsum Episcopum, ad ædificandum, & non ad destruendum Christianos S. Johannis. Causam vero, quare ab hoc colore abhorreant, hanc esse fabulantur. Dicunt, quod aliqui inter Judæos habuerunt in somnis quandam visionem, ex qua didicerunt, quod per Baptismum Johannis debeat destrui lex Judæorum. Hoc audientes Judæi, & videntes S. Johannem Baptistam paratum ad baptizandum Dominum Jesum, invidia moti, attulerunt magnam quantitatem Indici coloris, & projecto dicto colore in aquas Jordanis, ubi baptizari debebat Christus Dominus, aquas inquinaverunt, & effecerunt eas immundas, ut dictum baptismum impedirent. Hoc videns Deus Opt. Max. miraculose per Angelos jussit afferri quoddam magnum vas, & impleri aqua pura ipsius Jordanis, & sublevantes ipsum in aëre, S. Johannes in prædicto vase baptizavit Christum Dominum in aëre sublevatum; & ex illo tempore Deus maledixit, & excommunicavit hunc cæruleum colorem. Ad Judæos quod attinet, ii Rubrum colorem aversantur, ob eamque causam supra ex MS. Ez Hechajim docuimus, dedecus esse, Lororum quæ Phylacteriis aptantur, internam partem, rubram facere. Idem quia legitur quoque apud Maimonidem הלכות תפילין cap. 3. §. 14. hinc de causa solicitus interpres, Josephus Karo, in כסף משנה varias attulit: יש מפרשים שמא יאמרו שמיפי עצמו למצוא חן בעיני הזונו׳ ודבר אחר כהני עכו״ם שעושים סימנין מבגר אדום ורש״י ז״ל פיר׳ גנאי שמא יאמ׳ מדם חטטיו נצבעו ודבר אחר שמא יאמרו אשתו נדה בעל ונצבעו בדם ! Id est: *Quidam,* (quod de dedecore dicitur,) *ita exponunt, quia cæteroquin dicturi sunt homines: Iste se exornat, ut gratiosus sit apud meretrices. Alii afferunt rationem, quod Infidelium Sacerdotes ex panno rubro, signa faciant. Raschi, f. m. sic dedecus accipit, quasi alii dicere possent, quem sanie sua, Lora tinxisse; aut secundum alios, facile foret criminari, sanguine uxoris τὰ καταμήνια passæ, fuisse imbuta.* Sed, aut fallor, aut nihil horum, sanis sobriisque potest satisfacere, quin potius in eo vera causa, vetandi rubrum pigmentum in Phylacteriorum Loris, forsitan quærenda fuerit, quod Es. I, 18. illum colorem peccata quasi referre, innuitur. Atqui Phylacteria expiare crimina debent, non facere ex iis ostentationem.

CAPUT



פרק ג׳ — CAPUT III.

משנה — MISCHNA

א — I.

היה נוטל את מנחתה מתוך כפיפה מצרית ונותנה לתוך כלי שרת ונותנה על ידה וכהן מניח את ידו מתחתיה ומניפה:

1(MAritus *adulterii suspectæ*,) e corbe saligna Oblationem ejus depromens, in vas sanctum eam reposuit, & 2 (*mulieri deinde*,) 3 in manum dedit. 4 Cujus manui, suam manum, 5 Sacerdos 6 supponens, 7 receptam in sacris agitationem, instituit.

ANNOTATA.

1. Maritus] Cl. Seldenus l. 3. Ux. Hebr. c. 15. non de Marito, sed de ipsomet Sacerdote, locum accepisse videtur. Et sane, ne quid diffitear, favent huic opinioni Tosephot. Sed, nos tutius esse arbitrati sumus, R. Salomonem Ducem sequi, is vero annotat : היה נוטל את מנחתה הבעל דהא אמרי׳ דאין מצות כהונה במנחות אלא מקמיצה ואילך והגשה נמי תחילת קמיצה היא שאין זר קרב למזבח אבל קידוש כלי ויציקה ובלילי׳ ובתנופות שמן כשר בזר : id est : *Maritus Oblationem depromsit : Sic enim traditur, in Oblationibus, munus Sacerdotis, non nisi cum capiendus manipulus est, incipere, & postea, ad finem usq; sacrorum illorum, se porrigere. Sed, pertinet quoq; ad sumtionem manipuli, ipsa oblationis ad altare admotio, estq; ejus principium, nec enim alii* (præter Sacerdotem,) *ad altare accedere licet. Cæterum immissio in vas sanctum*, (de qua Lev. II, 1.) *Commixtio*, (de qua ibidem v. 4.) *& Affusio* (quæ v. 15. memoratur) *a Laico quocunq; peragi poterant.*

2. Mulieri deinde &c.] Autor libri Mincha Belula p. 136. a. & alii, inferunt : מכאן שאם היתה נדה לא היתה שותה שאם היתה טמאת

טמאה לא יתכן שתושם המנחה על כפיה: id eſt : *Hinc conſequitur, quod Mulier quæ ex menſibus laborat, Aquas amaras haud bibit; nefas enim foret, fœminæ immundæ, Oblationem in manus dare.*

2. In manum] Plurativo numero ידיה habent cæteroquin Miſchnæ Editiones, quas ſequi non placuit.

4. Cujus manui ſuam manum &c.] Gemara : אל רא״ לר״ יאשיה דדריה † לא תיתיב אכרעך עד דמפרשת לח * להא מילתא מנין למנחת סוטה שטעונה תנופה מנא לן והניף כתיב בה בבעלים מנלן אתיא יד יד משלמים כתי׳ הכא ולקח הכהן מיד האשה וכתיב התם ידיו תביאנה מה כאן כהן אף להלן כהן ומה להלן בעלים אף כאן בעלים הא כיצד מניח ידו תחת ידי הבעלים ומניף: id eſt : *Dixit R. Eleaſar ad R. Joſiam Darenſem, non patiar te ſeſſum capere, niſi prius mihi ſolveris dubium meum. Unde probatur, in Oblatione Sotæ, agitationem eſſe neceſſariam?* (Ibi R. Joſias: Tune quæris) *unde id probetur? Nimirum inde, quia* (Num. V, 25.) *de hac Oblatione expreſſe dicitur*: Et agitabit. (Excipiebat alter, ſe id agnoſcere, verum ibi de ſolo Sacerdote ſermonem inſtitui, quare dubium ſupereſſe,) *unde probetur* (ipſam Sotam) *oblationem offerentem*, (ſimul agitationem facere debere?) *Regerebat R. Joſias, id colligi, facta argumentatione ab oblationibus euchariſticis*, (ejusq; medium terminum eſſe,) *vocem* Manus, (quæ tam de his, quam de Sotæ Oblatione adhibetur:) *De Sota enim dicitur* (loco allegato:) Et accipiet Sacerdos e manu mulieris. *Atq; ſic etiam* (de Euchariſticis Lev. VII, 30.) *legitur*: Manus ejus adducent: *Nunc igitur, ſicut in Oblatione Sotæ, certum eſt, intelligi Sacerdotem, ita ſequitur, eundem etiam in Oblationibus euchariſticis debere intelligi. Et contra, ſicut conſtat in Euchariſticis intelligi offerentem, ita Sota offerens intelligenda quoq; eſt, in loco altero.* (Dicat quis:) *Quomodo* (utrique ſimul agitare poſſunt?) *Scilicet, ſupponit Sacerdos manum ſuam, manibus offerentis, atq; ſic agitat.*

† In Jalkut f. 208. col. 2. ubi integer hic locus adductus eſt, legitur דדרקה & nota in margine, monet eſſe loci nomen.

* לי legere oportet ceu in Jalkut quoq; habetur.

5. Sacerdos] Quia nuda Mulieris, tangenda a Sacerdote manus erat, ideo, ne ea res ad libidinem irritamentum illi ſit, quidam opinati ſunt, hunc Sacerdotem debere eſſe Senem. At verior ſententia, etiam juveni, hoc officio fungi licuiſſe שאין יצר הרע מצוי לשעה id eſt: *Non enim pravæ cupiditati, dum hæc peraguntur, vis ulla eſt*: Ceu habetur in Toſephot, & Jalkut quoque fol. 208. col. 2. De aliis temporibus valet illud tritum in Schabbat fol. 64. b. כל המסתכל באצבע קטנה של אשה כאילו מסתכל במקום התורפה id eſt: *Quisquis intuetur digitum parvum mulieris, id perinde eſt, ac ſi ejus naturalia aſpiceret.* Quod ſi aſpexiſſe tantum nocet, quantum nocebit tetigiſſe?

6. Sup-

6. Supponens] Nota sedulo, quod est in Tosephot : תני רי חייא סוטה גידמ׳ שני כהנים מניפים על ידיה אבל בגמרא דידן אמרי בסיף פ׳ ארוסה דגידמה לא היתה שותה ; id est : (In Talmude Hierosolymitano) *docet R. Chaja, quod si Sota manibus manca sit, duos Sacerdotes, suas illi manus, ad agitandum commodare : Sed nostra Gemara Babylonica sub finem cap. 4. tradit, Sotam manibus mancam, non fuisse potionatam.* Non igitur, perpetuus inter utrumque Talmud consensus est, quæ res ipsorum autoritatem, utique vehementer elevat.

7. Receptam in sacris agitationem &c.] Ea Agitatio, quomodo peracta sit, sufficienter, solis quatuor verbis, docet Raschi ad Num. V, 24. מוליך ומביא מעלה ומוריד id est : (Oblationem, is qui eam tenebat Sacerdos,) *dimovebat, & reducebat, elevabat deinde, ac demittebat.* De cujus assertionis veritate, ne quis dubitet, ejus fundamentum, & rationem, ex incerti Autoris, Explicatione MS. quam in laudatum Commentatorem, possidemus, allegare oportet : מנלן לרשי ז״ל מוכח מיהא דילפינן גזירה שוה דהכא כתיב הינוף ולעיל כתיב בפרשה ואתה תצוה ואשר הורם ואשר הונף מה הונף דלעיל היא מוליך ומביא מעלה ומוריד דיורם לשון הגבהה וא״כ כשהגבהה למעלה צריך למוריד למטה והונף לשון הנפה בעלמא והיינו מוליך ומביא האי הונף נמי דכתיב הכא מוליך ומביא מעלה ומוריד ; id est : *Unde collegit Raschi,* (Sacerdotem, juxta cum Sota, Oblationem dimovisse, & reduxisse, elevasse, & demisisse ?) *Collegit id, facta a Paribus argumentatione. Nam in loco* Num. V, 24. *habetur verbum* והניף & agitabit. *Sed vero, supra* Ex. XXIX, 27. *legitur* אשר הונף ואשר הורם Qui agitatur, & qui elevatur. *Quare, sicut hic loci,* Agitatio, *dimovere & reducere, elevare & demittere, significat, nam per* יורם *sublatio innuitur, omnis autem in altum sublatio, demissionem rursus requirit ;* הונף *vero simplicem commotionem, quæ dimovendo & reducendo fit notat : Proinde in altero quoq; loco, Agitatio, eodem sensu accipienda est.* Ergo Agitationis, a Sacerdotibus quondam peractæ cærimonia, aliqua forsitan ratione comparari potest cum ea, qua nunc in Ecclesia Romana, ad altaria thuribulo suffitus fieri solet, atque omnino Sacræ Crucis imago, fuit in illa expressa. De usu vero, ac Virtute, sacræ hujus agitationis diligenter notandum ex Raschi, ad Levit. XVII, 11. fuisse institutam לעצור רוחות רעות ולעצור טללים רעים Id est : *Ad abigendum malos Genios, abigendumq; Umbras terrificas.* Hæc si perspecta habuissent Veteres, proh! quantam ista res Allegoriarum illis præbuisset materiem, qui tam avide etiam minores longe occasiones, ad meditationibus suis indulgendum, undecunq; arripuerunt : Pio sane, sed

 nescio

nescio, an salutari, consilio, imprimis ubi cum Judæis, negotium illis intercedebat. Nam his utiq;, nihil nisi solidum opponendum erat, ne cæteroquin Christianos riderent, magisq; redderentur increduli. Incidi nuper in Disputationem Gregentii Archiepiscopi Tephrensis, cum Herbano Judæo habitam, quæ in Tom. IX. Bibliothecæ SS. Patrum relata est, ibi legitur: Τὸ ξύλον ὃ ἔβαλεν Μωσῆς ἐν Μαρᾶς, καὶ ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ, οὐχὶ τὸν
Ex. XV. σταυρὸν προετύπου τὸν τίμιον; Id est: *Lignum quod in Maram Moses conjecit, & quo aqua dulcis & potabilis effecta est, nonne Crucem honorandam præfigurabat?* Revocabant hæc mihi in memoriam, quod Lipmannus habet Num. LVI. הנוצרי' אומרים מה טיבו של עץ זה להמתיק המים על
* Ex MSS. nostris emendandum, supplendumq; על המים וממנו נמתקו: בן מן האמת רחקו ודרשו ודחקו לפרשו שתי וערב זהו שהשליך אל* המים וכופרים סמכו לדבריהם עץ בגימ' צלם: id est: *Christiani, disquirunt, unde hæc ligno isti, virtus provenerit, ut aquas edulcaret? Atq; a veritate recedentes, torquent locum, ac de Cruce illum exponunt, quam in aquam Moses conjecisse feratur, quæq; aquas reddiderit dulcissimas. Succurrunt iis nostræ fidei desertores, ad ipsos transfugæ, suggerendo verba* עץ *&* צלם *quorum illud* lignum, *hoc*, Crucem, *denotat, eandem in Numeris, conficere summam,*

ב

הניף והגיש קמץ והקטיר
והשאר נאכל לכהנים היה
משקה ואחר כך מקריב את
מנחתה רבי שמעון אומר
מקריב את מנחתה ואחר כך
היה משקה שנאמר ואחר
ישקה את האשה את המים
אם השקה ואחר כך הקריב
את מנחתה כשרה:

II.

Agitatione peracta, [1] pugillum [2] (*ad altare*) [3] proferens, adolevit illum: quod supererat, [4] Sacerdotes consumserunt. Primum autem (*aquas*) bibendas dedit, atq; deinde Oblationem ejus (*obtulit.*) [5] R. Simeon tamen vult, primum eum adolevisse, & tum demum aquas potandas præbuisse. Q. S. E. (Num. V, 26.) *Et postea curabit, ut mulier illa bibat aquam istam.*

Quod si vero (*ab initio statim*) aquam bibendam dedisset, atque postea sacrificasset, nihilo secius, id probe factum esse.

1. Pugil-

ANNOTATA.

1. Pugillum] Quomodo Pugillum sumserit Sacerdos, fuse docetur in Menachot fol. 11. a.

2. Ad altare] Intellige Altare extimum. Liber Schilte Haggibborim fol. 22. col. 4. מזבח החיצון המיוחד לתמידין ולמוספין ולכל המנחות והקרבנות id est: *Extimum Altare dedicatum erat, Sacrificio jugi, Auctariis, & Oblationibus, ac Sacrificiis universis.* Sequitur ibi, de hujus Altaris situ, forma, & materia, fusissime. Fuit aliud Altare Intimum, sive Suffitus: θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος vocatur apud Lucam cap. I. v. 10. de eo multa, in eodem libro Schilte Haggib. fol. 30. col. 2. seqq. Cui adde Menachot cap. 2. Jacobum Judam Leonem de Templo Hierosol. l. 3 c. 4.

3. Proferens] Et quidem לקרן מערבית דרומית id est: *Ad illum angulum, cujus latera, mundi Occidentalem, & Australem, plagas, respiciebant,* uti ex eodem tractatu Menachot, Raschi, & Autor MS. nostri Ez Hechajim, monuerunt.

4. Sacerdotes consumserunt] Fruebantur enim residuis Oblationum quarumcunque, ob Dei concessionem Lev. VI, 9. Josephus l. 3. Antiq. c. 10. hæc ita effert: Ἂν δ' ὑπονοήσῃ μεμοιχεῦσθαί τις αὐτῷ τὴν γυναῖκα, κομίζει κριθῆς ἀληλεσμένης ἀσσάρωνα· καὶ μίαν αὐτῆς δράκα ἐπιβαλόντες τῷ θεῷ, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι διδόασιν εἰς τροφήν· *Quod si quis adulterii suspicionem de uxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ assaronem, & immisso ex ea pugillo super altare, quod reliquum est, Sacerdotibus vescendum datur.*

5. R. Simeon tamen &c.] Locus notabilis τῶν Tosephot, qui extat fol. 14. a. Gemaræ nostræ, quique diu jam his Commentariis debebatur, tandem afferendus est: אין סדר המשנה וסדר הפרשה מכוונין שהרי כך סדר הפרשה שקינא לה ונסתרה מעלי האש' ומביא את מנחתה הכהן מביא פיילי של חרס ונותן לתוכו חצי לוג מים מן הכיור ונותן בו עפר תעמיד האשה בשער ניקנור ואוחז בבגדיה וסותר את שערה ונותן את המנחה על ידיה וביד הכהן מים המרים ומשביע ומתנה עמה וכותב את המגילה ומוחק ומשקה ונוטל מנחתה מתוך כפיפת מצרית ונותן לתוך כלי שרת מניף ומגיש קומץ ומקטיר ולא ידענו למה שינה התנא הסדר ואם סדר התנא דוקא או סדר הפרשה: Id est: *Ordo Judicii Sotæ, aliter in Talmude, aliter in Sacris Literis, describitur. Sacræ enim Literæ hanc memorant rerum seriem: Maritus facit* (uxori) *interdictum; ipsa se* (cum viro suspecto) *occultat; deducit itaq.* (maritus) *conjugem.* (Hiero-

(Hierosolymas,) *affertq; oblationem. Interim Sacerdos, accepto vase figlino, ex Labro, aquæ Lug dimidium, in illud infundit, & pulverem superaddit. Mox, statuens fœminam, ad portam Nicanoris, vestes ejus prehendit, capillos solvit, & oblationem illi in manus dat. Ipse vero, aquas amaras tenens, solemnem execrationis formulam profert, ac deinde eandem volumini inscribit, rursus delet, ac mulieri aquas hauriendas porrigit. His ita gestis, Oblatio e canistro vimineo in vas sanctum inditur, fitq; agitatio, ad altare latio, sumtio pugilli, & incensio.* (At vero, si cum his Mischna conferatur, magnum discrimen emergit) *neq; satis constat cur ejus Autores, istam dispositionem immutaverint, aut num secundum Mischna, an vero secundum Scripturæ ordinem, negotium sit peractum.*

ג

עד שלא נמחקה המגילה אמרה איני שותה מגילתה נגנזת ומנחתה מתפזרת על בית הדשן ואין מגילתה כשרה להשקות בה סוטה אחרת נמחקה המגילה ואמר טמאה אני המים נשפכין ומנחתה מתפזרת על בית הדשן נמחקה המגילה ואמרה איני שותה מערערים אותה ומשקין אותה בעל כרחה:

III.

Quoad nondum [1] deletum erat volumen, si diceret: *Nolo bibere:* [2] Volumen recondebatur, & oblatio [3] per domum cineris [4] dispergebatur: [5] neque volumen illud aptum erat, ad aliam adulterii suspectam, eodem potionandam. Si deleto volumine, diceret: *Polluta sum.* [6] Effusæ sunt aquæ, & Oblatio dispersa per domum cineris. Si vero deleto Volumine [7] bibere recusaret, vim illi faciebant, & invitam ut biberet, coëgerunt.

ANNOTATA.

1. Deletum erat] Verbum מחק quo solo, in hac re, & Talmudistæ, & Rabbini reliqui, utuntur, id omnino significat, Sacerdotem sua manu, ea quæ in volumine scripta erant, illis aquis abluisse, quas postea Sotæ bibendas dabat. Neque vero Judæos, aliud velle, multis probari posset: Sed unum testimonium, aurei Codicis nostri MS. עץ החיים valebit pro multis. מגבידת הטבלא ולוקח עפר מקרקע המשכן ונותנו על פני המים

המים נותן לתוכו דבר מר כגו' לענה שני מיהמרים ומוחק לתוכו המגלה לשמה וימחוק יפה עד שלא ישאר במגילה רישום הניכר כתב אות אחת נמחקת וחזר וכתב אות שנייה ומחקה עד שהשלים פסולה עד שתהיה כולה כתובה מחקה שלא לשמה פסולה כתב שתי מגלות לשתי סוטות ומחקן לתוך כוס אחד או לתוך שתי כוסית וערבן בתוך כוס אחד והשקה לשתיהן פסולה שבל אחת לא שתתה מגלתה מחקן בשתי כוסות וערבן וחזר וחלקן לשתי הכוסות לא ישקה איתן ואם השקה אותן כשירה ואם נשפכו המים כותב מגלה אחרת ומביא מים אחרים נשפכו תשתייר לא ישקה השאר ואם השקה כשר: id est: (Sacerdos) *sublata tabula marmorea, pulverem ex solo Sanctuarii depromens, illum Aquæ inspergit, additq; rei amaræ aliquid, uti, verbi causa, Absinthium; Nam* (Num. V. sæpe, istæ Aquæ,) *amaræ appellantur. Postea, intentione ad præsentem Sotam directa, voluminis deletionem in aquas medias instituit, quæ quidem probe probeq; peragenda est, ita ut nullum literarum, in volumine remaneat vestigium. Si scripta litera unica, eam continuo deleat, atq; sic porro ad finem usq; faciat, id vitiosum est, prius enim volumen totum describere, & deinde delere oportet. Vitiosum pariter est, si in delendo, ea quam requiri diximus, absit intentio. Si quis scriptis duobus, ob Sotas duas, voluminibus, eorundem deletionem in poculum unum faciat, aut faciat eam in pocula duo, sed postmodum in unum poculum omnia confundat, atq; sic Sotas duas potionare vellet, id nefas foret; neutra enim suum volumen bibisse videtur. Si quis* (cum duorum voluminum,) *in pocula duo fecisset deletionem, aquas postea inter se commiscuit, & deniq; in pocula duo eas rursus divisit, iisdem Sotas potionare non debet: si tamen id factum sit, toleratur. Si aquæ,* (in quas facta deletio,) *forte effundantur, novo volumine, aliis aquis, opus est. Si pars tantum earundem, fuerit effusa, non quidem recte factum est, si residuo Sota potionetur; si tamen id acciderit, etiam hoc tolerari potest.* Cæterum, ex istis patet, haud temere sequendum esse Cl. Hottingerum, qui lib. 2. Thes. Philolog. c. 2. p. 532. *Schedam Zelotypiæ, in poculum redargutionis, fœminæ de adulterio suspectæ, a Sacerdote conjectam fuisse*; asseruit incogitans.

2. Volumen recondebatur] In Templo sine dubio, uti nunc quoque Judæi, libros laceros, & phylacteria vetera, in Synagogis asservare solent. Volumen quod alterius Sotæ causa scriptum erat, ad aliam potionondam adhiberi non potuisse, supra indicavimus.

3. Per domum Cineris] על הרשן In editionibus Mischnæ; sed in Talmudis, על בית הרשן habetur. Quæ postrema, quia plenior

est lectio, ideò & melior censeri debet; confirmante eam quoque Jalkut fol. 208. col. 1. in f. Cæterum de Domo Cinerum, sic legitur in תבנית היכל Jacobi Judæ Leonis Num. XC. מקום מבליע בעצמו חלול בארץ נקרא אצלם בית הדשן היה שמה נתון למזרחו של כבש המזבח ורחוק מרגליו עשר אמות אמנם שלשה טפחים רחוק ממנו ואצלו כל הימים לעת השחר הכהנים קודם אשר יתחילו להקריב את קרבן התמיד במועד ישימו מחתה מלאה גחלי אש מן המאוכלות הפנימיי מן המערכה של זבחים למען ידשנו שמה וגם שם היו משליכים את דישון המנורה שבהיכל ודישונו של מזבח הקטורת וגם ישליכו שמה את כל אשר מקרבן העוף ישליכו חוצה; Id est, Interprete Cl. Sauberto: *Locus operiens intra sese, cavernam in terra* (vocatus ipsis, Domus Cinis) *constitutus fuit ibi ad Orientale latus, gradus altaris, elongatus a pedibus hujus decem cubitis, & præterea tribus palmis. Apud eum quotidie diluculo Sacerdotes, antequam inciperent offerre sacrificium adsiduitatis stato tempore, reponebant acerram plenam prunarum, quæ comprehendebantur in intima parte struis sacrificiorum, ut in cinerem redigerentur ibi. Eò etiam projiciebant cinerem Candelabri, quod erat in templo, nec non cinerem Altaris suffitus: deniq; omne id, quod de sacrificio volucris foras ejiciebatur.* Scilicet, in locum hunc, conjecti fuerunt Cineres, a quibus Altare extimum liberabatur, eaque res dubio caret. Nec minus idem de Cineribus Altaris suffitus, & de Cinere ellychniorum Candelabri, asseritur in Tamid c. 3. §. 1. אמר הממונה בואו והפיסו מי שוחט מי זורק מי מרשן מזבח הפנימי מי מרשן את המנורה: Id est: *Dicebat Præfectus* (Sacerdotibus:) *Agite, facite sortitionem, quis mactare, quis sanguinem spargere, quis a Cineribus Altare intimum, quis Candelabrum, ab iis repurgare debeat.* Atenim, alibi diversa docentur, & quidem in Joma fol. 21. a. loco tenebrosissimo, & quem ideo totum adducimus, ut eum illustremus. עשרה נסים נעשו בבית המקדש

Confer Pirke Avot c. 5.

לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית המטבחים ולא אירע קרי לכהן גדול ביום הכפורים ולא נמצא פסול בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים עומדים צפופים ומשתחוים רווחים ולא הזיק נחש ועקרב בירושלי' מעולם ולא אמר אדם לחברו צר לי המקום שאלין בירושלים פתח במקדש וסיים בירושלי'

איכא

איכא תרתי אחרנייתא במקדש דתניא מעולם לא כבו גשמים
אש של עצי המערכה ועשן המערכה אפילו כל הרוחות
שבעולם באות ומנשבות בו אין מזיזות אותו ממקומו ותו
ליכא והתני רב שמעיה בקלנבו * שברי כלי חרש נבלעו
במקומן ואמר אביי מוראה ונוצה ודישון מזבח הפנימי ודישון
המנורה נבלעין במקומן פסולי תלת הוו חשבינהו בחד אפיק
תרי ועייל תרי אי הכי בלועין נמי תרי הוו חשבינהו כחד
חסרו להו איכא נמי אחריתי דא"ר יהושע בן לוי נס גדול
היה נעשה בלחם הפנים סלוקו כסדורו שנ' לשום לחם חום
ביום הלקחו ותו ליכא והאמר ר' לוי דבר זה מסורת בידינו
מאבותינו מקו' ארון אינו מן המדה ואמר רבנאי אמר שמואל
כרובי' בנס היו עומדין ניסי דבראי קא חשיב ניסי דגואי לא
קא חשיב: Id est: *Decem Miracula* (Deus) *operabatur in Sanctuario. Nunquam Fœmina* (prægnans,) *abortum passa est, ob carnis sanctæ*, (& solis Sacerdotibus ad fruendum concessæ, quando in popina templi assabatur, pervadentem) *odorem* (ad Asaram: Nam is odor cæteroquin in gravidis facile carnis appetentiam, & si cibus hic denegaretur, abortum, ciere potuisset.) *Nunquam caro sancta fœtorem redolebat* (etiamsi ea, quæ denique igne ex sacrificiis absumenda erant, sæpe ob multitudinem victimarum, non possent continuo adoleri, sed per biduum aut triduum, usque dum Sacerdotibus vacaret, asservarentur.) *Nunquam visa est Musca in domo Mactationis*, (quod genus animalis, carnes crudas, & intestina animalium, agmine facto consectatur, cum in Mactationis tamen domo, suspensæ essent victimæ plurimæ, aut in marmoreis mensis distensæ jacerent.) *Nunquam Gonorrhœam passus est Summus Pontifex in die Expiationis.* (Etsi enim alia ratione, uti ob insectum, aut cadaver, vel causam similem, etiam sacra illa luce immunditiem contrahere poterat, fungente tum officio ejus, Vicario: nihilo minus fœdum istud pollutionis genus, ex ipso dimanans corpore, locum in eo tum non invenit.) *Nunquam repertum vitium est, nec in Oblatione manipuli, nec in duobus Panibus* (agitationis,) *nec in Propositionis Panibus.* (Scilicet, Lev. XXIII, 10. seqq. præceptum extat de offerendo Deo postridie festi paschatos, manipulo hordei, tanquam messis, mox peragendæ, primitiis. Quamobrem, pridie ejus

* Malo legere מקלנבו quomodo est quoq; in Codicibus En Iacob fol. 101. col. 4

die ejus diei exibant Seniores, & tantum demetebant, quantum ad replendam mensuram unam satis erat, idque domi tostum, & in farinam purissimam redactum, postridie offerebatur. Jam, si aliquando vitium contraxisset Manipulus, ob contactum, verbi causa, insecti, aut aliam similem rationem, non potuisset deinde fieri Oblatio, quam Deus imperaverat, nihil enim, ultra id, quod requiri videbatur, fuit demessum: Rejicere vero oblationem, in aliam, quam Deus præceperat, diem, neutiquam concedebatur. Similis ratio est, Panum duorum Agitationis, de quibus, mandatum sequitur in eodem cap. XXIII, 17. & Panum quoque Propositionis. Quippe cum haud plures numero, quam a Deo definitum erat, unquam pararentur, si uni vel per contactum rei immundæ, vel fermentationem haud decentem, factum vitium esset, non potuissent, illi in festo Pentecostes offerri; non hi, pridie Sabbathi proponi, atque ad novam usque Ephemeriam, mensa relinquenda erat vacua. Quippe, in his omnibus, tempus, quod & præparationi eorum, & oblationi Deus præscripserat, accurate observandum fuit, idque si semel præteriisset, nulli postea locus supererat remedio. Porro, congregati ad videndam Dei faciem, festis Solemnioribus, Sabbathis, & Noviluniis, in Templo Judæi, ob immensam confluentium copiam) *stabant arctissime*, (ita ut alter, alterius capiti supernatare videretur.) *Sed, inclinantes sese, prono corpore*, (versus Templi adyta, peccata confitentes, aut Dei opem in suis necessitatibus flagitantes, qualis corporis positura, in illis angustiis, videtur fuisse impossibilis,) *amplissimum tamen nanciscebantur spatium*, (ita, ut quisque a socio, cubitis quatuor distaret, ne aut preces, aut peccata sua is exaudire posset.) *Nunquam Hierosolymis, Serpens vel scorpius, quenquam læsit*, (urbis enim sanctitas, tuebatur incolas, ne quid sinistri, iis posset accidere.) *Nunquam quisquam* (ad festa Solemnia Hierosolymas euntium,) *apud Socium conqueri auditus est, res meæ angustiori loco sunt*, (ob alimentorum, hospitiiq; penuriam,) *quam ut Hierosolymis pernoctare possim*. (Enim vero: Movit dubium, adversus hactenus recensita miracula, Doctor alius Gemaricus, inquiens: Non bene hæc conveniunt,) *nam fit initium de Templi miraculis, & postremo subjungitur de miraculis ipsius Urbis Hierosolymitanæ*. (Atqui institutum erat, solius Templi, enarrare miracula. Respondet prior Gemaricus Doctor:) *Imo, supersunt adhuc duo, Templi miracula. Sic enim traditur: Nullo unquam tempore, extinxerunt nimbi* (etiam vehementissimi, densissimique,) *Ignem struis*, (sive Altaris Holocausti, qui perpetuo ibi ardebat, etiamsi id altare sub dio esset.) *Sed nec Fumum, ex illo Altari*, (columnæ quadam forma cœlum versus) *ascendentem, si omnes orbis totius venti, in eum impetum fecissent, vel tantillum a sua rectitudine, dimovere poterant*. (Ad hæc subjicit, alter Doctor Gemaricus:) *An nullum superest* (miraculum aliud?) *Atqui docuit R. Schemaja*

maja Kalnabensis, fragmina ollarum testacearum in templo fuisse absorpta. (Fuit enim quæque olla, simul ac Expiatorium sacrificium in ea coctum erat, ex ipsius Dei Levit. VI, 21. præcepto, confracta, ideo quod figlina vasa, illum quem semel imbiberunt humorem odoremque, ætatem retinent. Quia vero testas, quæ rem sanctissimam admiserant, extra Templum, in locum profanum projicere nefas fuisset, nec tamen decori quoque Ædis sacræ conveniebat, ut testacei montes ibi acervarentur, ideo solum ipsum, has testas vorasse, dicendum est.) *Dixit quoq; Abai, ingluviem, & plumas* (quæ ex holocausto avium, secundum Lev. I, 16. tradita, secernere oportebat,) *item Altaris intimi, & Candelabri, cineres, in suis* (ubi generebantur) *locis esse, absorptos.* (Quæ, cum ita se habeant, quid igitur nunc fiet, de illa miraculorum decade, utique enim plura fuisse deprehenduntur? Respondet Doctor Gemaricus: Imo vero, adhuc sua ratio, isti numero constat; Nam) *illa tria,* (Manipulus scilicet, Panes Agitationis, & Panes Propositionis,) *in quibus nunquam vitium factum dicitur, pro uno miraculo computare oportet. Jam porro, removenda, duo illa* (ad urbem Hierosolymitanam attinentia prodigia,) *ac substituenda in locum alia duo,* (quæ deinde expresseram; atque sic denarius numerus, salvus rursus est, & integer. Excipit iterum, Doctor Gemaricus, ὁ ἀντιπαρεμβαλλόμενος· Si tuæ responsioni locus relinquendus est,) *oportet similiter illas duas ἀναβρώσεις,* dum ollarum fragmina, nec non cineres altaris intimi & candelabri, terram absorpsisse dixeras,) *non nisi pro unico miraculo computare, atq; sic rursus unum ex decade deficit.* (Subjicit Doctor ἀποκρινόμενος· Esto:) *Suppetit tamen* (miraculum) *adhuc aliud,* (ad complendum numerum;) *Autor enim est R. Josua F. L. magnū prodigium circa Panes Propositionis accidisse, quod omnino tales,* (tamque calentes e mensa sacra) *fuere remoti, ac eidem imponebantur: Q. S. E.* (1. Sam. XXI, 7.) Ad ponendum panem calidum, in die quo tollitur. (Pergit Doctor objectans:) *Siccine vero existimas nullum amplius superesse* (Templi) *miraculum? Atqui dixit Levi: Illud perpetua Majorum traditione constat, Arcam Fœderis nullum occupasse spatium. Quin & Rabnai, nomine R. Samuelis, docuit, Cherubinos pariter, magno ostento, nullum occupasse spatium.* (Nimirum, constat ex 1. Reg. VI, 20. sacrosanctum Templi Penetrale, longum fuisse ulnas XX. & latum totidem: jam vero, constat quoq; traditione, Fœderis Arcæ, quā Moses fecit, quodq; latus ulnas decem implevisse; quare, si spatium occupasset Arca, non nisi ulnæ quinque, a singulis ejus lateribus mansissent vacuæ, locus nimis angustus, nec satis aut cum structuræ symmetria, aut cum divinis officiis ibi a Pontifice peragendis, conveniens. Inde consequens est, Arcam non occupasse spatium. Idem hoc, tanto manifestius evadit, si Cherubinos jungas. Illi enim juxta Arcam alter in Septentrionali, alter in Australi latere, in terra

ſtabant, alæ vero cujusque longæ erant cubitos XX. eo quod parietem oppoſitum attigiſſe dicuntur 1. Sam. VI, 27. Quæ cum ita ſint, univerſum Penetralis ſpatium, arca & iſti repleviſſent, ne quidem relicta introeundi facultate, ſi vere ſpatium occupaſſent. Subjicit Gemaricus Defenſor, hanc objectationem nihil cauſæ officere,) *eſſe enim ſermonem de Miraculis, quæ in templo exteriore, nequaquam vero de iis, quæ in ſacratiſſimo Adyto, acciderunt.* De cætero, quia non perfunctoria diligentia, locum hunc explicavimus, illud quoque, obiter monendum, quædam ejus attuliſſe Raymundum Martinum in Pugione Fidei part. 2. c. 8. Num. 19. ac poſt verba ומשתחוין רווחים hic inſerere, totum quod ſequitur; אעפי שנמשכין אחת עשרה אמה אחרי בית הכפרת; quæ, ipſe, uti alia pleraq;, convertit obſcuriſſime: *Adorantes erant ſpatioſi, licet retracti a domo Propiciatorii, per undecim ulnas.* Neſcio, quibus Codicibus uſus ſit; a noſtris hæc abſunt, & abſunt fortaſſe merito, vix enim eſt, ut ſalvari queat quod iisdem ſignificatur, ſi terminos limitatos Gentium, Mulierum, Iſraelitarum, & Sacerdotum, qui in templo, quibusque aſſignati erant, conſideremus. Maimonides Hilch Bet Habbech. cap. 1. §. 7. עושין בתוך העזרה גבולין עד כאן לישראל עד כאן לכהנים: Id eſt: Erant in Templo ſpatia definita, (*& inſcriptiones, ibi monebant:*) HUC USQUE FAS EST VENIRE ISRAELITIS. HUC USQUE FAS EST VENIRE SACERDOTIBUS. Quod reliquum eſt, ut ad *Cinerum Domum*, a qua cœpit, revertatur oratio, enumerabimus etiam alia Templi Loca, quæ *Domus* nomine, Magiſtris veniunt. Fuere enim ibi בית אבטינס *Domus Abtinas*, בית הנצוץ *Domus Nizoz* בית המוקד *Domus Foci.* בית המטבחים *Domus Poparum* בית המהפכת *Domus Subverſionis.* בית אבן *Domus Lapidis* בית הפרוה *Domus Happarva.* בית טבילת לכהן וגדול *Domus ablutionis Pontificis Max.* בית המבשלים *Domus Coquorum.* בית טבילה במקום חול *Domus lationis in loco profano.* בית המדרש *Domus Explicationis.* בית האוצר *Domus Theſauri.* בתי החילופות *Domus Seceſpitarum* בית מחוץ *Domus Torcularis.* De harum Domorum uſibus, prolixe agunt Jacobus Jehuda Leo, in תבנית היכל paſſim, & Abraham Harophe in Schilte Haggibborim cap. 25. iidem etiam, de Templi ædiculis aliis compluribus, quæ proprie לשכות appellantur, disquiſitionem inſtituunt. Eos adiiſſe non pœnitebit, quin & ſimul conſtabit, immerito de Judæis pronunciaſſe Robertum Sheringamium in Joma p. 5. quaſi ignorent, ubi locorum in Templo fuerint Conclave Parhedrorum, & Conclave Lapidum. Unum id adhuc monendum, non firmo ſatis talo niti, quod Doctiſſimus Caſaubonus, Exerc. 1. adv. Baron. Num. 22. ſenſiſſe videtur, omnem nimirum illam multitudinem miniſtrantium Sacerdotum, Levitarum, Cantorum.

um, Janitorum, Curſorum, & aliorum Miniſtrorum, atque ſic virorum multa millia, habitaſſe in Templo. Verius eſt, & crebris Magiſtrorum teſtimoniis evincitur, nullos, aut pauciſſimos, fixum in templo habuiſſe domicilium. Cum vero ordo ἐφημερίας, & miniſterii ſacri, quos Sacerdotes & Levitas tangeret, horum aliqui; & præcipue Levitæ Janitores, in templo pernoctabant; multis in Urbe proſpectum erat: Schilte Haggibborim fol. 22. col. 3. בירושלים היו גם כן בתים רבים כמו לכל אחד מהסנהדרין כשלא ירצו לעמוד בחברת שאר הסנהדרין וכן לכהן גדול ולכל שאר המשרתים במקדש היו בתים שם׃ Id eſt: *Etiam Hieroſolymis fuerunt domus multæ, uti ſua cuiq; Senatori Synedrii, ſi cum cæteris collegis* (in Templo) *morari nollet, itemq; ſua Pontifici Magno, habebant quoq; ibi ſuas, reliqui omnes, qui ſacris officiis vacabant.* Peracto divino munere, quemque ad proprios Penates reverſum eſſe, etiam Lucas indicat, cap. 1. v. 23. de Zacharia ſcribens: Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· Quas, neſcio quibus votivis Virginibus, Deo ad ſerviendum in Templo relictis, contra ſacrarum literarum, & totius Judaicæ antiquitatis fidem, Petrus Caniſius, & Baronius Cardinalis, Cellas condiderunt, eas quidem jure, eodem loco, ſubvertit Caſaubonus. Nam Mulieres ullas in templo habitaſſe, nunquā mihi lectum, præterquam 2. Reg. XXIII, 7. de primo Salomonis: ויתץ את בתי הקדשים אשר בבית יי אשר הנשים ארגות שם בתים לאשרה׃ id eſt: *Et deſtruxit* (Joſias) *lupanaria quæ erant in domo Domini, ubi mulieres texebant ædiculas, ad lucum.* Quanquam, ſi Veterem Vulgatum ſequimur, ne vel iſtas quidem Cellas, fœminæ incoluerunt, vertit enim: *Deſtruxit quoq; ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci.* LXX habent: Καὶ καθεῖλε τὸν οἶκον Καδησὶμ τῶν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, οὗ αἱ γυναῖκες ὕφαινον ἐκεῖ χεττιὶμ τῷ ἄλσει·

4. Diſpergebatur] Id eſt, in Domo Cinerum cremabatur, ſic enim ſolebant ibidem res jam ſacrari coeptæ, ſi quod poſtea vitium in iis deprehenderetur, in cineres redigi. Atqui iſtam Sotæ Oblationem, vas ſanctum, cui immiſſa fuit, fecerat religioſam. Unde Raſchi: האי מתפזרת היינו בשרפ׳ id eſt: *Diſperſio, hic Combuſtionem denotat.*

5. Neque volumen illud aptum erat &c.] Requiritur enim, ut volumen, in gratiam Sotæ, quæ eodem potionanda eſt, unice ſcriptum ſit; id quod ſupra quoque indicavimus. Fundamentum hujus aſſerti collocant Magiſtri in verbis Num. V, 30. ועשה לה הכהן *Et faciet ei Sacerdos.* Ubi τὸ לה *Ei*, interprantur לשמה id eſt, *certæ definitæq; mulieri.*

6. Effu-

6. Effusæ sunt aquæ] Postquam crimen ipsa sic fassa est, nihil porro opus aquis erat, quippe quæ in re tantum dubia, adhibebantur, merito igitur fuerunt effusæ.

7. Bibere recusaret] Supple: Et tamen delictum fateri nollet.

ד

אינה מפסקת לשתות עד שפניה מוריקו ועיניה בולטות והיא מתמלאה גידין והם אומרים הוציאוה הוציאוה שלא תטמא את העזרה אם יש לה זכות היתה תולה לה יש זכות תולה שנה אחת יש זכות תולה שתי שנים יש זכות תולה שלש שנים מכאן אמר בן עזאי חייב אדם ללמד את בתו תורה שאם תשתה תדע שהזכות תולה לה רבי אליעזר אומר כל המלמד בתו תורה כאילו לימדה תפלות ר' יהושע אומר רוצה אשה בקב תפלות מתשעה קבין פרישות הוא היה אומר חסיד שוטה ורשע ערום ואשה פרושה ומכות פרושין הרי אלו מכלי עולם:

IV.

Nondum finem fecerat bibendi, & continuo vultus livorem contrahebat, oculi protuberabant, totaque [1] venis replebatur. Dicebant igitur: Ejicite eam foras; [2] Ejicite eam foras, ne [3] Atrium [4] polluat. Si meritum alicujus boni operis haberet, suspendebatur (*effectum aquarum.*) [5] Est meritum, cohibens (*vim feralem*) per annum unum: Sunt merita quæ per annos duos, vel etiam tres id præstent. Hinc dixit filius Asai: [6] Tenetur homo docere filiam suam Scripturam Sacram, nam si forte bibere (*aquas amaras*) cogatur, securus erit ob sacrarum literarum studium, vim nocivam in suspenso futuram. Contra R. Eliesér ait: [7] Quisquis filiam suam Legem edocet, is eam docet amandi artem. R. Josua ait: Magis expetit mulier [8] cabum unum rei Venereæ; quam novem cabos, vitæ solitariæ. Idem ore frequentabat: Homo pius, qui insipiens; improbus qui astutus, Mulier Pharisæa, & vulnera Pharisæorum, ecce ista sunt, quæ [9] Orbi interitum afferunt.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Venis replebatur] Raſchi : שבלחייה נופחין ונראית כמליאה גידין וגם בשרה נעשית שיטה שיטה של נפיחה והכי תניא בספרי כמין שרביטין מוורקין בה : id eſt : *Buccæ ejus inflabantur, ac venarum plena erant, caro tota ſtriata reddita eſt : Atq; ſic in Siphri quoq; legitur, Sotam, quaſi ramoſam factam eſſe.*

2. Ejicite eam foras] Quam, Miſchnæ Editiones, iterant vocem הוציאוה ea ſemel tantum in Talmude exprimitur.

3. Atrium] Si Jalkut fol. 206. col. 4. ſequimur, de ipſo Virorum Atrio, hæc accipere oportet, traditur enim ibi : עומדה מבפנים והכהן מבחוץ שני והעמיד את האשה לפני יי' האשה לפני יי' ואין הכהן לפני יי' : Id eſt : (Sota, juxta Nicanoris portam,) *intra* (atrium virorum,) *Sacerdos vero, foris ſtabant* : Q. S. E. (Num. V, 16.) Et ſiſtet eam coram Domino. (Proinde ſignificatur,) *Sotam, coram Domino conſtitutam eſſe debere, Sacerdotem non item.* Sed, contrariæ opinioni, Gemara favet, ad quam convenienter Moſes Kozenſis in Smag fol. 108. col. 3. ſcribit : מביאין אותה כנגד שער המזרחי מבחוץ ומעמידין אותה שם : id eſt: *Deducitur* (Sota) *ad Portam templi Orientalem*, (quæ a Nicanore nomen habet,) *atq; ibi, a foris conſtituitur.* Iisdem pæne verbis in Codice MS. noſtro Ez Hechajim legimus : יביאוה כנגד שער המזרח מבחוץ ויעמידוה שם : Hoc ſenſu in eodem Codice aliis interjectis ſequitur: ומוציאים אותה מעזרת נשים שהוא בה Id eſt : *Exturbat* (Sotam ream) *ex Atrio Mulierum in quo ipſa conſiſtebat.*

4. Polluat] In hunc locum, ſic commentatur Gemara noſtra fol. 20. b. מט"ו דדילמא מתה למימרא דמת אסור במחנה לוייה והתניא טמא מותר לכנס למחנה לויה ולא טמא מת בלבד אמרו אלא אפי' מת עצמו שני ויקח משה את עצמות יוסף עמו עמו במחיצתו אמר אביי שמא תפרוס נידה למימרא דביעתותא מרפיא אין דכתיב ותתחלחל המלכה מאד ואמר רב שפירסה נידה והא אנן תנן חרדה מסלקת דמים פחדא צמית ביעתתא מרפיא : id eſt : *Quare* (ob metum pollutionis, ejici jubetur?) *Nimirum, fieri poteſt ut ipſa moriatur. Sed vero, num dicendum, nefas eſſe, inferre cadaver, in ſtationem Levitarum*, (ad quam pertinet, Atrium Mulierum) *Atqui traditur* (in Peſachim fol. 66. a.) *Licet, ex cadavere pollutis ingredi ſtationem Levitarum : imo, tali non tantum ingredi, ſed & ipſum cadaver inferre licet* : Q. S. E. (Ex. XIII, 19.) Et accepit Moſes oſſa Joſephi, ſecum. *Secum*, id eſt, in tentorium ſuum : (ipſe autem e Levitarum ordine erat.) *Proinde ait Abai, illam pollutionem Sotæ præcaveri, quæ ſanguinis fluxu fit*, (facile enim evenire poterat. ut ob terro-

terrorem, quem aquæ amaræ incutiebant, πηγὴ αἵματος, fluere inciperet: τὰ ἔμμηνα vero patientes, aut pro fluvio laborantes fœminæ, itemq; gonorrhoea affecti viri, castris Levitarum exesse cogebantur, ceu docetur pluribus in Pesachim cap. 6.) *Siccine ergo dicendum, Terrorem in fæminis profluvium excitare posse? Omnino. Scriptum enim* (Esth. IV, 4.) Et exhorruit Regina valde. (Ad quem locum,) *notat Raf*, (Estherem) *profluvium passam esse.* (Ain tu, terrorem ciere sanguinem?) *Atqui didicimus* (in Nidda cap. 4.) *Pavorem, sanguinem* (in mulieribus) *sistere.* (Respondendum:) *Pavorem*, (qualis est qui diutule durare solet, uti cum peregrinantes metuunt, ne a latronibus petantur, muliebrem sanguinis fluxum) *cohibere. At Terrorem*, (qui præter spem derepente incutitur,) *eundem resolvere.*

5. Est meritum &c.] De his, disquisitio sequitur in Excerptis Gemaræ. Interea temporis, audiamus Maimonidem Hilch. Sota c. 3. §. 20. סוטה שיש לה זכות ת"ת אע"פ שאינ' מצווה על ת"ת הז' תולה לה ואינה מתה לשעתה אלא נימוקת והולכת וחלאים כבדים באין עליה עד שתמות אחר שנה או ב' או ג' לפי זכותה : Id est: *Si qua adulterii rea, Legi Divinæ discendæ, operam navavit, etsi quidem ad id nullo præcepto adstringitur, tamen ea res,* (aquarum diram vim) *suspendit, neq; actu tum ipsa moritur, sed contabescit indies magis magisq; & morbis gravissimis affligitur, quoad post annum, biennium, aut triennium, pro meriti videlicet sui ratione, ipsa deniq; extinguitur.*

6. Tenetur homo &c.] Nisi consilium magis, quam præceptum, dare voluit Assaides, fefellit eum opinio. Sic enim semper Magistris persuasum fuit, de filiis tantum, in Lege Divina erudiendis, mandatum extare, de filiabus vero, nihil imperari; nec aliud sensisse Maimonidem, verba jam modo allegata, indicant. Nimirum, non commode, sed strictissime, & prout jacet, accipiunt illud Deut. XI, 19. *Et docebitis, ea,* Filios Vestros, *loquendo de iis, cum sedes domi tuæ, & cum incedis per viam, & cum jaces, & cum surgis.* Atque sane, R. Elieser, cum a Fœmina, in dubio quodam circa Scripturam, enato, consuleretur, non id solvisse, verum cum dedecore eandem repulisse legitur in Joma fol. 66. b. שאלה אשה חכמה את ר' אליעזר וכי מאחר שמעשה העגל שוין מפני מה אין מיתתן שוה אמר לה אין חכמה לאשה אלא בפלך שנ' וכל אשה חכמת לב בידיה טוו: id est: *Mulier quædam erudita, rogavit R. Elieserem, causam sibi diceret, quare cum omnium, vituli idololatria peccantium Judæorum, delictum, æquale fuisse videatur, tamen diversos, diversa mors manserit:* (& aliqui gladio perierint Ex. XXXII, 27. 28. aliqui cladem θυήλατοι experti sint, prout probatur ex

ejusdem

ejusdem capitis verſu ultimo, aliis autem hydrops, tumida & turgida faciens corpora, exitium attulerit: Nam, in Avoda Sara diſcimus, illas aquas quibus pertuſi vituli pulverem, Moſes inſperſit, quasque teſte Scriptura Ex. XXXII, 20. Judæos bibere coëgit, eundem prorſus, cum Sotæ potione, habuiſſe effectum.) *Reſpondit ipſe*: (Quid hæc ad te attinent? Miſſa iſta facito: quippe) *haud alia præditæ ſunt ſapientia mulieres, quam ad nendum. Atq; ſic* S. E. (Ex. XXXV, 26.) *Quæq; mulier corde ſapiente, manibus ſuis nevit.* Enim vero haud, eadem omnium, triſtis fuit auſteritas, & alios deprehendere licet, qui mulieres non indignas reputarunt, quibus ad quæſtiones propoſitas, reſponderent, Roſch Haſſchana fol. 17. b. שאלה בלוריאה הגיורת את רג״ כתוב בתורתכם אשר לא ישא פנים ולא יקח שחד וכתיב ישא ײ׳ פניו אליך וישם לך שלום נטפל לה ר׳ יוסי הכהן אמר לה אמשול לך משל להד״ לאדם שנושה בחבירו מנה וקבע לו זמן בפני המלך ונשבע לו בחיי המלך הגיע זמן ולא נתן לו כלום בא לפיים המלך אמר לו עלבוני מחול לך לך ופיים את חבירי׳ אף הכא נמי כאן בעבירות שבין אדם לחבירו כאן בעבירות שבין אדם למקום עד שבא ר׳ עקיבא ולימד כאן קודם גזר דין כאן לאחר גזר דין:

Id eſt: *Blurja, proſelyta, R. Gamalieli, hanc difficultatem, diſcutiendam dedit: Scriptum eſt, inquiebat, in lege veſtra,* (Deut. X, 17.) Non attollet Dominus faciem ſuam, (*id eſt, non miſerebitur,*) neque accipiet munus. *At* (Num. VI, 26.) *legitur*: Attollet Dominus faciem ſuam ſuper te, (*ſive miſerebitur tui,*) & apponet tibi pacem. *Quomodo hæc conciliabis?*) *Hærente R. Gamaliele, intervenit R. Joſe Sacerdos, aitq; mulieri: Rem tibi exemplo quodam declarabo: Nimirum hæc ita ſe habent, uti cum homo ſocio, Minam argenti mutuo dat, eiq; ſolutionis terminum in Regis præſentia figit, jurante altero per vitam Regis,* (ſe die dicta, omne mutuum redditurum.) *Interim, adventante tempore, cum ſolutionem præſtare non poteſt debitor, adit Regem, deprecaturus* (veniam, quod per Genium ipſius pejeraverit.) *Reſpondet Rex: Quod adverſus me deliquiſti, id tibi remiſſum eſto, ſed abi & ſocium tuum quoq; placatum redde. Eadem, & apud Deum obtinent. Si de peccatis adverſus proximum commiſſis, agatur,* Deus non miſeretur, ſed illum ipſum cui injuria illata eſt, exorare oportet:) *Cum vero Deo ſoli peccatum eſt,* (ibi vero, promta & expoſita ipſius deprehenditur miſericordia. Atque hæc reſponſio, tam diu obtinuit,) *quoad venit R. Akiba,* (qui meliorem modum difficultatem iſtam ſolvendi, ſuppeditans,) *docuit diſcrimen faciendum eſſe, inter latam jam a Deo, punitionis ſententiam, & ante ejusdem promulgationem.* Quin imo, tantum abeſt, ut ab erudiendis fœminis Sapientes abhorruerint, ut ſi rem

recte putemus; fortaſſe nemo unus, quotquot unquam vixere virorum, pluribus præceptoribus uſus ſit, quam Beruria, filia R. Chananiæ Tardionidæ, uxor τȣ̃ R. Meir: nam de ea in Peſachim fol. 62. b. aſſeritur דהוה גמרה תלת מאה שמעתתא ביומא דסיתוא מתלת מאה רבוותא Id eſt: *Didiciſſe eam, etiam brumali die, trecentas ἀναγνώσεις, a Magiſtris tot idem.* Non igitur valde mirum, ſi hæc mulier magnos in doctrina profectus fecit, & ea protulit, quæ digna viſa ſunt, ut in Talmude æternitati conſecrarentur. Dabimus exemplum: Peſachim fol. 10. a. הנהו בריוני דהוו בשבבותיה דרבי מאיר והוו קא מצערי ליה טובא הוה קא בעי רבי מאיר רחמי עלויהו כי היכי דלימותו אמרה ליה ברוריה דביתהו מאי דעתיך דכתיב יתמו חטאים מי כתיב חוטאים חטאים כתיב ועוד שפיל לסיפיה דקרא ורשעים עוד אינם כיון דיתמי חטאים ורשעים עוד אינם אלא בעי רחמי עלייהו דליהדרו בתשובה אמר לה ההוא מינא לברוריה כתיב רני עקרה לא ילדה משום דלא ילדה רני אמרה ליה שטיא שפיל לסיפיה דקרא כי רבים בני שוממה מבני בעולה אמר ײ אלא אמ׳ לא ילדה רני כנסת ישראל שדומה לאשה עקרה שלא ילדה בנים לגיהנם כו תייכו: id eſt: *Cum in τȣ̃ R. Meir vicinia, quidam homines nequam eſſent, qui multum eum laceſſebant, illorum nomine Deum precatus eſt, ut e medio tollerentur. At vero, Berurja conjux, illi dixit: Quid cœptas? Scriptum eſt:* (Pſ. CIV, 35.) Conſumantur חטאים *Heus, num* חוטאים *dicitur,* (ut de Peccatoribus ſermo eſſe, videri queat?) *Imo vero dicitur* חטאים (ut ipſa Peccata intelligi, manifeſtum ſit.) *Amplius, confer ea, quæ mox in textu ſequuntur,* (& deprehendes, ſic omnino accipienda verba eſſe, prout innui. Nam ſuccedit:) *Et Impii ultra ne ſint.* (Scilicet ſi חטאים Peccatores notaret,) *quomodo iis conſumtis, adhuc ſupereſſe poſſent Impii? Quin igitur potius, Deum precare, ut ad frugem revertantur* (vicini nequiſſimi, ſic enim vere, ſecundum illud Scripturæ, ſublatis peccatis, impii deficient.) *Quidam Infidelis, percontatus eſt Berurjam, quid ſibi vellet illud* (Eſ. LIV, 1.) Canta ſterilis, quæ non parit. *Nunquid enim, ajebat, quia ſterilis eſt, ideo cantare debet? Reſpondit ipſa: Stulte: conſule iſtius commatis verba, ultima,* (ibi ſcriptum eſt:) Nam plures ſunt filii deſolatæ, (*ſive meretricum,*) quam conjugatæ, (*ſive earum, quæ juſtas nuptias contrahunt*) dicit Dominus. *Sed tamen,* (ſi omnino noſſe deſideras) *quis ſit ſenſus verborum*, Canta ſterilis, quæ non parit? (Scito,) *Eccleſiam Judaicam, cujus cum muliere ſterili hic inſtituitur comparatio, cantare, quod veſtri ſimiles liberos, Gehenna non peperit.* Neque vero, Scripturam tantum, interpretari, & dicta ſcitiſſima afferre, valuit Berurja, ſed inſuper ſapientia ſua eo usque proceſſit, ut cum Magiſtris diſputans, illorum opiniones ſolide confutaret, ſuam autem ita aſſere-

ret,

ret, ut communi calculo fuerit approbata, ac abierit in *διάταξιν* Halichot Olam tract. 3. c. 2. p. 110. מצינו אשה חולקת עם התנאים בדין כמו תנא כמו שמצא הכריתות בתוספתא דריש כלאים פ״א רבי טרפון מטמא וחכמים מטהרי׳ וברוריה אמרה וכו׳ וכשנאמרו דברים לפני ר׳ יהושע אמר יפה אמרת ברוריה וכו׳ : Quæ vertit l' Empereur: *Invenimus quoq; mulierem, a Doctoribus Misnicis in jure dissentire, instar Misnici alicujus. Quemadmodum Autor* כריתות *in Additionibus, invenit initio Cod.* כלאים *cap. 11. D. Tarphon immundum pronunciat; Sapientes mundum; at Berurja inquit &c. Cum hæc coram D. Josua narrarentur, dixit, Bene respondit Berurja* &c. Eandem Berurjam prædicant, quoque Autores librorum Juchasin p. 86 a. Schalschel Hakkab. p. 32. a. & Zemach David p. 42. b. Interea loci certum est, præter hanc Berurjam, vix memoratur Judæorum antiquiorum fœmina alia, quæ literis valde claruerit. Superior ætas, rursus Rebeccam quandam eruditam edidit, composito etiam libro מנקת רבקה & quem aliquoties in his Commentariis laudavimus, celebrem. Fuit id verissimi alicujus prodigii loco, inter Judæos, qui persuasi erant, fœminam ejusmodi, nullas unquam vidisse, gentes, nulla tulisse secula. Quia rarissimus liber est, nec nos ad clepsydram scribere cogimur, recensebo integrum carmen, quod ejus principium ornat, illamque Rebeccam, magnifice deprædicat.

Hört zu, ihr lieben, köstliche, fromme Frauen:
Ihr möcht das deutsch ספר *vvol überkinen und anschauen:*
Daß man sol setzen zu Gott den allmächtigen sein Trauen.
Und in all seine Werck auf ihn bauen.
Weil ihr habt derkent die אשה החשובה הרבנית הדרשנית
מרת רבקה ז״ל בת הגאון מהר״ר מאיר טיקטינר ז״ל :

Die das ספר *hat getracht:*
Und gemacht:
Und ihr כוונה *auf eitel* יראת שמים *gevvest, Tag und Nacht.*
Und ihr מחשבה לגמרי *nit gevvesen auf Pracht.*
Oder vver hat das חדוש *mehr gehört oder geschehen,*
Daß in evvigen Jahren is mehr geschen,
Daß ein אשה *het aus ihren Kopf vvas* מחבר *gevvesen?*
Und hets פסוקים *und* מדרשים *zu hauf gelesen?*
Darum hab ich es losen drucken.

Daß ein igliche Frau die drinnen vvirt leienen vvert eins kauffen
und zucken.
Und hat das ספר *geheisen* מנקת רבקה
Ihr zu ein Gedechtnus und לכבוד *alle* נשים
Daß ein אשה *auch kan* מחבר *sein* דברי מוסר *und gute*
פשטים
Aso vvol as menche אנשים
Und hats getheilt auf שבעה שערים
Gar kurtz und nit מעריך *gevvesen* בדברים
משיח *vor* גאולה *sein zu der* זוכה *vvert ihr* בזכות זה
Daß die שכינה *Wert sich unter* ישראל *vvieder dermeien.*
אמן וכן יהי רצון:

Nimirum, firmiter persuasi sunt Judæi, secum natam esse doctrinam, & secum interituram, se solos sapere, reliquos mortalium bardos blennosque esse, nec vel hilum intelligere. At meminisse tamen debebant fuisse quondam ea tempora, in quibus, cum summis in angustiis essent constituti, ac Sapientissimis etiam Magistrorum, aqua hæreret, ut quo se verterent, nescirent, valde profuit, Romanam fœminam accessisse, & petiisse ab ejus prudentia, spem, salutem, auxilium, consilium. Res narratur in Taanit fol. 18. a. & Rosch Haschana fol. 19. a. fere iisdem utrobique verbis, sed repræsentamus, locum priorem : פעם אחת גזרה
מלכות * שמד על ישראל שלא יעסקו בתורה ושלא ימולו את בניהם
ושיחללו שבתות מה עשה יהושע בן שמ״ע וחביריו הלכו ונטלו עצה
ממטרוניתא אחת שכל גדולי רומי מצוין אצלה אמרה להם בואו
והפגינו בלילה עמדו והפגינו בלילה ואמרו אי שמים לא אחיכם
אנחנו לא בני אב אחד אנחנו לא בני אם אחת אנחנו מה נשתנינו
מכל אומה ולשון שאתם גוזרין עלינו גזירות קשות ובטלו׳ ואותו היום
עשאוהו יום טוב: Id est : *Aliquando, Imperium* (Edomæum, sive Romanum) *grave edictum adversus Judæos promulgaverat, ne porro Legi operam darent, ne puerulos circumciderent, & ne diebus Sabbathis a labore cessarent. Quid fecit Josua, filius Schmoa, & socii ejus? Abiverunt, & consultarunt Matronam quandam, cujus ædes omnes Romani Proceres frequentabant. Respondit ipsa : Agite, nocturno tempore, ejulatus instituite* : (tum enim querelæ acerbiores sunt, & ad concitandam misericordiam valentiores. Paruere Judæi dictis,) *ac noctu*, (congregatis in Matronæ ædibus, Nobilissimis quibusque Romanorum, juxta eas) *stantes, clamabant* : Per cœlum (supremum, vos obtestamur:) An-

* Sic maluimus rescribere ex En Iacob fol. 133. col. 4. Amstel. Talmud. habet נגזרה גזרה

non

non fratres vestri sumus, eodem Patre (Isaaco,) eademq; Matre (Rebecca, interventu Jacobi & Esavi) geniti? Quare secus nos tractatis, ac gentes alias omnes vobis subjectas, (quarum quamque suis sacris gaudere, suoque in religione sensu, abundare permittitis,) adversus nos vero solos, tam crudelia edicta promulgatis? (Tacti miseratione Proceres,) *revocarunt mandatū: ideo læti Judæi, hunc diem festum habendū esse, decreverunt.* Possemus magnum Catalogum edere Fœminarum, quæ literis ac eruditione singulari, famam inter Christianos, gloriamque sibi pararunt, nisi & ab instituto nostro, ea res foret alienior, & hunc laborem, multi, pridem præcepissent. Quanquam, non opus est, ire per veterem memoriam, ut ostendamus quantum nostræ Fœminæ Sapientia valeant, quando hæc præsens ætas, consummatissimi in illo sexu ingenii, ac sapientiæ singularis, nobis exemplum suppeditat, non tantum divinis his donis, sed & natalibus insuper suis illustrissimam, MAGDALENAM SCUDERIAM. Cujus Heroinæ, lucubrationumque ejus, quibus par in ipsarum genere nihil, nihil secundum extat, quæque omnium Europæ gentium sermonibus leguntur, laudes, etsi ne delibare quidem, nostra præsumit tenuitas, satis gnara, Pelissonios, Menagios, aliosque, quorum mentibus vigorem, & decus, Musæ propitiæ adspirant, meditatas orationes, & debita æternitati carmina, quotidie certatim ei dedicare; Avibus quoque, ad ultro anciliandum ei cantu, sensum quendam inesse: Attamen, quod confidimus, non iniquo latura est animo, Clio hæc Gallica, si æternam gratiam, quam crebra admissione ad alloquium, & muneribus quibus nos Lutetia abeuntes benignissima manu prosequuta est, de nobis meruit, publice profitemur, Deumque rogamus, servet diu CHRISTIANISSIMO REGI, Aulæque ejus, suum delicium, Sexui muliebri decus, Seculo ornamentum.

La fameuse Fauuette.

7. Quisquis filiam &c.] De his videbimus, cum ad Gemaræ Excerpta commentabimur.

8. Cabum unum rei Venereæ &c.] Omnes, & Talmudis, & Mischnarum, quibus utimur Editiones, magno consensu habent: בקב ותפלות מתשעה קבין ופרישות Sed, contra istorum autoritatem, audacter sustinemus, aliter legendum non esse, quam nos cum Codicibus En Jacob legimus. Secus enim si foret, quorsum attineret, illa, quæ sequitur in Excerptis explicatio? Scilicet, idem iisdem verbis, exponeretur insulsissime.

9. Orbi

9. Orbi interitum afferunt] Vel potius: Orbi afferunt caliginem : In causa sunt, ut rerum ordo mutetur ; ut fœda & tristis, ubiq; sit facies. Sic enim מכלי עולם per מבלי עולם hic interpretatur Maimonides.

ה , V.

רבי שמעון אומר אין זכות תולה במים המרים ואם אתה אומר הזכות תולה במים המאררים מדחי אתה את המים בפני כל הנשים השותות ומוציא אתה שם רע על הטהורות ששתו מא שאומרים טמאות הן אלא שתלתה להן זכות רבי אומר הזכות תולה במים המאררים אינה יולדת ואינה משבחת אלא מתנוונה והולכת לסוף היא מתה באותה מיתה׃

R. Simeon ait : Meritum boni operis, non cohibet vim [1] aquarum amararum. Si enim contrarium asseverare velles[2], inefficaces redderes aquas apud omnes Mulieres quæ bibunt : & simul infamares castas, quæ biberunt, nam eas (*nemo non*) diceret pollutas esse, verum ob bonum aliquod opus, (*effectum aquarum*) fuisse suspensum. Rabbi secus opinatur, vultque meritum boni operis omnino effectum feralium aquarum distulisse, verum (*ea limitatione, ut illa cui pietas adjumento fuit, porro*) non pareret, nec (*ob formæ venustatem*) collaudaretur ; sed fœdior redderetur indies, tandemque [3] illa morte periret.

ANNOTATA.

1. Aquarũ amararũ] Num Aquæ hæ, revera, rei alicujus amaræ immixtione, amaræ redditæ sint, an vero in ore tantum bibentis Sotæ, amaritudnem contraxerint, dissensus est inter Magistros. Prius, ex antiquis affirmavit, Pater Samuelis in Rabbot fol. 231. col. 2. צריך ליתן מר לתוך המים שנ׳ מי המרי׳ id est : *Necesse est* (ut Sacerdos) *aquas re amara temperet, quia Scriptura, eas Amaras vocat.* Hunc sequitur Maimonides

des Hilch. Sota c. 3. §. 10. ונותן לתוכן דבר מר כגון לענה וכיוצא בה id est: *Sacerdos quoq; rem amaram in aquas conjicit, uti absinthium, aut quid simile.* Eadem R. Moses Kozensis in Smag fol. 138. col. 4. & Autor MS. Codicis nostri Ez Hechajim, sensisse deprehenduntur, postremiq; testimonium, jam supra, per aliam occasionem, fuit productum. In Pesikta Sutarta fol. 39. col. 2. ideo aquas amaras vocari traditur שביד הכהן נהפכי להיות מרים id est: *Quia simul ac Sacerdos eas manu tenuit, amaritudinem contraxerunt.* Quod idem, deprehendere est in Siphri fol. 4. col. 1. Enim vero, contrarium Nachmanidæ placuit, ad cujus mentem Baal Keli Jakar fol. 100. col. 2. ז״ל נחלקו בדבר אם היה במים אלו דבר מר כי בדעת רז״ל הושם בהם דבר מר ודעת הרמב״ן מדלא נאמר ובאו בה המים המרים המאררים וכתיב בהפך זה ובאו המים המאררים למרים שמ״ע שלא היה בהם דבר מר אך שבפיה היו למרים וכן מצינו במי מרה שנ׳ ולא יכלו לשתות מים ממרה כי מרים הם ולא נאמר כי מרים היו אלא שלא היו מרים אך בפיהם שבו להיות מרים לכך נאמר כי מרים הם: id est: *Disputant Rabbini nostri f. m. num aquis Sotæ res amara fuerit immixta, atq; id asserunt sane antiquiores. At R. Moses Nachmanis filius, quia non dicitur in Scriptura,* Aquas amaras, *sed potius maledictionem importaturas in mulierem ingredi debere, atq; sic prius de maledictione, quam de amaritudine sermo est, ex eo colligit, nihil rei amaræ in iis fuisse, quin potius amaritudinem, in ore demum bibentis, natam esse. Geminum de aquis in Mara* (Ex. XV, 23.) *legitur*: Et non potuerunt bibere aquas e Mara, nam amaræ erant. Amaræ fuerunt, *non dicitur, quod indicio est, nullam habuisse eas amaritudinem, nisi quam in bibentium ore contraxerunt, & ideo signanter τὸ* erant, *expressũ est,* Bechai fol. 156. col. 1. מי המרים המאררים על שם סופן נקראו מרים וכן ובגדי ערומים תפשיט וכן קחי רחים וטחני קמח ומה שאמר המאררים על שם האלות הנמחות במים, שהם מקללין אותה: id est: (Scriptura Num. V, 24. Sotæ aquas, vocat) *amaras & maledictas. Atq; amaræ quidem dicuntur, quia tales tandem factæ sunt: Quo sensu* (Job. XXII, 6.) *legitur*: Vestimenta nudorum exues. *Item* (Es. XLVII, 2.) Accipe molas, & mole farinam. *Maledictæ vero vocantur aquæ, o᾽ maledictiones iisdem deletas, quæ Sotam reddunt maledictam.* Idem de aquis amaris, quem primo loco nominare oportebat, Abenesra censuit, in suis super Pentat. Commentariis; estq; omnino hæc opinio præ altera, verisimilior. Nisi quis dicere mallet, ne in ore quidem potantis Sotæ, ullam adhuc fuisse aquarum amaritiem, sed ita esse vocatas, ob sævos, diros, & amarulentos effectus, quos in rea muliere, edebant. Non enim infrequens est in sacris literis, res ab effe-

ctis denominationem accipere, id quod Reverendus Glassius in Rhet. Sac. tract. 1. c. 2. multis exemplis, dedit comprobatum. In hanc explicationem inclinat R. Jacob Abendana, in Spicilegio ad Michlal Jophi fol. 31. col. 3.

2. Inefficaces redderes] מרחי habet Talmud Amstelod. Sed in Basileensi, & Mischnæ, quas possidemus, editionibus, est מרהה Quorum prius, etsi magis placet, non tamen magno vitio, etiam posterior lectio laborat, nam de verbo מרהה legitur apud Maimonidem: לפי לשונם הוא הגוון החסר שאינו בתכלית הלובן ואין לו זוהר ולא בריקות: Id est: *Hac voce Magistri Defectum albedinis, & rem minime splendentem, ac lucentem, innuere solent.*

3. Illa morte] Fœda nimirum, & qua adulteræ, quæ nihil boni tota vita fecerant, post epotas aquas, continuo perire solebant.

ו

נטמאה מנחתה עד שלא קדשה בכלי הרי היא ככל המנחות ותפדה ואם מש משקדשה בכלי הרי היא ככל המנחות ותשרף ואלו שמ שמנחותיהן נשרפות האומרת טמאה אני לך ושבאו לה עדים שהיא טמאה והאומרת איני שותה ושבעלה אינו רו רוצה להשקותה ושבעל׳ בא עליה בדרך וכל הנשואות לכהנים מנחותיהן נשרפות:

VI.

Si immunditiem contraheret oblatio ejus, priusquam vase sancto reciperetur, eadem hujus [1] quæ cæterarum omnium Oblationum, fuit ratio; ut scilicet [2] redimeretur. Sin vero id accidisset, post receptionem in vas sacratum, (*rursus*) in eo conveniebat cum aliis Oblationibus quibusvis, [3] ut combureretur. Atque hæ sunt, quarum Oblationes comburebantur: Quæ dicebat immunda sum; Aut, quam testes pollutam esse affirmabant. Quæ se potaturam pernegabat; aut, cui vir ut biberet, non concedebat; denique, cum qua vir in via concubuit. Omnium quoq; Sacerdotibus nuptarum, Oblationes comburebantur.

ANNOTATA.

1. Quæ cæterarum omnium Oblationum,] Puta Oblationum, quæ ante immissionem in vas sanctum, contraxere immunditiem.

2. Redimeretur] Id est: Ut hac Oblatione, ad comestionem segregata, quantum hordei ad novam opus erat, nummis pararetur. Vide Kozensem Præc. Aff. CLXXVII. Maimonidem, Hilchot Psule Hammukd. c. 11.

3. Ut combureretur] In domo videlicet Cinerum. Vide iterum Maimonidem, libro cit. c. 19.

4. Omnium quoq; Sacerdotibus nuptarum &c.] Sic accipe: Quod peracto sacrificio residuum erat, ex Sotæ, quæ homini laico nupta fuit, oblatione, a Sacerdotibus absumebatur, uti supra §. 2. dictum est. At, cum Sota Sacerdotis conjux, hoc judicium subibat, residuis ex sacrificio, non fruebantur Sacerdotes, sed etiam hæc comburenda erant. Scilicet, videtur ipse maritus Sacerdos, suas habere partes, in hoc sacrificio; quæ autem ejus sunt generis, illorum reliquias quoque, penitus igne cremare oportet, ex Dei, Lev. VI, 16. præceptione. Moses Kozensis Præc. Neg. CCCXXII. בת כהן שנשאת לישראל מנחתה נאכלת בת ישראל שנשאת לכהן מנחתה נשרפת לפי שהמנחתה באה ממונו של כהן: id est: *Filia Sacerdotis, quæ Judæo Laico nupsit, Oblatio comeditur: Sed, Judæi Laici Filiæ Oblatio, comburitur, quippe quæ ex facultatibus viri est parata.*

ד

בת ישראל שנשאת לכהן
מנחתה נשרפת וכהנת ב
שנשאת לישראל מנחתה זא
נאכלת מה בין כהן לכהנת
מנחת כהנת נאכלת ומנחת
כהן אינה נאכלת כהנת מע
מתחללה ואין כהן מתחלל כ
כהנת מיטמאה למתי ואין כ

VII.

Judæi (*laici*) filiæ, quam Sacerdos duxerat, oblatio comburebatur.[1] At Sacerdotis filiæ, quæ Judæo (*laico*) nupserat, Oblatio, comedebatur. Quid interest inter Sacerdotem, & Filiam Sacerdotis?[2] Filiæ Sacerdotis Oblatio comeditur; Oblatio autem Sacerdotis non comeditur.[3] Filia Sacerdotis, a sacrorum participatione excludi potest,[4] Sacer-

כהן מיטמא למתים כהן אוכל בקדשי הקדשים ואין כהנת אוכלת בקדשי קדשים:

Sacerdos non poteſt. [6] Illi mortuis ſeſe polluere fas eſt, huic non item. [7] Sacerdos, ſacro ſancta comedit; at, ab horum eſu, Filia Sacerdotis arcetur.

ANNOTATA.

1. At Sacerdotis filiæ &c] Nam Lev. VI, 16. כהן dicitur non כהנת de ſolis igitur viris, præceptum capiendum eſt, non de filiabus Sacerdotum, quæ cum viris Laicis contraxere matrimonium. Imo nec de Sacerdotum viduis, & fœminis ab iis repudium paſſis, ob eandem rationem præceptum valet, nam & ſacrificiorum, quæ iſtæ offerunt, reſiduis, frui Sacerdotibus licere, conſequitur.

2. Filiæ Sacerdotis oblatio] Intellige quæ Sacerdoti non nupſit, ſed Sacerdote patre genita eſt, & vel virgo adhuc manet, vel cum laico homine in conjugio vivit.

3. Filia Sacerdotis ſacrorum participatione &c.] Id eſt: Si illicito concubitu ſeſe polluat, aut extra familiam Sacerdotalem nuptias contrahat Sacerdotis filia, non fas eſt ei veſci porro Ablationibus. Sed, res hæc digna eſt, quæ paulo ampli, doceatur ex Moſis Kozenſis Præc. Neg. CCLVI. quo nemo magis perſpicue de illa diſſeruit: חללה לא תאכל קדש שנ׳ ובת כהן כי תהיה לאיש זר היא בתרומת הקדשים לא תאכל שני ענינים נכללו בלאו זה שאם תבעל לאסור לה ותעשה זונה וחללה הרי היא אסורה לאכול בתרומה לעולם כדין כל חלל שהחלל כזר לכל דבר ושאם תינשא לישראל הרי היא אסורה לאכול במורם מן הקדשים שהוא חזה ושוק לעולם אפי׳ גרשה או מת אבל התרומה אוכלת אחר שגרשה הישראלי או מת אם לא הניח ממנה בן שני ובת כהן כי תהיה אלמנה וגרושה וזרע אין לה וגו׳ מלחם אביה תאכל דרשו רבותינו בפרק יש מותרות מלחם ולא כל לחם חוזרת היא לתרומה ואינה חוזרת לחזה ושוק ולא הכהנת בלבד אלא לוית וישראלית שנבעלה לאסור לה ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומה לעולם ואף על פי שיש לה זרע מכהן: Id eſt: *Mulier profana, a comeſtione rerum ſacrarum arcetur.* Q. S. E. (Lev. XXII, 12.) Filia Sacerdotis cum nupta fuerit viro peregrino, de oblatione rerum ſanctarum ne comedito. *Atq; hoc interdictum duo complectitur negotia.* (Principio, ſi filia Sacerdotis) *a quoquam vitietur, & ſcor-*

& scortum; ac profana fiat, ista quidem æternum Ablationibus vesci prohibetur, sic enim de profanatis obtinet, ut per omnia, irreligiosis æquiparentur. *Quod si* (filia Sacerdotis ,) *nubat Judæo laico , tum ad sanctiorum rerum, Pectoris puta, & Cruris, comestionem , haud unquam amplius admittitur, etiamsi maxime, repudium passa, aut vidua sit, interim tamen in iis casibus, Ablationes comedendi jus recipit, modo liberos nullos habeat superstites: Sic enim* S. E. (Cap. cit. v. 13.) Filia, Sacerdotis cum erit vidua, aut repudiata; si semen non sit ei &c. de cibo Patris sui comedet. *Ubi, monentibus ita Magistris nostris in Jebamot c. 9. notanter dictum,* de cibo, *non vero* omnem cibum, *ut nimirum Ablationum comestio concessa, cruris vero, & pectoris prohibita innuatur. Neq; filiæ Sacerdotum tantum, sed & Levitarum, aut communium Judæorum* (quæ Sacerdotibus nupsere) *filiæ, si vitium passa sint, & scortatione se polluerint, ætatem a comestione Ablationum arcentur , utut liberos ex Sacerdotibus habeant superstites.*

4. Sacerdos non potest] Etiamsi maxime, contra mandatum Divinum quod Lev. XXI, 14. promulgatum est, viduam, aut repudiatam, aut profanatam ducat, atque sic indecenti toro, sese contaminet.

5. Illi mortuis se polluere &c.] Nam Lev. XXI, 1. ubi Deus vetat Sacerdotes sese mortuis polluere, de solis filiis Aaronis sermo concipitur, nulla filiarũ facta mentione. Rambã in More Nev. part. 3. c. 47.
מפני שאי אפשר להטהר מטומאת מת אלא אחר שבעת ימים ובמציאות
אפר הפרה גם כן והיו הכהנים צריכי׳ תמיד להכנס אל המקדש להקריב
הזהיר כל כהן מטומאת מת לבד רק להכרח גדול אשר יכבד ענינו: על
הטבעים חצרה לומר להמנע מקרוב אל האבות ואל הבנים ואל האחים
ולעמוד עמהם ולנגוע בהם ולרוב הצורך להיות * כהן גדול במקדש תמיד
לאמרו והיה אל מצחו תמיד הוזהר מלטמא למת כל עיקר ואפילו לאלו
הקרובים הלא תראה איך זאת האזהרה אינה כוללת הנשים בני אהרן ולא
בנות אהרן מפני שאין הנשים צריכות בהקרבה; Buxtorfii versio est: *Quia pollutio, a contactu mortui contracta, non potuit elui, nisi post elapsos septem dies, & per cinerem juvencæ; ac Sacerdotes semper in Sanctuarium ingredi necesse habebant, ut ibi offerrent: Idcirco prohibitum fuit Sacerdotibus, mortuis se polluere, nisi magna interveniente necessitate; cum difficile sit per naturam, plane se cohibere ab accessu parentum, liberorum, vel fratrum in morte ipsorum. Et quia magna erat necessitas, ut Sacerdos magnus semper sit in Sanctuario, sicut dicitur:* Et erit super frontem ejus jugiter. *Idcirco injunctum ipsi fuit, ut nullus, ne quidem propin-* quis

* In MS. nostro non male hic inseritur אל

Ex. XXIIX. 38. Lev. XXI, 10. 11. 12.

quis & amicis mortuis se contaminet. Nunquid enim vides, quod in hac prohibitione (Sacerdoti communi, & Sacerdoti summo facta,) *non comprehendantur uxores filiorum Aharon, neq; etiam filiæ Aharonis, propterea quod Mulieribus non incumbat oblationes facere* ? Plura in hanc rem, vide apud eundem Maimonidem Hilchot Evel cap. 4. Mosen Kozensem Præc. Negat. CCXXXIV. & CCXXXV. Præc. Affirm. LVIII.

6. Sacerdos sacro sancta comedit] Sic dicuntur, residua Sacrificiorum Peccati, & Sacrificiorum Reatus, itemque Residua Oblationum. Atque de his Ex. XXIX, 33. & Lev. II, 3. 10. præcepta extant, propter quæ, solis Sacerdotibus, iisdem frui conceditur. Fuere alia, Sancta Leviora, קדשים קלים uti Pectus, & Armus ex Eucharisticis Sacrificiis, Ablationes item, & cætera hujus generis, quibus non tantum Sacerdotibus, sed & eorundem filiabus, uxoribus, & servis vesci licebat. Conferre oportet Smag. Præc. Aff. CLXXXIV Neg. CCCXXV. & CCCXXVI.

ח

מה בין איש לאשה האיש פורע ופורם ואין האשה פורעת ופורמת האיש מדיר את בנו בנזיר ואין האשה מדרת את בנה בנזיר האיש מגלח על נזירות אביו ואין האשה מגלחת על נזירו אביה האיש מוכר את בתו ואין האשה מוכרת את בתה האיש מקדש את בתו ואין האשה מקדשת את בתה האיש נסקל ערום ואין האשה נסקלת ערומה האיש נתלה ואין

VIII.

QUid discriminis inter Virum, & Fœminam, (*laicos?*) [1] Vir (*leprosus*) se nudat, (*vestemq;*) discindit : neutrum facit fœmina. [2] Viro fas est filium Naziræatui devovere : [3] Mulieri idem haud conceditur. (*Filius*) masculus rasuram admittere potest ob Naziræatum patris: Filia non potest. [4] Viro, filiam vendere conceditur; Fœminæ, filiam vendere, non licet. [5] Vir despondet filiam, sed fœminæ, filiam despondendi, facultas non competit. [6] Vir nudus lapidibus obruitur : Fœmina nequaquam. [7] Vir suspenditur : Fœmina non item. [8] Vir ob furtum

האשה נתלית האיש נמכר בגניבתו ואין האשה נמכרת בגניבתה:

tum admissum venditur: sed [9] Fœmina ob furtum vendi [10] nequit.

ANNOTATA.

1. Vir leprosus se nudat &c.] Nam Lev. XIII, 45. ubi leprosi vestimenta scindere, & caput retegere jubentur, de solis Viris sermonem institui deprehendes. Consulendus Moses Kozensis Præc. Aff. CCXXXV.

2. Viro fas est filium Naziræatui &c.] Hoc est: Licet Patri filium adhuc impuberem, destinare ad Naziræatum, ita ut adultior factus, id ratum habere cogatur. Dignum est observatione, quod scribit Maimonides, Comment. in Massech. Nasir cap. 4. זה שאמרנו האיש מדיר את בנו בנזיר והוא שיאמר לו הרי את נזיר או יאמר הרי בני פלוני נזיר וישתוק הבן וקרוביו ותחול הנזירות לזה הבן הוא ענין שבא מפי הקבלה אין לו סמך בתורה ולא רמז והוא מה שאמר הלכה היא בנזיר וכבר סברו קצת חכמים לתת טעם כדי לחנכו במצות ולא נגמר זה הדבר והזמן אשר ימשך בו מצות האב להתחייב הבן בנזירות הוא עד שיביא שתי שערות ואפילו שכבר הגיע עונת הנדרים ר״ל י״ג שנים ויום אחד והוא שלא הביא שתי שערות ידירו בנזיר לפי שהוא קטן כמו שנתבאר בפ׳ עשירי מיבמות: id est: *Quod dicitur, Patrem, Naziraatui posse devovere filium, id fit, quando Pater filio ait:* TU MIHI NAZIRÆUS ESTO, *aut si dicat:* FILIUS MEUS, N. NAZIRÆUS ERIT, *atq; vel filius, vel cognati* (præsentes, coram quibus Pater sic loquutus erat,) *sileant: tunc enim filius iste Naziraatui obstringitur. Caterum, omnem hanc rem, ex mera habemus traditione, nec in Lege Divina, ejus aut argumentum, aut indicium est: unde & Constitutionis nomine vulgo venire solet. Fuere sane pridem, nonnulli Doctorum, qui rationem aliquam reddere conati sunt, quasi nimirum* (hoc factum tueri liceat, ex eo,) *quod juventus mature praceptis initianda est; sed ea non satis quadrat. Interim tempus, intra quod Patri conceditur, filium Naziraatu onerare tam diu durare existimandum est, quoad* (filius in pube) *producit pilos duos: Etiamsi enim ea atate sit, qua ipse votum concipere potest, scilicet, ut agat annos XIII. diemq; unum, tamen si duobus pilis adhuc careat, patri eundem Naziraatui devovere permittitur, est enim minor, secundum ea qua traduntur in Jebamot cap. 10.*

3. Mulie-

3. Mulieri idem haud conceditur] Hæsitat ceu modo vidimus, propemodum Maimonides in eo, an Patri jus & fas sit filios Naziræatui devovere, nec nisi sola incertaque traditione hoc privilegium niti, ultro fatetur. Quamobrem consequitur, haud sane æquum esse, ut Matri tantum potestatis indulgeatur, quippe, cujus æque in Hebræorum, ac Quiritium jure, longe minor quam Patrum, in liberos est autoritas. Et vero, videtur quodammodo rationi conveniens, ut Votum quo quis præter cætera, ad rerum quarundam abstinentiam obstringitur, sua, non aliena voluntate, concipi debeat, ne naturali qua quisque circa talia nascitur, libertati, vis inferatur & injuria. Interim tamen, si Sacras Literas consulamus, aliud pronunciandum erit, habemusque in iis exemplum, Matris, filium etiam nondum natum Naziræatui devoventis, sic enim de Hanna 1. Sam. I, 10. 11. legitur: ותדר נדר ותאמר יי צבאות אם ראה תראה בעני אמתך וזכרתני ולא תשכח את אמתך ונתתה לאמתך זרע אנשים ונתתיו ליי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו: Quæ vertit Interpres: *Et votum vovit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, dederisq; servæ tuæ sexum virilem: Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus.* Neq; alio sensu, quam Naziræatus voto, locum hunc accipiunt Judæorum interpretes communiter: Ralbag annotat: והנה נדרה חנה נדר ליי שאם יראה בעניה ויתן לה זרע אנשים רוצה לומר הזרע המתהוה מן האנשים והוא שיהיה לה ולד תתננו ליי כל ימי חייו רוצה לומר שיהיה תמיד לעבודת השי״ת עד יום מותו ותער לא יעלה על ראשו לגלח שערו כי יהיה נזיר וקדש ליי אם יהיה ראוי לזה רוצה לומר אם היה זכר: Id est: *Vovit Hanna votum Domino, quod, si visurus esset calamitatem suam, concessurusq; semen hominum, id est semen evasurum in hominem, sive fœtum, tum se daturam illud Domino omnibus diebus vitæ ejus, ut scilicet jugiter, ad mortem usq; sacris ministeriis vacare, nec novacula caput ipsius, ad radendam comam transire debeat; futurum enim Naziræum, Deoq; sacratum, modo ejus rei capax sit, hoc est, modo proles foret mascula.* Pariter Raschi verba ונתתיו ליי & ipse, per שיהיה נזיר קדש ליי id est: *Ut sit Naziræus sacer Deo*, exposuit; & adeo, vocari forsitan potest in partes, ipse Maimonides, scribens in Hilchot Nesirut c. 3. §. 16. שמואל הרמתי נזיר עולם היה לפיכך האומר הריני כשמואל הרמתי כבן חנה כבן אלקנה כמי ששסף את אגג בגלגל וכיוצא באלו הרי זה נזיר עולם: Id est: *Samuel Ramathæus Naziræus perpetuus fuit: quare si quis dicat:* Ecce, similem me præstabo Samueli Ramathæo,

(aut, æmulabor) Filium Hannæ; (aut, exprimam factis) Filium Elkanæ; (aut, talis ero, qualis fuit) is, qui in Gilgale diffidit Agagum, *aut si alia simili utatur verborum conceptione, tum perpetuo Naziræatui se dicasse censebitur.* His ita positis, jam nimium periclitatur Mischnæ nostræ assertio, magnumque mirum est, nec Gemaram, nec ullum quos nobis consulere licuit Commentatorum, illam de Hanna objectionem, tetigisse vel solo verbo. Quando igitur Patrono vehementer indiget Mischna, nos, vicem ejus miserti, pro tempore, ingenii tantum exercendi causa, ei subveniemus, ne impudentis mendacii multetur infamia. Succurrit eam salvandi duplex ratio. Licebit enim principio dicere, non fuisse ignarum Doctorem Mischnicum, ejus voti quod filii nasciturí nomine Hanna conceperat, sed opinatum esse, præter jus, & instituta divina, sic ipsam fecisse; cum non quid fiat, sed quid fieri debeat respiciendum sit: Implevisse autem deinde filium, quæ mater spoponderat, ex abundanti quadam in eam pietate, cum nullo jure ad hæc præstanda cogeretur. Vel, si hæc non placent, causabimur, alium longe sensum verbis Scripturæ affinxisse Doctorem Mischnicum, quam quo vulgo accipiuntur, & suam fecisse Jonathanis Chaldæi opinionem, qui verba ונתתיו לייי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו in hunc modũ παραφράζει ואמסרניה דיהי משמש קדם ייי כל יומי חיוהי ומרות אנש לא תהי עלהי: id est: *Et tradam illum, ut sit ministrans coram Domino, omnib. diebus vitæ ejus, & nemine mortalium verebitur.* Quæ interpretandi ratio, etsi est contortior, & מורה in מורא hoc est *Novaculam* in *Metum*, nobis commutat, ac proinde Samuelem ex Naziræorum catalogo expungit, tamen non minus approbare eam potuit Mischnicus noster, ac eam probavit alius ejus sectæ homo in Nasir capitis 9. verbis postremis. נזיר היה שמואל כדברי רבי נהוראי שנ' ומורה לא יעלה על ראשו נאמר במשמשון מורה ונאמר בשמואל מורה מה מורה אמורה בשמשון נזיר אף מורה האמורה בשמואל נזיר אמר רבי יוסי והלא אין מורה אלא של בשר ודם אמר לו רבי נהוראי והלא כבר נאמר ויאמר שמואל איך אלך ושמע שאול והרגני שכבר היה עליו מורה של בשר ודם: Quæ sic interpretari convenit: *Samuel fuit Naziræus, secundum opinionem R. Nehorai* Q. S. E. Et מורה non ascendet super caput ejus. *Adhibetur verbum* מורה *cum* (Jud. XIII, 5.) *de Simsone, & adhibetur quoq. cum de Samuele agitur: Quare, uti* מורה *apud Simsonem* (Novaculam innuit, atque sic) *Naziræum* (illum fuisse indicat;) *ita ejusdem verbi de Samuele adhibiti, eadem vis est. Respondit R. Jose vocem* מורה *nihil quam metum, quo quis alios mortales formidat, innuere. Excipit R. Nehorai:*

 Atqui

Atqui pridem de Samuele (1. Sam. XVI, 2.) *legitur* : Et ait Samuel: Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. *Ex quibus cum colligatur, metuiſſe illum humanum ſupercilium*, (mea, præ tua ſententia, aſſenſum merebitur.)

4. Filius maſculus raſuram admittere &c.] Si pater, ad certum tempus Naziræatus voto ſe obſtrinxit, & ſacrificia quæ olim, voto ſuo ſolutus, offerre volebat, paravit, moriatur vero nondum adhuc impleto tempore, ibi filius, die, quam ſibi pater dixerat, adventante, loco ejus ſacrificia offerre, & raſuram admittere poteſt: ſecundum ordinem qui Num. VI. præſcribitur. Cæterum Raſchi, hæc tantum eo caſu valere arbitratur, cum filius quoque Naziræus eſt; qua in re, loco jam modo indicato, diſſentientem habet Maimonidem, ex cujus mente idem non exigitur, ſed adeo כשהניח בנים רבים וקדם אחד מהם וגלח על נזירות אביו זכת id eſt: *Si quis filios relinquat plurimos ſuperſtites, atq; unus* (e poſterioribus natu) *alios antevertens, raſuram Patris nomine admittat, hunc manet adorea.* Sed, non negligendum, diſerte rurſus fateri Maimonidem, זה הדין גם כן אין לו סמך מן התורה אלה קבלה בלבד: Id eſt: *Etiam iſtius rei, nullum prorſus in Scriptura fundamentum eſſe, ſed illam unice niti traditione.*

5. Viro filiam vendere &c.] Hoc ſane jus Patri conceditur Ex. XXI, 7. verum ſi Magiſtris credimus, cum multa limitatione. Maimonides Hilch. Avadim cap. 4. §. 1. אמה העבריה היא קטנה שמכרה אביה ומשתביא שתי שערות אחר שתים עשרה שנה ותעשה נערה אינו יכול למכרה אע״פ שעדין יש לו רשות בה ויש לו לקדשה לכל מי שירצה: Id eſt: *Serva Judaa, ea dicitur, quam Pater cum parvula eſſet, vendidit. Sed, ſi* (filia) *nata ſit annos duodecim, & produxerit*, (in naturalibus,) *pilos duos, ita ut*, Adultæ *nomine cenſeatur, non licet amplius Patri, eam vendere, etſi adhuc eſt ſub ejus poteſtate, illamq; cuicunq; voluerit, deſpondere non prohibetur.* Sequitur mox ibidem: אין האב רשאי למכור את בתו אלא אם כן העני ולא נשאר לא כלום לא קרקע ולא מטלטלין ואפילו כסות שעליו ואף על פי כן כופין את האב לפדותה אחר שמכרה משום פגם משפחת ברח האב או שמת או שלא היה לו לפרותה הרי זו עובדת עד שתצא: Id eſt: *Haudquaquam conceſſa Patri facultas, vendendi filiam, niſi ſit pauperrimus, & nihil reſidui habeat, non bona immobilia, non mobilia, imo ne veſtem quidem, qua induitur. Atq; ſi maxime ex juſtis cauſis, iſta venditio acciderit, nihilo ſecius cogitur Pater*, (ut primum rei aliquid paravit) *ad eam redimendam, quo honori familiæ conſulatur. Quod ſi aufugiat Pater, aut moriatur, aut*

pretium

pretium nullum redimendi filiam ipsi suppetat, serviendum filiæ ad tempus usq; manumissionis. Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 178. col. 4. כבר בא בקבלה האמתית שהשגיחה התורה מאד על האמה העברית שאפילו בקטנותה בהיותה תחת אביה לעשות בה כרצונה הנה לא יוכל למוכרה ממכרת עבד ולא למכרה לנכרי ולא לקרובים אשר אי אפשר שיהיה לה בהם צד יעוד ושאין למוכרה שתי פעמים והיה זה לפי שלא התירה התורה שימכור אדם את בתו אלא במקום שסבור שהקונה אותה ייעדנה לעצמו ויקחנה לאשה לו או לבנו כי על הרוב לא יקנה אדם נערה קטנה לעבוד עבודה כי היא לא תוכל לעבוד לחולשת שכלה ואיבריה אלא שישאנה ליופיה או לטוב מעשיה כדי ליעדה לו או לבנו: Id est: *Verissima traditione tenemus, Legem Divinam, servæ Hebrææ maximam curam habuisse. Etsi enim minor adhuc & in patria potestate est, ita ut de ea, ex animi sui sententia statuere (pater) possit, tamen nec in mancipium, nec alicui τῶν ἔξω, nec cuiquam cognatorum proximorum cum quo matrimonium contrahere, jure prohiberetur, eam vendendi jus habet, quin nec bis illam vendere licet. Quorum omnium causa est, quod Lex Divina vendendi filiam, veniam nullam indulsit, nisi spe ineundi matrimonii, ita ut emtor aut sibi, aut filio eam despondeat. Scilicet, haud fere unquam aliquis comparat puellam parvulam ad serviendam servitutem, nec enim ob judicii & membrorum teneritatem, officio fungi potest, sed potius aut forma ejus eximia, aut bonis moribus captus, ut illam sibi, vel filio, uxorem adsciscat.* Sed, de his, amplius legere est apud Mosen Kozensem, Præc. Neg. CLXXIX.

6. Vir despondet filiam &c.] Codex noster MS. Ez Hechajim Hilch. Kidduschin cap. 3. האב מקדש בתו שלא מדעתה כל זמן שהיא קטנה וכשהיא נערה ורשות' ביה שנ' את בתי נתתי לאיש הזה וקדושיה לאביה וזכאי במציאתה ומעשה ידיה ובכתובתה אם נתגרשה או נתארמלה מן הארוסין עד שתבגר ומקבל האב קדושי בתו מיום שתולד עד שתבגר ואפי' היא חרשת או שוטה אם היתה בת ג' שנים ויום אחד מתקדשת בביאה מדעת אביה פחות מכן אם קידשה אביה בביאה אינה מקדשת בגרה הבת אין אביה רשות בה לעולם נתקדשה קודם שתבגר שלא לדעת אביה אינה מקדשת אפי' נתרצה האב אחר שנתקדשה: Id est: *Pater habet plenum jus despondendi filiam, nullo hujus consensu prævio, quam diu Minor est,* (neque annos XII. diemque unum implevit,) *itemq; cum est Adolescentula,* (quod ei nomen proprie convenit, Sex proximis deinde mensibus;) Q. S. E. (Deut.

XXII, 16.) Filiam hanc meam, dederam viro huic. *Atq; hoc casu, lucratur arrham sponsalitiam : prorsus, uti rerum a filia forte inventarum, & eorum, quæ operis ejus parantur, dotis item, si sponsus aut illam repudiet, aut eum mori contingat, dominus evadit, ad plenam usq; filia pubertatem*, (sive ad illud usque tempus, quod sex prædictos menses, excipit.) *Licet igitur Patri, filiæ nomine Sponsalia facere, ab illo die, quo nata est, quoad plenam attigit pubertatem, etiamsi ipsa surda sit, aut stulta. Si implevit filia annos tres, & diem unum, volente patre per concubitum despondeti potest, sed si infra hanc ætatem pater eam concubitu despondeat, ea sponsalia nullius momenti sunt. Simul ac plenam pubertatem attigit filia, cessat patris eam despondendi facultas*, (neque, nisi ex filiæ consensu fiunt nuptiæ, estque hactenus pari jure, cum fœminis adultis, quarum patres diem obierunt.) *Enim vero, si ipsa ante plenam pubertatem Sponsalia inscio patre celebrasset, hæc Sponsalia irrita sunt, & quidem adeo, ut ne placatus quidem pater, sic contracta, valida reddere possit*, (unde consequens, si Sponsalia ista, divortium, aut Sponsi mors consequatur, adhuc tamen fœminam illam, Sacerdoti nubere posse.) Hactenus allata, illustrando, Mischnæ nostræ asserto sufficere possunt, quod si quis plura requirat, ea abunde suppeditabunt Kidduschin fol. 41. a. seqq. Maimonides Hilch. Ischut cap. 3. Moses Kozensis Præc. Affirm. XLIIX. Schulchan Aruch in parte Even Haëser, Hilch. Kidduschin Num. XXXVII.

6. Sed fœminæ filiam despondendi &c.] Intellige, ut tam valida, & irrevocabilia sint Sponsalia, ac ea sunt, quæ a Patre celebrantur. Interea loci, competit tamen aliqua Matri, imo & Fratribus, suam sive filiam, sive Sororem, despondendi facultas, sed quæ deinde a desponsata intra certum tempus, reddi potest irrita. Liber שאלות ותשובות מרגאונים id est : Quæsitorum a Viris Clarissimis, & ab his Responsorum, p. 28. b. Num. 254. עד מתי הקטנה היתומה שהשיאוה אמה ואחיה יכולה למאן ; עד שתהא בת אחד עשר שנה ויום אחד אבל אם שלמו לה י״א שנה ויום אחד ולא מאנה שוב אינה יכולה למאן אלא יוצאה בגט ; id est : (Quæsitus fuit Vir celebris :) *Usq; quo adolescentulæ, quam orbam patre, Mater & fratres desponderunt, potestas conceditur, illis sponsalibus renunciandi ?* (Responsum est ab eo, concedi hanc facultatem (*Quoad implevit ipsa annos XI. & diem unum : Hanc vero ætatem simul ac excessit, renunciare ei porro Sponsalibus non licet*, (quod si autem omnino matrimonium consummare nolit,) *libello Repudii ad id solvendum opus est*. Sed, hæc errore magno laborant. Non enim quoad annos tantum undecim diemque unum nata est puella, facultatem ipsa habet re-

bet renunciandi Matris, Fratrumque, suo nomine contractis sponsalibus, sed omnino annum integrum isti termino annumerare, & ad pubertatem usque puellæ, hanc licentiam extendere oportet. Fortasse solo Librariorum vitio cum י״ב scriptum esset, in י״א & אחד עשר id degeneravit. Nam res cæteroquin dubio caret. Maimonides Hilch. Geruschin c. 11. §. 1. עד מתי הבת ממאנת כל זמן שהיא קטנה עד שתהיה נערה id est: *Quamdiu licet puella renunciare Sponsalibus? Omni eo tempore, quo in pueritia constituta, usq; dum existit* נערה At hoc fieri anno duodecimo, dieque uno impletis, cum pili saltem duo, in loco debito se exerunt, nemo harum literarum tam rudis est, qui nesciat. Nec aliter etiam nunc inter Judæos obtinere, testis est Scriptor recens R. Leon Modena, in libello Histor. de Rit. Hebr. part. 4. c. 4. inquiens: *Una fanciulla picciola, di meno età di dieci anni, orfana senza padre, o havesse padre, e fosse gia vedovata, che fosse stata sposata per consenso della madre, o fratelli da qualch' uno, e che a lei non piacesse, fin che habbia segno di donna doppo dodici anni ed un giorno, gli vien a tempo di rifiutar quel marito, e dir che non lo vuole, di che piglia due testimoni, ed essi gli scrivono questa rinontia, e con questo può partirsi da lui, e maritarsi con chi le piace.* Atque ex his, simul patescit, quibus ritibus renunciatio peragatur. Scilicet, oportet, ut puella Sponsalibus renunciatura, coram duobus minimum testibus, qui tum se, tum Sponsum, probe cognitos habent, ex sui animi sententia dicat, edicatque:

אין רצוני בקידושין שקדשוני אמי או אחי:

Id est;

HAUD MIHI PLACENT SPONSALIA QUIBUS MATER, (aut FRATRES,) ME DESPONDERUNT:

atque sic ejus rei testimonium concipere Testes ut jubeat. Nec mora, Testes Instrumentum Renunciationis conficiunt, solemni, & antiquissima Formula, quam Codex noster MS. Ez Hechajim Hilch. Gittin cap. 11. & Maimonides quoque, loco paulo ante indicato, exhibent:

גט מיאון:

בכך בשבת כך וכך יום לחדש פלו׳ שנת
כך וכך למנין פלו׳ מיאנ׳ פלנית בת פלוני
בפנינו ואמרה שאמי או אחי הטעוני
והשיאוני או קידשוני ואני קטנ׳ לפלוני בר

 פלוני

פלוני והשתא גיליתי דעתי קדמיכון דלא
צבינא ביה ולא קאימנא עימיה ובדקנא
פלונית דא ואתבררה לנא דעדין קטנה
היא וכתבנא וחתמנא ויהיבנא לה לזכות
ולראיה ברורה:

פלוני בר פלוני עד:
פליני בר פלוני עד:

INSTRUMENTUM RENUNCIATIONIS SPONSALIORUM.

Die Hebdomadis N. Dieq; Mensis N. N. Anno N. computationis N. renunciavit coram nobis Sponsalibus N. Filia ꝗ̃ *N. dixitq; : Mater mea,* (vel *Fratres mei,*) *obligarunt me, elocarunt me, & desponderunt me, quæ impubes sum* ꝗ̃ *N. Filio* ꝗ̃ *N. Nunc vero vobis mentem meam declaro, non placere mihi istum hominem, nec cum eo me victuram. Cæterum, exploravit nobis N.* (fœmina honesta, habitudinem corporis ejus,) *constititq; nobis, illam investem esse. Hæc igitur scripsimus, signavimus, illiq; dedimus, in fidem, & valiturum testimonium.*

N. Filius ꝗ̃ *N. vocatus testis.*
N. Filius ꝗ̃ *N. vocatus testis.*

Quod reliquum est, uti hactenus tantum, de potestate, quæ Matri, aut Fratribus, in Filias, Sororesque, Patre earundem mortuo competit, sermonem

nem fecimus; Ita, An superstite adhuc Patre, sed peregre profecto, Matri, vel Fratribus idem jus nascatur? parum liquet Judæis, & in ea re adhuc disputant: Even Haëser Hilch. Kidduschin p. 15. col. 2. קטנה שהלך אביה למדינת הים שהשיאוה אחיה ואמה הוו קדושין וצריכה מיאון וכי אתי אביה לא בעיא קדושין אחרי' וי"א שאינם קידושין ואפילו מיאון אינה צריכה: Id est: *Si filiolam parvulam, cujus Pater in longinquam abiit Regionem, Mater, ejusq; fratres despondeant, justa sunt Sponsalia, ita ut ad ea irrita reddenda requiratur, filia olim iis testatò renunciet: atq; si redeat Pater, novis Sponsalibus haud opus est. Sunt tamen aliqui, qui hæc Sponsalia pro nullis reputant, ita ut ne quidem ipsa desponsata, iisdem renunciare cogatur.* Sed huic quidem controversiæ decidendæ, judicem cœlitus sibi obventurum, Judæi fortasse præstolantur.

7. Vir nudus lapidibus obruitur &c.] Celebris Vir, Hugo Grotius, ad Johannis cap. VIII. commentans, explicaturus Lapidationis apud Hebræos ritum, non satis discrimen hoc observavit, ait enim nude, & indifferenter: *Statuebatur vir aut mulier, nudi parte aliqua, & manib. vincti, in catasta alta, quantũ bis fert mediocris hominis statura.* Clarius, & distinctius, docebimus totam rem, ex Codice nostro MS. Ez Hechajim Hilch. Dine Mammon. Unephasch. cap. 6. כך מצות הנסקל בית הסקילה גבוה שתי קומות היו מפשיטין המחוייב סקילה בגדיו רחוק בית הסקילה ד' אמות ומכסים ערותו לפניו ואין האשה נסקלה ערומה אלא בחלוק אחר: Id est: *Sic de Sontibus, sumtum fuit Lapidationis supplicium. Locus Lapidationis, altus erat, hominis staturam geminam. Huic vero pœnæ destinatum, vestibus exuebant, cum quatuor cubitos, ab illo loco abesset, velatis tamen ejus anterioribus. At Fœmina nequaquam nuda, sed interulam aliquam induta, lapidibus obruitur.* Cum hæc tam bene se habeant, & non possint non grata esse cordato Lectori, addam ex eodem præstantissimo Codice, quæ porro ad hunc ritum pertinent, ut omnia teneat. ועולה לבית הסקילה הוא ועדיו וידיו אסורות ואחד מן העדים דוחו על מותניו והוא נהפך ונופל על לבו בארץ אם מת בה יצא ואם לא מת מרחיפה זו מגביהין העדים האבן שהיתה מונחת שם משא שני אדם והעד השני מרפה ידיו ומשליך האבן על לבו אם מת בה יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל שנ' יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה: Id est: *Reus,* (exutus vestibus,) *ascendebat locum Lapidationis, suis comitatus testibus, manus habens ligatas. Ibi unus testium, dato lumbis,* (rei hominis) *impulsu valido, ut sese vertens, prono corpore in terram decidat, efficit. Si moriebatur* (hoc lapsu,) *acquiescendum erat: quod si vero vita quid esset reliquum, tollebant Testes lapidem, qui ibi in eum finem*

finem jacebat, & non nisi a duobus hominibus elevari poterat, atq; hunc alter testium in reum demisit: Sic extincto homine, supplicium peractum erat: animam vero adhuc agente, omnis adstans multitudo lapidibus ad necem usq; illum petebant: sic enim S.E. (Deut. XVII, 7.) Manus testium primum esto contra eum, ut morte afficiant eum; postea vero manus totius Populi. Confer Mischnam Sanhedrin c. 6. §. 4. Maimonidem Hilsch. Sanhed. cap. 15. & Mosen Kozensem fol. 188. col. 3. e quibus Autor Codicis nostri, sua est mutuatus.

8. Vir suspenditur, fœmina non item.] Pergimus liberales esse; ex eodem MS. communicaturi, quæ ad hancquoque rem illustrandam pertinent : מצות עשה לתלות המגדף והעובד ע״ז שני כי
קללת אלהים תלוי תרי מגדף. ועובד ע״ז נאמר את יי' הוא מגדף והאשה
אינה נתלית שני באיש חטא אבל כל ארבע מיתות איש ואשה דנין וכך
מצות הנתלין אחר שסקלוהו משקעין קורה בארץ והעץ יוצא ממנה ומקיפין
שתי ידיו זו לזו ותולהו סמוך לשקיעת החמה ומתירין אותו מיד ואם לאו.
עוברין בלא תלין נבלתו. אין תולין על אילן המחובר לקרקע רק על התולש
שלא יהיה מחוסר קציצה שהעץ שנתלה עליו נקבר עמו שלא יהיה
זכרון רע ואמר זהו העץ שנתלה עליו פלוני וכן האבן שנסקל בה וסייף
שנהרג בו ההרוג וסודרין שחונקין בהן הכל נקברין בתפיסת הנהרג אבל
לא נקבר * עצמו בצרו : id est : *Inter Ajentia Præcepta, est quoq; illud, ut blasphemi & idololatræ suspendantur.* S. E. (Deut. XXI, 23.) Nam blasphemiam Dei, (qui facit) suspensus esto : *Quibus verbis aperte blasphemus innuitur. Atq; de idololatra quoq;* (Num. XV, 30.) *dicitur, quod*, Dominum blasphemet. (Sequitur igitur, par utriusque esse supplicium.) *Cæterum fæmina*, (etsi horum criminum rea est, tamen) *non suspenditur, quippe* (Deut. XXI, 22. ubi de suspensione sermo instituitur) S.E. Cum erit in Viro peccatum : (quod, Scripturam fœminas exclusas velle, indicio est.) *Interim, quantum ad quatuor illa supplicia, quib, perimuntur sontes, attinet, iisdem tam viri quam fæminæ indiscriminatim affici debent. Sic vero peragitur Suspensio. Postquam* (homo blasphemus, aut idololatra) *lapidatione enectus est, defigitur trabs in terram, e cujus latere lignum quoddam prodit, ex eo per manus inter sese junctas prope occasum Solis suspenditur cadaver, & mox iterum tollitur, id enim nisi fiat, violaretur interdictum* (Deuter. XXI, 23.) Ne pernoctato cadaver ejus. *Non facienda suspensio, in arbore, quæ in solo radicata est, sed tantum in pridem evulsa, ne resectio vitium pariat, arbor enim in qua pependit*

*Non dubito, corruptam esse hanc vocẽ, legendumque נקבר

pependit cadaver, cum eodem illo sepelienda est, ne rei male ominatæ extet memoria, dicantq; prætereuntes: Hæc est illa arbor, in qua N. fuit suspensus. Atq; sic lapis, quo lapidatio, & gladius, quo capitis præcisio, & Sudaria quibus strangulatio, peracta sunt, sepeliuntur, haud procul a cadavere, (& in quatuor ulnarum ejus circuitu,) *ipsi tamen sepulchro, in quo cadaver conditum est, hæc non inferuntur.* Iterum juvabit, conferre Smag, & Maimonidem, locis supra indicatis, itemque Mischnam Sanhedrin dicto cap. 6. §. 4. Et vero, in Mischna hac, R. Elieser, contra communem Doctorum opinionem, non viros tantum, sed & fœminas suspensas fuisse asserit, eo tamen discrimine שהאיש תולין אותו פניו כלפי העם והאשה פניה כלפי העץ id est: *Ut Mas suspensus fuerit, faciem populo obversus, Mulier, faciem conversa ad arborem*: Sed huic sententiæ ab omnibus reclamatum est, definitumque non nisi in maribus suspensionem locum invenisse, unde id in Mischnam nostram fuit translatum. Decisionis hujus causa quærenda in illo Deut. XXI, 22. ותלית אותו Et suspendes *ipsum*: Ubi vox *ipsum* de fœmina accipi non potest. Hactenus dicta, liquido ostendunt, quantus magnorum Virorum error sit, qui antiquitatis Judaicæ ignari, suspensionem, in crucifixionem commutarunt, omnino persuasi crucis supplicium apud eam gentem moribus institutisque Majorum fuisse receptum: adversus quos Exerc. 16. in Annal. Baron. Num. 77. disputanti Casaubono, hæc nostra ferent suppetias, si evocentur.

9. Vir ob furtum admissum venditur] Codex noster MS. Ez Hechajim non potest satis laudari, ecce rursus in eo Hilch. Gonev Mammon c. 1. ad hæc declaranda, præsidium. קרן וכו״ה משלם ממטלטלין אין לו גובין ממטב שדהו אין לו כלום ב״ד מוכרין אותו ויתנו דמיו לנגנב שני׳ ואם אין לו ונמכר אין אשה נמכרת אין גנב נמכר על כו״ה רק על הקרן הקרן מאה ודמיו נ׳ נמכר ושאר הקרן עם כו״ה חוב עד שיעשיר דמיו מאה ואחד אין נמכר בגניבתי שיהיו כל דמיו נבלעין בגניבתו גנב ונמכר וגנב עוד לראשון יהיה הכל חוב ולא ימכר לשאר אנשים ואפי׳ למאה זה אחר זה נמכר מאה פעמים גנב לזה ועוד לזה ועוד לזה דמיו כנגד קרן שלשתן או פחות נמכר ומחלקין ושאר הכפליות חוב דמיו יתר לא ימכר והכל חוב שותפין שגנבו כאחת משלשין ביניהם וכל אחד נמכר בחלקו מן הקרן וכל שדמיו יתר על הקרן חיבו אין נמכר: Id est: (Fur, furti convictus) *restituit sortem,* (sive rem ablatam,) *& duplam, quadruplam, aut,* (pro circumstantiis admissi facinoris,) *quintuplam etiam æstimationem, ex bonis suis mobilibus. Si his careat, ejus quod inter immobilia bona optimum est, fieri debet auctio. Si nihil prorsus*

habeat, Magistratus loci eum vendit, & pretium illius dat domino rei ablatæ, secundum id quod S. E. (Ex. XXII, 3.) Si non est ei, vendatur. *Fœmina* (ob admissum furtum,) *non venditur; quin nec Vir venditur, ob duplam quadruplam aut quintuplam æstimationem, sed tantum propter Sortem. Si Sors æstimetur*, (exempli gratia, aureis) *centum, atq; fur æstimetur quinquaginta, vendendus est, ob residuum autem sortis, cum dupla, quadrupla, aut quintupla æstimatione, tamdiu in ære manet, quoad ditescat. At si pretium furis, sint aurei centum & unus, non vendi debet, nam* (ut venditio locum habeat,) *oportet ut totum furis pretium, in furtivæ rei æstimatione absorbeatur*, (nihilq; ex eo supersit.) *Si is qui post furtum admissum venditus erat*, (libertati postliminio restitutus) *iterum, eidem cui olim res subduxit, furtum faciat*, (porro haud venditur, sed donec rem paret,) *manebit debitor. Quod si idem, alii quid furetur*, (vendendus est,) *atq; si centies, ex intervallis*, (apud diversos patresfamilias clepserit,) *centies venit. Si quis & huic, & isti, & illi* (eodem tempore) *furetur, atq; furis pretium, sortem rerum ablatarum æquet, aut minus sit, vendi debet, atq; æqua facienda divisio, ob pœnales vero æstimationes, permanet obæratus. Si furis pretium majus sit, pretio rerum ablatarum, haud vendere eum licet, sed totum debitum illi credendum. Si* (fures tres,) *facta societate, simul furentur*, (rei ablatæ pretium) *inter ipsos æqualiter dividendum est, atq; eorum quisq; ob partem sortis quam luere cogitur, vendendus; sed si alicujus horum pretium, amplius sit, ea portione sortis quæ se tetigit, vendi prohibetur.* His consona sunt apud Maimonidem Hilch. Geneva c. 3. Schulchan Aruch parte Choschen Mischpat p. 119. col. 2.

10. Fœmina ob furtum &c.] Iis quæ in hanc rem jam modo attulimus, addendum Maimonidis dictum, Hilch. Avadim c. 3. §. 6. אין האשה נמכרת בגניבתה וכן אינה מוכרת את עצמה ואינה קונה לא עבד עברי ולא עבד כנעני מפני החשד׃ id est: *Fœmina ob commissum furtum non venit, pariter nec seipsam venundare potest. Eadem, nec Servum Hebræum, aut Cananæum sibi emit, vitandæ scilicet sinistræ suspicionis causa.* Cæterum, neque hoc, de fœmina ob furtum non vendenda, Magistri temere statuisse videri volunt, causando Ex. XXII, 3. בגנבתו diserte legi, atque huic verbo quod affixum est, tantum ad mares attinere.

11. Nequit] Dictum est hactenus, de differentiis, quæ intercedunt, inter Virum & Fœminam, quare, non alienum a proposito est, ex Mischnæ Biccurim cap. 4. nunc porro docere, quid boni de ANDROGYNO qui & virili & muliebri sexu, ex æquo præditus est, Hebræorum Jure consulti censeant. Atque tanto majus operæ pretium referemus, quia illud caput, in Talmudis omnibus, Mischnæ quoque plerisque, quas nobis tractare licuit, Editionibus, abesse deprehenditur,

nec

nec a quoquam Commentatorum, quod equidem ſciam, fuit explicatum. Quia igitur nihil, in Rabbinis mihi præſidii, fatendum prius ingenue, occurrere hic quaſdam difficultates, & contradictionem quoque apertiſſimam, in quibus explicandis conciliandisque, non perfunctorie defatigatus ſum. Fortaſſe idem quisque experietur, qui remota noſtra verſione, novæ concipiendæ, volet facere periculum. Unde apud rerum benignos æſtimatores, ignoſcendi dabitur locus, ſi me alicubi lapſum ſentient. Ea ſpe fretus, jacio aleam.

אנדרוגינוס יש בו דרכים שוה לאנשים ויש בו דרכים שוה לנשים ויש בו דרכים שוה לאנשים ונשים ויש בו דרכים אינו שוה לא לאנשים ולא לנשים כיצד שוה לאנשים מטמא בלובן כאנשים חוקק לייבום כאנשים ומתעטף ומסתפר כאנשים ונושא אבל לא נישא כאנשים וחייב בכל מצוות האמורות בתורה כאנשי׳ : כיצד שוה לנשים מטמא באודם כנשים ואינו מתייחד עם האנשים כנשים ואינו עובר על בל תקיף ולא על בל תשחית ולא על בל תטמא למתים כנשים ופסול מן העדות כנשים ואינו נבעל בעברה כנשים ונפסל מן הכהונה כנשים : כיצד שוה לאנשים ולנשים חייבים על מכתו ועל קללתו כאנשים וכנשים וההורגו שוגג גולה ומזיד נהרג כאנשים וכנשים ויושבת עליו דם טמא ודם טהור כאנשים וכנשים וחולק בקדשי קדשים כאנשים וכנשים ונוחל לכל הנחלות כאנשים וכנשים ואם אומר הריני נזיר שוה * איש ואשה הרי זה נזיר : כיצד אינו שוה לא לאנשים ולא לנשים אין חייבים לא על מכתו ולא על קללתו לא כאנשים ולא כנשים ואינו נערך לא כאנשים ולא כנשים ואם אומר הריני נזיר שוה * לא איש ולא אשה אינו נזיר :

* Sic eſt in Miſchna Amſtelodamenſi, quæ vocales adſcriptas habet, ſed præfero שוהו prout legitur in editione cui Bartenora & Maimonides adduntur.

* Iterum malo legere שוהו


Id eſt: *Androgynus, in quibusdam caſibus reputatur pro Mare, in quibusdam pro Fœmina: In quibusdam caſibus cum utriſq;, in quibusdam cum neutris participat. Qui ſunt illi caſus, in quibus reputatur pro Mare? Scilicet: Ex gonorrhœâ immundus redditur, uti mares. Fratris ſine prole maſcula defuncti viduam, Leviratus jure ducit, aut ſi ipſe orbus filio diem obeat, ejus uxor ſuperſtes, Leviratus jure ducenda eſt, in quo & ipſo mares imitatur. Porro, virili utitur veſte, atq; virorum inſtar comam barbamq; detondendi jus habet. Amplius, ducit uxorem, neq; ipſe ducitur. quod iterum cum maribus ei commune eſt. Deniq; virorum inſtar, ad implenda omnia Divinæ Legis præcepta obligatur,* (cum fœminæ a multis, præcipue quæ Ajentium numero ſunt, immunitatem habeant.) *Qui ſunt illi caſus in quibus Androgynus reputatur pro Fœmina? Cum ſanguinis fluxum patitur; pollutus habendus eſt, uti fœmina. Non licet ei ſolo cum maribus morari, prorſus uti nec fœminis idem facere licet. Ad Androgynum non attinent interdicta,* (quibus Deus Levit. XIX, 27.) *angulos capitis, angulosq; barbæ præſcindere ac radere vetat: quæ & ipſa ad mulieres nihil attinent.* (Si Sacerdote genitus ſit Androgynus,) *filiarum quas Sacerdotes procrearunt, inſtar, mortuis ſeſe promiſcue polluere ei licet. Eſt porro Androgynus ineptus ad dicendum teſtimonium, plane uti fœmina. Sunt quoq; Androgyno dicta omnes leges, quæ Levitici* XX. *inhoneſtos muliebres concubitus concernunt, ne quid turpe in ſe addmittat, uti quoq; fœminis in ſcelus conſentire nefas eſt. Adde* (quod Sacerdote genitus Androgynus,) *miniſteriis ſacris in templo non fungitur, a quibus arcentur & fœminæ. Qui ſunt illi caſus, in quibus & cum Maribus & cum fœminis Androgynus participat? Si quis Androgynum percutiat, ſecundum leges* Exodi XXI, 18. ſeqq. *deſcriptas, judicandum erit, & quæ obtinent, ſive virum ſive fœminam quis percutiat. Itemq; ex lege* Levit. XIX, 14. *non imprecandum Androgyno, quæ ipſa, & viris & fœminis imprecari prohibemur. Qui Androgynum caſu occidit, in civitatem aliquam refugii exulatum ire debet, ſed qui data opera Androgynum vita privat, morte afficiendus eſt, quod idem tam in fœminarum quam marium, ſive forte, ſive ex deſtinatione factis cædibus, obſervatur. Si quem Androgynum mater peperit, præceptis puerperii, quæ Levit. XII. de diebus immundis atq; de diebus purgationis ſanguinis, habentur, mos gerendus eſt, plane uti cum marem aut fœminam, quæ mulier enititur, obſervatio dierum immundorum & purificationis exigitur.* (Veriſimile vero eſt, dies immundos XIV. & purificationis XXX. puerperam quæ Androgynum edidit, computare debere, ut legi utrique præſtetur obſequium, & maximus numerus dierum immunditiei, ex lege attinente ad puellarum, & minimus dierum purificationis, ex lege attinente ad puerorum procreationem, capiatur.) *Porro herciſcundæ familiæ Androgyno jus eſt, prorſus uti virilis aut muliebris ſexus*

liberis

liberis cæteris. *Tandem si quis* (Androgynum intuens,) *dicat*: Naziræatum voveo, istum & virum esse, & fœminam. *Tum qui hæc protulit, Naziræus esse cogitur.* *Qui sunt illi casus, in quibus Androgynus nihil, nec cum viris, nec cum fœminis participat? Si* (pater) *sit Androgynus, tum qui eum percutiunt, aut qui ei maledicunt* (liberi,) *supremo supplicio affici non debent, quod quidem Androgynus proprium & peculiare habet*, (nam liberis cæteris tale quid adversus parentes audentibus, ob Leges Divinas Ex. XXI, 15. 17. literis consignatas, id capital fuerit.) *Sed nec Androgyni ulla est æstimatio, ac proinde non attinent ad eum quæ Levit. XXVII. de virorum & fœminarum æstimatione proponuntur.* *Postremo, si quis dicat*: Naziræatum voveo, istum nec virum esse nec fœminam: *Tum, qui hæc protulit, a Naziræatu liber est ac immunis*: (proprie enim nec vir est Androgynus, nec mulier, sed simul utrumque.)

Olim, cum inter cætera ostenta, Androgynus Romæ natus esset, ibi Livii l. 27. Histor. c. 13. testimonio, id prodigium majoribus hostiis procuratum, & supplicatio circa omnia pulvinaria, & obsecratio in unum diem, indicta: & decretum, ut C. Hostilius Pr. ludos Appollinis, sicut iis annis voti factique erant, voveret faceretque. Alio tempore, quod est apud eundem Livium l. 31. c. 12. nati Androgyni, extemplo in mare deportari jussi sunt: Tanta apud Romanos Androgynorum erat exsecratio. Sed nos, nihil sinistri ominamur, etsi cum Androgyno multum negotii nobis intercessit, eumque hujus capitis constituimus colophonem.





EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ג׃ CAPUT III.

אגדת א׃ EXCERPT. I.

מני מתניתין דתנייא כמה זכות תולה שלש' חדשים כדי הכרת עובר שנאמר ונקתה ונזרעה זרע דברי אבא יוסי בן חנן רבי אלעזר בן יצחק איש כפר דרום אומר תשעה חדשים כתיב הבא ונקתה ונזרעה זרע וכתיב התם זרע יעבדנו יסופר לי' לדור זרע הראוי לספר רבי ישמעאל אומר שנים עשר חדש ואף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר שנ' להן מלכא מ מלכי ישפר עלך וחטייך וגו בצדקה פרוק' ועוייתך במיחן ענין הן תיהוי ארכא דכתיב לשלותך וכתיב כולא מטא

1 AD cujus mentem erit δευτέρωσις? Traditio extat: Quamdiu bonum aliquod opus (*vindictam*) suspendit? Per tres Menses. (*Tamdiu scilicet,*) quoad agnosci queat, an mulier uterum ferat: Q.S.E.[2] (Num. V, 28.) *Insons erit, quoad ferat semen.* Atque hæc sententia est Abba Jose, filii Chanan. R. Eleasar F.I. e [3] Cephar-derom oriundus, ait, ipsos menses novem, (*ob pietatem impediri posse effectum,*) [4] quia in loco adducto legitur: *Insons erit quoad consequatur semen.* Alibi vero: (Ps. nimirum XXII, 31.) *Semen serviet ei, narrabitur Domino in generationem.* (*Ergo* [5] *significatur*) semen, aptum (*ad laudem*) enarrandam. R. Ismaël (*universos*) duodecim menses (*differri*) contendit: [6] Atque, etsi firmo argumento id probare haud potest, habet

על נבוכד נאצר מלכא וכתיב לקצת ירחין תרי עשר לעולם רבי ישמעאל היא ואשכחן קרא דתאני ומתלית דכתיב כה אמר ה׳ על שלשה פשעי אדום ועל ארבעה לא אשיבנו ומאי אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר דאיכא לם למפרך דלמא שני גוים דלא מיפקד דינא עלייהו:

habet tamen qualemcunq; rationem topicam: [7] Q.S.E. (Dan. III, 57.) *Quapropter* [8] *o Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua justitia abrumpe; & iniquitates tuas gratia erga afflictos:* [9] *Sic erit prorogatio tranquillitati tuæ.* Sequitur ibidem: (v. 59.) *Totum hoc supervenit Nebucadnezari Regi.* Denique subjungitur (c. IV, 1.) [10] *Exactis mensibus duodecim.* (*Igitur* δευτέρωσις) non potest non esse [11] ad mentem R. Ismaëlis, nam locus nobis (*Scriptura*) suppetit, quo iterare & [12] tertiare (*Deum moras, docetur.*) Q.S.E. (Amos I, 11.) *Sic ait Dominus: Ter quidem defectiones Edomi, sed non quater avertam istud.* [13] Quare autem paulo ante dictum, firmo id argumento probari non posse, sed tantum qualicunque topica ratione? Quia potest quis instare, (*diceréq;*:) [14] Forsitan Gentilium diversa ratio est, nam adversus eos, sententia non confestim promulgatur.

ANNOTATA.

1. Ad cujus mentem erit δευτέρωσις?] Sic prout edidimus, nude legunt Codices En Jacob. At Talmudis Editiones longe plenius habent: מני מתני׳ לא אבא יוסי בן חנן ולא ר״א בן יצחק איש כפר דרום ולא ר׳ ישמעאל דתניא אם יש לה זכות תולה לה ג׳ חדשים כדי הכרת וכו׳: Sed tamen, sensus etiam in libris En Jacob constat, hoc enim Gemara vult dicere: Sunt variantes, de dilatione, qua Deus in exercenda vindicta, utitur, Magistrorum apud nos sententiæ, eæq; mox afferentur. Hinc jam simul, occasio dabitur quærendi, cum quo illorum Mischnæ nostræ, hactenus conveniat, dum perhibet, aquarum Sotæ, vim feralem, per annos tres etiam, posse suspendi?

2. In-

2. Inſons erit, quoad ſerat ſemen] Huc tendit, illa quam Abba Joſe, innuit collectio: Quia *inſons erit*, neceſſe eſt, bonum aliquod opus præceſſerit: Illud vero, & *ſerat ſemen* de eo intervallo temporis capiendum videtur, poſt quod agnoſci poteſt, ferre mulierem uterum, id eſt de menſibus tribus.

3. Cephar-Derom] Uſitatiſſimum fuit Judæis, locorum nomina cum כפר componere, non ſecus ac nos Germani in re ſimili vocem *Dorf*, aut *Statt*, creberrime adhibemus, Galli vero, ſuum *Ville*, ſolent ſubnectere. Quia in Novo Teſtamento *Capernaumi*, quæ urbs כפר נחום Hebræis ſonat, toties mentio injicitur, hujus in gratiam, non pigebit afferre, quæ obſervavimus, nomina ejusdem generis: כפר תמרתא Habemus infra cap. 7. in Excerptis noſtræ Gemaræ: כפר נבוריא & כפר גבור in Megilla fol. 18. a. כפר חיטייא in Chagiga fol. 5. b. כפר מנדי in Excerptis Jeruſchalmi, quæ extant in En Iſraël fol. 187. col. 4. כפר הינו in Ketuvot fol. 112. a. כפר ביש item כפר שחליים nec non כפר דכריא præterea כפר סכניא occurrunt in Gittin fol. 57. a. כפר דמאי : כפר חנינה : כפר הבבלי legas apud Maimonidem Hakd. Sed. Seraim. In Libello de Cippis Hebræorum, quem Hottingerus edidit pag. 51. כפר סגן pag. 57. כפר נוח & pag. 63. כפר מנרה : כפר כינה atque כפר גנם memorantur. Agmen claudat locus e Schalſch. Hakkab. p. 34. a. בב״ק פרק מר * ובית בתוספות אומרים שארם נהרים שהיה יושב לבן הארמי וארם צובא שכבש דוד המלך הכל א׳ והזוהר פרש׳ וירא אומר כי מתא מחסיא היתה נקראת כפר טרשא ולפי שהיו מתים שם הרבה במגפה רב אחא התירם בתשובה ולמד אותם שיאמרו בכל יום פרש תתקטורת ונתרפאו ואפ קראו המקום ההוא מתא מחסיא׳ Id eſt: *In Bava Kama c. 7. & in ejusdem Toſephot, dicitur, Aram Nabaraim, quam incoluit Laban Aramaus, & Aram Zoba quam David ſubegit, civitatem eandem eſſe. Porro in Sohar ad Sect.* וירא *legimus, quod Meta Mechasja quondam vocata fuerit* Kephar Tarſcha, *cum vero ibi peſte homines plurimum perirent, ad pænitentiam eos perduxit, R. Acha, autorq; illis fuit, ſingulis diebus Pericopen quæ de ſacro ſuffimento agit,* (& Ex. XXX, 34. ſeqq. extat,) *recitarent,* (quod cum feciſſent,) *ceſſavit peſtis, illiq; urbi nomen* Mata Mechasja *inditum.*

* Legendum מרבית

4. Quia in loco adducto &c.] Paulo aliter Talmudis Editiones, שנאמר נקתה ונזרעה זרע ולהלן הוא אומר זרע יעבדנו וכו׳ quo diſcrimine nullum levius.

5. Signi-

5. Significatur semen &c.] Id, conferendo locum PE XXII, 31. concludit R. Eleasar, nequaquam Num. V, 28. intelligi semen, quod suam tantum in utero prodit conceptionem, sed potius tale, quod in hominem perfectum evasit, & in dias auras luminis prodiit, cum hoc solum, Deum laudare, eique servire, queat. Quare infert, necesse esse, ut vindicta, minimum menses novem differatur, quoad mulier suo partu sit levata.

6. Atque etsi firmo argumento &c.] Usitata hæc est, in Talmude, aliisque libris antiquis formula. Ac quod ad Talmud attinet, non nisi ad Pesachim provocabimus. Legitur fol. 7. b. בודקין את החמץ לאור הנר אעפ שאין ראייה לדבר זכר לדבר שנ׳ שבעת ימים שאור לא ימצא Id est: (Nocte ante paschatis pervigilium,) *fermentum ad candelæ lumen perquirendum, cujus rei, etsi firmum argumentum, tamen qualiscunq; ratio non deficit*: Q. S. E. (Ex. XII, 19.) Septem diebus fermentum non reperietur. Sequitur mox: תנו רבנן אין בודקין לא לאור החמה ולא לאור הלבנה ולא לאור האבוקה אלא לאור הנר מפני שאור הנר יפה לבדיקה ואעפ שאין ראייה לדבר זכר לדבר שני שבעת ימים שאור לא ימצא: Id est: *Ita tradentibus Magistris, non perquirendum fermentum, nec ad Solis, nec ad Lunæ, nec ad Facis accensæ lumen, sed ad lumen candelæ, hoc enim rebus perquirendis aptissimum, cujus rei etsi firmum &c.* In eodem tractatu fol. 53. a. extat: תניא רבן שמעון בן גמליאל אומר סימן להרים מילין סימן לעמקין דקלים סימן לנחלים קנים סימן לשפילה שקמה ואף על פי שאין ראייה לדבר זכר לדבר שני ויתן המלך את הכסף בירושלם כאבנים ואת הארזים נתן כשקמות אשר בשפלה: Id est: *Extat traditio, dixisse R. Simeonem Gamalielis filium: Indicium montium sunt Fraxini: indicium Vallium sunt Palmæ, Indicium Amnium sunt Cannæ, indicium Planitiei sunt Sycomori. Atq; etsi solida hujus asserti ratio non suppetit, suppetit tamen quædam πιθανότης* Q. S. E. (1. Reg. X, 27.) Et reddidit Rex argentum Hierosolymæ ut lapides, & Cedros reddidit ut Sycomoros, quæ crescunt in planitie. Siphri fol. 4. col. 1. לימד על בנות ישראל שהן מכסות ראשיהם ואף על פי שאין ראיית לדבר זכר לדבר ותקח תמר אפר על ראשה: Id est: (Quia Sacerdos Sotæ crines disturbavit) *docetur, mulieres judaicas, tectis fuisse capitibus, ejusdemq; rei etsi non argumentum evidens, saltem qualiscunq; probatio peti potest ex illo*: (2. Sam. XIII, 19.) Tum Thamar assumtum cinerem imposuit capiti suo.

7. Q. S. E. Quapropter] Codices En Jacob שנאמר Tal-

mudis דכתיב legunt, inter quæ nihil fere intercedit discriminis, quare ista lectionum diversitas, ut ejus fieret indicium, ne merebatur quidem.

8. O Rex consilium meum] His verbis, denique alloquitur Daniel Nebucadnezarem, cum prius pœnam, qua Deus in illum erat animadversurus, prædixisset.

9. Sic erit prorogatio] Id est: Sic illud malum, quod capiti tuo jam imminet, & actutum te manere debebat, nonnihil differri poterit.

10. Exactis mensibus duodecim] Omnia eventus comprobavit, quæ Daniel, de brutali vita a Nebucadnezare agenda, prænunciaverat, nihilo minus executio per menses duodecim dilata est, nam morem is gesserat, Danieli bene monenti, & bonum opus fecit. Quale illud? Nimirum, si R. Salomoni credimus: היה מקבץ בכל יום עניי ישראל שהביא בגולה והיו צריכין למזונות ומפרנסן; Id est: *Quotidie Judæos pauperes, quos ipse captivos abduxerat, cibo egentes, congregavit, eosq. aluit.*

11. Ad mentem R. Ismaëlis.] Si quid judicare possum, proba, sana, & necessaria est lectio, quam exhibemus. Talmudis Editiones, in quibus est: לעולם ר' ישמעאל ואשכחן קרא דאמר ותני דכתיב כה אמר וגו'; non admodum moror.

12. Tertiare moras &c.] Hoc volunt: Constat ex supra dictis, primum apud Deum dilationis terminum, esse mensium duodecim: jam quia probatum dare possumus, hunc terminum nonnunquam ab eo triplicari, proinde consequens est, fatalem dilationis apud Deum terminum, esse annorum trium.

13. Quare autem paulo ante dictum &c.] Id est: Cum ejus assertionis fundamentum, ipsius Scripturæ dicti, nitatur autoritate, non dicendum erat, topicam tantum ad isthæc probanda, suppetere rationem. Sic pariter in Massechet Purim, sive lepidissimo illo Pseudo-Tractatu Talmudico, cujus editionem ex Vaticano & Nostro, MSS. Codicibus, emendatissimam, in Præfatione hujus operis, recepimus, instituitur dissertatio. Mischna cap. 2. habet: הכל חייבין בשתיית פורים ותפנוקות מחנכין אותם למצות בן כמה יהא הקטן ויהיה חייב בשתיית אחרים אומרים משיזמינו עליו לוי אמר אני אומר בן שבעה ימים כדי שתקדים מצות פורים לברית מילה ואף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר שנ' סבאך מהול Id est: *Quisq. in Festo Purim ad strenue potandum obligatus est, & adeo Infantes quoq. hujus Præcepti observatione initiare oportet.*

Qua

Quæ vero ætas in Puero requiritur, ut potare illum necesse sit, (non arbitrarium?) *Sunt qui hoc ad id tempus restringunt, quo in precibus recitandis ejus habetur ratio*, (& quo pubes factus, inter precantes numerum facit.) *At Levi ait: Ego septiduum determino, ut præceptum Purim, fœdus Circumcisionis antevertat. Atq; licet ejus rei argumentū evidens deficiat, suppetit tamen indicium: Nam* (Es. I, 22.) S.E. Vinum tuum circumcisum est. In Gemara deinde sequitur: ואף על פי שאין ראייה לדבר ראיידה מעלייתא היא מהו דתימ' דברי תורה מדברי קבלה לא ילפינן קא משמע לן דהא גילוי מלמא היא: Id est: *Ain tu argumentum deficere? utiq; argumentum est evidentissimum*, (ex ipsa Scriptura desumtum.) *Scilicet causari posses, ea quæ præceptum aliquod continere dicuntur, non petenda esse e Prophetis.* (Cum igitur, Esaiæ tantum loco, utatur Levi,) *ideo dixit, probationem esse vulgarem.* Vide Maimonidem in præfat. Seder Seraim, aut Pocockii Portam Mosis p. 42.

14. Forsitan Gentilium &c.] Id est: Forsitan a Gentilibus, ad Judæos, & horum Sotas, non valet collectio. Nam erga Gentiles benignior est Deus in hoc mundo, & si quid boni ab iis fit, hoc uberrime repensat, tardissimeque ad eos puniendos progreditur: quippe cum in altera vita, satis pœnarum ipsos æternum maneat. Enimvero, adversus Judæos, severior nunc paulo Deus est, & illorum perperam facta continuo punit, nec vel hilum condonat, ut expiati, beatitudine olim fruantur cœlesti. Taanit p. 11. a. כשם שמשלמים שכר לצדיקים בעולם הבא אפילו על מצוה קלה שעושין כך משלמים שכר לרשעי' בעולם הזה אפילו על מצות קלה שעושין: Id est: *Uti in æterna vita, Piis, rependitur præmium, boni operis etiam levissimi, quod perpetrarunt: Ita in hac vita, rependitur Impiis præmium, cujusq; levissimi boni operis.* Dicit aliquid, his nonnihil affine, Abrahamus ad Heluonem damnatum Luc. XVI, 25. Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

ב

פיסקא ויש זכות תולה שלש שנים: זכות דמאי. אי לימא זכות דתורה הא אינה מצווה ועושה היא: ואי

II.

Commentatio. *Est meritum suspendens effectum per annos tres.* Cujus (*boni operis*) meritum, (*effectum tam diu moratur?*) An dicendum, meritum (*studii*) sacrarum literarum? Atqui (*Fœmina*)

זכות דמצוה ומי מגנה כ
כולי האי והתניא את זו דרש
רבי מנחם ברבי יוסי כי נר
מצוה ותורה אור תלה הכתו׳
את המצוה בנר ואת התור׳
באור לומר לך מה נר אינו
מאיר אלא לפי שעה אף מ
מצוה אינה מגינה אלא לפי
שעה ומה אור מאיר לעולם
אף תורה מגינה לעולם ואומר
בהתהלכך תנחה אותך וגומר
בהתהלכך תנחה אותך בעולם
הזה בשכבך תשמור עליך זו
מיתה: והקיצותה היא תשיחך
לעולם הבא: משל לאדם
שהיה מהלך בדרך באישון
לילה ואפלה ומתיר מן הקוצי׳
ומן הברקנים ומן הפחתי׳ ומ
ומחיה רעה ומן הלסטי׳ ואינו
יודע באיזו דרך מהלך נז
נזדמנ׳ לו אבוק׳ של אור ניצל
מן הקוצי׳ ומן הברקני׳ ומן ה
הפחתים ועדיין מתירא מחית
רעה ומן הלסטים ואינו יודע

mina) [2] injussa [3] id facit. [4] Quod si vero de merito (*servati*) alicujus præcepti id accipias: nū hoc tamdiu protegere potest? Nam ut habet traditio; sic R. Menachem F. R. I. ratiocinatur: (Scriptum est Prov. VI, 23.) *Quia Præceptum lucerna est, & Lex lux.* Comparat Scriptura Præceptum lucernæ, [5] Legem autem luci, ut te doceat: Sicut [6] Lucerna non collustrat, nisi per horam (*sive, ad tempus*:) Sic Præceptum (*servatum*,) non protegit, nisi per horam. At vero, [7] sicut Lux æternum collustrat, ita etiam Lex, æternum protegit. Præcedit enim ibi (v. 22.) *Quocunque itabis, deducit te*: Atque hæc quidem verba, quadrant in vitam præsentem. *Cum cubabis, observabit te*: His ad mortem respicitur. *Cum experrectus fueris, illa confabulabitur tecum.* Hæc capienda, de [8] Vita æterna. Nimirum, desumi potest comparatio, ab Homine, qui [9] iter facit nocte tenebrosa, & obscura; is metuit sibi a spinis & tribulis, a foveis, feris, [10] & latronibus, [11] nescit præterea, qua via incedat. [12] Si obtingat illi fax accensa, liberatur quidem a spinis, [13] tribulis & foveis; attamen [14] formidat

באיזו דרך מהלך כיון שעלה
עמוד השחר ניצל מחיה רעה
ומן חלסטים ועדיין אינו יודע
באיזו דרך מהלך כיון שהגיע
לפרשת דרכים ניצל מכלם
דבר אחר עברה מכבה מצוה
אין עברה מכבה תורה שנ׳
מים רבי׳ לא יוכלו לכבו׳ את
האהבה אמר רב יוסף מצוה
בעידנא דעסיק בה מגנה ומ
ומצלה בעידנא דלא עסק בה
אגוני מגנה אצולי לא מצלה
תורה בין בעידנה דעסיק בה
בין בעדינ׳ דלא עסק בה מג
מגנה ומצלה מתקיף לה רבא
אלא מעתה דואג ואחיתופל
מי לא עסקי בתורה אמאי
לא הגינה עלייהו אלא אמר
רבה תורה בעידנ׳ דעסיק בה
מגנה ומצלה בעידנ׳ דלא עס
עסיק בה אגוני מגנה אצולי
לא מצלה מצוה בין בעידנא
דעסיק בה בין בעידנא דלא
עסיק בה אגוני מגנה אצולי

midat adhuc feras ac latrones, ignoratque quam viam insistat. [15] Exorto Lucifero, a feris & latronibus [16] liberatur, nec dum tamen perspectum habet, qua via ambulet: Tandem in Regiam viam delatus, ab omnibus liberatur. (*Addamus*) simile dictum aliud. [18] Peccatum delet (*meritum servati*) præcepti, sed peccatum non delet (*meritum, contractum ex studio divinæ*) legis. Q. S. E. (Cant. VIII, 7.) *Aquæ multæ non possunt extinguere* [19] *amorem.* Ait R. Joseph: Præceptum eo momento quando quis eidem operatur, protegit atque eripit; eo vero tempore, quo quis eidem non operatur, protegit quidem, non tamen eripit: Cæterum Lex divina, tam eo tempore quo quis ejus studio intentus, tam eo quo quis ab eodem vacat, [20] & protegit simul, & eripit. Objecit [21] Raba: Atqui, annon Doë, & Achitophel legem sacram didicerant, quare igitur eos non protexit? Hanc ob causam Raba (*vult corrigendum esse istud dictum, atq; hac ratione efferendum.*) Lex Divina, cum quidem, quando quis ejus studio intentus est, protegit & eripit; quando quis

לא מצלה רבינא אמר לעולם זכות תורה ודקאמררת אינה מצווה ועושה נחי דפקודי לא מפקדי באגר דמקריי בנייהו ומתניין בנייהו ונטרן לגברייהו עד דאתו מבי רבנן מי לא מפלגי בהדייהו:

autem animum remisit, protegit quidem, sed non eripit. Præceptum, & quando quis illud servat, & quando cessat, protegit quidem, sed non eripit. Rafina (*quæstionem initio propositam definiturus*) dixit: Omnino meritum ob studium Legis (*intelligitur, illudq; prodest, ad impediendum aliquantisper, effectum aquarum.*) Quod vero objeceras, fœminam injussam illi se dedisse; concedo sane, mandatum (*de hoc, ipsas, atq; sic ex consequenti præmium quoq;*) nullum habere: attamen quia [22] filios Scripturam, & δευτερώσεις addiscere faciunt, [23] virosque operiuntur, donec ex Academia redeunt, [24] annon mercedem (*ob legis studium*) cum utrisque illis, eas participare (*credendum est?*)

ANNOTATA.

1. Est meritum &c.] Age! videamus, quomodo populares Judæi, multa hujus Pericopes, sermone vernaculo, in suis Maamedot expresserint: *Es ist oft ein* זכות *der da hengt drey Jahr. Was für ein* זכות *is das da hengt drey Jahr? wilstu sagen den* זכות *von der* תורה *daß sie gelesnt* hat. Is sie doch nit geboten zu lernen* תורה *und wen einer ein* מצוה *thut, daß er nit geboten is, der hat nit aso ein gros* שכר *as derselbig, der da is geboten die* מצוה *zu thun, und thut sie. Da kan es nit sein der* זכות *von der* תורה *Wilstu den sagen den* זכות *von der* מצוה *das sie gethan hat, haben mier doch gelernt, das dasig hat gedarscht* רבי מנחם *bar* רבי יוסי *der* פסוק *sagt, wann ein Liecht is die* מצוה *und die* תורה *leicht, er hengt der* פסוק *die* מצוה *an ein Liecht, und die* תורה *an leichten, zu sagen zu dier, wie is ein Liecht, sein Liecht leicht nit anderst neiert noch* שעות *Aso auch die* מצוה *die leicht nit, neiert noch* שעות *Und die* תורה *an den leichten. wie is das leichten, das leicht ewig, aso is ach die* תורה *die leicht ewig. Und der* פסוק *sagt auch in* משלי *Gehn sie wert führn dich, in deinen ligen sie wert hüten dich, und wen du werst entwachen, sie wert reden von dier. In deinen gehn,* in diesem* עולם *und, in sie wert führen dich, das meint in deinen ligen sie wert hüten dich, das meint im* קבר *und wen du wirst entwachen, si wert reden von*

* Lege gelernt.

* Sic credo restituendū locum: In deinem gehn sie wert führen dich, das meint in diesem עולם In deinem ligen &c.

di-

der, das meint die תחיית המתים *Ein ander* פשט *ein* עברה *verloscht ein* מצוה *und aber ein* עברה *loschen die Liebschaft, und Bäch sie nit können verloschen die* תורה *as der* פסוק *sagt: Viel Wasser, nit sie können verflözen sie. Und er sol geben ein Mann, al gut, seinem Haus, um vvillen der Liebschaft, verschemen sie vvern verschemen zu ihm. Nun is von das als gehört, daß der* זכות *von die* מצוה *is nit sehr gros, daß sie kan aso lang beschützen. Er sagt* רבי יוסף *und vvar die* קשיא מתרץ *es vvert manen von* זכות *von der* מצוה *vvarum die* מצות *in der Zeit daß er sie thut, sie beschützt ihn von dem Unglück, und beschirmt ihn von* יצר הרע *Aber in der Zeit daß man nit geschäft an sie, beschützen sie beschützt vvol von dem Unglück, aber Beschirmung nit sie beschirmt von* יצר הרע *Und aber die* תורה *die is nit aso neiert es sey in der Zeit daß man geschäft an sie, oder es sey in der Zeit daß man nit geschäft an sie, da beschützt sie von Unglück, und beschirmt von* יצר הרע *Nun is gehört von die red von* רבי יוסף *vven schon der* זכות *von der* מצות *is nit aso gros as der* זכות *von der* תורה *noch gleichvvol is der* זכות *von der* מצוה *daß sie beschützt von dem Unglück, und das is der* זכות *daß er hat oben gelernt. Und es is ein* זכות *der da hengt drey Jahr. Das dasig redt von einer* סוטה *daß der Mann macht sie trincken die bittern Wasser zu sehen ob sie hat* מזנה *gevvesen oder nit, und auf das sagt er, und es is oft ein* זכות *vvan sie schon hat* מזנה *gevvesen, daß der* זכות *beschützt auf drey Jahr.*

2. Injussa] Sic persuasum est Judæis, nec ad discendas, nec ad docendas Divinas literas, præceptum ullum Mulieres habere. Consummatissimus Codex noster Ez Hechajim Hilch. Talmud Tora c. 1. מצות עשה ללמד התורה נשים ועבדים פטורים פי׳ נוטל ומה שהנשים נטרי לגוברייהו פלגי בשכר קטן חייב אביו ללמדו כל הפטור ללמד פטור ללמוד חייב אדם ללמוד בנו ובן בנו ובן חברו אלא שבנו קודם לבן בנו ובן בנו לבן חברו וחייב לשכור מלמד לבנו ולא לאחרים: Id est: *Ex Ajentium Præceptorem numero est, Docere Legem; sed ab ea re Mulieres, & Servi excipiuntur. Secundum illa tamen, quæ in Sota c. 3. tradunt Magistri, participant fœminæ, maritorum discentium præmia, quippe quos domi præstolantur. Filiolum pater docere tenetur. Quisquis vero a docendo liber est, liber est quoq; a discendo. Et vero, tenetur quisq; docere filium suum, itemq; nepotem suum, quin & filium τοῦ πλησίον· At filius, nepote; Nepos, filio τοῦ πλησίον, posteriores sunt: unde & obligatur quis ad conducendum præceptorem filio suo, id quod tamen aliis præstare non tenetur.* Confer Maimonidem eorundem Hilch. c. 1. §. 1.

3. Id facit] Supple post ista: Quod si igitur Fœminæ non nisi, injussæ, Legi Divinæ operam dant, haud verisimile est, eam quæ sic ultro

animum

animum ad diſcendum tranſtulit, tantum manere præmium, ut ſicubi ipſam adulterii ream fieri contingit, vis aquarum per univerſum triennium ſuſpendatur. Qui enim ſua ſponte quid faciunt, haud amplam apud Numen ineunt gratiam. Atque in hoc poſteriore, quia vis omnis objectionis latet, ideo ſic ſentire Magiſtros, duobus elegantibus ex Talmude locis oſtendemus. Avoda Sara fol. 3. a. היה ר' מאיר אומר מנין
שאפילו גוי ועוסק בתורה שהוא ככהן גדול ת"ל אשר יעשה אותם האדם
וחי בהם כהנים לויים וישראל * לא נאמר אלא האדם הא למדת
שאפי' גוי ועוסק בתורה הרי הוא ככהן גדול אלא לומר לך שא"נ מקבל
עליהם שכר כמצוו' ועושה אלא כמי שאינו מצווה ועושה דאמר ר'
חנינא גדול המצווה ועושה יותר משאינו מצווה ועושה: Id eſt: *Dixerat R. Meir: Unde probabitur, etiam quem τὸν ἔξω, qui Legi Divinæ ſtudet, haud minoris faciendum eſſe quam Summum Pontificem? Nimirum* (Lev. XVIII, 5.) *dicitur*: (Præcepta mea, & ſtatuta mea,) quæ faciet Homo, & vivet in eis. *Non dicitur*; (Quæ faciet,) Sacerdos, aut Levita, aut Judæus; *ſed*, (quæ faciet) Homo, *unde datur intelligere, τὸν ἔξω Legi Divinæ operam dantem, nihilo Pontifice eſſe inferiorem. Sed tamen, non id præmium refert, quod eos manet, qui ex præcepto Divina ſtudia tractant, verum illud ſolum, quo afficiuntur, ſua ſponte diſcentes: Eſt vero ſecundum R. Chaninam, longe beatior eorum qui juſſi, præ illis, qui injuſſi diſcunt, conditio.* Kidduſchin fol. 31. a. אמר רב יהודה
אמר שמואל שאלו את ר' אליעזר עד היכן כבוד אב ואם אמר להם
צאו וראו מה עשה גוי אחד לאביו באשקלון ודמא בן נתינה שמו בקשו
ממנו חכמים אבנים לאפוד בששים ריבוא שכר ורב כהנא מתני
בשמנים ריבוא והיה מפתח מונח תחת מראשותיו של אביו ולא ציערו
לשנה האחר' נתן לו הקב"ה שכרו שנולדה לו פרה אדומה בעדרו נכנסו
חכמי ישראל אצלו אמר להם יודע אני בכם שאם אני מבקש מכם כל
ממון שבעולם אתם נותנין לי אלא אין אני מבקש מכם אלא אותו ממון
שהפסדתי בשביל כבוד אבא וכששמעו חכמים בדבר אמרו ומה מי שאינו
מצווה כך מצווה ועושה עאכ"ו דאמר ר' חנינא גדול מצווה ועושה
ממי שאינו מצווה ועושה אמר רב יוסף מריש הוה אמינא מאן דהוה
אמר לי הלכה כר' יהודה דאמר סומא פטור מן המצות עבידנא יומא טבא
לרבנן אנא לא מיפקידנא וקא עבידנא השתא דשמענ' להא דא"ר חנינה
גדול מצווה ועושה יותר ממי שאינו מצווה ועושה מאן דא"ל דאין הלכה
כר' יהודה עבידנא יומא טבא לרבנן: Id eſt: *Referente R. Juda, narravit Samuel, quæſitum aliquando eſſe ex R. Akiba, quatenus*

ſe exten-

*Malo legere וישראלים prout eſt in En Iacob fol. 148. col. 4.

se extendat, reverentia debita Parentibus? Illumq; respondisse: Adeste, & videte mihi, quæ patri suo fecit, quidam τῶν ἔξω *in Askalone, cui nomen erat Dema Nethinides. Constat, aliquando Sapientes antiquos, opus habuisse, Gemmis quibusdam, ad reparandum Amiculum Humerale Summi Pontificis, quarum venditione iste Dema lucrari poterat Aureorum Myriadas sexaginta, aut R. Cahana ita tradente, universas octoginta Myriadas. Sed, quia Clavis,* (scrinii, in quo Gemmæ asservabantur,) *subter cervical* (dormientis) *Patris, reposita erat, nolebat,* (ipsum excitando,) *molestiam ei facere* (filius, & potius, venditioni renunciavit, satius esse judicans, carere lucro, quam violare erga Patrem observantiam.) *Anno vertente, dedit ei Deus B. præmium* (tantæ pietatis,) *nam in grege suo, nata ei Junix Rubra,* (rarum animal, quodque, ut sacris Judæorum usibus servire posset, adeo labis omnis expers esse debebat, ut vel pili nigri duo eam vitiarent.) *Quamobrem convenerunt illum Proceres Judæorum,* (sciscitantes, ecquod junici statueret pretium?) *Respondit ipse; equidem perspectissimum habeo, quod si omnes totius Orbis opes a vobis flagitarem, illas vos, pro junice mihi daturos esse. Sed, non requiram amplius, quam istud lucrum, cujus* (anno superiore,) *ob honorem Patris, jacturam passus sum.* (Nec mora, libentes volentes Judæi, id omne exsolverunt.) *Quam rem cum audivissent Sapientes,* (mirabundi) *dixerunt:* (Bone Deus!) *quod si ei qui injussus,* (bonum opus) *facit, tantum tribuitur præmium, quanta eos, qui ex præcepto id faciunt, manere necesse est? Dixit enim R. Chanina, longe beatiorem eorum qui jussi, quam qui injussi, recta peragunt, esse conditionem.* (Huc pertinet illud) *R. Josephi,* (qui cum luminibus orbus esset,) *principio dicere solebat: Si quis certiorem me reddet, R. Judæ opinionem, qui Cæcos ab observatione præceptorum liberos pronunciat, in Sanctionem Magistralem abiisse, tum ego convivium oppiparum meis parabo Sociis. Nam cum ego injussus præcepta servem,* (mercedem mihi ante alios repositam esse, non sperare tantum possum, sed & confidere.) *Postquam vero ei innotuit, R. Chaninæ effatum, longe melius agi cum iis qui jussi, quam qui injussi quid faciunt,* (tum vero dicebat,) *simul ac quis læto nuncio me perfundet, R. Judæ sententiam in Sanctionem Magistralem non abiisse, tum ego Socios ad pulchram cœnam vocabo.* Postremum illud de R. Josepho cæco, repetitur iterum in Bava Kama fol. 87. a.

4. Quod si vero de merito &c.] Observo non minimam, Lectionum hic varietatem. Talmudis utraque Editio habet אלא זכות דמצוה מי מגנא כולי האי Codices En Jacob legunt: ואלא זכות דמצות ומי מגנה כולי האי In Maamedot Hebraicis, ubi integra hæc Pericope, inter ea quæ die Sabbathi recitanda, comparet, scribitur: אלא זכות דמצוה מי מגנה כולי האי At in libro Tipheret Israël, ubi

pariter, & adducitur hoc Talmudis Fragmentum, & cum cura explicatur, habemus ואי זכות דמצוה ומי מגנה כולי האי Sane, quod ad ſenſum attinet, ei nihil admodum decedit, quamcunque harum lectionum eligas. Certum tamen, poſtremam expreſſionem eſſe commodiſſimam, & ideo meruiſſe, ut a nobis reciperetur.

5. Legem autem Luci] Poſt voces ואת התורה באור in Talmude & Maamedot, repetitur את המצוה בנר ſed nulla neceſſitate etiam Codicum En Jacob, & libri Tipher. Iſr. teſtimonio. Idem judicium de verborum ואת התורה באור לומר לך post לפי שעה iteratione, formari debet.

6. Lucerna non colluſtrat] Eſt utique ſimilitudini convenientius, ſi cum Codicibus En Jacob legas אינו מאיר & mox deinde ומה האור מאיר quam מה אור מגין & אינה מגינה etſi conſenſu ita habent reliqui libri omnes. Minus enim proprie, Lucerna protegere dicitur, cujus verum munus colluſtrare eſt : quod idem nobiſcum ſenſit, quisquis fuit ille, qui Maamedot in Germanicam linguam convertit.

7. Sicut Lux æternum colluſtrat &c.]Modo innuimus, in libro Tipheret Iſraël, quem R. Judas, Archon Synagogæ Pragenſis, Bezaleelis filius, compoſuit, quique Venetiis, ante annos non adeo multos excuſus eſt, hujus Sententiæ Talmudicæ prolixam inſtitui expoſitionem. Ergo quædam ex illo, nobis impoſterum erunt afferenda. Ecce facimus initium : וביאור ענין זה כי המצוה תקרא נר מפני הנר האור שלו נתלה בגוף השמן והפתילה ומפני כך אינו אור גמור וכן המצוה נתלה במעשה האדם שעשה על ידי גופו ואין המצוה דבר נבדל לגמרי בשביל זה אבל התורה שאינה נתלה בגוף והוא שכל נבדל בלבד לכך תקרא התורה אור כי האור הוא נבדל לגמרי ואינו נתלה בגשמי ויהיה שכל דבר שהוי בגו' הי' בזמן וכל דבר שאינו בגוף אינ' תחת הזמן ולכך אמר שתמצי' לפי שעה דהוא הזמן שהאור אלהי שהוא במצוה הוא נתלה בגוף כמו האור שהוא בנר הנתלה בגוף שהוא השמן והפתילה והוא לזמן אבל התורה מיוחדת לאור שאין אור גשמי שאין בו דבר ממש וכך התורה היא שכל נבדל לפיכך התורה מגינה לעולם שהרי הדבר הנבדי' מן הגשמי אינו נתלה בזמן: Id eſt : *Hæc ita ſunt capienda : Præceptum* (ſervatum, ſive Bonum aliquod Opus,) *vocatur Lucerna. Lucernæ enim lumen, dependet a rebus corporeis, Oleo, atq. Ellychnio, ac proinde non eſt Lumen omnimodum. Eadem ratione, Præceptorum obſervatio, dependet ab operibus humanis, ut eadem quis corpore ſuo perficiat,*

perficiat; ob hanc igitur causam Præcepta, a materia, non possunt penitus liberari. At vero Lex, quæ a rebus corporeis immunis, & in nudo intellectu consistit, ideo cum Luce comparatur, nam & Lux quid incorporei est, nec a materia dependet. Cæterum, quia constat, Corporeas res, tempori obnoxias esse, incorporeas vero, ejusdem vicissitudini non subjacere, ideo Horæ, seu Temporis circumstantia, Bonis Operibus additur: Lumen enim divinum, quod in iis fulget, ita a corpore dependet, ut lucernæ lumen, a re corporea, oleo scilicet, & ellychnio est inseparabile, ac proinde Tempus excludi nequit. Atenim Lex, quæ Luci, incorporea & nihil palpabilis habenti rei, assimilatur, in solo meroq; intellectu consistit, atq; sic æternum protegit, nam quæ materiam non habent, tempore quoq; haud finiuntur.

8. Vita æterna] Alii Libri habent לעולם הבא alii לעתיד לבוא quæ nihil differre, omnes sciunt.

9. Iter facit] Verbum בודך etsi nec in Talmudis Editionibus, nec in Maamedot comparet, tamen autoritate Codicum En Jacob, & libri Tipheret Israël, retinendum duximus. Nec spero futurum, qui hoc consilium sit reprehensurus.

10. Et latronibus] Poterant addere insuper ומן השדים *Et a Larvis Dæmonibusq;*, nam & hi, noctu iter facientibus, frequenter occurrere solent, iisdemque se præbent infestos. Hinc adeo in Megilla fol. 3. a. & Sanhedrin p. 248. Edit. Cocceia. præcipitur : אסור לו לאדם שיתן שלום לחבירו בלילה חיישינן שמא שד הוא Id est : *Nequaquam, amicus qui noctu obviam fit, salutandus est, ob metum, ne forte dæmon hanc personam induerit.* Ante omnes vero, noctes quarti, & septimi hebdomadis dierum, sunt periculosissimæ: Pesachim fol. 112. b.

תניא לא יצא אדם * יחידי בלילה לא בלילי רביעיות ולא בלילי שבתות מפני שאגרת בת מחלת היא ושמונה עשר רבוא מלאכי חבלה יוצאין וכל אחד ואחד יש לו רשות לחבל בפני עצמו מעיקרא הוה שכיחא כל יומא זימנא חדא פגע בה רבי חנינה בן דוסא אמר' לירה אי לאו דמכרזי בלך ברקיע הזהרו בחנינא בני ובתורתו משוינא לדמך תרתי פשיטי אמר לה אי חשיבנא ברקיעא כולי האי גוזרני עליך שלא תעבורי ביישוב לעולם והא קא חזינא להו דאיכא ההוא הוייתא בינהו דמשתמטי להו סיסותיהו ואתו דברי להו : Id est: *Vetus est Traditio: Nemo solus noctu exeat, præcipue noctibus, quarta & septima Feriarum, nam Agrat filia Machlat, comitata duodeviginti myriadibus Angelorum perniciosorum, tum vagatur, horumq; singulis, plena nocendi competit facultas. Olim* (strix ista, cum suo horribili exercitu,) *quibusq; noctibus* (circumcursitare) *deprehendebatur, cumq; aliquando in eam forte incidisset R. Chanina Dusæ filius, Nisi*

*Et hanc vocem, quæ in Talmude aberat, & alia corrupta, ex En Israel fol. 95. col. 1. restituimus.

inquiebat ipſa, in cœlo edictum de te fieret, Cavete, Chanina filio meo, ejusq; divinis ſtudiis, (nocumento ſitis,) *non niſi duorum aſſium vitam tuam æſtimarem,* (teque egregie exciperem.) *Ibi vero R. Chanina reſpondit: Si verum eſt, tantam mei in cœlo haberi rationem, dico edico tibi, ne unquam poſthac loca hominibus habitata petas.* (Dicat quis:) *Atqui, videmus tamen adhuc* (Lemures nocturnos indiſcriminatim. Sed vero tenendum, id eam fieri ob cauſam,) *quia illorum equi fugam capeſſere ſolent, quare eos perſequuntur* (dæmones poſſeſſores, & domum iterum reducunt.) In Schalſch. Hakkab. p. 86. b. ſeq. multis narratur, fuiſſe Anno Chriſti MDLXXV. Ferraræ, mulierem Judaicam κακῶς δαιμονιζομένην· Hanc cum R. Gedalia Ben Jechaja, autor libri iſtius, cupide viſitaſſet, ut quædam de ſtatu Animarum a corpore ſeparatarum, & de Inferni pœnis reſciſceret; penitus tamen, ob ſummam Spiritus ruditatem, qui ſe animam, cujusdam Baptiſtæ Mutinenſis, hominis agreſtis, & ob furti crimen ſuſpendio necati, profitebatur, ipſe fruſtra fuit. Poſt varia, exorato denique dæmone, ut tantiſper quieſceret, & cum muliere ſeorſum loquendi poteſtatem concederet, quæſivit ex muliere quomodo Genius iſte eam cepiſſet? השיבה כי בבואה מלטבול במקום חוץ מביתה ירדה אל החצר בשעת ב׳ מהלילה עם נר דלוק בידה לשאוב מים מהבאר כדי להכין אוכל לאישה ותנח הנר דלוק בחור א׳ קרוב אל הבאר ואישה אשר היה עמה הלך לו והיא לקחת הדלי לשאוב מים ותכף נכבה הנר ותוקח מהרוח והורידה עד חצי הבאר ואחר כך העלה משם באויר ולא ידעה מה הוא ועל מה ואיך ותצעק ותתעלף וישאוה בני ביתה על מטתה: Id eſt: *Reſpondit ipſa, ſe, cum foris lavaſſet, redeuntem domum, deſcendiſſe Hora ſecunda nocturna, in atrium, tenentem manu candelam accenſam, ut aquam ex puteo hauriret, ac marito cœnam pararet: Depoſita vero candela, in foramen quoddam puteo proximum, & marito, qui hactenus præſens fuerat, interim abeunte, prehendiſſe ſitulam ad hauriendam aquam: Ibi cum lumen extinctum eſſet, occupatam, ſeſe fuiſſe a dæmone, qui ſecum ad medium putei deſcenderit, & mox ſurſum per aëra evolarit. Cumq; neſciret, quid hoc ſibi vellet, aut quid ſibi eveniſſet, clamaſſe ſeſe, & ab accurentibus domeſticis, animi deliquium patientem, in lectum fuiſſe delatam.* Perfunctorie, iſtis quin utamur, cum explicare volemus, cur S. Paulus, Dæmones, Epheſ. V, 12. τὺς κοσμοκράτορας τῦ σκότυς τῦ αἰῶνος τύτυ, appellarit, nemo nos prohibet.

11. Neſcit præterea &c.] Cum tantis, nocturni peregrinatores, ſint expoſiti periculis, jure bono hortatur R. Judas in Peſachim haud longe ab initio, & in Bava Kama fol. 60. b. לעולם יכנס אדם בכי טוב Id eſt: *Quisq; ſemper domum ſuam, aut diverſorium tempeſtive petat.*

tas. Credo, idem suadet Judæis, Inscriptio, aureis literis marmoreæ tabulæ incisa Patavi Venetorum, juxta Vici ipsorum Australe Ostium, etsi, ut verum fatear, quid plane velit, haud hercle intelligo:

בלילה מן

השער שניהם

מרחוק

F. M.

Adjicitur quidem, in altero Ostii latere, expositio, quantum apparet, verborum Latina, sed quæ & ipsa, fere interpretamento aliquo eget:

F. D.

NOCTE PROCUL SEPTI FORIBUS GENS UTRAQ; ABESTO
NI FAS VETABUNT CLAUSTRA: SI NEC HÆC MALUM.

Enim vero, harum Inscriptionum obscuritatem, compensant cæteræ, quæ tum ibi, tum in aliis Vici Portis leguntur, pulchræ, tersæque, ac circa eandem rem eleganter variegatæ, quasq; hoc nomine, quia sic opportunitas sese offert, ex Adversariis Peregrinationis nostræ, repræsentamus.

F. D.

NE POPULO COELESTIS REGNI HEREDI USUS CUM EXHEREDE ESSET FRAUDI, JUDÆI UNUM IN LOCUM HIC REDACTI, ASSIDUO MARCI CORNELII LECTISSIMI VIRI EPISCOPI DOMUS DEI ZELO ATQ; STUDIO PENE UNIVERSORUM SANCTISSIMO, DOMINÆ URBIS SENATU AUCTORE, FACTO DECRETO CIVIUM, VIRORUM AMPLISSIMORUM FRANCISCI BERNARDI PRÆTORIS, MARCI QUIRINI PRÆFECTI BENIGNO AUSPICIO, EXIMIA DANIELIS CAMPESII, SERTORII URSATI EQ. NICOLAI CAMPO-SAN-PETRI JC. CURATORUM OPERA, AN. CHRISTI M DC III. J. F. M.

AD OSTIUM OCCIDENTIS.

QUOD MARCI CORNELII VIGILANTISSIMI PASTORIS ADMONITU UNANIMIS CIVITAS PUBLICO DECRETO CONSTITUIT, ET SERENIS

NISS. SENATUS VENETI AUCTORITAS COMPROBAVIT, OMNES HEBRÆORUM FAMILIÆ IN UNUM LOCUM CONCLUSÆ, FRANCISCO BERNARDO PRÆTORE, MARCO QUIRINO PRÆFECTO, AN. MDCIII. DANIEL CAMPESIUS, SERTORIUS URSATUS EQ. NICOLAUS CAMPI-SANCTI-PETRUS J.C. OPERI ABSOLVENDO TRIUMVIRI PRÆFUERE.

SUPRA SEPTENTRIONIS OSTIUM.

JUDÆI IN QUEM IMMIGARENT, SECRETUS A GREGE CHRISTI ATTRIBUTUS LOCUS MARCI CORNELII PRÆSTANTISSIMI PASTORIS HORTATU AC MONITU, CIVITATIS TOTIUS CONSENSU, CUI SERENISS. SENATUS VENETI AUCTORITAS SUMMA FUIT FIRMAMENTO, VIRIS AMPLISSIMIS FRANCISCO BERNARDO PRÆTORE, MARCO QUIRINO PRÆFECTO, BENIGNE ASPIRANTIBUS, CURATORIBUS DANIELE CAMPESIO, SERTORIO URSATO EQ. NICOLAO CAMPO-SANCTO-PETRO JUR. CONS. MATURANTIBUS AN. CHRISTI M DC III. J.F.M.

12. Si obtingat illi fax accenſa, liberatur quidem a ſpinis &c.] Hoc ſane Fax, noctu peregrinantibus præſtat, ut ſemitam quam calcant, illuminet, ne ſpinis, aut ſentibus, pedes offendant, & ne in foveas illabantur, modo ipſi viſu aliquo ſint præditi. Sed, quid de viſu ego dico? Præſtat idem, vel cœcis etiam. Megilla fol. 24. b. תניא אמר רבי יוסי כל ימי הייתי מצטער על מקרא זה והיית ממשש בצהרים כאשר ימשש העור באפלה אמרתי וכי מאי אכפת ליה לעיור בין אפילה לאורה עד שבא מעשה לידי פעם אחת הייתי מהלך באישון לילה ואפלה וראיתי סומא שהיה מהלך ואבוקה בידו אמרתי לו בני אבוקה זו למה אמר לי כל זמן שאבוקה זו בידי בני אדם רואים אותי ומצילין אותי מן הפחתים ומן הקוצים ומן הברקנים: Id eſt:

Extat

Extat Traditio, dixisse R. Josen : Tota vita, scrupulum mihi reliquere verba (Deut. XXIIX, 29.) Et palpabis in meridie, sicut palpat cœcus in caligine. *Quid enim, ajebam, anne Cæci interest, sive nox, sive dies sit?* (Atque hæc difficultas me torsit,) *usq; donec in rem præsentem deductus sum. Ambulabam sic aliquando in nocte illuni, & caliginosa, ibi offendi Cæcum cum face ititantem; quare ad eum, Mi Fili, inquam,* (indica quæso) *quid fax ista tibi prosit? Respondit ipse: Quando facem ego manibus gesto, conspiciunt me mortales reliqui, meq; liberant a foveis, spinis, & tribulis.*

13. Tribulis] Pragense En Jacob contra omnium reliquorum librorum in quibus hæc Pericope habetur, fidem, הברקים pro הברקני׳ legit insulse.

14. Formidat adhuc feras ac latrones] Enim vero, immerito id facit, si vera sunt quæ traduntur in Berachot fol. 43. b. loco, etiamsi cum face ei res sit, sic tamen satis obscuro אמר רב זוטרא בריה דטוביה אמר רב אבוקה כב׳ וירח כג׳ איבעיא להו אבוקה כשנים בהדיה דידיה או דילמא אבוקה כב׳ לבר מדידיה ת״ש וירח כג׳ אי אמרת בשלמא בהדי דידיה שפיר אלא אי אמרת לבר מדידיה ד׳ למה לי והאמר מר לא׳ נראה ומזיק לב׳ נראה ואינו מזיק לג׳ אין נראה כל עיקר אלא לאו שמע מינה אבוקה כב׳ בהדי דידיה שמע מינה:
Id est : *Prodente R. Sutra F. T. dixit Raf : Fax est adinstar duorum, Luna vero lumen, instar trium* (hominum.) *Quæsitum fuit,* (de gemino hujus pronunciati sensu, in Academia:) *An nimirum Fax cum suo Latore, an vero sine eo, duorum hominum loco sit. Veni, audi :* (Eruam tibi sensum latentem. Additur in dicto,) *Lunam esse instar trium* (hominum:) *Quod si dicas, in hoc numero computandum esse ipsum* (quoque Viatorem,) *recte* (putabis.) *Si vero Viatorem excludas.* (falleris:) *Quorsum enim quatuor opus est? Scilicet, sic tantum habet Constitutio Doctorum: Uni,* (Angelus Mortis) *apparet, eumq; lædit; duobus, apparet, sed inoffensos eos relinquit; tribus, ne apparet quidem.* (Ergo consequitur, Lunam, non nisi cum Viatore, trium loco esse, quippe eo numero, indemnitati jam consulitur, & plures exigere, supervacuum foret. Quæ cum ita sint, ex posteriore hac dicti parte, ad priorem) *facimus collectionem, arguendo juxta cum Viatore, Facem, pro duobus reputandam esse hominibus. Atq; firma est hæc collectio.* Iterum id dico, si vera hæc sunt, haud jure a feris sibi metuit, cui fax ad manum est, binos enim homines utut inermes, fugiunt, etiam sævarum bestiarum portenta immanissima, & qualia,

Horat. 1. Carm. Od. 22.

— — Neq; militaris
Daunia, in latis alit esculetis,
Nec Juba tellus generat, Leonum
Arida nutrix.

15. Exorto Lucifero a feris &c.] Si Dæmonum, ceu requirebamus, ſupra injecta fuiſſet mentio, jam hic eosdem, inter ea mala, quæ Phosphorus, Junonis carum ſidus, ortu ſuo procul faceſſere cogit, computare oporteret. Sic enim quidam Magiſtri colligunt ex loco Gen. XXXII, 26. ubi Angelum, qui cum Jacobo manus conſeruerat, inſipienter de cacodæmone accipiunt. Jalkut Rubeni Tit. אבות ואמהות num. 51. ex Gale Rasja: היה סמאל רוצה להפריד מיעקב כדכתיב שלחני כי עלה השחר ולא רצה יעקב לשלחו עד שהודה בברכתו * שקנה מעשו ובברכות שבירך לו יצחק אביו: Id eſt: *Volebat Sammael diſcedere a Jacobo prout* S. E. Dimitte me, quia illuxit Aurora. *Sed noluit Jacobus hanc poteſtatem ei concedere, niſi prius ſibi comprobaſſet, Primogenituram emtam ab Eſavo, & Benedictiones quibus ſe Iſaacus pater beaverat.* Chaskuni ad eundem locum Geneſeos annotat, id videri dixiſſe Angelum: אין לך לדאג כי אין דרך מזיקים להתראות ביום *Nihil tibi porro metuendum, nec enim mali Genii interdiu ſeſe oſtendere ſolent.* Interim tamen id perpetuum non eſt, & fortaſſe ideo a Gemara noſtra dæmonum nulla facta mentio, eo quod hi luce quoque clara, & pleno meridie ſe quandoque præbent conſpiciendos, aut certe ex occulto lædere ſolent. Quo pertinet illud in Peſachim fol. 111. b. אמרו קטב מרירי תרי קטבי הוו חד מקמי טיהרא וחד בתר טיהרא דמקמי טיהרא קטב מרירי שמיה ומיחזי ככדא דכמכא והדר ביה בבחשא דבת' טיהרא קטב ישוד צוהרים שמיה ומחזי כקרנא דעיזא והדר ביה כי נפיא אביי הוה קא אזיל באורחא ורב פפא מימיניה ורב הונא בריה דרב יהושע משמאליה חזייה להחוא קטב מרירי דקא אתו להדי שמאליי ואהדריי לרב הונא בריה דרב יהושע מימיניה ולרב פפא משמאליה אמר ליה רב פפא ואנא מאי שנא אמר ליה את שעתא קיימא לך: Id eſt: *Quod ad Dæmonem illum* (cujus Deut. XXXII, 24. mentio extat,) *attinet, ſciendum geminum eſſe. Unus* (regnat) *ante, alter vero, poſt meridiem. Qui antemeridiano tempore,* (poteſtatem exercet, proprie) *vocatur* Ketev Meriri, *atq; hujus forma eſt, qualem refert paropſis magna, pulte plena, quum cochleari agitant. Illi pomeridiano, nomen eſt* Ketev Jaſchud Zoharajim, *is cornu caprino optime comparatur, & in modum cribri ſeſe verſat. Aliquando pedeſtre iter facientis Abai, R. Papa dextrum, & R. Huna*

* Legendũ omnino eſt בבכורתו

R. Huna F. R. I. sinistrum, latus claudebant. Ibi vidit (Abai,) *occursantem τὸν Ketev Meriri, sinistrorsum, quamobrem R. Hunam F. R. I. sibi ad dextram, R. Papam vero ad sinistram statuit.* (Quibus animadversis, enim vero,) *inquit R. Papa, ego quid promerui*, (ut sic periculo abs te exponar?) *Respondit* (Abai:) *Video hunc diem tibi faustum esse*, (nullumq; te manere infortunium: secus enim si esset, continuo dextrorsum deflexisset Dæmon; nihil igitur est quod metuas.) Sic præterea est in Kidduschin fol. 29.b. תנו רבנן הוא ללמוד ובנו ללמוד הוא קודם לבנו רבי יהודה אומר אם בנו זריז ומוצלח ותלמודו מתקיים בידו בנו קודמו כי הא דרב יעקב בריה דרב אחא בר יעקב שדריה אבוה לקמיה דאביי כי אתא חזייה דלא הוה מחדדן שמעתיה אמר ליה אנא עדיפנא מנך תוב את ואיזיל אנא שמע אביי דקא הוה אתי הוה ההוא מזיק בי רבנן דאביי דכי הוו עיילי תרין אפילו ביממא הוו מתזקי אמר להו לא ליתיב ליה איניש אושפיזא אפשר דמתרחיש ניסא על בת בההוא בי רבנן אידמי ליה כתנינא דז' רישוותא כל כריעת דכרע נתר חד רישא א' להו למחר אי לא איתרחיש ניסא סכנתין: Id est: *Ita docent Magistri: Si & Pater, & Filius egeant institutione*, (nec patri pecunia, ad solvendum didactrum utrumque suppetat,) *ipsius potior est conditio*, (nec cogitur nummos suos, ad filium erudiendum impendere.) *Monet tamen R. Judas, si filius patre aptior, prosperiorq; in discendo sit, ac tradita, magis tenaciter servet, tum pro filio judicandum. Nempe, id colligas ex illo de R. Jacobo F. R. A. N. I. Hunc pater miserat ad τὸν Abai*, (ut cultum ingenii caperet.) *Eo reverso, cum animadvertisset* (pater,) *non valere ipsum acri judicio, tum, ego quidem, ajebat, temet ad discendum sum accommodatior, quin tu igitur hic morator, ipse posthac* (Academiam) *frequentabo. Cæterum, Abai, de illius adventu certior redditus, cum suum ἀκροατήριον Dæmon quidam adeo infestaret, ut duobus* (tantum) *ibi morantibus, etiam mero die læderentur, edixit, ne quis illum hospitio exciperet, fieri enim posse, ut quod miraculum accidat. Venit igitur* (R. Acha, & cum ab omnibus excluderetur,) *pernoctavit ἐν ἀκροατηρίῳ. Mox visus ei Dæmon, forma Draconis, septena habentis capita:* (Sed ad R. Achæ preces fundentis,) *quamq; inclinationem, semper aliquod horum cecidit. Postridie* (Magistro & sodalibus inquit R. Acha: Haud dignum vestris moribus facinus fecistis,) *nisi enim singulari Dei providentia liberatus essem, mihi creassetis exitium.* Non alienum a proposito est, quod in sæpe nobis laudato, Arabico, Bibliothecæ Cardinalis Mazarini, de Ægypto, MS. quidam commemorat, sic enim habet p. 240. seqq. versio. *Vn jour estant monté sur une beste, que j'auois, comme je marchois mon droit chemin, passant aupres de ces Pyramides, j'auisay une trouppe de Caualiers montez les uns sur des cheuaux, & les autres sur des*

chameaux, & quelques gens de pied qui marchoient auec eux, faisant la procession autour des Pyramides. Surquoy ie dis en moy mesme. Qui sont ceux-cy qui font la procession autour des Pyramides a l' heure qu'il est de midy? N' est-ce point pour quelque affaire arriuée de nouueau dans la ville? Et en mesme temps ie marchay vers eux, tant que i' en approchay bien prés, et me mis a les considerer. Mais ie trouuay an les regardant, de plus prés, qu'ils n'auoient, ny la taille, ny la mine des hommes ordinaires, et fis pareil jugement de leurs cheuaux, et de leurs chameaux. Ce qui m'obligea de me recommender a Dieux, apres quoy je les salüay, et ils me rendirent le salut, & me parlerent ainsi. Nous sommes vne troupe de Mussulmans de nombre des Demons, qui croyent en Dieu et en son Prophete. Quand les Demons rendent le salut a l' homme, il peut croire qu'il est en seureté de leur part. C' est pourquoy quand tu rancontreras des creatures que tu ne reconnoistras point, pour des hommes, salüe les; car s'ils te resalüent, ils seront fidelles; s'ils ne te resalüent point, ils ne seront pas fidelles; c' est pourquoy tu deuras te recommander a Dieu, afin qu'il te garde d' eux; car par ce moyen, ils ne te pourront nuire. Sequitur post alia: *Apres cela ils partirent comme pour s'en retourner, et vn d'eux me dist adieu, et me parlá ainsi.* O hom̃e tasche de ne point cheminer a midy: dors plutost en merienne, cars les diables n' y dorment point. Credo, hoc postremum monitum sibi quoq; dictum putare Aurigas, & Tabelliones nostros, ita nunquam facile induci se patiuntur, ut circa meridiem, iter persequantur. Verum, de eo, dicam plura alias, nunc, unum id adjungens, quod, quia certum nihilo minus manet, saltem raro accidere, ut fulgente Solis jubare, Dæmones conspici possint, ideo fuisse qui Collyria pararunt, quorum beneficio, Spiritus, semper sub aspectum caderent. In eadem versione libelli Arabici, qua modo usi sumus, hæc quoque p. 151. leguntur. *L'on dit qu' entr' autres merueilles, que Gebire trouuá, il y auoit vne cassette d' or, cachetée d' vn cachet inconnu, et que l' ayant ouuerte, il y rencontra vne boëte faite d' vne pierre precieuse rouge, et pleine d' vne poudre verte en forme de collyre, le bec dela quelle boete estoit bouché d' vne esmeraude pareillement verte, et que sur la cassette il se trouuoit escrit.* CELVY QUI VSERA DE CE COLLYRE, RAIEVNIRA, SES CHEVEVX REDEVIENDRONT NOIRS, ET SA VEUE S' ESCLAIRCIRA DE TELLE SORTE QU'IL POURRA VOIR TOUTES SORTES D'ESPRITS. Sed, fieri potest, ut quis paulo curiosior efflictim expetat, doceri sibi modum hoc medicamen conficiendi. Equidem, non tam imperitus rerum sum, ut quid curiositas valeat nesciam, nec tam inhumano ingenio natus, ut quem velim fraudare arte secreta. Revelabo ac libens, omne hoc arcanum, ex Berachot fol. 6. a. etiam alia, quæ proprie ad collyrium

nihil

nihil faciunt, ſimul recenſendo. At, ſic mihi collibitum eſt, ſententias ſemper afferre integras, imo ita debet fieri, ſi ſerio iis prodeſſe volo, quibus ſacra mea commoveo, nec tantum quomodocunque delectare. Non utar alia excuſatione, in re, quam nemo bonus, ullo modo vitio vertere poteſt, quin potius miſſis ambagibus, ne quid morer, moræ impatientes, rem arcaniſſimā, proferam in publicum. אבא בנימין אומר אלמלא נתנה רשות לעין לראות אין כל בריה יכולה לעמוד מפני המזיקין אמר אביי אינהו ונפישי מינן וקיימי עלן כי כסלי לאוגיא אמר רב הונא כל חד וחד מינן אלפא משמאליה ורבוותא מימיניה שנ׳ יפול מצדך אלף ורבבה מימינך אמר רבא והאי דוחקא דהוי בכלה מינייהו הוי הני ברכי דשלחי מינייהו הוי הני מאני דרבנן דבלו מחופיא דידהו הני קרעי דמנקפן מינייהו האי מאן דבעי למידע להו לייתי קיטמא נהילא ונהדר אפורייה ובצפרא חזי כי כרעי ודתרנגולא האי דבעי למחזינהו לייתי שילייתא דשונרא אוכמתא בת אוכמתא בוכרייתא בת בוכרייתא וליקלייה בנורא ולשחקידה ולמליה לעינידה מנידה וחזי להו ולשדייה בגובתא דפרזלא ולחתמיה בגושפנקא דפרזלא דילמא גנבי מיניה ולחתום פומיה כי היכי דלא ליתזק: Id eſt: *Abba Benjamin cenſuit, quod ſi Oculo poteſtas conceſſa eſſet videndi omnia* (adverſa, ſibi imminentia,) *nihil rerum creatarum, vel ob* (metū ſolorū) *dæmonum poſſe ſubſiſtere. Teſtis enim eſt Abai, ipſos numero nos longe vincere, atq; haud aliter nobis ſuperſtare, quam terra egeſta in vinetis, ambit cujusq; vitis foſſulam. R. Huna dixit, neminem non noſtrûm, ad ſiniſtram habere mille, & ad dextram, decem millia* (dæmonum.) *Secundum illud* (Pſ. XCI, 7.) Cadent a latere tuo mille, & decies mille a dextera tua. *Raba docuit*, (ab illorum multitudine,) *provenire oppreſſiones illas, quas patimur, dum Concionibus ſabbaticis Magiſtrorum interſumus*, (cum tamen arcti non ſedeamus.) *Eſſe item ipſos autores, genuum laſſitudinis. Eſſe illorum affrictum cauſam, cur Sapientum* (ſedentariam agentium vitam,) *veſtes*, (tam cito) *atterantur*, (& magis facile, ipſis illis, quibus ruſtici, vacivum nullum laboris tempus dantes, induuntur.) *Facere denique ipſos, ut ſæpe pedes mutuo collidantur. Qui multitudinis Diabolorum experimentum fa-*

tum facere volet, ſumat ſibi cineres probe cribratos, eosq; grabato inſpergat; ibi ſub diluculum videbit, quaſi quædam gallorum gallinaciorum, veſtigia. Sed, ſi cui oculis uſurpare dæmonas lubido ſit, huic capienda ſecundina felis (fœminæ) *nigræ, primo partu, a matre primogenita editæ, ea igne comburenda, atq; deinde redigenda eſt in pulverem minutiſſimum. Iſte pulvis oculis inſperſus, faciet ut dæmones ſint viſibiles. Cæterum, ſervare iſtum pulverem oportet, in canaliculo ferreo, ferreo annulo obſignato, ne quid exinde ſuffurentur dæmones, os quoq; canalis probe obturandum, ut omne caveatur periculum.* Sic ſatisfactum credo abunde, tuæ, Lector, curioſitati, ſed ne tu mihi iſtorum forte periculum facias, ſcire tua intereſt, ſubjici ſtatim: רב ביבי בר אביי עבד הכי ואיתזק ובעו רבנן רחמי עליה ואתסי: Id eſt: *Hoc ita effectum dedit R. Bibi F. A. at peſſime a dæmonibus exceptus eſt. Interim, intercedentibus pro eo apud Numen Magiſtris, convaluit.* Quæres: An nulla adverſus Dæmonum vim, Amuleta aut præſidia Judæi habeant, quibus ſe miſeri homulli munire poſſint, ne in tanta multitudine ſuffocentur? Mones probe. Fere id neglexiſſem. In promtu eſt remedium geminum, quorum alterum ipſe dæmon cuidam revelavit in Kidduſchin fol. 81. b. ultro faſſus, coërceri ſe poſſe, ſi quis dicat: רחמנא ניגער ביה בשטן Quæ, profecto, eſt ipſiſſima ſententia verborum, quibus Michaël Archangelus Diabolum abegiſſe legitur, apud Judam in Epiſt. v. 9. Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος· Atque, vel hæc ſola obſervatio facit, ne penitus contemnenda ſint, frivola illa quæ præmiſimus, eo quod nos huc deduxerunt. Alterum remedium, eſt in Bava Mezia fol. 107. dulce, facile, & quo nemo vidit melius ab ullo Medico dari. Nimirum, ſufficit bono & lauto jentaculo,

Horat. l. 1. Carm. Od. 16.

Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro:

Et ſalva res eſt, nihil reſtat, quod porro metuamus. תנו רבנן שלש עשרה דברים נאמרו בפת שחרית מצלת מן החמה מן הצינה ומן הזיקין ומן המזיקין ומחכימי פתי וזוכה בדין ללמוד תורה וללמדי ודבריו נשמעין תלמודו מתקיים בידו ואין בשרו הבל ונזקק לאשתו ואינו מתאוה לאשת אחרת והורגת כנה שבבני מעים ויש אומרים אף מוציא את הקנאה ומכניס את האהבה: Id eſt: *Aſſeverant Rabbini, tres ac decem virtutes, ineſſe buccellæ panis, mane comeſta. Scilicet, tuetur tam adverſus Solis calorem, quam adverſus frigus. Defendit a Ventorum, Dæmonumq; noxiis. Stultos facit ſapientes, facit ut quis in judicio vincat, juvat docentes literas, juvat diſcentes; reddit ſermones alicujus acceptos, confert memoriæ, impedit porriginem fœdam in corpore, conciliat uxorem marito, prohibetq; ne quis aliena fœminæ tangatur deſiderio. Poſtremo, necat vermiculos, qui in viſceribus naſcuntur: Atq; ſunt, qui illud inſuper ei tribuunt, ut odii ſit expultrix, amoris proxeneta.* Dii boni! tanti eſt jentare! Verum: Ohe! de Dæmonibus jam

bus jam ſatis eſt. Amolimini vos Larvæ terribiles, nullus hic vobis amplius locus relinquitur, etenim,

— Jam vendit pueris JENTACULA piſtor,
Criſtatæque ſonant undique LUCIS aves. Martial. epigr. ult.

16. Liberatur] Habemus hactenus primum inſtitutæ aſſimilationis membrum. Sed deeſt nobis συμβολή, ſive horum omnium cum recte factis, & Legum ſtudio, collatio. Atque, quando ingenio ad ea eruenda opus; hærendum hic nobis eſſet, niſi commodum ſubveniret Autor libri Tipheret Iſraël, cujus ſuccenturiata prudentia uti nos convenit.

יש דבר בא על האדם בעולם מן הפורענו׳ ואין צריך על זה הצלה גמורה רק שמזהיר אותו שלא ילך לשם ומראה לו הדרך אשר ילך בו שלא יהיה נזוק דבר זה מציל אותו המצוה שנקראת אבוקה ולכך אמר נזדמנה לו אבוקה נצול מן הקוצים ומן הברקנים ויש דבר שבא על האדם בכות ורודף אחריו ביותר כמו הלסטים וחיה רעה שרודפים אחרי האדם ודבר זה אין המצו׳ מגין עליו אבל התורה שנקראת אור ומגין עליו וזה שאמר עלה עמוד השחר נצול מן הלסטים ומן חיה רעה כי העמוד השחר הוא אור גמור והתורה שהיא אור גמור נקרא עמוד השחר ומה שאמר ואינו יודע באיזה דרך מהלך פי׳ שאינו עומד על המדרג׳ האחרונה שהי׳ נוכח הש״י אבל הוא נוטה ממנה וזה שאם שאינו יוד׳ באיז׳ דרך מהלך כלומ׳ שאינו על דרך שהוא נוכח ה׳ לגמרי ויראה עוד כי ההפסד שיגיע לאדם יש במקר׳ ויש שאינו במקר׳ הזק שהוא במקר׳ כמו האדם שעובר בגשר ונפח הגשר וכיוצא בזה דבר זה הוא במקרה שאלו לא הלך לשם לא נעשה זה המצוה מולכה אותו שלא יבא לשם ומרמה זה לקוצים וברקנים שאלמלא לא הלך לא קרה לו ודבר שהוא במקרה אינו מזיק

מזיק כמו דבר שאינו במקרה ואשר הוא במקרה המצוה מגינה והזיק שאינו במקר כמו שיבא חלאים על האדם לפי טבעו ודבר זה אינו תולה במקרה ודבר זה נקרא לסטים וחיה רעה כי דבר שאינו במקרה רודף אחר האדם יותר כמו חיה ולסטים ודבר זה בודאי הוא יותר הזיק לכך אין המצוה מגינה רק התורה מגינה על זה:

Id est: *Sunt quædam adversa, quæ homini in hac vita accidunt, ad quæ averruncanda, haud magna opus est liberatione: uti sufficit, verbi causa, quandoq; monere quem, non istum locum petendum, sed hac via ei ingrediendum esse, si immunis esse velit a periculo. Hoc beneficium præstat homini, impletio Præceptorum, quæ Faci comparatur, ideoq; dicitur, cum cui Fax obtingit, liberari eum a spinis & tribulis. At, sunt adversa alia vehementiora, quæ pertinaciter quem petunt, uti cum latrones, aut feræ, hominem persequuntur, atq; contra hæc bona opera non tutantur, sed tutatur Lex, quæ Luci assimilatur, & eapropter dictum, oriente Lucifero liberari quem a latronibus, & feris bestiis. Lucifer enim lucem affert, & cum hoc, Legis, quæ mera lux est, instituitur comparatio. Quod vero additum, nescire eum, qua via eundem sit, id ita capiendum, ut nondum constitutus intelligatur in gradu supremo, Deoq; propinquo, sed declinare ab eodem; unde sistitur, quasi de via dubius, hoc est, exsors illius perfectionis, quæ Deo quem reddit vicinum. Idem, hac ratione quoq; ostenditur: Nimirum, inter mala quæ homini eveniunt, alia a solo casu, alia, neutiquam ab illo, dependent. Prioris exemplum est, uti cum pontem* (ruinosum) *quis transit, atq; is rumpitur; aut quid simile. Hic vero, unice Casus dominatur, nam nisi quis eo se contulisset; nihil mali eum manebat. Istud ergo commodum, homini conferunt præcepta impleta,* (seu bona opera.) *ne ejusmodi periculum adeat, & ideo cum spinis, & tribulis fit comparatio, in quos nemo incideret, nisi via* (talibus refertæ,) *se commisisset. Cæterum, res quæ a solo casu oritur, non tam atrociter lædit, ac ea quæ ortum ab eo non habet, unde ibi bona opera sunt præsidio. At vero, citra casum emergens malum, uti cum morbis, ex natura sua prodeuntibus, quis infestatur,* (cujus rei cum latronibus & feris instituitur comparatio, quippe quæ magno impetu hominem persequuntur.) *citra omne dubium nocentius est, ideo bona opera non hic juvant, sed Lex subvenit.*

17. In Regiam viam delatus] In Hebræo est פרשת דרכים quæ voces, proprie, ipsomet R. Salomone, in Glossa cap. 5. Erubin au-

bin, autore, דרך פורש לכאן ודרך לכאן Id est: *Vias sese intersecantes*, sive Bivium, aut Compita, significant. Unde in Pesachim fol. 111. b. הני תרתי נשי דיתבן בפרשת דרכים חדא בהאי גיסא דשבילא וחדא בהאי גיסא ומתכוונן אפייהו להדדי הנהי ודאי בכשפים עסקן ולא ליחליף ביניהו: Id est: *Si Fœminæ duæ sedeant in Bivio, & una hanc, altera istam semitam occupet, vultibusq; sese mutuo respiciant, certum est, veneficia eas tractare, quare nemo per medium illarum transire debet.* Enim vero, hunc sensum si expressissemus, nihil futurum erat a proposito alienius, non enim Compitum de via securum quem reddit, sed omnino, *In compito diligentius debet viator aspicere, quod iter gradiendi capiat*: Uti ait Hieronymus in Quæst. ad Gen. c. 38. Atque sic deprehendimus in Erubin fol. 53. b. quendam dicentem: פעם אחת הייתי מהלך בדרך וראיתי תינוק אחד שהיה יושב על פרשת דרכים אמרתי לו בני באיזה דרך נלך: Id est: *Cum aliquando iter facerem, vidi puerum quendam sedentem in bivio, quare, Fili mi, inquam, qua harum via eundum est?* Quando igitur, recepta cæteroquin significatio, verborum פרשת דרכים neutiquam hic militat, ea, quam contextus ratio postulavit, nobis exprimenda fuit, etsi nescio an præter solum hunc locum, usquam alibi eodem sensu phrasis accipiatur. Merito id a nobis factum esse, comprobat Autor libri Tipheret Israël, cui פרשת דרכים in præsenti negotio, est הדרך המיוחד והנבדל משאר דרכים אשר בו יגיע למחוז חפצו ושוב לא יטה ימין ושמאל: Id est: *Via propria, & ab omnibus aliis separata, qua pervenitur ad terminum propositum, nec porro ad dextram, aut ad sinistram, est aberratio.*

18. Peccatum delet meritum servati &c.] Penitus persuasus sum, id velle Gemaræ verba, quod expressi, & supplevi; sequutusque sum autoritatem R. Salomonis, cujus Glossæ verba clara sunt: עבירה מכבה שכר מצוה ואין עבירה מכבה שכר מי שעסק בתורה Sed, in diversa nonnihil abit, modo laudatus Autor libri Tipheret Israël, apud quem lego: ואין עבירה מכבה תורה פירוש כל עבירה הוא מצד הגוף שעל ידו באה העבירה ולכך מבטלת העבירה המצוה שעושה בגוף אבל אין העבירה שהיא מעשה הגוף מכבה ומקלקל למוד התורה שהיא השכל שהוא למעלה ואינו הגוף מגיע עד שם: Id est: *Quod docetur*, Peccatum non extinguere Legem: *Illius dicti iste sensus est: Omne Peccatum, respectum ad Corpus habet, quippe quo mediante perpetratur, ac proinde Peccatum extinguere potest Bonum opus, quod & ipsum corpore peragitur. At vero, Peccatum a corpore dependens, non potest extinguere aut impedire Legis Divinæ studium, quod in intellectu consistit, & in tam alto gradu constitutum, ut extra corporeæ rei sit contactum.*

19. Amorem] At vero, Legem Divinam, in Scriptura, Amoris nomine venire, probant Magiſtri ex illo Cant. 11. 4. הביאני אל בית היין ודגלו עלי אהבה Id eſt: *Introduxit me in cellam vini, & vexillum ejus ſuper me Amor.*

20. Et protegit ſimul & eripit,] Id eſt: Protegit hominem, ne ab adverſis lædatur, & eripit eundem, a Diaboli inſidiis, ne peſſimis ejus ſuggeſtionibus obſequium præſtet, & peccata committat. Cæterum, omnia hujus Pericopes, eo tendunt, Bona opera multimodis Studio Divinæ Legis eſſe ignobiliora: Vel, uti explicate rem effert Maimonides Hilch. Talmud Tora c. 3. §. 3. אין לך מצו' בכל המצות כלן שהיא שקולה כנג' למוד תורה אלא תלמוד תורה כנגר כל המצו' כולן שהתלמוד מביא לידי מעשה לפיכך התלמוד קודם למעשה בכל מקום: Id eſt: *Ex omnibus Præceptis nullum eſſe, quod ad ſtudium Legis æquiparari poſſit, imo vero ſtudium Legis, omnia reliqua, junctim ſumta, exæquare: Studium enim, in actum deducere, ideoq; illud, huic, ſemper debere præferri.* Reſpiciunt iſta Maimonidis, locum palmarium in Kidduſchin cap. 2. relatum inter Excerpta En Jacob, fol. 54. col. 3. & quem inter Judæos (ceu ipſi mihi narrarunt) inter cætera tentamenta, illi jubentur explicare, qui eruditionis ſuæ aliquod ſpecimen edere debent, & ad Rabbinatum adſpirant. Quamobrem, nos quoq; in eo explicando, ingenii vires periclitabimur. וכבר היה ר' טרפון וזקנים מסובין בעליית בית נתזה בלוד נשאלה שאל' זו בפניה' תלמוד גדול אומעשה גדול נענה ר' טרפון ואמר מעשה גדול נענה ר' עקיבא ואמר תלמוד גדול ענו כלם ואמרו תלמוד גדול שהתלמוד מביא לידי מעשה תניא ר' יוסי אומר גדול תלמוד שקדם לחלה מ'שנה לתרומות ולמעשרות נ"ד לשמיטים ס"א ליובלו קנ"ג מאה ושלש קד"ה הויין קסבר יובל מתחלתו הוא משמט: Id eſt: *Quondã conſederunt R. Tarphon, & Seniores in aula* (τῦ) *Bet-Nitſa,* (qui) *Ludi* (habitabat,) *motaq; inter eos fuit quæſtio, utrum Bona Opera, an vero Legis ſtudium, majore in pretio habere conveniret? Reſpondit R. Tarphon, & dixit: Videri, Bonis Operibus prærogativam tribuendam eſſe. Sed R. Akiba, eam Studio Legis adjudicavit. Quæ ſententia communibus omnium ſuffragiis approbata fuit, eo quod ſtudium hominem, in actum deducat.* (Vere enim propter quod unũquodq; eſt tale, illud magis eſt tale.) *Extat traditio, dixiſſe*

dixisse R. Josen: Longe dignius est studium (Legis Divinæ, ipso opere,) *quippe* (Lex lata est, tertio post egressum ex Ægypto mense, atque sic præceptum de offerendis Deo primitiis massæ, quod habetur Numer. XV, 20.) *ipsam ejus executionem præcessit annis XL.* (non enim ante adventum in terram promissam, hoc præceptum Judæos obligabat, uti patet ex ejusdem capitis v. 18. Totos autem XL. annos ipsi in deserto exegerunt. Porro,) *Præceptum de Decimis & Ablationibus* (cujus memoria extat Deut. XIV, 22. & c. XVIII, 4. præcessit executionem) *annis quinquaginta & quatuor.* (Nimirum, Decimæ, & Ablationes, non pendendæ erant, nisi Palæstina jam inter novos incolas plane divisa, & cuique sua portione assignata, dicitur enim Deut. XIV, 22. תבואת זרעך id est *Proventum sementis tuæ*; quibus innuitur, illud demum tempus, quo quisque de sua possessione certus est. Nunc vero constat, annos XIV. in subjugando & dividendo Palæstinam, insumtos esse: qui anni XIV. juncti illis XL. per quos Judæi in deserto fuere morati, conficiunt annos LIV.) *Præceptum de Sabbatismo annorum,* (imperatum Lev. XXV, 2. seqq. & Deut. XV, 1.) *antecessit executionem annis LXI.* (nec enim Hebdomades annorum numerari cœptæ sunt, ante terram occupatam, & dispertitam. Proinde, computationis initium, secundum ea quæ modo dicta sunt, incidit in annum LIV: ab egressu ex Ægyto, ipsa vero hebdomas prima completa fuit anno LXI. Denique,) *Præceptum de Jubilæo* (descriptum Lev. XXV, 8. seqq.) *executionem antevertit annis centum & tribus.* (Hoc ita se habere, manifestum evadet, si ab indicato nunc principio, septem annorũ numerentur hebdomades. Enim vero, anne tu) *centum & tres tantum annos* (colligis?) *utiq; centum & quatuor fuerunt:* (cum enim quinquagesimus annus Jubilæus fuerit, adde mihi hos quinquaginta annos, superioribus quinquaginta quatuor, unde numerationis faciendum esse dixeras initium, & habebis utique annos CIV. Respondeo, istum Doctorem Talmudicum) *existimare,* (annum quinquagesimum integrum non computandum esse,) *quia totus inde a principio immunitatem debitorum solvendorum præstabat.* (Alia ratio fuit sabbatismi reliquorum annorum, in iis enim, etsi toto anno sabbatico terra haud exercebatur, & sic שמטת קרקע id est, *terræ quies*, per omne illud tempus fuit observata, tamen de שמטת שטרים sive *de liberatione ab ære alieno* longe alia res erat, & hæc solo ultimo illius anni mense, obtinuit. Tantum enim Deut. XV, 1. dicitur; מקץ שבע שנים תעשה שמטה Id est: *A fine septem annorum facito intermissionem*: Cumque deinde, de debitis sequatur, id indicio est, non nisi mensem cujusque septennii postremum, nomina quibus quis obstrictus erat expunxisse: Seu, ab iis tantum debitis quem liberasse, quorum solutionis terminus, in illum mensem incidebat. Quæ cum ita

ſint,poſſunt igitur iſti anni ſabbatici,una cum reliquis computari. At Jubilæus,qui quantus quantus erat,omnimodam liberationem præbuit,ob hoc privilegium extra numerum,ſeorſum locandus eſt.)

21. Raba] Rabam nobis τοῦ En Jacob, Rabbam vero, Talmudis Codices nominant. Sed fuit omnino prior, quia ejus nomen, mox etiam Talmudis Editiones referunt.

22. Filios Scripturam & δευτερώσεις addiſcere faciunt] Iterum Talmudis Codices, nonnihil his in verbis variant;ſed juvabat,meliorem librorum En Jacob ſequi lectionem. Interea loci,quæ his dicuntur ea ſic accipit Raſchi,ut de fœminis,liberos ad Præcep tores deducentibus, ſermonem eſſe opinetur. At, longius progreſſa Rabbina Rebecca, in libello alias nobis commendato,Porta 5. Bonæ matris familias officium eſſe ait,ut ipſa quoque erudiendis liberis manum una cum Minerva, admoveat. *Ein igliche* אשה *ſol bey ibren Kind bleiben,und ſolt eh die heylige Schul nit vvarten, vvie vvolt ſich dan anheben,daß ſie vvolt ſpatzieren gehn, oder für die Thür ſitzen,da kan ja kein guts davon kommen. VVan ſie aber bey der VViegen bleibt ſitzen,da halt ſie ihr Kind im Schlaf, und kan ihr erbet ach darneben thun.Is ſie* זוכה *daß ſie mehr Kinder hat, und dervvachſene, ſol ſie ſitzen und zuhören dafnen und benſchen, und nit auf den Rebbi verloſen:Man ſpricht es is kein erbet aſo gut,as ſich der Menſch ſelbert thut. Auch is das lernen as ein Mutter mit den Kind lernt,viel mehr* מוצלח *as von einen andern,as mier es lernen von den poſuk.* שמע בני מוסר אביך ואל תטש תורת אמך:

23. Viroſque operiuntur, donec ex Academia redeunt] Iſtud operiri, quidam interpretantur de mulierum æquanimitate,qua viros ſuos,ad capiendum ingenii cultum,peregre abire permittunt, nec id moleſte ferunt, ſed interea temporis, domi ſuæ modeſte ſe continentes,rem familiarem curant,ſervantq;maritorum abſentium deſiderium.Hoc ſenſu R.Salomonis Gloſſa habet ממתינות את בעליהן שיוצאין לעיר אחרת ללמוד תורה quæ eadem verba,in margine quoque Talmudis Hieroſolymitani,deprehenduntur. Sed alii,de ea modeſtia mulierum verba accipiunt,qua maritos,dum ſæpe calentibus animis, longius procedit diſputatio, diu in Schola &Academia morantes, non increpant, aut ſolæ cibum captant, ſed placide illorũ adventum præſtolantur, ita ut nec fames, nec mora,bilem in naſo ipſis conciant. Sic locum intellexiſſe Autorem libri לב טוב patebit ex iis,quæ continuo recenſebo. Nobis,utramque expoſitionem,verbis generalibus viſum fuit complecti. Quod,cæteroquin, frugi mulieris ſit officium, marito in Synagoga, ſtatas tantum preces fundendi cauſa,degente, docetur in Brandſpiegel cap. 10. *Ehe der*

Mann

Man aus der Schul komt, da sol sie, oder sols befehlen, daß man reinlich auskehrt, und aufraumt, daß es im Haus reinlich steht, da gefint ers reinlich, da is ihm der שכל *lauter, wo nit da wert der* שכל *trüb davon. Und sie legt ein* ספר *auf den Tisch, daß er* לכל הפחות *lernt ein* שעה *vor, eh er aus seinem Haus geht, nach der Nahrung.*

24. Annon mercedem &c.] Sic quoque in Berachot fol. 17. a. legimus: תנו רבנן גדולה הבטחה שהבטיחן הקב״ה לנשים מכל האנשים שנ׳ נשים שאננות אמר ליה רב לרבי חייא נשים במאי זכיין באקרויי בנייהו בי כנישתא ובאתנויי גברייהו בי רבנן ומנטרין לגברייהו עד דאתו מבי רבנן: Quod dictum, hoc modo nobis Germanice explicat Autor libri לב טוב fol. 85. col. 3. *Die Gemara geht in Berochos* תנו רבנן *sie haben gelernt Rabbanan, es is grösser der* בטחון *das* הקב״ה *hat den Weibern zugesagt, mehr as den Manen, as der posuk geht* נשים שאננות קולי Es. XXXII. 9. *Ihr fromme köstliche Weiber hört meine Stim, zibt eure Kinder zu* תורה *und zu* מעשים טובים *und sie führen ihre Kinder zum Rebbi, und sie warten derheimen biß daß sie haben gelernt, und sie warten mit dem Essen biß die Manen heim kommen aus* בית המדרש *und biß sie heimkommen von der* ישיבה *wol denselbigen Weibern, wol ihre Manen, wol ihren Kindern.*

ג

הגיע לפרשת דרכי׳: מאי פרשת דרכי׳ אמר רב חסדא זה ת״ח ויום המיתה׃ רב נחמן בר יצחק אמר זה ת״ח ויראת חטא: מר זוטרא אמר זה תלמיד חכם דסלקא ליה שמעתא אליבא דהלכתא: דבר אחר עברה מכבה מצוה ואין עברה מכבה תורה: אמר רב יוסף דרשי׳ רבי מנחם

III.

[1] IN *Viam Regiam delatus.* Quid Via Regia (*in supra allata similitudine*) notatur? [2] R. Chasda, innui existimat Discipulum Sapientum, & diem fatalem. R. Nachman vero, F. I. Discipulum Sapientum, & timorem peccati. Mar Sutra denique, Discipulum Sapientum, cujus placita ita evehuntur, ut secundum ea fiat decisio. (Addamus simile) *dictum aliud. Peccatum delet* (meritum servati) *praecepti, sed peccatum non*

בר יוסף להאי קרא כסיני ואלמלא דרשוהו דואג וא ואחיתופל הכי לא רדף בתר דוד דכתיב לאמר אלהים עזבו רדפו ותפשוהו כי אין מציל מאי דרשו ולא יראה בך ערות דבר ושב מאחריך ולא הוו ידעי דעבירה מכבה מצו ואין עברה מכברה תורה מאי בוז יבוזו לו : אמר עולא לא כשמעון אחי עזרי ולא כר יוחנן דבי נשיא אלא כש כהלל ושבנ דכי אתא רב דימי אמ הלל ושבנ אחי הו הלל עסק בתור שבנא עבד עסקא לסוף אמר ליה תא נערוב ונפליג יצתה בת קול ואמרה אם יתן איש את כל הון ביתו באהבה בוז יבוזו לו:

non delet (meritum contractum ex studio divinæ) *legis*. Autor est R. Joseph, explicasse R. Menachem[3] Filium Josephi, versum sequentem, [4] divino prorsus modo: Quem si Doëg & Achitophel, similiter explicassent, Davidem non fuissent persequuti. Nimirum, scriptum noverant. (Psl. LXX, 11.) *Dicendo, Deus dereliquit eum, persequimini & prehendite eum: quia nemo est qui eripiat.* Amplius colligebant, (*Davidem a Deo desertum, ex loco:*) (Deut. XXIII, 15.) *Et nihil appareat in te fœditatis*[5] *ne derelinquat te.* At vero, ignorabant, peccatum delere quidem (*meritum servati*) præcepti, sed non extinguere (*meritum studii*) legis. Quis sensus verborum: (Cant. IIX, 7.) *Plane contemneretur*? Respondet Ula, non hæc capienda de casu, qualis[6] Simeonis fratris Asariæ, aut [7] Jochananis, unius e familiaribus Principis, sed qualis Hillelis & Schibnæ. Cum enim venisset R. Dime, dixit: Hillel & Schibna fratres fuerunt: [8] Hillel studio legis, Schibna, negotiationi intentus erat: tandem ait (*Schibna, fratri:*) Age, commisceamus (*lucrum, quod uterq; nostrum suis laboribus est consequutus;*) & sic divisionem instituamus.
I. e. Ibi personuit divinum oraculum, dicens: *Si daret quis totam substantiam domus suæ pro amore, plane contemneretur.*

ANNO-

ANNOTATA.

1. Quid via Regia &c.] Hoc volunt: Cuique facile perspectum est, in illa Similitudine, Facem, cum Præcepto impleto, seu Bono aliquo opere, Luciferum, cum Legis Divinæ, studio conferri: At, quorsum Regia Via pertineat, quidque cum ea comparandum sit, non liquet.

2. R. Chasda innui existimat Discipulum &c.] Nunc rursus, sed postremùm, succurrit nobis Autor libri Tipheret Israël, docetque, quorsum R. Chasda, cæterique Magistri, suis responsis videantur collimasse, id enim satis est obscurum.

פירש רב חסדא זה תח״ ויום המיתה כאשר אדם בגופו חחמרי אינו עומד במדרג׳ המיוחד׳ האחרונ׳ והוא נוטה מן הש״י כיון שהוא עם גופו החמרי אבל כאשר הוא יום המיתה כהסתלק הגוף אז נפשו עומד על המדרגה המיוחדת שהיא נוכח י״ לגמרי וזה פרשת דרכים ולרב נחמן פרשת דרכים תח״ ויראת חטא כי אף שיש בו חכמה ומצוה צריך שיהיה זה עם הש״י וזהו נקרא פרשת דרכים והוא הדרך המיוחד שהוא נוכח י״ וזהו יראת שמים שהוא עם הש״י לגמרי מבלי נטיה ממנו לכך נקרא פרשת דרכי׳ יראת שמי׳ ולמר זוטרא פרשת דרכי׳ דמסיק שמעתא אליבא דהלכתא שהוא הדרך אשר נוכח ה׳ כי ההלכה היא דרך הישר ודרך האמת אבל אם אינו מסיק שמעתא אליבא דהלכתא אע״ג שגם הוא תורה אין זה מדרגה אחרונה המיוחדת רק כאשר מסיק שמעתא אליבא דהלכתא ולפי דברי הכל נקרא פרשת דרכים המדרגה שהוא נוכח י״ מבלי נטייה ימין ושמאל:

Id est: *R. Chasda accipit Viam Regiam, de Discipulo Sapientum, ejusq; die fatali. Quam diu enim homo est in corpore terreno, non constituitur in gradu supremo, sed a Deo subinde declinat, ob adhærentem corporis imperfectionem. At, fatali hora, cum a corpore liberatur, tum Anima ejus in gradum supremum, Deoq; proximum elevatur. Hæc igitur est illa via*

Regia. Ceterum, R. Nachman, Viam Regiam interpretatur Discipulum Sapientum, timoremq́, qui in eo est, peccati. Etiamsi enim quis Sapientia & Bonis Operibus polleat, tamen, ut cum Dei timore ista conjuncta sint, necesse est, atq́ sic demum habetur Via illa Regia, sive Via cum Deo conjungens: Timor inquam Numinis verus, nec ab eo declinans, quare merito, venit Via Regia nomine. Dum vero Mar Sutra, Viam Regiam, de Discipulo Sapientum, cujus placita ita evehuntur, ut secundum ea fiat decisio, intelligit, & ipse, ad viam Deo vicinam, respexit. Decisio enim est via recta, & via veritatis; proindeq́ is, cujus opiniones ἐν πράξει *non attenduntur, etsi Legis studiis eum imbutum esse negari nequit, tamen, non nisi cum ad Decisionem dogmatum admittitur, gradum supremum attigisse censendus est. Ergo, omnium opiniones,* (huc denique tendunt,) *Viam Regiam, esse gradum Deo vicinum, nec vel hac aut illac, ab eo deflectentem.*

3. Filium Josephi] Aut fuerit Filius τῶ Jose, ceu Talmudis habent Editiones, mea nihil refert.

4. Divino prorsus modo] Ad verbum sonat, *Uti Sinai.* Atque, sic solent Judæi, cum viros insignes, magnifice laudare volunt, inter illos, & Montem Sinai, comparationem instituere. Josua Levita in Præfat. libri Halichot Olam. כאשר התעני אותי אלהים מבית אבי ומארץ מולדתי טלטלני הזמן עיר טוליטולה והנה שם לעומתי איש החמודות מאנשי המעלה והמדות בקי במשניות כנתינתם מסיני ראוי לומר עליו זה סיני הוא הנשיא דון וידאל בן לביא: Constantini l'Empereur versio est: *Cum me aberrare vellet Deus, a paterna domo, & natali solo, tempus me in Civitatē Toletūdevolvit: ubi ecce mihi obviā fit, vir desiderabilis, ex iis, qui gradu & virtutibus eminent, Misnarum peritus, prout e monte Sinai traditæ sunt: adeo ut de eo dicere liceret, hic est ipse Sinai. Is est Princeps Dominus Vidal, filius Leonis.* Memoratur sæpe in Talmude, quidā R. Josephus, cui id honoris datū, ut κατ' ἐξοχὴν *Sinai* cognominaretur. Afferamus locū præcipuū ex Berachot fol. 64. a. רב יוסף סיני ורבה עוקר הרים אצטריכא להו שעתא שלחו להתם סיני ועוקר הרים איזה מהם קודם שלחו להו סיני קודם שכל צריכין למרי חטיא: Id est: *R. Josephus,* (qui etsi Disputator subtilis non fuit, tamen ob divinam, qua omnia præcepta, ad amussim tenebat, memoriam,) Sinai *dictus est, & Rabba* (cujus in disputando summa perspicacia, & subtilitas, cognomen) Evellentis montes, (ei peperit, fuere coævi in Babylonia.) *Accidit autem, ut alterutro opus esset,* (ad faciendum eum Patriarcham,) *quare quidam* (in Palæstinam) *missi sunt,* (rogatum,) *utrum Sinai,* τῷ *Evellenti Montes, an vero hic, illi, præferendus esset? Responsum:* τὸν *Sinai, præferendum videri, eo quod,* (secundum vetus di-

tus dictum,) Quisque tritici venditoribus egeat: (innuere volentes; ita in omni vita accidere, ut magis hominibus, nuda, puraque rerum explicatione opus sit, quam, disputationum argutiis, & acumine.) Vide de hoc Josepho Sinai, Halichot quoque Olam p. 23. & p. 207. Edit. L'Emper. Pertinet huc, quod in Schalsch. Hak. p. 27. b. legitur: רבי אבויא אביו של אלישע אחר היה עשיר גדול ובברית מילה של אלישע קרא לסעודה ריב״ז ורבי עקיבא ותלמידיהם ולנקדימון בן גוריון ולציצית הכסת ולכלבא שבוע ואחר שאכלו עלו ריב״ז ותלמידיו וכל החכמים לעליה ודרשו עד שהיה האש לוהט סביב הבית כנתינתה על הר סיני; Id est: *R. Abuja, pater Elisæ Acher*, (famosissimi Apostatæ,) *fuit longe ditissimus, cumq; solemnia Circumcisionis filio celebraret, vocavit ad convivium R. Jochananem F. S & R. Akibam, horumq; Discipulos: Item Nicodemum Gorionidem, Zizit Haccheset, & Calbam Schabuam. Postquam cœnatum est, ascenderunt R. Jochanan F. S. & ejus Discipuli, omnesq; Sapientes, in Aulam superiorem, ibiq; tam diu de rebus ad Legem divinam attinentibus inter se contulerunt, quoad Ignis totam domum ambivit, plane eum in modum, uti fuerat ipsa, in monte Sinai tradita.*

5 Ne derelinquat &c.] Sensus est: Probe sciebant Doëg & Achitophel, ex loco Deut. XXIII, 15. avertere sese Deum ab illo, qui turpe quid in se admisit: Amplius, noverant ex Ps. LXXI, 11. eum a quo Deus recessit, impune posse lacessi, ad necem usque. Eam ob rem, cum David adulterio se fœdasset, ambo in ejus perniciem conjurarunt, faustos, ex voto exitus, sibi pollicentes.

6. Simeonis fratris Asariæ] Simeon iste, unus fuit ex Mischnicis Doctoribus, injiciturque ejus mentio in Mischna Sevachim c. 1. §. 2. Didicit legem beneficio fratris Asariæ, qui negotiationi se tradens, Simeoni sumtus necessarios suppeditavit, eumq; aluit, sed hac lege, ut præmia suæ doctrinæ apud Deum reposita, secum divideret. Et vero, hinc fit, quod iste Simeon, præter morem, a fratre cognomen habet, cum alias fere semper a patre fiat denominatio.

7. Jochanan] Huic Archon, seu Princeps Judæorum, omnia ad victum, & eruditionem parandam necessaria, liberalissime subministravit: ipse quoque mercedis quæ Jochananis doctrinam mansura erat, volens fieri particeps.

8. Hillel studio legis &c.] Hillel pauperrimus fuit, nec ullum reperit qui ejus egestatem sublevare, & ad discendum literas, aliquod subsidium dare vellet, ne fratre quidem, quicquam conferente. Sed, cum ad Sapientiam pervenisset Hillel, tum vero Schibna frater, suæ nego-

tiatio-

tiationis lucrum, cum Hillelis doctrinæ præmiis dividere volebat, quod consilium neutiquam processit. Magna enim hujus, & casuum præcedentium, est disparitas. Priores, jure facta continent, atque omnino, Asarias & Archon, in communionem præmiorum Simeonis, & Jochananis, fuere admissi. At posterior, quia illud crimen sapit, quod Christiani Simoniam vocamus, *sive cupiditatem emendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum*, ideo is Schibna frustra fuit.

Gl. in Rubtit. de Simonia.

ד

פיסקא ר׳ אליעזר אומר המלמד את בתו תורה למד תפלות: למדה ס״ד אלא כאלו למדה תפלות אמר רבי אבהו מאי טעמיה דר׳ אליעזר דכתי אני חכמה שכנתי ערמה כיון שנכנסה בו חכמה באדם נכנסה בו ערמומית ורבנן האי אני חכמה שכנתי ערמה מאי דרשי ביה מבעי ליה לכדר׳ יוסי בר חנינא דאמ׳ ר׳ יוסי בר חנינא אין דברי תורה מתקיימין אלא במי שמעמיד עצמו עליהם ערום שנאמר אני חכמה שכנתי ערמה אמ׳ ר׳ יוחנ׳ אין דברי תורה מתקיימין אלא במי שמשים עצמו כמי שאינו יודע שנאמר והחכמה מאין תמצא:

IV.

Commentatio. *R. Eliesèr ait: Quisquis filiam suam* [1] *Legem edocet, is eam docet* [2] *amandi artem.* Ain tu, docere? Imo vero, videtur, [3] quasi is artem amandi eam edoceret. Quærit R. Abhu; Qua ratione subnixus est R. Eliesèr? Q. S. E. *Ego Sapientia cohabito astutia.* Scilicet, quando Sapientia hominem occupat, occupat eundem simul astutia. Cæterum, [4] quomodo Magistri locum: *Ego Sapientia, cohabito cum* ערמה interpretantur? Eo dicto iis opus, ad confirmandum sententiam R. Jose F. Ch. is enim ait: Verba Legis non consistunt (*stabili in loco*,) nisi apud illum, qui seipsum propter eadem [5] nudum facit: Q. S. E. *Ego Sapientia* [6] *cohabito nuditati.* R. Jochanan dixit: Verba Legis (*firmiter*) non perstabunt, nisi penes eum qui se ignorantem reputat. Q. S. E. (Job. XXVIII, 20.) *Sapientia ex nihilo invenietur.*

ANNO-

1. **Legem**] Absque Codice meo MS. Ez Hechajim fuisset, תורה hic, de ipsis sacris Literis interpretatus essem, quod idem fecisse Buxtorfium, jamjam videbimus. Sed, verum dicti sensum, quem nusquam alibi, ex egregio illo libro didici, ubi Hilch. Talm. Tora c. 1. כל המלמד בתו תורה שבע״ל פה מלמד׳ תפלות ותורה שבכתב בדיעבד אינו תפלות ואם למדה יש לה שכר פחות מעט מן האיש: Id est: *Quisquis Filiam suam, Legem non scriptam edocet, is edocet eam amandi artem. Quodsi quis vero Sacras literas eam ultro doceat, non id vafrities est, easq; discentes fœmina, paulo minorem quam viri mercedem referunt.*

2. **Amandi artem.**] Nullo modo possum subscribere Cl. Buxtorfio, quando in Lex. Talm. p. 2620. תפלות de *Insulsitate*, & *Fatuitate* accipit, locumque præsentem transfert: *Quicunq; docet filiam suam Legem, sive verbum Dei, aut sacram Scripturam, perinde est, ac si doceret eam fatuitatem.* Nec magis placet, illa versio Christiani Gersonis, in libello de Talmude Judæorum p. 65. *Wer seine Tochter im Gesetz deß HErrn unterrichtet, thut eben so viel, als lehret er sie lestern.* Scilicet, תפלות omnino hic notat vafritiem quandam, astutiamque insignem, clam amori libidinique indulgendi, ita ut eam rem, alii non sentiant, sed glaucoma ob oculos sibi obiici patiantur. Nos, eam rem, quia aptius vocabulum non succurrebat, *Amandi artem*, interpretati sumus. Germanice, *der lehrt seine Tochter buhlen*, & Gallice, *Il apprend sa fille a faire l' amour, a faire la courtisane;* magis significanter, explicateq; dicere liceret. Cæterum, תפלות aliter exponendū non esse, quam nos exposuimus, nihilq; minus quam *insulsitatem & fatuitatem*, significare, nō magna eget probatione, nec enim aliam explicationem contextus admittit, inprimis, si id, quod mox sequens habet pericope, conferatur. Neq; aliud profecto Rabbini censent, quod equidem miror non advertisse Buxtorfium. Nam Aruch utrumq;, dum תפלות nobis per עבירה sive *transgressionem*, interpretantur, generalē pro speciali voce usurparunt. Id vero ne dubiū esset Lectori, & ut constaret, ecquæ transgressio intelligatur, statim subiiciunt ambo, illud alterū בקב ותפלות ex Sota nostra; quod aliter, quam de re Venerea accipere, recta non patitur ratio: prorsus, uti nec verba e Pesachim allegata, aliam interpretationem admittunt. Eadem incedit semita Maimonides, si locus ejus integer perpendatur, quare quæ Buxtorfius adduxit, transtulitq; festinatius, nihil nos morantur. Nec secus de Bartenora se res habet, cujus verbis contrariam plane mentem tribuit Vir Doctus, חיבור משכב אנשים de *legitimo toro* בהצנעה de *verecundia & honestate* capiens, cum illa, de *illicitis meretriciisq; amoribus*; hoc, de, *vafritie, calliditate, dolisq; occultis*, accipere

pere oporteat, ac proinde, ita Mischnam interpretatus sit Bartenora, plane uti nos eandem interpretamur. De reliquo, nolim ego in dubium vocare, Judæos malitiose Ecclesias Christianorum, per contemtum vocare, בתי תפלות quod se suis auribus audivisse, eodem loco testatur Buxtorfius: etsi fortasse, dum sic eas appellant, non *Domos fatuitatis & stultitiæ*, ceu ipse credidit, sed *Lupanaria, Fornices, Meritoria,* sacrilege in animo concipiunt. Obversatur menti immanis contumelia, indignissimumq; probrum, quod aures ipsius Imperatoris Henrici III. Nigri, cum Spirensem Basilicam condidisset, coactæ fuerunt admittere, qua de re quomodo Judæi in Nizachon MS. Bibliothecæ Argentoratensis, triumphent etiam, æquum est prodere. מעשה בר' קלונימוס בשפירא ששלח אחריו מלך הינריך הרשע אחרי כלותו לבנות את התהום המכוער בשפירא ואמר לו בניין בית המקדש מה היה רבותא יותר מזה שכתבו עליו כמה ספרים אל"ל ארוני אם תרשיני לדבר ותשבע לי שלא להרע לי אבאר לך אל"ל בשבועתי סמוך על אמונתי ועל ממלכתי שלא יענה לך כל רע ואמר לו אם היה כל הממון אשר הוצאת כבר וכל הזהב והכסף שבאוצרותיך לא יכולת להשכיר הפועלים ובעלי המלאכה והרודים בעם והעושים המלאכה שכן כתוב ויהי לשלמה שבעים אלף נשא סבל ושמונים אלף חוצב בהר ובדברי הימים ושלושת אלפים ושש מאות מנצחים להעביד את העם ושמונה שנה טרחו בבית המקדש מה שאתה לא עשית לתהום הזה ולאחר שבנה שלמה את בית המקדש ויכלהו ראה מה כתוב ולא יכלו הכהנים לעמוד לשרת מפני הענן כי מלא כבוד יי' את בית האלהים ואילו היה מטעונין חמור קיא צואה והיו מוליכין אותו בתהום הזה לא היה מזיק לו דבר אמר לו המלך הינריך אלמלא שנשבעתי לך הייתי גוזר עליך להכרית את ראשך:

Id est:

Id est: *Accidit aliquando Spiræ, ut R. Kelonimum accersi juberet Imperator Henricus, homo sceleratus, postquam finem imposuisset, fabricæ, informis illius barathri,* (In margine adjectum est ר״ל בית הכנסת היפה שקורין בל״א טום: id est, *Innuitur insigne illud templum, quod Germanice vocant Thum.* Sic ergo ludit in vocabulis Sycophanta, & pro *Thum*, Tehom dicit?) *Spirensis, eidemq; diceret: Ecqua quæso Templi Salomonis, de quo tot ac tanta, edita sunt volumina, fuit magnificentia, præ ista* (Basilica, quam ego condidi.) *Respondit ipse: Domine, si facultatem loquendi mihi concedis, & jurejurando te mihi obstringes, impune me id laturum, rem tibi exponam. Contra Imperator: Fidem juratam interpono; Ita me veritas amat, & ita Imperii sceptra moderor, nihil sinistri tibi eveniet. Tum inquit Judæus: Si vel maxime in unum congerantur omnes illi sumtus, quos jamdum fecisti, & omne illud aurum argentumq; quod in thesauris tuis asservatur, non tamen sufficeres, ad conducendos Operarios, Opifices, illorumq; Præfectos,* (quos Salomo adhibuit:) *Scriptum enim* (1. Reg. V, 15.) Erant Salomoni septuagies mille bajuli, & octuagies mille lapicidæ in monte. Et (in posteriore libro) *Chronicorum* (cap. II, 17. legimus:) Ter mille sexcenti, qui præessent adigendo populo. *Octo insuper anni insumti fuere in condendo templo, quot a te in ædificationem istius Tehom, minime sunt impensi. Condito autem, perfectoq; a Salomone templo, vide quid Scriptura testetur* (2. Chron. V. 14.) Non poterant Sacerdotes consistere ad ministrandum, propter illam Nubem, quod implevisset gloria Domini, Domum Dei. *At, si quis Asinum, fœdissimis sordibus oneraret, isq; in hoc Barathrum introduceretur, illæsus abiret. Ad quæ Henricus Imperator: Nisi* (impunitatem) *tibi sacramento promisissem, caput tibi amputari præciperem.* Ex his, jam nimium videmus, illud os impudens, mendaxque, Autoris libri Theriacæ Judaicæ, quando adversus Fridericum Franciscum Ottingensem, desertorem avitæ superstitionis, cap. 2. effutire ausus est: Mumar *schreibt, mier heissen die Thumherren,* טמאים שרים *das iß die Unreine Herren.* הטמא טמא יקרא *Mier heissen sie ach nit anderst, als Thumherren, Thumdechant, Thumprobst.* Et aliis interjectis, mox iterum: *Mumar schreibt, ein Kirch heissen mier* תועבה *das sey deutsch nichts nuz, unvviirdig. So sag ich daß* ע״ה *uns das Wort verkehrt. Mier*

sagen

ſagen doch zu unſer Schuel auch Teva : היורד לפני התיבה להתפלל *das is, vver da geht vor den* עמוד *zu beten: mier heiſſen ein* בימה *oder Höch darauf man* מתפלל *is* תיבה *ſo mag man auch ſagen zu ihrer Kirch* תיבה *aber nit mit den* ע Antonius Margarita *ein* Mumar *ſchreibt das ſelbert* בספרו : *aber* באמת *der gemein Mann heiſt ihre Kirchen* בית תפלתם *das is, das Haus ihres Gebets.*

3. Quaſi is artem amandi eam edoceret] Id eſt, ex mente, ſecundum quam loquimur, Judæorum : Quia ingenio deſtituuntur Fœminæ, non poſſunt vere Sapientiæ ſtudia addiſcere. Pauxillum quod tenent, magis iis nocet, quam prodeſt; & verbo, aſtutæ fiunt, Sapientes neutiquam. Et vero, finge, nihil mentis judiciique illis deeſſe, ut omnia comprehendant, tamen connata illa levitas, bene & pudice quæ didicerunt, aſſervare prohibet. Referri huc quodammodo poteſt, vel ipſius, de qua ſupra egimus, Beruriæ, fœminæ inter Judæos clariſſimæ, planeq; incomparabilis, exemplum. De ea ſic legitur in Schalſch. Hak. p. 32. 2.
בגטין פ״ הנזקין נראה שר׳ מאיר היה גר צדק מבני בניו של נירון הקיסר י״א שנירון היה שר צבא מהקיסר ונתגייר והיה נקרא גם כן ר׳ נהוראי ואומר המדרש שהיה יפה תואר במסכת כלים פ״א ברוריה אשת ר׳ מאיר אמרה הלכה ונפסקה כדבריה והיתה בת ר׳ חנינא בן תרדיון ובפסחים פ״ה אומר שבימי החורף למדה ש׳ הלכות מש׳ חכמים ובפ״ק דע״א לגלגה על מה שאמרו ז״ל דעתן של נשים קלה וכתבה בספרה חוץ מברוריה ורבי מאיר צוה לא׳ מתלמידיו לנסותה ולקנטרה לדבר עבירה והתלמיד הפציר בה כל כך עד שנתרצה ונכנס רבי מאיר תחת התלמיד וכשנתגלה אליה חנקה עצמה ורבי מאיר ערק לבבל מחמת כיסופא: Id eſt: *Ex cap. V. Gittin, conſtat,* τὸν *R. Meir,* (gentilium ſuperſtitione relicta,) *ſacris Judæorum adhæſiſſe, fuiſſeq; Neronis Cæſaris nepotem. Alii contendunt, illum Neronem, fuiſſe Ducem Exercitus Imperatorii, & hunc Judæorum fidem amplexum eſſe. Cæterum R. Meir alio nomine dictus quoq;, Rabbi Nehorai, ſive Illuſtris, & Medraſch teſte, longe formoſiſſimus extitit. In cap. 1. Maſſechet Kelim, opinionem ſuam affert Beruria ejus conjux, quam, aliarum miſſis, communi conſenſu, Sapientes approbarunt. Habuit vero Beruria patrem R. Chaninam Tardionidem, deq; ea in Peſachim c. 5. traditur, quod brumalibus diebus trecentas* ἀναγνώσεις, *a trecentis didicerit Magiſtris. Item in cap. 1. libri Avoda Sara ſcriptum, vidiſſe ipſam dictum Sapientum, quo* Mulieres levi animo eſſe, *pronunciarunt; & in ſuo libro adjeciſſe :* Excipere oportet Berurjam. *Sed vero, præcepit R. Meir, cuidam diſcipulorum, faceret periculum*

ejus

ejus castitatis, eamq; ad stuprum solicitaret, (cui morem gerens Discipulus) *non prius destitit, quam ipsa assensit, Rabbi tamen Meir in locum Discipuli succedente. Re cognita, ipsa voluntario suspendio se necavit, Rabbi vero Meir, præ pudore in Babyloniam abiit.*

4. Quomodo Magistri locum &c.] מאי דרשי בירה legunt Codices En Jacob, Talmudis habent מאי עברי ליה sensu simili.

5. Nudum facit] Secundum R. Salomonem duplex potest esse hujus dicti interpretatio. Uno significabit: Sacrarum literarum studia id requirunt, ne quis sumtibus parcat, sed omnes facultates suas in ea impendat, ad paupertatem usque. Altero valebit: Qui operæ pretium in discenda Divina lege facere volet, oportet nudum & vacuum animum ab omnibus præjudiciis afferat.

6. Cohabito nuditati] Sic, ex mente Magistrorum, vertendus locus est, quibus ערמה non tam *Astutiam*, quam *Nuditatem*, significare, visum fuit.

ה

פיסקא ר׳ יהושע אומר רוצה אשה בקב תפלות מט׳ קבין פרישות: מאי קאמר הכי קא קאמר רוצה אשה בקב וגו ותפלות עמו מט׳ קבין וגו ופרישות:

V.

COmmentatio. R. *Josua ait: Magis expetit mulier cabum unum, rei Venereæ, quam novem cabos, vita solitaria.* Quid dicit? hoc dicit: [1] Magis desiderat mulier cabum unum, junctum cum re Venerea, quam [2] novem cæteroquin cabos, & ut eâdem carendum sit.

ANNOTATA.

1. Magis desiderat mulier &c.] Raschi in Glossa: חפצה היא ליזון מזונות מועטים ויהא תפלותה מצוי לתשמיש מט׳ קבין ופרישות לפרוש מן התפלות לפיכך אין טובש תלמוד תורה: Id est: *Præoptat mulier, parce vivere, & rem genialem exercere, quam multis rebus abundare, ac carere istis deliciis. Eapropter, haud prodest imbuere eam Sapientiæ studiis* (quippe, quæ tantum hoc conferre dictum est, ut eo

callidius mulier rem ſuam queat meditari.) Paulo aliter hæc exponit R. Chananel in Toſephot, רוצה אשה שיהא בעלה חמר ויהא מצוי אצלה בכל שבת לתת לה עונת' ולא יביא לה אלא קב חיטין בלבד ולא יהא גמל שהולך בדרך רחוקה ואינ' נותן לה עונה אלה אחת לשלשים יום ואע״פ שמביא לה לשכרו ט' קבין חביבה עליה העונה בכל שבת וקב אחד מט' קבין ופרישות ל' יום: Id eſt: *Magis expetit mulier, ut maritus ejus ſit Aſinus, & moretur cum ea ſingulis Sabbathis, quo debitum conjugale ei præſtet, etiamſi unicam tritici menſuram tantum ei afferat: quam ut ſit Camelus, qui peregre abit, vix trigeſimo quoquo die officium faciens, licet maxime novem menſuras ſecum afferat. Potius enim delectatur, rem Veneream, quovis Sabbatho cum menſura una habere, quam novem menſuras, cum triginta dierum* βίῳ ἀναφροδίτῳ. Non de nihilo plane eſſe, quod Judæi dictitant, probant illa apud Procopium in Hiſt. Arc. p. 75. Καὶ ὑπὲρ ἁμαρτάδων τῶν ἐς τὸ σῶμα κολάσεις τῇ Θεοδώρᾳ ἐπινοεῖν, ἐπιμελὲς ἦν· Πόρνας ὅμιλον πλέον ἢ πεντακοσίας ἀγείρασα, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἐς τριώβολον, ὅσον ἀποζῆν μισθαρνούσας, ἔς τε τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον στείλασα ἐν τῷ καλουμένῳ μοναστηρίῳ καθεῖρξε τὸν βίον μεταμφιέσασθαι ἀναγκάζουσα· ὧν δή τινες ἐῤῥίπτουν αὑτὰς ἀφ' ὑψηλοῦ νύκτωρ, τῆς ἀκουσίου μεταβολῆς ἀπαλλάσσοντο: Id eſt, interprete Alemanno: *In illa etiam cura verſata eſt Theodora, ut proſtituentes corpora mulierculas puniret; nam ſcorta ferme quingenta, quaſe ad triobolarem quæſtum, vitamq; medio in foro vulgarent, in adverſam Boſphori partem, facto grege amandavit, retruſitq; in Monaſterium, meliorem vitæ rationem inire coactas. Ex his, pleræq;, noctu, e ſublimi præcipites egerunt ſeſe, ac ſponte mori, quam invite ſic vivere maluerunt.* Nimirum, *Mulieres ad hoc Naturam progenuiſſe, ut partus edant, & maximam eis cupiditatem in hoc conſtitutam eſſe*; agnovit etiam Theodoræ Conjux, Juſtinianus in l. 2. Cod. de Indict. vid. & leg. Jul. miſc. toll.

2. Novem cæteroquin cabos] Habemus eandem hanc Parœmiam quoque in Cetubot fol. 62. b. niſi quod hic, pro novem, omnino decem cabi nominantur. Neſcio, utram lectionem magis probare debeam, cum ambæ fundamentum habere videantur in illo illuſtri dicto Kidduſchin fol. 49. b. ubi variarum rerum Cabi decem in mundum deſcendiſſe, atque ex iis quosdam novem, reliquos unum, accepiſſe dicitur: Ut ſic decem cabi, rem perfectam, & cui nihil plane deeſt, unius detractio imminutionem quandam innuat. Nemo non intelligit, convenire noſtro propoſito, pariter & expreſſionem ſummæ affluentiæ, & detractionem quoq; cabi unius, cujus defectum alter ſuccenturiatus, ſupplet. Sic vero legitur in Kidduſchin, loco quem indicavimus.

עשרה קבין חכמה ירדו לעולם ט׳ נטלה ארץ ישראל ואחרת
כל העולם כולו:
עשרה קבין יופי ירדו לעולם ט׳ נטלה ירושלם ואחת וכו׳
עשרה קבין עשירות ירדו לעולם ט׳ נטלה רומי וכו׳
עשרה קבין עניות ירדו לעולם ט׳ נטלה בבל וכו׳
עשרה קבין גסות הרוח ירדו לעולם ט׳ נטלה עילם וכו׳
עשרה קבין גבורה ירדו לעולם ט׳ נטלו פרסיים וכו׳
עשרה קבין כנים ירדו לעולם ט׳ נטלו מדי וכו׳
עשרה קבין כשפים ירדו לעולם ט׳ נטלו מצרים וכו׳
עשרה קבין נגעים ירדו לעולם ט׳ נטלו חזירי׳ וכו׳
עשרה קבין זנות ירדו לעולם ט׳ נטלה ערביא וכו׳
עשרה קבין עזות ירדו לעולם ט׳ נטלו מישן וכו׳
עשרה קבין שיחה ירדו לעולם ט׳ נטלו נשים וכו׳
עשרה קבין שברות * ירדו לעולם ט׳ נטל כושן וכו׳
עשרה קבין שינה ירדו לעולם ט׳ נטלו כל העולם כולו ואחד
נטלו עבדים:

*Sic lego cum Codicibus En Iacob fol. 55. col 2. nec probo שכרות quod est in Talmude: Non enim Æthiopum Ebriositas tam decantata est, quam illorum Nigr.

Id est:

Decem Cabi Sapientiæ descendere in Mundum; Novem, sibi sumsit Terra Israëlis, unum (qui supererat,) *reliquus Orbis universus.*
Decem Cabi Pulchritudinis descenderunt in Mundum: Novem, sibi sumsere Hierosolyma &c.
Decem Cabi Divitiarum, descenderunt in Mundum; Novem, sibi sumsit Roma; &c.
Decem Cabi Paupertatis descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsit Babylonia; &c.
Decem Cabi Superbiæ descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Elamitæ; &c.
Decem Cabi Roboris descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Persæ; &c.
Decem Cabi Pediculorum descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Medi; &c.

Decem

Decem Cabi Veneficiorum descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Ægyptii; &c.
Decem cabi Porriginis descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Porci; &c.
Decem Cabi Scortationum descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Arabes; &c.
Decem Cabi Adulteriorum descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsit Meschan; &c.
Decem Cabi Garrulitatis descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Fœminæ; &c.
Decem Cabi Nigredinis descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsere Æthiopes; &c.
Decem Cabi Somni descenderunt in Mundum; Novem sibi sumsit Orbis (propemodum) *Universus; sed unus* (qui supererat) *relictus est Servis.*

ו.

פיסקא הוא היה אומר חסיד שוטה וכו׳: היכי דמי חסיד שוטה כגון דטבע אתתא בנהרא ואמר לאו אורח ארעא לאסתכולי בה ולאצולה מסיקנא לה משום דקא מסתכלנא בערוה ורשע ערום היכי דמי רשע ערום אמר רבי חנינא זה המטעים דבריו לדיין קודם שיבא בעל דין חבירו ר׳ אבהו אמר זה הנותן דינר פרוטה לעני להשלימו למאתים זוז דתנן מי שיש לו מאתים זוז לא יטול לקט שכחה ופאה ומעשר עני היו לו מאתים זוז

VI.

Commentatio. *Idem ore frequentabat, homo pius qui insipiens* &c. Ecquisnam est, Pius insipiens? (*Verbi causa,*) [1] si fœmina in undis periclitetur, atq; quis dicat: non extraham eam, ne alioquin [2] verenda ejus conspiciam. *Improbus qui Astutus.* Quis videtur Improbus astutus? [3] R. Chanina ait eum esse, qui [4] prægustum causæ suæ præbet judici, priusquam advenit advocatus adversarii. R. Abhu ait eum esse, qui inopi [5] obolum largiter, ut ducentos Denarios compleat; Sic enim [6] in Mischna discimus: Quisquis [7] habet [7] ducentos Denarios prohibetur [8] spicilegio, oblivione relictis, angulo, decimisque paupe-

חסר אחד אפילו אלף נותנין לו כאח' הרי זה יטול רב אסי א"ר יוחנן זה המשיא עצה למכור בנכסים מועטים ואמר דאמר רב אסי א"ר יוחנן יתומים שקדמו ומכרו בנכסים מועטים מה שמכרו מכרו אביי אמ' זה המשי' עצה למכור בנכסים כרבן שמעון בן גמליאל דתניא נכסי לך ואחריך לפלוני ירד הראשון ואכל השני מוציא מיד הלקוחות דברי רבי רשב"ג אומר אין לשני אלא מה ששייר ראשון בלבד:

pauperum. Quare cum quis possidet [9] uno obolo minus ducentos Denarios, [10] si vel mille offerantur, unius instar sunt, [11] illosque eidem accipere fas est. R. Ase, nomine R. I. eum esse contendit, [12] qui (*socio*) consilium præbet, de vendendis rebus hæreditatis exilis. Nam, ut idem, ejusdem nomine tradit: Filii, qui (*patre defuncto*,) properantes vendiderunt res hæreditatis exilis, quod vendidere ratum esto. Abai, illum esse arbitratur, qui suadet alicui venditionem facultatum, (*relictarum ex fideicommisso, in loco ubi obtinet*) sententia R. Simeonis F. G. Quippe, prout habet traditio: (*Si quis moriturus dicat:*) [13] Facultates meæ tuæ sunto, post mortem vero tuam, sunto τῷ N. Si primus abeat, vendatque, & consumat (*res acceptas;*) alter eas vindicat e manu emtorum, (*tanquam rem suam:*) Hæc quidem R. (*Judæ*) sententia est. Sed R. Simeon F. G. statuit, nihil secundo deberi, [14] nisi tantum, quod alter [15] reliquit.

ANNOTATA.

1. Si fœmina in undis periclitetur &c.] Cl. Hottingerus, in Thes. Philolog. p. 29. ista allegare volens, verbi præcipui, & quod minime omitti debebat, dememinit, scribendo: *Religiosus fatuus: ut si quis quia periculosum sit mulierem contueri, negligat illam in aqua de vita periclitantem.* Sane, nisi verbum *nudam* addatur, non jam fatuum, sed religiosum habemus prorsus insanum: Quin & adeo necesse est, ut qui mulierem in undis periclitari animadvertit, eam jam sit intuitus. Baal

Chaſidim Num. CXXVI. אל תהי צדיק הרבה הרי שהיתה אשה טובעת בנהר ובידך להציל אל תאמר אני מניחה לטבוע כי איך אלך ואראה את ערותה למה תשומם ויחשב לך עון ותענש צא ולמד משאול שחמל על אגג ועשה קו״ ש״ל טעות ועל דבר זה נטרד וכן איש אחד מבני הנביאים אמר אל רעהו בדבר האלהים הכני נא וימאן האיש להכותו וע״י כן נענש והכהו האריה וימיתהו ; Id eſt: *Noli eſſe nimium juſtus. Quod ſi fœmina in flumine periclitetur, atq; eam liberare poſſis, ne dicas: Utiq; deſerenda mihi eſt: Ecquomodo enim ibo, viſurus illius nuditatem? Quare enim committeres ut ipſa pereat, tibi vero reatum & pœnam ea res crearet? Heus, diſce mihi hoc a Saule, qui Agago pepercit, malum nectens a*

1. Sam. XV. *comparatis argumentum, & ob eam rem fuit repudiatus. Sic quidam e filiis Prophetarum, ita jubente Deo, dixit ſocio ſuo* (1. Reg. XX, 35.) Percute me quæſo: *Quod cum vir ille facere detrectaret, ideo punitus eſt, ita ut leo in eum invadens, ipſum interimeret.* Quod de Saule obſcurius hic dicitur, lucem deſiderat ex Joma fol. 22. b. ad quem locum Autor digitum quaſi intendit. בשעה שאמר לו הקב״ה לשאול לך והכית את עמלק אמר ומה אם בשביל נפש אחת אמרה תורה הביאו עגלה ערופה בנחל כל הנשמות הללו עאכו״ אם אדם חטא בהמה מה חטאה אם גדולים חטאו קטנים מה חטאו מיד יצתה בת קול ואמרה לו אל תהי צדיק הרבה: Id eſt: *Cum Deus diceret Sauli* (1. Sam. XV, 3.) Abi ut percutias Amalekum: *Ipſe ſecum ratiocinabatur: Quod ſi ob hominem unum peremtum, lex Divina vitulam in torrente decollare juſſit, quanto magis æquum, ut ob tot tantosq; homines interfectos,* (offerantur ſacrificia?) *Si homines peccarunt: quid pecudes commeruerunt? Si adulti deliquerunt: quæ parvulorum noxa eſt? Continuo inſonuit oraculum Divinum, inquiens:* Ne

Eccleſ. VII, 6. eſto juſtus nimium. Superſtitioni, de non extrahenda ex undis fœmina, ob periculum conſpiciendæ nuditatis, pariſſima eſt illa, ſi quis hominem Sabbato undis illapſum, nulla alia ſalutis ratione ſe offerente, reti tamen expiſcari nollet, ob ſuſpicionem, fieri poſſe, ut ſimul extrahantur piſciculi, quod cæteroquin Sabbatho facere nefas eſt. Hujus caſus meminit Autor libri לב טוב fol. 72. col. 1,

2. Verenda ejus conſpiciam] Præferenda Lectio, quam ex Codicibus En Jacob dedimus, illi, quam hic habent Talmudis Editiones: כגון דקא טבעת איתתא בנהרא ואמר לאו אורח ארעא לאיסתכולו בה ואצלוה ; & præferenda utique multimodis.

3. R. Chanina] Talmudis Editiones, aſſeverant fuiſſe R. Jochananem, יי En Jacob, fuiſſe R. Chaninam. Utris credendum?

4. Qui

4. Qui prægustum causæ suæ &c.] Magnum præjudicium affert, si quis prior possit occupare Judicem, nondum præsente adversario, & qualemcunque litis suæ dare notitiam; alta enim mente, reposita hæc manebunt, nec tam vacivas amplius aures, reperit alter litigantium. Hinc monent Magistri in Schevuot fol. 31. a. מנין לדיין שלא ישמע דברי בעל דין קודם שיבא בעל דין חברו ת"ל מדבר שקר תרחק מנין לבעל דין שלא יטעים דבריו לדיין קודם שיבא בעל דין חבירו ת"ל מדבר שקר תרחק: Id est: *Unde probatur Judicem neutrius ex litigantibus verba audire debere, nisi præsente adversario? Quia imperatur* (Ex. XXIII, 7.) A verbo mendacii procul abesto. *Unde vero probatur, litigantem non debere dare prægustum causæ suæ Judici, nondum præsente adversario? Idem eodem dicto, adstruitur.*

5. Obolum] פרוטה est in Codicibus En Jacob, in Talmudis דינר quæ eodem spectant.

6. In Mischna discimus &c.] Scilicet in Peah cap. 8. §. 8. nam inde locus est transsumtus.

7. Ducentos Denarios] זוז monetæ genus fuit, exæquans Sicli quartam partem. Sunt igitur Susim ducenti, Sicli quinquaginta, hoc est, Imperialium nostrorum nummorum, XXV. Enim vero, istud de ducentis nummis, ita accipere oportet, ut casus negotiationis exceptus intelligatur: hanc enim si quis exerceat, soli quinquaginta nummi in mercaturam locati, sufficiunt, ad quem ab Eleemosynarum acceptione excludendum, uti statim in Peah, loco indicato sequitur.

8. Spicilegio, oblivione relictis &c.] De his Pauperum donis, vide quæ accurate prolixeque disserunt, Maimonides Hilch. Truma cap. 2. item Hilch. Matnot Anijim c. 1. seqq. Moses Kozensis Præc. Neg. CCLXXXIIX. Non vacat ea transscribere. De nostris tamen Pauperibus, quomodo Judæi sentiant, dicendum verbis Maimonidis Hilch. עכו"ם cap. 10. §. 5. & 6. מפרנסים עניי עכו"ם עם עניי ישראל מפני דרכי שלום ואין ממחים בידי עניי עכו"ם בלקט שכחה ופיאה מפני דרכי שלום ושואלים בשלומם ואפילו ביום חגם מפני דרכי שלום ואין כופלין להן שלום לעולם ולא יכנס לביתו של נכרי עכו"ם ביום חגו לתת לו שלום מצאו בשוק נותן לו שלום בשפה רפה ובכבוד ראש אין כל הדברים האלו אמורי אלא בזמן שגלו ישראל לבין האומות או שיד עכו"ם תקיפה על ישראל אבל בזמן שיד

ישראל תקיפה עליהם אסור לנו להניח עכו״ם בינינו אפילו יושב לישיבת עראי או עובר ממקום למקום בסחורה לא יעבור בארצנו אלא עד שיקבל עליו שבע מצוות שנצטו בני נח שנ׳ לא ישבו בארצך אפילו לפי שעה ואם קבל עליו ז׳ מצוות הרי זה גר תושב ואין מקבלין גר תושב אלא בזמן שהיובל נוהג אבל שלא בזמן היובל אין מקבלין אלא גר צדק בלבד:

Id est : *Aluntur Pauperes* τῶν ἔξω , *Juxta cum Pauperibus Judæorum, communis pacis & tranquillitatis causa. Eandem ob pacis causam, Pauperes Gentilium, Spicilegia Judæorum, aut Manipulos ex oblivione in agris relictos, colligere, & arvorum extremitates demetere, non prohibentur. Idem pacis amor, nos jubet salutem iis precari, etiam in diebus festis eorum, verum, dum illam impertimur, nunquam est geminanda, neq; etiam intrare licet domum gentilis, die ipsi sacra, ut ave illi dicamus, quod si vero in platea quis in eum incidat, salutandus labiis remissis, capiteq; prono. Sedulo vero tenendum, ista tantum obtinere iis temporibus, quibus Judæi inter gentiles exulant, aut ipsorum imperio subjacent. At, cum Israëlitæ in gentiles jus exercent, nefas nobis est, tolerare inter nos gentilem idololatram, etiam vel ad leve commorandi spatium : nec mercatori cum mercibus e loco in locum per terram nostram transire concedendum, donec recipiat septem Noachidarum præcepta* : Q.S.E. (Ex. XXIII, 23.) Ne sedento in terra tua : *quod etiam de horaria mora, accipere convenit. Cæterum, simul ac quis septem Noachidarum Præcepta admittit, tum habetur pro inquilino advena : non autem acceptantur Inquilini advenæ, nisi tempore quo Jubilæus observatur, extra illud enim tempus, nemo in communionem admittitur, nisi proselytus justitiæ.*

9. Uno obolo minus] Equidem, sequor plerunque lectionem Codicum En Jacob, cum meliorem eam deprehendam illa, quam Talmudis editiones exhibent. Sed hic מאתים זוז חסר אחד quod isti habent, non probo, & omnino חסר פרוטה rescribendnm duxi, tum quia in Gemara, & Mischna Peah, est חסר דינר tum imprimis, quia sic facere contextus jubet, de obolo enim sermo etiam præcesserat.

10. Si vel mille &c.] Id est : Si ita ferat occasio, ut hominis opulentissimi Decimæ, Pauperibus præstandæ, mille conficiant Denarios, atque hæc ei offerantur, qui uno solo obolo deficiente, Denarios ducentos possidet, iste homo, Decimas integras, jure & conscientia salvis, acceptabit.

11. Illosque eidem accipere fas est] Supple post ista: Quod si igitur quis, habens cognatos pauperes, ut eos solos, Decimarum, Spicilegiorum &c. compotes faciat, ad excludendum a communione al-

terum

terum illum, qui ducentos denarios, unico tantum obolo deficiente, possidet, unum obolum ei porrigat, post cujus acceptionem jam amplius iste eleemosynis frui non permittitur; talis vir bonus, liberalitate sua, ingeniose nequam est. Cæterum, vix est, ut existimen, eam semper Judæorum fuisse religionem, ut habentes nummos ducentos, nullas amplius eleemosynas admitterent, & contrarium verius videtur, ex eo quod narrant in Cetubot fol. 67. b. רבי חנינא הוה ההוא עניא דהוה רגיל לשדורי ליה ד׳ זוזי כל מעלי שבתא יומא חד שדרינהו ניהליה בידא דביתהו אתא אמרה ליה לא צריך מאי חזית שמעית דהוה קאמרי ליה במה אתה סועד בטלי כסף או בטלי זהב אמר היינו דאמר ר׳ אלעזר בואו ונחזיק טובה לרמאין שאלמלא הן היינו חוטאין בכל יום: Id est: *R. Chanina solebat egeno cuidam*, (aut certe talem se fingenti,) *semper pridie sabbati submittere denarios quatuor.* (Forte fortuna, cum abessent alii domestici,) *misit eos aliquando per conjugem suam, quæ reversa, marito ait, istum quidem hominem, subsidio nullo egere. Quærit maritus, quid viderit ipsa*, (unde sic colligat? Respondet,) *audivisse se* (familiares istius mendici,) *quærentes ex eo, mappisne sericeis, multo argento, an vero illis, auro intertextis, mensam sterni juberet? Tum vero dixit R. Chanina: Agnosco verum esse effatum R. Eleasaris:* Eamus, & magnas feramus gratias Deceptoribus, absque his enim esset, quotidie peccaremus, (non erogando cuivis petenti eleemosynas. At nunc, ob impostores ejusmodi, parata nobis aliqua apud Deum excusatio, & licet dicere, visum nobis esse, istum mendicum, haud admodum premi inopia.)

12. Qui socio consilium præbet &c.] Ut hæc intelligantur, tenendum, eam juris Civilis apud Judæos esse dispositionem, ut superstitibus post mortem parentum simul fratribus & sororibus, tum si ampla sit hæreditas, eam fratres inter se dividere, sororibusque præstare alimenta. Quod si vero angustæ res sint, & exiguum patrimonium, tum Magistratum illa bona occupare, filiabus ea vindicando, ut sic vitam tolerare queant. Mares enim facilius remedium, ad sese sustentandos inveniunt, quam fœminæ; quin & harum ignominia, si nimis parce & duriter vitam agere coguntur, ad fratres quoque pertinet. Atque hoc est, quod dicit Mischna in Bava Batra c. 9. §. 1. מי שמת והניח בנים ובנות בזמן שהנכסי׳ מרובין הבנים ירשו והבנות יזונו נכסי׳ מועטין הבנות יזונו והבנים ישאלו על הפתחים: Id est: *Si quis moritur, relictis filiis & filiabus, ibi si facultates magnæ sint, filii eas partiuntur, & sororibus alimenta subministrant. Si vero tenuis sit hæreditas, alendæ filiæ, fratres ostiatim*

ſtipem quærant. Adde ibi Gemaram, & Cetubot fol. 102. Atq; hæc, quamvis ita ſe habeant, tamen, cum exiguum eſt patrimonium, ſi ante bonorum occupationem a Magiſtratu factam, filii res hæreditarias vendant, rerumque pretia in ſuos uſus convertant, non reſcindi poſſunt ii contractus a Magiſtratu, ſed tanquam jure facti ſuſtinentur, atque filiabus tantum decedit, quantum fratres diſtraxerunt. Merito igitur hominis aſtute nequam nomen meretur, qui cum caſus ſimilis emergit, hanc venditionem, filiis, jus ſuum ignorantibus, ſuadet.

13. Facultates meæ tuæ ſunto &c.] De hoc dicto prolixa inſtituitur diſquiſitio in Bava Batra fol. 137. a. unde quædam transſcribam. תניא נכסי לך ואחריך לפלו׳ וירד ראשון ומכר ואכל השני מוציא מיד הלקוחות דברי ר׳ רבן שמעון בן גמליאל אומר אין לשני אלא מה ששייר ראשון ורמינהי נכסי לך ואחריך לפלוני יורד ראשון ומוכר ואוכל דברי רבי רשבג״ אומר אין לראשון אלא אכילת פירות בלבד קשיא דרבי אדרבי ודרשב״ג אדרשב״ג דר׳ אדר׳ לא קשיא הא לגופא הא לפירות דרשב״ג אדרשב״ג לא קשיא הא לכתחילה הא דיעבד; Id eſt: *Extat traditio*: (Si quis moriturus dicat:) *Facultates meæ tuæ ſunto, poſt mortem vero tuam ſunto τῷ N. Si primus res illas vendat, & conſumat, alter eas vindicat e manu emtorum. Hæc quidem R.* (Judæ) *ſententia eſt. Sed R. Simeon F. G. opinatur, nihil ſecundo deberi, præter id quod primus reliquit. Fuit objectum:* (Extat ſimiliter Traditio: Si quis dicat:) *Facultates meæ tuæ ſunto, poſt mortem vero tuam, ſunto τῷ N. primus vendendi conſumendiq; licentiam habet, ex mente R. Judæ; At R. Simeon Gamalielis filius, opinatur habere eum tantum jus percipiendorum fructuum. Contradicit igitur ipſe ſibi R.* (Judas,) *& contradicit ſibi quoq; R. Simeon Gamalielis filius. Atenim vero, haudquaquam ſibi contradicit R.* (Judas:) *diſtinguendum enim inter res ipſas, & earundem uſumfructum,* (de uſufructu capiendus ſermo eſt, de ipſis rebus minime.) *Quin nec R. Simeon Gamalielides, ipſe ſibi contrarius eſt, nam diſtinguendum inter ea, quæ ex jure, & ea quæ ex mero facto ſuſtinentur.* Vide, ſi volupe eſt, ibidem plura, & adde Toſephot Gemaræ noſtræ. Nos, illud unum adhuc monemus, in hoc diſſenſu, prævaluiſſe R. Simeonis Gamalielidis opinionem, atque ſecundum ipſum, eſſe deciſionem, prout in Bava Batra, diſerte indicatur. Non tamen nimis crude accipere effatum oportet, ſed obſervandæ limitationes, quas ſecundum mentem R. Achæ, in eadem Gemara Bava Batra fol. 129. b. inculcat Moſes Kozenſis, Præc. Affirm. LXXXII. fol. 163 col. 2. שכיב מרע שאמר נכסי לפלוני ואחריו לפלו׳ אין לשני אלא מה ששייר הראשון ואם היה הראשון ראוי ליורשו

כגון שהית בן מכלל הבנים אין לשני כלום שכל לשון מתנה שכיב מרע ליורש הרי היא כלשון ירושה וירושה אין לה הפסק ואע״פ שאמר ואחריו לפלוני אבל הבריא שנתן מתנה על דרך זרה ואמר לזרה נכסי לך ואחריך לפלוני אין לשני אלא מה ששייר הראשון בין שהיה ראשון ראוי ליורשו בין שלא היה ראוי ליורשו שכיב מרע שאמר נכסי לך ואחריך לפלוני והיה הראשון ראוי ליורשו ופירש ואמר לא משום ירושה אני נותן לך שאין לה הפסק אלא מתנה והרי הפסקתיה השני קונה מה ששייר הראשון: Id est : *Si quis lethaliter decumbens, dicat :* Facultates meæ sunto tibi N. & post eum, sunto tibi N. *Ibi nihil acquirit secundus, nisi quod a primo relictum est. Quod si primus, cæteroquin hæres futurus erat, uti, si sit unus ex filiis, secundo nihilquicquam debetur : Nam, Donationis verbum, a lethaliter decumbente, erga suum hæredem usurpatum, semper vim habet concessionis Hæreditatis proprie ita dictæ, hæreditas vero,* (æterni juris est,) *nec admittit cessationem*, (aut translationem,) *utut maxime verba illa :* Post mortem vero tuam sunto tibi N. *adjiciantur. Sed, si quis valens sanusq; donationem hoc modo faciat, dicatq; alicui :* Facultates meæ, tuæ sunto : & post mortem tuam sunto tibi *N. nihil secundo debetur, nisi quod a primo relictum est, sive primus ille, cæteroquin heres* (Donatori) *futurus erat, sive fuit extraneus. Si quis lethaliter decumbens, dicat : Facultates meæ, tuæ sunto, post mortem vero tuam, sunto tibi N. atq; ille primus,* (sic de rebus suis disponenti,) *hæres futurus erat, mentem autem suam explicet* (moriturus.) *addatq; :* (Heus,) *non Hæreditatis, quæ cessationi non subjicitur, sed Donationis titulo,* (tibi bona mea assigno,) *& omnino cessationem,* (bonorumque in alium translationem) *inducere ego volo : Hoc quidem casu, secundus id acquirit, quod a primo relinquitur.* Facile erat docere, quantum hæc a jure Romano Quiritium, quo utimur, recedant, sed vereor ne fastidio forem, præsertim cum nuspiam non, ista addiscendi, librorum plus satis sit.

14. Nisi tantum] Verbum בלבד quod in solis quidem Codicibus En Jacob reperi, cum non penitus inutile sit, retinendum esse arbitror.

ז

אמר רב יוסף בר חמא אמר רב ששת זה המכריע אחרים באורחותיו : ר׳ זריקא אמר

VII.

R. Scheschet prodente, R. Joseph F. Ch. illum (*Improbum astutum*) ajebat esse, [1] qui ex se alios

רב הונא זה המקל לעצמו
ומחמיר לאחרי׳ עולא בר ר
רב אמ׳ זה שקרא ושנה ולא
שמש תלמיד חכם דאית׳
קרא ושנה ולא שמש ת״ח
ר׳ אלעזר אמר הרי זה עם ה
הארץ ר׳ שמואל בר נחמני
אמר הרי זה בור ר׳ ינאי אמר
הרי זה כותי רב אחא בר יעק׳
אמר הרי זה אמגוש: אמר רב
נחמן בר יצחק מסתברא כוו
כוותיה דרב אחא בר יעקב
דאמרי אינש רטין מגושא
ולא ידע מה רטין תני תנא
ולא ידע מה תני:

alios capere jubet exemplum. R. Sereka, autore R. Huna pro (*improbo astuto*) habet, [2] qui sibi ipse (*præcepta*) allevat, aliis vero aggravat. Ula vero [3] R. Ammæ filius, pro tali, illum reputat, qui Scriptura & Mischna (*tantum*) imbutus, [4] non autem ministravit Discipulis Sapientum. Traditur enim: Qui Scripturam & Mischnam tantum didicit, nec Magistris servivit, eum R. Eleasar habet pro plebejo: R Samuel F. N. [5] pro bardo. R. Janai, pro [6] Samaritano. R. Acha F. I. pro Mago. Ait R. Nachman Isaacides: Assensum meretur (*opinio*) R. Achæ F. I. vulgo enim dicitur: [7] Secum murmurat [8] Magus, nec novit quid murmuret: Ita docet Mischnicus, ignorans quid doceat.

ANNOTATA.

1. Qui ex se alios capere jubet exemplum] Id est: Referendus quoque inter astute improbos is est, qui alios sua facta, moresque jubet imitari, magnam pietatem vultu simulans. Talis enim nullum alium finem propositum habet, quam ut vanam gloriam aucupetur, & ne cæteri mortales in vitam ejus solicite inquirant, certo certius persuasi, non posse esse nequam hominem, qui seipsum aliis exemplum disciplinæ proponit.

2. Qui sibi ipse præcepta allevat, aliis vero aggravat] Hoc gnaviter olim fecere Pharisæi & Scribæ, de quibus, apposite ad hunc locum, Servator noster, Matth. XXIII, 3. 4. Λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι. Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα, καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων.

Τῷ

Τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν ἐ θέλυσι κινῆσαι αὐτά· Et iterum Luc. XI, 46. *Καὶ ὑμῖν τοῖς Νομικοῖς ἐαί· ὅτι φορτίζετε τὲς ἀνθρώπυς φορτία δυσβάςακτα, ϗ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν ἐ προσψάυετε τοῖς φορτίοις·*

3. R. Ammæ filius] Tribuamus hoc honori iſtius hominis, ut invitis Editionibus Talmudis, nomen ejus, cum Codicibus En Jacob exprimamus.

4. Non autem miniſtravit Diſcipulis Sapientum] Illud Miniſterium, ſummis ubique in Talmude deprædicatur laudibus, omnisq; doctrinæ conſtituitur prora & puppis. Quid vero per id intelligant Magiſtri, docendū ex Annotatione, quæ eſt in En Iſraël fol. 14. col. 2.

כתב רש"י בפ' ג' שאכלו שמוש ת"ח הוא התלמוד התלוי בסברא שהיו נותנים טעם לדברי משנה והיו מתאספים יחדו ועוסקים בכך והוא הוגמת הגמרא שסדרו האמוראים ע"כ רש"י בפ' הנזכר ובירושלמי דנזיר דומה לענין זה: Id eſt: *R. Salomo Jarchi* (in Commentario ad tractatus Berachot) *caput 3.* (quod incipit a verbo שאכלו ſcripſiſſe deprehenditur:) *Per Miniſterium, præſtandum Diſcipulis Sapientum, innuitur ipſa doctrina*, (non qualicunque opinione, ſed) *ſcientiâ* (vera, ſolida, & immotâ) *ſubnixa. Olim enim congregati in unum Sapientes, de Miſchna placitis conſerebant, rationesq; aſſignabant, eumq; ad modum, a Doctoribus quos Amoraim vocamus, Gemara eſt compoſita.* (Hinc igitur factum, ut qui illis Sapientibus erant a miniſterio, omnia accuratiſſime perciperent, & in intima adyta Sapientiæ penetrarent.) *Hactenus Raſchi, loco memorato, quibus ſimilia, habet in Tractatu Naſir, Talmud quoq; Jeruſchalmi.* Cur vero, pro homine ingenioſe nequam habendus ille ſit, qui ſolam Scripturam & Miſchnam didicit, nec Sapientibus miniſtravit, ejus rei cauſa redditur in Gloſſa noſtra: רשע הוא שאין תורתו על בורייה ואין ללמוד הימנו שע"י הטעמים יש חילוק באיסור ובדיני ממונ' לזכו' ולחייב ובטהרות לטמא ולטהר כדאמרינן בכמה דוכתי מ"ט אמר מר הכי ומר הכי ואמרינן מאי בינייהו ואמרינן בך וכך וערום הוא שהשומע את קולו שונה משניותיו כסבור שבקי בטעמיהן ונוהגין בו כבוד כתלמיד חכם: Id eſt: (Non ſerviens Sapientibus,) *Improbus eſt, cum ejus eruditio non ſit pura, nec ad id valeat, ut quis quid ab eo diſcere poſſit. Propter rationes enim quasdam, ſæpe diſcrimen oritur inter res conceſſas & prohibitas, item in judiciis pecuniariis, quædam ad abſolvendum, quædam ad condemnandum, nec non, cum de Purificatione agitur, quædam ad rei alicujus puritatem, quædam ad impuritatem, momentum afferunt: Unde toties* (in Gemara) *dicimus:* Cur Doctor

Clarissimus N. ita, & cur alter Vir Clarissimus secus pronunciat? *Quærimus item*: Quid intercedit discriminis inter opiniones horum Doctorum? Et respondetur: *Hoc vel istud intercedit.* (Hæc vero omnia, eos, qui solam Mischnam didicere, penitus latent, unde larga ubique illis peccandi, & ex injustis justa, vel, ex recte gestis, contraria faciendi, materies. Porro) *meretur quoq;* (non ministrans Sapientibus & solam Mischnam edoctus,) *nomen Astuti:* (ipse enim, pro insigniter erudito se venditat,) *hinc fit ut eum audientes, Mischnam ipsius addiscere desiderent, existimantes tenere illum rationes, venerantesq; ipsum, tanquam virum Sapientissimum.*

5. Pro bardo] Commentarius noster in Pirke Avot, qui ex
variis aliorum collectus est, pag. 21. a. בור גרוע מעם הארץ שאינו יודע
אפילו בטיב דרך ארץ ובטיב משא ומתן כמו שדרת בור שהוא נפסד
ובור מכל וכל: Id est: בור *deterior est illo, qui vulgo* עם הארץ *sive Homo Plebejus, appellatur.* (Et quadrat nomen in eum,) *qui ne quidem communem vivendi rationem, aut quomodo in quotidianis contractibus versandum sit, habet perspectum, sed est instar cujusdam agri deserti, qui omni re privus, & penitus incultus jacet.* Chullin fol. 91. a. המהלך לימין רבו
הרי זה בור: Id est: *Qui dextrum latus Magistri sui occupat, ecce is Bardus est.* Hinc habemus quoque in Talmude דברי בורות pro Verbis Ineptis, Imprudentibus, ac redolentibus quandam fatuitatem. Nidda
fol. 69. b. שנים עשר דברים שאלו אנשי אלכסנדריא את רבי יהושע
בן חנינא שלשה דברי חכמה שלשה דברי הגדה שלשה דברי בורות
שלשה דברי דרך ארץ: Id est: *Cives Alexandrini, XII. quæstiones proposuere R. Josuæ F. Ch. quarum tres ad Philosophiam, tres ad Philologiam, tres ad Ineptias meras, tres ad Civilitatem morum attinebant.* Sequitur fol. 70. b.
שלשה דברי בורות: אשתו של לוט מהו שתטמא אמר להם מת מטמא
ואין נציב מלח מטמא בן שונמית מהו שיטמא אמר להם מת מטמא
ואין חי מטמא מתים לעתיד לבא צריכין הזאה שלישי ושביעי או אין
צריכין אמר להן לכשיחיו נחכם לתן: Id est: *De tribus ineptis* (quæstionibus, & earum responsis, ita se res habet: Quæsitum:) *Anne Uxor Lothi* (si tangatur,) *immundum quem reddit? Respondit ipse: Cadaver immunditie fœdat: Statua Salis haudquaquam.* (Amplius quæsitum:) *Filius Sunamitidis,* (ab Elisæo e morte ad vitam revocatus, uti 2. Reg. IV. legere est) *nunquid ipse immundum quem redderet? Respondit ipse: Cadaver, immundos facit; homo vivus neutiquam.* (Denique quæsitum:) *Habentne mortui, olim* (resurgentes,) *opus purgatione tertii & septimi dierum,*

(qua

(qua de Numer. XIX, 12.) *Respondit ipse: Cum sequuta erit Resurrectio, ea de re laborabimus.*

6. Samaritano] Raschi in Glossa: כותי אסור לאכול פתו ולשתות יינו דכיון דלא שמש חכמים אינו מקפיד על דברי חכמים לדעתם ולא שנה אלא להראות עצמו בתלמוד: Id est: *Hominis Samaritani panem comedere, vinumq; ejus bibere, nefas est.* (Pariter se res habet,) *cum eo, qui non ministravit Sapientibus: Non enim verum sensum illorum, quæ ipsi tradunt, tenet, nec ob aliam causam didicit, quam ut seipsum ostentet.* Quod de Samaritanis hic ait Raschi, facit ad explicandum Samaritanæ mulieris dictum, quo Christo Servatori, apud Johannem IV, 9. ait: Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν, παρ᾽ ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις·

7. Secum murmurat &c.] Credo omnes prælaturos eam, quam ex En Jacob dedimus, lectionem, huic, quæ sequitur, editionum Talmudicarum: דמין מגושא ולא ידע מאי אמ׳ תני תנא ולא ידע מאי אמ׳: Etsi enim haud magnum discrimen intercedit, est tamen nostra concinnior: eandemq; expressit Cl. Coccejus in Notis ad Sanhed. pag. 300.

8. Magus] מגושא in Aruch majore, modo Arabicæ, modo Græce, dicitur esse originis: sed Persis nos hanc vocem debere, vulgo cognitum habetur. R. Salomo in Glossa nostra, explicat id verbi מכשף האוחז את העינים וגונב את הלבבות: Id est: *Veneficum, qui præstringit oculos, & captat corda* (aspicientium.) Atqui, si מגושא & מכשף iidem sunt, posset quis opinari, non recte se habere ea, quæ a R. Salomone adjiciuntur, cum in Gemara Sanhedrin cap. 7. seu p. 57. edit. Coccej. clarissime legatur: המכשף זה העושה מעשה ולא האוחז את העיני׳ *Veneficus is est, qui rem patrat, non qui præstringit oculos.* Verum, excusare licebit R. Salomonem, si dicamus, non speciali aliquo cum Talmudistis, sed generali sensu, ipsum vocabulum מכשף accepisse. Quippe, uti est in Schalsch. Hakkab. pag. 84.: מכשף הוא שם כולל לכל מיני הכשופים Id est: *Vox* מכשף *generalis habetur, omnesq; veneficiorum complectitur species.* Disquirunt eruditi, quales illi Magi fuerint, qui apud Matth. II. recens natum Servatorem, peregre adventantes, dicuntur adorasse: & major pars, eò, nisi fallor, inclinat, non Veneficos, sed Astrologos, rerumq; naturalium peritos, hic innui. Novissime tamen, Cl. Lightfootus Horar. Hebr. in Matthæum p. 25. contrariæ opinioni accedit, & Magos, etiam istos, *Veneficos, vel malis artibus deditos*, interpretatur; *quod in hoc solum sensu, hæc vox in pagina sacra occurrat.* Eam sententiam, juvare possumus autoritate antiquæ Versionis Hebraicæ, Evangelii

Matthæi, quam Johannes Tilius edidit, in qua, capitis ſecundi, hæc ſunt primordia: ואחרי משנולד ישוע בבית לחם בעיר יהודה בימי הורודוס המלך הנה מכשפים באו ממזרח ירושלם לאמר איה מי שנולד מלך על היהודים כי ראינו כוכב במזרח ובאנו להשתחוות לו: Quæ ſi vera eſt expoſitio, inſpirando hominibus veneficis piam ſanamq; mentem, illico oſtendere voluit vix dum in lucem editus Servator, quod *εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα διαβόλου*, & in cunis adhuc jacens cœleſtis Alcides, *τὸν ὄφιν, τὸν ἀρχαῖον, τὸν καλούμενον διάβολον*, manu ſua fortiter cœpit comprimere. Sed; nos nihil definimus.

1. Ioh. III, 8. Apoc. XII, 9.

ח VIII.

תנו רבנן איזהו עם הארץ כל שאינו קורא ק״ש שחרית וערבית בברכותיה דברי רבי אליעזר ורבי יהושע וחכמים אומרים כל שאינו מניח תפ תפילין: בן עזאי אומר כל שאין לו ציצית בבגדו: ר׳ יונתן בר יוסף אומר כל מי שיש לו ב בנים ואינו מגדלן לתלמוד תורה אחרים אומרים אפי׳ קרא ושנה ולא שמש ת״ח והו עם הארץ קרא ולא שנה הרי זה בור לא קרא ולא ש שנה עליו הכתוב אומר וג וזרעתי את בית יהודה ואת בית ישראל זרע אדם וזרע בהמה: ירא את ה׳ בני

1 TRaditio Magiſtrorum: Quis pro [2] Plebejo habendus? Quicunque non recitat mane & veſperi verba [3], *Audi Iſraël*; cum precibus (*annexis*:) Hæc [4] τῶ R. Elieſer opinio eſt. R. autem Joſua, & Sapientes dicunt: Quicunque Phylacteria ſibi non aptat. Ben Aſai ait: Qui filamina in veſtimentis non habet. R. Jochanan F. J. ait: [5] Qui filios habet, neque eos educat ſtudio Legis. Alii dicunt, utut quis maxime Scripturam & Miſchnam addidicerit, [6] ſi tamen Sapientibus non miniſtraverit, nihilo minus pro plebejo habendus. Cæterum [7] qui ſolam Scripturam ſine Miſchna didicit, bardus eſt: [8] Qui vero nec Scripturam, nec Miſchnam didicit, de eo Scriptura ait: (Jer. XXXI, 27.) *Et ſeminabo domum Iſraël, & domum Juda, ſemine hominum & ſemine*

ומלך ועם שונים אל תתערב
אמר ר' יצח' אלו ששונין טף
הלכות פשיטא מהו דתימא
מאי שונים שוני' בחט וכדרב
הונא דאמר רב הונא .כיון
שעבר אדם עבירה ושנה בה
הותרה לו הותרה לו ס"ד אלא
אימא נעשית לו כהיתר קמ"ל:
תנא התנאים מבלי עולם:
מבלי עולם ס"ד אמר רבא
שמורין מתוך משנתן : תניא
נמי הכי אמר ר' ישמעאל ו
וכי מבלי עולם הם והלא
מיושבי עולם הם שנאמ'
הליכות עולם לו אלא שמורין
הלכה מתוך משנתן:

mine Jumentorum. (Legimus Prov. XXIV, 21.) *Reverere Dominum fili mi, & Regem; & cum iterantibus ne commisceto te.* Ait R. Jsaac: (*Iterantes*) ii sunt, qui δευτερώσεις tantum addiscunt. Citra omne dubium (*hi intelligendi veniunt, & quid opus erat id monere?*) Ne cæteroquin dicas: Quid sunt hoc loco Iterantes? Ii qui peccatũ iterant. Secundum illud R. Hunæ, qui dixerat: [9] Quando homo peccatum commisit, illudque iterat, (*deinde*) illi licitum est. Ain tu, licitum esse? Quin potius dic, reddi illi quasi licitum. Atque hæc ratio est, quare illud quod paulo ante diximus, monendum fuerit. Traditio: Mischnici devastant Orbem. Ain tu, devastare eos Orbem? Affirmat Rabba, (*& causam reddit,*) quia controversias ex Mischna definiunt. Gemina prorsus extat, alia traditio: Quærit R. Jsmaël: An hi mundum desolant? utique eum habitantibus replent. Q. S. E. [10] *Ambulationes mundi ipsi.* (*Enim vero, dubio procul illum desolant,*) quia [11] causas ex Mischna dijudicant.

ANNOTATA.

1. Traditio Magistrorum &c.] Idem hoc dictum, usque ad illa קרא ולא שנה verbo tenus, habemus quoque in Berachot fol. 47. b. nisi quod ibi, cæterorum opinionibus interseritur etiam ista R. Nathanis, esse nimirum pro plebejo habendum כל מי שאין מזוזה על פתחו Id est: *Omnes illos quorum liminibus adium, scheda sacra non est affixa.* Et sane miror, in præsenti loco hæc abesse: Cum enim dicatur, pro Plebejis habendos, tum qui in palliorum oris filamina non habent, tum qui

Phylacteriis haud induuntur, illud de Mesusa non erat quoque negligendum. Horum enim trium Præceptorum par est ratio, & fere semper apud Magistros conjunguntur. Prope igitur est, ut suspicer, excidisse istud R. Nathanis, ex Gemara nostra, & omnino debere suppleri.

2. Plebejo] עמי הארץ Judæis sunt Homines indocti, rudes, & expertes Magistrorum subtilis Sapientiæ; Autore Maimonide, apud Cl. Pocockium in Porta, p. 102. ita dicuntur, quod ad terram colendam creati videantur, & glebæ sint affixi. Hos, quantopere præ se contemserint Pharisæi, Scribæ, & cæteri, qui se τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως possidere penitus persuasi erant, quamque eos aversati fuerint, omni salutis spe illis denegata, passim e Novo Testamento perspicitur, ac notabilis imprimis locus est apud Johannem VII, 49. Ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι· Huic nos dicto, probe illustrando, si quædam de insanum magno illo superbissimorum Rabbinorum, erga imperitiores odio, ex Talmude afferamus, bene utique hanc antelucanam lucubrationem collocabimus. In Pesachim, fol. 49. b. omissis paucis, quæ deinde allaturi sumus, sic propemodum continue legitur.

אמר ר׳ אלעזר עם הארץ מותר לנוחרו ביום הכפורים שחל להיות בשבת אמרו לו תלמידיו ר׳ אמור לשוחטו אמר להם זה טעון ברכה וזה אינו טעון ברכה ואמר ר׳ אלעזר עם הארץ אסור להתלוות עמו בדרך שנ׳ כי הוא חייך ואורך ימיך הוא על חייו לא חס על חיי חברו לא כל שכן אמר ר׳ שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן עם הארץ מותר לקורעו כדג אמר רבי שמואל בר יצחק ומגבו וכו׳ תניא היה ר׳ מאיר אומר כל המשיא בתו לעם הארץ כאלו כופתה ומניחה לפני ארי מה ארי דורס ואוכל ואין לו בושת פנים אף עם הארץ מכה ובועל ואין לו בושת פנים וכו׳ תני רבי חייא כל העוסק בתורה בפני עם הארץ כאלו בועל ארוסתו בפניו שנ׳ תורה צוה לנו מורשה אל תקרי מורשה אלא מאורסה וכו׳ תנא שנה ופירש קשה יותר מכלן ת״ר ששה דברים נאמרו בעם הארץ אין מוסרין לו עדות ואין מקבלין עדות ממנו ואין מגלין לו סוד ואין ממנין אותו אפטרופוס על היתומים ואין ממנין אותו אפטרופוס על קופה של צדקה ואין מתלוין עמו בדרך ויש אומרים אף אין מכריזין על אבדתו ותנא קמא זמנין דנפיק ברא מעליא מיניה ואכיל ליה ומיקיים * ביה מה שנ׳ יכין רשע וצדיק ילבש; Id est: Dixit R. *Eleasar: Hominem Idiotam, fas est jugulare, in* (solemni) *Expiationis Festo, incidente in diem Sabbati*, (quo casu, nullam aliam sanctiorem diem, quaque magis ab omni opere quiescendum sit, ne quidem fingere licet.) *Regessere Discipuli: Ehodum bone Magister, dic potius, fas esse eum* mactare: (*Jugulandi* enim verbum duriusculum, τῶν ἔξω, blandior *Mactandi* vox, nostris institutis, magis convenire videtur.) *Is vero respondit*: (Non

* Non sunt hæc verba in Talmude, sed in En Israel fol. 89. col 3. cujus autoritatem etiam in aliis secuti sumus.

(Non muto ſententiam : nihil perperam a me dictum eſt :) *Nam, cum mactandum eſt, preces conſuetæ recitantur, cum jugulandum, haud opus precibus*, (quamobrem Plebejus ut mactetur, plane indignus eſt.) *Porro dixit R. Eleaſar, haud fas eſſe inter peregrinandum comitem ſe præbere homini plebejo : Quia* (de Lege Divina) S. E. (Deut. XXX, 20.) Ipſa eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. *Atqui homo plebejus vitæ ſuæ non parcit*, (nec diſcendo ſeſe longævum reddere deſiderat, ſed ipſe quaſi ſtamen vitæ ſuæ præſcindit:) *quomodo igitur parceret vitæ alienæ?* (unde ſemper de cæde ſuſpectus eſt.) *Referente R. Samuele Nachmanide, dixit R. Jonathan: Fas eſt, hominem plebejum medium diffindere, uti ſolet diffindi piſcis ; atq; addidit R. Samuel F. I. a dorſo* (non a ventre) *incipiendum eſſe*, (ut tanto ſæviores, tantoque magis diuturni ſint dolores.) *Fertur, dixiſſe R. Meir : Quisquis filiam ſuam, homini plebejo nuptui collocat, is videtur eam ligare, & leoni objicere. Uti enim Leo omnia* (pedibus) *obterit, & vorat, nec quicquam veretur : Ita & homo plebejus citra verecundiam* (uxorem) *percutit, & cum ea concumbit* &c. *Aſſeruit R. Chaja, quod ſi quis coram homine plebejo, ſtudiis Divinarum literarum operetur, id perinde eſſe, ac ſi Sponſam ſuam ipſo præſente vitiet*, (quod piaculare nefas eſt.) *Scriptum enim* (Deut. XXXIII, 4.) Legem præcepit nobis Moſes, hæreditariam (congregationi Jacob.) *Ubi quidem pro* מורשה *legendum videtur* מאורסה (ut Lex Divina non tam hæreditaria, quam deſponſata omnibus Judæis eſſe intelligatur.) &c. *Sed vero, conſtat, eum qui diſcere cœpit, ac ſtudiis poſtea valedixit, plane rudibus, longe eſſe deteriorem*, (is enim perſpectum habet, quam vilipendantur a Sapientibus plebeji, aliisque id renunciat.) *Ex traditione Magiſtrorum, ſena iſta de homine plebejo tenenda. Non perhibent* (cauſæ ejus etiam juſtiſſimæ,) *teſtimonium : Pariter nec recipiunt ullum teſtimonium ab eo : Non revelant ei arcanum : Non faciunt eum tutorem pupillorum : Nec præficiunt eum arcæ eleemoſynarum : Deniq; non ingrediuntur cum eo iter. His inſuper addunt quidam, quod cum rem quandam perdidit plebejus, non fieri de ea reſtituenda proclamationes.* (Ain tu, hoc ita ſe habere?) *Sed quare cæteri* (hunc caſum recenſere neglexerunt? Reſpondeo, id factum,) *quia ſæpe filius bonus ex homine plebejo prodit, victurus olim & ſeſe ſuſtentaturus* (re illa deperdita, ſi fuerit reſtituta :) *ſecundum id* Q. S. E. (Job XXVII, 17.) Parabit impius, & juſtus induet. Bone Deus! Quis non miretur ſupercilium, faſtumque intolerandum iſtorum hominum? Non tamen intra hæc ſiſtitur, immanis amentia. Nec enim ſufficiebat, plebejos, in hoc mundo, Sicarios, ſacroſque & inteſtabiles facere, eorumque vitam, fortunaſque publicare, niſi a reſurrectione futura mortuorum, illos quoque ſegregarent : Cetubot fol. 111. b. אמר ר׳ אלעזר עמי ארצות אינם חיים שני מתים בל יחיו רפאים בל יקומו התניא מתים

מתים לא יחיו יכול לכל תלמוד לומר רפאים בל יקומו במרפה עצמו מדברי תורה הכתוב מדבר: Id est: *Dixit R. Eleasar, homines plebejos olim non resurrecturos.* Q.S.E. (Es. XXVI, 14.) Morientes non vivent, רפאים non resurgent. *Quæsitum enim aliquando, num illud,* Morientes non vivent, *de omnibus mortalibus accipi queat?* (Responsumque:) *additum esse notanter:* רפאים non resurgent: (magno argumento,) *loqui Scripturam tantum de iis, qui remissos negligentesq; se præbent, ad discendas Sacras Literas.* Tali, quia loco, Plebeji habebantur, jam illud consequens erat, ut nemo illos magis curarit quam canes, atque sicubi egestate premerentur, ab omnibus desertis & derelictis, inedia fere pereundum fuerit. Bava Batra fol. 8. b. רבי פתח אוצרות בשני בצורת ואמר יכנסו בעלי מקרא בעלי משנה בעלי תלמוד בעלי הלכה בעלי הגדות אבל עמי הארץ בל יכנסו דחק יונתן בן עמרם ונכנס א״ל ר׳ פרנסני א״ל קרי׳ א״ל לאו א״ל שנית א״ל לאו א״ל א״כ במה אפרנסך א״ל פרנסני ככלב פרנסני כעורב פרנסיה בתר דנפק יתיב ר׳ וקא מצטער א׳ אוי לי שנתתי פתי לעם הארץ: Id est: *Cum aliquando magna annonæ esset caritas, aperuit Cellas penuarias suas Rabbi* (Jehudas, cui id honoris datum, ut Sanctus cognominaretur,) *palamq; edixit: Ingrediantur periti Sacrarum Literarum, periti Mischnæ, periti Talmudis, periti Constitutionum, & periti amœnioris literaturæ,* (atq; sese quantum volent, reficiant:) *Sed, indoctum vulgus, procul esto. Ibi cum vim fecisset Jonathan Amramides, essetq; ingressus, dixit: Da cibum, Magister Optime: Quærit ex eo Rabbi, num didicisset Scripturam? Negat id Jonathan; quærit igitur Rabbi porro, num Mischna esset imbutus; quod & ipsum cum inficiaretur Jonathan, tum vero inquit Rabbi? Hæc si ita sunt, quomodo obsecro te cibare possum? Excipit Jonathan: ciba me ut canem, ciba me ut corvum,* (quos homines sustentant, etiamsi Legi non dent operam. Victus precibus istis Rabbi,) *cibavit hominem; sed cum is abiisset, hic vero pænitere Rabbi, & exclamare:* Væ mihi, qui panem meum homini plebejo dedi. Obiter addo, quod, quia Sapientes, tam iniquo, erga plebejos erant animo, hinc mirum non esse, si & hi contra, juratos suos hostes haud maximi faciebant, nec ferebant in oculis. Fortasse enim idem persuasi erant, quod Parmeno servus, apud Comicum in Hecyra, dum *eum qui amat, custodio ipsus est, bis facere stulte ducit, cum laborem inanem ipsus capiat, & illi adferat molestiam.* Hinc in Pesachim loco supra citato legitur: אמר רבי עקיבא כשהייתי עם הארץ אמרתי מי יתן לי תלמיד חכם ואנשכנו כחמור אמרו לו תלמידיו רבי אמור ככלב אמר להם זה נושך ושובר העצם וזה נושך ואינו שובר העצם:

העצם: Id eſt : *Dixit R. Akiba: Cum adhuc plebejus eſſem, optare ſolebam: O ſi quis mihi daret Diſcipulum Sapientum, dilaniarem eum ceu Aſinus.* (Cæterum, cum oſtenderet Diſcipulos, illud *Aſini* nomen,) *diceretq; illi* : Ceu Canis, (honeſtius) *tibi loquendum erat bone Magiſter* : *Reſpondit ipſe* : (Imo vero ex animi mei ſententia ſic pronunciavi, ut odii gravitatem tanto melius exprimerem:) *Aſinus enim dilaniando oſſa comminuit* : *ſed canis idem non facit*, (oſſaque tantum arrodit; quare illum potius, quam hunc, imitari volupe erat.) Sequitur ibidem: אלמלא צריכין אנו להם למשא ומתן היו הורגין אותנו Id eſt: *Niſi* (plebeji homines) *noſtra ope, ad jus dicendum in contractibus illorum*, (& ad facienda Inſtrumenta,) *vehementer indigerent*, *omnes nos occiderent*. Denique, aliis interjectis : גדולה שנאה ששונאין עם הארץ את תלמידי חכמים יותר משנאה ששונאין אומות העולם את ישראל ונשותיהן יותר מהם: Id eſt : *Majus eſt odium, quo plebeji homines, Diſcipulos Sapientum perſequuntur, quam eſt illud, quod οἱ ἔξω gerunt adverſus Iſraëlitas: atq; Uxores* (plebejorum hominum) *magis adhuc, ipſis maritis, Sapientes averſantur* : (quippe illecebris deditæ, non poſſunt perferre aut pati verba, quæ iſti faciunt ad caſtimoniam.)

3. Audi Iſraël, cum precibus annexis] Actum agere, quia nunquam mihi propoſitum eſt, ablego Lectorem ad Cl. Buxtorfii Synagogæ Judaicæ caput V. e quo ſatis patebit, quid per Sectionem Audi, ſive Kriſchma, & preces annexas, ſeu Schmoneſre, intelligere ipſum conveniat. Cui ea non ſatisfaciunt, conferat Maimonidem, qui librum integrū de Kriſchma, ſuo Jad Chaſaka, inſeruit; e quo excerpenda tamen nobis in præſentia ſunt verba initialia, faciunt enim maxime ad propoſitum. פעמים בכל יום קוראין ק״ש בערב ובבקר שני ובשכבך ובקומך בשעה שדרך בני אדם שוכבין וזה הוא לילה ובשעת שדרך בני אדם עומדין וזה הוא יום: Id eſt : *Kriſchma quotidie bis recitandum eſt, Veſperi nimirum & Mane*, Q.S.E. (Deut. VI, 7.) Cum Cubas, & cum Stas. (Innuitur ergo, orandum eſſe,) *tum, cum homines cubare conſueverunt, hoc eſt noctu, & tum, cum ſtare ſolent, hoc eſt die illuceſcente.*

4. τοῦ R. Elieſer] Caveſis credas editionibus Talmudicis, τοῦ *R. Meir* hanc opinionem fuiſſe, nam in Berachot, contra ſeipſas dicunt teſtimonium, & lectionem Codicum En Jacob confirmant.

5. Qui filios habet, neque eos educat &c.] Præcipuum Patris officium eſt, curare, ut filii, a teneris, quod Græci ajunt, unguiculis, in Lege Divina, & πατροπαραδόσει, imbuantur. Iis quæ ſupra

pra, hac de re disseruimus, insuper addendus etiam iste ex MS. nostro Ez Hechajim Hilch. Talm. Tora, locus est: משיתחיל הקטן לדבר אביו ילמדנו תורה צוה ופסוק ראשון מק״ש ואחר כך מלמדו מעט פסוקים כשיהיה בן שש שנים או שבע מושיבו אצל מלמד תינוקות ונותן שכר בכל תורה שבכתב אבל תורה שבע״פ אסור ליקח שכר מה אני בחנם אף אתם; Id est: *Cum primum infans fari occipit, docere eum debet Pater, dictum Deut. XXXIII, 4. Itemq; Comma primum, ex Krischma, atq; sic porro alia dicta sacra, docendus. Simul ac sextum, aut septimum, ætatis annum, attigit, ad Ludimagistrum eum deducat Pater, solvatq; didactrum ob discendas Sacras Literas; ob Talmudis vero institutionem, nihil erogandum, nam ista quidem gratis accepta, gratis communicanda sunt.* Hunc locum quasi παραφράζει Autor libri Lev tov fol. 85. col. 12. לעולם *allzeit sol ein iglicher gevvarnt seyn, daß er seine Kinder läßt lernen* תורה *dervveil daß sie noch jung seyn, und sol sie lesen lernen nach ihr Verstand nach, und nach seine Jahren nach, vvie daß es kan derleiden. Wenn es noch gantz jung is, eh es hebt an zu reden, sol zu ihn vveisen* ספרים *und sol es lernen die* ספרים *küssen daß es gevvehnt die* ספרים *ehrlich zu halten. Dernach vven es anhebt zu reden, sol er mit ihm reden* דברי תורה *sol ihm fürsagen* תורה צוה לנו משה *und den ersten* פסוק *von* קריאת שמע *und vven es nun älter vvird, sol es mit ihm anheben* אלף בית *darnach mehr je länger je mehr, darnach dingt er ihm ein* רבי *bis daß er sich gevvehnt in die* Tora. לעולם *alzeit sol jeglicher mit seinem Kind lernen in* חניפות *von ersten gibt er ihm* שוחד *Obs, oder Zucker, oder Lekuch, darnach kleine Pfenning, darnach sol er ihm Kleider zu lohn machen, immerzu nach seiner Verstand nach, und nach seine Jahren nach. Darnach sol er zu ihm sagen, lern vvol, und ernstlich, dervvarten, daß man dier ein grose* נדוניא *vvert zum Weib geben. Darnach sol er zu ihn sagen, lern vvol und ernstlich, dervvarten, daß du vverst* סמיכות *bekomen, daß du vverst ein* רב *sein, daß muß er mit ihm antreiben, so lang bis er selbert gevvar vvird, daß er lernt,* לשם שמים Afferenda nunc sunt patrum piorum, gnaviter officio suo fungentium exempla, e Kidduschin fol. 20. a. אמר ר׳ יהושע בן לוי כל המלמד את בן בנו תורה מעלה עליו הכתוב כאלו קבלה מהר סיני שנ׳ והודעתם לבניך ולבני בניך וסמיך ליה יום אשר עמדת לפני יי׳ אלהיך בחורב ר׳ חייא בר אבא אשכחיה לר׳ יהושע בן לוי דשדי ריסנא ארישיה וקא ממטי ליה לינוקא לבי כנישתי א״ל מה כולי האי א״ל מי זוטרא מ״ד והודעתם לבניך וסמיך ליה יום אשר עמדת לפני יי׳ אלהיך בחורב מכאן ואילך רבה בר הונא לא טעים אומצא עד דמייתי ליה לינוקא לבי מדרשא ר׳ חייא בר אבא לא טעים אומצא עד דמקרי לינוקא ומוספיה

Id

Id est: *Dixit Josua F. L. Quisquis nepotem suum Legem Divinam edocet, illum Scriptura in tantum prædicat, ut quasi eam in monte Sinai accepisse videatur. Scriptum enim* (Deut. IV, 9.) Et nota facies hæc filiis tuis, & nepotibus tuis. *Additurq; mox* (commate 10.) Die, quo stetisti coram Domino Deo tuo, in Horebo. *R. Chaja Abbæ filius, incidit in Josuam F. L.* (carentem pileo,) *& linteolo solo caput tectum, deducentem filium in Scholam: Quæsivit igitur ex eo, quid tanta* (festinatio quæ etiam habitum convenientem sumere prohibuisset, sibi vellet?) *Respondit ipse: An tu parvipendis præceptum:* Et nota facies hæc filiis tuis: *Quodq; additur:* Die quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horebo? *Ab eo deinde tempore R. Huna filius, nunquam amplius consueto jentaculo fruitus est, nisi deducto prius puero in Scholam: Quin & R. Chaja non prius jentavit, quam cum puero lectionem pridianam repetiisset, ac aliquid addidisset.*

6. Si tamen Sapientibus non ministraverit &c.] Berachot fol. 7. b. אמר ר׳ יוחנן משום רשב״י גדולה שמושה של תורה יותר מלמודה שנ׳ היש פה אלישע בן שפט אשר יצק מים על ידי אליהו למד לא נאמר אלא יצק מלמד שגדולה שמושה מלמודה׃ Id est: *Dixit R. Jochanan, nomine R. Simeonis F. I. Præferendum est ministerium quod Legi,* (aut Sapientibus) *fit, ipsi Legis studio; quam in sententiam legitur* (2. Reg. III, 11.) Est hic Elisa, filius Schaphati, qui infundebat aquam manibus Eiliæ. *Non dicitur didicisse,* (Elisam, sub Eliæ auspiciis,) *sed* (tantum, huic Elisam) *affudisse aquam memoratur, claro indicio, ministerium Legis, studio ejus, anteponendum esse.*

7. Qui solam Scripturam sine Mischna didicit &c.] Multa huc facientia, congessit Cl. Buxtorfius in Recensione Operis Talmudici, subjuncta Abbreviaturis Hebr. pag. 222. seqq. quæ apud ipsum legenda sunt.

8. Qui vero nec Scripturam nec Mischnam didicit &c.] Maimonides Hilch. Edut. cap. 11. §. 1. מי שאינו לא במקרא ולא במשנה ולא בדרך ארץ הו״ בחזקת רשע ופסול לעדות מדבריהם שכל מי שירד עד כך חזקה שהוא עובר על רוב העבירות שיבואו לידו׃ Id est: *Qui nec Scripturam, nec Mischnam, nec bonos mores didicit, de eo suspicio est, esse illum hominem*

nequam, vetantq; hunc Sapientes admittere ad dicendum testimonium. Quisquis enim tam abjectus est, eum verisimile sit patraturum omnia peccata, quorum committendorum occasio sese offert. Est igitur discendum omnibus Judæis, si quidem virorum bonorum nomen tueri velint. Quatenus vero hæc obligatio eos obstringat, & quomodo officio fungendum sit, docet aureus noster Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Talm. Tora. כל ישראל אפילו זקן ובעל יסורין ועני גמור חייב לקבוע זמן ללמוד עד יום מותו כי עבירה מכבה מצוה ואין עבירה מכבה תורה כדאי׳ פ׳ נוטל אם בעל אומנות ג׳ שעות יעסוק באומנות וג׳ קורא בתורה שבכתב וג׳ שבעל פה וג׳ ידקדק להבין דבר מתוך דבר אבל אם הוא גדול בחכמה ואין צריך לעסוק יקרא בעתים מזומנים שלא ישכח ורוב ימיו ידקדק׃ Id est: *Quisque Judæorum, etiam Senes, Calamitosi, & omnino Pauperes, tenentur certum tempus determinare studio divinarum literarum, ad diem usq; vitæ supremum. Peccatum enim delet quidem meritum servati Præcepti, sed peccatum non delet meritum, contractum ex studio Divinæ Legis, uti est in Gemara Sota c. 3. Si quis suis manibus victum parat, tres horas opificio, tres studio Scripturæ sacræ, totidem Talmudi, totidemq; meditationi ac collationi eorum quæ didicit* (quotidie) *tribuito. Quod si vero quis Doctor insignis existat,* (& omnia teneat memoriter, ita ut) *haud opus sit discere, tamen statis temporibus disciplinas suas relegere debet, ne obrepat oblivio, sed major vitæ pars, meditationibus consecranda.*

9. Quando homo peccatum &c.] Celebre hoc Gemaræ dictum est, & fertur in primis: Habemus enim idem in Joma fol. 86. b. & iterum fol. 87. a. Moëd. Katon fol. 27. b. Kidduschin fol. 40. a. Erachin fol. 30. b. Sensus est: Non ibi consistere vitia, ubi cœperunt, sed postquam semel a recto aberratum fuit, ad præceps perveniri, ita ut Lares & Mercurii omnes, non quem possint revocare jam in viam. Non absimili ratione, de errore in Literarum studiis contracto, dicitur in Pesachim fol. 112. a. שבשתא כיון דעל על Id est: *Error semel admissus, latissime progreditur.*

10. Ain tu licitum esse &c.] In Talmude Basileensi, quodque ex eo penitus expressum videtur, Amstelodamensi, deest totum illud הותרה לו ס״ד אלא אימא נעשית לו כהיתר׃ errore inexcusabili. Quamobrem Codices En Jacob, melius se habentes, merito imitatus sum.

Nescio

Nescio quomodo factum sit, quod in his Libris plerumque sanior, quam in Talmude lectio reperiatur. Interim, quia res ita est, Talmudica allegaturus, quoties licet, Compendium hoc confero, ejusque fidem vehementer sequor. Quod, hic dictum, de omni omnino, quæ testimoniis a nobis e Gemara, in universo hoc Commentario citatis, cum Talmudis Editionibus intercedit discrepantia, acceptum velim: Non enim operæ pretium duxi, variantes lectiones semper annotare. Atq; hujus quidem moniti, Lectorem oportet esse memorem.

11. Ambulationes mundi ipsi] Si quid judicare possum, non constat ulla ratione sensus, nisi post ista, suppleatur idem, quod in Megilla fol. 28. b. iis quoque subjicitur: Nimirum, אל תקרא הליכות הלכות אלא הלכות: Id est: *Pro* הליכות *quod* Ambulationes *notat, vox* הלכות Constitutiones *significans, reponi debet.*

12. Causas ex Mischna dijudicant] Trita Judæorum regula est: קיימא לן ראין למרין הלכה מפי משנה אלא עם מה שבא בגמ' בפירוש: Id est: *Firmiter tenemus, non esse formandam decisionem ex iis quæ docet Mischna, sed tantum ex Gemara explicationibus. R. Jacobus Chagis in Darke Hammischna p. 12. b.*

ט IX.

פיסקא אשה פרושה וכי
תנו רבנן בתולה צליינית וא
ואלמנה שובבית וקטן שלא
כלו לו חדשיו הרי אלו מבלי
עולם איני והאמר רבי יוחנן
למדנו יראת חטא מבתולה
וקיבול שכר מאלמנה יראת
חטא מבתולה דרבי יוחנן ש
שמעה להיא בתולה דנפלה
על אפה ואמרה רבונו של ע
עולם בראת גן עדן בראת

Commentatio. *Mulier Religiosa*, &c. Tradunt Magistri: [1] Juvencula jugiter orans, & Vidua vagatrix, [2] Puerque, cujus menses completi non sunt, ecce isti Orbem devastant. Itane? Atqui dixit R. Jochanan: Didicimus metum peccati a juvencula; & mercedis impetrationē, a vidua. Metum, (*inquam*,) peccati, a juvencula. Quippe, audivit R. Jochanan juvenculam quandam in faciem procidentem, orantemque: *Arbiter universi: creasti paradisum; creasti etiam*

גיהנם בראת רשעים בראת	*etiam gehennam, impios crea-*
צדיקים יהי רצון מלפניך שלא	*sti, creasti iisdem justos: Ita ve-*
יכשלו בי בני אדם קיבול שכר	*lis obsecro, [3] ne in me homines*
מאלמנה דההיא ארמלתא	*impingant* Mercedis impetra-
דהואי בי כנישתא בשיבבות	tionem (*didicimus*) a vidua. Vi-
וכל יומא הוה אתיא כו	dua enim quædam in cujus vi-
ומצלא בי מדרשא דר' יוחנן	cinia [4] erat Synagoga, quoquo
אמר לה בתי לא בית הכנסת	die tamen venit, & preces in
יש בשיבבותיך אמר ליה ר'	ἀκροατηρίῳ R. Jochananis peregit;
ולא שכר פסיעות יש בי	quare is ad eam: Filia mea, inquit,
קאמרינן כגון יוחני ברת כו	annon Synagoga est in vicinia
רטיבי:	tua? Respondit illa: Magister: Annon etiam [5] itioni suum re-positum est præmium? (*Nempe*) supra dicta, in eam tantum qua-drant, quæ similis [6] τῇ Jochani, Filiæ Retibi.

ANNOTATA.

1. Juvencula jugiter orans &c.] Ipse Christianus Gerson, qui ante Christianismi professionem, haud ultimo inter nostri seculi Rabbinos loco fuisse videtur, in libello de Talmude Judæorum, pag. 114. præsens dictum, nec satis commode, nec satis fideliter transtulit, vertendo: *Eine Jungfrau im Bethause, eine Witwe in ihres Nachbarn Hause, und eine unzeitige Geburth in dieser Welt, hat der Teuffel zu einander gesellt.* Hoc volunt Magistri: Puellæ nimium religiosæ, quæque omne tempus unice precibus impendere sese simulant, & Viduæ, quæ per vicinorum ædes, tanquam opem aliquam, quod suis curis solutæ sint, aliis laturæ, assidue cursitant, generi humano magnarum cladium causæ habentur. Cum enim intus & in cute, nihil nisi Veneficæ & Meretrices sint, tamen affectatione ista pietatis efficiunt, ut fœminæ probæ & bene moratæ citra dubitationem esse credantur, unde de iis puniendis, exterminandisque ex bonorum communitate, Magistratus nunquam cognitionem suscipit: sed vero, interea loci, quod istæ peccant, omnes luere coguntur.

2. Pu-

2. Puerque cujus menses &c.] Quis iis verbis innuatur, docet Pericope quæ sequitur.

3. Ne in me homines impingant.] Supple: Perdantq; partem paratam iis in Paradiso, & cum Impiis in Gehenna morari cogantur. Videtur omnino opus fuisse istis precibus, virgini formosæ, ne cui esset offendiculo; nec enim frustra hortatur Baal Chasidim, Num. XLV. לעולם יתפלל אדם שלא תבא תקלה על ידו; Id est: *Semper homini orandum, ne occasionem scandalo præbeat.* Quis enim tam imperitus est, ut quid amor in animis hominum valeat, ignoret? Non soli infirmi, & qui parum in via ad virtutem & Bonam Mentem profecere, hic succumbunt, sed viros, quoque longe sapientissimos, & amore arsisse, & prudentes, scientes, vivos videntesque periisse, nec quid agerent scivisse, comperimus. Ita nempe, semel admissum,

— Alitur, & crescit malum,
Et ardet intus; qualis Æthnæo vapor
Exundat antro. Seneca in Hippol.

Omnibus nota, aut peregrina exempla, quæ pleno modio alii dabunt, missa facimus, & intra Talmudis nostri pomœria nos continentes, quædam ex eo, huc spectantia, allegabimus. Kidduschin, fol. 81. b. רבי חייא בר אשי הוה רגיל כל עידן דהוה נפיל לאפיה הוה אמר הרחמן יצילני מיצר הרעי יומא חד שמעתינהו דביתהו אמרה מכדי הא כמה שני דפריש ליה מינאי מ״ט קאמר הכי יומא חדא הוה קא גריס בגינתיה קשטה נפשה חלפה ותנייה קמיה אמר לה מאן את אמרה אנא חרותא דהדרי מיומא תבעה אמרה ליה אייתי ניהלי להך רימונא דריש צציתא שוור אזל אייתא ניהליה; Id est: *R. Chaja F. A. id in more positum habebat, ut quoties in faciem procidens oraret, hac quoq; inter cæteras uteretur precatione:* Benignissime Deus, eripe me obsecro a pravis meis cupiditatibus. (Forte accidit,) *ut die quadam sic precantem exaudiret conjux, quare* (mirabunda,) *cum tot jam annos meo concubitu abstinuerit, inquit, quid opus his precibus* (homini senecioni, qui totus friget?) *Cæterum, cum aliquando in horto suo studeret R. Chaja, ornavit sese uxor* (vestibus splendidis, unguentisque exoticis corpus perfricuit,) *atq; sic, semel, iterumq;, eum præteribat. Ibi* (cum R. Chaja, caligante præ nimia ætate visu, eam non nosset) *quærere cœpit, qualis esset? Respondit ipsa, se esse Charutam* (famæ clarissimæ fœminam quæstuariam,) *ac hodie peregre adventasse. Tum vero solicitare eam R. Chaja; at ipsa prius exigere, malogranatum in summa, ex ramo exiguo dependens arbore, sibi*

sibi afferret. (Nec mora, decrepitus senex,) *prosilit,* (& magno vitæ cum discrimine, malogranatum) *affert,* (quem deinde uxor admisit.) Non ad alium scopum collimant, quæ in eadem Gemara ibidem præcedunt:

ר' מאיר הוה מתלוצץ בעוברי עבירה יומא חדא אידמי ליה שטן כאיתתא בהך גיסא דנהרא לא הוה מברא נקט מצרא וקא עבר ואזיל כי מטא פלגא דמצרא שבקיה אמר אי לאו דקא מכריזין עלך ברקיעא הזהרו ברבי מאיר ותורתו נשויתיה לדמך כתרתי מעי רבי עקיבא הוה מתלוצץ בעוברי עבירה יומא חדא אידמי ליה שטן כאיתתא בריש דדיקלא נקטיה לדקלא וקא סליק ואזיל כי מטא לפלגיה דדיקלא שבקיה אמר אי לאו דמכריזי ברקיעא הזהרו ברבי עקיבא ותורתו שויתיה לדמך תרתי מעי: Id est: *R. Meir solebat illudere in peccatores* (iisq; exprobrare, quod tam facile affectibus succumbant, cum in manu sit, rationis fræno eas compescere.) *Accidit aliquando, ut Diabolus Venereus, sese illi exhiberet, in persona mulieris, ultra flumen constituta, cumq; ibi ponto ad trajiciendum non adesset, funem* (ex utraq; ripa supra amnem extensum, & cujus attactu promovere pontonem nautæ solent,) *arripuit, atq; ejus beneficio transmittere flumen est conatus. Cum vero ad medium funis pervenisset, missum eum fecit* (Diabolus, nec ad illecebras porro concitavit,) *inquiens: Nisi in cælo de te edictum promulgaretur:* Cavete vobis ne R. Meir ejusque divina eruditio (quid detrimenti capiant:) *vitam tuam haud magis æstimarem duobus assibus. R. Akiba solebat illudere in peccatores. Accidit aliquando, ut Diabolus Venereus, se illi exhiberet, in persona fœminæ constitutæ in summitate arboris excelsæ. Quamobrem involat Akiba in arborem, eamq; conscendere molitur. Cum vero ad medium arboris pervenisset. &c.* Verum enim vero, quia, quantum ad hos postremos Rabbinos attinet, effectu res caruit, & ideo tantum ab ipsomet dæmone facta tentatio, ne nimium de se præsumerent, isti quidem, nescio annon venia aliqua, (si modo vera fabula est) digni sint. Proinde, haud æquum facit Christianus Gerson, in pejorem partem omnia rapiens, & ipsos tanquam homines lascivissimos palam accusans: sic ait p. 405. sui Talmudis: R. Akiba *welcher den* Bar Cosba *zu einen* Messia *gesalbet hatte, von dem zeuget der* Talmud *daß er nicht allein habe zaubern gelernt, sondern er sey auch unkeusch gewesen, daß er auf einen hohen Baum gestie-*

gestiegen sey eine Frau die seinen Willen thete, herunter zu holen. Sequitur p. 407. R. Meir *vvar so unkeusch, daß er sich vvegen einer leichtfertigen Frauen in groß Wassers Gefahr begab.* In Talmude hæc tam diversimode narrantur, ut alterum verum esse necesse sit, vel non inspexisse locum Gersonem, vel, præ nimio Judæos obtrectandi studio, quæ bene dicta erant, in alienam sententiam detorsisse, quod sane & alibi, eum fecisse deprehendo.

8. Erat Synagoga, quoquo tamen die venit & preces in ἀκροατηρίῳ] Autore Elia in Tisbi, p. 22. b. בית המדרש proprie est הבית או החדר המיוחד ללמוד תורה Id est: *Domus, aut Conclave, unice dicatum studio Divinarum Literarum.* At, בית הכנסת domus est, non tam docendi discendique, quam preces fundendi causa, condita. Majmonides Hilch. Tphil. c. 11. §. 1. כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להכין לו בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת וכופין בני העיר זה את זה לבנות להם בית הכנסם ולקנות להם ספר תורה נביאים וכתובים. Id est: *Quemcunque locum inhabitant decem Israëlitæ, in eo necesse est parent sibi domum, in qua precum tempore ad orandum convenire possint, atque is locus* בית הכנסת *sive Synagoga vocatur. Cæterum, cogunt sese mutuo incolæ isti, ad condendum Synagogam, & ad emendum Librum Legis, Prophetas quoque, & Hagiographa.* Enim vero, etsi Synagogæ, precibus publicis, Acroateria, institutioni magis inserviebant, tamen ii, qui pondus aliquod supplicationibus & votis suis addere volebant, in Acroateriis potius, quam Synagogis ea concipiebant, omnino persuasi, loca in quibus Lex Divina assidue docetur, sanctiora longe esse iis, in quibus preces tantum funduntur, & proinde Deum magis habere præsentem. Hinc in Berachot fol. 8. a. legimus: רבי אמי ורבי אסי אף על גב דהוו להו תליסר בי כנשתא בטבריא לא מצלו אלא ביני עמודי היכא דהוו גרסי; Id est: *Etiamsi tredecim essent Synagogæ in Tiberiade, tamen R. Ammi, & R. Asse haud unquam alibi preces fuderunt, quam inter eas columnas* (quibus Acroaterium) *in quo discebant*, (innitebatur.) Credo, plane eandem Turcis mentem esse, ut preces fusuri, loca, in quibus Alcoranus docetur, reliquis suis fanis præferant; nisi quid me fallit inscriptio Arabica Hispalensis, sive potius ejus interpretatio, quam Rodrigus Carus in Antiquitatibus ejus Urbis fol. 43. exhibet:

EN EL NOMBRE DE DIOS PODEROSO LAS ALABANSAS DE DIOS SOBRE MAHOMAD Y SOBRE SVS DISCIPVLOS SALVD SOBRE ELLOS POR LA SALVD DE DIOS EN QVI EN CONFIO Y EN MAHOMAD MI AMPARO.

ESTE ES EL ESTVDIO DEL SEÑOR MARVAN QVE DIOS NOS DE SV GRACIA QVIEN ENTRARE EN SV TEMPLO Y CAPILLA Y REZARE QVARENTA Y SIETE VEZES LE PERDONERA DIOS SVS PECCADOS Y RVEGVEN POR QVIEN LO HIZO QVE LE TENGHA DIOS DE SV MANO.

5. Itioni ſuum repoſitum eſt præmium.] Quaſi dicat: Poteram ſane orare in vicinia, ſed volo preces meas magis acceptas reddere, ideo fatigo me, & Scholam tuam, etſi remotiorem frequento, ut hoc quoque nomine gratiam apud Deum ineam. Hoc vero reſponſo Viduæ, ſummopere delectatus videtur R. Jochanan, ad illudque in docendo deinde ſe accommodaſſe. Sic colligo ex Bava Mezia fol. 107. a. ubi legitur: אשכחינהו רבי אבא לתלמידים דרב אמר להו מאי אמר רב בהני קראי ברוך אתה בעיר ברוך אתה בשדה ברוך אתה בבואך ברוך אתה בצאתך ואמרו ליה הכי אמר רב ברוך אתה בעיר שיהא ביתך סמוך לבית הכנסת ברוך אתה בשדה שיהא נכסיך קרובים לעיר ברוך אתה בבואך שלא תמצא אשתך ספק נדה בשעת ביאתך מן הדרך ברוך אתה בצאתך שיהו צאצאי מעיך כמותך ואמר להו רבי יוחנן לא אמ׳ הכי אלא ברוך אתה בעיר שיהא שולחנך סמוך לבית הכסא אבל בית הכנסת לא ור׳ יוחנן לטעמיה דאמר שכר פסיעה יש: Id eſt: *Forte inciderat R. Abba in Diſcipulos τῦ Raf, quærit igitur ex iis, quomodo interpretatus eſſet Raf, dictum* (Deut. XXVIII, 3.) Benedictus eris in civitate. Benedictus eris in agro, (Itemque v. 6.) Benedictus eris in ingreſſu tuo, & benedictus eris in egreſſu tuo. *Reſponderunt: Hac noſter Raf, uſus eſt explicatione*: Benedictus eris in civitate; *ut domus tua futura ſit propinqua Synagogæ*, (quo longa & moleſta ad eam itione ſuperſedere queas.) Benedictus eris in agro; *ut fundus tuus propinquus ſit futurus urbi*, (quo fructus quos ſuppeditat, maturiſſime poſſis divendere

dere.) Benedictus eris in ingressu tuo, *peregre enim adventans, nunquam offendes uxorem suspicantem se e mensibus laborare,* (nedum ut vere muliebria patiatur, quo desiderio tuo, quod in revertentibus ex diuturno itinere ardentissimum esse solet, indulgere, & quod amor suadet, facere tibi liceat.) Benedictus eris in egressu tuo; *nam qui e femore tuo prodibunt, tui erunt similes. Tum vero inquit* (R. Abba, dixistis probe: nec mihi ista displicent,) *Rabbi tamen Jochanan, longe aliter verba explicat: Nam secundum ipsum*, Benedictus eris in Urbe, (notat,) *Mensam haud procul a cloaca absfuturam,* (ut quis ante & post cibum sumtum, retrimenta commode ejicere possit, ne illorum retentione diuturna, si τὸν ἀφεδρῶνα procul petere cogatur, morbum aliquem contrahat.) *Idipsum tamen de Synagoga haud valere voluit; nam R. Jochanan suam sequitur opinionem, qua asserit, etiam gressibus suum esse constitutum præmium.*

6. τῆ Jochani Filiæ Retibi.] Qualis ea fuerit, docet nos Jarchi in Glossa. יוחני בת רטיבי אלמנת מכשפה היתה וכשמגיע עת לידת אשה היתה עוצרת רחמה במכשפות ולאחר שמצטערת הרבה היתה אומרת אלך ואבקש רחמים אולי תשמע תפלתי והולכת וסותרת כשפיה והולד יוצא פעם אחת היה לה שכיר יום בביתה והיא הלכה בבית האשה היולדת ושמע השכיר קול הכשפים מקשקשים בכלי כמו שהולד מקשקש במעי האם ובא ופתח את מגופת הכלי והכשפים יצאו והולד נולד וידעו כי בעלת כשפים היא: Id est: *Jochani Filia Retibi, fuit vidua venefica. Si cujus mulieris partitudinis tempus adventaret, ejus uterum ipsa incantamentis claudebat; laborante vero puerpera vehementer e dolore, Jochani abituram sese ajebat, & preces fusuram, fieri fortasse posse, ut exaudiantur: Atq; sic discedens, resacrabat sua veneficia, ita ut infans in lucem ederetur. Habebat aliquando domi suæ mercenarium, cumq; ipsa interea loci abiisset ad puerperam aliquam, audit mercenarius sonum veneficiorum strepentem in vase quodam, uti strepere solet infans, intra viscera materna, accessit itaq;, & operimentum vasis removit, quo ipso cum disparuissent veneficia, natus infans est, cognitumq; fuit,* (τὴν Jochani) *esse veneficam.* Fuit olim frequens, inter Judæos, veneficii crimen, multique clarissimorum Rabbinorum, de eo graviter sunt suspecti, id quod Christianus Gerson cap. 17. sui Talmudis, pridem ostendere laboravit. Pariter ii, quos nostra hæc ætas fert, non penitus immunes sunt ab illa suspicione, ac plurima iis exprobrat, Fridericus Franciscus Ottingensis, ex Judæo Christianus, in libro *Schlangenbalg*, quem adversus populares veteres edidit. Sane, diluere omnem culpam, ex sua gente, satagit

tagit Salomon צבי in confutatione illi scripto opposita, sed, sæpe meram frigidam affundit, adeo quidem, ut vera locutum esse adversarium, magis nonnunquam occasionem credendi præbeat. Nam, dum multa per Cabbalam excusare conatur, in eo frustra est, cum nemo ignoret, quod קבלה מעשית sive Cabbala Practica, puram putam Magiam sapiat. Interim existimo, operæ pretium esse, causam hanc totam, prout litigata est, cognitam habere, &, quia Salomoniis liber, *der jüdische Tiriack* dictus, (alterum enim Friderici Francisci, ne vidi quidem) tam a raris possidetur, ut eum eruditissimus quondam Præceptor noster, *Sebaldus Schnellius*, dignum judicaverit, quem sua manu describeret, non pigebit me, quæ ad institutum pertinent, recensere ex illo pleraque omnia. *Ferner schreibt* Mumar, *mier machen mit* Kischuph *den Tisch aufgehn in frölichen Zeiten, und lispern anander* schemot schel schedim *in die Ohren sögeh der Tisch so mit viel Centnern beladen in die höh*: Beseh heerachti belepher ascher hachinoti lenozrim, *und vvird nicht allein mit unsern* sepharim *bevviesen, daß die* Kabbala *durch* schemot Kedoschim *zugeht, und nit* maaseh schedim *is, sondern es schreiben es auch ihre* Chachamim *und* Philosophim. *Es schreibt* Agripino, *auch* Theophrasto, *auch* Don Pico de Murandelo, *und Herr* D. Reuchli *und noch viel andre, die ich hie leng halben nit bringen vvill, vvelche alle die* Kabbala *erfahren haben, daß die* Kabbala *kein* Nigromanti *oder schvvartze Kunst sey, sondern sie kom von GOttes Vollmacht her, und gar nit mit dem Teufel Gemeinschafft hab. So kan zu diesen Tisch aufgehn kein* maaseh schedim *gebraucht vverden, den vvir singen köstliche* mismorim *dazu, als* Adon olam jigdal: *So kan kein Teufels Werck leiden, vvann man Gtotes gedenckt, sie richten auch nichts aus, dann alles Bös. Fürnemlich is uns Juden allerley* Kischuph *klein und gros bey* קנס מיתה *verboten*: Mecaschepha lo tichjeh. Lo tenachaschu. Lo teonenu: vegom. Soph dafar, *mier haben* Torah, Nevijim *Befehl, daß mier mit keinerley* Kischuph *dorffen umgehn, vvann es schon ohn* hesek *deß Menschen zugeht, den das* maaseh Kischuph *is an ihr selbert verboten*: *vvas aber durch die* Kabbala, *und* schemot schel הקב״ה umalachav *zugeht, das ist erlaubt den dadurch sieht man die Krafft Gottes*: vesehu Kabbala maasit: *und also geschicht das Tisch aufgehn auch*: *es vvird kein* Kischuph *hieher gebraucht. Wer* Kischuph *treibt, is* chaijab mita. *Den* chilluk *zvvischen* Kischuph *und* Kabbala *finstu in* Sanhedrin daf. 67.

Weiter schreibt Mumar, *mier brengen auch die* מלכא שבא *mit viel Frauenzimmer, tanzen und springen mit ihnen, und sein lustig, und vvans in unserm Will is, fertigen mir sie vvieder ab. So sag ich dazu, daß ichs nit kan, habs auch nit gesehen. Solt es aber die* מלכה *sein von der in* melachim *geschrieben steht, daß sie König* Schlomo *viel Geschenck und* besamim

mim gebracht hat, und könt ſie bringen, vveis ich nit, vvas ich thet. Zvvar halt ichs für ein Kiſchuph, darum laß ichs gegen השׁ״י und der Welt vertheidigen, den, der die מלכא שבא bringt. Es is kein Wunder, daß man unter uns Leut findet, die vvider die Tora handeln, die gemein is darum nit mit intereſſirt.

Mumar ſcreibt vveiter, in ſeinen Buch Schlangenbalg, es vverden unter den Juden Leut gefunden, die einen Leimklozen nehmen, formiren, und machen ihn einen Menſchen gleich, darnach liſpert man ihm השבועות oder Beſchvverung ein, darvon das Bild lebt und geht. Beſepher aſcher hachinoti lenozrim laagti al hammumar und ſag, daß er gevviß von ſolchen zuſamm gekneteten gaſſen Koth und Leymen gemacht vvorden, daß er gehen kan, aber kein Sechel hat, und mag ſein Vatter ein ſolcher baal ſchem gevveſen ſeyn. Daß er ſchreibt, mier heiſſen das Bild und gemachts chamor golem, das is ein unausgezimmerter Eſel; aſcher omer Ki hu ſeh, Ich hab nie kein ſolch Werck geſehen; aber bime chachme hattalmud haben mier ſolche Leut gefunden, die mit der Kabbala al jede ſepher jezira ein ſolch ding beſchaffen haben. Das ſepher hat Abraham avinu ע״ה mechabber gevveſen: einen Theil von dieſen ſepher find man noch bey unſern Juden, und vvird dorten in Sanhedrin bevvieſen, daß ſolch Werck durch ſchemot Kedoſchim und nit durch maaſeh Schedim zugeht. Solche mekubbalim haben ſich mitboded gevveſen, und ſeyn den Nevijim zuvergleichen, vvie auch Joſippon in den Sepher Romijim, daß er von der Peruſchim, Zaddukim und Eſſeer ſchreibt, daß die Eſſeer durch ihr hitbodedut, taanit, vekidduſcha, maggid atidot gevveſen ſeyn: Aber uns Teutſchen Juden is ſolche Kabbala verborgen. In Erez Iſraël aber, ſol es noch ſolche Leut haben, die durch die Kabbala viel thun können: aber unſre golemim machen mier in dieſen Landen nit aus Leymen, ſondern aus Mutterleib vverden ſie gebohren.

Ferner ſchreibt Mumar, die Juden geben den todten Leuten einen Apffel in die Hand, und ſchreiben Teuffelsnahmen drauf, und vven derſelbig Apffel erfault, ſo dort und ſtirbt der jenig auch, der vvieder ſie ſchvvätzt. Heerachti beſepher aſcher hachinoti lenozrim, und ich ſchelte Mumar Samuel Friedrich vor einen Schelmen, Dieb, und Böſsvvicht, biß ſo lang er ſolches auf die Juden bevveiſt, &c.

Der Mumar, der ehrvergeſſen Vogel, ſchreibt vveiter in ſeinem Buch, den Schlangenbalg, und Lügen ſepher: Wann ein Jud oder Jüdin in ein Chriſten Haus kommt, darinnen ein Kindbetterin ligt, ſo nehmen ſie ein Malſchloß, ſchreiben Teuffelsnahmen drauf, ſchlagens ein, und vverffens in Bronnen, davon die Kindbetterin und das Kind ausdorren, und müſſens mit der Haut bezahlen. Drauf ſag ich, daß ein ſolcher, der das thut, ein mekaſcheph is, den ſol man verbrennen, dieß malefiziſch Laſter, vver-

den vvier Juden ב״ה *vveniger den alle* nation *und Völcker bezüchtigt, auch der Erz-*mekaſcheph Bilam *unſer gröſter Feind, der uns hat verfluchen ſollen, gut* edut *gibt, da er ſagt*, Num. 23. Ki lo nachaſch bejaakob '121 *denn es is kein Zauberer unter* Jacob, *und kein Weiſſager unter* Israël. *Dieſe mordthat iſt nit erhört, daß mier doch täglich in der Chriſten Häuſer gehn, da Kindbetterin ſeyn, unſre Weiber vverden auch zu ihnen geholt in Kindesnöthen, mier ſeyn bey ihnen zu Haus, und geſchicht, Gott ſey lob, ihnen nichts. Ich vor mich, heiß ihn* Mumar Samael *Friedrich Franzen lügen, vvie einen* mekaſcheph, *Schelm, Dieb, Böſsvvicht, und Mörder, ſo lang, bis er ſolches auf uns Juden bevveiſt, &c.*

Ferner ſchreibt Schlangenbalg, vvenn unſre Weiber in Kindesnöthen ſtecken, ſo ſchreiben mier heimliche Zettel, gebens ihnen in den Mund, und Hand, darvon ſie geliegen: und deut an, es ſey von Chriſten Blut geſchrieben. Hierüber laß ich alle Hebammen in Deutſch und Welſchen, auch in Behem, Poln, und Reuſſen, und andern Landen Zeugnus geben, dann gemeiniglich Chriſten Weiber, unſrer Weiber Hebammen ſeyn. Kommt unter tauſendmal darzu, daß eine in ſolcher Kindesnoth ſteckt, geht man mit der ſepher tora *zu ihnen, und ſein Mitpallel ein ſonderlich* tephilla, *die dazu* mejuſad *is, und ſeyn* zdaka menadder *von ihrentvvegen. Man ſchreibt auch vvol den* Miſmor Tehillim XIX. Jaaneh '" bejom zara, *oder ſonſt ein* Poſuk *aus der* Tora, *das geben mier Juden auch den Chriſten, vvann ſie uns drum anſprechen, und ihre Weiber in Nöthen ſtecken.* Heerachti beſeh beſepher aſcher hachinoti lenozrim. *Es vvird ja zu Rom, Venedig, Prag, Mantua, Franckfurth, Worms, und andern Orten, vvo viel hundert Juden ſeyn, und Hebammen von den Chriſten nehmen, eine darunter ſolche Zauberey geſehen haben, vvelches doch* ב״ה *nit erhört vvorden iſt, es haben ſich der Orten viel Juden getauft, und dergleichen nit geſagt, viel vvenige geſchrieben: darum ſteck ich ihm* ע״ה *dieſen Schelmen auch in Buſen, vvie die vorigen Puncten.*

Ceu jam præmonui, quicquid dicat, quicquid convitietur Salomo noſter, non tamen æquis rerum æſtimatoribus unquam perſuadebit, carere omni penitus culpa ſuos homines. Sane nec ipſe credo, eſſe vera, quæ objiciuntur, omnia: atque imprimis illud apud me certum & indubitatum eſt, magnam, & olim Judæis factam eſſe injuriam, & hodienum fieri, dum accuſantur, quaſi Chriſtianorum ſanguine, crebro, vulgoque faciant myſteria. Quamobrem, veritatis amore, & miſeratione, omnium mortalium infeliciſſimorum, capto mihi, propoſitum eſt, ſi ita Deus volet, prolixam Apologiam, pro iis ſcribere, atque hujus, mendacii ingentis, quodque hominum myriades multas, ex iis immiſericorditer trucidandi, occaſionem hactenus immerito præbuit, quin & alterius connexi, quo

Caput

Caput Asini adorare, dicti sunt, primum indicare fontem, (videor enim hunc mihi indagasse) atque originem. Interim tamen, hærent quædam ex iis, quæ Fridericus Franscifcus objecerat, nec sufficit dicere, quod parcant male ominatis, dirisque vocibus. Scilicet, illa quæ adhibentur, in re ejusmodi, Divina nomina, veneficii crimen non impediunt, sed augent: cumbis facere male dicendus sit, qui sacro sancta nomina ad alios quam quos Deus voluit, usus transfert, profanatque ausu nefandissimo. Quin, adeo verum est, esse inter Judæos, qui veneficiis dediti sunt, ut hanc artem, inter paucissima, quæ Sabbato die, (ne de profestis quid dicam) tractare licet, ipsi referant. Non allegabo testimonium transfugæ cujusdam, sed ipsum librum לב טוב decantatæ inter nostræ regionis Judæos bonitatis, in cujus fol. 64. col. 2. quod non sine horrore legi, aliis ut similiter obstupescant, hic repeto. *Was anbelangen is* שרי צלוחית *oder* שרי כף *das is, wann ein* גניבה *uver geschehen, da können etliche machen den* גנב *brengen in ein Glaß, oder in der Hand, thar man wol machen* אפילו *am* שבת *dann was solche Sachen* מותר *is in der Wochen, das is am* שבת *ach* מותר Neque est, ut quis existimet, ita privatim insaniisse ejus libri autorem, nam in ipso Talmude fundatur assertio, eo quod in Sanhedrin fol. 101. a. dicitur: שרי שמן ושרי ביצה מותרין לשאול בהן Id est: *Fas est consulere Principes Olei & Principes Ovorum*; Quæ verba, mihi quidem non plane intellecta, ex iis, quæ præmisimus, tamen lucem aliquam accipiunt. Præcesserat in eodem Talmudis loco: תנו רבנן סכין וממשמשין בבני מעיין בשבת ולוחשין לחישת נחשים ועקרבין בשבת ומעבירין כלי על גב העין בשבת: Id est: *Tradunt Magistri, fas esse ungere, & contrectare ventrem* (hominis ægroti,) *in die sabbato, item fas esse serpentes & scorpiones incantare die sabbato, eodemq; die licere instrumento aliquo, oculum* (hominis ægri) *attingere.* Quanquam, quid verbis opus? ultro fatentur Judæi, sese ineptis, ac Magiam quandam redolentibus, vanissimis superstitionibus, summopere esse deditos. Baal Chasidim Num. LIX. צונו צורינו לא תנחשו ובעונותינו שרבו ביום הזה מנחשים בישראל בורקים בעונות אומרים במוצאי שבת שלא לאכול בצים או שלא לקחת אש שתי פעמי כשיש חולה בבית או יולדת תוך תשעה ימים וכמה דברים שאין הפה יכול לדבר ועוברי על מצות מלכנו ועוד יש ניחוש ורב הוא ונותן ביד בני אדם רואין אש נוחלת בוערת מעומד אומרים יהיה לנו אורח אם תכבהו במים האורח יפול במים

במים ואין לך ניחוש גדול מזה ואמת ויציב הדבר כמה בני אדם ניסוהו אך הוא השטן המטעה אותם כשרואה השטן שזה מנחש ואומר יפול האורח במים אז אומר השטן אלך ואפיל האורח במים להטעו׳ זה להיות לסימן וזה בידו לנחש לעולם ואוי להם לעושים כך כי עוברין על כמה לאוין לא תנחשו לא ימצא בך מנחש ובחקותיהם לא תלכו ועוד שעושים עדות התור׳ שקר כי לא נחש ביעקב ואותם הנודרים כשיש מיחוש ראש שלא יאכלו עוד מראש של בהמה או כשהם חולי׳ מבני מעי׳ אינם אוכלים בני מעיי׳ הרי זה מדרכי האמורי : Id eſt: *Imperat nobis Creator noſter* (Levit. XIX, 26.) Ne utamini auguriis: *At hac ætate, ob peccatorum noſtrorum multitudinem, augures inter Judæos, præter fas captant auſpicia, dicuntq; ſub veſperam Sabbati non eſſe comedenda ova, item non eſſe bis petendum ignem e domo in qua æger aliquis decumbit, aut intra nonum diem, ſi ſit ibi puerpera, hisq; ſimilia multa, quæ nemo ore ſuo poteſt eloqui, quibus Regis ſupremi præcepta violantur. Eſt & aliud augurandi genus, admodum hominibus frequens: Cum vident prunarum ignem flammam porrectam habere, dicunt: Adventurus eſt Hoſpes; & perſuaſi ſunt, quod ſi aqua ignem illum exſtinguant, Hoſpitem in aquam incidere. Hoc augurio, nullum aliud gravius eſt, toties q; eventus reſpondit, quoties ejus factum periculum. At Diabolus ſeducit homines, & quando videt quem augurium agere, & dicere* : In aquas cadito Hoſpes: *tum ipſe, vadam inquit, & Hoſpitem in aquam præcipitem dabo, quo hunc augurem eo redigam, iſto augurandi modo, ut æternum utatur. At, væ illis, qui hæc actitant!* (eadem enim opera,) *multa præcepta ſimul violant*, (qualia ſunt, id, cujus jam facta mentio:) Ne utamini auguriis. (Item Deut. XIIX, 20.) Ne invenitor in te Augur. (Nec non Lev. XIIX, 3.) In ſtatutis eorum ne ambulatote. *Adde, quod ſanctiſſimam Scripturam, mendacii coarguunt*, (hæc enim teſtatur Num. XXIII, 23.) Non eſt augurium in Jacob. (Huc refer,) *illos devoventes ſeſe: Ut, cum capite laborant*, (votum faciunt,) *nunquam ſe amplius quicquam deguſtaturos ex capite animalis. Aut, cum viſcera dolent*, (jurant) *non ſe comeſturos amplius viſcera animalium: Iſta Amorrhæis debent originem.* Hujus loci bene multa, in ſuum libellum tranſtulit Rabbina Rebec-

ca, Porta 4. verbis ſequentibus: *Schreibt* ספר חסידים *man thar nit reden, noch glauben ſolche Sachen, man ſol kein Feur geben von ein Kindbetterin, oder den Tag thar man nit zu ſchneiden, oder der Agelſter ſchreit, mier vvern Gäſt haben: oder, der Brant hat ſich ausgeſtelt, nit löſcht ihn ab, der Gaſt der da kommt vvert dertrincken, etliche die da ſolche Sachen glauben, die verſuchen, ob es vvar is, der* שטן השטן ישטרנו *is bald da,* סכנה *daß es geſchiecht, dervvarten, daß er ein ander mal vvieder an ihm ſol glauben.* Oportet quoq; cognoſcere, quæ Autor libri *Brandſpiegel*, cap. 68. memoriæ conſignavit. R. Chaja *ſagt: vvelches heiſt* כשוף *So eins ſpricht, der Stecken is mier aus der Hand gefallen: der biſſen brod is mier aus den mund gefallen: die Hund heulen: imand ruft: der Fuchs lauft auf der rechten hand: ein Schlang lauft auf der lincke ſeit: ein Hirſch, is über den vveg geloffen: ein theil ſagen: ein Has is über den vveg geloffen: oder, es kommt imands zu Morgens früh nach Geld, da entfert er, ich vvil nit nüchter Geld ausgeben: oder nimt im* ראש חדש *Geit ein, da ſpricht er, ich vverd den gantzen* חדש *Geld einnehmen: bringt man Geld am* ראש השנה *ſpricht er, ich vverd das gantz Jahr Geld einnehmen: bringt man ihn am* שבת *zu nacht, da ſpricht er, ich vverd die gantze vvochē Geld einnehmen. Es begegnt ihm ein ſcheuzlich Menſch, oder ein Vih, oder ein Thier, oder ein Vogel, oder hört ein ſchändlich Weib, oder ein* קללה *ſpricht er, das iſt ein böſer* סימן *Stündeln, in der* שעה *is das, gut. Er nimt ſich für, die Sonn ſcheint nit, vvie ſie pflegt zu ſcheinen: oder ſie knüpft dem Kind ein rot Tüchlein um die hand: oder tanzt und ſpringt, daß das feur ſoll hell brennen: die Kohlen ſtehen auf, ſprechen ſie, es vverden Gäſt kommen, die Kaz muzt ſich. Wen ſie ein Erbet anheben, ſprechen ſie, laß ein Menſch vorlauffen das gering is, und laß mit gringer hand anheben, und daß niemand die händ hinter ſich helt, die erbet vvird nit beglücken. Kreht ein Henn vvie ein Han, da vvollen ſie ſchechten, und den Kopf auf der Schvvelle abhacken, oder ein Henn legt zvvey Eyr auf einmal, das ſeyn alle Sachen die man nit ſol thun. Nit zu beheften an einen* ארון *von einem Todten, damit daß der Tod ſol ihm bey der Nacht ſagen Sachen, vvas er begert. Man ſol kein Glas legen in Topf, damit daß es ſol bald ſieden, es is ein* סכנה *Wann man kocht Linſen, ſeyn Leut die ſchvveigen, und vven ſie Grüz kochen, da ſchreien ſie, es kocht ſich behend. Seyn Leut, die legen den Hüner Eyer unter, mit der lincken Hand: oder legen ein Eiſen zvviſchen die Eyer, daß die jungen Hünlichen nit ſoln derſticken, oder ſoln nit derſchrecken, vvann es donnert oder blizt. Seyn Leut, die fragen an einen Stecken mit den Fäuſten, und redt, heut vvil ich gehn, heut vvil ich nit gehn, und vvie es ausgeht, ſo halt er ſich darnach. Das is eitel Sünd, und is gerechnt für* כשוף *Unſre* חכמים *ſchreiben viel ſolche Sachen, die ſeyn,* מדרכי אמורי *und Gott* 'ית *der zärnt auf dieſelbigen Leut, die ſolche Sa-*

chen nachgehnen. Post alia interjecta, additur: *die Tora schreibt* פכשפה לא תחיה *es meint einen Mann auch, neiert die Weiber izund seyn fürvvizig, und glauben, vvas man ihn sagt, das nit gut ist, und as eine sicht von der andern, so thun sie nach.* Sed, istæ, hisque similes aniles ineptiæ, fortasse tantum nefas non continent, & contemni possunt, præ iis quæ τῶς μεμυημένοις קבלה מַעֲשִׂית suppeditat, & ad quam, abominabilem librum שמוש תלים qui vulgo inter Judæos prostat, & quantivis pretii habetur, revoco. Adeo, nondum dedidicere homines malesani, διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες·

Matth. XXIII 24.

ו

מאי קטן שלא כלו לו חדשיו הכא תרגימו זה ת״ח המבעט ברבותיו ר׳ אבא אמר זו תל תלמיד שלא הגיע להוראה ומורה דאמר ר׳ אבא אמר רב מ״ד כי רבים חללים הפ הפילה ועצומים כל הרוגיה: כי רבי׳ חללים הפילה זה ת תלמיד חכם שלא הגיע לה להוראה ומורה ועצומים כל הרוגיה זה תלמיד הכם שהגיע להוראה ואינו מורה: ועד כמה עד ארבעים שנה איני והא רבה דאורי בשוין:

X.

Quis est Puer, cujus menses completi non sunt? [1] Hic loci, interpretantur de Discipulo Sapientum, qui [2] magistris suis, refractarium se præbet. R. Abba censet: Esse Discipulū, qui nondum (*facultate alios*) docendi pollet, & tamen docet. [3] Ait enim R. Abba, nomine Raf. [4] Quis sensus loci: (Prov. VII, 26.) *Multos enim vulneratos dejecit, & obstipati sunt, interfecti ab ea.* Verbis: [5] *Multos vulneratos* [6] *dejecit*: Significatur Discipulus Sapientum, qui nondum aptus est ad docendum: & docet. (*Illis vero:*) *Et* [7] *obstipati sunt interfecti ab ea*: Innuitur Discipulus Sapientum, qui facultate docendi pollet, nec alios docet. Quamdiu vero exspectandum? [8] Ad quadragesimum usque annum. Atqui [9] Rabba docuit (*ante hanc ætatem. Respondeo:*) [10] De æqualibus (*sermonem esse.*)

ANNO-

ANNOTATA.

1. Hic loci] Magno vitio abest vox הכא in Talmudis Editionibus, & passim in Gemara occurrit hæc loquendi formula, cum Doctores Babylonii, Palæstinis opponuntur.

2. Magistris suis refractarium se præbet.] Talis homo, brevis ævi futurus est, & ideo, non male, cum puero, qui menses non complevit, sive cum abortu, comparatur. Manet enim eos certissimum exitium qui Præceptores vilipendunt, quare qui longævi esse desiderant, reverentiam erga illos sibi debent habere commendatissimam. Maimonides Hilch. Talm. Tora c. 5. כשם שאדם מצווה בכבוד אביו ובוראתו כך הוא חייב בכבוד רבו ויראתו יתר מאביו שאביו מביאו לחיי העולם הזה ורבו שלמדו חכמה מביאו לחיי העולם הבא ראה אבידת אביו ואבידת רבו של רבו קודמת לשל אביו אביו ורבו נשואים במשא מניח את של רבו ואחר כך של אביו אביו ורבו שבויים בשביה פודה את רבו ואחר כך פודה את אביו ואם היה אביו תלמיד חכם פודה את אביו תחלה וכן אם היה אביו תלמיד חכם אף על פי שאינו שקול כנגד רבו משיב אבידתו ואחר כך משיב אבידת רבו ואין לך כבוד גדול מכבוד הרב ולא מורא ממורא הרב אמרו חכמים מורא רבך כמורא שמים לפיכך אמרו כל החולק על רבו כחולק על שכינה שנ' בהצותם על יי' וכל העושה מריבה עם רבו כעושה מריבה עם השכינה שנ' אשר רבו בני ישראל את יי' ויקדש בם וכל המתרעם על רבו כמתרעם על יי' שנ' לא עלינו תלונותיכם כי על יי' וכל המהרהר אחר רבו כאילו מהרהר אחר שכינה שנ' וידבר העם באלהים ובמשה: Id est: *Quemadmodum homo tenetur colere & revereri Patrem suum, ita tenetur quoque colere, & revereri Præceptorem: Imo, & amplior huic, quam illi, debetur reverentia, nam Pater, ipsi, ut*

hac vita præsenti, Præceptor vero, qui cum sapientia erudivit, ut futura æterna fruatur, causa sunt. Quamobrem, si simul & Patrem, & Præceptorem, quid amisisse deprehendat, Præceptoris rem amissam, prius pervestigare oportet. Si Pater & Præceptor, simul onere graventur, Præceptorem prius relevare convenit, deinde Parentem. Si Pater & Præceptor, juxta captivi detineantur; primum redimendus Præceptor est, Pater postea. At, si Pater sit eruditus, tum quidem ipsum principio redimere convenit, quod idem in rei amissæ inquisitione tenendum, idq; etiamsi Pater, doctrina sua, Præceptorem non æquiparet. (Verbo;) *nemini major honor, quam Præceptori, neminiq; major, quam eidem, debetur reverentia. Imo dicunt Sapientes, Præceptorem eadem, qua supremum Numen, reverentia prosequendum esse : Unde iidem porro asseverant : Quisquis a Præceptore dissentit, is quasi a Deo dissentit* Q. S. E. (Num. XXVI, 9. Dathan & Abiram convocati e cœtu, qui moverunt rixas contra Mosen, & Aaronem, per cœtum Korachi,) quando motæ sunt rixæ contra Dominum. *Item: Quisquis litigat cum Præceptore, videtur litigare cum ipso Deo.* Q. S. E. (Num. XX, 13.) Ubi contenderunt filii Israëlis contra Dominum; & sanctificavit sese inter illos. *Porro : Quisquis obloquitur Præceptori, is Deo obloquitur.* Q. S. E. (Ex. XVI, 8.) Non sunt contra nos murmurationes vestræ, sed contra Dominum. *Deniq; : Quisquis prave suspicatur de Præceptore, suspicatur prave de Deo :* Q. S. E. (Num. XXI, 5.) Locutus Populus contra Deum, & contra Mosen. Istis generalibus præmissis, speciatim deinde exponit Maimonides; in quibus cultus, Præceptori debitus, consistit, & quid reverentia, a Discipulo exigat. Ea, quia prolixiora paulo sunt, magis juvat, audire Codicem nostrum MS. Ez Hechajim, qui, more solito, Maimonidem argute contrahit, & quæ ibi verbosius leguntur, enunciat paucioribus, ita tamen ut nihil eorum, quæ scire nostra interest, omittat. כל החולק על רבו לקבוע לו מדרש
ולדרוש ולהורות בתוך יב״ מילין מרבו אם לא להפריש מן
האיסור כל זמן שרבו בפניו קיים ולא נתן לו רשות אג
מהרהר עליו או עושה מריבה עליו כעל השכינה וכו׳ ואו׳ ר״
אפילו נטל רשות ממנו אסור להורות בתוך יב״ מילין מרבו׳
ואי לא נטל רשות אפילו חוץ ליב״ נמי אסור כדאי׳ פ׳ הדר
ואסור לקרות רבו בשמו הניכר שהוא הוא אפילו שלא בפניו׳
ולא יזכיר שמו אפילו לקרות אחר ששמו כשמו בפניו ולא

יתן

יתן לו ולא יחזיר לו שלום אם לא מזכיר רבי ומורי ולא יחלוץ תפילין ולא יסב בפני רבו ולא יתפלל בפני ואחורי וצד רבו ואסור להלוך בצדו אלא יתרחק ממנו ולא ממש נגד אחוריו ויתפלל ולא יכנס עם רבו למרחץ לא ישב במקומו ולא יכריע דבריו בפניו ולא יסתור דבריו לא יעמוד ולא ילך עד שיתן לו רשות ולא יפטר ממנו אלא דרך אחוריו ופניו כנגד פניו ויעמד מפניו משיראנו מלא עיניו עד שיתכסה ולא יראנו עבר רבו על דברי תורה או׳ לא כך למדתנו רבינו ולא יאמר דבר שלא שמע מרבו עד שיזכיר שם אומרו וכשימות רבו קורע כל בגדיו עד שיגלה לבו ואינו מאחה לעולם לא יחלוק כבוד לתלמיד בפני רבו אם לא היה דרך רבו לחלוק לו כבוד כל מלאכות עושה לרבו אם לא הוא במקום שאין מכירין שמא יאמרו שהוא עבד כל המונע תלמיד לשמשו מונע ממנו חסד ופורק ממנו יראת שמים וכל המולזל בכבוד רבו גורם שתסתלק שכינה מישראל:

Id est : *Quisquis dissentit a Præceptore*, (qualis vocatur,) *qui haud XII. milliaria a Præceptore remotus, eo vivo, & veniam non indulgente, Academiam aperire, & in ea docere, ac consulentibus de jure* [*nisi id fiat* (obiter, & pro re nata) *ut quem ex errore in quem cæteroquin prolapsurus erat, liberet,*] *respondere cœptat* : *Item, quisquis prave de Præceptore suspicatur, vel cum eo litigat, is hac injuria ipsum Numen afficere videtur. &c. Atq; ait R. Jochanan, etiam impetrata venia a Præceptore, nefas esse, docere intra terminum XII. milliarium, venia vero non impetrata, ne quidem extra illos limites,* (ullo unquam loco) *docendum, ceu patet ex Erubin c. 6. Porro, religioni esse debet, nominare Magistrum, proprio suo nomine, etiam illo non præsente: imo, nec alterius, qui eodem nomine gaudet, ipso præsente injicienda mentio,* (ne Præceptor se nominari existimet.) *Non salutandus Præceptor, aut salutanti respondendum, nisi additis semper verbis* : Mi Magister, mi Præceptor. *Non exuenda, coram Præceptore Phylacteria; non cum eo accumbendum : Non orandum, nec ante*

Præceptorem, nec ab ejus tergo, aut ad latus; prorſus,uti nec ad latus ejus incedendum, ſed paulo declinandum eſt: Imo, nec ita orandum, ut quis etſi remotior, plane e regione tergi ejus, ſit conſtitutus. Non intrandum ſimul cum Præceptore balneum; Non ſedendum in loco ejus proprio: Non diſquirendum de ejus dictis, ipſo præſente: Non impugnandæ ejus opiniones: Non ſurgendum, nec abeundum citra Præceptoris veniam: Diſceſſurus ab eo, ita retrogredi debet, ut vultum vultui Præceptoris ſemper obvertat. Surgendum Diſcipulo, ſimul ac Præceptorem e longinquo tueri poteſt, nec prius conſidendum, niſi ita remoto Præceptore, ut amplius conſpici nequeat. Si præceptor mandatum aliquod Legis violet, dicendum: Non ſic nos docueras, bone Præceptor. *Nihil a Præceptore non acceptum, coram eo proferendum, niſi addito ſemper Autore,* (ne ſibi quis videatur arrogare docendi facultatem.) *Cum moritur Præceptor, omnes veſtes Diſcipulus lacerare debet, ad denudationem usq; pectoris, haud unquam reſarciendas. Præſente Præceptore, nullo honore Diſcipulus afficiendus eſt, niſi quidem ipſe Præceptor, Diſcipulum honore proſequi ſoleat. Quicquid Servus Domino, id præſtat Diſcipulus Præceptori, quod tamen ad loca in quibus haud notus eſt Diſcipulus, ſe non porrigit, ne cæteroquin credatur ſervus eſſe. Quisquis prohibet Diſcipulum ſervire Magiſtro ſuo, is privat eum benedictione, Deiq; timore illum ſpoliat. Poſtremo, quisquis inſuper habet, reverentiam Præceptori debitam, is ut Divina Majeſtas a Judæis recedat, efficit.* Hæc, ſi ita obſervant Judæi, profecto apud ſolos ipſos, expedit Præceptorem eſſe: Imprimis, quia non viros tantum eximios, multaque eruditione, & magno rerum uſu præditos, ſed & qualeſcunque, & qui vel in ulla re, aliquem docere poſſunt, quod neſciat, honore ſuo non defraudant. Pirke Avot c. 6.

הלומד מחבירו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור אחד
או אפילו אות אחת צריך לנהוג בו כבוד שכן מצינו בדוד מלך ישראל
שלא למד מאחיתופל אלא שני דברים בלבד קראו רבו אלופו ומיודעו שני
ואתה אנוש כערכי אלופי ומיודעי והלא דברים קל וחומר ומה דוד מלך
ישראל שלא למד מאחיתופל אלא שני דברי׳ בלבד קראו רבו אלופו ומיודעו
הלומד מחבירו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור
אחד או אפילו אות אחת על אחת כמה וכמה שצריך לנהוג בו כבוד:

Id eſt: *Quisquis diſcit a Socio caput unum, aut Conſtitutionem unam, aut Dicti Scripturæ unius explicationem, aut verbum unum, aut vel adeo literulam unicam, is tenetur eum honore proſequi. Sic enim deprehendimus, Davidem Regem Iſraëlis ab Achitophele non niſi res duas didiciſſe.* (Nam, ut eſt in Taanit: Accidit aliquando, ut David ſolus Synagogam peteret, ibi occurrens illi Achitophel, quid tu agis, inquit? an ignoras

ſcriptum

ſcriptum eſſe, Prov. XIV, 28. *In multitudine populi, decor eſt Regis.* Itemque, ſcriptum eſſe Pſal. LV, 15. *In Domum Dei ibimus cum frequentia.* Quamobrem, utramque hanc ob rationem, nullo modo ſoli tibi, ad Synagogam ſic procedendum erat. Hæc ſola inquam ſunt, quæ David ab Achitophele didicit,) *& tamen eum vocat Magiſtrum ſuum, Ducem ſuum, & Familiarem ſuum, prout* S. E. (Pſalm. LV, 14.) Sed tu mortalis, par mihi, Dux meus, & familiaris meus. *Annon igitur, hinc formari poteſt argumentum, a minori, ad majorem veriſimilitudinem? Nam, ſi David, Rex Iſraëlis, qui duas res ſolas, ab Achitophele didicerat, eum Magiſtrum ſuum, Ducem ſuum, & Familiarem ſuum appellavit: quanto magis neceſſe eſt, ut is, qui a Socio didicit caput unum, aut conſtitutionem unam, aut Dicti Scripturæ unius explicationem, aut verbum unum, aut vel adeo literulam unicam, eundem honore proſequatur?* Nemo facile dicet, iſta ſpernenda eſſe, & vincunt utique Judæorum priſci Sapientes, prudentia ſua, illum Romanum, ſic ſatis frigide de honore, etiam vero Præceptori debito, l. 6. de Benef. c. 16. diſſerentem. *Quid ergo? quare Medico & Præceptori plus quiddam debeo, nec adverſus illos mercede defungor? Quia ex Medico, ac Præceptore, in amicum tranſeunt, & nos, non arte quam vendunt obligant, ſed benigna ac familiari voluntate. Itaq. Medico, qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos, quos perambulat, ponit, ſine ullo affectu facienda vitandave præcipiens, nihil amplius debeo: quia me, non tanquam amicus vidit, ſed tanquam Imperator. Ne Præceptorem quidem habeo cur venerer, ſi me in grege Diſcipulorum habuit, ſi non putavit dignum propria & peculiari cura, ſi nunquam in me direxit animum: & cum in medium effunderet quæ ſciebat, non didici, ſed excepi.*

3. Ait enim R. Abba] Noſtræ Talmudis Editiones, habent דא״ר אבהו errore manifeſto; eo quod in ipſis illis, cum in Avod. Sar. fol. 19. b. dictum hoc, iisdem verbis iteratur, etiam earum lectio, cum Codicibus En Jacob, quos hic loci ſecuti ſumus, convenit. Illud interim non diſſimulo, inter R. Abbam, & Raf, medium R. Hunam inſerendum eſſe, cum ejus utrobique in Talmude fiat mentio. Legendum proinde דאמר רבי אבא אמר רב הונא אמר רב iis, qui ἀκριβοδίκαιοι in talibus conſectantur.

4. Quis ſenſus loci &c.] Suam fecit hanc explicationem Maimonides, in ſupra laudatis Hilch. Talm. Tor. c. 5. §. 4. ita tamen, ut clarioribus magis verbis, eam extulerit: כל תלמיד שלא הגיע להוראה ומורה הרי זה רשע שוטה וגס הרוח ועליו נאמר כי רבים חללים הפילה וגו׳ וכן חכם שהגיע להוראה ואינו מורה הרי זה מונע תורה ונותן מכשולות

מכשולות לפני עורים ועליו נאמר ועצומי׳ כל הרוגיה Id est: *Quicunq; Discipulus nondum facultate docendi pollet, & tamen docet, is est nequam homo, stultus, & superbus: Atq; de eo dictum,* (Prov. VII, 26.) Multos vulneratos dejecit. *Contra, Sapiens, qui facultate docendi pollet, nec docet, is obicem ponit Legi Divinæ, cæcis objicit offendicula, deq; eo dictum:* Et obstipati sunt interfecti ab ea.

5. Multos enim vulneratos &c.] Verba illius dicti, proprie loquuntur de muliere adultera; sed, cum hac, comparare solent Rabbini, Discipulos incongruos, vitium enim quasi inferunt Legi Divinæ.

6. Dejecit] Vox הפילה ex nomine נפל quod *abortum* significat, explicanda est, ut ita in puerum, qui menses nondum complevit, quadret.

7. Obstipati sunt] Obstipati dicuntur, quia os claudunt, nec ad docendum illud aperiunt.

8. Ad quadragesimum usque annum] Jure bono, ætas ad docendum apta, definitur anno quadragesimo. Nam, ut est in Pirke Avot cap. 5. בן ארבעים לבינה Id est: *Anno quadragesimo, vere homines sapiunt.* Commentatores addidere: דכתיב ולא נתן יי׳ לכם לב לדעת ועינים לראות ואזנים לשמוע עד היום הזה ומזה הפסק אנו לומדין שאין התלמיד עומד על דעת רבו עד שיהא בן מ׳ שנה: Id est: *Legimus* (Deuteron. XXIX, 4. Mosen fato proximum, cumque jam quadraginta annos exegissent Jsraëlitæ in deserto, dixisse ipsis:) Non dedit vobis Dominus cor ad cognoscendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum, usque in diem hunc. *Hinc ergo inferimus, Discipulum non plene assequi mentem Magistri sui, ante annum quadragesimum.*

9. Rabba docuit] Sensus est: Ex Talmudis locis innumeris patescit, Rabbam docuisse, consulentibus respondisse, lites & controversias diremisse, cæteraque summi Doctoris officia peregisse omnia. His vero muneribus necesse est functus sit, ante annum vitæ quadragesimum, hunc enim fatalem habuisse deprehenditur. Rosch Hasscha. fol. 18. a. מניין לגזר דין שיש עמו שבועה שאינו נקרע שנ׳ לכן נשבעתי לבית עלי אם יתכפר עון בית עלי בזבח ובמנחה אמר רבא בזבח ומנחה אינו מתכפר אבל מתכפר בתורה אביי אמר בזבח ומנחה אינו מתכפר אבל מתכפר בתורה ובגמילו׳ חסדי׳ רבה ואביי מדבית עלי קאתו רבה דעסק בתורה

בתורה היה ארבעין שנין אביי דעסק בתורה ובגמילות חסדים היה שיתין שנין :

Id est: *Unde probabitur, Decretum Divinum, cui jusjurandum additum est, non reddi posse irritum? Ex loco* (1. Sam. III, 14.) Ideo juravi domui Eli, si expiabitur iniquitas domus Eli, sacrificio aut munere. *Ait Rabba: Sacrificio & munere, non expiatur, at expiatur studio Legis. Abai dixit: Non expiatur quidem sacrificio, & munere; sed tamen expiatur studio Legis, & Beneficentia. Rabba, & Abai, fuere ex posteris Eli: atq. Rabba, qui Legi Divinæ operam navavit, vixit annis quadraginta. Abai, qui studio Legis, Beneficentiam addiderat, annum attigit sexagesimum.*

10. De æqualibus] Id est: Si jam sit in urbe vir doctus & sapiens, cui docendi munus commissum, non licet alii, in pari doctrinæ gradu constituto, in eadem docere, ante ætatis annum quadragesimum, at licebit idem, si iste, altero, longe doctior & sapientior existat. Nam, cum Sapientia ætatem superat, illam, non hanc attendimus.

יא

תנו רבנן ז׳ פרושים הם: פרוש שכמי פרוש נקפי פרוש קיזאי : פרוש מדוכה : פרוש מה חובתי ואעשה : פרוש מאהבה: פרוש מיראה : פרוש שכמי זה העושה מעשה שכם : פרוש נקפי זה המנקף את רגליו : פרוש קיזאי אמר רב נחמן בר יצחק זה המקיז דם בכותלי׳ פרוש מדוכה אמר רבה בר שילא דמשפע כמדוכה : פרוש מה חובתי ואעשנה הא מעליותא היא אלא דאמר מה חובתי תו

XI.

1. TRadunt Magistri: [2] Septem genera, sunt Pharisæorum, Pharisæus Sichemita: Pharisæus allidens, Pharisæus venæsector, Pharisæus pistilli, Pharisæus (*quærens*) quid teneatur, & se id facturum (*pollicens.*) Pharisæus ex amore: Denique, Pharisæus ex metu. Pharisæus Sichemita est, qui [3] imitatur factum Sichemi. Pharisæus allidens est, qui pedes allidit. Pharisæus [4] venæsector, ex mente R. Nachmanis F. I. est, qui sanguine parietes conspergit. Pharisæus pistilli, ita censente Rabba F. S. est, qui capite demisso incedit, instar pistilli. [5] Pharisæus (*quærens*,) quid teneatur, & se id facturũ (*pollicens*) hoc utique bonum est. Nempe,

 de eo

ואעשנה: פרוש מאהבה פרוש
מיראה אל"ל אביי ורבא לתנא
לא תתני פרוש מאהבה פרוש
מיראה: דאמר רב יהודה אמר
רב לעול' יעסוק אדם בתור'
ובמצות אף על פי שלא
לשמה שמתוך שלא לשמה בא
לשמה אמ' רב נחמן בר יצחק
דמטמרא מטמרא דמגליא
מגליא ודמטמרא דבי דינא
רבה ליתפרע מהני דחופי [12]
גונדי אמר לה ינאי מלכא
לדביתהו לא תתיראי לא מן
הפרושים ולא ממי שאינן
פרושין אלא מן הצבועים [14]
שדומין לפרושים שמעשיהן
כמעשה זמרי ומבקשין שכר
כפנחס:

(*de eo sermo, qui arroganter*) ad quid præterea teneor? inquit, & faciam illud. Pharisæus ex amore; Pharisæus ex metu. Dixere Abai, & Raba, ad Mischnæ autorem: Non huc referendi erant, Pharisæus ex amore, & Pharisæus ex metu. Ait enim Raf, prodente id R. Juda: [6] Æternum tradat se homo, Legi, & Præceptis, si maxime [7] non propter seipsa (*isthac colat:*) Quippe, occasione, dum propter aliud (*ea colit, tandem eò deveniet,*) [8] ut sui ipsorum gratia (*deinde a sese impleantur.*) R. Nachman F. I. ait: [9] Quod occultum est, occultum manet: & quod manifestum est, ejus habetur notitia: [10] De occultis vero, Judices magni, (*cœlestisq;*) Senatus, pœnas sument, de [11] obvelantibus (*peccata*) palliis. [12] Rex Jannai [13] dixit uxori suæ: Nec Pharisæos, nec eos qui minime tales sunt, extimescas: sed, [14] ab illis fucatis, (*tibi caveto:*) qui similes Pharisæis: quorumque opera, cum sint paria operibus Simri, poscunt tamen mercedem, qualis obtigit Pinchaso.

ANNOTATA.

1. Tradunt] Propemodum affirmaverim, hac præsenti, nullam aliam, in omni Gemara, Pericopen, magis Christianis Doctoribus allegatam esse. Cum enim Pharisæorum, in Novo Testamento, toties fiat mentio, ad illorum differentiam, ingenium, & mores explicandos, hic locus vi-

cus visus est aptissimus, ac proinde cum interpretatione allatus, a viris Doctissimis, Buxtorfio in Lex. Talm. p. 1852. Drusio, apud Walæum, ad Lucæ cap. XI, 37. Ligthfooto, ad Matthæi c. 3. v. 7. Hottingero Thesaur. Philolog. p. 28. Dilherro in Atrio Linguæ Sanctæ p. 192. Christiano Gersone quoque, in Talmude p. 20. & aliis.

2. Septem] Observo, in Massechet Avot R. Nathanis, quæ Talmudi subjecta est, fol. 9. col. 4. addi aliud genus Pharisæorum, ita ut octupli fiant : ח׳ פרושין הן פרוש שכמו : פרוש נכפאי : פרוש מקיצאי : פרוש מכיבאי : פרוש מלאכה היתה לו : פרוש מחופתו עשאני ופורש מן היצרא ופרש מן היראה : Sed, ego hunc locum, quantus quantus est, existimo esse mendosissimum, atque ita restituendum : ח׳ פרושין הן פרוש שכמי פרוש נקפי פרוש הקיזאי פרוש מדוכיא פרוש מלאכה היתה לו פרוש מה חובתי ואעשנה ופרוש מן האהבה ופרוש מן היראה Quid vero, obsecro, faciemus illi, פרש מלאכה היתה לו qui cæteris Gemaræ nostræ, hic superadditur? An dicendum, esse eum, qui officiosam sedulitatem simulat? aut eum, qui πολυπράγμων est, & omnibus rebus sese ingerit? vel denique, eum, qui gratis ministerium suum aliis addicit? Fortasse aliquid horum, non nimis aberrat a scopo : Si tamen ista non placent, doceant me eruditiores meliora, fateor enim ignorantiam, Janum Drusium, eximium virum secutus, quem non piguit, circa Pharisæum Pistilli, hæsitationem suam prodere.

3. Imitatur factum Sichemi] Nam, ut est in Glossa: שמל שלא לשם שמים אף זה מעשיו להנאתו שיכבדוהו בני אדם ולא לשמים : Id est : *Sicut iste circumcisionem admisit, non amore Numinis,* (sed ut nuptiis potiretur, Dinæ formosissimæ, Gen XXXIV.) *Ita Pharisæorum hoc genus, omnia ad gloriam refert, ut ab hominibus honore afficiatur, de Deo nihil solicitum.* Enim vero, de hac, & aliis Pharisæorum speciebus, plura non addimus, quando modo laudatorum virorum, imprimis vero Buxtorfii, & Lightfooti diligentia, nihil quod explicatione egeat, residui nobis reliquit.

4. Venæsector] De Pharisæo venæsectore, cum ob causam allatam, dicere nihil libeat, afferam aliquid, de ipsa venæsectione, ex vere aureo Codice MS. nostro, Ez Hechaiim, Hilch. Derech Erez c. 3. ne quasi sicco, quod ajunt, pede, vadum hujus Pericopes transilire cogar. לא ירגיל עצמו להקיז דם תמיד אלא אם כן צריך ביותר לא יקיז רק בימי ניסן ומעט בימי תשרי ואחר חמשים שנה לא יקיז כלל ולא יקיז ביום שיכנס למרחץ ולא ביום שיצא לדרך ולא ביום שבא מן

 הדרך

הדיך יאכל וישתה ביום הקזה פחות ממה שהיה רגיל וינוח ביום הקזה ולא יתעמל: Id est: (Homo Sapiens,) *ne assuefaciat se, crebræ missioni sanguinis, sed, eo remedio, non utatur, nisi cum summa necessitas id efflagitat. Cæterum, tantum secanda vena est, mense Martio, & parce mense Septembri: post annum autem vitæ quinquagesimum, venæsectione penitus abstinendum. Porro, non secanda vena est, die, quo quis lavat, aut quo quis iter facturus est, aut, quo quis peregre revertitur: qua vero die fit venæsectio, minus solito edendum, ac bibendum est, nec minus a labore cessandum.* Sed, & illud notandũ, non secandam venam esse, nisi præmissis prius precibus: Harum formulam, dictavit R. Acha in Berachot fol. 60. a. יהי רצון מלפניך יי׳ אלהי שיהא עסק זה לי לרפואה ותרפאני כי אל רופא נאמן אתה ורפואתך אמת לפי שאין דרכן של בני אדם לרפאת אלא שנהגו: Id est: *Ita velis Domine, Deus meus, ut hoc cœptum, ad sanitatem conferat, & sana me quæso, tu enim, supremus, verusq; medicus es, tuaq; medicina optima. Homines vero, haud ultra in medendo valent, quam sunt edocti.*

5. Pharisæus quærens quid teneatur] Talis fere fuit R. Eleasar, secundum ea, quæ traduntur in Sanhedrin p. 401. edit. Coccejanæ.

6. Æternum tradat se homo &c.] Admodum delectati sunt Talmudistæ, hoc dicto, ita crebro in ore illud habent, & passim inculcant. Non temere me ita pronunciasse, patebit, consulentibus Pesachim fol. 50. b. Erachin fol. 16. b. Nasir fol. 23. b. Sanhedrin p. 410. edit. Coccej. & Excerpta Berachot in En Israël fol. 25. col. 2. nam in Talmudis editionibus, loco proprio, nescio quam ob causam, hic quidem excidit.

7. Non propter seipsa] Quid sit discere Legem, non propter seipsam, prolixe exponit Maimonides, in Præfatione ad Perek Chelek, cujus Latinam interpretationem, quia dedit Cl. Pocockius, in Porta Mosis, nihil eorum adscribimus, sed Lectorem, præcipue ad paginas ibi 140. 142, & 143. ablegamus. Breviter: Discere Legem non propter seipsam, dicitur, qui alterius rei magis, quam Legis Divinæ amore impulsus, hujus studio se mancipat. Uti, si quis dicat, prout est in Nedarim fol. 62. a. אקרא שיקראוני חכם אשנה שיקראוני ר׳ אשנה שאהיה זקן ואשב בישיבה: Id est: *Scripturam Sacram addiscam, ut Sapiens audiam: Talmudis studia tractabo, ut Doctoris nomen merear, aut, ut Rectoris Academ-*

academici munus obtineam. Exemplum, hominis ejusmodi, præbet Reſch Lakiſch, vir celeberrimus, de quo in Schalſch. Hak. p. 33. a.
ריש לקיש היה לסטים ובליעל ויאהב אחותו של ר' יוחנן ויאמר
לו ר' יוחנן שאם ישוב בתשובה יתנה לו לאשה וכן עשה:
Id eſt: *Reſch Lakiſch, fuit latro, & homo nequiſſimus, cumq; captus eſſet amore ſororis R. Jochananis,* (mortalium iſtius longe formoſiſſimi,) *promiſit R. Jochanan, ſe illam ei deſponſaturum, ſi pœnitentiam agere vellet: Atq; hoc factum eſt.* Cæterum, quia imperfectione magna laborat, qui Legem non mero ejus amore impulſus, addiſcere ſuſcipit, ideo laudandus R. Saphra, qui, ceu in Berachot fol. 16. b. in f. traditum eſt, ſemper precibus ordinariis, hanc ſubjungere ſolebat rogatiunculam:
יהי רצון מלפניך יי' אלהינו שתשים שלום בפמליא של מעלה ובפמליא
של מטה ובין התלמידים העוסקין בתורתך בין עוסקין לשמה ובין עוסקין שלא
לשמה וכל העוסקין שלא לשמה יהי רצון מלפניך שיהיו עוסקין לשמה:
Id eſt: *Ita tibi placeat quæſo, Domine Deus noſter, ut pacifice degere jubeas, & ſupernam & infernam tuam familiam, quin & Diſcipulos, qui Legi tuæ operam dant, tam qui ipſius, quam, qui alterius rei cupidine, id faciunt: omnes vero hos poſtremos, lubens volens eo perducito, ut Legi propter ſeipſam, ſe totos addicant.*

8. Ut ſuiipſorum gratia &c.] Diſcere Legem, propter ſeipſam, breviter & argute ita exponente Baal Chaſidim, Num. XVII. eſt diſcere על מנת ללמד לשמור ולעשות Id eſt: *Eo fine, ut quis porro alios erudire, quaq; didicit animo ſervare, & factis exprimere, propoſitum habeat.* De Legem propter ſe diſcentium Dignitate, & commodis, ſic eſt in Pirke c. 6. רבי מאיר אומר כל העוסק בתורה לשמה זוכה לדברים
הרבה ולא עוד אלא שכל העולם כלו כדי הוא לו נקרא רע אהוב אוהב
את המקום אוהב את הבריות משמח את המקום משמח את הבריות
ומלבשתו ענוה ויראה ומכשרתו להיות צדיק וחסיד ישר ונאמן ומרחקתו
מן החטא ומקרבתו לידי זכות ונהנין ממנו עצה ותושיה בינה וגבורה
שנ' לי עצה ותושיה אני בינה לי גבורה ונותנת לו מלכות וממשלה
וחקור דין ומגלין לו רזי תורה ונעשה כמעין המתגבר והולך וכנהר שאינו
פוסק והוי צנוע וארך רוח ומוחל על עלבונו ומגדלתו ומרוממתו על כל
המעשים: Id eſt: *R. Meir dixit: Quisquis Legi propter ſeipſam operam dat, multa refert præmia, neq; hoc tantum, ſed & orbem univerſum exæquare videtur. Vocatur Socius, Dilectus, & Amicus Numinis, amaq;*

res creatas, lætificat Creatorem, ejusq; opera. Lex illum vestit Modestia, & Timore; parat ipsum, ut fit Justus, Pius, Rectus, Fidelis; Avocat eum a peccato, deducitq; ad sanctimoniam: Petunt ab eo consilium, opem, sapientiam, roburq;: nam S. E. (Prov. VIII, 14.) Meum est consilium, & auxilium, ego Sapientia, meum est robur. *Dat* (præterea Lex,) *illi Regnum & Dominatum, judiciiq; profunditatem: revelantur ei sacrosancta mysteria, fit similis fonti crescenti & valide fluenti, amniq; qui defectum non patitur. Est verecundus, longanimus, patiens injuriarum. In tantum effert & extollit eum Lex, super omnes hujus mundi res reliquas.*

9. Quod occultum est &c.] Sic accipe, quasi dicerent: Quæ palam fiunt, ea quidem homines cæteri nosse, deq; iis, ferre possunt judicium. At, quæ clam patrantur, & multis simulationum, ac dissimulationum quasi velis, (cui rei imprimis Pharisæi studebant) obtegi solent, hæc mortalium sane notitiam effugiunt, interim tamen, omnituentem Dei oculum, non latent, cui pœnas olim dabunt gravissimas.

10. De occultis vero] Vocem ודמטמרא nec Amstelodamense, nec Basileense Talmud agnoscunt. Sed ego, cum Codicibus En Jacob, qui eam admisere, facio.

11. Obvelantibus peccata palliis] Aut; fortasse, verba intelligenda de iis, qui seipsos palliis sacris, memorialia fila sacræ Legis alligata habentibus, assidue tegunt, & sanctitatem meram simulant. Hoc est, de iis sermo, ad quos pertinet illud Servatoris, Matth. XXIII, 5. Πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. Πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.

12. Rex Jannai &c.] Sic Germanice hunc locum effert Autor libri *Brandspiegel c. 52.* Janai *sprach zu seinen Weib, nit förcht dich für den fromen Leuten, auch nit für den bösen Leuten, neiert für den Schmeichlern, die sich vveisen, als vvan sie frum vveren, und ihre Werck sind as* זמרי בן סלוא *hat gethon, is gelegen for* כל ישראל *bey* כזבי *Tochter König* צור *und sie vvoln haben man söl sie* מכבד *sein, as* אליעזר בן פנחס הכהן:

13. Dixit uxori suæ] In Kiddufchin traditur, Regem Jannai multos occidisse Sapientes, & ad Sadducæorum partes concessisse. Cum igitur lethaliter decumberet, conjux vehementer metuebat, ne illo e vivis sublato, ipsa nunc pœnas dare cogeretur, ac soboles, potestate regia excideret

cideret. Quamobrem, ut hujus ægritudinem ex animo, aliquo modo depelleret,& ſimul in medium conſuleret Jannai,dixiſſe fertur:Haud timendi tibi ſunt Phariſæi veri, & ſerii cultores Numinis, illi enim minime vindictæ cupiditate tanguntur, verum,injurias perferunt. Porro,nec profanos,irreligioſoſque ardeliones,metuere tibi convenit, his enim ego amicis uſus ſum,eoſque beneficiis,familiæ meæ obnoxios reddidi. A ſolis igitur illis,etiam atque etiam,tibi cavere oportet, qui pietatem,vultu,geſtu, habitu,præ ſe ferentes,

Aſtutam vapido geſtant ſub pectore Vulpem.

14. Ab illis fucatis] Recte Tisbi p. 76. b. נקראו אנשים החנפים רוצה לומר שאין תוכם כברם צבועי׳ פירוש שמראים צבע אחר ממה שהם: Id eſt: *Homines hypocritæ, ſive quorum animus externis geſtibus non reſpondet, vocantur* צבועים *aut* Fucati, *alium enim colorem monſtrant, quam quo vere ſunt imbuti.* Cæterum, ad Jannæi Regis, quod uxori dederat monitum, nihil magis appoſitum fingi poteſt, quam quod cariſſimæ ſuæ Euſtochio, inculcat S. Hieronymus ep. 22. de cuſtodienda virginit. *Viros fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei contra Apoſtolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi in patientia frigoris, pedes. Hæc omnia argumenta ſunt Diaboli, talem olim Antymum, talem nuper Sophronium Roma congemuit; qui poſtquam Nobilium introierunt domos, & deceperunt mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes, triſtitiam ſimulant, & quaſi longa jejunia, furtivis noctium cibis protrahunt, pudet dicere reliqua, ne videar potius invehi, quam monere,* Atque hoc pii Patris dictum, Annotatorum hujus Capitis, eſto corolla.





פרק ד׃ CAPUT IV.

משנת MISCHNA

א I.

ארוסה ושומרת יבם לא שותות ולא נוטלות כתובה שנאמר אשר תשטה אשה תחת אישה פרט לארוסה ושומרת יבם אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל ובת ישראל לממזר ולנתין לא שותות ולא נוטלות כתובה׃

[1] DEsponsata, aut Levirum exspectans, (*si contra Sponsi, vel Leviri praeceptum, cum eo, cujus familiaritate interdicebantur, quid clandestini negotii habuisse, deprehensa sint*;) nec bibunt (*aquas amaras*,) nec[2] dotem accipiunt. Q. S. E. (Num. V, 29.) *Cum declinaverit mulier, a viro suo.* (*Esto*) Regula: Desponsata, Levirum exspectans, [3] Vidua (*nupta*) Summo Pontifici; [4] repudium aut exhibitionem calcei passa, (*nupta*) Sacerdoti gregario; [5] Notha mulier, aut [6] Nethinæa, (*nupta*) Judæo; filia denique Judæi, nupta homini notho, vel Nethinæo; [7] neque (*aquas*) bibunt, [8] neque dotem accipiunt.

ANNOTATA.

1. Desponsata] Quare Desponsata, quæ se cum alio, contra Sponsi interdictum, suspectam reddidit, ad aquas amaras bibendas, adigi haud possit, ratio redditur in Jebamot fol. 58. a. מבלעדי אישך מי שקדמה שכיבו בעל לבועל ולא שקדמת שכיבת בועל לבעל Id est: (Sacerdos imprecando Sotæ, signanter usus est verbis: Si indiderit in te concubitum suum) præter virum tuum. (Exinde colligimus, ad potionandam

nandam Sotam, requiri) *ut præcesserit concubitus mariti, adulteri concubitum, quodq; si contrarium fiat* (aquis amaris nullus locus sit.) At, dicat quis : Quorsum igitur interdicto opus, si ejus violationem, aquarum amarum potatio non consequitur ? Respondet R. Papa in Gemara nostra. להשקותה כשהיא נשואה Id est : (Hoc conferre interdictum) *ut olim post contractas nuptias,* (iterum suspectam redditam,) *potionare maritus,*) (& casum eorum, quæ conjugium præcessere, involvere possit.) Vide supra Mischnam c. 2. §. 5. Sed & jacturam dotis inferebat, interdicti transgressio, cæteroquin a Sponso, si repudium Sponsæ dare vellet, numerandam. Quæ vero de Desponsata a nobis dicta sunt, eadem, ad illam, quæ Levirum præstolatur, ob juris paritatem, producere oportet.

2. Dotem] Aliter, Dotis vocabulum, accipiendum est, cum de Romanorum, aliter, cum de Hebræorum Civili jure, loquimur. Populi Romani Quiritium leges, dotem Sponsæ imperant, afferendam marito, ut onera matrimonii, tanto æquius sustineat: tot. tit. D. de jure Dot. & aliis locis innumeris. At, apud Judæos, Dotem, in Scriptura מוהר Magistris כתובה dictam, Sponsus ut constitueret, necesse erat, nihil in vicem rependente Sponsa. Unde Sichem Gen. XXXIV, 12. petit sibi quamvis imponi dotem, modo, ut amata Dina potiatur: & David pauperior, centum præputia Philistæorum, Sauli sic postulanti, pro dote filiæ obtulisse legitur 1. Sam. XVIII. Si quas vero facultates Sponsa secum, in mariti domum afferret, eas tenebat ut peculium, hisque Magistri, nomen נדוניא imposuerunt. Majorum institutis, etiamnum insistunt Judæi, atq; quia ex Deut. XXII, 29. colligunt, dotem antiquam virginum, fuisse Siclos quinquaginta, sive denarios ducentos, ne in eo quidem, vel hilum ab antiquorum consuetudine recedunt, sed cuivis virgini, tantundem quisque Sponsus, in dotali instrumento, pro Dotis, ut ita loquar, Sorte, pollicetur, ita tamen, ut auctarii loco, pro divitiarum modo, quidvis ei superaddere liceat. Ex qua re, illud præter cætera, commodum, promanare Judæi vulgo dictitant, ut omnium virginum suarum, æqua sit conditio, nec ulla magis se, quam alias, dotatam fuisse, jactare queat. Sed, de his, porro quædam exactius docenda, ex optimi Codicis nostri MS. Ez Hechajim Hilchot Clubba, e quibus, hinc inde, quædam, quæ ad propositum maxime faciunt, excerpemus. אסור לשהות עם אשתו שעה
אחת בלא כתבה שלא תהא קלה בעיניו להוציאה וכל הפוחת ממאתים
דינר וממנה לאלמנה ממטבע שיש שבעה חלקים נחשת וחלק אחד
כסף שיש בסלע חצי זוז כסף שכל המאתים עולים לעשרים וחמש דינרי
כסף שמשקל כל דינר כו' שעורים והמנה עולה לשנים * דינרי כסף ומחצה
בעילתו בעילת זנות וזה נקרא עיקר כתבה ואם ירצה יוסיף אפילו עד אלף ודין
התוספת

* Male hic omittitur vox עשר quam suppleo ex Maimonidis Hilch. Ischut c. 10, §. 6.

התוספת והעיקר שוין לרוב דברים וכל מקום שני כתבה סתם הוא עיקר:
Id eſt : *Nefas eſt, morari cum uxore, vel horam unicam, nondum conſtituta dote, ne contemta ſit, & repudio cauſa prabeatur: atq; qui* (virgini,) *minus ducentis denariis, vidua, minus Minâ* (ſive denariis centum) *conſtituit, is ſtuprum committere videtur.* (Cæterum, Denarii iſti, non accipi debent, de moneta plane argentea, ſed de communi, cujusque temporis locique,) *& quidem tali, qua habeat ſeptem partes aris, & unam argenti, valentem dimidium Zuſa,* (ſive Taleri partem decimam ſextam,) *ut ita ducenti iſti denarii, efficiant omnino XXV. denarios argenteos, quorum cujusq; pondus XXVI. grana hordeacea. Mina vero, efficit denarios XII. cum dimidio, hujus generis. Summa, quam expreſſimus, vocatur Sors Dotis, cui, ſi quis velit, etiam mille ſupperaddere poteſt; eſtq; hujus auctarii, & ipſius ſortis, plurimum aqualis ratio, ſed quoties Dotem ſimpliciter dicimus, Sors intelligi debet.* Porro : הנושא בתולה שנתארמלה ונתגרשה ונחלצה מן הארוסין כתבתה מאתים מן הנשואין כתבתה מנה שנשואה כבעולה נשא בתולה משוחררת גיורת שבויה שנשתחררה ונפדית ונתגיירה פחות מבת שלש שנים ויום אחר כתבתן מאתים בנות ג׳ שנים ומעלה׳ אע״פ שהן בתולות יען שחזקת שפחה ונכרית ושבויה ליבעל כתבתו מנה אפילו ידוע שהן בתולות: Id eſt : *Ducens virginem, cujus Sponſus diem obiit, aut, qua repudium paſſa eſt, aut, qua jure Leviratus calceum accepit, ſi quidem caſuum illorum quis, poſt nuda accidit ſponſalia, ducenti Denarii in dotem conſtituendi ſunt: ſed, ſi poſt deductionem in thalamum,* (etiam nullo inſequente concubitu, caſus ſucceſſerit, tum, ex prædictis aliquam ducenti,) *ſolam Minam conſtituere licet: nam conſecrata, pro vere conjugatis habentur. Qui ducit virginem libertam, proſelytam, aut olim ab hoſtibus captam, ſi quidem illa ſive liberta, ſive ex captivitate redemta, ſive ad judaicam religionem converſa, minor ſit annis tribus, & die uno, Denarios ducentos in dotem accipit: verum, ſi hanc atatem impleſſe, aut etiam exceſſiſſe deprehenditur, etiamſi virginitatis ſit incorrupta, tamen quia ancilla, filia τῶν ἔξω, & captiva, vitiata eſſe praſumitur, non niſi Minam accipit, ſi maxime virginem illam eſſe, omnibus ſit notiſſimum.* Amplius: אין הכתבה נגבית עד לאחר מית הבעל או אם נרשה ותקנת חכמי׳ שנגבית מבורית שרותיו ולא תגבה משבח ששבחו נכסים

נכסים לאחר מיתת הבעל ולא משבח שהשביח הלוקח אע״פ שבעל חוב גובה השבח ואם בכתבתה מעות סתם נוטלת מפחות שבמטבעות שאם נשאה במקום אחר וגירשה במקום אחר ומעות מקום נשואין טובים יותר נותן מעות מקום גירושין מקום גירושין טובים נותן במקום נשואין אבל אם פירש בכתבתה מטבע ידוע בין בעיקר בין בתוספת הוי כדין המלוה חבירו ממטבע ידוע שנותן לו כמה שהלוהו:

Id est : *Dos non exigitur, nisi post mortem mariti, aut post divortium; atq. constituere Sapientes, ut* (mulier de dote agens,) *satisfactionem tantum petere possit ex fundis, & iis quidem deterrimis, nec petere possit id, quod ex facultatibus mariti, post mortem ejus, fundo adjectum, ut melior redderetur, aut, quod emtor bonitatis adjecit, etsi debitores alii, etiam augmenta,* (vulgo meliorationes dicuntur,) *vindicant. Quod si in instrumento dotali, simpliciter fiat mentio pecuniæ, deteriore contenta esse cogitur: Itaq., si alio loco Nuptiæ factæ sint, alio fiat repudium, atq. moneta loci nuptiarum, sit probior, solvitur dos, nummis valentibus in loco divortii. Contra, si probior sit moneta loci, in quo repudium patitur fœmina, ex moneta loci nuptiarum fit solutio. At, si in instrumento, quantum sive ad sortem, sive ad auctarium dotis attinet, certa nummorum sit expressa species, tum idem hic quod in mutuo obtinet, tantum enim illum, qui mutuum accepit, reddere, quantum alter dedit, inter omnes manifesti juris est.* Oportet, quid addamus, de mulieris peculio. כל נכסים קרקע ומטלטלים ועבדים שמכנסת אשה לבעלה אע״פ שנכתבים בכתבה אין נקראין כתבה אלא נדוניא ואם קבלם הבעל באחריות ואם פחתו לו והותירו הותירו לו נקראין נכסי צאן ברזל ואם לא קבלם באחריות או שלא הכניסתם לו או נפלו לה בירושה משנתארסה אם פחתו והותירו פחתו והותירו לה הכל נקראין נכסי מלוג וכל נכסים אלו בין נכסי צאן ברזל בין נכסי מלוג הבעל אוכל פירותיה בחייה ומוציאם מיד הלקוחות אפילו מנכסים שנפלו לה קודם אירוסין כשמכרתם אחר

 שנשא

שנשא' אבל לא נוף נכסי מלוג ואם מתה בחיי בעלה יורש הכל ומוציא נוף הקרקע מן הלקוחות בלא דמים ואם הדמים שלקחה בעבור קיימים יחזיר ללקוחות ולא יכול לומר שמא מציאה הם וכל זה בנכסים הידועים לבעל אבל נפלו לה נכסים במדינה אחרת ולא ידע שהם לבעל' ומכרה אותן מכרה קיים וכן ארוסה שמכרה קודם נשואין מכרה קיים שאין לבעל בנכסי ארוסתו כלום: Id est: *Omnes facultates, quas uxor ad maritum secum affert, sive ea res immobiles, sive mobiles, aut servi sint, etiamsi eorum in dotali instrumento fiat mentio, tamen non* כתבה *sive Dos, sed* נדוניא *id est* παράφερνα *vocantur. Quod si maritus, illorum bonorum evictionem receperit, tum omne illorum sive damnum, sive lucrum, ejus est commodo & incommodo,* (atq; hic casus, voce nostra forensi,) *dicitur esse, Bonorum Ovium Ferrearum. Si vero evictionem non recipiat maritus, aut, si bona illata non sint, aut si hæres fiat mulier post contracta sponsalia, tum damnum & lucrum, uxoris periculo sunt, aut emolumento, atq; hæc, Bona Depilationis vocantur. Utrorumq; autem horum bonorum, sive Ovium Ferrearum, sive Depilationis ea sint, usumfructum habet maritus, quoad superstes est, & vindicat illa ex manu emtorum, etiamsi, uxori ante Sponsalia obtigêre, modo post celebratas nuptias, facta venditio: ipsa vero Bonorum Depilationis substantia, dominio ejus non subjicitur. Interim moriente muliere, marito superstite, ipse omnium hæres sit, & fundos ab emtoribus vindicat, nullo reddito pretio, eo solo casu excepto, quo nummi persoluti adhuc supersunt, nec valebit excusatio, fieri posse* (ut isti nummi non ex venditione mulieris supersint,) *sed ab ea reperti fuerint. Hæc vero omnia, capienda tantum de bonis marito cognitis, at si in regione alia, uxor quid bonorum nanciscatur, tum emtore nesciente illas res ad maritum pertinere, si a muliere fiat venditio, ea rata habetur, quod idem sentiendum, de rebus a desponsata venditis, viro enim in eas, quas Sponsa habuit facultates, nullum jus est.* Addo, coronidis loco, quod est in eodem Codice Hilch. Kidduschin cap. ult. הכתבה אין עושה נשואין שאם כתב לה ולא נכנסה לחפה עדיין אחסת היא מת או גירשה גובת עיקר כתובתה ולא תוספת כלל כיון שלא כנסה אירס ולא כתב לה ומת או גירשה והיא ארוסה אפילו עיקר אין לה: Id est: *Instrumentum dotale, non facit matrimonium, quamobrem, licet illud sit confectum, si tamen* (ea, quam quis conjugem sibi expetit,) *in thalamum non sit deducta, pro Sponsa tantum habetur, ac proinde si moriatur* (Sponsus,) *aut eam repudiet, sortem Dotis ipsa exigit, minime vero auctarium, quia matrimonium haud est*

est perfectum. Si quam despondeat quis sibi, non scripto instrumento dotali, ac moriatur deinde, aut illam repudiet, ante nuptiarum celebrationem, tum ne sortem quidem Dotis flagitare, sponsæ permittitur.

3. Vidua nupta summo Pontifici] Magnum Pontificem apud Hebræos, id proprium & peculiare habuisse, ut præter fœminas, quas Sacerdotibus quibuscunque ducere nefas erat, &, de quibus continuo agemus, ipse solus, Viduam in matrimonio habere non posset, ex Lev. XXI, 14. concordissime, quantum mihi compertum, non tantum Judæi, sed & Christiani colligunt Interpretes. Nec profecto in verbis difficultas est, eumq; sensum in omnium legentium animis ultro progenerant. Atq; ad Judæos quidem quod attinet, sexcentis amplius e Talmude ostendere possem testimoniis, nunquam de eo fuisse dubitatum, sed pro tam certa, tamque vera, hanc opinionem habitam, ut de nulla re magis, prisci Sapientes persuasi fuerint. Sufficiat Lectorem relegare ad Mischnæ nostræ infra c. 8. §. 5. Mischnæ Sanhedrin c. 2. §. 1. itemque Mischnæ Maccoth c. 3. §. 1. porro, ad Gemaram Jebamot fol. 92. a. & præcipue Kidduschin fol. 77. seqq. quæ loca si consulet, vera nos dixisse, haud vocabit in controversiam. Jam, nec inter Recentiores quisquam est, qui dissentiat, & pro omnibus satis clare, satis verbose, loquitur Maimonides, in More Nev. p. 507. edit. Buxtorf. Hilch. Ischut c. 1. §. 7. Hilch. Issure Bia c. 17. §. 1. seqq. Illi addimus Mosen Kozensem Præc. Neg. CXXIV. hujusque verba, quia sua brevitate placent, & ut eis quoq;, quibus ad manus libri non sunt, consulamus, afferre non pigrabimur: שלא יקח כהן גדול אלמנה שנ' בפרשת אמר אלמנה וגרושה וחללה זונה את אלה לא יקח ושנינו בפרק הבא על יבמתו כהן גדול לא ישא את האלמנה בין מן הארוסין בין מן הנשואין וכהן גדול הוא בין נמשח בשמן המשחה בין מרובה בגדי' ואף משוח מלחמה כדתניא בהוריות פרק אחרון והכהן הגדול מאחיו זה כהן גדול שנמשח אשר יוצק על ראשו בשמן המשחה זה משוח מלחמה ומלא את ידו ללבוש את הבגדים זה מרובה בגדים על כלם הוא אומר אחר כך את ראשו לא יפרע וגו' ואלמנה וגרושה וחללה זונה את אלה לא יקח:
Id est: (E Præceptorum Negantium numero, est illud,) *quo Summus Pontifex prohibetur ducere Viduam: Scriptum enim Lev. XXI. 14.* Viduam, aut repudiatam, aut profanatam meretricem, istiusmodi ne ducito. *Atq; docetur in Jebamot, Viduam hic loci accipiendam, tam eam, cujus maritus, quam, cujus Sponsus,* (fato concessit.) *Summum quoq; Sacerdotem intelligere oportet eum, tum qui oleo sacro,* (cujus templo primo adhuc stante, copia erat,) *unctus, tum, qui solis vestibus pontificalibus,* (quod post desolationem primi templi, cum jam oleum sacrum non amplius suppeteret, fieri necesse erat,) *inauguratur; tum quoq; eum, qui bello est initiatus. Nam sic, in cap-*

in cap. ult. Horajot docent: (Verba Levit. XXI, 10.) Sacerdos autem ille, qui maximus est fratrum suorum: *respiciunt Pontificem, qui oleo sacro unctus: quæ succedunt:* Cujus capiti infusum est oleum illud unctionis: *pertinent ad Sacerdotem unctum bello: postremo:* qui consecravit manus suas, ut induat vestes illas: *hæc innuunt eum, qui solis vestibus sacris inauguratur. De his omnibus sequitur deinde,* quod caput non debeant retegere; *paucisq; interjectis:* Quod viduam, aut repudiatam, aut profanatam meretricem, ducere non debeant. His addas licet, Præceptum mox sequens CXXV. ubi de pœna Pontificis, ducentis, aut comprimentis viduam, instituitur disquisitio, itemq; Præceptorum Ajentium LVII. quod ego attulissem, nisi pudor vetaret. Cæterum, de causa, cur Pontifici Vidua prohibita fuerit, sic ratiocinatur Abarbenel Comm. in Leg. fol. 259. col. 4. והאזהרה הד' שחדש כאן בכהן גדול היא שלא די שלא ישא אשה זונה וחללה וגרושה אבל גם אלמנה לא יקח אלה בתולה. טעמיו והיה זה לפי שהבתולה איננה יודעת איש ולכך נסתפק ברוב ובמעט מהמשגל והעונות וינהיגני כפי רצונו מה שלא יוכל לעשות באשה אלמנה שאולי בעלה הראשון הרגילה באופן אחר ובא בקבלת אלמנה וגרושה אפילו מן הארסין: Horum interpretatio, nullo negotio colligi potest, ex istis vernaculæ nostræ, quæ in Zenna Renna fol. 86. col. 2. habentur: *Der* כהן גדול *muß sich viel mehr halten* קדוש *as der* כהן הדיוט *er darf sich zu kein* מת מטמא *sein,* אפילו *zu Vatter und Mutter, und darf nit nehmen ein* אלמנה *oder* גרושה *neiert ein* בתולה *Der* פשט *is darum: er sol nit nehmen ein* אלמנה *oder* גרושה *dervvarten, er sol gevvehnen die* בתולה *mit beyschlaffen, bey ihr, vvie es billig is zu einen* כהן גדול *er muß sich* בקדושה *halten mit sein Weib, und vvie er die* בתולה *gevvehnt, da lest sie es bleiben dabey, und lest sich begnügen: aber vvert er ein* אלמנה *oder* גרושה *nehmen, die seyn lang gevvohnt bey ihren ersten Mann, mit viel beyligen alzeit, und jzundert vverdt sie den* כהן גדול *anreden, zu behesten zu ihr allzeit, dardurch vvert kommen der* כהן גדול *zur* עבירה Sic pariter Lipmannus in Nizach. Num. XCIV. כהן גדול שמקודש ביותר נאסר אף באלמנה שיש לה הרהורים על בעלה הראשון ואין טבעת שלם: Id est: *Summus Pontifex, a quo maxima exigitur sanctitas, prohibetur etiam Viduam ducere, nam hac cogitatione subinde priorem maritum revolvit, nec omni ex parte pura esse creditur.* Judæorum, de Vidua soli Pontifici non ducenda, sententiæ, accedunt Christiani Doctores communiter, e quibus tantum nominamus Seldenum in Ux. Hebr. l. 1. c. 7. & de Succession. l. 2. c. 2. Calixtum de Conj. Cleric. p. 58. Enim vero, veteri huic, & perpetuo Interpretum consensu confirmatæ opinioni, unus, nisi fallor, contradixit Hugo Grotius, in iis quæ ad l. 2. de Jure Belli & Pacis cap. 5. §. 9. annotavit

zavit, inquiens: *Viduam non ducendam, de Principe Sacerdote intellexit Philo, & pleriq; hodie Interpretes, ob ea quæ præcedunt commate 10. & deinceps. Sed, quemvis Sacerdotem intelligi debere, ostendit Ezechiel XLIV 22. & in explicatione Legis, ut & contra Appionem primo, Josephus. Connectenda ergo Lex cum initio capitis, ut illa de Pontifice maximo, obiter sint interposita.* Sed, si quod sentimus, dicere licet, hæc sententia non tantû nova est, verum & improbabilis. Atq; principio, non injuria miretur quis, quomodo fieri potuerit, ut in ipsa illa sectione, contextus sui operis, ad quam hæc annotavit vir Magnus, Judæorum traditioni, qua Regi suo non nisi octodecim sive uxores, sive concubinas, sibi sumendi potestatem concessam fuisse perhibent, fere accesserit, de Pontifice autem Summo, mox alia omnia, quam ipsi statuunt, tradere sustineat. Atqui ea, quæ de Regis connubiorum jure feruntur, non solum sacrarum literarû autoritate haud subnixa sunt, sed &, si recte memini, vix alibi in Talmude, quam in Sanhedrin fol. 21. a. leguntur, & leguntur ita, ut magna adhuc, de veritate traditionis, sit inter Magistros altercatio. At vero, neutrum, de traditione, qua soli Pontifici, Viduam in matrimonio habere, prohibitum fuisse ajunt, prædicare licet: Quippe, quæ & Scripturæ fundamento superstructa est, & millies in Talmude repetita, neminem invenit contradictorem. Enim, fortasse, posterius non æque perspectû habuit Vir Magnus, ac prius; quippe, hoc ex Schickardi Mischpat didicerat, e quo libro, pleraq;, quæ in istis Commentariis, de Judæorum doctrinis affert, hausisse deprehenditur. Cæterum, ista leviora sunt, & magis est, ut de rationibus quas Vir laudatus, pro sententia sua confirmanda attulit, dispiciamus. Hic vero, quantum ad ea, quæ ad locum Levitici XXI, 14. attinent, respondit, ingenue fateor, non me mentem illius assequi, nec me comma 14. cum initio capitis, posse connectere. Tradit in eo Capite, supremus Legislator, quasdam leges, de Sacerdotibus promiscue, quasdam de solo Pontifice; illæ præcedunt, hæ sequuntur, ibi multitudinis numerum, hic singularem adhibet; agitur distinctissime de Sacerdotum & Pontificis matrimonio, atque cum de illis sermo est, altum de vidua silentium, ad Pontificem vero cum deventum, iste solus virginem thori sociam habere jubetur, vidua ei interdicitur, non igitur aliud ex isto loco colligo, quam quod omnis collegit antiquitas, & recentiorum quoque interpretum cohors. Sane, parit aliquam *ἀντινομίαν* locus Ezech. XLIV, 22. non tamen magnam, & insolubilem: sic habent verba: ויין לא ישתו כל כהן בבאם אל החצר הפנימית ואלמנה
גרשה לא יקחו להם לנשים כי אם בתלות מזרע בית ישראל
והאלמנה אשר תהיה אלמנה מכהן יקחו׃ Vetus Interpres transtulit: *Et vinum non bibet omnis Sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Et viduam, & repudiatam, non accipient uxores, sed virgines de semine domus Israël: sed & viduam, quæ fuerit vidua a Sacerdote, accipient.*

Tantum

Tantum vero abest, ut admissa etiam vulgari hac interpretatione, Grotius ex isto loco simpliciter inferre possit, omnibus Sacerdotibus nefas fuisse viduam ducere, ut potius verba postrema plane doceant contrarium, & saltem id comprobent, licuisse illis, cum Sacerdotum viduis, connubia contrahere, ut vel sic etiam, inter gregarium Sacerdotem, & Pontificem, cui omne, cum vidua, connubii commercium interdictum est, satis magnum discrimen supersit. Sed, ad universam difficultatem tollendam, placet illa Kimchii, & Abarbenelis responsio, qua meminisse nos jubent, non de templo quale conditū erat, ejusq; institutis, Ezechieli sermonem esse, sed novo aliquo, cujus figuram Deus ostenderat, & cujus præ altero, majorem sanctitatem futuram, est pollicitus. Christiani diceremus, mystice totum illud explicandum esse, ceu etiam explicavit Hieronymus. Ipse Kimchius audiendus est: אם אמר זה על כל כהן יהיה זה לתוספת קדושה לעתיד Id est: *Si comma 22. de Sacerdote quocunq; accipiendum, pertinet id, ad futuri templi majorem sanctitatem.* Quin & Abarbenel: לעתיד לבוא שיתוסף קדושת׳ כל כך שלא יקחו להם לנשים אלמנה וגרושה אלא בתולות מזרע בית ישראל ואמנם האלמנה שתהיה אלמנה מכהן יוכלו הכהנים לקחתה לאשה ולהיותן אלמנו׳ כהן תהיינה בקדושתן שמורות וטהורות: Id est; *Futuri,* (quod, tempore Messiæ, restat ædificandum, templi,) *tantopere augebitur sanctitas, ut Sacerdotes non ducturi sint Viduas, aut repudium passas, sed* (propemodum solas) *virgines, ex gente Israëlitica. Nihilo minus, licebit iis ducere, viduas Sacerdotum defunctorum, hæ enim, quia Sacerdotibus nuptæ fuerunt, sanctimonia, & puritatis sunt observantissimæ.* Extat & alia, apud Kimchium salvandi locum ratio, sed meo judicio, paulo contortior: ואם נאמר כי על כהן גדול ידבר יהיה פירושו מכהן יקחו מקצת כהנים יקחו כמו שפירשו רבותינו ז״ל וכמו שתרגם יונתן שאר כהניא יסבון: id est: *Quod si quis contendat,* (in principio commatis,) *de Summo Pontifice, Prophetæ sermonem esse, sensus verborum postremorum,* a Sacerdote accipient, *erit,* (quasi dicatur:) Quidam Sacerdotum, (sive, aliqui ex ordine Sacerdotali,) *accipient viduam,* (vere talem, & quæ repudium aut exhibitionem calcei non sit passa.) *Atq; sic exponunt Magistri nostri, has verba: f. m.* (Talmudistas intelligit, & nisi fallor locum in Kidduschin fol. 78. b.) *Quin, & hunc sensum, omnino expressit Jonathan, in paraphrasi Chaldaica, dum,* cæteri Sacerdotes ducent, *reddidit.* At, urget nos insuper Grotius, Josephi autoritate, & ad hunc, tanquam causæ suæ Patronum provocat. Equidem fateor, non levis ponderis Josephi in hoc negotio esse testimonium, & Sacerdoti, quando de re concernente officium ac munus suum, loquitur, fidē temere derogare, utiq; nemo sustinebit. Quod vero, salva Viri eximii

exiib-

existimatione dictum velim, nihil in Josepho ei præsidii est, & frustra eum defensorem paravit. Nam, in primo contra Apionem libro, id nos docet Josephus, Sacerdotale genus, apud populares suos, semper fuisse ἄμικτον καὶ καθαρὸν *Sine permixtione & purum.* Quare inquit : δεῖ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς παρεχόμενον μάρτυρας· Καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴπου τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι· Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὔνομα, τῶν γεγαμένων, καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες· Πόλεμος δ' εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γεγόνει πολλάκις, Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπηΐου μάγνου, καὶ Κυντιλίου οὐάρου, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων, καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται· καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας· Ου γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγονυῖαν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑφορώμενοι· τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας· οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς· Τοῖς δὲ τῶν εἰρημένων ὅτι ἂν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρίστασθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας· *Oportet eum, qui Sacerdotium habiturus est, ex ejusdem gentis nasci muliere : & neq; ad pecunias, neq; ad honores inspicere, & genus per antiquam lineam, & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus, non solum in ipsa Judæa, sed ubicunq; nostri generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista servatur, circa nuptias Sacerdotum: hoc est, in Ægypto, & Babylonia, & quocunq; terrarum orbe, quilibet de Sacerdotum genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam, conscribentes a patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, quicunq; hujus rei testimonia præbuere. Si autem bella proveniant, sicut jam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regionem, & Pompejus Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue nostris gesta temporibus, tunc hi qui de Sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum novas conficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur, Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum consortia formidantes. Indicium vero integritatis hoc maximum est, quia Pontifices apud nos, a duobus millibus annis denominati filii a patre conscripti sunt. His autem qui prædicti sunt, si quid prævaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedant, vel alia sanctificatione fungantur.* Optime, se habent hæc omnia, & iis quæ Talmudistæ, de summa circumspectione, quam Sacerdotes in matrimoniis ineundis adhibuerunt, vehementer consonant. Interim, nunquam mihi quis ex iis exsculpet, cum suæ gentis Viduis, conjugium illis contrahere non licuisse,

cuisse, sed potius contraria omnia. Nihil enim ultra attendisse Sacerdotes Josephus docet, quam ne captivam aut alienigenam ducerent, sed suæ gentis genuinam mulierem; per quæ viduam non excludi, est in confesso. Nec dubitandum, si tanta fuisset matrimoniorum Sacerdotalium sinceritas, ut non nisi virgines conjuges habere possent, non id eo loco omissurum fuisse Josephum, cui unice erat propositum, eam evehere, & exinde autoritatem Historiæ judaicæ, a Sacerdotibus conscriptæ, conciliare. Quanquam, num Josephus, Sacerdotes, viduas ducendi facultatē habuisse concesserit, nulla eget ratiocinatione, nam III. Antiquit. c. 10. Solis quasi radiis scripta leguntur, quæ subjicimus. Νόμους αὐτοῖς τοιούτους ἔθετο· μοιχεῖαν μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπεῖπε, νομίσας εὔδαιμον τὸ περὶ τοὺς γάμους ὑγιαίνειν τοὺς ἄνδρας, καὶ ταῖς τε πόλεσι καὶ τοῖς οἴκοις συμφέρειν τὸ τοὺς παῖδας εἶναι γνησίους· Καὶ τὸ μίσγεσθαι δὲ μητράσιν, ὡς κακὸν μέγιστον ὁ νόμος ἀπεῖπεν· ὁμοίως δὲ καὶ πατρὸς συνεῖναι γαμετῇ, καὶ τήθαις, καὶ ἀδελφαῖς, καὶ παίδων γυναιξὶν, ὡς ἔκφυλον ἔχον τὴν ἀδικίαν, μεμίσηκεν· ἐκώλυσε δὲ γυναικὶ μεμιασμένῃ τοῖς κατὰ φύσιν πλησιάζειν· μηδὲ κτήνεσιν εἰς συνουσίαν φοιτᾶν· μὴ δὲ τὴν πρὸς τὰ ἄρρενα μῖξιν τιμᾶν, διὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς ὥραν ἡδονὴν θηρωμένους παράνομον, κατὰ δὲ τῶν εἰς ταῦτ' ἐξυβρισάντων, θάνατον ὥρισε τὴν τιμωρίαν· τῶν δ' ἱερέων καὶ διπλασίονα τὴν ἁγνείαν ἐποίησε· τούτων γὰρ αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις εἴργει, καὶ προσέτι γαμεῖν τὰς ἑταιρευκυίας ἐκώλυσε, μήτε δούλην μήτ' αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτοὺς κεκώλυκε, καὶ τὰς ἐκ καπηλείας, καὶ τοῦ πανδοκεύειν πεπορισμένας τὸν βίον, μήτε τὰς τῶν προτέρων ἀνδρῶν, ἐφ' αἷς δηποτοῦν αἰτίαις ἀπηλλαγμένας· τὸν δ' ἀρχιερέα μέν τοι, οὐδὲ τεθνηκότος ἀνδρὸς ἠξίωσε γαμεῖν γυναῖκα, τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συγχωρῶν· μόνην δὲ αὐτῷ δέδωκε γαμεῖν παρθένον καὶ ταύτην φυλάττειν. Id est: *Leges tulit (Moses) tales. Adulterium in universum prohibuit, ratus conjugum summam felicitatem, si fides ac pudicitia servetur, & Reipublicæ quoq; interesse, ut liberi legitimi proveniant. Item incestum cum matre, aut noverca, cum amita, aut matertera, cum sorore nuruve, omnesq; tales coitus ut nefarios damnavit. Vetuit & cum muliere menstruum fluxum patiente congredi, & cum brutis: damnavit etiam eos, qui ex formosis maribus turpem voluptatem captarent: & qui contra fecisset, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem, duplo castiores esse voluit. Hos enim non solum prædictis legibus, sicut reliquos teneri jussit, sed et am nonquamvis fœminam in conjugalem thorum admittere, non quæ corpore quæstum fecisset, non servam, aut captivam, neq; camponariam, aut stabulariam, neq; a priore marito quacunq; de causa repudiatam. Pontifici vero ne viduam quidem permisit, quod tamen cæteris Sacerdotibus liberum reliquit: sed solum virginem ducere concessit, eamq; servare.* Quin igitur, citra hæsitationem credimus, credentque nepotes, solum apud Hebræos Summum Pontificem, non nisi virginem, Sacerdotes reliquos, si ita volupe esset, præter virgines, etiam viduas, legitime ducere potuisse.

 Atque

Atque istam quidem, de Sacerdotnm conjugio dissertationem, huc transcripsimus, ex Notis nostris, quas pridem hortatu Summi Viri, & eruditorum Germaniæ nostræ, facile principis, JOH. HENRICI BOECLERI, ad Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis Libros, quatenus Judæorum instituta in iisdem attinguntur, meditari cœpimus. Illum laborem, etsi deinde diutina mea peregrinatio, & nunc post reditum in patriam, aliæ curæ, perficere me impediverunt, ac fortasse impedient quoque imposterum: Tamen, non piget me olei, quod ante hos annos tredecim, una cum incomparabili, & jam tum, quantum humana patitur conditio, nunc autem, post fata nimium matura, vere Divino, AUGUSTO, HARTECKIO COMITE, Argentorati degens, ad bene merendum, de eximio, & eruditissimo libro, insumsi. Saltem enim hoc amplissimum operæ retuli præmium, ut specimen quod exhibueram, ille quem laudavi, sed omni nostra laude longissime major, Bœclerus illustris, non plane spernendum, imo vero dignum judicaverit, quod palam, in suis ad eosdem Grotianos commentarios, Annotationibus, commendaret. Quamobrem, quia sic occasio fert, & quia necesse est, pietasque mea, erga optimum Fautorem id flagitat, hic equidem, tum pro illa commendatione, qua me apud omnes gratiosum facere serio annixus est, tum pro aliis quæ privatim in me contulit, atque etiamnum assidue confert beneficiis, & quæ ego nec complecti oratione, nec percensere numerando possum, hanc publicam, hanc quantam maximam animus capere potest, eidem ago, habeoque gratiam.

Sic testatus fueram, ex animi mei sententia: Et ecce, proh! eheu! tristis nuncius, de morte Illustris Bœcleri, haud multo post supervenit. Quem, Reip. literariæ, &, si hoc addere conceditur, mihi pariter, lacrymabilem obitum, uti pro immenso, erga optimum virum amore, luxi, lugeboque, quoad meæ vitæ, Cœlesti Providentiæ, parcere visum erit: Ita, nefas duxissem, quicquam ex iis, quæ ante scripseram, demere nunc, aut immutare. Debet enim valere apud nos, bene de nobis meritorum memoria, etiam mortuorum. Atque utinam, tantum

carmine, aut eloquio pollerem, ferrem ſane ad aſtra magnum Daphnim, nam,

Amavit nos quoq; Daphnis.

Enimvero, mea, profani hominis, &, qui nec caballino fonte unquam prolui labra, nec in exercitatione, dicendi, vel mediocriter verſatus ſum, conſecratione, nihil opus eſt. Quicquid ex Bœclero omnes Boni amarunt, quicquid ſunt mirati, id manet, manſurumque eſt, in animis hominum, in rerum fama, in temporum æternitate.

4. Repudium] Conjugium, cum repudiata Sacerdotem inire, prohibet ipſe Deus Levit. XX,7. Rationem rei, non male dicit Abarbenel Comment. in legem fol. 259. col. 3. לפי שבלי ספק אותו האיש שגרשה קדוש הוא לאלהיו ולא גרשה מפני פחיתותו ורוע לבו אלא כי מצא בה ערות דבר; Id eſt: *Quia citra dubium, Vir, qui fœminam repudiavit, Dei timens fuiſſe, nec temere, aut malitioſe, ſed quia turpe aliquid in ipſa deprehendit, eam ſegregaſſe a ſe præſumitur,* Atque, ne qua mulier Sacerdoti, porro nubere poſſet, ſufficiebat repudium, quoquo modo factum. Nam, ut eſt in Jebamot fol. 52. a. & fol. 49. a. fere iiſdem verbis, אפילו לא נתגרשה אלא מאיש' פסולה לכהונ' והיינו ריח הגט שפוסל בכהונה: Id eſt: *Etiamſi ſolus maritus a fœmina divortium faciat,* (in inſtrumento Repudii, tantum ſeparationis a ſeſe mentionem injiciens, non vero, prout, vulgo fieri ſolet, poteſtatem cuicunque mortalium nubendi ei faciens,) *tamen* (ſi mori iſtum virum contingat, atque ſic libertati reſtituta mulier, ad nova vota tranſire omnino poſſit,) *Sacerdoti eam ducere non licet: Sic enim tantum odor quaſi iſte libelli repudii, fœminam ad ineundum cum Sacerdote conjugium, reddit inhabilem.* Notanda interim exceptio quam ex Gemara repetit Chaskuni ad cap. XXI. Levit. גרושה מאיש' ולא מאיש שאינו אישה זו דרש ר' אלעזר בן מתיא הרי שהלך בעלה למדינ' הים ואמרו לה מת בעליך ונתקדשה לאחר ואחכ בא * בעלה הראשון מנין שהיא מותרת לחזור לראשו שאף על פי שהאחרון נתן לה גט לא פסלה מן הכהונה: Id eſt: (Vetat Scriptura commate 7.) *Repudiatam a viro ſuo* (inire cum Sacerdote matrimonium; excluditur igitur,) *Repudiata, a viro non ſuo. Hinc docuit R. Eleaſer F. M. ſi cujus mulieris maritus trans mare proficiſcatur, atq; afferatur mulieri nuncius, fato functum*

* Sic reſcripſi pro מרת quod manifeſte eſt erroneum.

ctum esse maritum, ipsamq; alius sibi despondeat, cum revertente priore marito, mulier huic se denuo associare potest, nam & a posteriore repudium si accepisset, tamen per illud non futura erat inepta ad Sacerdotale conjugium.

5. Aut exhibitionem calcei passa] Cum tali, matrimonium inire, ipsa Scriptura quidem, Sacerdotem haud prohibuit, sed hæc Sapientum, Legis Divinæ est adjectio. Maimonides Hilch. Issure Bia c. 17. §. 7. אסורה לכהן מדברי סופרי׳ מפני שהיא כגרושה ומכין אותו מכת מרדות מדבריהם כהן שנשא ספק חלוצה אין מוציאין אותה מתחתיו והיא כשרה וולדה כשר מפני שלא גזרו על ספק חלוצה אלא על חלוצה וראית וכן מי שהיתה ספק גרושה או ספק אלמנה או ספק זונה וספק חללה מכין אותו מכת מרדות ומוציא בגט: Id est: *Exhibitionem calcei passam, ducere prohibetur Sacerdoti, ex constitutione Scribarum, est enim hac repudiata similis,* (atque interdictum illud violans) *ita præcipientibus iisdem, plagis rebellionis afficiendus est. Si vero dubium sit calceum mulieri cuidam esse exhibitum, eaq; Sacerdoti nupta fuerit, non illam deserere cogitur, sed est legitima ei conjux, quin & proles quæ nascitur, est legitima: non enim de dubia exhibitione calcei, sed de manifesta lex lata est. Cæterum, in Repudiata, Vidua, Meretrice, & Profanata, casus dubius non attenditur, sed cum tali contra præceptum Divinum matrimonium ineuntes, plagis rebellionis castigantur, & facere debent divortium.* Constitutio hæc Scribarum, affertur, & de ea disquiritur, in Iebamot. c. 2.

6. Notha] Quis pro Notho, aut Notha, ex mente Magistrorum habendus sit, fuse explicat Moses Kozensis Præc. Neg. CXVII. & CXXI. itemque Maimonides, Hilch. Issure Bia c. 15. neutrius tamen verbis Lectores eam rem docebo, sed potius iis, quæ habentur in pretiosissimo Codice nostro MS. Ez Hechaiim Hilch. Nidda c. 11.

ישראל שנשא ממזרת או ס״ם
ישראלית שנשאת לממזר כיון
שבעלו אחר הקדושין לוקין ס
משום לא יבא ממזר בקהל
״ אסרו הכתוב זכר ונקבה
ולעולם שנ׳ גם דור עשירי כל
כלום לעולם בעלו בלא כל
קדושין או קדשו בלא בעילה

Israëlita, ducens mulierem notham, aut Israëlitis, nupta homini notho, si post Sponsalia, simul thorum ingressi deprehendantur, flagris cadendi sunt, ob violatum interdictum (Deut. XXIII. 2.) Nothus homo ne venito in congregationem Domini. *Atq; tam marem, quam fœminam Scriptura æternum* (a congregatione Domini, sive connubiorum, cum genuinis Judæis jure,) *arcet, quia additur*: Etiam decima

אין לוקין משום ממזרות ואין
בכל חייבי לאוין שלוקין כמ
בבעילה בלא קדושין רק כ"ג
באלמנה ועתה אפרש איזהו
ממזר הבא על אחת מהעריות
אפי' חייבי כרת באונס או ב
ברצון בשוגג או במזיד הולד
ממזר אבל הבא על הנדה
הולד פגום ואינו ממזר גוי
ועבד הבא על בת ישראל
פנויה או אשת איש שוגג או
מזיד והמחזיר גרושתו סמ
משנשאת וכן כל חייבי לאוין
הואיל ואינה ערוה הולד כשר
גוי ועבד הבא על הממזרת
הולד ממזר ממזר הבא על
הגויה הולד גוי נתגייר כשר
כשאר גרים ואם בא על שמ
השפחה הולד עבד שחררו ט
הולד כשר כשאר משוחררין
ומותרין בבת ישראל זה הכלל
ולד עבד או שפחה גוי גויה
הרי הוא באמו ואין משגיחין
על האב תקנו חכמים שמותר
ממזר לישא שפחה לטהר בניו

cima generatio illorum &c. *quod idē est ac si dicatur;* Nunquam. *Quod si citra Sponsalia concumbant, aut si fiant Sponsalia, citra concubitum, pœna flagrorum, connubio spurio irrogata, locum non habet, nec enim illa pœna, unquam de illegitimis commixtionibus sumitur, nisi præcesserint Sponsalia, excepto solo casu, quo Pontifex cum vidua consuevit. Nunc vero explicabo, quis homo nothus censeatur. Si quis ullam fœminam, quarum concubitus lege prohibetur, incluso etiam eo, qui exterminii reatum adjunctum habet concubitu, sive per violentiam, sive per consensum, sive per errorem, sive consulto id fiat, compresserit, tum proles quæ nascitur, notha est: Sed, cum menstruanta si quis concumbat, inhonesta proles est, notha vero non item. Cum quis τῶν ἔξω, aut Servus, cum Israëlitide concumbit, sive innupta, sive nupta ea sit, sive item per errorem, aut consulto id fiat, nec non, cum quis repudiatam, post contractas cum alio nuptias, reducit, similiter, cum quod aliorum præceptorum ad rem maritalem attinentium, violatum est, quia consanguinitatis respectus cessat, proles est legitima. Si quis τῶν ἔξω, aut si quis Servus, cum muliere notha concumbat, proles notha est. Nothus ex τῶν ἔξω, fœminam comprimens, proles τῶν ἔξω numero est, quod si vero Judæorum sacris adhærant, æque legitima, ac proselyti reliqui reputatur. At si idem mulierem servam comprimat, proles servilis conditionis est, ea tamen manumissa, legitima evadit, cæterorum*

liber-

שהרי ישחררם ויהיו בני חורין
חציו עבד וחציו בן חורין הבא
על אשת איש הבן אין לו
תקנה שממזרות ועבדות
מעורבין בן גוי הבא על
שפחה שטבלה הולד עבד
ועבד שטבל שבא על הגויה
הולד גוי אבל גוי הבא על
שפחה גויה או עבד גוי שבא
על גויה בת חורין הלך אחר
הזכר ממזר מותר לישא גיורת
וממזרת מותר לגר ובני
שניהם ממזרים שהולד הולך
אחר הפגום שנ׳ בקהל יי׳
וקהל גוים אינו קרוי קהל יי׳
גיורת שנשאת לגר והוליד בן
אעפ״י שהורתו ולידתו בקדושה
מותר בממזר וכן בן בנו עד
שישתקעו שם גיותו ממנו ולא
יודע שהוא גר ואז אסור
בממזרת וכן הדין בעבד
משוחרר וולד הבא מגר
וישראלית או מגיורת וישראל
אסור בממזרת שהוא כישראל
לכל דבר; ספק ממזר אעפ

libertorum ad instar, ac tam proselytus, quam libertus isti, licite cum Israelitide connubia contrahunt. Esto regula: Proles Servitutis, aut a sacris peregrinitatis respectu, matrem sequitur, neque patris ulla habetur ratio. *Concessere Sapientes, homini notho facultatem, ducendi Servam, ut proles possit reddi legitima, nam si manumittatur, consequitur ingenuitatem. Si quis ex parte servus, ex parte ingenuus, cum aliena conjuge concumbat, vitium prolis nulla ratione corrigi potest, nam nothum esse, & servum esse, hic commiscentur. Si quis τῶν ἔξω cum serva, quæ aquarum lustratione judæorum sacris initiata est, concumbat, proles servilis est conditionis. Si servus lustratione aquæ, judæorum satris initiatus, cum τῶν ἔξω muliere concumbat, proles ejusdem cum matre censetur esse peregrinitatis. At, si quis τῶν ἔξω cum serva pagana concumbat, aut si τῶν ἔξω servus, cum pagana muliere libera concumbat, proles patrem sequitur. Homini notho licet ducere Proselytam, & Proselytæ, licet nubere homini notho, sed proles quæ nascitur notha est, nam ea semper, conditionem ejus, qui inter parentes loco deteriore est, induit:* (Interim, illud conjugium, non esse illicitum, probatur,) *quia scriptum* (loco supra allegato:) In congregationem Domini. *Atqui, congregatio τῶν ἔξω, non vocatur congregatio Domini. Proselyta, cum nupsit proselyto, filiumq. peperit, etiamsi hujus conceptio & nati-*

vitas

שמן התורה מותר לבא בקהל
שנ לא יבא ממזר דווק ממזר
ודאי ולא ספק מ"מ חכמי עשו
מעלה ביחסין ואסרו כל שם
הספקות לבא בקהל ועתה א
אפרש מהו ספק ממזר הבא
מספק ערוה כגון שבא על א
אשה ספק מקדשת או ספק
מגרשת וכן שתוקי שמכיר אמו
ולא מכיר אביו ודאי בן פנויה
שלא נבדקה אמו עד שמתה
או שהיתה חורשת או אלמת
או שוטה או שאמרה לפלוני
הממזר נבעלתי או לפלוני
הנתין אפי' אותו פלו' מורה
שהוא ממט והרי הילד ספק
ממזר כשם שזנתה עם זה תש
שהודה כך ונתה עם אחר
וכן האסופי והוא בן הנמצא
בשוק ואין אנו ידעין מי הוא
הוי ספק ממזר נאסף מן שם
השוק ואביו ואמו באו ואמרו
בננו הוא אין נאמנין הואיל
ויצא עליו שם אסופי ובשני
רעבון נאמנין שמפני הרעב

vitas in judaicæ religionis sanctimonia accidisse deprehendantur, tamen adhuc ei fœminam notham matrimonio sibi jungere licet, quod idem de nepote quoq; ejus verum est, usq; dum peregrinitatis nomen evanescat, nec de proselytismo amplius constet, tum enim conjugium cum muliere notha, porro nefas habetur. Eadem ratio est servi manumissi, & prolis quæ nata ex Proselyto, & Israelitide; aut ex Proselyta, & homine judæo, nam & hi cum nothis nuptias facere non possunt, cum per omnia judæis ingenuis similes sint. Qui dubie nothus est, etsi ex lege Divina non prohibetur, cum judæa ingenua matrimonium contrahere, scriptum enim est: Nothus homo venito: quod de Homine certo, non vero dubie notho capere oportet; nihilo minus Sapientes, sinceritatis familiarum studiosissimi, vetarunt etiam dubie nothos, cum ingenuis conjugia inire. Iã vero exponam, quis dubie nothus dicatur. Quisquis init fœminam, de qua dubitatio est, esse ejus commercium prohibitum, uti cum quis concumbit cum ea, quam maritatam vel non maritatam, repudiatam, vel non repudiatam esse, incertum est, (proles dubie notha nascitur.) Sic, vulgo quæsitus qui matrem quidem suam novit, sed patrem vere non habet cognitum, (dubie nothus est.) Tales item sunt, nati ex innupta, in cujus conditionem nunquam fuit inquisitum: Similiter, nati ex matribus surdis, mutis, phreneticis, (dubie nothi sunt:) Quin & ii, quorum mater dixerit. Iste N. qui nothus homo est, vel iste N. Nethinæus

השליכוהו ולפיכך שתקי עד
שנאסף נמצא מהול או הוחתל
או הומלח או כחול בעיניו
או קמיע בצוארו או נמצא
תחת האילן מסובך או נמצא
בבית הכנסת הסמוך או בצדי
רשות הרבים בחזקת כשר
הוא אבל נמצא מושלך בא
באמצע הדרך או רחוק מן הא
העיר אפילו תחת אילן או
בבית הכנסת או נמצא תלוי
באילן מקום שחיה מגעת לו
הוי אסופי אע״פ שממזר ודאי
מותר בממזרת ממזר ספק או
שתוקי או אסופי אסור לישא
בת ישר וממזרת ואפי׳ ספק
ממזרת שמא אחד אינו ממזר
והאחר ממזר וכן שתוקי וא
ואסופי וספק ממזרים אם
נשאו זה לזה יוציאו בגט וגט
והולד ספק באבותיו ואין לו
לספקות תקנה רק לישא מן
הגרים והולד הולך אחר הפ
הפגום בנת שתוקי או אסופי
שנשא גיורת או משוחררת או

naus me compressit, *iis etiam ipsis qui patres perhibentur, prolem agnoscentibus, tamen adhuc dubie nothi sunt, uti enim cum isto, mater sese commiscuit, ita & cum aliis scortatam esse, suspicio est. Sic, partus expositus, id est repertus in platea, cujusq; pater & mater ignorantur, pro dubie notho habetur. Si partus ejusmodi tollatur, acq; veniant qui parentes sese venditantes, hanc prolem suam esse dicant; non eis fides habetur, postquam de ejus expositione fama innotuit. Sed, si annona caritas fuerit, habenda fides est, nam ex penuria, infantem exposuisse videntur, & siluisse quoad tolleretur. Si infans expositus, reperiatur circumcisus, aut fasciis involutus, aut sale conspersus, aut oculos fucatus, aut amuleto collum ornatus, aut si sub arbore reperiatur opertus, aut in Synagoga vicina, aut in platearum lateribus, suspicio est esse legitimum. At, si reperiatur infans in media via, aut procul ab urbe, etiamsi jacuerit sub arbore, aut in Synagoga, item si reperiatur suspensus ex arbore, ita ut feræ ad illum pertingere possint, pro illegitimo habendus. De reliquo, vere notho, cum muliere notha, matrimonium contrahere fas est, at dubie notho, & vulgo quæsito, nec ingenuam judæam, nec vere aut dubie notham ducere licet, metus enim, ne alteruter horum contrahentium sit nothus, alter non sit,* (atque sic Lege divina prohibitum ineatur conjugium.) *Pariter, expositi, vulgo quæsiti, & dubie nothi, si inter se matrimonium*

 contra-

גר או משוחרר שנשא שתוקית או אסופית הולד שתוקי או אסופי:

contrahabant, per divortium separantur, atq; proles, plane uti parentes, dubia est. Hujus vero sortis proli, aliter consuli non potest, quam ut cum τοῖς ἔξω affinitatem contrahat, atq; tum proles, conditionem ejus, qui inter parentes deteriore loco est, sequitur. Nimirum, si vulgo quæsitus, aut expositus, ducat proselytam, aut libertam; aut, si Proselytus, vel libertus, ducant vulgo quæsitam, aut expositam, ibi proles, sive vulgo quæsitorum, sive expositorum naturam induit.

Atq; hæc, de maribus, fœminisque nothis, dicta sunto. Habentur plura in Codice nostro, de eodem argumento, quæ prætergredimur; quando nunc satis superque tenemus, quid sibi velit Mischna, cum conjugium Judæi ingenui, cum muliere notha, aut Israëlitidis ingenuæ, cum notho homine, nefarium asserit, ac quoque exploratissimum habemus, quales sint, qui his nominibus censeantur.

Iof. IX. 6. Nethinæa] Gibeonitæ, pars Hivæorum, a Josua in fœderis ac sacrorum societatem admissi, & ministeriis quibusdam sacris, sed humilioribus addicti, נתינים *Nethinai*, sive *Dedititii* dicti sunt, ob illum, isti servitio mancipatum. De his, a conjugiis verorum Israëlitarum arcendis, bina Magistri sacta esse ajunt decreta. Alterum ab ipsomet Josua, quod quidem temporarium tantum fuerit; alterum, deinde a Davi-
2. Sam. XXI. de, sed quod semper observari debebat, ob illam Gibeonitarum crudelitatem, qua haud alia ratione quam suspendio septem filiorum Saulis, placari poterant. Vide Jebamot fol. 78. b. & maxime quæ supra pag. 143. seq. ex MS. Ez Hechajim adduximus. Etsi vero Nothi, & Nethinæi, ita hic conjunguntur, ut ratione connubiorum, cum ingenuis Judæis non contrahendorum, æqua utrorumque fuerit ratio, tamen cæteroquin differebant nonnihil dignitate inter sese, & Nethinæis, Nothi, secus quam quis fortasse opinaretur, antistabant. Juvat nosse, omnem graduum honoris, quam Judæi faciunt, distinctionem, ex Horajoth Jeruschalmi fol. 48. col. 2. חכם קודם למלך מלך קודם לכהן גדול כהן גדול קודם לנביא נביא קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה קודם לראש משמר ראש משמר קודם לבית אב בית אב קודם למרכל והמרכל קודם לגזבר גזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שכולן שוין אבל אם הוה ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ חכם קודם למלך חכם שמת אין לנו כיוצא בו מלך שמת כל ישראל ראוין למלכות:

Id est,

Id est, vertente Cl. Ligthfooto Hor. Hebr. in Evang. Matth. cap. 23. pag. 248. *Sapiens præferendus Regi: Rex, Summo Pontifici: Summus Pontifex, Prophetæ: Propheta, Uncto in bellum: Unctus in bellum, Præfecto Ephemeriæ: Præfectus Ephemeriæ, Capiti familiæ: Caput familiæ, Consiliario: Consiliarius, Thesaurario: Thesaurarius, Sacerdoti privato: Sacerdos privatus, Levitæ: Levita, Israëlitæ: Israëlita, Notho: Nothus, Nethinæo: Nethinæus, Proselyto: Proselytus, Servo manumisso. At, quando hoc? Nempe, cum cætera sunt paria: at vero, si Nothus sit Discipulus sapiens, & Sacerdos summus sit indoctus, Nothus ei præferendus. Sapiens est præferendus Regi: nam, si moritur Sapiens, non est ei par; at, si moriatur Rex, quivis Israëlita est idoneus Regno.*

7. Neque aquas bibunt] Quippe, frustra eas aquas potarent, cum tales fœminæ sint illegitimæ, divinum autem explorationis beneficium, solum ad mulieres attinet, quæ rite & secundum legem Mosaicam connubium contraxerunt: Nimirum, Num. V, 12. כי תשטה אשתו legitur: Est vero illud אשתו Uxor ejus, ἐμφατικώτερον eas, quæ uxores esse non debebant, segregans.

8. Neque dotem accipiunt] Etiam fœminis, cum quibus contra Divinam Legem matrimonium initur, dos constituenda est. Sed, hujus deinde jacturam, merito ferunt, & inanes, accepto libello repudii, ædibus exturbantur, quando contra serium mariti interdictum, cum alio clandestinum negotium habere non cessant.

ב

ואלו לא שותות ולא נוטלות כתובה האומר טמא אני לך ושבאו לה עדים שהיא טמאה והאומרת איני שותה ושבעלה אינו רוצה להשקותה ושבעלה בא עליה בדרך נוטלת כתובתה ולא שותה מתו בעליהן עד שלא שתו בית שמאי אומרים

II.

Quin, & istæ, neque bibunt, neque dotem accipiunt: [1] Quæ se pollutam fatetur: Quam testes ab alio subactam asseverant; & quæ se aquas amaras [2] potaturam negat. Cæterum, illa, [3] quam maritus aquas amaras bibere vetat: aut cum qua maritus concubuit in itinere; [4] dotem accipiunt, sed non bibunt. Si mariti e vivis prius excessissent, quā bibissent

 mulie-

נוטלות כתובה ולא שותות
ובית הלל אומרים לא שותות
ולא נוטלות כתובה׃

mulieres, eo casu, secta Schamai pronunciat, quod uxores dotem accipiant, non vero bibant: Contra, Hillelis secta, [5] nec bibere eas, nec dotem accipere contendit.

ANNOTATA.

1. Quæ se pollutam fatetur] האומרת טמאה אני לך significantior phrasis est, quam si לך omittatur, ceu fit in aliis Codicibus.

2. Potaturam negat] Non bibunt omnes hæ mulieres, quia habentur pro manifeste sontibus; at, aquarum usus, locum tantum habet, in casibus dubiis, & cum aliunde de veritate non constat. Cæterum, fidei conjugalis violationem, dotis consequitur privatio.

3. Quam maritus aquas &c.] Legendo שבעלה אינו רוצה להשקותה Mischnæ editiones sequimur: Talmud Amstelod. & Basileense, habent אומר בעלה איני משקה nullo sensus, sed nudo verborum discrimine.

4. Dotem accipiunt, sed non bibunt] Sibi imputet maritus, quod fœminam satisfacere volentem, in itinere missam non fecit, aut, quod destinata eam exequi prohibuit, ideo talem repudiaturus, dotem solvito.

5. Nec bibere eas &c.] Magna hic lectionis occurrit varietas. Eam, quam nos exhibemus, habent Mischnæ Editiones Amstelodamenses, quin & Lublinensis cum Bartenora, quam, post partem hujus libri jam excusam, demum nacti sumus: nec aliter est in Jeruschalmi. Sed Basileenses, & Amstel. Gemaræ Babylonicæ Codices, legunt, וב״ה אומרים שותות או לא נוטלות כתובתן׃ prorsus, quasi cum mariti ante plenam causæ cognitionem diem obierunt, superstitibus mulieribus suspectis, aut bibendum fuerit, aut dote carendum. Cæterum, uti plerunque posteriorum librorum autoritatem non magni facimus, ita nec quid causæ est, cur eam hic moremur, imo vero, dicam impingimus illis grandem, tanquam qui manifeste falsum contineant. Scilicet, infra ex §. V. hujus capitis constat, non nisi solum maritum, mulierem ad bibendum adigere potuisse: Ergo, sublato eo e vivis, cessavit utique omnis exploratio, neque potuit hac de re, quam ipsa Scriptura confirmare videtur,

detur, inter Academiam Schamai, & Hillelis, esse disputatio. Solum de Dotis solutione litigatum est, atque ad hanc attinet cardo controversiæ. Fundamentum utriusque opinionis paucis verbis eleganter enunciat Gemara: בית שמאי סברי שטר העומד לגבות כגבוי דמי ובית הלל סברי שטר העומד ליגבו' לאו כגבוי דמי׃ Id est: *Secta Schamai opinabatur, instrumenti dotalis, eandem, quæ alterius cujuscunque instrumenti, quo quis debitum fatetur*, (& quod actionem semper parit,) *vim esse*: *At, Hillelis Secta, existimabat diversam militare rationem.* Enim vero, nota regula est; בש ובה הלכה כבה; Id est: *Quottescunque inter se disceptant Schamai & Hillelis Sectæ, posteriorum amplectenda sententia.* Excipiuntur soli casus sex, de quibus videri potest Halichot Olam tract. 5. cap. 1. sed noster præsens, locum inter illos haud reperit, proinde secundum Hillelem in foro judicandum.

ג.

מעוברת חבירו ומינקת חבירו לא שותה ולא נוטלת כתובה דברי רבי מאיר וחכמי' אומרים יכול הוא להפרישה ולהחזירה לאחר זמן אילונית וזקנה ושאינה ראויה לילד לא שותות ולא נוטלות כתובה רבי אליעזר אומר יכול הוא לישא אשה אחרת ולפרות ולרבות הימנה ושאר כל הנשים או שותות או לא נוטלות כתובה׃

III.

Prægnans (*nupta*) alii, aut lactans, (*nupta*) alii, nec bibit nec dotem accipit; [1] Ita quidem opinante R. Meir: Sed, Sapientibus (*contrarium*) placet, quia nimirum eam repudiare, & ex intervallo rursus ducere potest. [2] Infœcunda, [3] vetula, & [4] quæ ad pariendum inepta, [5] nec dotem accipiunt, nec bibunt. [6] R. Eliéser (*diversum statuit:*) Nam, inquit, aliam insuper uxorem (*quis*) ducere potest, ex qua sobolem suscipiat; reliquæ igitur fœminæ, (*jam memoratæ,*) aut bibant, aut dotis, jacturam patiantur.

ANNOTATA.

1. Ita quidem opinante R. Meir] Sequenti argumento inductus est R. Meir in hanc sententiam: Constituerunt, ajebat ipse,

Sapientes,ut mulier prægnans aut lactans,ad viduitatem redacta, vel repudium passa,non prius ad secunda vota transeat quam infans bimus sit, tunc enim demum ablactandum, & novum ineundum esse conjugium. Ergo,inferebat,qui cum prægnante, aut lactante, matrimonium contrahit,tam illicitas facit nuptias,quam ii de quibus §. 1. sermo fuit, & easpropter idem de illis, quod de his valere debet, ut nimirum uxores ipsorum, cum de adulterio suspectæ redditæ sunt,nec bibant aquas amaras,nec dotem accipiant.

2. Sapientibus contrarium placet &c.] Id est: Sapientes contra reputando, non valere collectionem τοῦ R. Meir,pronunciant,sic formando ratiocinium: Quod si quis prægnantem,aut lactantem, vitio ductam,tantisper dimittat, quoad XXIV. menses, infanti lactando definiti, elabantur, jam deinde, nulla lege prohibente,mulierem istam repetere,& in conjugio habere potest. At vero,quia idem de mulieribus §. 1. nominatis,asserere non licet,sed illa matrimonia, citra omnem temporis,aliamque conditionem, æternùm prohibita censentur: quamobrem sequitur,omnino magnam,inter utrasque mulieres,esse disparitatem, nec firmum esse argumentum,quod ad has §. 3. ab illis §. 1. recensitis, nectitur. Et sane,tantum effectum hac probatione, ut τῷ R. Meir audiendum, Sapientibus, auscultandum esse, Magistri præcipiant: Id est: אין הלכה כרבי מאיר uti ipsis solitum est loqui.

3. Infœcunda] Quæ proprie Judæis sit אילנית docetur in Nidda fol.47. b. in Hilchot Ischut Maimonidis c. 2.§.1.seqq & in Codice quoq; nostro MS. Ez.Hechajim Hilch. Kiddufchin.c.3. cujus verba repræsẽtamus.

מיום לידת הבת עד שתהיה בת י״ב שנה גמורי׳ נקראת קטנה ותינוקת וכל שערות שתביא תוך כך הוי שומא מבת י״ב שנה ויום ומעלה והביאה שתי שערות למטה בגוף במקום הידוע להביא שנקרא סימן התחתון נקראת נערה עד ו׳ חדשים ומתחלת יום תשלום הו׳ חדשים ומעלה נקראת בוגרת ואין בין נערות לבגרות רק ו׳ חדשים בלבד בא י״ב שנה ולא הביאה שתי שערות אעפ״ שנראות בה סימני איילונית כגון שאין לה דדין ומתקשה בשעת תשמיש ואין לה שיפולי מעים בנשים וקולה עבה ואינה נכרת מן האשה לאיש עדיין קטנה היא עד עשרים שנה הביאה שתי שערות ואפילו שנה תשע עשרה תהיה נערה ואחר תהיה בגרת בת עשרים שנה פחות ל׳ יום ולא הביאה שתי שערות אם נראה בה סימני איילונית הוי איילונית לא נראה בה כל סימני איילונית קטנה היא עד שתביא שערות או שתהיה בת חמש ושלושים שנה ויום אחד בא זמן זה ולא תביא היא איילונית אפילו לא נראו בה סימני איילונית

איילונית אב איילונית אין לה ימי נערות אך מקטנותה יצאה לבגרות:

Sunt hæc, nonnihil ab honestate remota, ideo versionem non subjicerem, nisi viderem, jam aliquatenus præivisse Buxtorfium, gravissimum virum, & Theologum, in Lex. Talm. p. 72. quo exemplo, licere mihi, quod ille fecit facere, existimo: Sic igitur interpretor: *A die nativitatis puella, usq; dum complevit annos XII. vocatur* Minorennis, *vel* Parvula, *omnesq; pili quos interea temporis producit, vitio* (crevisse censentur.) |*Cum annorum XII. uniusquisq; diei, aut major facta est, produxitq; pilos duos, subtus in corpore, loco noto, quod* (ad aliorum, quæ supra in uberibus observantur, discrimen,) *inferius signum vocari solet, nomen* Virgunculæ *nanciscitur, ad sextum usq; mensem. Postridie impleti sexti mensis, & porro deinde, vocatur* Adulta, *sive* Nubilis, *ut ita inter ætatem qua Virguncula, & qua Adulta habetur, solorum mensium sex sit intervallum. Si impleverit illa annos XII. nec produxerit pilos duos, etiamsi appareant in ea nota infæcundarum, quæ sunt, carere mammis, sentire dolorem in re venerea, non habere declivitatem in pube, more aliarum fœminarum; vox item sonora, ita ut an viri, an vero fœminæ illa sit, dignosci nequeat, habetur adhuc pro Minorrenni ad annum usq; ætatis XX. Quod si igitur vel anno XIX pilos duos producat, jam vocatur Virguncula, & deinde Adulta. Quæ annos XX. minus diebus XXX. nata est, nec produxit pilos duos, si habeat signa infæcundarum, infæcunda pronunciatur, sed, si omnia illa signa non compareant, Minorennis adhuc esse judicatur usq; dum pilos producit, aut facta est annorum XXXV. & diei unius. Eam ætatem cum attigit, nec pilis instructa est, infæcunda declaratur, utut quædam signa, quæ infæcundas comitari solent, deficiant. Quæ cum ita sint, non cadit in infæcundas ea ætatis denominatio, quæ inter pueritiam & nubilem maturitatem media est, sed statim, postquam puellæ vocari desinunt, vocantur deinde adultæ.* Atque sic, præclaram dedimus descriptionem mulieris אילונית nunc vero, ejus quoque dandum exemplum. Legitur in Jebamot fol. 64. b.

אמר רב נחמן אמר רבה בר אבהו שרה אמנו אילונית היתה שנ׳ ותהי שרי עקרה אין לה ולד אפילו בית ולד אין לה: Id est: *R. Nachman, autore Rabba F. A. dixit: Sara mater noster fuit* אילונית *scriptum enim* (Gen. XI, 30.) Et fuit Sarai sterilis, nec erat ei proles. (in quibus verbis, nisi superfluitatem admittas, fatendum, innui postremis,) *caruisse adeo Saram, muliebri utero.*

4. Vetula] Existimo, intelligi eam, quæ sexagenaria major est; nam sic legitur in Pirke cap. 5. בן ששים לזקנה Id est: *Agens annos sexaginta, senex habetur.* Commentatores addunt: דכתיב תבא בכלח עלי קבר בכלח בגימטריא ששים נועל כן נהגין לעשות סעודה

כשיצא מכלל ששים שלא נכרתו ימיו : Id est : *Dicitur* (Job. V.26.) Pervenies cum ſenio ad ſepulchrum. *Hic, vocem* בכלה *ſi ad numeros redigas, emergunt LX. Atq; ideo more inter nos receptum eſt, ut ſexageſimum annum egreſſi, epulum faciant, quod morte præmatura non fuere abrepti.* Non alienum a propoſito eſt, quod S. Paulus 1. Tim. V,9. miniſteriis ſacris vacaturam viduam, non minorem eſſe jubet annis LX. ut ita ætas grandior, venerationem illi apud alios conciliet, & rerum quoque profanarum in ipſa pariat contemtum : χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα· De cætero, ſi ineptias Judæorum ſequimur, prima fœminarum Sara, Vetulæ nomen, habitumque, tuliſſe videtur : Docetur enim in Sanhedrin fol. 170. b. עד אברהם לא הוה זקנה כל דחזי אברהם אמר האי יצחק כל דחזי ליצחק אמר האי אברהם בעא אברהם רחמי דליהוי ליה זקנה שנ׳ ואברהם זקן בא בימים : Id est : *Ad Abrahami ætatem usq; nondum erat ſenectus: quisquis intuebatur Abrahamum, credebat ſe videre Iſaacum, nec minus, quisquis videbat Iſaacum, credebat ſe intueri Abrahamum : Quamobrem, Deum precabatur Abrahamus ſenium ſibi obtingeret : ideoq; ſcriptum eſt :* (Gen. XXIV, 1.) Abraham autem erat ſenex vergens ætate. Quod de Abrahamo, hic dicitur, idem, niſi omnia me fallunt, ad Saram quoque producendum; de ambobus enim eodem ſermone cap. XVIII, 1. enunciatur : ואברהם ושרה זקנים באים בימים Id eſt : *Araham autem & Sara ſenes erant, vergentes ætate.* Et vero, quia animũ inducere potuerunt Judæi, ut crederent, primos mortalium Abrahamum, & Saram conſenuiſſe, hinc eveniſſe arbitror, ut ejus rei memoriam, etiam nummis ab Abrahamo fuiſſe inſculptam, tradiderint. Bava. Kama fol. 97. b. תנו רבנן איזהו מטבע של ירושלם דוד ושלמה מצד אחד וירושלם מצד אחר ואיזהו מטבע של אברהם זקן וזקנה מצד אחד ובחור ובתולה מצד אחר : Id eſt : *Traditio extat : Quæſitum eſt, quæ fuerit Moneta Hieroſolymita ?* (Reſponſum :) DAVID ET SALOMO, *ſcriptum erat, in parte una, in altera vero* HIEROSOLYMÆ. *Porro quæſitum, quæ fuerit Moneta Abrahami ?* (Reſponſum :) *Unam partem* (exhibuiſſe verba :) SENECIO ET ANUS. *Alteram :* ADOLESCENS ET ADOLESCENTULA. Equidem, poſſideo nummos duos, plane tales, quales in Talmude antiqui fuiſſe memorantur : Et quorum priorem, a Judæo quodam Viennenſi redemi, poſteriore, me nuper donavit, Vir Nobilis, & integerri-

tegerrimus, *Andreas Viatis*, pro insignibus suis in me amicitiæ officiis. Ecce, figuram utriusque, subjicimus:



Meminit nummi postremi, etiam, pius quondam in Joachimica valle Præsul, Mathesius, in Sarepta p. 148. a. cujus verba adducere convenit. *Ich habe zwo alte jüdische Müntz bekommen, bey den löblichen Herrn von Hassenstein, die hat der weitberühmte Herr, Herr Boslaf von Hassenstein, der aufm Schlos Hassenstein, als ein hochgelehrter Herr, sehr eine schöne Liberey hat angerichtet, und zum heyligen Land gewesen, mit sich aus dem gelobten Land bracht, wie sie in ein Pergament eingewickelt, darauf mit wolgedachten Herrns Handgeschrieben*: HÆC MONETA MINOR ARGENTEA EST IPSIUS ABRAHAMI. *Dieselbige kleine Müntz, wigt ein halb Loth Silber, eben wie ein Landseckel, und ist rund, ungefehrlich eines halben Batzen breit. Am Korn ist sie fein, darauf sind jüdische Buchstaben gepreget, auf einer Seiten steht mitten auf der Müntz*: DER ALT UND DIE ALTE. *Damit man aber wisse, wen man hiemit meine, steht über, und unter den Wort* ZEKAN, *ein jüdisch A, mit dem Titel. Und über den wort* ZEKONAH, *ein jüdisch S. daraus man leichtlich abnehmen kan, daß* ABRAHAM *der Alte, und* SARA *die Alte, genennet sey. Auf der andern Seiten steht auch ein Hebreische Schrifft, mitten übern Groschen* BACHUR UBETHULA: *übern und untern Wort* Bachur, *steht ein Jod, über und untern Wort* Bethula, *ein Hebreisch* R. *dann weil die alten Eltern* Abraham *und* Sara *auf der andern Seiten stehn, und* Bachur *heist ein Juncker, und ausserwehlter junger Gesell, und* Bethula *heist bein Juden ein Jungfrau, die keinen Mann erkannt, wie* Gen. XXIV. *Jungfrau* Rebecca *genannt ist, so hat* Abraham *seines Sohns* Isaac *und Schnur* Rebecca *nahmen, auf seinen Seckel wollen prægen lassen.* At vero, si quis, istis non contentus, amplius nostram, de Nummis, quos exhibuimus, sententiam perquirat, illud principio prodere non verebimur, ita nobis verisimile videri, non extare ullam amplius, veræ antiquitatis, Hebræo-

rum Monetam, usquam gentium, sed omnem omnino pridem periisse funditus. Provocamus ad judicium universorum, qui veterem & genuinam pecuniam, a nova, atque ad similitudinem ejus effecta, valent distinguere, & multis evidentissimisque signis probatum dabunt, omnes qui vulgo circumferuntur, sive Siclos, sive alterius notæ, nummos Judaicos, opus recens & κακῦ χόμματος esse. Sufficit, unum hic, cum omnibus aliis, in eo eruditionis genere, palmam facile præripiat, laudare, præstantissimum, clarissimumque virorum, CAROLUM PATINUM, cum quo, ante hos paucos dies, cum ad Academiam nostram lustrandam excurrisset, suavem exoptatamque familiaritatem contraximus. Is enim, qui tractavit, & ad trutinam appendit, quicquid nummorum veterum, Imperator, Reges, Principes Europæ propemodum universi, in thesauris habent, & ab iis ob ingenium & doctrinam, quæ mirati sunt, honore, ac congiariis maximis cumulatus recessit, longe majore usus felicitate, quam Marius olim Gratidianus, qui Plinio l. 33. Hist. Nat. c. 9. & Cicerone l. 3. Offic. testibus, cum primus artem reperisset Denarios probandi, multitudini tam charus fuit, ut omnibus vicis statuas, & ad eas thus & cereos illi dicarent: Hic inquam, vir eximius, & Antiquitatum promus condus, istud magna asseveratione nobis confirmavit, non reperisse se in omnibus illis gazis, NummumHebræum, qui fidem male ambulantē potuisset obtegere. Solum ajebat, famam esse, in Scorialiensi Basilica, superfuisse aliquem vere antiquum, a Carolo V. Imperatore, olim in cimeliis habitum, at non constare sibi, num incendium, quo anno præterito stupenda fabrica conflagravit, evaserit. Enim vero, fortasse, si & hunc, vir solertissimus, oculis usurpasset, continuo deprehensurus erat, ejusdem, ac cæteros, illum valoris esse. Nam, & Regibus frequenter accidere potest, ut, quod ait ille, pluribus veris denariis, unus adulterinus ipsis ematur. Ne quid tamen dissimulem, mihi sane contigit, lustrare toto orbe celebrem Basilicam Scorialiensem, & quicquid rari aut pretiosi ibidem asservabatur. Quia tamen, ille nummus ostensus non est, propemodum dubitare occipio, an aliquis, cujusdam momenti, adfuerit, imprimis cum cogito, quod in Bibliotheca Manuscriptorum, ibidem mihi accidit. Percurrebam curioso oculo, librorum pluteos, nomina Codicum, quæ retro affixa erant, sedulo rimatus. Cum vero, inter cæteros, notassem unum præcipuæ magnitudinis, cui TROGUS POMPEIUS inscriptum, hic ego exilui totus gaudio, & ô me fortunatum, inquam, cui Scriptor, quem quicquid est eruditorum, dudum intercidisse credidit, conspiciendus objicitur! quam ego læto nuncio exhilarabo viros doctos! quot & quanta mihi dabunt evangelia! At, vix aperueram librum, & statim illi, ob mendacem titulum, mihi quoque pæne, ob nimiam credulitatem, irasci cœpi, nam pro Trogo, nihil nisi qui ejus epitomen fecit, *Justinum* reperi, atque sic tur-

ſic turpiſſime me deluſum fuiſſe, ſum expertus. Nunc, ut ad noſtros nummos, propius accedam, hos quidem ſuppoſititios eſſe, liquido juraverim: ita nihil in iis reperitur, quod antiquitatem redoleat, ſed omnia produnt facturam eſſe noviſſimam. Ne autem quis dicat, ex eo quod noſtri adulterini ſunt, haudquaquam inferri, non extare alios antiquos & genuinos, quorum hi exemplar referant; illud inſuper addo, non credere me poſſe, ut aut Abrahamus, aut David, tam ineptos nummos procuderint. Quod enim ad Abrahami illum attinet, quæſo, quam futilitatis pleniſſima eſt inſcriptio, quæ Autoris, familiæque ejus nomina, ſolis initialibus literis, & quidem ridicule, geminis vicibus, ætatis autem cujusq; ingraveſcentiam, vel juventam, exprimit verbis pleniſſimis, &, anne dari poteſt ſignaturæ ſimilis, apud ullas gentes exemplum? Rabbinorum enim commentum, de Abrahamo & Sara, primis in orbe ſenibus, nemo ſapiens magni fecerit. Jam, nummi parvitas illa, Abrahami ævo neutiquam convenit, quo citra dubium, admodum recepta adhuc erat rerum commutatio, ſi quis vero pecuniæ uſus fuit, e grandiore maſſa formabatur, ſic, ut ob magnitudinem appenderetur potius, quam numeraretur, habemusque de ipſomet Abrahamo teſtimonium clarum Gen. XXIII, 16. Dehinc, quomodo in nummis, Rebeccæ tanquam virginis intactæ illibatæque, (hoc enim eſt בתולה) Abrahamus facere poterat mentionem, quam niſi nurum, & filio ſuo, idque adeo poſt Saræ obitum, nuptam, nunquam noverat? Adde, quod ſi maxime Abrahamum monetam cudiſſe concedamus, nunquam tamen ad hoc ævum perduraſſet, quippe, cum ne potentiſſimarum gentium, & nationum quidem, aut illius, aut longe poſteriorum ſeculorum nummi, ab his utique, ſupra quam dici poteſt majore, quam ab Abrahamo fieri poterat, copia cuſi, tam ſeram ætatem tulerint, nec forſitan Daricis & Alexandrinis nummis, ulli extent antiquiores. Atque hoc idem argumentum, valet quoque, ad alterum nummum, qui Davidis & Salomonis nominibus notatur, & de quo, verbo dicendum eſt, rejiciendum ſimiliter, cum & iſti Reges, multis ante Darium, & Alexandrum vixerint ſeculis. Amplius, & horum inſcriptio, non ſatis ſe mihi probat. Scilicet, quæ ratio erat, ut David cuſurus nummos, in iis filii, quem in adminiſtrationis ſocietatem nunquam adſciverat, nomen exprimeret, & Regem illum ſalutaret? Sane conſtat ex 1. Reg. I. Salomonem, vivo adhuc patre inauguratum eſſe, ſed id factum, non ut ſceptra ſimul cum Davide, capeſſeret, ſed, uti eſt in Jeruſchalmi Horajot fol. 47. col. 3. נמשח שלמה מפני מחלוקתו של אדוניהו *Unctus eſt Salomo quia controverſiam de ſucceſſione ei movebat Adonia.* Scimus, etiam Davidem, vivo Saule unctum fuiſſe, nemo tamen unquam dicet, Saulis ipſum fuiſſe collegam. Nam, alioqui, אין מלכות נוגעה בחברתה אפילו כמלא נימא: Id eſt: *Non attingit unum*

num regnum alterum, vel quantum pili latitudo esse potest : Uti in Taanit fol. 5. b. inter medios de Davide sermones, dicitur. Eadem hæc, indicio esse debent, neque Salomonem, neque quem posteriorum Regum, aut dominatu utentium, similem monetam procudere potuisse, quin & semper, omnium ætatum, gentiumq; Principes, solemne habuerunt sua maxime in nummis consecrare nomina, non aliena. Obiter adjicio, in nummi Davidici aversæ partis inscriptione, nihil posse desiderari, nudam verborum conceptionem si spectemus; eamq; ex Es. LII, 1. esse desumtam. De reliquo, conjectura nunc afferenda est, de horum numorum origine. Nimirũ, sic conjicio: Apud secula priora, pietatis, aut curiositatis impulsu, Christianorũ multi, Palæstinam petebant, loca quæ præsentia Servatoris sacravit, suis contemplaturi oculis, veneraturi affectu. Uti autem peregrinantium omnium, ita & ipsorum hoc fuit studium, ut quædam, pro itineris memoria, domum secum referrent, & imprimis λείψανα Sanctorum, nummique sacri desiderabantur. Prorsus uti hoc ævo quoque, qui ad ædem Lauretanam, Romam, Assisios, aut Compostellam se conferunt, conchis, crucibus, cingulis, & sacratis nummis onusti, redire solent. Occasionem hinc sumsere Judæi, qui in iis partibus degunt, secundum locum quem adduximus Talmudis, fingendi numos ejusmodi, & ex illorũ venditione, faciendi quæstum. Allati in Germaniam, facile repererunt amatores, qui ad aliorum similitudinem, novos flare ferire jusserunt, & hinc illa, quam habemus copia. Ergo nobis Abrahami numi, eodem loco sunt, quo Hepidanni in Annalibus, sequens narratio : *Anno MCLXXX. Comes Rudolfus de Fulndorf Hierosolymam petiit, & se perpetualiter S. Sepulchri servitio dicavit. Quem Abbas S. Galli rogavit, ut sibi reliquias transmitteret. Is autem petitioni volens satisfacere, ad quoddam cœnobium perrexit, quod ad S. Abraham nominatur, illicq; X. marcas auri obtulit. Deinde pro caritate Reliquias petiit. Illi honorifice eum tractare volentes, duxerunt eum ad altare publicum, quod in honorem Patriarcharum erat consecratum, & altare aperientes, devote sibi reliquias Abrahæ, & Isaac, & Jacob ostenderunt, & quia horum reliquias supra modum petiit, licet renitendo, tamen ei particulas ex iis dederunt. Comes vero capsulam pretiosi operis comparavit, ac Reliquias in illa, sub proprio sigillo condidit, & sic sigillata Abbati S. Galli amicissimo Domino suo transmisit. Ubicunq; autem hæ reliquiæ fuerint, ut illic testati sunt, illic pax & augmentum, & lenitas aëris semper erit.* Observationi, extremam lineam imponenti, illud succurrit, non nimis absurdum futurum, si eam, quam Abrahami & Davidis nummorum fingendorum attulimus causam, ad hos pariter accommodemus, qui Servatoris nostri imagini, Hebraicam addunt inscriptionem. Nempe, alicui Christiano, linguam Hebraicam edocto, aut, qui superstitionem suam deseruerat, Judæo, verisimile visum est, nihil sacris viatoribus ac-

Tom. 1. Scriptor. Germ. Alemanni p. 18.

bus accidere posse gratius, quam si monetam, Christi vultum exhibentem, e regione, quam vivus incoluerat, iis liceret referre. Quamobrem, hac quoque parte, satisfactum est, formatique sunt nummi similes, & quidem Hebraice inscripti, ut ea res, majorem venerationem, & antiquitatis speciem apud imperitiores conciliaret, ac nummi tanto carius possent vendi. Etiam horum duos adumbrare conceditur:





Priorem, non alibi vidimus, quam Viennæ, apud Amplissimum, & Patris loco, sic enim de nobis meritus est, summe nobis dilectum Virum, FERDINANDUM PERSIUM A LOHNSDORF, Sereniss. Electoris Palatini, in Aula Cæsarea Legatum Residentem, facilisque est interpretatio: JESUS NAZARENUS MESSIAS, DEUS ET HOMO SIMUL. Alter, præterquam, quod & a nobis possidetur, in multorum est manibus, & passim incidas in infantes, qui eum e collo suspensum gestant. Atque hujus quidem typum, sculptor Christianus, rudis Hebræarum literarum, absente Autore incidit, hinc illi, & in separatione vocum, & in literarum ductibus errores, qui in lectione nonnihil difficultatis pariunt. Interim lego, & interpretor, in parte prorsa ארני ישו DOMINUS JESUS. In aversa:

משיח מלך בא בשלום ואדם מאדם עשוי חי: MESSI-

AS REX VENIT IN PACE ET HOMO EX HOMINE FACTUS EST VIVUS, ſeu VERUS. Scio Waſerum l. 2. de Num. antiq. Hebr. c. 3. & Crineſium noſtrum in Babel c. 2. mem. 1. aliter legere, quaſi ibi ſcriptum eſſet, ואור מאדם Sed, noſtræ lectioni, palam favet ſenſus perſpicuitas, cui אור nimium officit, ſi addmittatur: Chriſtum, eſſe Deum verũ, ex Deo vero, Hominẽ verum, ex Homine vero, omnes dicimus, nec eſt qui illũ ſermonem non intelligat: At, valde improprie, obſcureq; loquitur, qui ait: ET LUX DE HOMINE FACTA EST VITA. Tum vero, nullum ו eſt in noſtro nummo, multo minus ר ſed aperte, ſolum & unicum ד Proinde, veriſimile admodum eſt, excidiſſe ם eam ob cauſam, quia ſequenti verbo, idem elementum eſt initiale, idque non tam ſculptoris quam ipſius Autoris, potuit accidere errore: Nec enim eſt alius, quem magis frequenter ſcribentes committunt, quam ut litera, ante ſibi ſimilem, ab iis negligatur.

4. Quæ ad pariendum inepta] Eam intelligunt, quæ pharmaco ſumto, ſterilitatem ſibi concivit, cujus rei exemplum attuli ſupra pag. 264.

5. Nec dotem accipiunt, nec bibunt] Ratio ſic opinantium eſt, quia, etiam illud, quod cum his mulieribus initur conjugium, Legi Divinæ adverſatur, ac proinde haudquaquam explorationis beneficio gaudere debent, qui has thori-ſocias habere voluerunt. Dotis jactura, ex temerario oritur, cum alieno homine, & clandeſtino commercio. Eſſe vero matrimonium, quod cum Infœcunda, Anu, aut ad pariendum inepta, contrahitur, Legi Divinæ contrarium, inde probant, quod ex tali uxore nulla ne ſperari quidem poſſit ſoboles, cum tamen viris omnibus, & ſic præcipue Judæis, ad quos Dei præcepta maxime attinent, imperatum ſit, ut genus ſuum propagare ſtudeant. Damus iterum locum nobilem ex MS. noſtro Hilch. Pirja Urivia cap. 1. מצות עשה מן התורה על האיש לפרות ולרבות שנ׳ פרו ורבו אבל לא על האשה שני וכבשה ואין האשה דרכה לכבש ונתחייב האיש במצוה זו מבן י״ח שנה: עבר עשרים שנה ולא נשא אשה בטל העשה אבל המתאחר שמתיירא מפני בטול תורה שצריך לחזר אחר מזונות מותר והעוסק במצוה פטור מן המצוה: Id eſt: *E Præceptorum Ajentium numero eſt, quo maribus prolis procreatio præcipitur, ſcriptum enim* (Gen. I, 28.) Augeſcite & implete. *Id tamen præceptum, fœminas non obſtringit:* (Additur enim mox loco allegato:) Et ſubigite eam: (Virorum vero eſt ſubigere,) *fœminarũm neutiquam. Cæterum, obligari quis incipit ad morem gerendum huic præcepto, ſimul ac XIIX. ætatis annum exegit, quod ſi igitur cui annus XX. nondum*

nondum ducta uxore praetergressus sit, violatum praeceptum est. At, si quis (pauperior) *conjugium ideo differat, quia metuit, ne ea res sacra sua studia impediat, cum deinde de alenda familia solicitus esse cogatur, id facere licet*: Nam (juxta tritum illud:) Dum quis occupatus est in implendo præcepto aliquo, non laborandum ei de præcepto alio.

6. R. Eliesér diversum statuit] Uti, quot capita, tot sententiæ, & suus cuique mos est, ita recessit R. Eliesér, a communi Sapientum opinione, & circa Infœcundas, Anus decrepitas, ad pariendumque ineptas, explorationem aquarum non omnino inutilem esse, sibi persuasit. Nempe, non negabat quidem, peccare eos, qui cum talibus nuptias contrahant, sed credebat hoc peccatum emendari posse, superinducta juvencula, numerosæ prolis quem parentem factura. Igitur visum ei, idem de his mulieribus judicandum esse, quod de Prægnantibus, & Lactantibus, alioquin Sapientes judicaverant. Atque profecto, est quædam causæ similitudo, sed, nihilo minus אין הלכה כר״א Id est: *R. Eliéseris opinioni non inhærendum.* Causa, cur rejecta fuerit, latet nisi fallor, in illis, Num. V, 28. ונקתה ונזרעה זרע *Et innocens erit, & consequetur semen*: quibus videtur innui, fœminas ad pariendum omnino ineptas, explorationi aquarum subijciendas non esse, quippe carituras beneficio, quod frugi mulieres consequitur.

ד | IV.

אשת כהן שותה ומותרת לבעלה אשת סרים שותה על ידי כל העריות מקנין חוץ מן הקטן וממי שאינו איש:

1 SAcerdotis Uxor quæ bibit, marito iterum legitime jungitur. 2 Enuchi 3 Uxor, ad bibendum (*cogi potest.*) 4 Adversus Cognatos quoscunque, locum habet (*suspicio, exindeq; orta Zelotypia, modo*) 5 Impubere, & non homine exceptis.

ANNOTATA.

1. Sacerdotis Uxor quæ bibit &c.] Credat quis, plane stultam esse hanc admonitionem, tanquam factam de re, posita extra omnem dubitationis aleam: Idque ipse Gemaræ (מקשו sensisse videtur, dum istis verbis פשיטא subjecit. Verum, non plane gratis hæc dici, ibidem deinde ostenditur, etsi verborum tanta caligine, ut solis vespertilionbus

lionibus aliquid in ea cernere datum sit. Clarius paulo Maimonides in Glossa: שמא יעלה על הדעת אשת ישראל כשזנתה באונס שהיא מיתרת לבעלה הי' שותה וחחיה מיתרת לבעל' אבל אשת כהן שזנתה באונס שהיא אסורת עליו הידה לנו לומר שלא תהיה מותרת לו אחר ששתתה שמא באונס זינתה ולכך הוצלה והיא אסורה עליו ולכך למרנו שהיא שותה ומותרת לבעלה: Id est: (Ista ideo inculcantur,) *ne quis hunc in modum ratiocinetur: Quia Uxor Israëlitæ* (laici,) *etiam per vim ab alio vitiata, legitime marito suo adhuc jungitur, quamobrem si ipsa bibat,* (aquas amaras, & innocens deprehensa sit,) *jure bono maritalis thori porro est socia:* (sive enim ideo aquæ ei non nocuerunt, quia prorsus intacta mansit, sive quia innocenter vim passa fuit, nihil id refert, tam enim hanc, quam illam, laico retinere fas est.) *At, Sacerdotis uxor, quam* (secundum Dei mandatum Levit. XXI, 7.) *post violentam compressionem marito tenere non licet, hac fortasse, facta exploratione, jure connubii excidit; Licebit enim suspicari, per vim compressam fuisse, & ideo quidem salvam evasisse, sed tamen thori non posse esse sociam. Eam igitur ob causam dicitur,* (verbis claris, Sacerdotis uxorem) *& bibere, & postea legitime adhuc marito jungi.* Bene Codex noster MS. Ez Hechajim, & notanter: סוטה ששתתה מי המרים ולא מתה מיד מותרת לבעלה ואפילו היה כהן ואף שאר החלאים החלו לבא עליה וחלו שאר אברים מותרת אבל התחילו בטנה לצבות וירכה לנפול אסורה ודאית: Id est: *Sota, quæ aquas amaras potavit, nec e vestigio periit, licite adhuc marito jungitur, etiamsi is Sacerdos sit, atq; etiamsi eam infestare morbi quidam, nonnullaq; membra tabescere occipiant. Quod si vero turgescat venter, & femur fiat caducum, palam est, maritum eam a se segregare debere.*

2. Eunuchi] Docuimus paulo ante, ex eodem incomparabili MS. nostro, quæ איילונית dicatur, nec male ea res cessit, consequens igitur est, ut ejusdem beneficio, Eunuchum quoque definiamus, negligendo quæ ex Jebamot fol. 80. b. aut Maimonide Hilch. Ischut. cap. 2. §. 13. producere licebat. מיום לידת הבן עד שיהיה בן י״ג שנה נקרא קטן ותינוק ואפילו הביא כבר שתי שערות אין זה סימן כי אם שום מבן י״ג ויום אחד ומעלה אם הביא במקום הידוע לשער נקרא גדול ואיש בא זמן זה ולא הביא שתי שערות בזקן

בוקן ונרא׳ אחד מסימני סריס כגו׳ שאין לו זקן ושערו לקוי ובשרו מחליק ואין מימי רגליו מעלין רתיחות וקולו לקוי ואין ניכר בין אשה לאיש וכשמטיל מים אין עושין כיפה ושכבת זרעו דוהה ואין מימי רגליו מחמיצין ורוחץ בימו׳ הגשמים ואין מעלה בשרו הבל וסריס זה נקרא סריס חמה בכל מקום אבל נחתכו או נמעכו או נתקו גידיו או ביציו כשהגוים עושים נקרא סריס אדם אע״פ שנראו בו אחד מסימני סריס חמה הוי קטן עד שיהא בן עשרי׳ שנה פחות ל׳ יום בא זמן זה ולא הביא שתי שערות בזקן אם נראה בו אחד מסימני סריס הוי סריס ודין זה כגדול לכל דבר לא נראה בו מסימני סריס אימ׳ סריס עד שיהיה כל בו סימני סריס או עד שיהיה בן חמש ושלשים שנה ויום אחד: Id est: *Ab eo die, quo puellus natus est, ad completum usq; annum ætatis XIII. vocatur* Minor, *&* Puer, *atq; si maxime producat ante pilos duos, non id* (pubertatis) *signum, sed vitium est. Natus annos XIII. diemq; unum, aut amplius, si produxit in loco noto pilos,* Adultus, *&* Vir *appellatur. Quod si vero ad hanc ætatem pertigerit, sine quam ut pilos duos in mento habere deprehendatur, appareatq; insuper aliquod ex signis Eunuchorum, quæ sunt, defectus barbæ, coma mollis, caro lævis* (nec hirsuta, prout solet esse virorum,) *urina spumam nullam faciens, vox tenera, ita ut nescias utrum viri ea sit, an fœminæ; urinam procul ejaculandi impotentia; semen subobscurum; urina non fœtens, cum diutule asservata est in vase; corpus, quod in bruma, inter lavandum, nullos exhalat vapores, ejusmodi Eunuchus, vocatur communiter Eunuchus Solis. At, si cui abscissum, compressum, aut avulsum membrum vel testes sint, ceu τοῖς ἔξω facere solemne est, is vocatur,* Eunuchus hominis. *Quod si igitur, inquam, in quo,* (egresso annum ætatis XIII.) *sese offerat signū Eunuchi Solis, is pro Minore habetur, usq; donec natus fuerit annos XX. minus diebus XXX. Quo tempore exacto, si ne tum quidem pilos duos in mento produxit, adsitq; aliqua ex notis Eunuchorū, pro Eunucho habetur, eiq; idem, quod adultis, jus est. At, deficiente nota Eunuchorum, non prius Eunuchus censetur, nisi aut adsint omnia illa signa, aut annum ætatis XXXV. diemq; unum impleverit.* Judæorum hoc, inter Eunuchos discrimen, ipse Servator tangit Matth. XIX, 12. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· Καὶ εἰσὶν

εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ad quem locum, recte intelligendum, mirifice conferunt, quæ præmisimus.

3. Uxor] Hem! Quid hoc rei est? Siccine Eunuchi Uxores ducunt? Enim vero, num id fas sit, inter clari nominis Theologos, & Jureconsultos Germaniæ nostræ, disputatum nuper est acerrime, & pars pro affirmante, pars pro negante sententia pugnavit. Nolo Arbiter intervenire ipsorum liti, citra Quiritium suffragia, tolerabunt tamen, credo, benigne, ii, qui cum Eunuchis conjugia, tanquam nefaria rumoribus differunt, monentem me, aliter Judæorum Magistris visum esse. Quod, etsi vel ex sola hac Mischna, satis constat superque, addimus tamen etiam hæc Codicis nostri MS. Ez Hechajim גיורת ומשוחררת ואשת גר ואשת עבד משוחרר וממזרת ואשת ממזר ואשת סריס חמה או סריס אדם הן כשאר כל הנשים ושותות: Id est: *Proselyta, & ancilla manumissa, proselyti item uxor, uxorq. servi manumissi, notha insuper, ac nothi uxor, nec non, uxor tam Eunuchi Solis, quam Eunuchi Hominis, ejusdem cum cæteris omnibus mulieribus sunt conditionis, &, ad bibendum aquas exploratorias admittuntur.* Nec minus afferendus locus non contemnendus, ex Mosis Kozensis Præc. Affirm. XLVIII. השוטה שקדש פקחת ופקח שקדש שוטה אין כאן קידושין כלל לא מדברי תורה ולא מדברי סופרי' כדאי' ביבמו' פרק חרש סריס שקידש בין סריס חמה בין סריס אדם בין אילונית שנתקדשה הרי אלו קידושין גמורין טומטום ואנדרוגינוס שקידשו אשה או שקדשם איש הרי אלו קידושי ספק וצריכין גט מספק: Id est: *Mente captus, si despondeat sibi mulierem sanam, aut homo sanus, si despondeat sibi mente captam, non hæc ulla ratione sponsalia sunt, sive Legem Divinam, sive Magistrorum placita attendamus, ceu ostenditur in Jebamot c. 14. At, si Enuchus, sive Solis, sive Hominis, itemq. si Infæcunda, Sponsalia faciant, ea legitima censeri debent. Quod si, genitale membrum in ventre occlusum habens, & Androgynus, fœminam sibi despondeant; aut, si tales, vir aliquis sibi jungat, de horum connubiorum ingenuitate dubitari potest, ob eamq. dubitationem, per libellum repudii faciendum divortium.* Cæterum, merito de uxore Eunuchi, explicate docet Mischna nostra, ad bibendum aquas amaras eam admitti, ne quis opinetur, quia virorum verorũ munus, Eunuchi explere non possunt, ideo nec eorundem privilegia, ipsis competere. Scilicet מבלעדי אישך להביא אשת סריס *Verba* (Num. V, 20.) Præter maritum tuum, *complectuntur etiam Eunuchi uxorem;* ita monente Jalkut fol. 207. & apud plerasque gentes, maxime vero Hebræos, receptum, ut consensus & affectio conjugalis, faciat conservetque matrimonium, non concubitus.

4. Adver-

4. Adverſus Cognatos &c.] Recolenda ſunt animo, quæ ſermone præocupavimus ſupra pag. 5. ſeqq.

5. Impubere & non homine exceptis] Maimonides, in Gloſſa, ex Jebamot, *Impuberem*, eum, qui minor eſt annis IX. & die uno, *Non hominem* vero, de Beſtia exponit. Quod ad poſterius attinet, habet conſentientem Bartenoram, ſed in priori, auſus eſt ei contradicere, contendendo, hunc accipi debere, qui minor eſt annis XIII. & die uno. Utri aſſentiendum, ſit neſcio, ſcio tamen cauſam, cur nec de impubere, nec de beſtia interdictum facere liceat. Scilicet, quia Num. V, 13. non niſi eo caſu ſacra conceditur exploratio, quo VIR cum muliere aliena concubuit, igitur etiam adverſus hunc ſolum valet mariti prohibitio, haudquaquam vero adverſus pueros, pecudesque. Non prætereundum hoc loco, quod, uti non valebat interdictum de puero factum, ita nec conceſſum fuiſſe ei, qui admodum puellam duxerat, commercium cum extraneo, uxori parvulæ prohibere, aut aquis amaris, potionare præcepti immemorem. Jalkut fol. 207. col. 3. תחת אישך לרבות בת תשע שנים ויום אחד שיקנו לה
וישקו אותה: Id eſt : (Verbis:) Sub viro tuo, (quæ habentur Num. V, 20.) *includitur etiam puella nata annos IX. & diem unum, huic enim interdictum fieri poteſt, eademq; poſt ejus violationem, ad bibendum compellitur.* Conſequens igitur eſt, quod ſi cujusquam conjux, hanc ætatem nondum attigiſſet, tantiſper ceſſaſſe utrumque.

ה

ואלו שבית דין מקנין להן
מי שנתחרש בעלה או נשתטה
או שהיה חבוש בבית הא
האסורין לו להשקותה אמ
אמרו אלא לפוסלה מכ
מכתובתה רבי יוסי אומר
אף להשקותה לכשיצא בעלה
מבית האסורין ישקנה:

V.

IN ſequentibus caſibus, Magiſtratus, [1] *(ex officio,)* zelotypiam exercet. Si cujus maritus[2] obſurdeſcat, aut amentia corripiatur, [3] aut in carcere vinctus detineatur. Sed, *(illa interminatio,)* [4] non porrigit vim, ad potionem., [5] verum ad dotis amiſſionem. [6] R. Joſe tamen, etiam ad uxorē potionandam, *(interdictum valere)* dictitat, ut ſcilicet maritus, carcere liberatus, conjugi, bibendi neceſſitatem imponat.

ANNOTATA

1. Ex officio Zelotypiam exercet] Sed extra ordinem: Tota enim Zelotypiæ lex, proprie tantum ſpectat ad conjuges. Interim, cum viro non licet fungi officio, Magiſtratus vices ſupplet, intereſt enim Reipub. ut Matronarum honor ſervetur ac pudicitia.

2. Obſurdeſcat] Ita ut non poſſit perſentiſcere, qui de uxore rumores ſint.

3. Aut in carcere vinctus detineatur] Adde his אשת שעמום ושהלך בעלה למדינת הים ex Gemara noſtra fol. 27. a. & Jalkut fol. 205. col. 4. Verbis poſtremis, mulierem innui, cujus maritus peregre abiit, omnes intelligunt, & hujus, facit quoque in re præſenti mentionem Maimonides, Hilch. Sota c. 1. §. 10. Idem tamen, neſcio quam ob cauſam eam recenſere neglexit, quæ voce prima ſignificatur. Eſt autem veriſimile, innui uxorem hominis extreme melancholici, & ad mentis exitium triſtitie ſeſe macerantis, ita, ut ne quidem ſui ipſius, nedum rerum aliarum rationem habeat. In margine דה Jalkut, שעמום ex Targum per מהומם explicari deprehendes.

4. Non porrigit vim ad potionem] Maritus enim, exploraturus fidem mulieris, Num. V, 15. ipſe uxorem ad Sacerdotem adducere jubetur, proinde nemo præter eum, poteſt admitti.

5. Verum ad dotis amiſſionem] Nota modum, quem in ſuo interdicto Magiſtratus obſervavit, ex Maimonide, loco jam nunc allegato : שמעו בית דין שהעם מרננין אחריה קוראין אותה ואומרין לה אל תסתרי עם איש פלוני באו עדים אחר כך שנסתרה עמו ושהית כדי טומאה בית דין אוסרין אותה על בעלה לעולם וקורעין כתובתה וכשיבוא בעלה או יבריא או יצא מבית האסורין נותן לה גט ואינו יכול להשקותה מפני שלא קנא לה הוא ; Id eſt : *Si Magiſtratus audiat, populum de uxore* (viri cujusdam e prædictis,) *male ſuſurrare, vocat eam, edicitq, illi* : NE OCCULTATO TECUM VIRO N. *Quod ſi deinde teſtes veniant*, (teſtimonium dicentes,) *ipſam ſeſe cum illo occultaſſe, per tantum temporis ſpatium, ut contaminari potuerit, vetat Magiſtratus, ne unquam impoſterum, cum marito rem habeat, delaceratq, inſtrumentum ejus dotale. Maritus vero redux, ſanitati redditus, aut carcere liberatus, dat huic olim conjugi, libellum repudii, ſed, potionare aquis amaris eam non poteſt, quia ipſe interdictum non fecit.* Credo, nunquam penitus abjeciſſe Magiſtratum hanc curam Matronarum, fuit tamen

tempus

tempus quo missis cæteris rebus, isti præcipue intenti erant. Codex noster MS. Ez Hechajim. בחמשה עשר באדר נפנין ב"ד לצרכי הרבים ובודקין על הראויה לשתות להשקותה ועל ראויה לקנא לה ולהוציאה בלא כתובה לעשות כך; Id est : *Die XV. mensis Adar, Magistratus solitus est, rebus ad publicam utilitatem attinentibus vacare, & perquirere tum eas: quæ aquis amaris potionandæ erant, tum, quibus interdictum, dotis privationem illaturum fieri debebat, ut in effectum ea res deduceretur.* Nititur hæc assertio iis, quæ leguntur in principio Mischnæ Schekalim: בא באדר משמיעין על השקלים ועל הכלאים ובט"ו בו קורין את המגלה בכרכים ועושים כל צרכי הרבים; Id est : *Primo die Mensis Adar, fit proclamatio de Siclis, & de Heterogeneis agrorum. Porro, die XV. ejusdem, prælegitur liber Esther in Civitatibus,* (quæ inde a temporibus Josuæ, cinctæ sunt muro:) *ac quæ ad publicam utilitatem attinent, perficiuntur.* Cum his conferre oportet cap. 1. in Moëd Katon Jeruschalmi, ubi habetur, אלו הם צרכי הרבים דנים דיני ממונות וכו' ומשקין את הסוטה; Id est : *Ad opera quæ ad publicam utilitatem attinent, inter cætera pertinent, Judicia Pecuniaria, & adulterii suspectarum exploratio.*

6. R. Jose tamen &c.] Suo sensu abundare, a Magistris jussus est R. Jose, & non secundum ipsum facienda decisio: אין הלכה כרבי יוסי ita Maimonide, & Bartenora monentibus. Iidem, coronidis loco, Comentariis in hoc caput, præter eas quarum Mischna nostra mentionem fecit, annectunt mulieres quasdam alias, quibus bibere aquas amaras non fuit concessu. Nos, omnino omnes junctim recēsebimus ex MS. nostro Ez Hechajim: nec enim est liber, in quo brevius & elegantius hæc tradantur:

ט"ו נשים לא שותות אעפ"י שהיא והוא רוצין ולא נוטלו' כתובה ונאסרות על בעליהן משיבאו עדי סתירה אחר עדי קינוי ארוסה ושומרת יבם שנ' תחת אישך ואלו אינן תחת אישם וקטנה אשת הגדול שנ' אשה גדולה אשת קטן ואשת אנדרוגינוס שנ' אשה ואשת סומא שנ' ונעלם מעיני אישה וחגרת שנ' והעמיד הכהן האשה ואלמת שנ' ואמרה האשה וכרותת כף של יד או שהיתה עקומה או יבשה שאינה יכולה ליקח בה ואפי' כפה אחת שנ' ונתן על כפיה ושאינה שומעת שנ' ואמר לאשה ואשת חיגר ואלם וחרש וכרות יד שנ' אשר תשטה אשה תחת אישה

אשה עד שתהיה היא שלמה כמותו והוא שלם כמותה שכל הדבר המעכבה מלשתות מעכבו מלהשקות וכל המעכבו מלהשקות מעכבה מלשתות: Id est : *Quindecim omnino Sotæ sunt, quibus aquas amaras bibere non conceditur, etiamsi & ipsa, & mariti illarum, id ut fiat, expetant : Sed, privantur dote, & e vestigio, rem ultra cum maritis habere prohibentur, ex quo post testatò factum interdictum, quidam adsunt, de occultatione sequuta perhibentes testimonium. Sunt vero : Desponsata, & Levirum exspectans : Scriptum enim* Num. V 19. 20. Sub viro tuo : *Hæ autem, non sunt in potestate virorum.* (Porro:) *Puella nupta Viro, nam toties Num. V in negotio explorandæ mulieris, adhibetur nomen* אשה *veram uxorem denotans, qualis non est minorennis. Adulta nupta Puero, itemq; quæ nupsit Androgyno; quippe similiter in eodem negotio semper adhibetur nomen* אישה *Viri ejus, quæ appellatio non convenit memoratis. Amplius : Uxor cæci, scriptum enim* (v. 13.) Et absconditum sit ab oculis mariti ejus ? (At cæcus, oculis carere intelligitur.) *Item, mulier claudicans, jubetur enim* (v. 16.) *Sacerdos Sotam sistere : Mulier muta, debet enim Sota respondere : Mulier cui manus amputata, contorta, aut arefacta est, ita ut apprehendere non possit, etiamsi maxime habeat manum unam, scriptum enim* (v. 18.) Et imponet manibus illius. *Idem judica, de uxore Claudi, Muti, Surdi, & cui præcisa manus est, loquitur enim Scriptura, de muliere, quæ* Sub viro suo, *sive loco viri sui, scortatur, quod indicio est, nisi Sota sana & integra sit, prout est maritus, & nisi ipse integer ac sanus sit, uti est ipsa, tum, omne vitium, quod mulierem impedit ne bibat, id etiam impedire maritum, ne conjugem bibere compellat. Et contra, omne vitium, quod maritum impedit, ne mulierem bibere compellat, id etiam, ne bibat, impedire mulierem.* Conveniunt cum his, ad amussim, quæ disserit Maimonides Hilch. Sota c. 2. §. 2. & 3. in Jalkut tamen fol. 208. col. 2. noto aliquem dissensum, ad uxorem mancam manibus, quod attinet, dicitur enim: סוטה גדמת שני כהנים מניפין על ידיהי תניפה Id est : *Si Sota manibus mutila sit, duo Sacerdotes manus suas, brachiis ejus supponunt, atq; ita fit agitatio oblationis.* Quæ si vera sunt, nihil utique obstabat, quo minus Sotæ mancæ, ad bibendum admitterentur. Sed, fuit omnino hæc R. Chajæ (istum enim ex Jeruschalmi autorem laudat Jalkut) privata opinio, quæ adstipulatores nullos reperit, quales multas hactenus notavimus: & nunc, mantissæ quoque loco, notanda illa est, qua, nequicquam reluctantibus Sapientibus universis, solus R. Akabia, tueri ausus est, & Proselytas, & Libertas, ab aquarum potatione excludendas esse. Illustri, etsi obscurissimus est, Talmudis loco, in Eda-

in Edajot fol. 11. a. ubi res narratur, finiendum Caput duximus:
עקביא בן מהללאל העיד ארבעה דברים אמרו לו עקביא חזור
בך בד׳ דברים שהיית אומר ונעשך אב בית דין לישראל
אמר להן מוטב לי להקרא שוטה כל ימי ולא העשות שעה
אחת רשע לפני המקום שלא יהיו אומרים בשביל שררה חזר
בו הוא היה מטמא שער פקודה ודם הירוק וחכמים מטהרים
והוא היה מתיר שער בכור ובעל מום שנשר והניחו בחלון
ואח״כ שחטו וחכמים אוסרין הוא היה אומר אין משקין לא
את הגיורת ולא את השפחה המשוחררת וחכמי׳ אומרים משקין
אמרו לו מעשה בכרכמית שפחה משוחררת שהיתה בירושלם
והשקוה שמעיה ואבטליון אמר לה׳ דוגמא השקוהו ונדוהו ומת
בנדוי וסקלו בת דין את ארונו: Id est: *Akabia, Mahalleelis filius, quatuor opiniones* (erroneas, pertinacissime) *tuebatur.* (Sapientes) *igitur illum hortati sunt*, (dicendo:) *Akabia, revoca*, (quæsumus,) *quatuor illas sententias, quas* (perperam) *docuisti, atq; nos te faciemus Præsidem summi inter nos Senatus. Respondit ipse: Satius est, stultum me vocari tota vita, quam ut horam unicam coram Numine infinito, impius deprehendar, dicantq; mortales, dignitatis adipiscendæ causa, mutasse me sententiam.* (Cæterum, quod ad illas opiniones attinet, sciendum,) *ipsum pronunciasse immundum, pilum album*, (qui creverat in pustula, remanseratque, pustula non recedente solum, sed & denuo renascente. Idem, immundum esse asseruit, menstruatæ) *sanguinem virentem; sed hæc, Sapientes pro mundis habebant. Porro,* (cum Deus Deuter. XV, 19. prohibeat, tondere primogenitum gregis; e quo loco elicitur, primogenita pecudum omnino Deo sacra esse, & nihil quicquā ex iis ad proprios usus transferendū,) *tamē indulgebat ipse usum lanæ, a primogenita pecude, vitium deinde contrahente, & ob id mactata, sponte pridem excussam, & in fenestra,* (aut alibi,) *repositam. At Sapientes,* (etsi in eo non disputant, pecudem primogenitam, ex quo vitium ipsa passa est, jam nunc licite tonderi, imo & mactari

mactari ac comedi posse, tamen) *nequaquam concedunt* (usum ejus lanæ, quæ illibatæ adhuc pecudi, exciderat.) *Amplius, negabat ipse, Sotam Proselytam, aut Libertam, aquis amaris potionandam, contra Sapientes, potionandas esse contendebant, objiciebantq; Akabia, exemplum Carcamita, quæ cum liberta esset, ac Hierosolymis degeret,* (incidissetq; in sinistram suspicionem,) *a Schemaja & Abtalione, aquis exploratoriis fuerat potionata. Respondit ipse* דוגמא השקוהו (quibus verbis, vel id dicere volebat, Carcamitam non vere ab ipsis potionatam esse, simulasse tamen Schemajam & Abtalionem, quasi id facerent, alia interim omnia, quam sacra & concepta verba, schedæ inscribentes: Vel hoc volebat, ipsosmet Schemajam & Abtalionem proselytos fuisse, quare, magnum mirum non esse, si erga suæ conditionis mulierem, etiam præter æquum sese benigniores exhibuerunt. Enim vero, iste Akabia, sive quod viros primarios, tantum facinus audere potuisse, ut in sacra re tam turpiter hominibus fucum facere vellent, suspicatus est; sive quod peregrinitatem iis exprobravit, a Sapientibus) *diris devotus est, cumq; mortuus esset, nondum solutus anathemate, Magistratus ejus sarcophagum lapidibus obruere præcepit.* Confer Berachot fol. 19. a.



EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ד׳: CAPUT IV.

תניא ונקתה ונזרעה זרע
שאם היתה עקרה נפקדת דב
דברי ר׳ עקיבא אמר לו רבי
ישמעאל אם כן יסתתרו כל
העקרות ויפקדו וזו הואיל ולא
נסתרה הפסידה א״כ מה ת״ל
ונזרע׳ זרע שאם היתה יולדת
בצער יולדת בריוח ואם ש
היתה יולד׳ נקבות יולדת זכ
זכרים קצרים יולדת ארוכים
שחורים יולדת לבנים:

Traditio: *Et fuerit munda, & semen consequetur*, [1] Si pridem sterilis fuerat, prægnans facta est: Ita sentiente R. Akiba. Huic objicit R. Ismaël. Si id verum, clandestinos amores simulabunt omnes steriles, ac prægnantes evadent. Cæterum, (*mulier pia*,) cui [2] id simulare [3] religio fuit, detrimentum patietur. Quæ, cum ita sint, quid igitur indicatur istis: *Et semen consequetur.* Scilicet, si antehac, cum magna difficultate pepererat, nunc doloris expers, fœtum edebat; [4] si fœmellas antehac procreaverat, [5] masculos deinde pariebat: Si pusillos, atrosque enixa erat liberos; jam magnos, [6] albosque enitebatur. Num. V. 28.

ANNOTATA

1. Si pridem sterilis &c.] In vernacula nostra pleraque hujus pericopes sic expressit Autor libri *Brandspiegel c. 62. Is sie rein von der Sach, so bekommt sie ein guten Lohn. Die* חכמים *schreiben und lernens aus der* Tora : *Hat sie vor kein Kinder gehat, da vverd sie darnach tragen, und vvert Kinder haben. Hat sie Kinder gehat und sein ihr schvver gevvesen zu gevvinnen, da vvert sie itzunder Kinder ge-*

 ringlich

ringlich gevvinnen, ohn alle vvcht ag und Schmertzen. Hat sie vor eitel Tochter gehat, da vvert sie itzunder eitel Sohn haben. Sein ihre Kinder alle schvvartz gevvesen, da vverden sie itzunder alle vveis und schon seyn.

2. Amores simulabunt omnes steriles &c.] Atq; id, quibusdam sic opinantibus, se facturam, Deo quasi comminata est Channa, ut vel hac ratione ab invito prolem extorqueret. Berachot fol. 31. b. אם ראה תראה אמר רבי אלעזר אמרה חנה לפני הקב״ה רבונו של עולם אם ראה מוטב ואם לאו תראה אלך ואסתתר בפני אלקנה בעלי ויקנא בי וישקני מי סוטה ואין אתה עושה תורתך פלסתר שני׳ ונקתה ונזרעה זרע׃ Id est : (Verborum 1. Sam. I, 11.) Si videndo videbis ; *secundum R. Eleasarem is sensus est, quasi dixisset Channa coram Deo æterno : Mundi arbiter, si respicis* (me, votique facis compotem,) *bene se res habet. Sin minus, videbis* (vel invitus.) *Ibo enim, & marito Elkana inspectante,* (cum extraneo) *me occultabo, ut interdictum mihi faciat, & aquis exploratoriis potionandam curet.* (Sic enim oportebit te, prolem mihi largiri,) *quippe Legem tuam, in qua scriptum est : Et fuerit munda, & semen consequetur ; non facies mendacem.*

3. Id simulare &c.] Ut enim quæque frugi Matrona est, non fugit tantum adulterium, sed & ejus suspicionem.

4. Religio fuit] Adde : Et quæ illam ignominiam quam Sota in explorando, subire debebat, ut pateretur, animum inducere haud potuit. Nam, ut ait Maimonides in More Nev. part. 3. c. 49.
אף רוב הנקיות הבטוחות בעצמת * היו פודות עצמן מן המעשה ההוא אשר יעשה בה בכל ממון ואף המות טוב מן תבושת הגדול ההוא והוא פריעת ראש האשה וסתירת שערה וקריעת בגדיה עד שיתגלה לבה והקפתה בכל המקדש לעיני הכל נשים ואנשים ובפני בית דין הגדול׃
Cl. Buxtorfius vertit probe : *Etiam innocentes mulieres pleræq; & quæ bene sibi sunt consciæ, omnibus suis facultatibus actionem illam ignominiosam redimerent, quin imo mortem jucundiorem haberent, quam publicam illam ignominiam, qua caput mulieris discooperiebatur, capilli detondebantur, vestimenta usq; ad pectus dilacerabantur, atq; ita ligata in Sanctuario in conspectu omnium virorum & mulierum, totiusq; Synedrii Magni, sistebatur.*

* Legendum בעצמן & sic est in nostro MS.

5. Si fœmellas antehac procreaverat &c.] Dicam olim multa, in Annotationibus ad Massechet Purim, quam contemtim abjecteq;


abjecteque Judæi de ſexu fœmineo ſentiant, & ſimul varia Rabbinorum undique conquiſita prodam conſilia, quibus ſi quis morem gerat, maſculam futuram prolem, ſerio pollicentur. Interea temporis, ut & huic loco aliquid ſaltem tribuamus, exigit inſtituti ratio: Bava Batra fol. 16. b.

שמעון ברבי אתילידא ליה ברתא הוה קא חלשה דעתיה אמר ליה אביה רבייה נילדה לך אמר ליה בר קפרא תנחומין של הבל נחמך אבוך דתניא אי איפשר לעולם בלא זכרים בלא נקבות אוי לו למי שבניו נקבות אשרי מי שבניו זכרים:

Id eſt: *Simeon filius τῦ Ribbi, ſuſceperat filiam, & animi eapropter diſcruciabatur: Ait illi Pater*, (aliquod ſolatium ſuggeſturus; hilarem ſe præberet,) *eſſe ei:m ei natam educatricem* (puerorum deinde naſcendorum. Quod cum relatum eſſet, Kaphræ filio, tum is,) *tuus quidem, inquit, pater, ſtulta conſolatione te ſolatus eſt: Sic enim vulgo traditur: Impoſſibile eſt orbem tam ſine maribus, quam ſine fœminis ſubſiſtere: At, væ illis, quorum liberi fœmellæ, & o beatos, quorum ſunt mares.* Addamus illud de gente Tatarorum, ex hiſtoria Tamerlanis, prout Arabica verba Gallice vertit, Petrus Vattierius. *Au pays de Tamerlan les femmes ſont de nombre des choſes ſales & qui ne ſe nomment pas par leur nom. Ils n'oſeroient prononcer les mots de femme, ny de femelle, ils en employent quelques autres en leur place, et ſe gardent bien d'uſer de ceux-la. S'ils veulent faire ſcavoir, qu'il eſt né a quelqu'vn vne fille, ils diront, qu'il luy eſt né vne voilée, ou vne mere de famille, ou vne cachée, ou choſe ſemblable.*

6. Maſculos &c. jam magnos] Vox enim זרע tantum valet in numeris, quantum efficit זכרים Nec minus, eandem ſummam continet ארוכים quoque.

7. Albosque generabat] Imo, erant & alia beneficia, quorum meminere Rabbot fol. 232. col. 4. & Jalkut fol. 205. col. 3. יולדת לשתי שנים יולדת בכל שנה יולדת אחד יולדת שנים: Id eſt: *Si prius non niſi biennio pariebat, jam annuatim prolem edidit, & loco unius, quem pridem, uno partu pepererat fœtus, nunc enitebatur gemellos.*





פרק ה: CAPUT V.

משנה MISCHNA

א I.

כשם שהמים בודקין אותה כך המים בודקין אותו שנאמר ובאו ובאו כשם שאסורה לבעל כך אסורה לבועל שנאמ׳ נטמאה ונטמאה דברי רבי עקיבא אמר רבי יהושע כך היה דורש זכריה בן הקצב רבי אומר שני פעמים האמורים בפרשה אם נטמאה נטמאה אחר. לבעל ואחד לבועל:

Quemadmodum aquæ vim suam [1] in adulteram exercebant, ita eædem illam [2] exercebant pariter, in adulterum, quia iterato dicitur: (Num. V, 22.24.)[3] Et *ingrediantur*. [4] Atq; sicut ipsa porro cum marito, ita & cum adultero, vivere prohibebatur. Quippe (v. 28.) dicitur: *Immunda facta est*. Iterũq; (v. 29.) [5] *Et immunda facta est*. Ita quidem R. Akiba sensit. R. Josua memorat, sic pro concione dixisse Zachariam, Lanii [6] filium, nomine Ribbi: [7] Quod duabus vicibus, in hoc capite dicitur: *Si immunda facta est*. Ideo semel ad virum, semel ad adulterum id attinet.

ANNOTATA.

1. In adulteram] Mischnæ Amstelodamenses editiones, non habent אותה quod vitium, est inexcusabile.

2. Exercebant pariter in adulterum] Merito notandum, quod Gemara asseverat, haud aliter Aquas exploratorias virtutem suam in Sotam exercuisse, quam si maritus quoque frugi esset, nec unquam fur-

tivis

tivis amoribus operam dedisset. בזמן שהאיש מנוקה מעון המים בודקין את אשתו אין האיש מנוקה מעון אין המים בודקין את אשתו: Id est: *Quando maritus sceleris purus est, tum aquæ sacræ uxorem ejus pertentant: At, cum ipse nequam existit, nulla aquis, ad pertentandam uxorem, vis inest.* Nolim dubitare, ita se rem habuisse, idque ideo, ut mutua fides & castitas, in conjugio tanto magis servaretur. Quidni enim æternus Judex, ita se gesserat, qualem suum se gerere jubet Ulpianus l. 13. §. 5. D. ad l. Jul. de adult. *Judex adulterii, ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoq; bonos mores colendi autor fuerit. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat.* Vide, multa huc facientia, apud Autorem libri Olelot Ephraim fol. 89. col. 3. num. 379. & commendata quoque habe, quæ nunc ex MS. nostro Ez Hechajim, tecum communicamus, totum hoc comma illustrantia magnifice. כאותה שעה שתמות ימות הנואף שהשקה על ידו בכל מקום שהוא וכל מאורותיה יארעו לו לצבות בטן ולנפול ירך וכל הדברים האלה כשלא חטא הבעל מעולם אבל אם בעל בעילה של איסור משהגדיל אין המים בודקין אשתו ואפילו בעל ארוסתו. בבית חמיו שהיא * מדברי סופרים שנ׳ ונקה האיש מעון והאשה ההיא תשא את עוונה בזמן שהאיש מנוקה מעון המים בודקין אשתו אינו מנוקה אינו בודקין ואם עבר והשקה אותה מוסיף על חטאתו פשע שגורם לשם המפורש שימחה במים לבטלה ומוציא לעז על מי סוטה שאשתו אומ׳ לאחרת שונתה ולא בדקות מים והיא לא תרע שמעשי הבעל גרמו לפיכך משרבו מנאפין בגלוי בבית שני בטלו הסנהדרין את מי המרים וסמכו על שכתו׳ לא אפקד על בנותיכם כי תזנינה ועל כלותיכם כי תנאפנה: Id est: *Eadem hora, qua* (Sota) *periit, periit quoq; adulter, cujus nomine potionabatur, ubicunq; gentium degeret. Nec minus, mala eadem, quæ ipsa, pariter & ipse passus est, ut scilicet venter intumesceret, & femur fieret cadivum. Sed vero, hæc omnia tantum locum habebant eo casu, quo maritus nunquam peccaverat; quod si vero illicito concubitu postquam adolevit se polluisset, non explorabant aquæ conjugem*

*Forsitan inserendum אסור

jugem

jugem etiam, si vel tantum, cum sibi desponsata, in soceri domo concubuisset, id quod solo Sapientum interdicto, nefas habetur: Scriptum enim (Num. V, 31.) Et insons erit vir ab iniquitate, & mulier illa feret iniquitatem suam. (Quibus indicatur,) *tum quidem aquas pollere virtute explorandi, cum maritus integer vitæ est, destitui vero eädem, cum impurus ipse deprehenditur. Quod si nihilo secius* (maritus scortator) *potionare uxorem instituit, peccatum scelere cumulat, quippe in causa est, ut Dei ineffabile nomen deleatur frustra, & aquas sacras exponit calumniis. Uxor enim ejus, narrat aliis se adulterium commisisse, & tamen ab aquis nihil passam esse, nescit vero mariti peccata, hanc ei præstasse immunitatem. Quamobrem, cum Templo secundo adhuc stante, adulterorum palam delinquentium, magnus esset numerus, sustulit Synedrium penitus hanc per aquas sacras explorationem, innitens illi Prophetico:* (Hos. IV, 14.) Non animadvertam in filias vestras, quod scortantur, & sponsas vestras quod adulterantur.

3. Et ingrediantur] Nimirum, urget R. Akiba, nisi vir includatur, eum supervacuam cæteroquin futuram, copulativæ conjunctionis repetitionem.

4. Sicut ipsa porro &c.] Præterquam quod Sotam nocentem deprehensam, & marito, & adultero porro jungi non potuisse, Babylonicum Talmud nos edocet, addit insuper Jeruschalmi: כשם שהיא אסורי לאחיו של בעל כך היא אסורת לאחיו של ביעל: Id est: *Uti* (quoque Sota nocens,) *cum mariti fratribus conjugium deinde inire prohibebatur, ita & cum adulteri fratribus, matrimonium contrahere haud ei licuit.*

5. Et immunda facta est] Iterum opinionis suæ momentum R. Akiba in vocula *Et* collocat.

6. Zachariam lanii filium] Uti apud gentes reliquas, viri doctissimi, subinde obscuris & egenis parentibus orti sunt, ita nec inter Judæos deficiunt exempla. Ut cæteros sileamus, iste Zacharias, cum patre lanio prognatus esset, tantos in literis fecit profectus, ut inter Mischnicos Doctores non postremo loco numerandus veniat. Proinde, merito monet Jehuda Betiræ filius, in Sanhedrin fol 96. a. הזהרו בבני עמי הארץ שמהן תצא תורה Id est: *Cavete vobis, ne filios plebejorum hominum injuria afficiatis, ab iis enim lex divina dimanat.* Nihil verius hoc pronunciato, dici poterat, & adeo, ipse Jesus Servator noster, Legis Divinæ autor & promulgator, τοῦ τέκτονος υἱὸς vulgo ferebatur, atque fabrum lignarium nutricium & educatorem sibi elegit. Dixi *Fabrum lignari-*

lignarium, cum Matthæi Interpretibus fere omnibus, apud quem c. XIII. 55. phrasis Græca legitur. Neque aliter antiquos Christianos animatos fuisse, ex illius Pædagogi Antiocheni dicto apparet, qui contumeliose a Libanio Sophista interrogatus: Nunc fabri filius quid ageret? Eum Juliano feretrum fabricare, respondit. Sozomenus l. 6. Hist. Eccl. Proinde intolerandus error est, Autoris, quisquis ille fuit, qui Matthæi Evangelistæ Historiam, in Hebræum sermonem convertit, & superiori seculo a Johanne Tilio Episcopo Briocensi Lutetiæ est editus, dum pro τέκτονος υἱὸς בן נפחא supponit, & *lignarium fabrum*, in *ferrarium* immutat. Quamobrem, quod alias suspicatus sum, esse illam versionem non nisi secundum translationem veteris Latini Interpretis adornatam, id nunc quidem extra omne dubitationis constituitur periculum. Nam, si modo leviter ejus machinator, Græcum textum consulere potuisset, nunquam se daturus erat tam turpiter, & facile ex ambiguitate, quam sola, a Vulgato adhibita *Fabri* vox pariebat, sese eruisset. Longe rectius Syrus ܒܪܗ ܕܢܓܪܐ adhibuit, etsi & ea locutio est generalior; hac tamen ipsa, Hebræo quoque interpreti uti licebat, quippe & in Avoda Sara fol. 52. b. legimus: וליה נגר ולא בר נגר דיפרקינה אמר רב ששת אנא לא נגר ולא בר נגר אנא ופריקנה ליה: Atenim, non tantum τέκτονος υἱὸς Redemtor humani generis, sed & ipse τέκτων apud Marcum VI, 3. fuisse dicitur. Unde verisimile est, manum porrexisse Christum Josepho, in fabrili opera, priusquam docendi munus erat aggressus. Quæ res, etsi quosdam, iniquiores fortasse judices, videtur offendisse, tamen certum est, nec infrequens, nec indecorum fuisse priscis Sapientibus inter Hebræos, ut præter literarum studia, artes quoque manuarias tractarent, & scitum est illud Gamalielis, patre Principe prognati, in Pirke Avot c. 2. יפה תלמוד תורה אם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגוררת עון: Id est: *Pulchrum est studium Legis, una cum opificio aliquo, hæc enim duo juncta, peccati oblivionem inducunt: At studium Legis, absq; opere manuario, tandem & cessare solet, & esse causa peccatorum.* Hinc Maimonides Hilch. Talmuud Tora c. 3. §. 11. מעלה גדולה היא למי שהוא מתפרנס ממעשה ידיו ומדת חסידים הראשונים היא ובזה זוכה לכל כבוד וטובה שבעולם הזה ולעולם הבא שנ' יגיע כפיך כי תאכל אשריך וטוב לך אשריך בעולם הזה וטוב לך לעולם הבא שכולו טוב: Id est: *Ingens felicitas est ejus, qui suis sibi manibus victum parat, idq; facere solebant pientissimi majores nostri, atq; ea res, & honoris omnis, & ubertatis bonorum, tam hujus, quam futuræ vitæ, causa est. Scriptum enim* (Ps. CXXVIII, 2.) Labore manuum tuarum frueris: Beatus eris, & bene

& bene erit tibi. *Ubi*, Beatus eris, *hoc ſeculum*, Bene erit tibi, *illud futurum, quod mera bonitas eſt, reſpiciunt.* Sic ſane S. Paulus, qui Præceptore uſus Gamaliele, erat πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου ceu ipſe de ſe teſtatur Act. XXII, 3. ſimul σκηνοποιὸς τὴν τέχνην fuiſſe legitur ibidem c. XVIII, 3. Ex Talmude in Nidda fol. 24. b. conſtat, Abbam Schaul, & R. Jochananem fuiſſe veſpillones; In Megilla cap. 1. prout excerpit Autor libri En Iſraël fol. 151. col. 2. (variant enim Talmudis Codices,) & infra in Gemaræ noſtræ Cap. VII. Exc. 4. R. Iſaacus נפחא ſeu ferrarius faber, memoratur. In Peſachim cap. 10. Raf Chaninam, & Raf Oſchajam, Sutores fuiſſe legimus. Atque hic, obiter vindicanda eſt injuria, qua Chriſtianus Gerſon, iſtos Rabbinos innocenter affecit. Sic enim homo ſum, cui præ veritate nihil antiquius, nec placent mendacia, etiam quæ adverſus judæos proferuntur, quocunque fine tandem id fiat. Sacro-ſancta Chriſtianorum religio, nec eget falſis teſtimoniis, nec iiſdem admodum juvatur. Hoſtes ejus, cum contra ipſos ex illorum hypotheſibus diſputando, in quibusdam fallere & falli nos deprehendunt, ex inſanis redduntur inſaniores, et ex argumentis, de ipſa cauſa judicant, magno ipſorum converſionis præjudicio. Uti quisque eſt bonus, ita & cum aliis, bona fide agit, nec recte dicta, in deteriorem rapit ſententiam. Minime vero omnium, tale quid facere Chriſtianus Gerſon debebat, ne temerando veritatem, & Judæis, quibus olim addictus fuerat, & ad quos ſeceſſit, Chriſtianis, pœnas daret. Quare, alium ſibi paret defenſorem, ego ab omni culpa ipſum liberare non poſſum, quoties multa, quæ inſeruit libelli de Talmude, parte 2. cap. 17. quod *von der Rabinen ärgerlichen Leben, böſen Thaten, und endlicher verzvveiflung*, inſcribitur, mentem ſubeunt. Inter cætera, quæ diſplicent, ſunt hæc quoque, ſcribentis: *Von R. Chanina und R. Oſchaia zeuget der Thalmud, daß ſie nit allein viel Zaubereyen mit den Schemhamphoras getrieben haben, ſondern, dievveil ſie Schuſter ihres Handvvercks vvaren, vvohneten ſie im Hurhauſe, und machten den Huren ihr Schue und Stieffel, und zogen ſie ihnen auch an.* Non eſt mihi nunc diſceptatio, de Schemhamphoras, & arte magica, ſed de Sutoribus crepidisque; quorum nomine quæ nobis narrat Gerſon, non aliter accipi poſſunt, quam quaſi in Peſachim fol. 113. ad quod teſtimonium ipſe provocat, ambo Rabbini, nobis depingantur laſciviſſimi. Quod ſi vero, ipſum Gemaræ locum conſulamus, longe aliter ſe res habet, & tantum abeſt, ut quis in iſtorum Rabbinorum moribus quid reprehendere poſſit, ut potius ante alios continentia, & vitæ caſtitate hos fuiſſe appareat. Rem videamus:

א״ר יוחנן ג׳ הקב״ה מכריז עליהם בעצמו בכל יום על רווק הדר בכרך ואינו חוטא ועל עני המחזיר אבדה לבעליו ועל עשיר המעשר פירותיו בצנעא

בצנעא רב ספרא רווק הדר בכרך הוי תני תנא להא קמיה דרבא ורב ספרא צהבו פניו דרב ספרא א״ל רבא לא כגון את אלא כגון רב חנינא ורב אושעיא דהוו אושכפי בארעא דישראל ויתבו בשוקא דזונות ועבדי להו מסאני לזונות ועיילי ומסיימי להו בכרעייהו ולא מדלו עינייהו לאסתכולי בהו וכי ממיאן הכי ממיאן בחייהו דרבנן קדישי דבארעא דישראל:

Id est : *Dixit R. Jochanan, tria esse hominum genera, quæ ipse Deus quotidie sua voce collaudat : suntq; : Calebs, degens in urbe aliqua, & non peccans ; Pauper, rem inventam restituens domino ; & Dives, decimas proventuum clam,* (sine ostentatione,) *exsolvens. R. Saphra, calibem* (& illibatam) *vitam, in urbe quadam agebat, quare, cum hoc effatum quidam Doctor, Rabâ, & ipso præsentibus, recitasset, in pudorem solutus est iste R. Saphra,* (ad se hæc attinere existimans.) *At vero, ait illi Raba, non de tui similibus hæc capienda, sed de talibus, quales fuere Raf Chanina, & Raf Oschaja. Scilicet, hi sutoriam artem exercebant in Judæa, habitabant in platea scortorum, faciebant meretricibus calceos, eosq; allatos, pedibus illarum aptarunt, neq; tamen unquam oculos sustulere, ut ipsas intuerentur. Adhæc, quoties jurandum iis erat, hac utebantur formula:* Per vitam sanctissimorum terræ Israëlis Rabbinorum. Sed hæc, ὡς ἐν παρόδῳ diximus, nec afferrimus nunc, post digressionem, Rabbinorum opificum exempla alia, etsi magnam illorum copiam, e libro Juchasin & Zemach David, depromere licebat. Locus tamen præclarus, Murtadi Arabis, prout verba ejus, noster, quem sæpe laudavi Vattierius, interpretatus est, citra religionem omitti non posset, quando quicquid virorum sua opinione magnorum, unquam orbis tulit, laborasse manibus, & in opificio aliquo occupatos fuisse, Murtadi ostendere breviter satagit. *L'on raconte d'vn des Jurisconsultes d' Egypte Dieu luy fasse misericorde, qu'il disoit. I'ay oüy vn homme qui racontoit dans la tente du Commandeur des Fidelles Gamrou fils de Gase, Dieu luy fasse paix, ou vis a vis d'elle, comme vne chose qu'il tenoit du Mecdade fils de Magdaquerbe le Zebidien, que le Prophete, a qui Dieu fasse paix & misericorde, parlou ainsi. Personne ne peu rien manger de meilleur en ce monde, que ce qu'il mange de trauail de ses mains. Car, le Prophete de Dieu Dauid, viuoit du trauail de ses mains. L'on raconte du Bara, Dieu luy fasse paix, qu'il parloit ainsi sur ce sujet. Les Prophetes, & les deuots, ont tousjours tasché, de gagner de quoy viure par des voyes permises. Adam, a qui Dieu fasse paix, a esté Laboureur. Seth a esté tisserand. Edrise a esté cousturier ; Noé, Charpentier ; Cadar, Muletier ; Dauid, cuirassier ; Abraham, semeur, les autres dissent, faiseur de crespe ; Saliche, marchand ; Moyse, & Saguibe, & Mahommet, a qui Dieu fasse paix, & misericorde, ont esté Bergers ;*

Locman

Locman, cousturier ; Jesus fils de Marie, Pelerin ; Abubecre, & Omar, & Othman, & Gali, & Gabdotrachamam fils de Guphe, & Talche, ont esté marchands de crespes ; Maimoune fils de Meharam, & Mahommet fils de Sirin ont aussi esté crespiers ; le Zebire fils du Gauame, & Gamrou fils de Gase, & Gamer fils de Carire, ont esté Marchands de soye ; Job le Pelletier, vendoit des peaux de marroquin ; Sagad fils d'Abuuacase faisoit marchandise de pastel ; Othman fils de Mahommet le Lachainien estoit cousturier ; Malique fils de Dinare estoit Escriuain. Exempla placent : Sed, num vera sint omnia, non ea cura nuncangit animum meum.

7. Quod duabus vicibus in hoc capite dicitur: Si immunda &c.] Sciendum τὸν Ribbi, sive R. Jehudam, in re ipsa haudquaquam a R. Akiba dissentire, sed tantum circa modum probandi. Hic enim, ex affixo copulativo, opinionem suam roborabat, cum Ribbi repetitionem urgeat vocum integrarum.

ב

בו ביום דרש רבי עקיבא
Lev. XI, 32. וכל כלי חרש אשר יפול
מהם אל תוכו כל אשר
בתוכו יטמא אינו אומר טמא
אלא יטמא לטמא אחרים
לימר על ככר שני שמטמא
ארת השלישי אמר ר׳ יהושע
מי יגלה עפר מעיניך רבן
יוחנן בן זכאי שהיית אומר
עתיד דור אחר לטהר ככר
שלישי שאין לו מקרא מן
התורה שהוא טמא והלא
עקיבא תלמידך מביא לו

II.

[1] ILla die, hunc in modum disserebat R. Akiba. *In quodcunque vas testaceum, aliquid illorum ceciderit, omne quod intra ipsum fuerit, immundum reddet.* Non dicitur hic, Immundum est, sed, *Immundum reddet* : (*ut innuatur ejusdem contactu*,) alia immundi reddi. [2] Docet nimirum, rem pollutam secundi gradus, polluere rem gradus tertii. Tum exclamabat R. Josua, [3] O, si quis pulverem demeret, tuis R. Jochanan fili Saccai oculis ; qui dixeras, [4] futurum quondam tempus, [5] quo munda pronunciabitur res gradus tertii, quia nullus suppetat locus e Scriptura, quo

מקרא מן התורה שהוא טמא שנאמר כל אשר בתוכו ט׳ יטמא: ra, quo immunda esse (arguatur.) Atqui R. Akiba, discipulus tuus, [6] testimonium Scripturæ adducit, immundam esse: Q. S. E. *Omne quod intra ipsum fuerit, immundum reddet.*

ANNOTATA.

1. Illa die &c.] Nunc, a Sota fit tantisper discessus, & ad alienissima ab illo negotio dilabitur Mischna, ita ut omnes Mercurii & Lares non possint eam reducere in viam. Causam, extra oleas vagandi, præbet R. Akibæ dictum, quod quia placuit, etiam alia ejus scita afferuntur: Nimirum, de Mischna quoque valet Regula, quam, de Gemara notare jubet Autor libri Halichot Olam. tract. 2. c. 2. p. 80. דרך הגמרא לסדר יחד מאמרים מחכם ואף על גב דלא שייכי אהדדי כי הא דפרק אין מעמידין שמביא כמה דברים זה אחר זה מחלוקת ר׳ יוחנן ור׳ אלעזר ור״ש בר נחמני וכן דרך נהוג בכולית גמרא: Cl. l'Empereur vertit: *Gemaræ hoc in more positum, ut unius Sapientis dicta, simul jungat; quamvis inter se non conveniant. Quemadmodum illud Capitis,* Non constituunt; *ubi multa, alia post alia producit, circa controversiam D. Joannis, D. Eliazaris, & D. Simeonis f. Nahmanis. Atq; hac trita via est per totam Gemaram.* Cæterum, notandum, diem, cujus hoc loco mentio injicitur, esse eam, qua R. Eleaser Asariæ filius, remoto Gamaliele, Princeps, electus fuit. Non est ulla alia, in Talmude celebrior, & quoties κατ' ἐξοχὴν בו ביום dicitur, hanc intelligere oportet. Historia narratur prolixe in Berachot fol. 27. seq. quam, tum quia obscura habet plurima, tum, quia cæteroquin, hoc caput Mischnæ versando, infelix & sterile arvum colimus, explicabo integram.

תנו רבנן מעשה בתלמיד אחד שבא לפני ר׳ יהושע אמר ליה תפלת ערבית רשות או חובה אמר ליה רשות בא לפני רבן גמליאל אמר ליה תפלת ערבי׳ רשות או חובה אמר ליה חובה אמר ליה והלא רבי יהושע אמר לי רשות אמר ליה המתן עד שיכנסו בעלי תריסן לבית המדרש כשנכנסו בעלי תריסין עמד השואל ושאל תפלת ערבית רשות או חובה אמ׳ לו רבן גמליאל חובה אמר להם רבן גמליאל לחכמי׳ כלום יש אדם שחולק

שחולק בדבר זה אמר ליה ר' יהושע לאו אמר ליה והלא
משמך אמרו לי רשות אמר ליה ר' יהושע עמוד על רגליך
ויעידו בך עמד ר' יהושע על רגליו ואמר אלמלא אני חי והוא
מת יכול החי להכחיש את המת ועכשיו שאני חי והוא חי
היאך יכול החי להכחיש את החי היה רבן גמליאל יושב ודורש
ורבי יהושע עומד על רגליו עד שרננו כל העם ואמרו
לחוצפית התורגמן עמוד ועמד אמרי עד כמה נצעריה וניזיל
בראש השנה אשתקד צעריה בבכורות במעשה דרבי צדוק
צעריה הכא נמי צעריה תא ונעבריה מאן נוקים ליה נוקמיה
לרבי יהושע בעל * מעשה הוא נוקמיה לרבי עקיבא דילמא
עניש ליה דלית ליה זכות אבות אלא נוקמיה לרבי אלעזר
בן עזריה דהוא חכם והוא עשיר והוא עשירי לעזרא הוא
חכם דאי מקשי ליה מפרק ליה והוא עשיר דאי אית ליה
לפלוחי לבי קיסר אף הוא עזיל ופלח והוא עשירי לעזרא
דאית ליה זכות אבות ולא מצי עניש ליה אתו ואמרו ליה
ניחא ליה למר דליהוי ריש מתיבתא אמר להו איזיל ואימליך
באינשי ביתי אזל ואמליך בדביתהו אמרה ליה דילמא מעברין
לך אמר לה יומא חדא בכסא דמוקרא ולמחר ליתבר אל
לית לך חוורתא ההוא יומא בר תמני סרי שנה היה אתרחיש
ליה ניסא ואהדרי ליה תמני סרי דרי חוורתא היינו דקאם
ראב"ע הרי אני כבן ע' שנה ולא בן שבעים שנה תנא אותו
היום סלקוהו לשומר הפתח וניתנה להם רשות לתלמידי
ליכנס שהיה ר"ג מכריז ואומר כל תלמיד שאין תוכו כברו
לא יכנס לבית המדרש [משום דאמרינן כל השונה לתלמיד
שאינו הגון כאלו זורק אבן למרקולים ורבי אלעזר בן עזריה

הני

* In En Israel fol 25. col. 2. legitur. הוה לית בעל דבר

Hæc omnia ingenti vitio absunt a Talmude Amst. quæ ex En Israel restituimus.

הני ימילי היכא דקים לן שאינו הגון ורבי אלעזר בן עזריה דרש
לעולם יעסוק אדם בתורה ובמצות אפילו שלא לשמה שמתוך
שלא לשמה בא לשמה] ההוא יומא אתוספו כמה ספסלי
א"ר יוחנן פליגי בה אבא יוסף בן דוסתאי ורבנן חד אמר
אתוספו ד' מאה ספסלי וחד אמר ז' מאה ספסלי הוה קא
חלשה דעתיה דר"ג אמר דילמא חס ושלום מנעתי תורה
מישראל אחזו ליה בחלמיה חצבי' חוורי דמליין קטמא ולא
היא ההיא ליתובי דעתי' הוא דאחזו ליה תנא עדיות בו ביום
נשנית וכל היכא דאמרי' בו ביום ההוא יומא הוה ולא
היתה הלכה שהיתה תלויה בבית המדרש שלא פירשוה:

Id est: *Narrant Rabbini, convenisse aliquando Discipulum quendam, R. Josuam, & quæsivisse ex eo, num Vespertinæ preces, ex necessitate, an sola libertate peragantur? Respondit ipse, ex libertate peragi. Idem rogator, cum accessisset R. Gamalielem, & eandem quæstionem huic proposuisset, responsum tulit, peragi eas ex necessitate. Cum vero alter excepisset, quod R. Josua eas preces meræ libertatis esse pronunciarit, jussit eum præstolari, quoad cataphracti milites,* (sive Sapientum eximii, & exercitatissimi in disputando,) *in Academia essent adfuturi. Iis ingressis, surrexit ille Rogator, quæsivitq́;* Anne Vespertinæ preces ex necessitate, an vero ex libertate peragantur? *Respondit R. Gamaliel, ex necessitate eas peragi, & simul percontatus est, num quis hominum adesset, qui id vocaret in dubium? Regessit R. Josua, adesse neminem. Atqui, inquit R Gamaliel, de te mihi relatum est, quod eas preces libertatis esse asserueris; heus tu igitur R. Josua, erige te in pedes, ut testes adversus te producantur. Proinde surgens R. Josua, dixit: Si ego superstes essem, ille vero* (meus percontator) *diem obiisset, ego vivus, defunctum possem arguere mendacii. Nunc vero, quando uterq; salvus est, vivus vivum, falsi insimulare nequit,* (& invito mihi fatendum, affirmasse me vespertinas preces, a nuda hominis dependere voluntate. Interea loci,) *sedebat R. Gamaliel & disserebat, stante adhuc R. Josua erecto; igitur murmurare cœtus, & Chuzpito præconi,* (cujus ore loquebatur Gamaliel,) *imperare,* (sileret, ac) *surgeret. Cum surrexisset, inquiunt: Usq; quo* (Gamaliel insontem Josuam) *indesinenter affliget? In ipso anni præteriti exordio eum vexavit. Vexavit eum circa*

circa negotium R. Zadoki, uti ex Bechorot constat ; & ecce nunc iterum illum exagitat ; Agedum, Principatu illum exuamus. (Sed vero, porro inquiunt,) *ecquem, in locum surrogabimus ? Surrogemus R. Josuam : At is est antagonista ejus* (atque sic æterna erunt dissidia.) *Surrogemus R. Akibam : At, fortasse hunc visu effascinabit* (ad necem usque,) *majorum enim meritis destituitur. Quin ergo surrogamus R. Eleasarem Asariæ filium, ipse enim sapiens est, & dives, abundatq; suppetiis. Sapiens est, valebitq; solvere, omnes, si quas Gamaliel proponat difficultates. Dives est ; unde, imperante Cæsare pecuniam, non minorem quam Gamaliel, faciet largitionem. Deniq; abundat suppetiis, eo quod avorum meritis probe est instructus, ut nihil a Gamalielis fascino ei metuendum sit periculi. Sic abeuntes,* (cum quæsitum, invenissent,) *sciscitantur : Nunquid, Domine, placet, summum inter nos Principatum gerere ? Respondit ipse : Vadam prius deliberatum cum domesticis meis : Abiens, rem proponit uxori, quæ, fortasse, inquit, loco iterum te movebunt. Cui maritus :* (At proverbio dici solet:) Vel die unico gaudendum esse vitro pretioso, etiamsi postridie frangatur. *Pergit ipsa : Nondum barbam canam habes,* (imo prorsus es imberbis, quamobrem nulla jus dicentis, nulla pro concione loquentis, erit autoritas.) *Erat tum natus* (R. Eleasar) *non nisi annos octodecim, obtigitq; ei miraculum, ut derepente genæ ejus octo & decem ordinibus pilorum canorum,* (promissorumque) *vestirentur : unde dicere sæpe solebat iste R. Eleasar A. F. Equidem senem annorum LXX. præ me fero, neutiquam tamen annos LXX. natus sum.* (Postquam satis cum uxore egerat R. Eleasar, discessit, & honore est inauguratus:) *Ibi vero, abacto janitore, Discipulis quibusvis intrandi Academiam potestas fuit concessa.* (At, Principatu fungente R. Gamaliele, idem non licebat,) *eo quod propalam ediceret :* CUIUSCUNQUE DISCIPULI SAPIENTUM INTERIORA EXTERIORIBUS NON RESPONDENT, HANC ACADEMIAM NON INGREDITOR : *Innitens illi vulgato.* Eum qui indignum discipulum erudit, idem agere, ac si in Mercurii acervum projiciat lapidem. (Quod etsi non negabat) *R. Eleasar, tamen arbitrabatur, id eo casu tantum valere, quo indignum quem esse, indubitato constat, cæteroquin vero in ore ei erat :* Æternùm debet homo præceptis bonisque operibus studere, etiamsi non ipsorummet amore id faciat, dum enim alterius finis gratia iis se mancipat, tandem eo deveniet, ut ipsorummet causa obsequium præstet. *Enim vero,* (data omnibus Academiam intrandi venia,) *tum quidem subselliorum numerum augere necesse erat : Atq; autore R. Jochanane, est inter Abbam Josephum Dustai filium, & cæteros Magistros, de* (summa addi-

ma additorum subselliorum) *dissensus, illo quadringentis, his vero septingentis subselliis, Academiam auctam esse, contendentibus.* (Eam frequentiam cum animadvertisset) *R. Gamaliel, discruciari cœpit animo, & secum queri: Forsitan, quod tamen abominor, arcui quosdam Judæos a Legis studio.* (Cæterum, per quietem,) *in insomnio visui ejus objecta hydria alba, repleta cineribus,* (ut edoceretur, vanum esse metum suum, illamque Discipulorum novorum turbam, sanctimoniam, & sacras literas discendi ardorem simulare, sed intus, & in cute, solida probitate ac diligentia destitui:) *Verum, hac tantum sic illi ostensa sunt, ad tranquillandam mentem ejus*: (revera enim Discipuli isti, bonæ frugis erant, certumque est R. Gamalielem, multos, a Legis Divinæ studio, male exclusisse.) *Fertur, die illa* (qua R. Eleasar Princeps electus fuit,) *in Academia, librum Talmudicum Edajot esse prælectum, & quotiescunq; in universo isto Opere nude occurrunt verba,* illa die, *de hac luce capienda sunt:* (Quippe, quæ & hoc singulare habebat,) *ut nulla in Academia proposita fuerit difficultas, quæ in dubio, & insoluta permanserit.*

2. Docet nimirum &c.] Sic capienda R. Akibæ mens est: Si, verbi causa, quod reptile immundum, delapsum sit in ollam aliquam, olla impura redditur, & ipsum reptile Pater immunditiei, olla primus ejus gradus, vel potius primus immunditiei fœtus esse dicitur. Jam, si ollæ quis quid indat, id omne vitium contrahit, estque hic immunditiei gradus sive fœtus alter. Porro, & ipsum illud, quod in olla fuerat, suo contactu rem aliam immundam facere potest, ut ita ex secundo fœtu aut gradu, nascatur tertius. Hanc suam opinionem, etsi ex Scriptura adstruere laboravit R. Akiba, tamen illa in praxin recepta non fuit, in sola enim Truma trifaria graduum aut fœtuum imunditiei conceditur generatio, in rebus vero profanis, non nisi duo gradus sunt, & pater, ut ita loquar, immundus, impurum filium, filius sui similem nepotem producit, nec ultra generatio extenditur.

3. O si quis pulverem demeret &c.] Credo, hac phrasi, modeste mortui alicujus ignorantiam, aut errorem notari: Quo sensu in Vajikra Rabba sect. 25. legimus? דרש ר' יהוד' בן פזי מי יגלה עפר מעיניך אדם הראשון שלא יכולת לעמוד על ציויך שעה א' והרי בניך ממתינין לערלה ג' שנים׃ Id est: *Ingeniose dixit R. Jebuda F.P. O si quis pulverem demeret tuis Adame protoplaste oculis: tu enim præceptum* (Dei, de non comedendo fructu vetitæ arboris,) *ne per horam quidem servare potuisti. At, ecce posteri tui, universis tribus annis, præputium arborum præstolati sunt,* (& esu fructuum abstinebant, secundum Dei mandatum Lev. XIX, 23.) His affinis est, alter loquendi modus, quo,

quo, *ori cujusdam pulverem imprecantur* : cujus geminum exemplum extat in Bava Batra fol. 16. a. לו שקול ישקול כעסי וגו' אמר רבא עפרא בפומיה דאיוב חברותא כלפי שמיא לא יש בינינו מוכיח ישת ידו על שנינו אמר רבא עפרא בפומיה דאיוב כלום יש עבד שמוכיח את רבו: Id est : (Dictum illud Jobi c. VI, 2.) Utinam accurate penderetur indignatio mea &c. (secum volvens) *Raba, exclamavit : Pulvis sit in ore Jobi ! Quid enim ? anne Deo socium facere intendit ?* Porro, idem, secum perpendens, illud alterum, cap. IX, 33.) Non est inter nos arbiter, interpositurus manum suam inter utrumque nostrum; *iterum exclamavit : Pulvis sit in ore Jobi ! Nunquid enim fas est servo, corripere Dominum?*

4. Futurum quondam tempus] Cl. Pococke in Porta Mosis p. 324. dictum hoc vertit paulo obscurius : *Futurum est seculum quod mundam carnem pronunciabit placentam tertiam, cui non ex lege fundamentum.*

5. Quo munda pronunciabitur res gradus tertii.] Supple : *Etiam in Truma.*

6. Testimonium Scripturæ adducit immundam esse.] Iterum supple : *Vel adeo in profanis.*

ג III.

Lev. XXXV, 5. בו ביום דרש רבי עקיבא
ומדותם מחוץ לעיר את פאת
קדמה אלפים באמה וגומר
v. 4. ומקרא אחר או מר מקיר העיר
וחוצה אלף אמה סביב אי
אפשר לומר אלף אמה שכבר
נאמר אלפים אמה ואי אפשר
לומר אלפים אמה שכבר זא
נאמר אלף אמה הא כיצד

EAdem die, porro disserebat R. Akiba : *Et metiemini extra civitatem, ad plagam orientalem, bis mille cubitos &c.* Alio loco vero dicitur : *Sunto a muro civitatis cujusq; extrinsecus, mille cubiti circumquaq;.* [1] Non igitur de mille cubitis, accipi potest: nam; etiam bis mille cubiti designantur. Quin, nec accipi potest, de bis mille cubitis ; nam, memorantur etiam mille cubiti. Quomodo ista (*concilianda? Scilicet,*) mille

אלף אמה מגרש ואלפים אמה תחום שבת רבי אליעזר בנו של רבי יוסי הגלילי אומר אלף אמה מגרש ואלפים אמה שדות וכרמים׃

mille cubiti ad [2] suburbium (*spectant,*) bis mille vero cubiti, [3] ad terminum sabbaticum. [4] R. Elieser F. R. I. G. mille cubitos de suburbio, bis mille cubitos, de agris & vineis accipit.

ANNOTATA.

1. Non igitur de mille cubitis &c.] Hac ratione solent Talmudistæ, ad speciem pugnantia Scripturæ dicta, sibi invicem opponere: Joma fol. 86. a. & iterum in Schevuot fol. 39. a אא׳ לומר ונקה שכבר נאמר לא ינקה ואא׳ לומר לא ינקה שכבר נאמר ונקה הא כיצד׃ Id est: *Non licet dicere*, (Deum) *absolvere* (sontes, nam Ex. XXXIV. 7.) *legitur, eum non absolvere. Sed, nec dicere licet, eum non absolvere. Nam eodem loco asseritur, eum illos absolvere. Quomodo hæc cohærent?* Taaniiot fol. 29. a. אי איפשר לומר בז׳ שכבר נאמר בי׳ ואי אפשר לומר בי׳ שכבר נאמר בז׳ הא כיצד׃ Id est: *Non licet dicere* (Templum Dei, Mensis quinti) *die septimo* (esse combustum:) *Nam* (Jer. LII, 12.) *legitur, id accidisse die decimo. Sed, nec licet dicere, decimũ diem templo fatalem fuisse, nam* (2. Reg. X 8.) *illud de die septimo prædicatur. Quomodo hæc conciliabo?* Aliud exẽplũ, habebimus infra, in Excerptis Gemaræ c. XII. Num XXIII.

2. Suburbium] Suburbium secundum R. Salomonem capere hic oportet רחבה פנויה מזריעה ומבתים ומאילנות לנוי העיר Id est: *Plateam* (seu spatium,) *vacuum segete, ædificiis, ac arboribus, ad urbis ornatum faciens.*

3. Ad terminum Sabbaticum] De Termino Sabbatico non habeo quod addam, iis, quæ viri Docti, Samuel Petitus, Observat. l. 3, c. 1. & maxime Seldenus l. 3. de Jure Nat. & Gent. juxta disc. Ebr. c. 9. erudite disserunt, ad eos Lectorem dimitto.

4. R. Eliesér F. R. I. G.] Hujus sententia priori prævaluit, eo quod secundum opinionem receptissimam, iter Sabbaticum minus, seu bis mille cubitorum terminus, in verbo Divino fundamentum non habet, sed ex scitis tantum Scribarum, & Magistrorum dispositione diu post Legem latam manavit. Amplexus est, eundem difficultatem tollendi modum, Menasse Ben Israël in Conciliatore Pentateuchi. Præmissa enim, sub calcem eorum, quæ ad Numerorum librum disseruit, ap-

parenti illa Scripturæ de mille, & bis mille cubitis repugnantia, subjicit poltea : *En la Guemara de Sotá se mueue esta contradicion, y R. Elihezer la concilia deste modo, Dos mil codos se le dauan a los ciudades de los Levitas, de espacio, midiendo de la ciudad para fuera ; de los quales los mil, seruian de arrabales de la ciudad para hermosura della, en los quales no podian plantar casas ni viñas, ni podian sembrar, mas les seruian solamente de traer alli sus ganados : y por estos dize luego el texto, que seran para sus quatropeas y para sus ganados, y para su biviendá : y ansi dizen los antigos, que non podian ni aun enterrar alli sus muertos : empero en los otros mil podian plantar, casas, viñas quintas y hazer sus edificios : ordenando el Señor por euitarles trabajo, tuviessen luego junto a la ciudad, sus ganados.* Adduxissem verba Latinæ editionis, si aliquid ibi reperissem, quod istis responderet. Non autem satis scio, quare ex ea, integra hæc Annotatio exciderit.

ד IV.

Ex.XV, 1. בו ביום דרש רבי עקיבא אז ישיר משה ובני ישראל את השירה הזאת לה' ויאמרו לאמר שאין תלמוד לומר לא לאמר ומה תלמוד לומר לאמר מלמד שהיו ישראל עונין את אחריו של משה על כל דבר ודבר כקורין את ההלל אם אשירה לה' כי גאה גאה לכך נאמר לאמר רבי נחמיא או אומר בקורין את שמע ולא בקורין את ההלל:

1 Eodem quoq; die, sapienter monuit, R. Akiba : *Tunc cecinit Moses & filii Israëlis, canticum istud Domino, & loquuti sunt, dicendo.* [1] Non opus erat, ut Scriptura adderet verbum, *Dicendo* : quid ergo eadem innuit, per illud, *Dicendo*? Nempe docetur, Judæos Mosi præcinenti, ad unumquodque verbum, canendo respondisse, eum in modum, quo, *Hallel* recitant. *Cantabo Domino eò quod admodum excelluit.* Hac de causa adjungitur, *Dicendo*. R. Nehemias opinatur, potius cum recitatione lectionis *Audi*, quam cum Hallel, comparationem faciendam.

ANNOTATA

1. Eodem quoque die &c.] Hoc Mischnæ comma explicatur in primo Gemaræ Excerpto.

2. Non opus erat, ut Scriptura adderet verbum, Dicendo:] Ubi de Mose sermo est, tum maxime adhibetur verbum לאמר *Dicendo*, cum Numen aliquid ei præcepit, quod rursus ad Israëlitas referre debebat. Extra quem casum, cum hoc *Dicendo* legatur, aliud ibi latense ruendum est.

3. Hallel] De duplici Hallel, ejusque recitatione, multa, uti solet, erudite congessit Buxtorfius in Lex. Talm. pag. 613. seqq. Sed mirum, omisisse eum variantes Judæorum de ejus autore sententias, hanc ergo laciniam, ejus vesti assuimus, ex Pesachim fol. 117. a. תנו רבנן הלל זה מי אמרו רבי אליעזר אומר משה וישראל אמרוהו בשעה שעמדו על הים הם אמרו לא לנו יי׳ לא לנו וגו׳ משיבה רוח הקדש ואמרה למעני אעשה כי איך יחל ר׳ יהושע אומר יהושע וישראל אמרוהו בשעה שעמדו עליהם מלכי כנען הם אמרו לא לנו ומשיבה רוח וכו׳ ר׳ אליעזר המודעי אומר דבורה וברק אמרוהו בשעה שעמד עליהם סיסרא ויבין הם אמרו לא לנו יי׳ לא לנו משיבה רוח הקדש ואומר להם למעני למעני אעשה כי איך יחל ר׳ אליעזר בן עזריה אומר חזקיה וסייעתו אמרוהו בשעה שעמד עליהם סנחריב הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ ר׳ עקיבא אומר חנניה מישאל ועזריה אמרוהו בשעה שעמד עליהם נבוכד נצר הרשע הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ רבי יוסי הגלילי אומר מרדכי ואסתר אמר בשעה שעמד עליהם המן הרשע הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ וחכמים אומרים נביאין שביניהן תיקנו להם לישראל שיה ואומרים אותו על כל פרק ופרק ועל כל צרה וצרה שלא תבא עליהם לישראל ולכשנגאלין אומרים אותו על גאולתן עד היכן הוא אומר בש״ אומרים עד אם הבנים שמחה ובה״ אומרים עד חלמיש למעיני מים: Id est: *Quæsitum fuit inter Magistros, quis composuerit Hallel? R. Eliesér dixit, Mosen & Israëlitas ejus autores esse: nam cum in mari constituti essent, dixerunt :* Non nobis Domine, non nobis &c. *Respondit q, Spiritus Sanctus, enuncians :* Propter me faciam, nam quomodo prophanaretur ? *R. Jehoschua censuit, Josua, & Israëlitis reliquis, id acceptum ferendum, cum enim Reges Cananitarum iis superstarent, di-*

Sequimur lectionem En Israel fol. 96. col. 3. omissis quibusdam alienis quæ Talmud Amste'. inserit.

Psal. CXV, 1. Es. XLIIX, 11.

xerunt : Non nobis &c. *Respondit Spiritus Sanctus &c. R. Eliefer Hammodai opinabatur : A Debora & Barako concinnatum Hallel esse. Scilicet, cum Sisra & Jabin iis extrema minarentur, inquiunt* : Non nobis &c. *Responditq; Spiritus Sanctus &c. R. Eliefer Asariæ filius, Hiskiam ejusq; Socios τῶ Hallel facit Autores, ut cum Sancherib gravis ipsis esset, dixerint* : Non nobis &c. *Responderitq; Spiritus Sanctus &c. R. Akiba, Chananjam, Misaëlem & Asariam fecisse Hallel credit, dixisseq;, cum Nebucadnezar nequam, iis esset iratus* : Non nobis &c. *Respondente Spiritu Sancto &c. R. Jose Galilaeus, Mardochaeum & Estherem inventores τῶ Hallel praedicavit, ita ut cum Haman sceleratus iis gravis esset, ipsi dixerint* : Non nobis &c. *Subjeceritq; Spiritus Sanctus &c. At, Sapientes contendunt, Prophetas, qui inter Judaeos floruere, Hallel ipsis eum in finem composuisse, ut quocunq; damno vel adversitate (quas tamen abominamur,) premerentur, illud recitarent, nec minus idem recitarent, liberationem consequuti. Quibus absolvitur*, (Hallel parvum?) *Secta Schamai Psalmo CXIII. absolvi arbitratur, sed Hillelis Secta, vult Psalmum. CXIV. addendum esse.*

ה

בו ביום דרש רבי יהושע בן הורקנוס לא עבד איוב את הקבה אלא מאהבה שנ׳ שנאמר הן יקטלני לו איחל ועדין הדבר שקול לו אני מצ׳ מצפה או איני מצפה ת״ל עד אגוע לא אסיר תומתי ממני מלמד שמאהבה עשה עשה אמר ר׳ יהושע מי יגלה עפר מעיניך רבן יוחנן בן זכ׳ זכאי שהיית דורש כל ימיך שלא עבד איוב את המקום אלא מיראה שנאמר איש תם

V.

EAdē luce, R. Josua Hircani F. in medium attulit : Job ex solo amore, Deo servivit : Q.S.E. (Job. XIII. 15.) *Si necaret me, sperarem in eum.* Pendet tamen adhuc res (*in dubio*,) num (*sensus sit.*) Ego sperabo ; an vero, ego non sperabo. Quare (*difficultatem tollendā*,) Scriptura (c. XXVI, 15) exprimit : *Quoad exspiravero, non amovebo integritatē a me* : Quo docetur, ex amore id eum fecisse. Tum exorsus R. Josua. O si quis pulverem demeret tuis R. Jochanan F. S. oculis, tota enim vita docuisti, quod Job infinito Numini, non nisi ex timore serviverit Q.S.E. (c. I, 1.) *Vir integer & rectus*

וישר ירא אלהים וסר מרע והלא יהושע תלמיד תלמידך לימר שמאהבה עשה:

*rectus, * timensq; Dei, & recedens a malo.* Et, nunquid non Josua † discipuli tui discipulus, evincit, quod id ex amore fecerit?

ANNOTATA.

1. Ex solo amore Deo servivit] Recte censent Judaei, cultum Deo gratum, ex mero erga illum amore proficisci debere, nec male ejus cultus indolem ac naturam, explicat Baal Chasidim Num. IV. העובד מאהבה עוסק בתורה ובמצות הולך בנתיבו' החכמה הראויה ועוסק בתורה ואוהב ה' אהבה גדולה לא מפני דבר שבעולם ולא מפני יראת הרעה ולא כדי לירש את הטובה אלא עובד באמת מפני שהקבה אמת וסוף הטובה לבא בכללה וצריך לאהוב את הבורא אהבת עזת ורבה עד אשר יחלה לאהבתו כאדם החולה לאהבת אשה והוא שוגה תמיד באהבתה בשכבו ובקומו ובצאתו ובבואו גם בעת מאכלו ומשתאו לא ינום ולא ישן מפני אהב' * ה' יותר ויותר מזה תהיה אהב' הבורא קשורה בלב אוהביו ותמיד ישגו בה כמו שצונו בכל לבבך ובכל נפשך וזהו שאמר שלמה בחכמתו דרך משל כי חולת אהבה אני: Id est: *Quisquis* (DEO) *ex amore servit, is Legi Divinae, bonisq; operibus studet, incedit in via verae sapientiae, & in Lege indies majores facit profectus. Porro,* DEUM *amat, amore flagrantissimo, non ullius quae in orbe est rei gratia, nec ob metum mali, aut ut felicitatem consequatur, sed vere* DEO *servit, quia is Veritas, & bonorum summum est, ut in communionem quasi ejus admittatur. Oportet vero amare Creatorem, amore vehementi & intensissimo, usq; dum prae amore quis langueat. Uti cum homo ob amorem foeminae cujusdam, aegritudinem contrahit, & ex affectus impotentia insanire occipit, ita ut sedens, stans, exiens, revertens, edens item, ac potans,* (eam meditetur,) *& nec quietem aut somnum illi capere amor concedat. Hoc tamen longe magis, longeq; ferventius, amor Creatoris, eum diligentibus infixus esse debet, adeo ut eidem inerrent, nam sic ipse* (Deut. VI, 5.) *jussit sese amare toto corde, & toto animo; quin & Salomo, pro sua sapientia, idem per translationem significavit, istis* (Cant. II, 5.) Aegra sum amore. Plura in hanc rem prolixe disserit Autor libri Imre Schaper pag. 71. b. quem, si ad manus est, consulere suadeo,

* Existimo rescribendum esse אהבתה

2. Sperarem in eum] De his verbis disquiritur, in eo, quod inter Gemaræ Excerpta est secundum.

3. Non nisi ex timore serviverit] Ex timore Deo servire dicuntur, qui, sic scribente Raschba, ad En Israël fol. 155. col. 1. id faciunt מאהבת השכר בלבד ומיראת העונש בלבד ולא יתכוונו לאהבת השם: וליראתו והוו להו כגוים שאם יבואו עליהם יסורין מתחרטין Id est: *Tantum præmii cupidine, & metu pœnæ, neq; ex animo Deum amant ac verentur, sed ad τῶν ἔξω mores se componunt, qui non nisi adversitate ingruente,* (male admissorum) *pœnitentia corripiuntur.*

4. Timensque Deum] Horum verborum proprietati inhærebat R. Jochanan, sic, ut urgeret, prædicari de Jobo, fuisse eum timentem Numinis, sed non amantem.

5. Discipuli tui discipulus] Id est, Discipulus R. Akibæ. Mutatur vero hic sermonis genus; nam §. 2. in re simili R. Akiba ob summam qua apud omnes fruebatur existimationem, non dicitur Discipuli R. Jochananis F. S. fuisse Discipulus, etsi revera, non ipsomet R. Jochanane, sed tantum R. Eliesere Hircani filio, ejus Discipulo, Præceptore usus erat. At Josuæ, filii Hircani, quia longe minor erat autoritas, ideo is quidem quod res ipsa erat, Discipuli Discipulus fuisse prædicatur.



EXCER-



EXCERPTA GEMARÆ:

פרק ה׃ CAPUT V.

אגדה א׃ EXCERPT. I.

ת״ר את זו דרש ר׳ עקיבא בשעה שעלו ישראל מן הים נתנו עיניה׳ לומר שירה וכיצד אמרו שירה כגדול המקר׳ את ההלל והם עוני׳ אחריו ואמ ראשי פרקי׳ משה אומר אשירה לי״י וישראל אומרי׳ אשירה לי״י משה אומר כי גאה גאה וגו׳ וישראל אומרים אשירה לי״י ר׳ אלעזר בנו של ר׳ יוסי בן הגלילי אומר כקטן המקר׳ את ההלל והם עונין אחריו מה שהוא אומר משה אמר אשירה לי״י והם אומרי׳ אשירה לי״י משה אומ׳ כי גאה גאה והם אומרי׳ כי גאה גאה ר נחמיה אומר כסופר הפורס על שמע

TRadentibus Magistris, ita hæc enunciavit R. Akiba: Ea hora, qua ascenderunt Israëlitæ ex mari, intenderunt animum, ad decantandum hymnum; quomodo vero hymnũ cecinere? Nempe,[1] sicut adultus Hallel recitat, cui reliqui in summa tantum capita respondent. Moses exorsus: *Cantabo Domino*: Judæi respondebant: *Cantabo Domino*: Moses pergebat: *Quia admodum excelluit.* Israëlitæ rursus subjiciebant: *Cantabo Domino.* R. Eliezer F. R. I. G. dixit (*canticum illud prolatum fuisse*,) prout [2] minorennis Hallel recitat, post quem reliqui iterant, quæ ipse dixerat. Moses cœpit: *Cantabo Domino*: Illi pariter dicebant: *Cantabo Domino.* Mose (*ulterius*) pergente: *Quia admodum excelluit.* Etiam illi subjiciebant: *Quia*

בבירת הכנסת שהוא פותח
תחלה והם עונים אחריו כם
במאי קא מיפלגי ר' עקיבא סבר
לאמר אמילתא קמייתא ורבי
אלעזר בנו של ר' יוסי הגלילי
סבר לאמר אכל מילתא ומילתא
ור' נחמיה סבר ויאמרו דאמרו
כולהו בהדי הדדי לאמר GL
דפתח משה ברישא ת"ר דרש
רבי יוסי הגלילי בשעה שעלו
ישראל מן הים נתנו עיניהם לומר
שירה וכיצד אמרו שירה עולל
מוטל על ברכי אמו ותינוק
יונק משדי אמו כיון שראו את
השכינ' עולל הגביה צוארו ות
ותינוק שמט דד אמו מפיו
ואמרו זה אלי ואנוהו שנ' מפי
עוללי ויונקי יסדת עוז תניא
היה ר"מ או' מנין שאפי' עוברים
שבמעי אמן אמרו שירה שנ'
במקהלות ברכו אלהים יי' ממקור
וגו':

Quia admodum excelluit. R. Nehemias opinatur, (*ita se rem habuisse*,) ceu quando hac ætate Doctor aliquis insignis, in Synagoga [3] fracturam facit, in recitatione (*Sectionis*) Audi, is enim principio [4] (*solus*) exorditur, deinde alii pergunt. In quo igitur isti dissentiunt? Videlicet R. Akiba existimat τὸ *Dicendo*, respicere tantum rei (*sive Cantici*) principium. At R. Eliefer F. R. I. G. vult τὸ *Dicendo*, referendum, ad totum negotium. Cæterum R. Nehemias probare conatur ex verbo, *Et loquuti sunt*, omnes simul decantasse; e verbo, *Dicendo*, autem, [5] quod primum exorsus fuerit Moses. Tradunt Magistri, R. Jose Galilæum probe dixisse: Ea hora qua Judæi e mari ascendebant, animum intenderunt ad hymnum efferendum, quomodo autem illum decantarunt? [6] Parvulus super matris genua repositus, & lactens, sugens ubera matris, cum divinam Majestatem vidissent, tum (*inquam*) parvulus collum arrigens, lactensque mammam matris ex ore dimittens, dixere: *Hic Deus meus, cui habitaculum decorum ponam.* Q. S. E. (Ps. VIII, 3.) *Ab ore infantium & lactentium fundatam disposuisti laudem* [7] Traditio extat, dixisse R. Meir: Unde constat etiam embryones in utero materno

terno, hymnum tum psallisse? Q. S. E. (Psal. LXVIII, 27.)[8] *In congregationibus benedicite Deo Domino,*[9] *de fontibus* &c.

ANNOTATA

1. Sicut adultus Hallel recitat] Intellige in Synagoga. Atque hic, adultus persequitur ordine integrum Hallel, cæteris ad unumquodque comma ab eo prolatum, subjicientibus tantum Hallelujah, quo ipso, etiam hi officio suo satisfecisse creduntur, etsi integrum Hallel ore suo non enunciarunt, nam, id ab adulto omnium nomine, factum est.

2. Minorennis Hallel recitat, post quem reliqui &c.] Minorennis, suis precibus alios non sublevat, quare cum is Hallel præcinit, non sufficit subjicere Hallelujah, sed integra commata ab eo prolata, repetere oportet. Cæterum, eadem quæ R. Eliesri, Philoni quoque Judæo mens fuit, nam & ipse Mosen voce præivisse, Judæos, ab eo cantata iterasse censet, in libro de Agricultura. Τὴν γοῦν παράλιον ᾠδὴν ᾄδουσι μὲν πάντες ἄνδρες, οὐ μὴν τυφλῇ διανοίᾳ, ἀλλ' ὀξὺ καθορῶντες, Μωϋσέως ἐξάρχοντος· ᾄδουσι δὲ καὶ γυναῖκες πρὸς ἀλήθειαν ἄρισται, τῷ τῆς ἀρετῆς ἐγγεγραμμέναι πολιτεύματι, Μαριὰμ ἀφηγουμένης αὐταῖς· ὕμνος δὲ ὁ αὐτὸς ἀμφοτέροις ᾄδεται τοῖς χοροῖς ἐπῳδὸν ἔχων θαυμασιώτατον, ὃν ἐφυμνεῖν καλόν· *Illud certe littorale carmen, canunt omnes viri, non tamen mente cæca, sed cernente acute, Mose præcentore: canunt & mulieres ad veritatem lectissimæ, virtutum civitati ascriptæ, Maria carmen præeunte. Hymnus autem idem a choris ambobus canitur, epodon mirabilem habens, quem decantari bonum est.* Et iterum libro de vita contempl. Τοῦτο καὶ ἰδόντες καὶ παθόντες, ὃ καὶ λόγου καὶ ἐννοίας καὶ ἐλπίδος μεῖζον ἔργον ἦν, ἐνθουσιῶντες ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, εἷς γενόμενοι χορὸς, τοὺς εὐχαριστηρίους ὕμνους εἰς τὸν σωτῆρα θεὸν ᾖδον, ἐξάρχοντος τοῖς μὲν ἀνδράσι Μωσέως τοῦ προφήτου, ταῖς δὲ γυναιξὶ Μαριὰμ τῆς προφήτιδος· *Accepto autem hoc, tam insigni, & insperato beneficio, correpti Numine viri pariter ac mulieres, & in unam choream conglomerati, hymnis gratias Servatori Deo canebant, præcinente viris Mose Propheta, Mariamne vero Prophetide fæminis.* Denique lib. 1. de vita Mosis: τὸ μέγα τοῦτο καὶ θαυμαστὸν ἔργον Ἑβραῖοι καταπλαγέντες, ἀναιμωτὶ νίκην οὐκ ἐλπισθεῖσαν, ἤραντο, καὶ κατιδόντες ἐν ἀκαρεῖ φθορὰν ἀθρόαν πολεμίων, δύο χοροὺς τὸν μὲν ἀνδρῶν, τὸν δὲ γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἠιόνος στήσαντες, εὐχαριστικοὺς ὕμνους εἰς τὸν θεὸν ᾖδον ἐξάρχοντος μὲν Μουσέως τοῖς ἀνδράσιν, ἀδελφῆς δὲ τούτου, ταῖς γυναιξίν· ἡγεμόνες γὰρ οὗτοι τῶν χορῶν ἐγεγένηντο· *At Hebræi stupentes, quod prodigiosam insperatamque sine sanguine nacti essent victoriam, & videntes hostem deletum momento temporis, duos choros, alterum virorum, alterum mulierum statuerunt*

in littore, cecineruntq; Deo hymnos gratulatorios, praeunte carmen viris Mose, Sorore vero hujus, mulieribus. Nam hi choreas ductabant.

3. Fracturam facit in recitatione Sectionis Audi] פרוס על שמע *Fractura Sectionis Audi*, in Synagoga fieri dicitur, cum post jam recitatum Krischma & Kaddisch, decem adhuc alii superveniant. In horum enim gratiam, quidam, eruditione & autoritate ante alios pollens, dimidium τῦ *Kaddisch*, item *Boruch*, ac *Iistabbach*, recitat, ita ut sermonem ipse ordiatur, reliqui deinde juxta cum eo pergant, atque hæc mutilata τῦ Krischma recitatio, habetur tamen pro integra. Cæterum, si hoc modo Canticum Mosis recitatum est, consequitur omnibus & singulis Israëlitis, non soli Mosi, Spiritum Sanctum verba illius hymni, inspirasse,

4. Solus exorditur deinde alii pergunt] Raro servatur decens ordo precandi, in Synagogis, & sæpe variis in locis Amici, qui eas lustraturi, comitem me adsciverant, cum aliorum horrisonos boatus, aliorum inconditum murmur, omnium sibi invicem obstrepentium querulas voces audirent, easque satis mirari non possent, me rogarunt, crederemne, etiam prisco ævo, eúndem fuisse Judæorum in Synagogis precantium habitum, vel potius strepitum & immodestiam? Dixi, non id verisimile videri; quin potius εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν, Sacra, etiam extra Hierosolymas peracta esse, passim ex Talmude, imo & Novo Testamento patescere. Nec possunt non, ipsimet saniores paulo Judæi, detestari hanc nuperam & recentem admodum in precando confusionem, quæ imprimis in Germanorum Synagogis dominatur, Itali enim & Lusitani, decoris sunt retinentiores. Quæ, in hanc rem, apud Autorem libri Lev Tob fol. 56. col 3. leguntur, digna sunt ut ea adscribam: *Vorzeiten sind nit gevvesen aso viel* מחזורים *Ehe der Druck is aufgekommen, is nit über zvvey oder drey* מחזורים *in der gantze Schul gevvest geschrieben auf Permeni, da hat es nimanz gesagt den der* חזן *as man hat gehat fürzeiten* חזנים *eitel* ראש ישיבות *seinen gevvest der hat vvol verstanden vvas er gesagt hat, die andern haben all zugehört den* חזן *vvie er sagt, daß keiner nit hat gesagt, der es nit verstanden hat, aber itzunder hat itlicher vor sich ein gros* מחזור *und schreyt hocher as der* חזן *und sagt, und sagt, und vvissen nit vvas sie sagen: gleich as ein Vogel der da schreyt, oder as ein Hund der da bellt, der nit vveis vvas er schreit, darum is es gar ein vvunderliche Sach, unsre schöne libliche* תפילות *die vvier haben, und sollen sie aso hinvveg bringen mit ohnverstand, und ohnvernunft, daß mier soln drein schreyen und hören den* חזן *kein Wort nit zu. Wer es nun nit besser daß mier solten stillschvveigen, und solten den* חזן *zuhören, den ins gemein ein iglicher* חזן *versteht jo vvas er sagt, und vven mier solten*

den

den חן *zuhören, Wort für Wort, den vvern mier ach* יצא *darmit, vven mir schon es nit verstünden, vven mier neiert den* חן *zuhoren.*

5. Quod primum exorsus fuerit Moses] Tanquam Magister eorum & omnium honoratissimus.

6. Parvulus] עולל lactente major est, ipsa Scriptura 1. Sam XV, 3. & c. XXII, 1.19, hoc discrimen faciente.

7. Traditio extat &c.] Idem hoc dictum repetitur in Cetubot fol. 7. b.

8. In congregationibus] Capienda hæc de Israëlitis congregatis in mari algoso.

9. De fontibus] Id est: Qui latent adhuc in materno utero. Sed vero, quia ineptum, & a sana ratione nimis remotum videtur, velle asserere, nondum vitali aura fruentes, & vix adhuc conceptos infantes, hymnum canere posse, ideo jure bono Autor libri Caphtor Vperach, inter cætera Talmudis, quæ ab absurditate vindicare satagit dicta, etiam hujus rationem habendam esse censuit, quod qua ratione salvare conetur, æquum est cognoscere. וקשה הלא אמרו ז״ל אין הנבואה שורה אלא על חכם גבור ועשיר והיאך אפשר שיהיה ראוי לנבואה מי שאין בו תנאי הנבואה ואין בו דעת ודבור וזה יקשה גם לאומרים ראת שפחה על הים מה שלא ראה יחזקאל בן בוזי והיאך אפשר שהנשים והשפחות חסרי הדעת יזכו לנבואת ושתהיה מדריגתן גדולה משל יחזקאל הנביא ויש שרוצין להוציא הדברים כאלו מפשוטן ואמרו כי אינן נאמרין כפשטן וכי הם משלים וחידות כודים פירושים זרים מלבם ואינם מאמינים כדרך הפלסופי׳ : אמנם מי שיש בלבו אמונה ואין לבו מעלה טינא יאמין שהש״י בורא חדשו׳ בארץ כפי השעה וכפי הזמן ואם הש״י נתן מתנה וחן גדול ורוצה שיזכו לנבואה כל ישראל ראויין ואינן ראוי׳ ואפי׳ הנשים כדרך מתן תורה שהיו כל ישראל נביאי׳ דכתי׳ בעבו׳ ישמע העם בדברי עמך

וכתיב

וכתיב כי מי כל בשר אשר שמע קול וגו׳ וגם ראינו שאול המלך לא היה ראוי לנבואה והתנבא והיו תמהים עליו כל רואיו אמרו הגם שאול בנביאים ואפילו המלאכי׳ ששלח נעשו נביאים ויתנבאו בתוכם כי יש נביא שאינו חכם וזה מאמרם ז״ל בבתרא חכם עדיף מנביא׃ כלומר מנביא שאינו חכם ראי נביא וחכם היאך חכם עדיף מנביא הכא חד והכא תרי ואין לתמוה ממאמרם ז״ל ראת שפחה על הים וכו׳ ועוברי במעי׳ אמן אמרו שירה והלא כתיב ענין אתון בלעם דברה לפי שעה שהוא יותר נמנע וענין הפרות שדרשו רז״ל וישרנה הפרות שאמרו שירה והזכירו השירה שהיו אומרין רני רני השיטה וכו׳ ורבו בהן הדעות ואם הש״י עשה למי שאין טבעו לומר שירה ואינו ממין המדברים כש״כ לעשות בטבע בני אדם שהם ממין הנביאים לתת להם כח וזכותו כח מחודש להגלות עתה מה שעלה במחשבה קודם בריאת העולם וע״ז אמר שלמה ע״ה התאנה חנטה פגיה כלומר אותן שאינן ראויין לכן עשאן נביאים קודם הזמן כמו הפרי הפג המתבשל קודם זמן ע״כ יש לנו להאמין בדברי רז״ל שהוי׳ מקובלים ממרע״ה וכבר אמרו ז״ל גבהו של מן ס׳ אמה ומי שאינו מאמין בזה אל יראה באותה טובה שנ׳ אל ירא בפלגות נהרי נחלי דבש וגו׳ ואמרו במכילתא גדול כח האמונה שבזכות האמונה נצחו עמלק דכתיב ויהי ידיו אמונה ובזכות האמונה שרתה שכינה בישראל וזכו לראותה דכתי׳ ויאמינו בה׳׃ Id est: (Illi dicto Gemaræ in Sota, quo etiam infantes, qui in utero latitabant, cecinisse dicuntur,) *opponere quis posset: Annon dixere Sapientes nostri f. m.* Prophetiam non cadere nisi in Sapientem, manu fortem, ac opulentum? *Quomodo igitur Prophetia capax erit, in quo*

In Nedarim fol. 38. 2.

in quo conditiones ejus deficiunt, quiq; & mente, & sermone destituitur? Atq; hæc, simul obstant illi quoq; effato, quo aliqui asserunt, Judæis in mari algoso constitutis, vidisse ancillã, ad quæ videnda ne quidẽ Ezechiel Busi filius, admissus est. *Quomodo enim,* (dicat quis,) *accidere poterat, ut fœminis, & ratione carentibus ancillis, prophetiæ donum obtingeret, & ut majori privilegio uterentur quam Ezechiel Propheta*, (revelationum dignitate, omnes alios sui ordinis longe superans?) *Atq; sunt quidam, qui in hujus generis dictis, verba nativo suo sensu spoliant, contendentes, non proprias esse locutionẽs, sed parabolas, & ænigmata, unde ex suo cerebro peregrinas comminiscuntur interpretationes, & Philosophorum instar, nihil* (nisi quod palpare queunt, aut quorum ratio in promtu est,) *credere postulant. At, cujus cor fide instructum, ac livore vacuum est, facile concedit, Deum æternum, res novas in orbe creare, pro ratione temporis, aliarumq; circumstantiarum. Neq; quisquam eum impediet, quo minus dona & gratiam suam dispensare, atq; si velit, omnes Israëlitas, tam dignos, quam indignos, & adeo mulieres etiam, Prophetas facere queat: quod idem accidit, cum promulgata lex est, ibi enim omnes Israëlitæ Prophetæ fuerunt, prout scriptum* (Ex. XIX, 9.) Ut audiat hic populus cum alloquar te. *Item:* (Deut. V, 26.) Nam quæ est ulla caro quæ audiverit vocem &c. *Sic videmus Saulum Regem, prophetia indignum fuisse, & tamen vaticinatum esse, quæ res, omnes eum intuentes, in admirationem convertit, ut dicerent:* Estne etiam Saulus inter Prophetas: *Quin & nuncii, quos miserat, prophetæ redditi sunt, & una cum cæteris vaticinabantur. Nimirum, est quandoq; Propheta qui non sit Sapiens, quo sensu dicunt Magistri nostri, in Bava Batra; Sapiens, præstantior est Propheta: Puta, Propheta qui non est Sapiens, nã si idem aliquis, & Propheta & Sapiens sit, quomodo eo præstantior esse Sapiens posset, cum iste duplici, hic vero uno tantum gaudeat privilegio? Nemo igitur tantopere miretur, quæ Sapientes de Ancillis in mari constitutis, & embryonibus in utero latentibus, pronunciarunt: Annon enim in Scripturis* (Num. XXII.) *legitur, Asinam Bileami, pro tempore, loquutam fuisse, quod longe est mirabilius. Accedit, quod Magistri nostri de Vaccis* (in Avoda Sara fol. 24.) *tradunt, quas cecinisse ajunt, prodentes simul verba hymni ipsorum, quo dixisse feruntur:* [רוני רוני השיטה התנופפי ברוב הדרך המחושקה בריקמי זהב המהוללה כדביר ארמון ומפוארה בעדי עדיים Id est: *Cane Cane, Arca optima: Eja effer te, in magnitudine decoris tui. Induta es vestes aureas acu pictas. Laudaris in regio palatio tuo: Ornata es, ornatu exquisitissimo.*] *Ac multa de ea re commen-*

tantes. Quod si igitur Deus æternus, quædam animantia sermonis expertia canora reddidit, cum non sint ex genere loquentiũ: Quanto magis hominibus utpote quorum naturam Prophetæ participant, eam gratiam singularem viresq; tribuere posset, ut nunc enuncient, quæ ante conditum mundum ipse fuerat meditatus? In hanc rem ait Salomo b. m. (Cant. II, 3.) Ficus protulit grossulos suos: *Quasi diceret: Eos, qui parum apti erant, Prophetas fecit nondum matura ætate, prout grossus fructus præcox est. Quamobrem, fides habenda verbis Sapientum nostrorum, qui, sua tradita, a Mose Legislatore nostro b. m. acceperunt. Nempe, sic ajunt, Mannam cubitos LX. fuisse altam, & in dubium id vocantes, ejus boni futuros exsortes: uti* S. E. (Job. XX, 17.) Ne spectet rivos, flumina, torrentes mellis & butyri &c. *In Mechilta vero traditur*: Magna vis est fidei, quippe cujus præsidio victus est Amalek, Q. S. E. (Ex. XVII, 12.) Et fuerunt manus ejus fides. *Fidei quoq; beneficio, Divina Majestas super Israëlitis recubat, ipsiq; eandem intueri merentur*: Q. S. E. (Ex. XIV, 31.) Et crediderunt in Dominum. Enim vero, næ, fecit nimium intelligendo iste homo, ut nihil intelligeret, atque ut minus minusque Gemaræ nostræ assertum nobis redderet probabile. Eadem ratione, qua supra in re simili utebamur, rursus paucis, refellemus omnia. Etiam Christiani fatemur ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα· *Non esse impossibile apud Deum omne verbum.* Sed, non tantum quid possit Deus, verum & quid velit, respiciendum: Ut enim aliquid fiat, oportet σύνδρομον εἶναι τῇ δυνάμει τὴν βούλησιν τοῦ θεοῦ *Ut Dei potestas & voluntas, in idem concurrant.* At hæc, ab illa, si separetur, jam anilibus fabulis quibusvis, & otiosorum quotquot in orbe sunt, deliriis, fidem adhibere nos conveniet, ac fungi futuri sumus, non homines.

ב

פיסקא לא עבד איוב וכו׳ ונחוי האי לא היכי כתיב אי בלמ״ד אל״ף כתי׳ לא הוא ואי בלמ״ד וא״ו כתי׳ לו הוא וכל היכא דכתיב בלמ״ד אל״ף לא הוא אלא מעתה בכל צרתם לא צר דכתיב בלמ״ד

II.

COmmentatio. *Job ex solo amore &c.* [1] Intueamur illud *lo* quomodo sit exaratum. Nimirum, si cum Lamed Aleph descriptum; *Non* denotat: Si vero cum Lamed vau, significabit *eum.* (*Tunc fidenter asserere,*) quod semper, quando cum Lamed Aleph descriptum, negandi vocu-

אל״ף הכי נמי דלא הוא וכי תימא הכי נמי והכתי׳ ומלאך פניו הושיעם וגו׳ וינשאם כל ימי עולם אלא משמע הכי ומשמע הכי׃

di vocula sit? Ergo exinde (*sequetur, quod in loco*) (Es. LXIII, 9.) *Becol Zaratam lo Zar*, ubi *Lo* cum Lamed Aleph exaratum, [2] similiter negandi vim habeat. Atque, si maxime contenderes, etiam hic (*sensum negativum locum obtinere, facile ea quæ ibi sequuntur, te confutant,*) subjungitur enim: *Et angelus faciei ejus, servavit eos &c. Et tulit eos omnibus diebus seculi.* Igitur colligitur, utroque modo exponi posse.

ANNOTATA.

1. Intueamur illud *Lo* quomodo sit exaratum.] Supple: Atque sic non pendebit amplius res in dubio, sed actutum definire licebit, num Job ex amore, an vero solo timore, Numinis cultui sese addixerit.

2. Similiter negandi vim habeat:] Supple: Hoc tamen nemo temere affirmaverit: juvat enim credere, Numen, cum Judæis male est, & ipsum quodammodo affligi. Pertinent huc, quæ de indiviso nexu, quo Numen Judæis, etiam cum in captivitate degunt, conjungitur, legimus in Megilla fol. 29. a. תניא ר׳ שמעון בן יוחי אומר בא וראה כמה חביבין ישראל לפני הקב״ה שכל מקום שגלו שכינה עמהם גלו למצרים שכינה עמהם שנ׳ הנגלה נגליתי לבית אביך בהיותם במצרים וגו׳ גלו לעילם שכינה עמהם שני ושמתי כסאי בעילם גלו לבבל שכינה עמהם שני למענכם שלחתי בבלה גלו לאדום ושכינה עמהם שנ׳ מי זה בא מאדום חמוץ בגדים מבצרה וגו׳ ואף כשהם עתידין ליגאל שכינה עמהם שני ושב ײ אלהיך את שבותך ורחמך׃ Id est: *Extat Traditio, dixisse R. Simeonem Jochai filium: Veni vide, quanto amore Deus æternus Judæos prosequatur. Quippe, ubicunq; locorum exules egerunt, Divinam Majestatem habuere præsentissimam. Exules erant in Ægypto: Ibi adfuit illis Divina Majestas:* Q.S.E. (1. Sam. II, 27.) Plane meipsum revelavi domui Patris tuæ, cum essent in Ægypto. *Exules erant in Elam: Ibi adfuit illis Divina Majestas:* Q.S.E. (Jerem. XLIX, 38.) Et posui Solium meum in Elam. *Exules erant in Babylo-*

Babylonia: Ibi adfuit illis Divina Majestas: Q. S. E. (Es. XLIII, 14.) Propter vos missus sum in Babylonem. *Exules nunc sunt inter Edomæos: Atqui, & hic, ipsis adest Divina Majestas*: Q. S. E. (Es. LXIII, 1.) Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bozra? *Etiam cum olim ex captivitate liberabuntur, aderit illis Divina Majestas*: Q. S. E. (Deut. XXX, 3.) Et redibit Dominus Deus tuus cum multitudine captivorum tuorum, misertus tui.

3. Et tulit eos omnibus diebus seculi.] Omnino igitur evincere volunt Magistri, ita verba facere Esaiam, quasi ipsum Numen malis Judæorum indoleat. Id assertum merito in crimen vocat, Fr. Petrus Pichi Trevirensis, Judæorum quondam Romæ Catechetes, in libello cui nomen fecit: *Le Stolte Dottrine de gli Ebrei* cap. 5. *Dice Isaia Profeta: In ogni loro tribolatione egli si non tribola. Quasi che voglia dire, egli non si cura del loro male; patano quanto si vuole, che egli non se ne sente. Ouero egli non è tribolato, cioè stretto, o ristretto, di modo che non possa liberarli da quella tribolatione, se vuole. E questo è il vero senso di quel luogo. Mà i Rabbini, secondo il costume loro, per prouare con la Scrittura, loro capricci, non si curano di guastarla e corromperla, per tirarla al senso loro, come fanno di questa, c' hauendo in se la negatione che in lingua hebrea si dice* לא lo, *essi la mutano, e fanno che dica* לו *che parimente dice* lo, *quanto al suono esterno della voce; e vuol dire* a lui: *di modo che viene a far questo senso*: In ogni loro tribolatione, a lui è tribolatione. *Cioè*: Egli è tribolato. *Mà la verità è quella, c' habbiamo detta, che si debba leggere con la negatiua: In segno di che la Parafrase Caldea l' interpreta negatiuamente, e quel ch' è più, l' istesso Rabbi Salomone nell' espositione, che fà sopra Isaia, in questo luogo l' interpreta con la negatione,* In ogni tribolatione loro, non è tribolatione: *Cioè, non sono tribolati come meritano l' opere loro. Mà poi nel Talmud, per conformare la sua sciocca dottrina, gli dà il senso affirmatiuo.*

4. Igitur colligitur utroque modo exponi posse] Id est: Etiamsi in loco Jobi legatur לא non tamen ideo statim omnis difficultas sublata est e medio, quia accidere quandoque solet, ut לא significationem הֿ לו induat: Adhuc igitur lis pendet.

ג. III.

תניא ר״מ אומר נאמר ירא אלהים באיוב נאמר ירא אלהים באברהם מה ירא אף

TRaditio: R. Meir dixit: Scriptura de Jobo effert, quod fuerit *timens Dei*: Eademque verba, de Abrahamo usurpat. Quare, sicut

אלהים האמור באברהם ש	ſicut ille timor Dei, qui Abraha-
מאהבה אף ירא אלהים שא	mo tribuitur, ex amore orieba-
האמור באיו מאהבה ואברה	tur; ita & illum timorem Dei,
גופיה ממא לן דכתיב זרע	qui de Jobo prædicatur, amo-
אברהם אוהבי מאי איכא בין	rem cauſam habuiſſe (*inferi-*
עושה מאהבה לעושה מיראה	*mus.*) De Abrahamo vero ipſo,
איכא ביניהו הא דתניא ר"ש בן	unde (*probabitur, illius timorem*
אלעזר אומר גדול העושה	*ex dilectione proveniſſe?*) Q. S.
מאהבה יותר מן העושה ש	E. (Eſ. XLI, 8.) *Semen Abraha-*
מיראה שזה תלוי לאלף דור	*mi, amatoris mei.* Quid inter-
וזה תלוי לאלפים דור הכא	eſt, inter eum, qui aliquid ex a-
כתיב ועושה חסד לאלפים	more, & eum, qui aliquid ex
לאוהביו והתם כתיב ולשומרי	metu facit? Hoc intereſt; quod,
מצותיו לאלף דור: התם נמי	ceu vetus habet traditio, R. Si-
כתוב לאוהביו ולשומרי שא	meon Filius Elieſeris dixit; Ma-
מצותיו לאלף דור האי ס	jor eſt ex amore aliquid agens,
לדסמיך ליה והאי לדסמיך ליה:	quam quid agens ex timore;
	nam, hujus (*probitatis*) merces,
	ad milleſimam generationem
	perdurat: iſtius vero, ad bis
	milleſimam usque. Quippe,
	uno loco (nimirum Ex. XX, 6.)
	dicitur: *Exercens benignitatem* [1]
	in milleſimos. (qui diligunt me;)

Alibi vero (Deut. VII 9.) dicitur: [2] *Et obſervantibus mandata ejus, in mille generationes.* Dices: Atqui, etiam ipſa hæc verba poſtrema, præcedit: *Diligentibus ſc.* (*Reſpondeo*), vocem (*numeralem*) utrobq; ad proxime cohærens, referendam eſſe.

ANNOTATA.

1. In milleſimos] Plurativum numerum hic adhibet Scriptura, qui cum minimum duo ſemper complectatur, igitur generationes bis mille indicari Magiſtri exiſtimant. Loquitur autem Scriptura de *Deum diligentibus*, hoc eſt iis, qui ex amore ei ſe manciparunt.

2. Et obſervantibus mandata] Hoc timorem arguit.

ד

הנהו תרי תלמידי דהוו קיימי קמיה דרבא חד אל״ אקריון בחלמאי מה רב טובך אשר צפנת ליריאיך וחד אל״ אקריון בחלמאי וישמחו כל חוסי בך לעולם ירננו וגו׳ אמר להו תרוייכו צדיקי גמורי את אתון מר מאהבה ומר מ״ט מיראה:

IV.

DUo quidam Discipuli adstabant לפני Rabæ. Alter eorum ait illi : [1] Legere jussus sum per insomnium (*verba*:) (Ps. XXXI, 20.) *Quam multa est bonitas tua quam recondis timentibus te.* Alter autem asserebat, sibi per quietem legere imperatum : (ex Ps. V, 12.) *Et lætabuntur omnes confidentes tibi, in seculum canent.* Respondit ipsis : Ambo vos perfecte justi estis ; sed [2] tu Domine, ex amore: Et tu Domine, ex timore.

ANNOTATA.

1. Legere jussus sum] Sæpe in Gemara, aliquibus dormitantibus, Scripturæ nonnulla verba per quietem ostensa memorantur ; & consulas licet Sanhedrin p. 292. Edit. Coccej. Atenim, classicus in hanc rem locus, est in Berachot fol. 55. & 56. cujus afferam omnia, ut quando præsens Gemaræ Excerptũ, quod aliud annotem, occasionem non subministrat, digressionem tantisper faciam, atque de Somniorum expositione, quam artem olim mortalium sapientissimos profiteri non piguit, dissertationem inseram. Sic enim, quia non minore jucunditate, quam difficultate referta est, interpretamentum meretur.

שמואל כי הוה חזי חלמא בישא אמר והחלומות השוא ידברו וכי הוה חזי חלמא טבא הוה מתמה ואמר וכי החלומות השוא ידברו והא כתיב בחלום אדבר בו רבא

Samuel, quoties infaustum vidit somnium, dicere solebat (ex Zach. X, 2.) Nimirum, loquuntur Somnia vanitatem. *Sed, faustum videns somnium*, (eadem verba) *per admirationem extulit, dicendo*: Nimirum, loquenturne somnia vanitatem ? *Atqui scriptum est* (Num. XII, 6.) In somnio alloquar eum. *Raba*

רמי כתיב בחלום אדבר בו וכתיב והחלומות השוא ידברו לא קשיא כאן על ידי מלאך וכאן על ידי שד: אמר רבי ב׳ ביזנא בר זבדא אמר רבי עקיבא אמ׳ רבי פנדא אמר רבי נחום אמר רבי בירים משום זקן אחד ומנו רבי בנאה עשרים וארבע פותרי חלומו היו בירושלם פעם א׳ חלמתי חלו׳ והלכתי אצל כלם מה שפתר לי זה לא פתר לי זה וכלם נתקיימו בי לקיים מה שנ׳ כל החלומות הולכים אחר הפה: אטו כל החלומות ש׳ הולכים אחר הפה אין קרא הוא כדרבי אלעזר דאמר רבי אלעזר מנין שכל החלומות ש׳ הולכין אחר הפה שנאמר ויהי באשר פתר לנו כן היה: ואמר רבא והוא דמפשר ליה מעין חלמיה שנאמר איש כחלומו פתר: וירא שר האופים כי ט׳ טוב פתר מנא יודע אמר רבי אלעזר מלמד שכל אחד ואחד	*Raba, petiit conciliari sibi, ista Scripturæ dicta, dum uno in loco dicitur:* In somnio alloquar eum. *Alibi vero:* Somnia loquuntur vanitatem. (Responsum,) *nullam esse difficultatem, faciendo discrimen inter ea somnia, quæ interventu Angelorum, & ea, quæ interventu Dæmonum objiciuntur. Per longam traditionem tenemus, dixisse Senem quendam, atq; is erat R. Banah: Quatuor & viginti somniorum Interpretes fuere Hierosolymis, cumq; aliquando vidissem somnium, quemq; illorum accessi, nec unius inter eos explicatio, cum explicatione alterius conveniebat, omnes tamen effectum sortitæ sunt, ut constaret veritas illi trito:* Semper somnia sequuntur interpretationem. *Ain tu, somnia semper sequi interpretationem? Omnino; Idq; secundum R. Eleasarem, ipsa Scriptura innuit istis* (Gen. XLI, 13.) Evenit enim, ut sicut interpretatus est nobis, ita esset. *Sed monet Raba,* (tum eventum respondere interpretationi,) *cum eadem somnii servat analogiam. Unde* (eodem capite commate 12.) Cuiq; convenienter somnio suo interpretatus est. (Legimus Gen. XL, 16.) Et vidit Præfectus Coquis, eum bene interpretatum esse. (Roget quis:) *Unde id noverat? Respondet R. Eleasar: Quemq; ex illis duobus, vidisse & suum somnium, & interpretationem somnii, quod socio fuerat objectum. Fertur R. Jochananis dictum:* Cum cui mane evigilanti, dictum aliquod Scripturæ subito in mentem incidit, id parva

הראוהו חלומו ופתרון חלומו
של חברו אמר רבי יוחנן ישב
השכים ונפל לו פסוק לתוך
פיו הרי זו נְבואה קטנה: אומר
רבי יוחנן ג׳ חלומות מתקיימין
ואלו הם חלום של שחרית וח
וחלו׳ שחלם לו חברו וחלום
שנפתר בתוך חלום ויש אומ
אומרים אף חלום שנשנה פע
שנאמר ועל השנות החלום וגו׳
אמר רבא מנין שאין מראין
לו לאדם אלא מהרהורי לבו
שנאמר אנת מלכא רעיונך
על מִשכבך סליקו ואי בעירת
אים מהב ורעיוני לבבך תנדע:
אמר רב יוסף תדע דלא חזא
איניש בחלמיה לא דקלא דד
דדהב ולא פילא דעייל בקופא
דמחטא אמר ליה קיסר לרבי
יהושע בן חנניא אמריתו את
חכימיתו טובא אימא לי מא
מאי חזינא בחלמאי אמר לי
ליה חזית דאתו פרסאי ומ
דמשחרי לך ושבו לך ורעו
בך שקצי בחוטרא דדהבא
הרהר בוליה יומא ולאורתא

quædam Prophetia est. *Idem R. Jochanan docuit, tria somniorum genera impleri; Ea sunt: Somnia, quæ circa Auroram obtingunt. Somnia, quæ de socii fortunis agunt; & somnia, quibus in ipso somno additur explicatio. His addunt aliqui somnium, quod bis fuit objectum. Q. S. E.* (Gen. XLI, 32.) Quod autem iteratum est somnium. Dixit Raba: *Unde probabitur, non objici homini in somnio aliud, præter cogitata cordis ejus? Scilicet, Q. S. E.* (Dan. II, 29.) Tibi o Rex cogitationes tuæ incumbenti cubili tuo obvenerant. *Aut si mavis, idem ex istis* (commatis 30.) *eliciam*: Ut cogitationes cordis tui cognoscas. *R. Joseph ajebat, inde se probare posse*, (somnia cogitationes diurnas sequi,) *quod nemo unquam arborem auream, aut elephantum per foramen acus transeuntem somniet*; (non enim, quis de istis cogitat.) *Dixit Cæsar, R. Josua Chaninæ filio: Vos* (Judæi,) *magna vos sapientia præditos esse jactatis*: (Agedum igitur,) *dic mihi, quæ visurus sum hac nocte per insomnia? Respondit ipse: Videbis Persas adventantes te subjugare, facultatibus exuere, & compellere ad pecus pascendum virga aurea. Volvebat* (Cæsar,) *hoc responsum mente sua tota die, atq; sic noctu ea res illi obversabatur. Pariter Rex Sapor dixit Samueli: Vos* (Judæi) *magnam venditatis sapientiam; dic dum, quale mihi sit obventurum somnium. Subjecit ipse: Videbis quasi adventantes Romanos, qui te captivum faciant.*

חזא אמ׳ ליה שבור מלכא
לשמואל אמריתו חכימיתו
טובא אימא לי מאי חזינא
בחילמאי אמר ליה חזית
דאתו רומאי ושבו לך וטחנו
בך קשייתא ברחייא דדהבא
הרהר וחזא: בר הדיא מפשר
חלמין הוה מאן דהוה יהיב
ליה אגרא מפשר ליה
למעליותא מאן דלא הוה
יהיב ליה אגרא מפשר ליה
לגריעותא אביי ורבא חזו
חילמא אביי יהיב ליה אגרא
רבא לא יהיב ליה אגרא
אמרו ליה אקרין בחלמין
שורך טבוח לעיניך לרבא
אמר ליה פסיד עסקך ולא
אהני לך למיכל מעוצבא
דלבך לאביי אמר ליה נפיש
עסקך וטבחת ולא אכלת
ושתית מחדוא דליבך אמרי
ליה אקרינן בנים ובנות
תוליד לרבא אמר ליה
כבישותיה לאביי אמר ליה בנך
ובנתך נפישן ומנסבן בנתך

ant, cogantq; molere lapides dactylorum, in mola aurea. Quod, cum interdiu esset meditatus Sapor, per quietem id rursus fuit objectum. Bar Hedja, publice artem interpretandi somnia profitebatur: Si quis mercedem ei dederat, huic fausta omnia ominabatur, sed, si quis nullam mercedem dedisset, huic improspera quævis nunciabat. Abaus, & Raba, idem viderant somnium, (cumque Bar Hedjam, interpretationem petentes, accessissent,) *Abaus mercedē attulit, sed Raba attulit nihil. Cæterum dicebant: Videbamur nobis in somnio legere verba* (Deut. XXVIII, 31.) Bos tuus mactatus ante oculos tuos. *Raba dixit: In negotiatione tua damnum patieris, & præ mærore cordis tui ne cibum quidem capies. At Abao dixit: Magnum negotiatione tua quæstum facies, & præ gaudio cibum non captabis. Die alia, dicunt: Videbamur nobis legere verba* (commatis 41. ejusdem capitis:) Filios filiasque gignes. *Raba dixit: In captivitatem redigeris: Abao vero: Filios filiasq; habebis magno numero, filias peregre nuptum elocabis, atq; sic tibi videbitur, quasi abeant in servitutem.* (Rursus eum adeunt) *dicentes: Videbamur etiam legere nobis verba,* (commatis 32.) Filii tui filiæque tradentur populo extraneo. *Abao dixit: Numerosa prole utriusq; sexus gaudebis: tu voles ut ea conjugiū ineat cum cognatis tuis, sed* (conjux) *tua volet ut cum suis cognatis contrahat matrimonium, ipsa vero te superabit, dabisq; illam cognatis*

 ipsius

לעלמא ומדמיין באפך כדקא
אולן בשבייא אקרינן בניך ו
ובנותיך נתונים לעם אחר
לאביי אמר ליה בנך ובנתך
נפישן ואת אמרת לקריבי יש
יהבינא להון והיא אמרה
לקריבה ואכפה לך ויהבת
להון לקריבה והוות לך כעם
אחר לרבא אמר ליה דביתהו
שכיבא ואתו בניה ובנותיה
לידי איתתא אחריתי דאמר
רב ירמיה בר אבא אמ׳ רב
מאי דכתי׳ בניך ובנותיך נת
נתונים לעם אחר ועיניך רוא
רואות זו אשת האב אקרינן
לן אכול בשמחה לחמך ושתה
בלב טוב יינך לאביי אמר
ליה מרווח עיסקך וטבחת
ואכלת ושתית וקרית פסוקא
מחדוא דליבך לרבא אמר
פסיד עסקך טבחת ולא אכלת
ושתית וקרית פסוקא לפכוחי
פחדך אקרינן זרע רב תוציא
השדה לאביי אמר ליה מרישי
לרבא אמ׳ ליה מסופיה : אקרי

ipsius, atque sic populū quasi peregrinū esse arbitraberis. Raba dixit: Uxor tua fatis concedet, & filii tui filiæque venient sub potestatem novæ conjugis: sic enim dixit R. Jeremias Abba filius, nomine Raf: Quis sensus verborum: Filii tui, filiæque tuæ, tradentur populo extraneo, oculis tuis aspicientibus? *Scilicet, innuitur istis Noverca. Alia vice narrant: Videbamur nobis legere verba* (Eccles. IX, 7.) Comede cum lætitia cibum tuum, & bibe animo hilari vinum tuum. *Abao dixit: Lucrum captabis negotiatione tua, & mactabis, comedes, ac bibes, Legisque Divinæ insuper studia tractabis præ gaudio cordis tui. Raba dixit: Damnum senties negotiatione tua, mactabis, sed non comedes, bibes vero, studebisque ad abigendum mœrorem. Rursus alia: Videbamur nobis legere verba*, (Deut. XXVIII, 35.) Semen multum deferes rus. *Abao, initialia hæc verba commatis* (quæ læta sunt,) *repetiit. Sed Raba, tristem commatis clausulam insusurravit. Itemque alia: Videbamur nobis legere verba* (commatis 40.) Oleæ erunt tibi in toto termino tuo: *Ad quæ iterum Abao initialia, Raba vero finalia commatis verba subjecit. Amplius dicunt: Videbamur nobis legere verba* (commatis 10.) Et videbunt omnes populi terræ, quod nomen Domini vocatur. *Abao dixit: Fama nominis tui crebrescet, creaberis Antistes Academiæ, totusque orbis te verebitur. Raba dixit: Cum latronibus capieris, omnesque mortales, de te argumen-*

אקריין זיתים יהיו לך בכל ג
גבולך לאביי אמר ליה ס.
מרישיה לרבא אמר ליה סס
מסופי אקריינן וראו כל עמי
הארץ כי שם ה נקרא לאביי
אמר ליה נפק לך שמא דריש
מתיבתא הוית ודחיל * כולי
עלמא מנך : לרבא אמר ליה
מיתפסרת בגנבי ודאין כולי
עלמא קו מינך למחר איתב
בי זיינא דמלכא ותפשוה לרבא
דחיל כולי עלמא ואמרי רבא
אתפס אנן לא כל שכן אם
אמרי ליה חזן חסא על פום דני
לאביי אמר עייף עסקך כחסא
לרבא אם מריר עסקך כחסא:
ועוד רבות כאלה אמרי ליה
חזינן בר חמרא דקאי אאיסדן
ונוער לאביי אמר ליה מלכא
הוית וקאים אמוראה עלך
לרבא אמר ליה פטר חמור
גהיט בתפילך אמר ליה לדידי
חזאי לי ואיתיה אמר ליה ואו
דפטר חמו ודאי גהיט מתפילך
עיין רבא ואשכח ואו דפטר

gumentum a minori ad majorẽ veri similitudinem formabunt, (concludendo : Si Raba in suspicionem sceleris venire poterat, quanto magis idem nobis metuendum est?) *Postridie perfossum fuit gazophylacium Regis, cumq; Raba caperetur, omnes sibi metuebant, inquientes: Si Raba carceri traditus est, quanto magis idem nobis accidet ? Sic quoq; narrarunt : Vidimus raphanum majorem positum super orificio dolii. Abao dixit : Negotiatio tua duplicabitur sicut crescendo duplicatur sæpe raphanus major. Raba dixit : Negotiatio tua amaritudinem contrahet, uti amarus solet esse major raphanus. Atq; hujus generis plura proposuere.* (Inter reliqua) *dicebant quoq; : Vidimus asinum stantem super cervicali & rudentem. Abao dixit : Princeps Academiæ creaberis, & superstabunt tibi Doctores celeberrimi. Raba dixit : Verba* פטר חמור *e Phylacteriis tuis erasa sunt. Excipit Raba : Se vidisse Phylacteria, certumq; esse, verba ibi extare. Subjicit Bar Hedja, saltem elementum Vau e verbo* חמור *omnino in ejus phylacteriis erasum esse : inspexit igitur Raba, & sic se rem habere deprehendit. Tandem Raba Bar Hedjam solus adivit, aitq;: Vidi ostium extremum* (domus) *labi. Respondet Bar Hedja : Uxor tua excessit e vivis. Rursus ait: Vidi excidere mihi molares cæterosq; dentes: Respondet Bar Hedja: Filii, filiæq; tui morientur. Porro ait Raba: Vidi duas columbas avolantes: Respondet Bar Hedja : Cum duabus uxoribus*

facies

* Et hic, & alibi sequimur lectionem Codicum En Israel.

חמור נהיט מתפיליה לסוף
אזל רבא לחוריה לגביה אמ
ליה חזאי דשא בריתא דנפל
אמר ליה אתתך שכבא: אמר
ליה חזאי ככי ושיני דנתור
אמר ליה בנך ובנתך שכבן
אמר ליה חזאי תרי יוני דפרחן
אמר ליה תרתי נשי מגרשת
אמר ליה חזאי תרתי גלגלידי
דלפתא אמר ליה תרין
קולפי בלעת אזל רבא [illegible]
ההוא יומא ויתיב בי [illegible]
מדרשא כולי יומא אשכח [illegible]
הנהו תרי סגי נהורי דהוו קא
מנצו בהדי הדדי אזל רבא
לפרוקינהו ומחוהו לרבא תרי
דלו למחוייה אחריתי אמר
מסתייה תרין חזאי לסוף אתא
רבא ויהיב ליה אגרא אמר
ליה חזאי אשיתא דנפל אמר
ליה נכסים בלא מצרים קנית
אמר ליה חזאי אפדנא דאביי
דנפל וכסיין אבקית אמר ליה
אביי שכיב ומתיבתיה אתיא
לגבך אמר ליה חזאי אפדנא
דידי דנפל ואתו כ״ע ושקול

facies divortium. Alia vice ait Raba: Vidi caules duos cannabis: Subjicit Bar Hedja: Duas plagas devorabis. (Hoc infortunium declinare volens) *Raba, contulit se in Synagogam, ibiq; totam diem egit, cum vero duo oculatissimi* (quomodo κατ' εὐφημισμὸν cæcos vocare solemus,) *ibidem secum invicem contenderent, illos adiens Raba, ad concordiam redigere satagebat: hic bis ab iis vapulavit Raba, cumq; manus tollerent plura illaturi verbera, ipse, sufficit, inquit, nam* (caules) *haud plures duobus vidi. Deniq; adventavit Raba, mercedem afferens, dixitq;: Vidi ruentes parietes: Respondet Bar Hedja: Bona obtinebis, quorum terminus nullus erit. Pergit Raba: Vidi collabi palatium Abai & obtegi pulvere. Respondet Bar Hedja: Abaus morietur, & Academia principatus ad te devolvetur. Porro inquit Raba: Vidi meum palatium ruere, & quemq; mortalium venire, ac sumere sibi tegulam. Respondet Bar Hedja: Fama tua per orbem decantabitur. Subjicit Raba: Vidi caput mihi findi, & excuti cerebrum.* (Respondet Bar Hedja:) *Lana cervicalis tui prodit. Amplius ait Raba: Visus sum mihi legere in somno hymnum quem Israelita cecinere, exeuntes ex Ægypto: Respondet Bar Hedja: Miraculum tibi eveniet. Erant simul in navi, quare* (Bar Hedja) *ait: Quid mihi porro negotii cum homine cui miraculum obventurum est?* (Forτasse enim navi fracta, ipse salvus evadet, atque mihi pereundum erit.)

לבינתא לבינתא : אמר ליה
שמעתתא מבדרן בעלמא אמר
ליה חזאי דאבקע רישי ונתר
מוקרי אודרא מביא סדיא
נפיק אמר ליה אקרין הללא
מצראה בחלמא אמר ליה
ניסי מתרחשי לך הוה קא אזיל
בהדיה בארבא אמר בהדי
גברא דמתרחיש ליה ניסא
למה לי בהדי דקא סליק נפל
ספרא מיניה אשכחיה רבא
וחזא דהוה כתיב ביה כל
החלומות הולכין אחר הפה
אמר רשע בדידך קיימא וגו
וצערתן כולי האי כלהו
מחילנא לך בר מברתיה דרב
חסדא יהא רעוא דלימסר
ההוא גברא לידי דמלכותא
דלא מרחמו עליה. אמר מאי
אעביד גמירי דקללת חכם
אפילו בחנם היא באה וכל
שכן רבא דבדינא קא לייט
אמר איקום ואיגלי דאמר מר
גלו' מכפרת עון קם גלה לבי

rit.) *Dum vero navem egreditur, excidit ei liber hæreticus, quem cum sustulisset Raba, in eo scriptum reperit:* Somnia quæcunque, sequuntur interpretationẽ suam. *Ait ergo Raba: Heus nequam, video omnes* (quos prædixeras somniorum eventus,) *in te sitos fuisse, atq; tu ausus es tantopere me affligere? Equidem condono tibi omnia, uno excepto, quod filiam R. Chasdæ* (conjugem meam, tuis interpretamentis sustulisti e medio: Quamobrem eidem imprecari cœpit:) *Ita faxit Deus, ut iste vir,* (qui tam immisericorditer mecum egit, pariter) *tradatur in manus Magistratus, non utentis erga eum misericordia. Ibi Bar Hedja: Quid faciam? Tenemus, imprecationem Sapientis viri, etiam temere factam, impleri: Quanto igitur magis* (mihi evenient,) *quæ Raba jure mihi est imprecatus? Quare surgam, addit, & sponte exulatum ibo, scitum enim est,* Exilium expiare delicta. *Sic surgens, Romam abit exulatum, & accedens ad fores* (ædium, quas incolebat) *supremus thesauri Regii Præfectus, ibi considet. Forte accidit, ut Præfectus thesaurorum videret insomnium, quare ad Bar Hedjã ait: Cernebam per quietẽ acum penetrantem digitum meum.* (Quo percepto,) *poscit argentum Bar Hedja sed cum alter quicquam ei solvere detrectaret, ne verbulum eidem dicere voluit.* (Rursus convenit illum Præfectus thesaurorum,) *memoratq;, vidisse se per quietem vermiculum cadentem super duos digitos.*

רומאי אזל יתיב אפתחא דבי
דריש טורזינא דמלכא ריש
טורזינא חזא חלמא אמר ליה
חזאי חלמא דעייל מחטא בא
באצבעתי אמר ליה הב לי
זוזא ולא יהב ליה לא אמר
ליה ולא מידי אמ׳ ליה חזאי
דנפל תכלא בתרתין אצבעותי
אמר ליה הב לי זוזא ולא יהב
ליה מידי ולא אמר ליה חזאי
דנפל תיכלא בכולה ידא אמר
ליה עילוי מאי אפקדוך א״ל
עלוי שיראי דמלכא אמר ליה
נפל תיכלא בכולהו שיראי
שמעי בי מלכא ואתיוה לריש
טורזינא קא קטלי ליה אמר
ליה אנא אמאי אתיוה להאי
דהוה ידע ולא אמר אתיוה
לבר הדיא אמר ליה אמטו
זוזא דידך חרבו שיראי דמל
דמלכא כפתו תרי ארזי בחבלא אסרו חד כרעיה לחד ארזא
וחד כרעיה לחד ארזא ושרו לחבלא עד דאסתליק אמר רבא
לא מחילנא ליה עד דאסתליק רישי. אזל כל חד וחד וקם
ארוכתיה ואסתליק רישיה ונפל בתרין:

digitos. Poscit iterum argentum Bar Hedja, cumq; nihil tulisset, nihil respondit. Deniq; narrat præfectus, vidisse se in somno vermiculum cadentem super totam manū. Quærit Bar Hedja hominem, cujus rei præfectura ei sit commissa? Subjicit alter custodire se vestes byssinas Regis. Tum verò Bar Hedja: Cecidit vermiculus in omnes vestes byssinas (Regis tui, & tineæ iis pascuntur.) *Exaudita est ea vox in domo Regia, quare capto Præfecto thesaurorum, mortem ei intentabant. Sed is, quid ego* (commerui) *inquit? Facite ut ille luat, qui rem cognitam habebat, nec eam revelavit. Ergo, adductus est Bar Hedja,* (qui viso Præfecto thesaurorum, ejus avaritiam illi exprobrando,) *ait, propter nummos tuos* (quibus pepercisti,) *vestes Regiæ vitium passæ sunt. Cæterum, colligarunt inter sese abietes duas funibus, & ad quamq; earum pedem aliquem Bar Hedjæ adstringentes, soluto fune effecere ut medius rumperetur.* (Aderat præsens) *Raba, qui nondum se offensam ex animo dimittere testabatur, nisi caput quoq; fissum intueretur: Sic verò quæq; arborum suum repetiit locum, atq; scissum Bar Hedjæ caput, in partes duas est dilapsum.*

Mira vero isthæc sententia est, quod somniis is semper eventus respondeat, quem interpreti eidem affingere placuit, &, ad quem felicem, aut infelicem faciendum, nihil ultra requiri, quam ut læta, vel contraria, Onirocrites ei ominetur. Idem tamen fere Arabibus quoque placere, docet libellus Gabdarrochmanis quem ex MS. Arabico, Gallice vertit sæpelaudatus Amicus noster Vattierius, sub cujus finem lego: *Si quel' qu'vn voit en songe quelque chose qui l'espouuante, ou qui luy deplaise, il faut quand il sera eueillé qu'il cloche du costé gauche, et qu'il prie Dieu de le garder de Satan. L'on tient cecy comme venant de la part du Prophete, à qui Dieu fasse paix e misericorde, & il suffit pour empecher l'effet, des plus mauuais songes. Cét autre mot est aussi du Prophete, à qui Dieu fasse paix et misericorde.* Le songe, *dit il*, est au premier Interprete. *Surquoy l'on dit, qu'il vint vn jour vne femme consulter le Prophete, à qui Dieu fasse paix et misericorde, de laquelle femme le mary estoit absent; et elle luy parla ainsi. I'ay songé que la poultre de ma maison estoit rompüe. Le Prophete, à qui Dieu fasse paix et misericorde, luy respondit ainsi. Ton mary reuiendra, et tu accoucheras d'vn fils. Apres cela son mary s'absenta encore, et elle songea encore la mesme chose, et en ayant fait rapport au Prophete, à qui Dieu fasse paix et misericorde, elle eust mesme response; et son mary reuint, et elle accoucha d'vn fils. Ensuite de cela, son mary s'estant encore absenté, elle songea encore le mesme songe, et vint chez le Prophete, a qui Dieu fasse paix et misericorde, pour luy en faire le rapport, Mais elle ne le trouua pas au logis, elle n'y trouua que Gaïse, à qui elle fit son rapport et qui luy respondit ainsi. Ton marry mourra et tu accoucheras d'vne fille. Incontinent apres, dit-on, le Prophete, à qui Dieu fasse paix et misericorde, arriua, et la femme luy raconta son songe, auec l'interpretation que luy en auoit donnée Gaïse, à qui Dieu fasse paix. Et le Prophete, a qui Dieu fasse paix & misericorde, luy respondit ainsi. Ne sçais-tu pas que le songe est au premier Interprete? La chose arriuera comme elle te l'a dit.* Bonum factum! oportet Arabes & Judæi mutuas in præsentia sibi tradant operas. Patet obiter ex istis, quomodo secundum Mahometis consilium, Musulmanni, malum omen, quod somnia infausta portendere videntur, averruncare debeant; quamobrem, nec ignorare debemus; qua ratione idem facere se posse, Judæi nostri persuasum habeant, & quam rem cœptitent, cum ipsos, triste quid,

Gaïse femme de Mahomet. Voyez le Maeine l'an 9. 13. 35. 36.

Admonet in somniis, & turbida terret imago.

Leon Modena Histor. de Riti Ebr. de gl' Hebrei di questi tempi, parte 1. c. 4. (Gli Hebrei) *Prestano gran fede à sogni, per gl' esempii, che nella Scrittura si leggono di Giacob, Giosef, Faraone, Nabucadnosor, Daniel, ed altri, e per quello di Giob cap. 33.* Per somnium in visione nocturna, &c. Tunc

&c. Tunc aperit aures virorum &c. *E tanta stima ne fanno, che se alcuno sogna qualche cosa di male, che gl' apporti melanconia, in particolare quattro specie de sogni dichiarati da Rabbini, dicono che sia bene, e cosi usano, di digiunare quel medesimo giorno, nella forma di tutti i digiuni. Anzi che nel giorno del Sabbato, che per ogni altra causa e prohibito il digiunare, per occasion di sogno solamente é lecito, cosi di Sabbato come d' ogn' altra Festa. E la sera, che si finisce il digiuno, prima del mangiare, chiamano tre amici, à quali il Sognatore dice sette volte*, Buono sia il sogno che hò veduto, *ed essi ad ogni volta rispondono*, Buono sia, e Dio lo faccia buono, *e con alcuni versi de Profeti d' augurar vita, redentione, e pace, gli dicono quel dell' Ecclesiastes cap. 9.* Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, *&c. e se ne và a mangiare.* Plura de Hebræorum circa Somnia doctrinis discere volentibus, abunde satisfacient Baal Chasidim Num. CCCCXLI. & liber פתרון חלומות R. Salomone Almoli, editus autore.

2. Tu Domine ex amore &c.] Hac formula loquendi, Gemara crebro utitur, cum inter duos discrimen facit, aut indicare vult, duos altercantes, tantum in nudis verbis simulate contradicere. Exempla in hanc rem quia passim ultro sese offerunt, non ea allegamus, sed illud cũ rarius fiat, ut numeri singularis ista verborũ conceptio, etiam tum adhibeatur, cum plures inter se dissentire videntur, notandus locus ex Schabbat fol. 153. a. וסבבו בשוק הסופדים בני גלילא אמרי עשת דברים לפני מטתך בני יהודה אמרי עשה דברים לאחר מטתך ולא פליגי מר כי אתריה ומר כי אתריה: Id est : (Occasione dicti Eccles. XII, 5.) Et circumeunt in platea lugentes : *Hortabantur Galilæi, facere res*, (olim enunciandas,) *ante feretrum, Judææ vero incolæ, hortabantur, facere res* (enunciandas olim) *post feretrum. Nec est dissensus : Nam iste Dominus sua, & iste quoq. sua regionis mores respexerunt.* Scilicet, in Galilæa usu erat receptum, ut præficæ quæ defunctos collaudabant, eorumque virtutes narrabant, feretrum anteirent, in Judæa vero, eædem illud sequebantur.



CAPUT



פרק ו: CAPUT VI.

משנה MISCHNA

א I.

מי שקינא לאשתו ונסתרה
אפילו שמע מעוף הפורח ג1.
יוציא ויתן כתובה דברי רבי
אליעזר רבי יהושע אומר עד
שישאו ויתנו בה מוזרות c
בלבנה:

SI quis Uxorem commercio alterius prohibuit, isque eam (*cum amatore*,) secreto egisse, [1] vel ab ave prætervolante audiverit, ædibus illam exturbare potest, ita tamen, ut dotem illi largiatur: [2] sic quidem statuit R. Eliéser.[3] R. Josua vero censet (*id non licere*,) priusquam ea de re [4] fabulentur, nentes ad lunam.

ANNOTATA.

1. Vel ab ave prætervolante] Translata est locutio, ad significandum, quemvis etiam levem rumorem, undecunque perceptum. Nec vero adeo ineptum est, Avibus sermonem tribuere, non enim abhorret a simili loquendi modo ipsa Scriptura, tum alibi, tum imprimis Job. XII,7. שאל נא בהמות ותרך ועוף השמים ויגד לך Id est: *Interroga quæso jumenta, & docebunt te, aut volucrem cæli & indicabit tibi.* Mahometes in Alcorano, Surata de formica, vere aves loquentes facit, ejusque sermonis dicit peritum fuisse Salomonem : Sic est apud interpretem: *Salomon a esté heritier de David, & a dit au peuple, nous sçauons le langage des oyseaux, nous sçauons tout ce qu'on peut sçauoir, c'est vne tres-grande grace. L'armée de Salomon s'est vn jour assemblée auprés de luy, composée d'hommes, de Demons, & d'oyseaux, il l'a conduit à la vallée des fourmis, vne fourmy leur Reine a crié. O fourmis entrez dans vos maisons afin que Salomon & ses troupes ne vous foulent aux pieds sans le cognoistre. Salomon entendant ces paroles demeura quelq. temps sans parler, & a la fin il*

fin il se prit a rire, & dit, Signeur sois en mon ayde, a fin que je te remercie de tes bien-faicts, & des graces que tu as données à mon pere; si je fais bien, tu l' auras agreable, mets-moy par ta misericorde au nombre de ceux qui exaltent ta gloire? Il demanda la Uppe, & dit, pourquoy ne voids-je pas la Uppe. Est elle au nombre des absents? Je la chastieray, & la feray mourir si elle n' a vne excuse legitime. Peu de temps apres elle s' humilia deuant Salomon, qui luy demanda d' où elle venoit, elle respondit, je viens de voir ce que tu ne voids pas, je viens du Royaume de Saba, d' ou ie t' apporte des nouuelles asseurées; I' ay trouué vne femme leur Reyne qui a tout ce qui est necessaire a vn Roy, elle a vn grand & magnifique trosne, je l' ay trouuée elle & ses subjets qui adoroient le Soleil, le Diable leur faisoit trouuer leur action agreable, il les a deuoyez du droict chemin, & seront deuoyez jusques à ce qu'ils adorent vn seul Dieu qui envoye la pluye du Ciel, & qui fait produire à la terre ses plantes & ses fruicts, qui sçait tout ce qui est dans le coeur des hommes, & tout ce qu'ils disent; Dieu! Il n'y a qu' vn seul Dieu Seigneur d' Univers. Salomon dit, je verray bien-tost si tu dis la verité ou si tu es au nombre des menteurs, va luy porter cette lettre, & obserue, ce qu' elle & ses gens respondront.

2. Sic quidem ſtatuit R. Elieſer] Non poterat diverſum opinari R. Elieſer. Quia enim ſupra, ſub Miſchnæ noſtræ initium, contendebat, ad potionandam Sotam aquis amaris, ſufficere unius teſtis, vel etiam ipſius mariti, de ejus abſconſione, cum amatore teſtimonium; ideo conſequens eſt, ut tueri cogatur, ad exturbandam ædibus Sotam cum ſua dote, quamcunque, de violato interdicto, famam ſufficere.

3. R. Joſua vero cenſet &c.] R. Joſua, uti ſupra in Capite primo ad potionandam Sotam neceſſario duos teſtes exigebat, de illius latibulis perhibentes teſtimonium, ita nunc cum de poteſtate ejiciendi mulierem agitur, deficiente teſte, requirit famam contra eam, non levem, & incertam, ſed publicam, conſtantemque, quæ in ore ſit omni populo. Rurſus הלכה כרבי יהושע id eſt, R. Joſua communem Magiſtrorum aſſenſum meruit, R. Elieſer cum ſua opinione valere juſſus eſt.

4. Fabulentur nentes ad lunam] Nentes ad Lunæ lumen, eæ ſunt, quæ in Cetubot fol. 72. a. Simplicer vocatur טוות בשוק id eſt: *Nentes in plateis.* Nempe, ſic ſolent Mulieres, maxime cum veſperacit, ante ædium januas convenire, & colum ac lanam tractantes, ſi quid novarum rerum habent conferre, præcipue vero in mores aliorum inquirere, pro ſua qua omnes pollent, loquacitate. Atque hanc, una cum cæteris familiaribus ipſarum vitiis, ne Numen quidem ſegregare ab iis, cum maxime vellet, potuit. Ex iſta occaſione emendandus eſt, gravis error; qui

qui Codicibus Rabbot, Cracoviensis, qua, utimur editionis, & fortasse etiam aliis, quas consulere non licuit, incubat. Legitur fol. 20. col. 4.

ר' לוי אמר ויבן כתיב התבונן מאין לבראתה אמר לא אברא אותה מן הראש שלא תהא מיקר' ראשה לא מן העין שלא תהא סקרנית ולא מן האוזן שלא תהא צותנית ולא מן הפה שלא תהא דברנירת ולא מן הלב שלא תהא קנתנית ולא מן היד שלא תהא ממשמשני' ולא מן הרגל שלא תהא פרסנירת אלא ממקום שהוא צנוע באדם אפילו בשעה שאדם עומד ערום אותו המקום מכוסה ועל כל אבר ואבר שהיה בורא בה היה אומר לה אשה צנועה אשה צנועה אעפ״כ יתפרע כל עצתי לא בראתי אותה מן הראש והרי היא מוקרת ראשה שנ׳ ותלכנה נטויות גורן ולא מן העין והרי היא סקרנית שנ׳ ומסקרות עינים ולא מן האוזן והרי היא צותנית שנ׳ ושרה שומעת פתח אהל ולא מן הלב והרי היא קנתנית שנ׳ ותקנא רחל באחותה ולא מן היד והרי היא ממשמשני׳ שני׳ ותגנב רחל את התרפים ולא מן הרגל והרי היא פרסנית שנ׳ ותצא דינה: Id est: *Scite dixit R. Levi:* (Scriptura narrando nobis creationem mulieris,) *adhibet verbum* ויבן (cujus significationem a בין quod *Intelligere*, *Meditari*, notat, petere licet, ut sensus sit, Deum secum) *deliberasse, unde mulierem crearet. Nimirum, ajebat ipse secum: Non creabo eam ex* Capite, *ne caput efferat; nec ex* Oculis, *ne sit circumspectatrix; nec ex* Auribus, *ne sit auscultatrix; nec ex* Ore, *ne sit garrula; nec ex* Corde, *ne sit zelotypa; nec ex* Manu, *ne sit furax. Nec ex* Pede, *ne sit circumvaga; sed vero creabo illam ex loco hominis modestissimo, quiq; etiam tum, cum cætera nudus est, obtegi solet. Nec minus, ad quodq; quod efformabat membrum, edicebat:* Modesta esto fœmina: Modesta esto fœmina. *Quæ cum ita fecerim, nihilo secius omnia consilia mea fuere irrita. Non creavi fœminam ex capite, & tamen caput nimium effert.* Q.S.E. (Es. III, 17.) Ambulant extento gutture. *Non ex Oculis, & tamen est circumspectatrix:* Q.S. (loco eodem:) Et nutant oculis. *Non ex Auribus, & tamen est auscultratrix:* Q.S. (Gen. XVIII, 10.) Et Sara auscultabat ad ostium tentorii sui. *Non ex Corde, & tamen est Zelotypa:* Q.S. (Gen. XXX, 1.) Zelotypa erat Rachel adversus sororem suam. *Non ex Manu, & tamen est furax:* Q.S. (Gen. XXXI.) Furata est Rachel imagines. *Non ex Pede, & tamen est circumvaga:* Q.S. (Gen. XXXIV, 1. Et egressa est Dina. Omnium membrorum quæ Numen prius removisse dicitur, mentio hic postea repetitur, & docetur quantopere eventus, ejus consilia sit frustratus, unicum Os si excipias: Quare, opinari quis posset, de eo sic satis bene rem habere, & quantum ad illud attinet, non ha-

non habuisse Numẽ quod de mulieribus admodum quereretur. Sed utiq; si circa quod aliud membrum, cogitatis contraria, Numini acciderunt, circa Os imprimis id evenit, nam, etiam Eunomiæ apud Comicum testimonio; *Fœminæ multum loquaces merito omnes habentur, nec mutam profecto repertam ullam esse dicunt mulierem, ullo in seculo.* Nihil igitur in universum certius, quam hiulcum locum esse, supplerique debent ex Jalkut fol. 8. col. 2. ubi extat integer, sequentia : ולא מן הפה והרי היא דברנית שני ותדבר מרים Id est : *Non creavi fœminam ex Ore, & tamen est garrula* : Q. S. (Num. XII, 1.) Et obloquuta est Mirjam.

ב II.

אמר עד אחד אני ראיתיה שנטמאת לא היתה שותה ולא עוד אלא אפילו עבד אפילו שפחה הרי אלו נאמנין אף לפוסלה מכתובתה חמותה ובת חמותה וצרתה ויבמתה ובת בעלה הרי אלו נאמנות ולא לפוסלה מכתובתה אלא שלא תשתה:

UNo teste dicente: Ego illam vidi sese polluentem : [1](*tum Sota amplius,*) non bibebat. Neq; hoc solum, sed quod etiam [2] servo, ac ancillæ in tantum fides habita, ut ad illorum testimonium dote privaretur. Cæterum, Socrus, & hujus filia, æmula itidem, fratria, & privigna, testimonium quidem dicere poterant, [3] non tamen ad dotis amissionem, sed ut bibere prohiberetur.

ANNOTATA.

1. Tum amplius non bibebat] Nam Scriptura, Num. V, 13. concedit tantum usum Aquarum explorationis, cum nullo teste Sotam polluisse se, potest ostendi, nec eadem ἐν αὐτοφώρῳ fuit deprehensa. Etsi igitur, in cæteris casibus, unus testis pro nullo reputabatur, tamen hic alia res erat, & ut ait Maimonides Hilch. Edut c. 2. §. 2. האמינה תורה עד אחד בסוטה שלא תשתה מי מרים ובעגלה ערופה שלא תערף: Id est : *Tantum tribuit Lex Divina testi unico in negotio Sotæ, ut non queat ipsa amplius potionari ; & in negotio vitulæ decollandæ quoq;, ut non fas sit caput illi præscindere.*

2. Servo

2. Servo ac ancillæ in tantum fides habita &c.]

Communiter Servi, & Ancillæ, Propinqui item, ac mulieres omnes, a dicendo testimonio cæteroquin repelluntur. Nimirum, uti est in Codice nostro MS. Ez Hechajim Hilch. Edut Vesimma, cap. 1. Decem omnino sunt hominum genera quibus testimonium dicere non licet, veluti נשים עבדים קטנים שוטים חרשים סומים רשעים בזויים קרובים והנוגע בעדותו Id est: *Fœminæ, Servi, Impuberes, Amentes, Surdi, Cæci, Impii, Infames, Propinqui, & qui ad dicendum testimonium passi sunt se induci.* Instituitur deinde ibidem, de singulis seorsim disquisitio, sed ob prolixitatem nimiam, nihil, nisi quod ad Mulieres & Servos attinet, quodque hujus loci est, afferimus: נשים פסולין מן התורה שנ׳ על פי שנים עדים לשון זכר ולא לשון נקבה וכן הטומטום ואנדרוגינוס פסולין מפני שהן ספק אשה וכך כל ספק פסול ספק כשר פסול שאין העד בא רק לחייב עון או להוציא ממון על פיו ואין מוציאין ממון מספק ואין עונשין מספק: עבדים פסולים להעיד מן התורה שנ׳ ועשיתם כאשר זמם לעשות לאחיו מכלל שאחיו כמוהו מה אחיו בן ברית אף העד בן ברית קל וחו׳ לגוים אם עבדים שהם במקצת מצות פסולין הגוים לכ״ש: מי שחציו עבד וחציו בן חורין פסול וכל שנשתחרר והרי מחוסר גט שחרור פסול עד שיגיע גט לידו: Id est: *Mulieres ipsa Scriptura prohibet dicere testimonium:* Q. S. E. (Deut. XVII, 6.) Ex sermone duorum testium: *quo in loco, de masculis, non de fœminis agi, sermonis genus indicat. Is, qui occluso genitali membro est, itemq; Androgynus, quia de illis annon fœminæ sint, dubitatur, testimonium dicere nequeunt: Eadem ratio est omnium, qui dubie veri, & dubie vitiosi testes sunt: Quisq; enim testis, testimonio suo, aut quem criminis condemnare, aut facultatibus mulctare satagit; at, nec facultates ab aliquo abjudicantur, nec pœna cuiquã infligitur, ex mera suspicione. Servos, & ipsos, testimonium dicere, Scriptura prohibet:* Q.S.E. (Deut. XIX, 19.) Et facietis ei, quemadmodum molitus fuerat facere fratri suo. *E quibus consequitur, illum, quem Scriptura vocat Fratrem,* (seu eum contra quem testimonium dicitur,) *ipsumq; testem, æqualis debere esse conditionis. Ubi igitur accusatus est tribulis Judæorũ, ita & testis, tribulis Judæorum ut sit, exigitur. Atq; hinc, quid de* τοῖς ἔξω *statuendum, facilis a majori ad minorem verisimilitudinem, est collectio. Quod si enim Servi, qui tamen in quorundam Præceptorum communionem cum Judæis admittuntur, testimonium dicere nequeunt; quanto minus id* τοῖς ἔξω (cum quibus nihil commune habemus,) *licere, reputari debet? Qui ex parte servus est, testis fieri nequit, quod idem sentiendum de eo, qui manumissus fuit, nec habet instrumentum manumissionis suæ, quoad illo potiatur.* Cæterum, unde

fiat, quod adversus Sotam etiam ii dicere testimonium possint, quibus alio qui ad testandum nullũ jus est, causam indicat Maimonides Hilch. Sota cap. 1. §. 15. הואיל וקדם הקנוי והסתירה בעדים כשרים והתורה האמינה עד אחד בטומאה הרי כולן כשרין לעדות טומאה; Id est: *Quia* (principio Maritus,) *Zelotypias interdictum edidit testibus legitimis præsentibus, Lex autem Divina, de facta deinde pollutione etiam uni soli testimonium dicere permittit; igitur de pollutione testari quisq; potest.*

3. Non tamen ad dotis amissionem] Secus enim in rem suam testarentur, quod nullæ leges facere sinunt.

ג

שהיה בדין ומה אם עדות ראשונה שאין אוסרתה איסור עולם אינה מתקיימת בפחות מב׳ עדות אחרונה שאוסרתה איסור עולם אינו דין שלא ת׳ תתקיים בפחות משנים תלמוד לומר ועד אין בה כל עדות שיש בה קל וחומר לעדות ע׳ הראשונה מעתה ומה אם עדות אחרונה שאוסרתה איסור עולם הרי היא מתקיימת בעד אחד עדות ראשונה שאין אוסרתה איסור עולם אינו דין שתתקיים בעד אחד ת׳ תלמוד לומר כי מצא בה ערות דבר ולהלן הוא אומר על פי שני עדים יקום דבר מה דבר

III.

(SI vero argumentareris,) æquum esse, * ut quoniam prius testimonium, quod tamen æternam separationem mulieris a viro minime infert, neutiquam consistit, si pauciores adsint, duobus (*testibus*:) Ideo æquum esse, ut nec testimonium posterius, quod æternam separationem post se relinquit, valeat, si pauciores adsint duobus (*testibus*.) Nota dictum (Num. V, 13.) *Et nemo testis fuerit contra eam.* (*Id est,*) qualecunque tandem sit testimoninm, quod adducitur, (*admittitor.*) Quod si vero e loco Comparatorum, de primo testimonio concludere velles: Si in testimonio posteriori, quod æternam separationem inducit, unicus testis sufficit; annon etiam æquum fuerit, ut pariter ad prius illud, quod neutiquam æternam

האמור להלן על פי שנים או עדים אף כאן על פי שנים עדים:	ternam separationem infert, unius testis effatum, sufficiat? Notabis dictum (Deut. XXIV, 1.) *Quia invenit in ea turpem rem a-*

liquam. Alibi vero, (scilicet c. XIX, 15.) Scriptum: *Ex sermone duorum testium, stabit res.* Quare sicut vox *Res*, hîc loci, ita eadem & ibi sermonem duorum (*testium requirit.*)

ANNOTATA.

* Ut quoniam prius testimonium &c.] Sensus est: Non valet argumentum, si ita inferre velis: Quia nefas est marito, potionare uxorem suam aquis explorationis, nisi legitimi testes duo post factum interdictum, eam se cum amatore occultasse, testimonium perhibeant, cum tamen ex ea re, haud diutius, quam usque dum instituta sit exploratio, conjuges a se invicem separentur: Ergo totidem testes legitimi, de pollutione quoque, si quæ accidisse dicitur, testimonium deponere debent, hæc enim si probetur, jam non amplius ad bibendas aquas explorationis mulier admittitur, sed æternum eam a se segregare, marito convenit.

ד	IV.
עד אומר נטמאת ועד אומר לא נטמאת אשה אומרת נטמאת ואשה אומרת לא נטמאת היתה שותה. אחד אומר נטמאת ושנים אומרים לא נטמאת היתה שותה שנים אומרים נטמאת ואחד אומר לא נטמאת לא היתה שותה:	* SI unus testis, eam violatam asserat, alter factum neget, aut, si fœmina una, factum perhibeat, altera contradicat; bibendi facultatem habebat. Sin unus testis vitiatam assevераret, duo autem vitiatam negarent, itidem bibere non prohibebatur. Duobus vitiatam esse confirmantibus, & uno contradicente, bibere eidem non licebat.

ANNOTATA

* Si unus testis &c.] Non hæc intelligi recte possunt, nisi observentur ea, quæ annotat Maimonides in Commentario : מה שאמר עד אחד אומר נטמאת ועד אחד אומר לא נטמאת היתה שותה בתנאי שיעידו שניהם באחד אבל אם אמר עד אחד נטמאת אחר כך בא אחר אחריו ואמר לא נטמאת אין משגיחין לעדות האחרון ואינה שותה לפי שהתורה האמינה עד אחד בסוטה והעיקר אצלינו כל מקום שהאמינה תורה עד אחד הרי הוא במקום שנים ואין דברי של אחד * במקום שנים ומה שאמר עד אחד אומר נטמאת ושנים אומרים לא נטמאת שהדבר תלוי באחרון אמנם זה בפסולי עדות כגון שהיו עבדים או נשים או אחד מן הפסולין שאו חוששין לרוב המנין אבל אם היה עד כשר ושנים פסולים הרי הוא כמו עד אחד ועד אחד; Id est: *Quod dicitur : Si unus testis eam violatam asserat, alter factum neget, bibisse Sotam, id capiendũ cum hac conditione, si ambo, simul, & eodem tempore testimonium deponant. Nam, si unus testis violatam mulierem perhibeat, & alius deinde superveniens contrarium testetur, iste posterior non attenditur, nec admittitur mulier ad bibendum. Quippe, Lex Divina, in negotio Sotæ, uni testi locum relinquit, nos vero tenemus firmiter, quod quotiescunq; per Legem Divinam uni testi fidem habere jubemur, istum unum esse instar duorum, idem tamen, de altero,(* factum negante, *) neutiquam obtinet. Quod vero porro dicitur ; Si unus testis vitiatam mulierem asseveret, duo contra vitiatam negent, posterioribus standum esse, id accipere oportet de casu quo* (priores,) *vitio aliquo laborant, uti, si Servi sint, aut mulieres, aut saltem unus ex iis sit illegitimus, tum enim majorem numerum testium attendimus. Sed, si unus testis sit bonus, & duo, cætera ad testandum inepti, jam unus & unus esse videntur.* Hoc fundamento sic substrato, non dubitabimus de veritate eorum, quæ sic explicatius traduntur apud eundem Maimonidem in Hilchot Sota cap. 1. §. 17. seqq. & in MS. quoque nostro Ez Hechajim eorundem Hilchot cap. 2. fere similibus utrobique verbis : בא עד אחד כשר ואמר נטמאת אינה שותה בא אחר והכחישו ואמר לא נטמאת אין שומעין לו שעד אחד בטומאת סוטה כשנים ואין דבריו של אחרון דוחין דבריו של ראשון שהוא כשנים באו שנים כאחת זה אומר נטמאת וזה אומר לא נטמאת או שאמר אחד נטמאת ובאו שנים ואמרו לו נטמאת שותה בא עד אחד כשר ונשים רבות או פסולי כאחד תעד אומר נטמאת והנשים והפסולין לא נטמאת שותה שעד

* Sic est in Amstelod. & Basil. editionibus, sed אחר legendum utique.

אחד

אחד ופסולין רבים כמחצה על מחצה היו כלם פסולין הולכין אחר הרוב כגון שתי נשים אומרות נטמאת וג׳ אומרות לא נטמאת שותה ג׳ אומרות לא נטמאת וד׳ אומרות נטמאת אינה שותה היו מחצה על מחצה הרי זו שותה: Id est? *Si testis unus legitimus veniat, dicatq; vitiatam Sotam esse, non admittitur ipsa ad bibendum aquas exploratorias. Si superveniat testis alius, atq; hunc mendacii coarguat, illibatamq; Sotam esse contendat, non is attenditur, testis enim unus, cum de Sotæ pollutione agitur, duorum vicem sustinet, nec verba posterioris, assertionem prioris labefactant, cum iste,* (ceu dictum,) *duorum loco sit. Si duo simul adveniant, atq; unus pollutam, alter illabatam mulierem contendat, aut si unus pollutam testetur, ac duo superveniant, qui id factum negent, explorationi mulier subjicitur. Si testis unus legitimus, & multæ fœminæ, aut quidam, alio vitio, propter quod cæteroquin testari non possent, laborantes, simul concurrant, & testis legitimus mulierem pollutam, mulieres, aut illegitimi illi, impollutam asseverent, explorationi locus erat, unus enim testis* (legitimus,) *& multi illegitimi, faciunt duas æquales dimidias. Si omnes testes fint illegitimi, majorem numerum sequi oportuit, uti, si duæ mulieres aliquam pollutam, tres eandem impollutam testarentur, licebat huic Sotæ bibere. At, si tres impollutam, quatuor pollutam dictitarent, bibere nefas erat. Si par utrinq; esset numerus, instituebatur exploratio.*

Atque sic propemodum, totam hactenus Sotæ vidimus Scenam. Peracta nunc est Fabula, ad alia animum deinde intentum habere jubent Magistri. Interim, quia Gemaræ hujus Capitis brevitas, Autori Operis En Jacob, quod excerperet, suppeditavit nihil, ne sola hæc Mischna, nuda & deserta relinquatur, atque deterrimæ inter omnes conditionis se esse, conqueri queat; Agedum, priusquam hinc discedimus, excerpamus nos ex aliis libris, mantissæ in vicem, quæ adhuc insuper ad Sotam attinent, quæque in hoc tractatu a Talmudistis fuere neglecta.

Ducunt suò merito agmen quæ Præclarissimus Codex noster MS. Ex Hechajim admonet:

CAP. I. האומר לאשה אל תסתרי עם פלוני ופלוני ונסתרה עם שניהם כאחד כדי טומאה אפי' הם שני אחיה או אחיה ואביה אסורה על בעלה עד שתשתה מי המרים ויבדק הדבר מת קודם שישקנה אין לה כתובה: Id est: Si quis dicat conjugi suæ: *Ne occultato te cum N. & cum N.* atque ipsa eodem tempore cum ambobus tamdiu latitasse deprehendatur, ut fieri potuisset pollutio, tum, etiamsi duo isti, fratres ejus sint, aut frater paterque illius, tamen porro marito jungi prohibetur, ante biberit quam aquas amaras, & facta sit exploratio. Atq; si maritus fato fungatur, exploratione nondum peracta, mulier dote excidit.

CAP. II. מי שראה שזינתה אשתו או אמרו לו אחד מקרוביו שמאמינים אפילו בלא קנוי חייב להוציא' ואסור לבא עליה ויתן כתבתה הודתה שזנתה תצא בלא כתובה: Id est: Si quis vidit uxorem scortantem, aut ejus rei nuncium a cognatis fide dignis accepit, etiamsi interdictum nullum præcessit, tamen eam dimittere tenetur, nec cum illa porro rem habere potest. Cæterum, dotem mulieri solvere oportet, nisi quidem ipsa scelus suum fateatur, tum enim dote privare eam licebit.

Amplius: אשת שזנתה תחת בעלה בשוגג או באונס מותרת לבעלה שנ' והיא לא נתפשה הא נתפשה מותרת בין שאנסה נ"י בין שאנסה ישראל וכל שתחלת ביאתה באונס אע"פ שסופת ברצון ואע"פ שאמרה הניחו לו שאם לא אנס הייתי שוכרתו מותרת שיצרה מלבשה אחר שהיה מתחלתה באונס: נשים שנגנבום לסטים הן כשבויות שהן אנוסות ומותרות לבעליהן ואם הלכו ללסטים מעצמן הרי אלו ברצון ואסורות לבעליהן ואשת כהן שנאנסה או שגגה אסורה לבעלה

לבעלה שנעשית זונה מכל מקום והוא אסור בזונה אבל יכפוהו ליתן לה עיקר ותוספת Id est: Mulier viro juncta, quæ ſive per errorem, ſive per vim, vitium paſſa fuit, legitime adhuc marito jungitur Q. S. E. (Num. V, 13.) *Si non fuerit comprehenſa.* Conſequens ergo, quod ſi (vi) comprehenſa ſit, matrimonii jure eam non excidere: Nec intereſt, an Judæorum, an vero τῶν ἔξω aliquis, vim ei fecerit. Atque, modo compreſſionis initium vi contigerit, (*nil obſtat*,) ſi deinde aſſenſus accedat, &, ſi maxime dicat, miſſum facite iſtum hominem, niſi enim vim mihi intuliſſet, huic rei conduxiſſem eum; talis tamen, adhuc legitima cenſetur conjux, quippe poſt vim illatam, invaluit laſcivia. Mulierum a Latronibus interceptarum, idem quod captarum bello jus eſt, nam pro vi compreſſis habentur, & cum maritis deinde legitime habitant. Sed, ſi ultro ad Latrones ſe conferant, ſua voluntate (*ad ſtuprum coactæ videntur*,) easque ſegregare a ſe mariti debent. Sacerdotis Conjux, ſive per errorem, ſive per vim vitium paſſa ſit, jure maritalis tori excidit, facta enim utique ſcortum eſt, at talem in conjugio habere is prohibetur. Cæterum, cogendus tamen eſt, ut ei ſortem dotis, cum ipſo largiatur auctario.

Poſt alia: כל אשה שהיה לה קינוי וסתירה ולא שתתה מי המרים בין שלא רצה בעלה להשקותה בין שלא רצתה היא בין שבא לה עד טומאה או הודת או היתה מאלו הנשים שאינן ראויות לשתות או שקנאו לה בית דין הואיל ונאסרה על בעלה מכל מקום הרי היא אסו׳ על זה שנתיחדה עמו לעולם ואם עבר ונשאה מוציאין אותה מתחתיו בגט ואפי׳ היו׳ לה בנים ממנו שבשם שאסורה לבעל כך אסורה לבועל אבל אם לא קידם קינוי ובאו עדים שנסתרה עם זה ומצאו דבר מבוער שנכנסו אחריה ומצאוה חוגרת חגורה או מצאו רוק למעלה

fuit animadversa, si ob hanc causam maritus conjugem domo expellat, pariter nec illi nubere debet, cum quo venit in suspicionem. Quod si hoc præceptum transgrediantur, & nuptias faciant, tum eo casu quo liberos procrearunt, non eam maritus dimittere cogitur, bene autem, si liberos non susceperint. Sed hoc tamen, ea quoque cum limitatione capiendum, si non cesset fama de scortatione ab iis admissa, per diem unum & medium, vel amplius; nec sint illis inimici, qui eam famam divulgarunt. Quod si ea res, in publicum rumorem non abiit, aut si citra metum incussum continuo fama defecit, tum si mulier illa cum amatore nuptias contrahat, non is eā repudiare compellitur, utut maxime liberos nullos procrearunt. Si cum qua muliere maritus ob turpis rei indicium a testibus significatum, divortium fecit, atque hæc alii nupsit, ab eodemque repudiata est, ne sic quidem cum veteri amatore conjugium ipsa inire debet: si tamen id sit contractum, non imperandum marito divortium, etiam tum, cum liberi nulli extant. De quacumque muliere testes affirmant, ipsam cum eo homine, cujus nunc est conjux, priore conjugio durante scortatam esse, cum hac divortium facere novus maritus cogitur. Atque notandum, quoties dicimus cogi quem ad faciendum divortium, ita id accipiendum esse, ut dos solvi non intelligatur.

Rursus : שתה מי המרים ונקתה מהן וחזר וקנא לה מן האיש שהשקדה על ידו ונסתרה עליו אין משקה על ידו פעם שנייה אלא תאסר עליו לעולם ותצא בלא כתבה אבל אם קנא לה עם אחר ונסתרה עם אחר בעדים משקה אותה פעם שנייה ואפילו כמה פנים והוא שישקה כל פעם בגלל איש אחר השקה אותה וגרשה ונשארת לאחר וקנא לה עם האיש שהשקדה אותה הבעל הראשון בגללו ונסתרה עמו בעדים׃ הבעל השני משקה אותה על ידו שהוא בעל שני ואפילו מארה ונשארת לזה אחר זה משקין אותה על ידי איש אחד ואין אומרין ודאי שהוחזקה לזה וטמאה עד שיהיה שם עד׃

 Id est:

Id est: Si quæ Mulier aquas exploratorias bibit, & innocens deprehensa fuit, postea vero commercio ejusdem hominis, cum quo semel in suspicionem venerat, iterum maritus eam prohibeat, ipsaque cum isto se occultet, non potionatur ob eundem vice secunda, sed jure conjugali, juxta cum dote excidit. Sed, si (*post primam explorationem,*) de alio maritus faciat interdictum, atq; mulier cum eo latitasse testibus convincatur, nova institui potest exploratio, licetque idem repetere sæpissime, modo semper novi amatoris nomine suscipiatur. Si quis post factam explorationem mulierem repudiavit, eaque alii nupta sit, iste vero posterior maritus, ob eundē interdictum faciat, cujus comercium mulieri prior maritus vetuit, tum si præsentibus testibus cum veteri amatore se occultet, posterior maritus conjugem potionandi jus habet, ob novum matrimonium contractum: atq; adeo mariti centum, ob eundem hominem explorationem instituere possint, si ordine, mulier iis fuerit nupta. Nec licebit dicere; Certum est mulierem isti adhærere, pollutamque esse, nisi testibus id queat evinci.

CAP. III. בכל זמן משקין הסוטות וכל היום כשר להשקות ולא משקין בלילה ולא משקין שתי סוטות באחת׃ Id est: Temporibus (*profestis,*) quibuscunque, Sotas potionare licet, atque omnibus quoque diei horis id negotium suscipi potest: Noctu tamen exploratio institui non debet, nec debent simul & semel Sotæ duæ potionari.

Maimonides Hilch. Sota cap. 1. §. 7. בעל שמחל על קינויו קודם שתסתר קינויו מחול וכאלו לא קינא לה מעולם אבל אם מחל אחר שתסתר אינו יכול למחול גירשה הרי זה כמי שמחל ואם החזירה צריך לקנאות קינוי אחר׃ Id est: Si quis maritus revocet interdictum ante occultationem factam, id facere licet, nec unquam interdictum edidisse intelligitur. Sed, post occultationem factam, remissionem indulgere non potest. Divortium, remissioni comparatur, quare si quis repudiatam repetat, novo interdicto opus est.

Pesikta

Pesikta Sutarta fol. 39. col. 4. Jalkut fol. 205. col. 3. & ex his alii plures.

אמרו מעשה בשתי אחיות שהיו דומות זו לזו בא להשקותה בעלה ושנת את בגדיה באחותה השקו את הטהורה ולא לקת ובחזירתה נשקתה וכיון שהריחה מים המרים מיד מתה הטמאה לקיים מה שנ׳ ולא ימלט רשע את בעליו׃

Id est : Narrant historiam , de duabus Sororibus, sibi invicem similimis, quarum cum alteram maritus (*ob adulterii suspicionem*) potionare vellet, ipsa (*ream se sentiens,*) cum sorore vestes commutat, atque sic innocens potionata fuit, abiitque illæsa : Hanc vero reversam, cum altera soror (*gratam se monstrare cupiens,*) esset osculata, percepissetque odorem aquarum amararum continuo animam exhalavit, ut constaret veritas illi (Eccles. VIII, 8.) *Non liberabit iniquitas dominum suum.*

Pesikta Sutarta fol. 40. col. 1. ונקה האיש מעון שלא יאמר אוי לי שהרגתי את בת ישראל אוי לי שהייתי משמש עם הטמאה לכך נאמר ונקה לפי שאין הקב״ה בא עם בריותיו בטרוניא ולא נתן להם חוקים כדי ליגען וכדי לטרדן מן העולם אלא משפטים ישרים ותורת אמת ואין הקב״ה מביא את האדם בדין אלא על דבר שנצטוה ובידו כח לעשות כדי שידו מגעת׃

Id est : (*Ait Scriptura*, Num. V, 31.) Insontem futurum virum Zelotypum ab iniquitate, (*etiam cum aqua exploratoria mulieri fuerunt exitio.*) Scilicet, non est cur dicat ; Væ mihi, quod interemi filiam Israëlis ! Væ mihi, quod cum uxore adultera concubui! atque eam ob rem Scriptura innocentem ipsum pronunciat. Non enim Deus æternus cum creaturis suis tyrannidem exercet, nec præcepta eum in finem illis dedit, ut eas fatigaret, aut vitam iis adimeret. Nempe Præcepta ejus recta sunt, Lex tota divina est, neque vocat Deus hominem in judicium, nisi ob violationem ejus quod diserte erat præceptum, & quod saltem quomodocunq; implere licebat,

R. Leon di Modena nell' Historia de Riti Hebraici vita ed osseruanze de gl' Hebrei di questi tempi parte 4. cap. 6. Nell'antico tempo, quando vn marito era geloſo della moglie, la conduceua al Sacerdote, che dandole a beuer di cert' acqua, ſe era innocente campava, ſe colpeuole, crepaua, come nel libro de Numeri c. 5. Ma adeſſo ſe vn marito habbia proteſtato alla moglie, Non far ch' io ti vegga con il tale, e la troui con eſſo lui, o corra voce publica, che ella faccia male, o vi ſiano certi inditii baſteuoli, e tanto più ſe la trouaſſe realmente in mal fare, ancor ché egli non voleſſe, li Rabini lo sforzano a repudiarla, o ſepararſi per ſempre da lei, e poi repudiata può ella maritarſi con chi vuole, fuori che con quel tale, per il ſoſpetto di cui, o per certezza, ſia ſtata repudiata.

Finiendum est, facundiſſimi Philonis, eleganti de Judicio Sotæ diſſertatione, quam libro qui de Specialibus Legibus inſcribitur, inſeruit. Ea Talmudiſtarum placitis, in plerisq; tam pulchre conſonat, ut egregiam contineat multorum hactenus dictorum ἀνακεφαλαίωσιν·

Πάλιν πόρνην κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον οὐ παραδέχεται ἡ πολιτεία, κοσμιότητος καὶ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀλλοτρίαν, ἣ ἀναπίμπλασα τὰς ψυχὰς ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν ἀκολασίας, τὸ μὲν τῆς διανοίας ἀθάνατον κάλλος αἰσχύνει· Τὴν δὲ σώματος ὀλιγοχρόνιον εὐμορφίαν προτιμᾷ· παραρριπτοῦσα μὲν αὐτὴν τοῖς ἐπιτυχοῦσι, τὴν δ' ὥραν ὥσπερ τι ὤνιον ἐπ' ἀγορᾶς πιπράσκουσα, ἐπὶ μὲν θήρᾳ τῶν νέων, ἕκαστα καὶ λέγει καὶ πράττει· Τοὺς δ' ἐραστὰς ἀλείφει κατ' ἀλλήλων, αἴσχιστον ἆθλον αὐτὴν προθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσενεγκοῦσιν· ὡς λύμη οὖν καὶ ζημία καὶ κοινὸν μίασμα καταλευέσθω, τὰς τῆς φύσεως διαφθείρασα χάριτας, ἃς ἥρμοττε καλοκἀγαθίᾳ προσεπικοσμῆσαι· μοιχείας δὲ τὰς μὲν αὐτοφώρους, ἐναργέσιν ἐλέγχοις πιστωμένας ἐνθένδε ὑπαιτίους ἀπέφηνεν ὁ νόμος· Τὰς δὲ καθ' ὑπόνοιαν οὐκ ἐδικαίωσεν ἐξετάζεσθαι πρὸς ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως * ἤγαγε δικαστήριον, ἐπειδήπερ ἄνθρωποι, μὲν τῶν ἐμφανῶν ἐπιγνώμονες, θεὸς δὲ καὶ τῶν ἀδήλων, ᾧ μόνῳ δυνατὸν ψυχὴν ἐναργῶς θεάσασθαι· φησὶν οὖν τῷ ὑπονοοῦντι ἀνδρὶ, γραψάμενος πρόκλησιν, εἰς τὴν ἱερόπολιν ἴθι σὺν τῇ γυναικὶ, καὶ καταστὰς ἐπὶ τῶν δικαστῶν ἀπογύμνωσον τὸ παραστάν σοι τῆς ὑπονοίας πάθος, μὴ ὡς ἄν τις συκοφάντης ἢ κακοτεχνῶν ὑπὲρ τοῦ πάντως περιγενέσθαι, ἀλλ' ὡς ἄν τις τῆς ἀληθείας ἀκριβὴς ἐξεταστὴς ἄνευ σοφιστείας· ἡ δὲ γυνὴ δύο κινδύνους ὑπομένουσα, τὸν μὲν ὑπὲρ ψυχῆς, τὸν δ' αἰσχύνην βίου παντὸς ἀργαλεώτερον θανάτου, κρινάτω παρ' αὐτῇ τὸ πρᾶγμα, κἂν μὲν καθαρεύῃ, θαρροῦσ' ἀπολογείσθω· εἰ δ' ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλέγχοιτο, καταδυέσθω, προκάλυμμα τῶν ἁμαρτημάτων, αἰδῶ ποιησαμένη· τὸ γὰρ

* Fortaſſe legendum θεῖον

μέχρι τέλους ἀναισχυντεῖν, ὑπερβολὴ κακίας. Ἐὰν δ' ἀμφήριστα ᾖ τὰ λεχθέντα, καὶ μηδ' ἕτερον καθέλκῃ μέρος, ἴτωσαν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ στὰς ἀντικρὺ τοῦ βωμοῦ, παρόντος τοῦ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἱερωμένου, δηλούτω τὴν ὑπόνοιαν ἅμα, καὶ κομίζων ἄλευρον κρίθινον, εἶδός τι θυσίας ὑπὲρ τῆς γυναικὸς εἰς ἔνδειξιν τοῦ μὴ κατ' ἐπήρειαν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης ὑγιοῦς κατ' ἐνδοιασμὸν εὔλογον αἰτιᾶσθαι, ὃ, θ' ἱερεὺς λαβὼν προτεινέτω τῇ γυναικὶ, καὶ τοὐπίκρανον ἀφελὼν, ἵν' ἐπικρίνηται γεγυμνωμένη τῇ κεφαλῇ τὸ τῆς αἰδοῦς περιῃρημένη σύμβολον, ᾧ ταῖς εἰς ἅπαν αἰτίαις ἔθος χρῆσθαι. Μήτε δ' ἔλαιον, μήτε λιβανωτὸν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων θυσιῶν προσοίσω, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ χαρτοῖς, ἀλλ' ἄγαν ὀδυνηροῖς μέλλειν τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι. κρίθινον δ' ἐστὶ τὸ ἄλευρον, ἴσως ἐπειδὴ ὑπαμφίβολός ἐστιν ἡ ἀπὸ κριθῆς τροφὴ, καὶ ἀλόγοις ζώοις καὶ ἀτυχέσιν ἀνθρώποις ἐφαρμόζεσθαι, σύμβολον τοῦ τὴν μεμοιχευμένην οὐδὲν θηρίων διαφέρειν, ὧν ἀδιακρίτους εἶναι καὶ ἀνεπιστάτους τὰς ὀχείας συμβέβηκε. Τὴν δὲ καθαρεύουσαν τῶν ἐγκλημάτων, οἰκεῖον ἀνθρώπων βίον ἐζηλωκέναι. Λαβὼν δὲ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς κεραμοῦν ἀγγεῖον, ἐγχείτω καθαρὸν ὕδωρ ἐκ πηγῆς ἀρυσάμενος, καὶ φερέτω βῶλον γῆς ἐκ τοῦ κατὰ τὸ ἱερὸν ἐδάφους, ὅπερ οἶμαι καὶ αὐτὸ συντείνει πρὸς τὴν ἔρευναν τῆς ἀληθείας διὰ συμβόλων. Τὸ γὰρ κεραμοῦν ἀγγεῖον, πρὸς τὸ μοιχεύεσθαι, διὰ τὸ εὐκτὸν, θάνατος ὁ κατὰ μοιχῶν δίκη. ἡ δὲ γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς τὸ καθαρεύειν τῆς αἰτίας. Ἐπειδὴ δι' ἀμφοτέρων αἱ γενέσεις καὶ αὐξήσεις καὶ τελειώσεις ἁπάντων. Ὅθεν ἑκάτερον οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐπεκόσμησε, τὸ μὲν ὕδωρ εἰπὼν δεῖν καθαρόν τε λαμβάνειν καὶ ζῶν, ἐπεὶ ἡ ἀνυπαίτιος γυνὴ καθαρεύειν τὸν βίον, καὶ ζῆν ὀφείλει. τὴν δὲ γῆν οὐκ ἀπὸ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐδάφους, ὅπερ ἀναγκαῖον, ἀρεστοῦσαν ὡς καὶ γυναῖκα τὴν σώφρονα. Τούτων δὲ προευτρεπισθέντων, ἡ μὲν ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ τὸ κρίθινον ἄλευρον κομίζουσα, καθάπερ ἐλέχθη, παρείτω. Ὁ δ' ἱερεὺς ἀντικρὺ τὸ κεραμοῦν ἀγγεῖον ἐν ᾧ ὕδωρ ἐστὶ καὶ γῆ στὰς ἐπιλεγέτω τάδε. Εἰ μὲν τοὺς ἐπὶ γάμοις θεσμοὺς οὐ παραβέβηκας, οὐδ' ἀνὴρ ἕτερος ὡμίλησέ σοι καθυφιεμένῃ τὰ πρὸς τὸν νόμον συνεληλυθότι δίκαια, ἀνυπαίτιος καὶ ἀθῷα ἴσθι. εἰ δ' ὀλιγωρήσας μὲν ἀνδρὸς κενὰς ζηλώσασα ἐπιθυμίας, ἢ ἐρασθεῖσα, μὴ ἀγνόει πάσαις ἀραῖς ἔνοχος γεγενημένη, ὧν τὰ δείγματ' ἀναφανεῖσθ' ἐπὶ τοῦ σώματος ἴσθι, καὶ ἔκπινε ποτὸν ἐλέγχου, ὃ τὰ κεκρυμμένα σοῦ καὶ τὰ δηλούμενά σοι ἀπαμφιέσει καὶ ἀπογυμνώσει. Ταῦτα γράψας ἐν χαρτιδίῳ καὶ ἀπαλείψας τῷ κατὰ ἀγγεῖον ὕδατι προτεινέτω τῇ γυναικί. ἡ δὲ πιοῦσ' ἀπαλλαττέσθω, προσδεχομένη σωφροσύνης ἆθλον, ἢ ἀκολασίας τὴν ἀνωτάτω τιμωρίαν. εἰ μὲν γὰρ σεσυκοφάντηται, σπορὰν καὶ γέννησιν ἐλπιζέτω, τῶν ἐπὶ στειρώσει καὶ ἀγονίᾳ φόβων καὶ φροντίδων ἀλογοῦσα. εἰ δ' ἐστὶν ἔνοχος ἐφεδρεύουσαν εἰς τὸν γαστρὸς ὄγκον οἰδούσης καὶ πιμπλαμένης καὶ τῶν περὶ μήτραν δεινὴν κάκωσιν, ἣν καθαρὰν οὐκ ἠξίωσαν ἀνδρὶ διατηρεῖν τῷ κατὰ πάτρια γήμαντι.

Præterea, Scortum, lex ejicit e Republica, ut honestate, pudore, sobrietate, ac cæteris virtutibus vacuum, & replens viros fœminasque impudicitia, deturpansque immortalem mentis pulchritudinem, solam vero corporis venustatem brevi perituram excolens, prostituens se prætereuntibus, & florem ætatis venditans, ad illectandos juvenes omnia tum dicens, tum faciens. Ea-

dem committit amatores suos, inhonestum præmium seipsam proponens ei qui plura dederit. Ergo ut pestis, labesque publica, saxis obruetur, quod naturæ donis abutatur, quæ virtutibus exornasse debuerat. Adulteris deprehensis convictisque, lex præsentem pœnam infligit: suspectas autem committit naturæ judicio, non hominum: quandoquidem manifesta cognoscunt homines, Deus occulta etiam, qui solus animos introspicit. Sic igitur Zelotypo viro præcipit: Die dicta uxori, sanctam civitatem pete cum ea: & ubi coram judicibus comparueritis, suspicionem tuam detege, non ut calumniator, aut insidiator, captans modis omnibus victoriam, sed ut incorruptus inquisitor veritatis. At mulier in gemino constituta periculo, mortis, & morte gravioris ignominiæ, rem ipsa secum expendat, & si est innocens, purget se cum fiducia. Quod si arguatur suapte conscientia, satius fuerit se abdere, & peccatum pudore tegere, quam pervicaciter ambire victoriam. Quod si lis nequeat dirimi, neutrius conjugum argumentis prævalentibus, ambo in templum eant: tum maritus ante altare stans coram Sacerdote illius temporis, suspicionem suam prodat, offeratque pro uxore pultem * hordeaceam, ut appareat, cum non malo, sed sano animo certis de causis pudicitiam ejus revocare in dubium. Sacerdos vero protensa manu mulieri tegmen detrahat, ut judicetur aperto capite, sine pudoris insigniis, sicut mos est in omnibus controversiis capitalibus. Sed neque oleum, neque thus, ut in aliis sacrificiis aspergitur, quia tristes, non læti rem divinam faciunt. Puls autem adhibetur hordeacea, fortassis ideo, quia hoc genus frugum usus est duplex *, & promiscue præbetur brutis animalibus, & pauperibus hominibus: quo signo subinnuitur, adulteram nihil differre a bestiis, quæ sine discrimine, & sine disciplina ruunt in venerem. Pudicam vero, & puram a crimine, imitari vitam propriam hominibus. Pergit lex, jubens ut Sacerdos, urnam fictilem aqua e vivo fonte hausta, impleat, & terræ pulverem e templi solo collectum, indat in eam. Quod ipsum, eo spectare opinor, ut figurate significetur veritatis inquisitio. Nam urna fictilis adulteræ convenit, cui mors optanda est, sollennis pœna violatæ conjugalis fidei. Terra autem & aqua sic assumuntur, velut testes

* *Malo*, Farinam, & *sic in cæteris.*

* Fortasse leg. *duplicis.*

testes periclitantis innocentiæ, videlicet quod ambæ sint causa generationis, incrementi, perfectionisq; rerum omnium. Nec temere utraq; ornatur suis epithetis, dum aqua pura vivaque dicitur, quia mulier insons pura est, mereturque vivere. Terra vero sacra, ut ex templi pavimento desumta, quod sua sanctitate placet, ut mulier sua castimonia. His ita paratis illa capite aperto accedat, ut dixi, pultem offerens. Sacerdos ex adverso stans cum fictili aquam terramq; continente, hæc verba pronunciet: Ni violasti jura conjugalia, nive cum alio viro congressa es proculcatis legibus, insons esto & a crimine libera. Quod si cum injuria mariti te implicasti novis amoribus, scito te devotam diris omnibus, quibus manifeste pœnam lues corpore. Bibe jam redargutionis poculum, quod incerta occultaque nudabit ac reteget. Eadem verba inscripta chartulæ deleat aqua in fictili, moxque mulieri bibendam porrigat. Illa post potum abeat, expectatura pudicitiæ præmium, aut extremam pœnam intemperantiæ. Nam, si est passa calumniam, conceptum partumque sperat, nihil de sterilitate solicita. Quod si culpa non caret, non evadet ventris inflationem tumoremque, & cruciabile vulvæ vitium, quam puram marito servare noluit, cum quo in matrimonium rite convenerat.





פרק ז׳: CAPUT VII.

משנה MISCHNA

א I.

אלו נאמרי בכל לשון
פרשת סוטה וידוי מעשר
קרית שמע ותפלה וברכת
המזון ושבועת העדות ושבועת
הפקדון:

Quæ sequuntur, quacunque Lingua proferri possunt: [1] Sectio de muliere adulterii suspecta. [2] Confessio decimarum. [3] Lectio Audi. Preces (*consueta.*) Benedictio cibi. [4] Jusjurandũ testium, & Jusjurandum ob depositum.

ANNOTATA.

1. Sectio de muliere adulterii suspecta] Jam supra quædam in hanc rem disseruimus, quæ oportet recolere. Nec negligendum illud nostræ Gemaræ, quodque extat etiam in Pesikta Sutarta, fol. 39. col. 2. ת״ר משמיעין אותה בכל לשון שהיא שומעת על מה היא שותה ובמה היא נטמארת ובמה חיא נטמאת על מה היא שותה על עיסקי קינוי וסתירה ובמה חיא שותה במקידת של חרש על מה נטמאת על עיסקי שחוק וילדות ובמה היא נטמארת בשוגג או במזיד באונס או ברצון וכל כך למה שלא להוציא לעז על מים המרים; Id est: *Tradunt Magistri explicandum fuisse Sota, in familiari qua utebatur lingua, Quare bibat, & In Quo bibat. Item, Quare polluta fuerit, & Quo id modo acciderit. Quare bibat: Ob interdictum nimirum mariti, & factam deinde occultationem. In quo bibat: In vase scilicet fictili. Quare polluta fuerit: Puta, ob nimiam Petulantiam, vel Juventam. Quo id modo acciderit. Nempe, aut per Ignorantiam, aut proposito deliberato, aut per vim, aut voluntarie. Sed quid opus erat tantis ambagibus? Ne ipsa cæteroquin aquas exploratorias calumniaretur.*

2. Con-

2. Confessio Decimarum] Illa scilicet verba, quæ Deus Deut. XXVI, 13. 14. 15. recitanda dictavit, post exsolutas Decimas. Atque licebat pro concepta Hebræa formula, in barbara lingua substituere sententiam, quia formulæ in sacro textu præmittitur: *Tunc dices coram Domino Deo tuo*, ubi illud *dices*, cuique suæ linguæ usum indulgere videtur.

3. Lectio Audi. Preces consuetæ. Benedictio cibi] Proderit notasse, quæ scribit Baal Chasidim, Num. DCCLXXXV.
טוב לו לאדם שיתפלל ויקרא את שמע וברכות בלשון שמבין בו משיתפלל בלשון הקדש ואינו מבין בו וכתיב על אשר לא ידע ספר לאמר קרא נא זה ואמר לא ידעתי ספר ויאמר יי׳ יען כי נגש העם הזה בפיו ובשפתיו כברוני ולבו רחק ממני ותהי יראתם מצות אנשים מלומדה שמתפלל וקורא ואינו מביא מה מוציא מפיו לכך כתבו התלמוד בבבל ובארץ ישראל בלשון ארמי כדי שידעו את המצות אפילו עמי הארץ ולכך היו מתרגמין: Id est: *Satius est homini, ut preces faciat, & Sectionem* Audi, *Benedictionesq́, recitet lingua familiari, quam ut hac peragat lingua Sancta, si ejus rudis sit. Hinc scriptum est*, (Esa. XXIX, 12.) Sin autem dentur literæ, ei, qui nescit literas, dicendo: Lege quæso hoc, dicit nescio literas. Et dixit Dominus, propterea quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis honorant me, cor autem suum procul amovet a me, estq; reverentia eorum erga me, quam præcepto hominum edocti sunt. *Quæ omnia in eum optime quadrant, qui orat, & Scripturam legit, nec scit quid ore suo proferat. Atq́ hinc Talmud tam in Regione Judaica, quam in Babylonia, lingua Chaldæa conscriptum fuit, ut etiam vulgus hominum Præcepta posset addiscere; in eundemq́ finem editæ sunt* (Sacrarum literarum) *Chaldaicæ Paraphrases*. Nec spernendum illud Maimonidis, Hilch. Berachot c. 1. §. 5. & 6.
נוסח כל הברכות עזרא ובית דינו תקנום ואין ראוי לשנותם ולא להוסיף על אחת מהם ולא לגרוע ממנה וכל המשנה ממטבע שטבעו חכמים בברכות אינו אלא טועה וכל ברכה שאין בה הזכרת השם ומלכות אינה ברכה אלא אם כן היתה סמוכה לחברתה וכל הברכות כולן נאמרין בכל לשון והוא שיאמר כעין שתקינו חכמים: Id est: *Formulas omnium Benedictionum, Esra, ejusq́ Collegæ composuerunt, quare haud æquum est, cuiquam illarum, vel addere quid, vel demere, atq́, quisquis immutat monetam, quam in Benedictionibus cuderunt Sapientes, errat graviter. Non vero*

ulla Benedictio censetur legitima, nisi in qua & Dei, ejusq; Regni expressa sit mentio, aut, nisi Benedictio, in qua hæc deficiunt saltem alii, ubi ista habentur, sit annexa. Cæterum, omnes Benedictiones, quacunq; lingua concipi possunt, dummodo sententia eorum quæ prisci Sapientes ordinarunt, retineatur.

4. Jurisjurandum testium, & jusjurandum ob depositum] Quia Levit. V, 1. quo in loco Jusjurandum Testium innuitur, legimus: *Et audierit vocem blasphemiæ, cujus ipse testis sit*; exinde eliciunt Magistri, eadem lingua jurare posse testem, qua aliquid ad ejus notitiam pervenit, hoc est, omni promiscue. Porro, quia ibidem verbum תחטא adhibetur, atque eadem vox infra vers. 20. ubi de Jurejurando ob Depositum sermo est, repetitur, hinc, more suo, utriusque jurisjurandi similem rationem esse autumant.

ב

ואלו נאמרין בלשון הקדש מקרא ביכורים וחליצה ברכות וקללות ברכת כהנים וברכות כהן גדול ופרשת המלך ופרשת עגלה ערופה ומשוח מלחמה בשעה שמדבר אל העם:

II.

CÆterum, * Lingua Sancta tantum, efferebantur, Verba concepta de Primitiis, & quæ proferenda, cum exuitur quis calceo. Benedictiones & execrationes. Benedictio Sacerdotalis. Benedictiones Pontificis. Sectio Regia. Sectio vitulæ decollandæ, & (*deniq;, quæ loquebatur*) Sacerdos ad bellum unctus, eo tempore, cum ad populum verba faciebat.

ANNOTATA.

* Lingua Sancta tantum efferebantur &c.] Quia hæc in sequentibus satis explicantur, quod commenter non habeo, præter unum illud, Autorem libri Halichot Olam tract. 3. cap. 2. pag. 93. edit. l'Emper. Mischnam hanc notare ob defectum, eo quod שבועת הדין ושבועת ביטוי Id est: *Juramentum in Judicio præstitum, & Juramentum vulgare*, sint omissa, quæ cæteris ibi enumeratis addi debeant.

III. Ver-

ג III.

מקרא ביכורים כיצד וענית ואמרת לפני ה׳ אלהיך ולהלן הוא אום וענו הלוים ואמרו מה עניה האמור להלן בלשון הקודש אף כאן בלשון הקודש:

VErba concepta de * Primitiis, quomodo (*probabitur Ebraice proferenda*? Scil. Q. S. E. (Deut. XXVI, 5. *Et loqueris ac dices, corā Domino Deo tuo.* Atq; alibi (c. XXVII, 14.) dicitur: *Et loquentes Levitæ dicent.* Sicuti vero hic locutio, quæ fit Hebraicis verbis notatur, ideo ſequitur, ſimilem etiam priore loco intelligi.

ANNOTATA.

* Primitiis] Præcepto Divino, cujus memoria extat Ex. XXIII, 19. & Deut. XXVI, 1. ſeqq. obligabantur Judæi, Fructuum primitias deferre Hieroſolymas, easdemque largiri Sacerdotibus. Atque, quia Scriptura, non niſi Septem ſpecies fructuum, in Judæa creſcentium nominatim expreſſit, & hi fructus in ea regione tam inſigniter creſcebant, ut quos reliquæ terræ in hoc genere proferebant, ne comparandi quidem ad iſtos eſſent, ideo Magiſtri in Biccurim fol. 83. a. de ſolis quoque iis, Primitias oblatas perhibent. Sunt vero: החיטין והשעורין והענבים והתאנים והרימונים הזיתים והתמרים: Id eſt: *Triticum, Hordeum, Uva, Ficus, Malogranatum, Olea, & Palma.* Jucundum eſt diſcere ex cap. 3. ejus quem laudavimus libri, modum colligendi Primitias, easq; Deo dedicandi.

כיצד מפרישין הבכורים יורד אדם בתוך שדהו ורואה תאינה שבכרה אשכול שבכר רימון שבכר קושרו בגמי ואומר הרי אלו בכורים: Id eſt: *Quomodo ſeparantur, Primitiæ* (Deo ſacrandæ, a reliquis fructibus?) *Scilicet, cum homo deſcendens in fundum ſuum, deprehendit Ficum aut Botrum, aut Malogranatum* (ab arbore vel vite,) *primum edi, circumligat* (petiolum) *junco, aitq;*: Hæ ſunto primitiæ.

כיצד מעלין את הבכורים כל העירות שבמעמד מתכנסות לעיר של מעמד ולנין ברחובה של עיר ולא היו נכנסין לבתים ולמשכבים היה הממונה אומר קומו ונעלה ציון אל בית ה׳ אלהינו

אלהינו הקרובים מביאי התאנים והענבים והרחוקים מביאין
גרגור וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרת
של זית בראש החליל מכה לפניהם עד שמגיע קרוב לירושלם
הגיעו קרוב לירושלם שלחו לפניהם ועטרו את בכוריהם
הפחות הסגנים והגזברים יוצאים לקראתם לפי כבוד הנכנסין
היו יוצאי וכל בעלי אומניו שבירושלם עומדים לפניה ושואלים
בשלומם אחינו אנשי מקום פלוני באתם לשלום החליל מכה
לפניהם עד שמגיעין להר הבית הגיעו להר הבית אפילו
אגריפס המלך נוטל הסל על כתפו ונכנס עד שמגיע לעזרה
הגיע לעזרה ודברו הלוים בשיר ארוממך ה׳ כי דליתני ולא
שמחת אויבי לי הגוזלות שעל גבי הסלים היו עולות ומה
שבידם ניתנים לכהנים עודהו הסל על כתפו קורא מהגדתי
היום לײ׳ אלהיך עד שגמר כל הפרשה ר׳ יהודה אומר עד ארמי
אובד אבי הגיע לארמי אובד אבי מוריד הסל מעל כתפו ואוחזו
בשפתיו וכהן מניח ידו תחתיו ומניפו וקורא מארמי אובד אבי
עד שהוא גומר כל הפרשה ומניחו בצד המזבח והשתחוה ויצא:

Id est: *Quomodo afferebant Primitias? Omnes* (incolæ,) *civitatum Provinciæ alicujus, conferebant se in metropolim suam, & in plateis* (sub dio) *cum pernoctassent, quod ædes* (vitandæ immunditiei causa,) *non ingrederentur, cum illuxisset, inclamabat huic rei præfectus* : Surgite, ascendamus Zionem, ad domum Domini Dei nostri. *Propinquiores, afferebant Ficus, & Uvas recentes, sed longius remoti, Caricas, Uvasq; passas. Cæterum, anteibat illos Bos, cujus cornua auro obducta erant, caput corona oleagina ornabatur, pulsabanturq; fides, donec perveniebant Hierosolymas. Cum eam urbem prope essent, præmissis nunciis,* (adventum significantibus, calathos) *primitiarum* (pulchre) *redimire cœperunt. Sic viri Principes, Præsules, & muneribus publicis fungentes, ibant obviam, pro conditione nimirum adventantium : omnesq; opifices,*
urbem

urbem intrantibus assurgebant, & comiter eos compellando, Fratres nostri, Civesque Urbis N. *inquiebant,* sit adventus vester felicissimus. *Interim, pulsabantur semper fides ante turbam hanc, quoad deferrentur ad Montem Templi. Quem cum attigissent,* (quisque,) *& adeo ipse etiam Rex Agrippas, suum primitiarum calathum, suis imponebat humeris, & Templum subintrando, Atrium Israëlitarum petebat. Huc delati, Hymnum canere incipiebant Levitæ, ingeminando:* Extollam te Domine, quoniam evexisti me, neque lætitia affecisti inimicos meos de me. Ps. XXX, 1. *Columbæque circum calathos* (ornatus causa appensæ) *erant, holocaustis, ipsi calathi, cum primitiis, cedebant Sacerdotibus. Enim vero, cum calathos adhuc humeris impositos haberent, incipebant proferre comma 3. capitis XXVI. Deuter. cum reliquis quæ ibidem sequuntur. Sed R. Judas vult, cum perventum erat ad comma 5. ibi exoneratis humeris, quemq; calathos oris tenuisse, & Sacerdotem supponendo manum, instituisse receptam in sacris agitationem, atq; tum prolatum fuisse comma 5. & cætera ejus capitis omnia. Quo peracto, relictis juxta Altare calathis, & facta* (versus sacro sancta Adyta,) *profunda inclinatione, e Templo itum est.* De Tempore offerendi Primitias sic est in Cap. 1. אין מביאין בכורים קודם עצרת אנשי הר צבועים הביאו בכוריהם קודם לעצרת ולא קבלו מהם מפני הכתוב שבתורה וחג הקציר בכורי מעשיך: Idest: *Non afferendæ sunt Primitiæ ante festum Pentecostes: Aliquando Incolæ montis Zeboim attulerant Primitias ante illud festum, & non fuerunt acceptatæ, ob illud Scripturæ dictum* (Ex. XXIII, 16.) Et festum messis, primitiarum laborum tuorum. Tosephot addunt: אין מביאין ביכורים אחר חנוכה שהבכורים אחר חנוכה חשובים משנה הבאה ויניח אותם עד עצרת: Idest: *Non afferendæ sunt Primitiæ post festum Encæniorum,* (quod in XXV. diem Novembris incidit:) *Nam, Primitiæ post Encænia, ad annum novum spectant, quare ad festum Pentecostes usq; asservare eas oportet.* Atque, ne quid desit, ad plene cognoscendum pulcherrimum hunc Antiquitatis ritum, superest ut ex iisdem Tosephot doceamus, rationem qua Primitiarum fructus in calathis fuere dispositi: אם הביא שבעת המינים

בכלי

בכלי אחד יצא ולא יביאם בתרבות אלא שעורים מלמטה וחיטים מלמעלה על גביהן וזתים על גביהן ותמרי על גביהן ורימונים על גביהן ותאנים למעלה מן הכל ויהיה דבר אחר מפסיק בין כל מין ומין כגון הוצין ועלין וכיוצא בהן ומקיף לתאנים אשכולות מבחוץ כל זה : הביאם בכלי מתכות נוטל הכהן הביכורים וחוזר הכלי לבעליו ואם בסלים של ערבה וכיוצא בהן הרי הבכורים והסלים לכהנים : Id est : *Si quis septem illa genera fructuum, in eodem calatho afferre vellet, id fas erat, dummodo nullam faceret commixtionem. Nam in imam partem reponendum erat Hordeum, deinde Triticum, proxime Olivæ, tum Dactyli, mox Malogranata, & tandem Ficus reliquis fructibus superjiciebantur. Atq; species a se invicem separari debebant, palma scilicet, aut aliarum arborum foliis, vel re quapiam simili, postremo autem ficus, uvis extrinsecus cingebantur. Si quis calathum ex opere fusili attulisset, illum vacuefëctum Sacerdos domino restituebat, sed, si e salicibus aut materia alia ejusmodi contextus esset, juxta cum primitiis cedebat Sacerdoti.*

ד IV.

חליצה כיצד וענתה ואמרה ולהלן הוא אומר וענו הלוים ואמרו מה עניה האמורה להלן בלשון הקודש אף כאן בלשון הקודש ר׳ יהודה אומר וענתה ואמרה ככה עד שתאמר בלשון הזה:

UNde de verbis solemnibus proferendis * cum quis calceo exuitur, (*probaveris*) Hebraice tantum enuncianda esse? Q.S.E. (Deut. XXV, 9.) *Et loquens dicet*. Cum vero alibi (c. XXVII, 14.) Etiam dicatur : *Et loquentes Levitæ dicent*. Quare, sicut posteriore loco prolatio verborum in lingua hebraica, ita similis etiam in primo intelligitur. R. Judas ait, (*idem exinde etiam colligi :*) Q. S. E. (*in priore loco Deuteron.*) *Et loquens dicet sic*. (*Ideo præcipitur,*) ut illa ipsa lingua, sermo fiat.

ANNO-

ANNOTATA.

* Cum quis calceo exuitur] Quæ ad huncritum attinent, prolixe docentur in Talmude, tractatu Jebamot, apud Maimonidem Hilchot Jibum Vechaliza, Mosen Kozensem Præc. Aff. LI. & Jurisconsultos Hebræorum passim. Nolumus in præsentia, istos vocare in consilium, quando rei ignaris sufficere tantisper possunt, tum quæ tradidit Cl. Buxtorfius in Synog. Jud. c. 30. tum quæ ex R, Leonis Mutinensis libello Italico de Ritibus & Institutis Judæorum nostri temporis, nunc adducemus. Atque hoc facere operæ pretium est, quia non tantum Judæorum recentiorum circa Leviratum ritus, sed & fraudem ac dolos, eorundem fideliter nobis aperiunt. *Se muore un fratello senza lasciar figliuoli di quella moglie che hà, o d'altra, e lascia fratelli, è sottoposta la moglie del morto al cognato, che si risolua ò di pigliarla per moglie o liberarla dal Deuter. c. XXV.* Quando habitaverint fratres simul, unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus &c. *E se il morto lascia piu mogli, come il cognato ne prende o libera una, tutte le altre, le sono prohibite, e se lascia piu fratelli, si comincia dal maggiore, e uno che la libera basta. Il pigliarla è chiamato* Ibum, *che vuol dir maritarsi con la Cognata, onde se si risolue di pigliarla, bastarebbe senza altro sposare; ma li Rabini hanno ordinato, che si sposi. Li beni del fratello morto son tutti suoi, ed hà la dote della moglie, ed ella gli diuiene come ogn' altra moglie. Soleua già esser più lodato il pigliare, che il liberare; ma a questi tempi essendo cresciuta la malitia de gl' huomini, che dissegnano per fini humani ò di bellezza, ò di dote sopra le cognate, pochissimi sono, che si permetta che la pigliano, massime da Tedeschi, ed Italiani, ma si fà che la liberano. Il liberarlo, è chiamato* Calizà, *che vuol dir scalzar la scarpa, cosi ordinato nel predetto luogo del Deuter. che non volendo il Cognato, presente i principali, lei gli scalzasse la scarpa, e gli sputasse dinanzi.* Accedet mulier ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem illius, & dicet &c. *E si fà in questo modo. Tre Rabini, e due altri per testimonii vanno la sera innanzi a diputar il luogo doue ciò far si deue, e la mattina all' uscir di Scuola concorre la gente, oue vanno a sedersi i Rabini e testimonii, e compariscono il Cognato, e la Cognata, quali dicendo esser venuti per liberarsi, il maggior Rabino informato di molte particolarità, esorta il cognato a pigliarla per moglie, e vedendolo rissòluto al nò, doppo altre esamine ancora; Calzatosi certa scarpa, che sogliono hauer i Rabini che s' assetta a tutti, la donna s' auuicina al Cognato, ed adettata dal Rabino dice le parole del detto cap, vers. 7. in Hebraico.* Non vult frater viri mei suscitare semen fratris

sui

sui in Israël, nec me in conjugium sumere, *E lo dichiara all' huomo, ed egli risponde co'l* verso 8. Nolo eam uxorem accipere, *ed all' hora ella s' abassa, e slegata, e scalzatale la scarpa, la getta in terra, e le sputa dinanzi, dicendo adettata dal Rabino in Hebraico, come di sopra.* Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui, & vocabitur nomen illius in Israël Domus discalceati : *tre volte, ed altre tante gl' assistenti gridano tre volte scalzato di scarpa. Il Rabino le dice che subito può rimaritarsi, e se vuol fede di questa liberatione, i Rabini gli la fanno. Tutte queste, e molte altre minutie di cerimonie, che in questo caso si fanno sono cauate dal sopradetto luogo del Deuter. cap. 25 ponendoui ben mente. E perche venendo il caso di questo Ibum, non può la donna hauer la sua dote, ne rimaritarsi senza questa liberatione, sono de' cognati, che per cauar danari dalle cognate le strussiano, e portano in lungo. Però molti maritando una figliuola à chi habbia fratelli, fanno che sin d' allora gli fratelli si obligano, che occorrendo la libereranno di bando, ed altri che si obliga il marito, che ammalandosi che i Medici dicano, che sia mal di pericolo, si obliga dar repudio alla moglie, perche non resti legata al cognato.* Cæterum, quia dubium nullum est, quemque curiosum desiderio tactum iri, noscendi, qualis sit ille quo Judæi in hoc negotio utuntur calceus, ideo, omissa longa Magistrorum, qua docere rem licebat commentatione, rudis & simplicis calcei quem Furtenses Judæi adhibent, typum oculis tantum spectandum subjicimus.

* * * * * * * * *

ה

ברכות וקללות כיצד כיון
שעברו ישראל את הירדן בג
ובאו אל הר גריזים ואל הר
עבל שבשמרון שבצד שכם
שבאצל אלוני מורה שנאמר
הלא המה בעבר הירדן וגו
ולהלן הוא אומר ויעבר א
אברם בארץ עד מקום שכם
עד אלון מורה׃ מה אלון בט

V.

BEnedictiones & execrationes quomodo (*peracta?*) Simul ac Israëlitæ Jordanem trajecerunt, perveneruntque [1] ad montem Garizim & ad montem Ebal, qui est prope Samariam, quæ Sichemo ad latus sita, (*Sichemum autem illud*) erat in planitie More : [Scriptum enim (Deut. X, 30.) *Nonne sunt trans Jordanem.* &c. Item alibi (Gen. XII, 6.) dicitur : *Et transivit*


Ad pag. 664.















מורה האמור להלן שכם אף
אלון מורה האמור כאן שכם
ששה שבטים עלו לראש הר
גריזים וששה שבטים עלו ל
לראש הר עיבל והכהנים והל
והלוים והארון עומדים למטה
באמצע הכהנים מקיפין את
הארון והלוים את הכהנים
וכל ישראל מכאן ומכאן שנ
שנאמר וכל ישראל וזקניו וגו'
ושוטריו ושופטיו עומדים מזה
ומזה לארון וגו' הפכו פניהם
כלפי הר גריזים ופתחו בב
בברכה ברוך האיש אשר לא
יעשה פסל ומסכה ואלו ואלו
עונין אמן הפכו פניהם כלפי
הר עיבל ופתחו בקללה ארור
האיש אשר יעשה פסל ומסכה
ואלו ואלו עונין אמן עד שג
שגומרים ברכות וקללות
ואחר כך הביאו את האבנים
ובנו את המזבח וסדוהו בסיד
וכתבו עליו את כל דברי
התורה בשבעים לשון שנאמר

sivit Abraham per regionem illam, ad locum usq; Sichemi, ad planitiem usq; More. Igitur, sicut planities More, quæ hoc loco memoratur, Sichemum notat, ita etiam planities More, cujus ibi fit mentio, Sichemum notabit.] (*Tum inquam,*) sex tribus ascenderunt in cacumen Montis Garizim, & sex ascenderunt in cacumen montis Ebal, Sacerdotes vero, & Levitæ, Arcaque infra in medio stabant. Sacerdotes cingebant Arcam, Levitæ (*circumstabant*) Sacerdotes; totus vero Populus Israëliticus, hinc & hinc erat: [Q. S. E. (Jos. VIII, 33.) *Totus Israël & Seniores ejus, moderatoresq; & Judices ejus, adstabant Arcæ utrinq;.*] Tum, vultus montem Garizim versus dirigentes, benedicere exorsi sunt: *Benedictus vir qui non faciet sculptile, aut fusile.* Et utrique respondebant, *Amen.* (*Deinde,*) facies obvertentes monti Ebal, execrationes cœperunt. *Maledictus vir qui faciet sculptile aut fusile:* Et utrique respondebant, *Amen*; donec benedictiones, & execrationes absolverunt. Postea, allatis lapidibus, altare exstruxerunt, illudque calce dealbantes, inscripse-

Deut. XXVII, 15.

באר היטב ונטלו את האבנים ובאו ולנו במקומן:

scripsere eidem omnia verba Legis, [r] septuaginta linguis Q. S. E. (Deut. XXVII, 8.) *Declarando bene.* Atque sic lapides sumserunt, & in loco suo pernoctarunt.

ANNOTATA.

1. Ad montem Garizim & ad montem Ebal qui est prope Samariam, quæ Sichemo ad latus sita.] Magnam lucem his fœnerantur, ea, quæ narrat Benjamin in Itinerar. p. 38. seq. nec debent omitti. מלת יום לשבשת היא שומרון ועדין ניכר שם ארמון אחאב מלך ישראל והיא היתה עיר בצורה בהר מאד ובה מעיינו וארץ נחלי מים וגנות ופרדסים וכרמים וזתים ואין שם יהודי׳ ומשם שני פרסאות לנבילש היא שכם בהר אפרים ואין שם יהודים והיא יושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל ובה כמו מאה כותיים שומרי תורת משה לבדה וקורין להם שמריטנוש ויש להם כהני מזרע אהרן הכהן ע״ה וקורין להם אהרניי׳ ואין מתחתני׳ עמם אלא כהנים עם כהנים שלא יתערבו עמם אבל הם כהני תורתם ועושים זבח ומעלים עלה בכנסת שלהם בהר גריזים כמו שכתוב בתורה ונתת את הברכה על הר גריזי׳ והם אומרים כי הוא בית המקדש ומעלים עולה ביום פסח ובימי׳ טובי׳ על המזבח שבנו בהר גריזי׳ מהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן והם אומרים כי הם משבט אפרים וביניהם קבר יוסף הצדיק בן יעקב אבינו ע״ה שנ׳ ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם וגו׳ ובהר גריזי׳

מעיינות

מעיינות ופרדסים והר עיבל יבש כאבנים וסלעים וביניהם בעמק עיר שכם׃ Id, Constantino l' Empereur Interprete, est : *Luza die uno Sebasten me contuli, dictam ab antiquis Samariam : Hodieq. Achabi Israëlitarum Regis aulæ, dignoscuntur ibi vestigia. Urbs in monte quondam munitissima fontibus est irrigua ; regioq. aquarum rivis, hortis, pomariis, vinetis & olivetis dives est : a nullis tamen Judæis inhabitata. Hinc duabus parasangis distat Neapolis, olim dicta Sichem, intra montes Ephraim condita : nec ulli hic Judæi. In valle, jacet inter montem Gerizzim & montem Ebal : Ubi centum circiter Cuthæi legis tantum Mosaicæ observatores ; quos Samaritanos appellant. Hi Sacerdotes habent ex Aaronis Sacerdotis in pace quiescentis prosapia, eosq. Aaronæos appellant : Qui cum illis matrimonio non junguntur ; sed inter se qui ex Sacerdotali sunt genere, ne cum illis confundantur. Sunt tamen legis illorum Sacerdotes, parantq. victimas ac offerunt holocausta in illorum congregatione, idq. in monte Gerizzim. Quemadmodum in Lege scriptum est* Deut. XI, 29. Edes benedictionem hanc in monte Gerizzimorum : *Ideoq. hanc esse domum sanctuarii affirmant. Offerunt autem holocausta cum Paschate, tum aliis festis in altari, quod in monte Gerizzim ex illis structum fuit lapidibus, quos Israëlitæ Jordanem transgressi erexerant. Ex Ephraimi tribu se oriundos profitentur : Et in diœcesi sua habent sepulchrum Josephi justi, filii Jacobi patris nostri, qui in pace quiescit ; secundum illud* Jos. XXIV, 32. Tum ossa Josephi quæ deportaverant filii Israëlis ex Ægypto, sepeliverunt Sichemi. &c. *Cæterum, in monte Gerizzim diversi sunt fontes ac pomaria : At, mons Ebal, aridus est instar lapidum ac petrarum. Inter utrumq. in valle Sichem despicitur.* Quibus maximam partem confirmandis, faciunt relata a Nobilissimo Christophoro Furero, egregio illo Patriæ nostræ, suæque gentis ornamento Itinerar. p. 91. seq. *Kal. Martii intra montes utrinq. ædibus hinc inde occupatos progressi sumus, olim montes Ephraim dictos, ubi ad sinistram pagus est, quem hodieq. pagum Ephraim vocant, quæ regio olim filiis Josephi a Josua in sortem concessa, nomen inde accepit. Hinc per pagum Lebna dictum, pauloq. post monte quodam superato per vallem longam admodum multisq. fructibus peramœnam, iter habuimus, quem locum prædium Jacobi & Josephi vocant, ubi Esau fratri Jacobo ex Mesopotamia redeunti obviam venit. In eadem valle ad pedes montis fons ille est Jacobi, e quo Servator noster haustum aquæ a muliere Samaritana petiit. Fons fuit, ut hodieq. videre est, amplus admodum & profundus, montes inter, Garizimum & Hebalem situs, quorum ille mons Benedictionis, hic vero Maledictionis dictus fuit. &c. Prope eos ad sinistram, Sichema*

 urbs

urbs antiquissima sita fuit, a principe regionis istius sic dicta, quam filii Jacobi ob stuprum sorori illatum gladio percusserunt. Eam postea Jeroboamus iterum restauravit, cum decem tribus Israëlis ab ipso descivissent. Hodie pagus est Naplosa dictus, quem in valle forma oblonga situm, dictisq; montibus utrinq; contiguum rivus alluit. In medio plateam habet unicam, longam admodum, in qua Sangiacus habitat, quem Turcarum Imperator toti Samariæ partiq; Galilææ præfecit, ad exemplum illorum, qui Hierosolymis & Gazæ præsunt. Hic locus ille monstratur, ubi Josephus fratres suos pastores quærens, ab illis in Ægyptum Midianitis venditus fuit: Item alter ille, ubi postea in Ægypto moriens corpus suum sepeliri mandavit, cujus monumentum ad dextram e rupe excisum hodieq; visitur. In his quoq; locis Josua diem suam obiit. Postrid. Kal. Martii per vallem ad dextram pagos aliquot, quos Christiani occupant, prætereuntes, tandem in Samarjam, quæ Judæam inter & Galilæam sita est, delati sumus. In hac regione, quæ fertilitate Judææ parum cedit, primum rudera vidimus ædificiorum olim splendidissimorum quæ Basilica dicta & viridaria fuere, ædibus elegantissimis exornata, quo Reges Samariæ animi causa se conferebant. E regione horum, mons est peramœnus, planitie admodum frugifera circumseptus, super quem olim Samaria urbs condita. Addas his licet, quæ Cl. Lightfootus Horar. Hebr. & Talmud in Johannem ad Cap. IV, v. 5. annotat. Ineptias vero R. Elieseris, in hujus capitis Gemara Jeruschalmi, nemo satis mirari potest; contendit enim Garizim & Ebal montes, in quibus Benedictiones & Exsecrationes peractæ, non pridem extitisse, sed potius שעתי גבשושי' עשו וקראו זה הר גריזים וזה הר עיבל Id est: *Duos colles aggerasse Judæos suis manibus, atq; unum vocasse Garizim, alterum Ebal.*

2. Hinc & hinc erat] Id est, Utrinque in montibus Garizim & Ebal.

3. Utrique respondebant Amen] At, non universos Judæos simul, sed alternos semper cœtus, Amen, tam Benedictionibus quam Exsecrationibus subjecisse, tradit Josephus 4. Antiq. c. ult. digno loco qui hic legatur. Ἐξελόντας δὲ τὴν χαναναίαν γῆν, καὶ πᾶσαν διαφθείραντας τὴν ἐν αὐτῇ πληθὺν, καθὰ πρέπει τὸν βωμόν τε ἀναστῆσαι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, οὐ πόῤῥω τῆς σικίμων πόλεως μεταξὺ δυοῖν ὀρῶν, γαριζαίου μὲν τοῦ ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δ' ἐκ λαιῶν γιβάλου προσαγορευομένου. Μερισθεῖσαν δὲ τὴν στρατιὰν καθ' ἓξ φύλας ἐπὶ τοῖν δυοῖν ὀρῶν ἀναστῆναι, καὶ σὺν αὐταῖς λευίτας τε καὶ τοὺς ἱερέας. Καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐπὶ τὸ γαρίζειν γενομένους εὔχεσθαι τὰ κάλλιστα τοῖς περὶ τὴν θρησκείαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν τῶν νόμων φυλακὴν σπεύδουσιν, ὧν τε Μωυσῆς εἶπε μὴ παρακεκρουσμένοις, εὐφημεῖν δὲ τοὺς ἑτέρους, καὶ τούτων πάλιν εὐχομένων, τοὺς προηγμένους ἐπαινεῖν.

Ἔπειτα

Ἔπειτα κατὰ ταῦτα τοῖς παραβησομένοις κατάρας τιθέντας, ὑποφωνοῦντας ἀλλήλοις ἐπὶ κυρώσει τῶν λεγομένων· Interpres vertit : *Capta autem Chananaa, & plebe ejus, ut par est, deleta, aram erigere jussit ad Solem orientem obversam, non procul a Sicimis urbe inter duos montes, dextrum Garizeum, sinistrum Gibalem : divisasq; copias in senas tribus super duobus montibus consistere, & una cum illis Levitas ac Sacerdotes. Et primum illos in Garizeo, precari omnia fausta leges Dei & religionem servantibus, & Moysis constitutiones non violantibus, alteros vero acclamationibus hoc approbare : Et rursum his precantibus, illos acclamare. Deinde pari modo transgressoribus execrationes inferre, succinentes sibi invicem, ab alteris dicta comprobantes.*

4. Inscripsere eidem omnia verba Legis] Hactenus consentit Josephus cum Magistris, quod & ipse Autor est, Altare vicem quasi Tabulæ, cui literæ committerentur, præstasse, etsi in eo rursus ab iis abit, quod non Legem integram, sed recitatas tantum Benedictiones & Exsecrationes inscriptas fuisse perhibet. Ἀνέγραψε δὲ τὰς εὐλογίας καὶ τὰς κατάρας αὐτός, ὡς μηδέποτε ἐκλιπεῖν τὴν μάθησιν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ χρόνου, ἃς δὴ καὶ τῷ βωμῷ τελευτῶν ἐνέγραψε κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν, ᾗ καὶ στάντα φησὶ τὸν λαὸν θῦσαί τε καὶ ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον· οὐ γὰρ εἶναι νόμον· *Tam faustas ominationes, quam devotiones, in literas retulit, ut in perpetuum cuivis eas discere liceat : Quæ tandem huic aræ inscripta sunt ex utroq; latere, quà populus jussus est stare, & holocautomata offerre, & post eam diem nunquam alias victimas imponere : Neq; enim fas esse.* Sunt, qui non Altari, sed aliis lapidibus verba Legis inscripta fuisse opinantur, quorum sententiam tuetur B. Gerhardus in Comment. Deuter. p. 1599. & mox deinde affirmat quoque, probabile videri, non decem tantum præcepta, aut solas Benedictiones ac Exsecrationes, sed integrum Deuteronomium æternæ memoriæ esse consecratum.

5. Septuaginta linguis] Bartenora annotat: בכתב של שבעים אומות וכל הרוצה ללמוד יבא וילמוד שלא יהא פתחון פה לאומות לומר לא היה לנו מהיכן ללמוד: Id est: *Diversis LXX. Nationum Literis,* (Legem Divinam intellige fuisse descriptam,) *ut quisq; discere volens, veniret ac disceret, nec uterentur pagani excusatione, non habuisse sese unde discerent.* Atque, sic ipsa quoque præcepta, cum promulgarentur LXX. linguis insonuisse, legitur, in Schabbat fol. 88. b. אמר ר' יוחנן מאי דכתיב יי' יתן אומר המבשרות צבא רב כל דבור ודבור שיצא מפי הגבורה נחלק לע' לשונות תנא דבי רבי ישמעאל וכפטיש יפוצץ סלע מה פטיש זה נחלק לכמה ניצוצות אף כל דבור ודבור שיצא מפי הקב"ה נחלק לשבעים לשונות Id est: *Docuit, R. Jochanan: Quis sen-*

ſenſus verborum, (Pſal. LXIIX, 12.) Dominus dat ſermonem, annunciantium eſt exercitus magnus. *Scilicet, quodq; verbum quod ex ore Dei* (Legislatoris,) *prodibat, diviſum eſt in LXX. linguas. Idem, ab Academia R. Iſmaëlis traditum habetur:* (Comparat Deus Jerem. XXIII, 29. verbum ſuum,) Malleo, qui efficit, ut diſſiliat petra. *Nimirum, uti cum malleus,* (petræ magna vi impactus,) *innumeras ſtricturas diſſilire facit, ita quodq; verbum ex ore Divino prodiens, in LXX. linguas eſt diviſum.* Cæterum, ſeptuagenarius numerus Linguarum, ideo exprimitur, quia Judæi tot, nec plures, inter Orbis incolas, credunt obtinere: Schalſch. Hak. p. 93. a. עבר אומרים שממנו לקחו היהודים את השם עברים ועליו וזרעו נשאר לשון הקדש ובראשונה היה נקרא זה הלשון לשון אומנת ; פלג שבימיו נפלגה הארץ אומרים שבלידת פלג שהיה מעשה המגדל נתפרדו הלשונות ולזה הסימן עבר אביו השים לו זה השם ויש מפרש נוצרי קדמון אוריגנו האומר שירדו מלאכי' מן השמים להודיע לכל אחד מראשי האומות ההם לשון אחד אבל לשון הקדש אינו חלק שום מלאך אלא חלק האלוק וכזה תמצא בתרגום ירושלמי פ' ויפץ יי' אותם : Id eſt: *Ab Eber* (Semi pronepote,) *dicitur Judaos accepiſſe nomen, ut Hebræi vocentur, ac pene ſeum, poſterosq; illius, manſit Lingua Sancta, quæ prius* Lingua Humana *vocabatur. Peleg a diviſione orbis appellationem tulit: Fertur enim circa nativitatem ejus, illud de Turri* (Babylonica,) *linguarumq; diviſione accidiſſe, atq; in hujus rei ſignum a patre Eber, nomen Peleg, filio fuiſſe impoſitum. Eſt inter Chriſtianos, ſcriptor antiquus, Origenes, is prodidit deſcendiſſe Angelos cælitus, ut ſua quemq; Nationis Principem, linguam propriam docerent, at, Linguam Sanctam, nullius Angelorum, ſed ſolius Dei munus fuiſſe: quibus ſimilia leguntur in Targum Jeruſchalmi Gen. XI, 8.* Poterat provocare etiam ad Pirke R. Elieſeris, nam ſic cap. XXIV. eſt in eorundem Verſione Vorſtiana: *Deſcendit Sanctus Ben. & ſeptuaginta Angeli cingentes ſolium gloriæ ejus, atq; confudit linguas 70. populorum; quælibet autem gens ex 70. habuit ſuam linguam & ſcripturam, atq; angelum præfecit cuilibet genti: Iſraël vero ceſſit in hæreditatem & ſortem ejus, atq; de hoc dictum eſt, Deut. XXXII, 9.* Quia pars Domini populus ejus.

ו — VI.

ברכת כהנים כיצד במדינה אומרים אותה שלשה ברכות ובמקדש ברכה אחת במקדש

Qua ratione (*peracta eſt*) Benedictio Sacerdotalis? Extra Sanctuarium, [1] tres benedictiones ex ea conficiebantur; ſed in

אומר את השם ככתבו במדינה
בכינויו במדינה כהנים
נושאים את ידיהן כנגד
כתפיהן ובמקדש על גבי
ראשיהן חוץ מכהן גדול
שאינו מגביה את ידיו למעלה
מן הציץ רבי יהודה אומר
אף כהן גדול מגביה ידיו
למעלה מן הציץ שנאמר וישא
אהרן את ידיו אל העם
ויברכם:

ſed in Sanctuario úna tantum. In Sanctuario τετραγράμματον efferebatur ſecundum literas: ſed [2] in Provinciis, (*ſubſtituebatur,*) cognomen. In Provinciis [3] elevabant Sacerdotes manus ſuas, humeris tenus: [4] In Sanctuario vero, ſuper capita, excepto Summo Pontifice, qui [5] manus ſupra bracteam non efferebat. [6] R. Juda tamen contendit, etiam Pontificem manus ultra bracteam efferre. Q. S. E. (Levit. IX, 22.) *Tum attollens Aaron manus ſuas verſus Populum, benedixit eis.*

ANNOTATA.

1. Tres Benedictiones ex ea conficiebantur &c.] Cum Sacerdotes, foris templum, Benedictione quæ Num. VI. verſ. 24. 25. & 26. habetur, cœtum in Synagogis impertirentur, ad quodque comma pauſam ipſi faciebant, ſemper interim acclamante populo *Amen*. At in Sanctuario, nec acclamationes fiebant, nec pauſæ, ſed ſilente cœtu, ſimul & ſemel integram Benedictionem extulere Sacerdotes.

2. In Provinciis ſubſtituebatur cognomen] Omnibus modis prohibitum eſſe credunt Judæi, alibi quam in templo Hieroſolymitano ſacro ſanctum nomẽ JOD HE VAV HE ſecundum literas enunciare, etſi cauſa quam allegant, haud omnino ſontica eſſe videtur. Sic enim inſtituunt collectionem: Exod. XX, 24. promittit Deus: *In omni loco in quo ſit prolatio nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi*: Ergo, conſequitur, inquiunt, extra eum locum, in quo præſens eſſe Deus, & Judæis benedicere ſolet, quodque proprie non niſi de ſolo templo prædicari poteſt, haud eſſe faciendam nominis Divini prolationem. Ipſi hoc genus argumenti appellare ſolent סרס המקרא ודרשהו eſtque de eo in Halich. Ol. pag. 193.

3. Eleva-

3. Elevabant Sacerdotes manus suas humeris tenus.] Sacerdotes benedicturi, manus elevare debebant, & imitari Aaronem, quem suo exemplo præivisse legimus Levit. IX, 22. Servatur mos vetus etiamnum. Ascendunt enim in festis solemnioribus, quotquot ex familia Aaronis genus ducunt, gradus illos, per quos in Synagoga ad Legis Conditorium acceditur, & caput palliolo sacro probe obvelantes, brachium utrumque ita elevant incurvantque, ut manus deinde protensæ, humeris respondeant, atque sic cœtui benedicunt. Cæterum, elevatas, protensasque manus esse non sufficit, sed & divaricare digitos, & manum manui per pollicum, & indicum extremitates, jungere oportet, ea forma quam mox subjiciemus. Quod si vero quis eandem exprimere nequeat, uti solent quorundam hominum manus, aut ambæ, aut certe alterutra, a faciendo illo inter binos & binos digitos interstitio, abhorrere, tum filaminibus, ex pallioli ora propendentibus, quæ vulgo Zizis vocantur, rebelles digiti sunt vinciendi colligandique, ut hæc omnino manuum evadat dispositio.



Utuntur hac manum figura Sacerdotes pro insignibus, eamq; in Annulis Signatoriis, & utensilibus, imo & libris quos edunt, cippisque sepulchrorum vulgo passim solent exprimere. Interim fatentur Judæi, ignorare sese rationem, quare digiti divaricentur, nisi quod Autor MS. Codicis nostri Ez Hechajim in Hilchot Nesiut Cappajim, quosdam audivisse se ait, causam ab etymologia petere, & quia Benedictio Sacerdotalis alias דוכן communiter dicitur, eos, id verbum exponere דו כאן כלומר שני אצבעות לבאן Id est: *Per voces*, דו באן Duo hic, *quasi dicat quis, Duo digiti sejuncti sunto.* Sed, hanc rationem, nemo sapiens probaverit. Enim vero, non est aliud genus Cærimoniæ, inter Judæos hac benedictione hodie sanctius, & non tantum omnes Christianos, cum ea peragitur, tanquam profanos procul esse jubent, sed ipsi adeo caput obnubunt, ne φρικτὰ μυστήρια intueantur, certissime persuasi, continuo cæcitatem sibi imminere, si audeant παρακύψαι, eo quod Divina Majestas manibus Sacerdotum incubet. Fuit mihi aliquando libido, interveniendi Viennæ apud Austriacos tantis secretis, ejusque rei veniam, ægre, & meo periculo obtinui. Recessi vero sanus

ſanus ſalvusq , & , Deo meo gratia, oculis adhuc proſpicio ſatis. Cæterum, admodum probabile eſt, non fuiſſe olim, ſuperſtite adhuc Templo, Sacerdotibus aliam manus expandendi rationem uſitatam, quam eam quæ nunc obſervatur. Fuere enim Judæi rituū ſuorum ſemper retinentiſſimi, atque adeo, qui contrarium nobis perſuadere ſatagunt, genuinis antiquitatis deſtituuntur teſtimoniis. Atenim, talia proferre Galatinum l. 2. c. 9. de Arc. Cathol. Verit. par erat, ſi credere debebamus ſcribenti: *Benedictionem Sacerdotalem cum tribus digitis ambarum palmarum erectis & duobus depreſſis, factam eſſe, ad deſignandam divinarum perſonarum Trinitatem, per nomen quatuor literarum, quod proferebant Sacerdotes ſignificatam.* E Athanaſium Kircherum, qui in Prodromo Copt. cap. 8. prodidit, Sacerdotes ſummos, Solennem olim populo daturos benedictionem, tribus digitis dextræ manus extenſis, veluti *tribus* ייי Jod, *hoc nomen* (tetragrammaton ſcilicet,) *teſte perplexorum Doctore Rambam non ſine cauſa myſtice expreſſiſſe; fuiſſe enim typum quendam benedictionis per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, in lege gratiæ, dandæ fidelibus.* Sane, provocat Kircherus ad Maimonidem, verum gratis, & citra cauſæ ſuæ patrocinium, nam in More Nevuchim loco, quem in margine indicavit, nihil reperio, quin potius in Hilchot Tephilla cap. 14. ubi de Benedictione Sacerdotali prolixe tractationem inſtituit Maimonides, plane nobiſcum ſentire deprehenditur.

4. In Sanctuario vero ſuper capita] Nam, ob prolatum ibi Dei genuinum nomen, manus Sacerdotum tanto magis Numine onerabantur, igitur longius e conſpectu erant ſubducendæ, quippe, ne ipſis quidem Sacerdotibus, cum benedicunt, intueri ſuas manus conceditur.

5. Manus ſupra bracteam non efferebat] Cauſa rei, quia Bracteæ huic, ſanctiſſimum Dei nomen, prout Ex. XXIIX, 36. præceptum fuit, erat inſcriptum. Sed, de modo, notamus diſſenſum in Schabbat. fol. 63. b. תניא ציץ כמין טס של זהב ורחב ב׳ אצבעות מוקף מאוזן לאוזן וכתוב עליו בבי שיטין יו״ד ה״א מלמעלה וקדש למ״ד למטה אמר ר׳ אליעזר בר״ יוסי אני ראיתיו ברומי וכתיב קדש ליי׳ בשיטה אחת: Id eſt: *Extat Traditio: Bractea* (Pontificis Summi,) *lamina quædam erat aurea, lata duos digitos, & pertingens ab una aure ad alteram, habebatq; inſcriptas lineas duas, quarum ſuperior continebat* Jod He (Vav He) *inferior* קדש *& literam* Lamed. *At R. Elieſer F. I. teſtatus eſt, ſe vidiſſe Romæ* (contemplando Imperatoris theſauros, inter cætera templi Hieroſolymitani a Veſpaſiano allata ſpolia) *illam Bracteam, ejq; una continua linea* קדש ליהוה *fuiſſe inſculptum.* Paulo breviorem,

rem, nisi fallor, ac hoc loco describitur, nobis bracteam istam depingit Josephus l. 3. Antiq, c. 9. ἐκ τούτου μὲν στέφανος ἐκκεχάλκευται ὅσον ἀπὸ τοῦ ἰνίου πρὸς ἑκάτερον τῶν κροτάφων (τοῦ ἀρχιερέως·) Τὸ δὲ μέτωπον, ἡ μὲν ἐφιελὶς οὐκ ἔπεισι, λεγέσθω γὰρ οὕτως ὁ κάλυξ· Τελαμὼν δ᾽ ἐστὶ χρύσεος, ὃς ἱεροῖς γράμμασι τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἐπιτετμημένος ἐστί· Vertit Interpres : *Ejusmodi Corona ab occipitio* (Pontificis) *circum tempora utraq; procedebat : Nam frontem isti calyculi non ambiebant : Sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum habebat.* Atque, secundum hæc explicanda sunt, quæ alibi lib. 6. de Bell. Jud. cap. 15. de Bractea scribit, ne quis deceptus, eam ipsis Talmudistis longiorem, imo coronam integram faciat. Τὴν δὲ κεφαλὴν (τοῦ Ἀρχιερέως) βυσσίνη μὲν ἐσκέπε τιάρα, κατέστεπτο δ᾽ ὑακίνθῳ· Περὶ ἣν χρυσοῦς ἄλλος ἦν στέφανος, ἐκτύπωμα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα· ταῦτα δ᾽ ἐστὶ φωνήεντα τέσσαρα· Id est : *Caput* (Pontificis,) *byssina tiara tegebat, hyacinthis coronata. Et circa eam alia corona erat aurea, scriptas ferens sacras literas, quæ sunt quatuor elementa vocalia.*

6. R. Juda tamen contendit &c.] Sed incassum, nam hæc opinio non fuit admissa.

ז

ברכות כהן גדול כיצד חזן
הכנסת נוטל ספר תורה ונו
ונותנו לראש הכנסת וראש
הכנסת נותנו לסגן והסגן נות
נותנו לכהן גדול וכהן גדול
עומד ומקבל וקורא עומד וק
וקורא אחרי מות ואך בעשור
וגולל את התורה ומניח בחיקו
ואומר יותר ממה שקריתי לפ
לפניכם כתוב כאן ובעשור
שבחומש הפיקודים קורא על
פה ומברך עליה שמנ׳ ברכות

VII.

[1] Benedictiones Summi Pontificis, quomodo (*peractæ fuerunt?*) [2] Æditius accepto libro Legis, tradidit eum [3] Primario cœtus : Iste, dedit eum [4] Antistiti ; Antistes, Summo Pontifici. Cæterum, Summus Pontifex, stans eum accipiebat, ex eoque [5] stans prælegit [6] Caput XVI. Levit. ejusdemque Libri [7] commata aliquot, e Cap. XXIII. Tum [8] convoluta lege, eâque in sinum suum reposita ; [9] Plura, inquit, quam vobis prælegi, hîc habentur. Mox, ex Numer. cap. XXIX. comma 7. Cum sequentibus aliquot [10] memo-

על התורה ועל העבודה ועל ההודייה ועל מחילת העון ועל המקדש ועל ישראל ועל [illegible] הכהנים ועל שאר [illegible] התפלה :

memoriter recitavit, addens postea Benedictiones octo, [11] attinentes ad Legem, [12] Cultum divinum, [13] Laudem, [14] Remissionem peccatorum, Sanctuarium, Judæos, & [15] Sacerdotes. Denique, cæteras preces (*subjunxit, iisdemq; finivit.*)

ANNOTATA.

1. Summi Pontificis] Supple post ista: Quibus ipse in festo solemni Expiationis, finitis sacris, cœtum Israelitarum prosequebatur.

2. Æditus] Vocis חזן varias significationes enarrat l'Empereur in Notis ad Benjamini Itinerar. pag. 148. seq. sed, ubi quædam reperiuntur, de quibus quis merito ambigere queat. Nec enim חזן quatenus ea voce שליח ציבור denotatur, proprie *Cœtus ipsius Legatus*, sive, *Ecclesiæ nomine suum munus administrans*, exponi potest, ceu vir doctus fecisse deprehenditur: verum, ea notione, *Ministrum Synagogæ*, *Custodem ejus, aut Æditum*, omnino significat; cujus rei, testis locuples Elias in Tisbi: מצאתי ששליח הצבור רוצה לומר שמש הקהל נקרא חזן: Id est: *Reperi τὸν* שליח הצבור *sive Synagogæ Ministrum, appellari* חזן Quo sensu scripserunt Raschi, & Bartenora, Comment. in Mischnam nostram: חזן הכנסת שמש הכנסת שטורח עסקי הכנסת עליו להכנים ולהוציא לחפשיט את התיבה ולהכין את היכל: Id est: חזן הכנסת *dicitur Minister Synagogæ, res illius curans*, (librum Legis,) *ex Arca depromens, & in eandem iterum condens; Arcam quoq; mundare, & omnia in Synagoga ordine disponere, ad illius munus pertinet.* Faciunt ista, ad explicandum locum Lucæ IV, 20. ac satis nunc intelligimus quis sit ille ὑπηρέτης, cui Servator complicatum Legis librum, tradidisse dicitur.

3. Primario cœtus] ראש הכנסת sive Primarius cœtus, is vocabatur, cujus erat præcipere facienda in Synagogis, & munera tam in ordiendis precibus, quam circa Scripturarum prælectionem distribuere. R. Salomo id enunciat: ראש הכנסת על פיו נחתכין דברי הכנסת מי יפטיר בנביא מי יפרוס על שמע מי ירד לפני התיבה: Eadem in suas notas transscripsit Bartenora.

 4. Anti-

4. Antisti] סגן Vicarius proprie dicitur Pontificis, hujusque munere in die expiationis fungebatur, si quid alter vitii passus esset. Vide de eo plura apud Eliam in Tisbi voce סגן Scaligerum in Prolegomenis Eusebianis, & Cunæum l. 2. de Rep. Heb. c. 6.

5. Stans prælegit] Talmudis Codices habent וקורא omisso עומד atque hinc, cum Maimonides arbitraretur, Pontificem sedentem prælegisse, eo delapsus est, ut in Atrio tantum Mulierum hæc accidisse admittere cogeretur, quippe, quod in Virorum Atrio considendi, solis Regibus Judæ potestas esset. Nos, Talmudis Codices, cum Maimonide valere jussis, recentissimas Mischnæ Editiones Amstelodamenses quæ עומד diserte legunt, sumus sequuti, ob causas varias. Principio enim non temere, sed optimorũ MSS. fide sic editum, & a Maimonide recessum esse, fit verisimile. Deinde, hac ratione vitari potest, illud grave, nisi fallor, inconveniens, de prælectione Pontificis in Mulierũ Atrio instituta, cui ægre ipse se exposuisse videtur Maimonides. Denique, quia mox in Mischna nostra, cum Regem in Atrio virorum sedentem prælegisse, indicandum erat, verbis plenis planisq; etiam in Talmudis Codicibus hoc enunciatur. Proinde, si Summus Pontifex eodem modo prælegisset, verbis quoque iisdem debebat fieri narratio. Quamobrẽ quia ejus contrariũ deprehenditur, ideo Pontificem, prout librum acceperat, hoc est stantem erectum prælegisse, docere nos voluit Mischna, etiamsi maxime in nullis ejus exemplaribus וקורא עומד manifeste legeretur.

6. Caput XVI. Levit.] Nam illo Capite, omnes Festi Expiationis describuntur cærimoniæ, quo hæc p eracta esse, paulo ante innuimus.

7. Commata aliquot e Cap. XXIII.] Nimirum, incipiens a commate 27. & porro pergens legendo, desinebat in commate 32.

8. Convoluta Lege] Talis librorum apud priscos forma erat, qualẽ adhuc Pentateuchi quibus in Synagogis Judæi publice utuntur, ex antiquo servant. Scribitur in membranæ partem adversam, aversa quæ est parte, vacuâ relictâ & purâ. Postea conglutinantur invicem membranæ, & porriguntur in longum. Assuuntur in fine bacilli, quorum extrema utrinque tegunt capitula rotunda & prominentia in umbilicorum formam, ut horum adjumento, tota membranarum series, commode convolvi possit, umbilicis e media spira prominentibus. Hæc omnia, de veterum libris quoque vera sunt, atque ab ista volutatione evenit, ut alio nomine, *Volumina* dicerentur, ceu pridem a Viris doctis est indicatum. Impetravit ex Oriente, non parva sua felicitate, cum aliis cimeliis, Volumen ejusmodi Ægyptiacum antiquissimum, Vir magnæ eruditionis, favoris

voris erga eruditos maximi, Nicolaus Peireskius Senator Aquisextiensis, nam sic libro 5. de illius vita, testatur optimus doctissimusq; Gassendus. *Inter cæteros* (libros) *ut minimum mole, ita pretio maximum habuit quoddam volumen (quod ita dici a volvendo revera potuit) repertum intra capsulam ad Mumia cujusdam pedes. Id universe conscriptum erat hieroglyphicis literis, constans ex germana papyro, ac facile sua vetustate superans bis millia annorum.* Syrus apud Lucam IV, 17. non satis significanter expressit phrasin Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον per ܘܦܬܚ ܝܫܘܥ ܣܦܪܐ Id est: *Et aperuit Jesus librum*, nec enim nude librum aperuit Servator, sed vero evolvit. Pro, Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον quod deinde commate 20. sequitur ܘܟܪܟܗ ܣܦܪܐ dixit melius; nam, hoc est, *Et convolvit librum.*

9. Plura inquit, quam vobis prælegi hic habentur] Supple: Attinentia ad diem expiationis. Quia deinde quædam sacrarum literarum commata memoriter recitaturus erat Pontifex, ne quis existimaret, desiderari illa in eo Codice, & librum mancum esse, ideo hac excusatione utebatur.

10. Memoriter recitavit] Idque ideo, ne magna & indecora pausa fieret in cœtu, quoad Pontifex Caput XXIX. Numerorum, in Volumine legis evolveret, quippe quod a capite XXIII. Levitici est sejunctissimum. At, a Capite ejus libri XVI. facilius ad caput hoc XXIII. pervenire licebat, cum illa capita in vicinis sint Paraschis, nec nisi una interjiciatur. Priusquam enim Interpres, quem, prælectum quodque comma Chaldaice enunciasse volunt, verborum postremorum Capitis XVI. interpretationem absolvisset, jam capitis XXIII. comma 27. erat repertum. Non vero licebat Pontifici, Volumina duo, in quibus loca prælegenda jam notata essent, ad manus habere; nam, ignominia magna infertur sacro libro, si non omnia quæ legere oportet, ex eo prælegantur, & alius vocetur in subsidium.

11. Attinentes ad Legem] Nimirum, recitabat Benedictionem quæ a verbis אשר נתן לנו תורתו תורת אמת וכו' incipit.

12. Cultum Divinum] Intelligitur precatio cujus רצה יי' אלהינו וכו' est initium.

13. Laudem] Puta preces מודים אנחנו לך & reliqua.

14. Remissionem peccatorum] Oratio hæc סלח לנו אבינו habet principium.

15. San-

15. Sanctuarium, Judæos, & Sacerdotes] Has preces non credo amplius superesse. Rogabat autem iis Pontifex, dignaretur DEUS perpetuo Templo suo præsens esse, sacrificia in eo offerenda, libens volens accipere, atque Judæorum gentem adversus hostes & calamitates quascunque benigne tueri. Cæterum, quæ hic loci, de ritibus, peractæ a Summo Pontifice Benedictionis traduntur, eadem repetita deprehendes in Joma cap. 7. §. 1. ubi præstantissimus Vir, Robertus Sheringamius, vertit: *Minister publicus deprompsit librum Legis, tradiditq; capiti conventus, & caput conventus tradidit Principi Sacerdotum, & Princeps Sacerdotum tradidit Sacerdoti Magno. Sacerdos Magnus, stabat, & accipiebat, & legebat* אחרי מות *&* אך בעשור *& volvebat librum Legis, & suo pectore collocabat, & dicebat: Plus quam id quod legi coram vobis est hic. Et* בעשור *in Pentateucho Numerorum legebat ore, & benedicebat, benedicebat benedictiones octo, Super Lege, & super ministerio, & super Israël, & super Sacerdotibus, & super oratione reliqua.*

ח VIII.

פרשת המלך כיצד מוצאי
יום טוב הראשון של חג בש
השמינית במוצאי שביעית עו
עושין לו בימה של עץ בעזרה
והוא יושב עליה שנא׳ מקץ
שבע שנים במועד וגומר חזן
הכנסת נוטל ספר תורה
ונותנו לראש הכנסת וראש
הכנסת נותנו לסגן והסגן
לכהן גדול וכהן גדול נותנו
למלך והמלך עומד ומקבל וק
וקורא יושב אגריפס המלך
עמד וקבל וקרא עומד ו
שבחוהו חכמים וכשהגיע ללא

Sectio a Rege prælegenda, quibus ritibus recitata est? Transacta festivitatis tabernaculorum [1] prima die, completo jam septimo anno (*heptäeterides*,) & octavo ineunte, [2] parabant Regi [3] suggestum ligneum, [4] in Atrio, huic insidebat. Q. S. E. (Deut. XXXI, 10.) *A fine septem annorum, stato tempore &c.* Tum Ædituus sumto libro Legis, tradidit eum Primario cœtus, hic porrigebat eum Antistiti, Antistes Summo Sacerdoti, [5] Summus Sacerdos denique exhibebat ipsum Regi. Rex autem [6] stans eum accipiebat, verum prælegens, consedit.

תוכל לתת עליך איש נכרי זלגו עיניו דמעות אמרו לו אל תתיירא אגריפס אחינו אתה אחינו אתה וקורא מתחלת אלה הדברי עד שמע ושמע והיה אם שמוע עשר תעשר כי תכלה לעשר ופרשת המלך וברכות וקללות עד שגומר כל הפרש ברכו שכהן גדול מברך אותן המלך מברך אותן אלא שנותן של רגלים תח תחת מחילת העון:

dit. [7] Agrippa Rex, stans eum accepit, [8] stansque ex eo prælegit, [9] idque Sapientes collaudarunt. Cumque devenisset ad ista: (Cap. XVII, 15.) *Non poteris tibi præficere virum extraneum*: [10] exstillabant oculi ejus lachrymas. Quare eum (*Sapientes*) affabantur: Ne timeto Arippa, [11] frater noster es; [12] utique frater noster es. Prælegit vero (Rex) ab initio Deuteronomii, usque ad illa: (Cap. VI, 4.) *Audi (Israël &c.)* quæ & ipsa prælegit. Tum subjecit, (ex Cap. XI, 13.) *Eritq; si serio auscultaveritis* &c. Dehinc: (ex c. XIV, 22.) *Fideliter decimato* &c. Postea: (ex c. XXVI, 22.) *Cum absolveritis dare omnes decimas*, &c. Deinde, Sectionem de Rege. (quæ habetur c. XVII, 14. seqq.) Denique, Benedictiones, & execrationes, (ex XXVII. & XXVIII. capitibus:) Usque dum totam illam sectionem finiret. Benedictionibus iisdem, quibus Pontifex, etiam Rex benedicebat, nisi quod memoriam festorum statorum, in locum remissionis peccatorum, substituit.

ANNOTATA.

Nobilissimus Vir, & præclare meritus de Sacra Philologia, Josephus Voisinius, in Notis ad part. 2. c. 7. Pugionis Fidei, p. 287. hanc propemodum integram Pericopen, ante nos, latinitate donasse deprehenditur; cujus versionem, huic nostræ subjiciemus, ut altera alteri lucem fœneretur. *Quomodo legitur Parascha* De Rege (ex Deuteronomio?) *Exeunte die festo primo festi* Tabernaculorum anni octavi sub exitum anni septimi *Quietis terræ. Constituunt Regi suggestum ligneum in Atrio. Ipse in eo sedet, juxta illud* Deuter. XXXI, v. 10. A fine septem annorum in tempore statuto anni Remissionis in festo Tabernaculorum &c. *Diaconus Synagogæ defert librum Legis, & dat eum Prin-*

cipi

cipi synagogæ : Princeps Synagogæ dat eum Vicario. Vicarius dat eum Summo Pontifici : Summus Pontifex dat eum Regi. Rex vero stat, & suscipit eum, & legit sedens. Agrippa Rex stetit, & suscepit eum, & legit stans. Laudaverunt eum Sapientes. Quum autem pervenit ad illum locum Deut. XVII, 15. Non poteris ponere super te virum extraneum, *stillaverunt oculi ejus lacrymas. Dixerunt illi : Ne timeas Agrippa, frater noster es, frater noster es.*

1. Prima die] Nequaquam in finem festi differenda erat cærimonia, quia in sacro textu institui jubetur בבוא כל ישראל לראות את פני יי Id est : *Cum* ventitat *Israël, videre faciem Domini* : Non, cum mox ad lares est reversurus.

2. Parabant Regi &c.] Miror opus fuisse, ut Regi lecturo pararetur suggestus ligneus, nec consedisse eum in throno solito, utique ad hanc muneris functionem peragendam aptissimo, si modo satis firmis nituntur tibicinibus, quæ de Solio illo nobis narrat R. Jacobus Leonitius in תבנית היכל Num. LI. Res non caret dubio, cum Josephus ad cujus de Bello Judaico librum 6. c. 6. provocat Leonitius, nullas ferat suppetias, interim tamen audiendus est. כסא המלוכה אשר למלך היה בתוך המקום הזה נתון אצל השער העליון על עמוד שיש ובו ישבו המלכי׳ לבית דוד כאשר יבואו אל המקדש לראות את פני יי אלהיהם: בבנין בית שני היה הכסא הזה כמין מגדל גבוה עומד על שני עמידים אשר כל אחד מהם היה מעשרים אמות וקו יב אמות יסוב אותו וממעל לו היה מעשה רקם זהב תכלת וארגמן: יואש כאשר הוקם למלך ע״י יהוידע כהן גדול ישב על הכסא הזה וגם המלך חזקיהו כאשר קרא לפניהם את ספרי הנביאים אשר שלח אליו סנחריב מלך אשור וגם יאשיהו המלך ישב שמה לעת אשר כרת את הברית בין יי ובין המלך לעבוד את יי אלהיהם וללכת בחקיו כל הימים:
Cl. Sauberti versio est : *Regius thronus, Regis proprius, extitit in isto loco,* (Puta in Atrio Israëlitarum:) *constitutus prope Portam altissimam in columna marmorea. In eo residebant Reges ex familia Davidis oriundi, postquam venissent ad templum, ad videndum faciem Domini DEI sui. In ædificio templi secundi thronus ille fuit adinstar turris exaltatus, constitutus super duabus columnis, quarum quælibet viginti cubitorum fuit, eorumq; circumferentia, si filo mensorio circumdaretur, cubitorum duodecim. Superne etiam utraq; opere phrygionico variegata fuit auro puro, ac purpura. Joas, postquam constitutus esset Rex a Jehoiada Pontifice Maximo, sedit in throno isto : Nec non Hidskia Rex, cum legeret coram Domino*

mino blaſphemas litteras, quas ad ſe miſerat Senacherib Rex Aſſur. Porro Joſia quoq; Rex ſedit ibidem eo tempore, quo pepigit fœdus inter Dominum & Populum, ut hic ſerviret Domino DEO ſuo, & ambularet in ſtatutis ejus per omnem ætatem.

3. Suggeſtum] Græcam vocem βῆμα, ſuam fecere Rabbini, imo & Syri. Nam cum Matthæus cap. XXVII, 19. dixit : *Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος·* Apud Syrum legimus : ܟܕ ܝܬܒ ܕܝܢ ܥܠ ܒܝܡ ܕܝܢܐ Atque hoc Tribunalis ſignificatu verbum בימה alibi, etiam in Talmude occurrere, obſervo. Excerpta Roſch Haſſchana Jeruſchalmi in En Iſraël fol. 188. col. 4. ר״ה הקב״ה אומר למלאכי השרת העמידו בימה ויעמדו קטיגורין סנגורין: Id eſt : *Sub initium Anni cujusq; imperat DEUS Angelis miniſtris, ut Tribunal conſtituant, & ut tam Accuſatores* (mortalium,) *quam Advocati adſint.* De Suggeſtu, ſive Cathedra, uſurpatur quoque verbum בימה in En Jacob, fol. 8. col. 3. ללוי בן סיסי עשו לו בימה גדולה והושיבוהו עליא אתון ושאלון ליה הגידמת במה היי חולצת: *Pararunt* τῷ *Levi F. S. ingentem Cathedram atq; illum in ea collocantes, venerunt, quæſiveruntq; :* (Mulier) *brachiis manca, ecquomodo exuit ipſa Leviro calceum?*

4. In Atrio] Virorum ſcilicet, ſi ex familia Davidica genus Rex duceret, at, in Atrio Mulierum, ſi aliunde; quippe, ſolis prioribus, in Atrio Virorum conſidendi fas erat. Sic Maimonides.

5. Summus Sacerdos denique exhibebat illum Regi] Illa ſacri Voluminis per variorum manus traditio, eo ſpectabat, ut tanto majore honore Summus Sacerdos, & Rex afficerentur. Humile enim, & ab illorum dignitate remotum fuiſſet, Legem ab Æedituo accipere. Cæterum, ſimilem illi, quæ hic obſervata, graduum diſtinctionem, alio tempore inter ſe Virgines Judaicas fere attendiſſe deprehendimus ſub finem Taanit. תנו רבנן בת מלך שואלת מבת כהן גדול בת כהן גדול שואלת מבת סגן בת סגן שואלת מבת משוח מלחמה בת משוח מלחמה שואלת מבת כהן הדיוט וכל ישראל שואלין זה מזה כדי שלא לבייש את מי שאין לו: Id eſt : *Traditione Magiſtrorum conſtat,* (quondam XV. menſis Ab, atque Expiationis, feſtis diebus,) *filias Regum* (veſtes) *commodato ſibi petiiſſe a filiabus Summi Pontificis; Has, a filiabus Antiſtitis ; filias Antiſtitis, a filiabus Sacerdotis uncti ad*

 bellum

bellum ; filias Sacerdotis uncti ad bellum, a filiabus Sacerdotum gregariorum ; cæteras vero virgines Judæorum idem inter sese factitasse (atque sic processisse indutas) *ne pudore confunderentur, quæ* (vestibus pulchris) *carebant.*

6. Stans eum accipiebat] Merito istam reverentiam Legi sanctissimæ Rex præstitit, cum etiam eadem hac adversus homines uteretur. Codex noster MS. Ez Hechajim Hilchot Melach. Umilcham. c. 1.

אפילו נביא יהיה כפוף לו שנ׳ הנה נתן הנביא ויבא לפני המלך וישתחו למלך ׃ אפילו כהן גד״ל מצוה להיות כפוף לו ומצוה למלך לעמד כפני חכמי ישראל ולכבדם כמו שמצינו באסא ויהושפט׃

Id est: *Etiam Propheta, tenetur Regi prono corpore honorem exhibere* Q.S.E. (1. Reg. I, 23.) Ecce Nathan Propheta: Ingressus in conspectum Regis, incurravit se, honorem exhibens Regi. *Quin, ipsi adeo Summo Pontifici injunctum, coram Rege sese incurvare.* (Vice versa, etiam) *Regem par est, coram Sapientibus Israëlis consurgere, & eosdem honore afficere : quod Asam & Josaphatum* (Reges,) *fecisse proditur.*

7. Agrippa Rex] Raschi in Glossa: אגריפס המלך מלך ישראל היה מזרעו של הורדוס והוא שחרב בית המקדש בימיו׃

Id est: *Rex Agrippa, Judæis imperavit, & ad Herodem genus referebat, ejusq; ætate Templum Sanctum solo æquatum est.* Ergo, si Talmudistas veteres sequimur, fuit omnino Agrippas vere Rex Judæorum, ejusque munera in ipso Templo obivit, nec audien lus est Summus Vir, Isaacus Casaubonus in Exercitationibus adversus Baronium p. 16. scribens: *Archelao Viennam relegato, Judæa in formulam provinciæ est redacta. &c. Ab eo tempore nullus unquam postea Judææ neq; Rex fuit, neq; Ethnarcha, & Judæi sic vroprie dicti,* ὑπὸ ἴδιον βασιλέα ἐπαύσαντο εἶναι proprio sibi Regi desierunt esse subjecti. *Nam, quod Eusebius, & eum secutus Baronius, Agrippam juniorem, Regem ultimum Judæorum appellant ; quasi ille Jerosolymorum Rex fuerit : mera est virorum eruditissimorum hallucinatio. Fuerunt quidem & senior Agrippa, & junior, Reges Judæorum ; sed non Jerosolymorum, neq;* τῶν κυρίως λεγομένων *hoc est, proprie dictorum Judæorum.* Cæterum, quod Raschi vult, hujus Agrippæ diebus desolatas esse Hierosolymas, id cum grano salis accipere oportet, ut etiam illud tempus, quod ejus mortem excepit, includatur, nam quia intervallum id modicum est, tolerabilis evadit locutio. Sic vero res gesta est autore Gansio in Zemach part. 1. p. 34. b. אחר הדברים האלה שלח הקיסר נירון עליהם את שר צבאו אספסינוס וכנו טיטוס

טיטוס כאשר שבו מנצחון אנגלטירה וזקשן כמבואר בחלק
שני לנקום נקמת הרומיים והעלו עמם עם אשר לא יספר
ויד המלך אגריפס היתה עם הרומיים אז נמשח יוסף בן
גוריון הכהן למשוח מלחמה ויך ברומיים מכה רבה וגדולה
אשר לא נהיית אז ברומיי כמותה עד לאחר ימי רבים הכי * (* Lege הכו)
הרומיים את כל עמו לפי חרב ואת יוסף הכהן שלח אספסינוס
אסור בזקים לרומי גם את אגריפס המלך ובנו מונבז הוליך
אספסינוס עמו כאשר עלה מירושלם לרומי להתקסר שם
באמרו אולי ינטו אחרי אחיהם היהודים וימרדו בי לי * מום (* Lege לימים)
אחדים אחרי התקסר אספסינוס ויקצוף על אגריפס מלך
היהודים כי הלשינו עליו לאמיר * שחשב לבגוד בו וכי שלח (* Legendum לאמור)
לירושלים מכתב על ככה וימת אותו ואת מונבז בנו לפי חרב
והיה זה ג' שנים ומחצה קודם חרבן הבית והיא שנה תתכ"ה:

Vorstius transtulit: *Post hæc misit Cæsar Nero adversus Judæos Ducem exercitus sui Vespasianum ejusq; filium, cum reversi erant a victoria Angliæ & Saxoniæ, ad vindictam Romanorum expediendam, & adduxerunt secum gentem innumeram, & exercitus Regis Agrippæ erat cum Romanis. Tunc unctus fuit Josephus F. Gorionis sacerdotis in præfectum belli, atq; Romanos magna & multa clade affecit, qualis nondum de Romanis fuerat facta, donec post multos dies Romani percuterent gladio totum ejus populum; & Josephum misit Romam Vespasianus vinctum compedibus, Agrippam quoq; Regem & Monebazum filium ejus secum deduxit Vespasianus cum Hierosolyma discederet Romam, ut ibi Imperator crearetur, dicens, forte deficerent ad fratres suos Judæos. Post aliquot autem dies ipsi rebellarunt, postquam Imperator factus erat Vespasianus, & succensuit Agrippæ Regi Judæorum, quia de ipso calumniati erant, quod cogitaverat illum decipere, & misisse illum ejusmodi epistolam Hierosolymam; ac peremit ipsum ejusq; filium Monebazum gladio. Atq; hoc factum est anno* $3\frac{1}{2}$ *ante excidium, qui erat annus 825.*

8. Stansque ex eo prælegit] Præ modestia scilicet, quæ ipsius virtus etiam alibi prædicatur in Talmude. Cetubot fol. 17. a. תנו רבנן

מעבירין את המת מלפני הכלה וזה וזה מלפני מלך ישראל אמרו עליו על אגריפס המלך שעבר מלפני כלה ושבחוהו: Id est: *Secundum traditionem Magistrorum, si funus comitantibus occurrat Sponsa,* (quæ e domo paterna, ad nuptialem festivitatem frequenti hominum caterva stipata deducitur, tum qui exequias eunt, huic de via & platea,) *cedere debent. Sed, tam funus, quam Sponsa, si Rex obviam fiat, eidem locum dant. De Rege Agrippa tamen proditum est, ipsum, cum Sponsam obviam habuisset, loco cessisse, promeruisseq; ea re laudem eximiam.*

9. Idque Sapientes collaudabant] Est cæteroquin tritum in Talmude, & a nostra quoque Gemara usurpatum dictum: מלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול Id est: *Si maxime velit Rex aliquid de honore remittere, non id tamen licet.* Verum, quia in re sacra id ab Agrippa factum est, hanc pietatem, laus Sapientum merito mansit.

10. Exstillabant oculi lacrymas] Agnoscebat enim verba illa sibi adversari, & per ea, se a dignitate Regia excludi, ob peregrinitatis majorum suorum vitium.

11. Frater noster es] Quid veri sit in ista acclamatione, erudite probeque disquirit, Vir perennis memoriæ, Johannes Seldenus l. 5. de jur. nat. & gent. juxta disc. Ebr. cap 22. cujus diligentiam grata mente agnoscere nos convenit.

12. Utique frater noster es] Quædam Mischnæ Editiones non tantum bis, sed etiam tertiùm sic acclamatum fuisse, exprimunt.



EXCERPTA



EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ו׳: CAPUT VII.

אגדה א׳: EXCERPT. I.

תניא רשב״י אומר אדם אומר שבחו בקול נמוך וגנותו בקול רם שבחו בקול נמוך מוידוי מעשר וגנותו בקול רם ממקרא בכורים וגנותו בקול רם והא״ר יוחנן משו׳ רשב״י מפני מה תקנו תפלה בלחש מפני שלא לבייש את עוברי עבירה שהרי לא חלק הכתוב מקום בין חטאת לעולה לא תימא גנותו אלא אימא צערו כדתניא טמא טמא יקרא צריך להודיע צערו לרבים ורבים מבקשים עליו רחמים:

TRaditio : R. Simeon F. I. dixit : Proferre debet homo laudem suam, voce submissa , dedecus autem suum, voce altá. Laudis [1] encomia submissa voce proferenda esse, colligere est e Confessione Decimarum : [2] Vituperia vero clare enuncianda, indicant verba concepta de Primitiis. Itane vituperium voce clara proferendum ? Atqui dixit (*idem*) R. Simeon F. I. prout de eo retulit R. Jochanam. Cur [3] præcipitur ut preces submisse recitentur ? [4] Ne scilicet confundantur peccatores ; nam, ecce, ipsa [5] Scriptura non separavit locum ubi piaculares hostiæ, ab eo, ubi holocautomata offerebantur. (*Igitur in superiore sententia*) collendæ voces *dedecus suum*, & [6] reponendum , *calamitatem suam*. Ad mentem nempe traditionis : (*Scriptura de leproso ait* :) Lev. XIII, 45.

ait:) Immundus immundus clamato. (Quasi dicat:) Opus habet ut calamitatem suam notam faciat, quo multi preces pro eo fundant.

ANNOTATA.

1. Laudis encomia submissa &c.] Cum enim Deut. XXVI, 13. seqq. solutis Decimis, recitanda, dictatur formula, nude tantum expressum deprehendimus ואמרת *Et dices*, ut innuatur, sermone hic qualicunque, & submissiore utendum esse. Dicendum autem inter cætera: בערתי תקדש מן הבית וגם נתתיו ללוי ולגר ליתום ולאלמנה ככל מצותך אשר צויתני לא עברתי ממצותיך ולא שכחתי: Id est: *Sustuli quod sanctum est e mea domo, etiamq; illud dedi Levitæ & peregrino, pupillo, & viduæ, omnino secundum præceptum quod præcepisti mihi*: Item: שמעתי בקול יי אלהי עשיתי ככל אשר צויתני Id est: *Auscultavi voci Domini Dei mei, feci secundum omnia quæ præcepisti mihi.* Ista vero, ad laudem, & encomium proprium, eorum, qui hæc efferunt, pertinent.

2. Vituperia vero clare enuncianda &c.] Nam de formula in Primitiarum oblatione servanda, Deut. XXVI, 5. legitur: וענית ואמרת *Et respondebis ac dices*: Quæ geminatio verborum parilium, elevandam vocem esse, videtur innuere. Incipit autem formula: ארמי אובד אבי וירד מצרימה ויגר שם במתי מעט: Quæ vertit Vetus Interpres: *Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, atq; ibi peregrinatus est paucissimo numero.* Porro, eadem habet: וירעו איתנו המצרים ויענונו ויתנו עלינו עבודה קשה: Id est: *Et malo nos affecerunt Ægyptii, & afflixerunt nos, & imposuerunt nobis servitutem duram.* Atque hæc propriam ignominiam recitantium continent.

3. Præcipitur, ut preces submisse recitentur] Placuit antiquis Sapientibus decernere, in fundendis precibus privatis, quemque Hannam imitari debere, de qua 1. Sam. I, 13. legitur: וחנה היא מדברת על לבה רק שפתיה נעות וקולה לא ישמע: Id est: *Et Hanna loquebatur cum animo suo, tantum labia ejus movebantur, vox autem ejus non audiebatur*

4. Ne scilicet confundantur peccatores] Cum delicta confitentur, & eorum veniam a Deo supplices exposcunt.

5. Scriptura non separavit locum &c.] In eadem Ara. Sacrificia utraque offerebantur.

6. Repo-

6. Reponendum, Calamitatem ſuam] His ergo omnino verbis, concipiendum illud dictum eſt: אדם אומר שבחו בקול נמוך וצערו בקול רם שבחו בקול נמוך מידוי מעשר וצערו בקול רם ממקרא בכורים: Id eſt: *Proferre debet homo laudem ſuam voce ſubmiſſa, dedecus autem ſuum voce alta. Laudum encomia ſubmiſſa voce proferenda eſſe, colligere eſt e Confeſſione Decimarum: Calamitatem vero clare enunciandam, indicant verba concepta de Primitiis.* Scilicet ארמי אובד אבי וירד מצרימה ויגר שם במתי מעט Id eſt: *Syrus perſequebatur patrem meum, qui deſcendit in Ægyptum, atq; ibi peregrinatus eſt pauciſſimo numero.* Item: וירעו אותנו המצרים ויענונו ויתנו עלינו עבודה קשה Id eſt: *Et malo nos affecerunt Ægyptii, & afflixerunt nos, & impoſuerunt nobis ſervitutem duram*: Hæc inquam, quæ ſupra de ignominia fuere expoſita, eadem ſi quis recte reputet, calamitatem potius indicant maximam & intolerabilem.

7. Ad mentem nempe traditionis &c.] Idem, verbis totidem habetur quoque in Moëd Katon fol. 5. a. Simile R. Pinchaſi, Chammæ filii, in Bava Batra fol. 116. a. conſilium eſt. כל שיש לו צער או חולה בתוך ביתו ילך אצל חכם ויבקש עליו רחמים שנ' חמת מלך מלאכי מות ואיש חכם יכפרנה: Id eſt: *Cujuscunq; ades calamitas quadam aut morbus intrarunt, is adeat Sapientem aliquem, ut pro ſe apud DEUM intercedat: ſcriptum enim* (Prov. XVI, 14.) Excandeſcentia Regis, eſt inſtar nunciorum mortis: Sed vir ſapiens expiabit eam. Nec aliud ſuaſit S. Jacobus in Epiſtola Catholica c. V,25. Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου· Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· Non tamen ſi Magiſtros audimus, id præpropere faciendum, nec continuo publicanda eſt calamitas. Sic enim monent in Berachot fol. 55. b. מאן דחליש יומא קמא לא לגלי כי היכי דלא לתרע מזליה מכאן ואילך לגלי: Id eſt: *Qui ægrotat, non debet primo die morbum revelare ne ſidus ſuum laceſſat: ſed ſi porro ægritudine infeſtetur, ea revelanda eſt.* Servavit ſedulo id præceptum Raba, de quo in Nedarim fol. 40. a. רבא יומא קדמאה דחליש אמר להון לא תיגלו ליאניש מכאן ואילך אמר להון פוקו אכריזו בשוקא דכל הסני לי ליחדי ודרחים לי ליבעי עלי רחמי: Id eſt: *Raba quoties ægrotabat, prohibuit ne quis familiarum primo die id aliis manifeſtaret: illo vero elapſo,* (ſi nondum convaluerat) *ite, inquiebat, & in compitis* (me ægrum eſſe) *proclamate; ut qui me oderunt, lætentur,*

letentur, pro me vero intercedant, qui me diligunt; (atque sic tam horum preces, quam illorum iniquitas, ad Deum mihi propitiandum conferant.) Adde his librum Schaare Dimha p. 12. b. ubi explicatur dictum e Joma fol. 75. a. דאגה בלב איש ישחנה ר' אמי ור' אסי חד אמר ישיחנה וחד אמר ישיחנה לאחרים: Id est: (De verborum Scripturæ Prov. XII, 25.) *Cum solicitudo est in animo viri,* ישחנה (genuino sensu, litigant inter se) *R. Amme & R. Asse: unus ait* (verbum ישחנה id velle,) *ejiciundam esse* (ægritudinem ex animo.) *alter opinatur,* (indicari eo vocabulo,) *rem cum aliis communicandam esse.*

ב

ותפלה בכל לשון והאמ׳ רב יהודה אמר רב לעולם אל ישאל אדם צרכיו בלשו׳ ארמי דא״ר יוחנן כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין מלאכי השררת נזקקין לו לפי שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי לא קשי׳ הא ביחיד הא בצבור ואין מלאכי השר׳ מכירין בלשון ארמי והתניא יוחנן כהן גדול שמע קול מבית קדשי הקדשים שאמר נצחו טליא דאזלו לאגחא קרבא באנטוכיא ושוב מעשה בשמעון הצדיק ששמע קול מבית קדשי הקדשים שהוא אומר בטילת סבילת עבידתא

II.

Siccine preces quovis idiomate peragendæ? At vero ait R. Judas ex ore Raf: [1] Nunquam (*a Deo*) flagitet homo ea quibus indiget, lingua Syriaca: nam, uti autor est R. Jochanan: Quisquis Syriace precatur, huic [2] ministri angeli non sunt præsentes, quia linguam Syriacam non intelligunt. Sed, nulla est difficultas; [3] distinguendo inter singulos, & totum cœtum. Cæterum, nunquid ministri angeli linguam Syriacam non intelligunt? Atqui extat traditio, Jochananē Pontificem, audivisse vocem e sacratissimo penetrali (*prodeuntem*) dicentemque (*verbis Syriacis:*) [4] Vicere juvenes, qui iverant ad prælium committendum, in Antiochia. Et amplius, tale quid etiam Simeoni justo accidit,

דאמר סנאה לאיתאה על
היכלא ונהרג גסקלגס ובטלו
גזרותיו וכתבו אותה שעתא
וכוונוה ובלשון ארמי היו אם
אמרום אי בעית אימא בת קול
שאני דלשמועי עבידא ואי
בעית אימא גבריאל הוה דאמר
מר בא גבריאל למדו ע׳ לשון:

cidit, qui pariter vocem e sanctissimo illo loco egredientem audivit, in hæc verba: Irritum redditum est [5] ingens opus, quod jactaverat hostis adducturum sese contra templum. Trucidatus est [6] Gaskalgas, & abolita sunt decreta ejus. Igitur annotarunt illam horam, attenderuntque, num eventus istis responsurus esset. (*Hæc vaticinia*) utique sermone Syro prolata sunt. Si placet, respondebo, de Oraculo cœlesti, diversum quid obtinere, hoc enim [7] ad efferenda (*divina placita*) productum est. Aut, si mavis, dicam, Gabrielem fuisse. Nam, ut ait Autor constitutionis: [8] Venit Gabriel, & (*Josephum*) LXX. linguas edocuit.

ANNOTATA.

1. Nunquam a Deo &c.] Habes idem hoc dictum repetitum in Schabbat fol. 12. b.

2. Ministri Angeli, Linguam Syriacam non intelligunt] Angelos, linguam Syriacam, sive, quod Rabbinis idem est, Chaldaicam, non intelligere, commentum putidum est, cui quid originem præbuerit, non memini me legisse. Quantò præ istis sanior fuit Psellus, cujus in Dialogo de operatione Dæmonum, quem primus Græce nobis edidit, Illustris quondam Fautor noster, æternæ vir memoriæ, Gilbertus Gaulminius, hæc, quæ sequuntur, verba sunt. Γλῶτlαν μὲν ἰδίαν δαιμόνων ἐφευρεῖν ὐκ ἔςαι· Κἂν ἑβραϊκὴν τις εἴποι, κἂν ἑλληνίδα, κἂν σύραν, ϗ τὴν ἄλλην βάρβαρον· Τί γὰρ ἔδει φωνῆς τοῖς ἄνευ φωνῆς ὁμιλοῦσιν, ὡς ϗ πρόσθεν εἶπον· Ἐπεὶ δὲ καθάπερ ἐν Αγγέλοις ἐθνῶν ἑτέροις ἕτεροι προσεσχήκασιν, ἄλλοι ἄλλοις συμπαρεδρεύουσιν, ἕκαςοι τὰς ἑκάςων ἐξασκοῦσι γλῶτlας· Ἐφ᾽ ᾧ ϗ τούτοις οἱ μὲν παρ᾽ Ἕλλησιν ἐχρησιμῴδουν ἡρωϊκῶς· Οἱ δὲ παρὰ χαλδαίοις τὰς κλήσεις εἶχον τῇ χαλδαίων γλώττῃ· ὥσπερ ϗ παρ᾽ Αἰγυπτίοις τὰς προσεγγίσεις Αἰγυπτίαις ἐποιοῦντο

φωναῖς· Καὶ δὴ καὶ τὰ παρ' Ἀρμενίοις δαιμόνια, κἂν ἀλλαχόσε ἀπιόντα τύχῃ τῇ γλώττῃ τούτων ὡς πατρῴᾳ καὶ αὐτὰ προσχρῶνται· Ampliſſimi Viri verſio eſt: *Sermo Dæmonibus peculiaris inveniri nullus poteſt, ſive Hebraicum eum quis, ſive Græcum, ſive Syriacum, ſive alium quemvis barbarum eſſe dixerit. Quid enim voce ſit opus iis, qui citra vocem colloquuntur? Ut antea quoq; dixi. Quia vero inter Gentium Angelos aliis alii præfecti ſunt, alii aliis aſſident, ſinguli ſingularum Gentium linguis loquuntur. Quæ etiam de cauſa eorum alii apud Græcos Oracula verſibus reddebant Heroicis. Alii autem apud Chaldæos ſermone Chaldaico evocabantur, quemadmodum & apud Ægyptios ſermone Ægyptiaco* τὰς προσαγωγίσεις ἐποιοῦντο, *Id eſt eliciebantur, ut appropinquarent, & in ſimulachra ſibi dicata ingrederentur. Eodem quoq; modo, quæ ſunt apud Armenios dæmonia, quamvis aliò ſe forte contulerint, eorum tamen ſermone tanquam vernaculo, & ipſa utuntur.* Cæterum, habent tamen Judæi, nihilo ſecius preces quasdam Syriacas, vel Chaldaicas, idque hanc ipſam ob cauſam, ne ab Angelis aut Dæmonibus illæ intelligantur. Eæ, quales ſint, narramus verbis Chriſtiani Gerſonis, depromtis ex ejus Talmudis parte 1. c. 18. *Die Juden müſſen ſich ſonderlich vvahren, daß ſie nit in Chaldeiſcher oder Syriſcher Sprach beten, dievveil der* Talmud *ſchreibt die heiligen Engel verſtehn dieſelbige Sprach nit, ſo können die Engel daſſelbe Gebet nicht vor den Herrn bringen. Ausgenommen das Gebet, ſo ſie auf ihr Pfingſt-Feſt beten, darinnen ſie auch um die ſtatliche* tractation *anhalten, vvelches ſie darum in Chaldeiſcher Sprach beten, auf daß die heiligen Engel ſie nicht vvegen der groſen Herrlichkeit neiden ſollen. Item an ihrer Oſternacht, haben ſie auch ein Gebet darinnen ſie unter andern ſprechen: Wem da hungert der komme und eſſe: Das beten ſie darum in Chaldeiſcher Sprach, auf daß es die Teuffel nit verſtehn, kommen und mit ihnen eſſen. Und am Verſöhn-abend beten ſie auch in Chaldeiſcher Sprach, die Vernichtung ihres Eydſchvveerens.*

3. Diſtinguendo inter ſingulos, & totum cœtum.] Supple: Dum enim ſinguli orant, non ſe Deus eo usque demittit, ut illis precantibus interveniat, ſed has ſupplicationes & vota, Angeli Miniſtri ad eum deferunt: Non igitur lingua Syriaca, cujus Angeli rudes ſunt, concipi debent. At, cum integer cœtus orat, Numen ipſum eſt præſentiſſimum, & preces ſine proxeneta admittit, ut ſic in eo caſu lingua quoq; Syriaca uti liceat. Sed vero, frui cœtum integrum, præ ſingulis, eo privilegio, ut Numen magis præſens habeat, probatur ex illo Jobi XXXVI, 5. אל כביר ולא ימאס Id eſt: *Deus numeroſum non ſpernet.* Eſt quoq; in hanc rē locus elegans in Berachot fol. 6. a. & a nobis explicandus:

תניא אבא בנימין אומר אין תפלתו של אדם נשמעת אלא בבית

בבית הכנסת שנ׳ לשמוע אל הרנה ואל התפילה אשר עבדך
מתפלל לפניך היום וגומר במקום רנה שם תהא תפלה: אמר
רבין בר אדא אמר רבי יצחק מנין שהקב״ה מצוי בבית
הכנסת שנ׳ אלהי׳ נצב בעדת אל ומנין לעשרה שמתפללין
ששכינה עמהם שנ׳ אלהים נצב בעדת אל ומנין לג׳ שיושבין
בדין ששכינה עמהם שנ׳ בקרב אלהי׳ ישפוט ומנין לב׳
שיושבין ועוסקים בתורה ששכינה עמהם שנ׳ אז נדברו יראי יי׳
איש אל רעהו ויקשב יי׳ וישמע ויכתב ספר זכרון לפניו
ליראי יי׳ ולחושבי שמו מאי ולחושבי שמו אמר רב אשי
אפילו חשב אדם לעשות מצוה ונאנס ולא עשאה מעלה עליו
הכתוב כאלו עשאה ומנין לאחד שיושב ועוסק בתורה ששכינה
עמו שנ׳ בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבא אליך
וברכתיך וכי מאחר דאפילו אחד תרי מבעיא תרי מיכתבן
מילייהו בספר זכרונות חד לא מיכתבן מיליה וכי מאחר
דאפילו תרי תלתא מבעיא מהו דתימא דינא שלמא בעלמא
הוא ולא אתיא שכינה קמ״ל דדין נמי היינו תורה וכי מאחר
דאפילו תלתא עשרה מיבעיא עשרה קדמא ואתיא שכינה
תלתא עד דיתבי:

Id est: *Extat Traditio, dixisse Abba Benjaminem: Nullæ hominis preces exaudiuntur, nisi quæ fiunt in Synagoga.* Q. S. E. (1. Reg. IIX, 28.) Ut audias cantationem & precationem, quam servus orat coram te hodie &c (Quæ arguunt,) *in loco, populi cantationibus destinato* (qui Synagoga est,) *faciendas esse precationes. Rabin, disseruit ex ore R. Isaaci: Unde constat, Deum benedictum reperiri in Synagogis?* (Scilicet,) Q. S. E. (Psalm. LXXXII, 1.) Deus astat in cœtu Dei. *Porro, unde colligitur Divinam Majestatem decem precantibus adessè?* (Idem ex iisdem verbis,) *Deus astat in cœtu Dei,* (consequitur.) *At, unde probatur, Divinam Majestatem tribus judicantibus, qui ad judicandum sedent, interesse?* Q. S. E. (in eodem Psalmi loco:) In medio Magistratus judicabit. *Amplius, unde patet, duobus qui sedent & studio Legis vacant, Divinam Majestatem*

esse præsentem? (Nempe) Q. S. E. (Malach. III, 16.) Tunc locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo, & attendit Dominus & audivit, & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen ejus. *Quid sibi volunt ista*, Cogitantibus nomen ejus? *Id explicat R. Asse, quod, dummodo homo cogitat se velle bonum opus peragere, etiamsi ab eo perficiendo prohibeatur, tamen id Scripturam pro confecto reputare. Deniq., quomodo ostenditur, etiam uni qui sedet, & studiis sacris operatur, Divinam adesse Majestatem?* (Puta,) Q. S. E. (Ex. XX, 24.) In quocunq; loco mentio injicitur Nominis mei, ibi veniã ad te, & benedicam tibi. *Verum enim vero*, (quia ita se res habet,) *ut uni* (discenti Divina Majestas præsens sit,) *quid opus erat* (ut Gemara,) *id de duobus etiam doceret?* (Nam, quisque sibi relictus, facta a minori ad majorem verisimilitudinem argumentatione, id jam per sese colligere potuisset. Sciendum:) *Duorum* (expressam faciendam fuisse mentionem, quia horum) *verba, in* (cœlestem) *librum memoria referuntur, quod de uno solo non obtinet. Atenim, si de duobus* (ista prædicare licet,) *quorsum Trium injicitur mentio?* (Tune causam quæris? Ecce eam indicabo: Fit illud,) *quia cæteroquin existimare poteras, pace tantum Divina gaudere Judices, sed non præsentissima ejus Majestate, quamobrem sic diserte monere necesse erat, ut constaret Judicia, cum Sanctissima Legis studio, pari passu ambulare. Et vero, cum de tribus ista vera sint, in quem finem de Decem* (eandem rem Gemara expresse prædicat? saltem enim hoc supervacuum esse, quis existimare queat. Minime gentium: Decem enim hoc habent peculiare, quod eorum conventum) *antevertit Divina Majestas, & prior advenit, sed tribus non nisi jamdum congregatis solet adesse.* Cæterum, ex his, nisi fallor, consequitur, quod, si quem coram eo qui Legi Divinæ studet, preces fundere contingat, tum nihil prohibere, quo minus ob præsentiam Numinis singularem, Syriaca sive Chaldaica lingua utatur, nam locis quibus Numen ipsum sua gratia intervenit, Angelorum ministerio ad perferendas preces haud opus est: Atque sic quoque in Schabbat, loco supra citato, excusatur R. Eleaser quod ægrotum visitans, sæpe sermone Chaldæo dicere consuevit ידכרינך רחמנא לשלום Id est: *Deus misericors recordetur tui in pacem*: ששכינה עם תחולה *cum certum fit, Numen ægrotantibus semper adesse.*

4. Vicere juvenes &c.] Temporibus Chasmonæorum, Sacerdotes adolescentes, facto agmine, paulo ante diem solemnem Expiationis, adversus Græcos expeditionem susceperunt, cumque ipso Expiationis die cum hostibus manus conseruissent, R. Jochanani Pontifici, ministeriis sacris, in sanctissimo penetrali fungenti, hæc ὀμφὴ est audita.

5. In-

5. Ingens] Vocem סבילת Talmudis editiones non legunt.

6. Gaskalgas] Hunc R. Salomo vult fuisse Regem Græcanicum, quem equidem aliis quærendum relinquo.

7. Ad efferenda Divina placita productum est] Proinde Oraculum hoc cœleste, sive Filia Vocis, oportet omnes omnium LXX. Gentium teneat linguas, ut non magis aliis Nationibus, quam Syris quoque & Chaldæis, Divina jussa renunciare queat. Multa, quæ de בת קול observavi, ad Massechet Purim commentando edisseram.

8. Venit Gabriel &c.] Vide infra horum Excerptorum Num. XX.

ג

תנו רבנן כיצד עברו ישראל
את הירדן בכל יום ארון נוסע
אחר שני דגלים ואותו היום
נסע תחלה שנ׳ הנה ארון
הברית אדון כל הארץ עובר
לפניכם בירדן בכל יום לוים
נושאי את הארון ואותו היו׳
הכהני׳ נשאוהו שנ׳ והיה כנוח
כפות רגלי הכהנים נושאי
ארון יי׳ אדון כל הארץ וגו׳:
תניא ר׳ יוסי אומר בג׳ מקומות
נשאו הכהנים את הארון
כשעברו את הירדן ובשעה אחת
שסבבו את יריחו ובשעה
שהחזירוהו למקומו וכיון אחת
שנטבלו רגלי הכהנים במים

III.

Tradunt Magistri: Quomodo Judæi Jordanem pertransivere? Semper alioqui Arca incedebat post duo Signa: Illo autem die, agmen ducebat. Q.S.E. Jos. III, 11. *Ecce Arca fœderis Domini totius terræ, transit* [1] *ante vos, per Jordanem.* [2] Semper alias Levitæ arcam portabant; sed ista die, [3] Sacerdotes eam gestabant: Q.S.E. v. 13. *Erit enim cum primum quiescent plantæ pedum Sacerdotum portantium Arcam Domini, Domini totius terræ &c.* Vetus est Traditio, cujus Autor R. Josue fertur: Tribus vicibus portarunt Sacerdotes arcam. *(Semel,)* cum Jordanem pertransirent: *(Deinde)* illa die, [4] cum Hierichuntem circuirent [5] Et *(deniq.)* tum, [6] cum illam in locum suum deferrent. Quamprimum

 primum

חזרו מים לאחוריהם דכתיב ובבא נושאי הארון עד הירדן ורגלי הכהנים נושאי הארון נטבלו בקצה המים וכתיב וגו׳ ויעמדו המים היורדים מלמעלה קמו נד אחד וגו׳ וגו׳ וכמה גובהן של מים יב׳ מיל כנגד מחנה ישראל דברי ר׳ יהודה אמר ליה רבי אלעזר בר שמעון לדבריך וכי אדם קל או מים קלים הוי אומר מים קלים אם כן באין מים ושוטפין אותם אלא מלמד שהיו מים נגדשין ועולין למעלה כיפין על גבי כיפין יותר מג׳ מאות מילין עד שראו אותם כל מלכי מזרח ומערב שנאמר ויהי כשמוע כל מלכי האמורי וגו׳ ואף רחב הזונה אמרה לשלוחי יהושע כי שמענו אשר הוביש יי׳ את מי ים סוף וגו׳ וכתיב ונשמע וימס לבבנו ולא קמה עוד רוח מאי שנא התם דכתיב ולא היה בם רוח ומאי שנא הכא דכתיב

primum vero imbuti sunt pedes Sacerdotum aqua, [6] retrocedebant illæ, ceu S. E. (v.15.) *Cum pervenirent portantes Arcam usq; ad Jordanem, & pedes Sacerdotum portantium Arcam intingerentur in extremitate aquarum ejus.* Atq; subjicitur (*paulo post*: v.13.) *Et consistebant aquæ quæ descendebant superne, consurgebantq; in acervum unum*, &c. Quanta altitudo fuit aquarum? XII. milliarium, [7] respectu scilicet castrorum Israëlis; quæ sententia R, Judæ: Cui R. Eliезer F. S. Hæc opinio vix locum invenit: Nam utrum levius (*magisq; velocius putas*,) hominem ne, an aquas? Dicendum utique aquas velociores esse. Quibus concessis, (*nisi dicatur aquas altius duodecim milliaribus accumulatas fuisse, sequeretur*) [8] venisse aquas & illos absorpsisse. Quin igitur potius docetur, coacervatas aquas & in immensum auctas, [9] & porticus quasi porticibus superimpositas, ultra trecenta milliaria, usq; donec [10] omnes Orientis & Occidentis Reges eas viderent. Q.S.E. (Jos. V,1.) *Sic fuit cũ audirẽt omnes Reges Amoræorũ &c.* Ita & Rachab meretrix Legatis Josuæ: (c.II,10.) *Audivimus enim*, inquit, *quomodo are-*

ולא קמה דאפילו אקשויי
לא איקשו · עדיין בירדן אמר
להם יהושע דעו שעל מנת
כן אתם עוברים על מנת
שתורישו את יושבי הארץ מ
מפניכם שנא׳ והורשתם
את כל יושבי הארץ מפ׳
מפניכם וכתיב ואם לא תו
תורישו את יושבי הארץ מפ
מפניכם וכתיב והיה כאשר
דמיתי לעשו להם אעשה ל
לכם : אם אתם עושין כן מו
מוטב ואם לאו באין מים וש
ושוטפין אתכם שנ׳ עד הש
השמידו אותכם מאי אותכם
אותי ואתכם : עדיין בירדן
אמר להם יהושע הרימו לכם
איש אבן אחת על שכמו למ
למספר שבטי בני ישראל למ
למען תהיה זאת אות בקרבכם
כי ישאלון בניכם מחר לא
לאמר מה האבני האלה
לכם וגו׳ סימן לבנים שע
שעברו אבותם הירדן עדיין ב
בירדן אמ׳ להם יהושע שאו

do arefecit Dominus aquas maris algosi &c. Amplius ibidem (v. 11) legitur: *Quod audientibus nobis, liquefactum est cor nostrum, neq; surrexit amplius.* Quæ diversitatis ratio, quod ibi (*ob exsiccatum Jordanis alveum*) dicatur: *Et non erat in iis amplius animus.* c. V, 1. Hoc autem loco, (*ob illud maris Erythræi miraculum,*) legatur: *Neq; surrexit?* Nimirũ, (*ob posterius ostentum, tam vehementer expavefacti,*) ut omnes essent [11] lorũ in aqua. Enim vero, cum (*Judæi*) adhuc in Jordane essent constituti, Josua eos affatus est, hisce verbis: Scitote vos cũ certa conditione transire: Cũ conditione (*inquam,*) ut procul abigatis incolas terræ. Q. S. E. Nũ. XXXIII, 52. *Expelletis igitur omnes habitatores ejus terræ a facie vestra.* Et S. E. (v. 55.) *Quod si non expuleritis habitatores istius terræ a facie vestra.* Sequiturq; ibi v. 56. *Eritq; ut quemadmodum cogitavi facere illis, faciam vobis.* Si id facere parati estis, bene se res habet: Sin minus; Revertantur aquæ & vos absorbeant. Q. S. E. (Jos. XXIII, 15.) *Perdendo vos.* Quid sibi vult istud, אותכם (*Nempe videtur dicere, Absorbeant*) אותי (*id est meipsum*) ואתכם (*id est juxta vobiscum.*)

(*Ampli-*

לכם מזה מתוך הירדן ממצב
c.IV, 5.6. רגלי הכהני׳ וגו׳ שתים
עשרה אבנים והעברתם אותם
עמכם והנחתם אותם במלון
וגו׳ יכול בכל מלון ומלון ת״ל
במלון אשר תלינו בו הלילה:

(*Amplius*) ipſis Joſua edixit, cum adhuc in Jordane eſſent: *Tollite vobis ſinguli ſingulos lapides humeris* (*imponentes,*) *pro numero tribuum filiorum Iſraëlis: Ut ſit hoc ſignum in medio veſtri; ut cum interrogabunt filii veſtri poſthac, dicendo: Quid lapides iſti vobis?* &c. Futurum ſcilicet eſt ſignum
verſ. 3. filiis, parentes Jordanem tranſiviſſe. (*Deniq.*) & hoc illis Joſua præcepit, cum adhuc in Jordane eſſent (*conſtituti:*) *Tollite vobis hinc ex medio Jordane, ex ipſo loco ubi ſtant Sacerdotum pedes firmi, duodecim lapides, & transportantes eos vobiscum, relinquetis in ſtatione in qua pernoctaturi eſtis.* Opinari quis poterat de unaquaque ſtatione in qua pernoctaturi erant, iſta capienda eſſe. Ideo additur: *In ea ſtatione, in qua pernoctaturi eſtis, hac nocte.*

ANNOTATA.

1. Ante vos] Id eſt: Ante caſtra univerſa.

2. Semper alias] Sive ſemel nobiſcum בכל יום ſive geminatione verborum בכל יום ויום legas, nihil peccabis.

3. Levitæ arcam portabant] Et inter eos quidem filii Kahat, ceu legitur Num. III, 29. 30.

4. Sacerdotes] Comprehenduntut nonnunquam Sacerdotes Levitarum quoque nomine, idque ſi R. Joſuæ F. L. in Jebamot fol. 86. b. fides eſt, in XXIV. Scripturæ locis. Sed hic facienda diſtinctio.

5. Cum Hierichuntem circuirent] Sic legitur Joſ. VI, 6.

6. Cum illam in locum ſuum deferrent.] Hoc eſt in locum ei a Salomone in Templo recens ædificato deſtinatum. Vide 1. Reg. VIII, 3. 6.

7. Retrocedebant illæ] Hoc eſt: Non fluebant ultra Sacerdotes, ſed juxta eos conſurgebant in cumulum.

8 Re-

8. Reſpectu ſcilicet caſtrorum Iſraëlis] Caſtra, quæ Judæi in deſerto metati ſunt, occupaſſe quaquaverſum milliaria XII. conſtans traditio eſt, & nos jam ſupra adduximus teſtimonium. Alia collegit Cl. Lightfootus Cent. Chorogr. cap. 48. Sic vero R. Judæ capere mentem oportet : Caſtra Iſraëlitarum implebant milliaria XII. atq; ipſi ſic catervatim transgreſſi Jordanem ſunt, prout per caſtra diſponebantur, quamobrem conſequens eſt, in illo temporis intervallo, quo trajecit exercitus XII. occupans milliaria, interim Jordanis, quarum fluxus cohibebatur, aquas, milliaria totidē excreviſſe in altitudinem, ut ita inter augmentum aquarum, & Iſraëlitas tranſeuntes, æqua eſſet ratio.

9. Veniſſe aquas & illos abſorpſiſſe] R. Elieſeris argumenti, quo R. Judam abſurditatis convincere ſatagit, hæc vis eſt, & illatio. Veriſſima foret, tua, Bone Vir, opinio, ſi aquarum fluentium non major eſſet velocitas, quam ambulantis hominis; & tum demum ſequeretur, par utroſque in eodem temporis intervallo, iter conficere. At, cum certum ſit, aquarum fluenta eſſe rapidiſſima, omneſque curſores immane quantum poſt ſe relinquere, neceſſe eſt concedas, Jordanis undas, augmento altitudinis longiſſime antevertiſſe viæ ſpatium, quod Judæi in ejus ſicco alveo & ſic deinceps, quoad agmina illorum claudentes, & ipſi oppoſitam ripam attingerent, confecerunt : Et proinde, ſi aquæ non niſi XII. milliaria altæ, continuo ſolitum curſum repetere cœpiſſent, jam actum erat de Iſraëlitis, omneſque fuiſſent abſorpti.

10. Porticus quaſi porticibus ſuperimpoſitas] Equidem, principio interpretatus hic eram, *Montes quaſi montibus ſuperimpoſitos*, vocem כיפא non abſurde *de Lapide* accipiens. Sed, quia aliud placere Judæis deprehendo, nolui ultra Magiſtros ſapere, atque mutare ſententiam, & his morem gerere viſum eſt. Jarchi enim in Gloſſa, כיפין per אולמות qua voce *Porticus* notantur, exponit : Et, Eruditus Autor libri Schilte Haggibborim, cum c. 87. varias variantium Interpretum opiniones, de ſignificatu verborum כיפת הירדן quæ in Ceritut cap. 1. rem quandam, olim inter reliquas, ad ſacrum ſuffitum conficiendum adhibitam innuunt, propoſuiſſet, ſimul oſtendens, nullam illarum tolerari poſſe, tandem ſubjungit : והנה לפי סברתי הכפת הזאת צריך שתהיה דבר מכשיר ולא סם מבושם וגם צריך שתהיה מהירדן עצם ולא ממקום אחר על כן לבי אמר לי שכפת הירדן היא הקצף העולה על מי הירדן ברתיחת המים לחוזק הרוח שבזמן מתזמנים יפיח במים בחוזקת כשהירדן ירומם גליו בסערת ונקרא הקצף הזה כפה מפני שבצורתו הוא חמה לכיפה שנותנים על ראש סקופיא בלעז כרגרוזין

בחולין פרק ראשית הגז כפה של צמר היתה מונחת בראש של כהן גדול וכו' או מפני שידמה לכיפה היינו עליה כדורית או עגולה מבחוץ ומבפנים חלולה וולטו בלעז כדתנן בריש גמרא דפרק ואלא נאמרין בכל לשון דסוטה מלמד שהיו המים נגדשין ועולין כיפין על גבי כיפין:

Id est : *Ecce secundum meam opinionem, necesse est τὸ* כפה *notet rem sacrum Suffitum perficientem, non vero genus quoddam odoramenti: itemq; necesse est, ut ea ex Jordane, non aliunde petita sit. Quibus ita positis, mea mihi ratio suggerit,* כיפת הירדן *esse Spumam, quæ aquis Jordanis innatat, cum aquæ effervescunt ob ventorum vehementiam, qui nonnunquam magno turbine perflant, ita ut Jordanis fluvius, impetuose tollat fluctus suos. Vocatur vero Spuma ista,* כיפה *quia forma sua refert Vittam, qua caput tegitur,* (quæq; Rabbinis כפה) *Italis nostris,* Scuffia *dicitur: Atq; sic in Chullin cap. XI. legitur* כפה של צמר *sive, vitta lanea, caput amicitur Pontificis &c. Aut*, (vocatur sic spuma ista,) *quia similis est laqueari, foris orbiculari aut rotundo, intus vacuo*, (quale Rabbini כיפה) *Itali* Volta *vocant. Atq; hoc sensu scriptum in principio Gemaræ capitis VII. in Sota*; Fuere aquæ coacervatæ & in immensum auctæ, ut imponerentur כיפין על כיפין Id est: Laquearia laquearibus. Ergo, in hoc Sotæ loco Phrasis כיפין על כיפין non alio sensu accipienda, quam cum in Middot dicitur : וכיפין היו על גבי כיפין בנויות Quæ verba, *Et tota area erat arcubus & columnis sustentata*, Cl. Lightfootus, in Cent. Chorogr. p. 58. vertisse deprehenditur.

11. Omnes Orientis & Occidentis Reges eas viderent] Plane simile quid de Manna tradunt, vel potius fabulantur in Joma fol. 76. a. תניא איסי בן יהודה אומר מן שירד להם לישראל מתגבר ועולה עד שרואין אותו כל מלכי מזרח ומערב שנ' תערך לפני שולחן נגד צוררי: Id est : *Extat traditio, dixisse Issam, Jehudæ filium, Mannam quæ cælitus Judæis concedebatur, eo usq; in altitudinem excrevisse, donec omnes Orientis & Occidentis Regis illud intueri possent, scriptum enim ;* (Ps. XXIII, 5.) Instruis coram me mensam, e regione hostium meorum. Nec multum abludit, quod de Legis promulgatione est in Sevachim fol. 116. a. כשנתן הקב"ה תורה לישראל היה קולו הולך מסוף העולם ועד סופו וכל מלכי אומות העולם אחזתם רעדה בהיכליהן ואמרו שירה שנ' ובהיכלו כלו אומר כבוד נתקבצו כלם אצל בלעם ואמרו מה כל ההמון אשר שמענו שמא מביא מבול לעולם שנ' יי' למבול ישב אמר להן וישב יי' מלך לעולם כבר נשבע הקב"ה שאין מביא מבול לעולם שנ' כי מי נח זאת לי וגו' אמרו לו שמא

מבול

מבול של מים אינו מביא אבל מבול של אש מביא שנ׳ כי הנה יי׳ באש יבא וגו׳ כבר נשבע להם שלא יביא מבול כל עיקר שנ׳ ולא יהיה עוד מבול אלא מה קול ההמון ששמענו אמר להם חמדה טובה יש לו להקב״ה בבית גנזיו שגנזה אצלו תשע מאות וע״ד דורות קודם שנברא העולם והוא מבקש ליתנה לבניו שנ׳ ה׳ עוז לעמו יתן מיד ענו כלם ואמרו יי׳ יברך את עמו בשלום : Id est : *Cum publicaret DEUS Legem, vox ejus omnes Orbis terminos pervasit, atq; universos Reges gentium tremor occupavit, in Palatiis ipsorum, cœperuntq; hymnum canere, sicut* S.E. (Pſ. XXIX, 9.) In Regia ſua quisque eloquitur gloriam. *Igitur omnes congregati, adiverunt Bileamum, percontantes : Quis eſt iſte ſonus impetuoſus quem exaudivimus? forſitan Diluvium mundo huic inducturus Deus eſt : Scriptum enim novimus* (Pſ. XXIV, 10.) Dominus ad diluvium ſedebit. *Reſpondet Bileam : Atqui, additur ſtatim* Et ſedebit Deus Rex in ſeculum; (nihil igitur periculi. Et adeo) *pridem juravit Deus, ſe nunquam amplius Diluvium orbi inducturum : Scriptum enim* (Eſ. LIV, 9.) Nam aquæ Noachi hoc mihi eſt &c. *Excipiunt illi : Fortaſſe Diluvium aquarum non eſt metuendum, ſed bene Diluvium ignis, cum ſcriptum ſit*, (apud eundem Eſaiam c. LXVI, 15.) Ecce Dominus cum igne venturus eſt. *Ad hæc Bileam : Imo Jurejurando ſe Deus obſtrinxit, nullum prorſus Diluvium Orbi ſe inducturum, ſcriptum enim* (Gen. IX, 11.) Neque futurum eſt amplius Diluvium. (Hic vero inſtare Reges:) *Ecquis tandem fuit ille ſonus vehementiſſimus quem percepimus? Subjicit* (Bileam:) Κειμήλιον *cariſſimum habet Deus in theſauris ſuis, quod nongentas ſeptuaginta quatuor generationes ante creatum orbem ibidem conditum erat, id nunc ipſe dare conſtituit filiis ſuis*, (impleturus) *quod S. E.* (Pſ. XXIX, 11.) Dominus robur populo ſuo dabit. (His auditis) *continuo omnes in laudes ſoluti ſunt, dicendo* (quod in Pſalmo ibi ſequitur:) Deus benedicet populum ſuum in pace.

12. Lorum in aqua] Cogimur cum furentibus inſanire. Quantum tamen licet, verbis obſcurioribus velamus turpitudinem, ne quis nos, pariter cum Judæis, pudorem proſtituiſſe, criminari queat. Sed, ea Interpretum ſors eſt. Æquum, iniquum, alter, cujus dicta referre ſibi ſumunt, protulerit, oportet id enuncient. Quæ cum ita ſint, licebit etiam aperte dicere, quid velint Judæi. Nempe, deſignant, omnibus fuiſſe האבר מחלדל כמו אבר המתים כגון החולים *Membra flaccida, qualia ſunt mortuorum, qualia ægrotantium*, quam ex Maimonide Hilchot Iſſure Bia cap. 1. §. 11. mutuamur periphraſin. At, magnum mirum eſt, non ſubjici iſtis, in Gemara noſtra, eandem quæſtionem, quam in Sevachim

chim fol, 117. b. ubi integer hic de Rahab locus, (prout ſolent Talmudiſtæ bis vel ter dicere, quæ pulchra ſunt,) repetitur, ſubjectam deprehendimus: Nam, ſic porro ibi legimus מנא ידעת Id eſt: *Unde noverat (*Rahab tã miſera iſtos viros Hierichuntinos fuiſſe conditione?) Additur reſponſio: אין לך כל שר ונגיד שלא בא אל רחב הזונה: Id eſt : *Nemo unus erat Procerum & Optimatum, qui non ades Rahab meritricis frequentaret*, (facile igitur animadvertit, eos poſt acceptum atrox nuncium, nihil amplius poteſſe.) Enim vero, merito aſſerunt Talmudiſtæ, majorem metum ortum in animis Gentium, cum perferretur nuncius de ſciſſione Maris Erythræi, quam cum Jordanis alveum ſiccatum eſſe percepiſſent. Hoc enim poſterius miraculum, ad prius, nullo modo comparari poteſt, atque ſi ratio ineatur, prius non unum fuit, ſed decuplum. Jelammedenu fol. 30. col. 1. י' נסים נעשו להם על הים נבקע להם הים ונבקע כמין כפה שני נקבת במטיו ראש פרזו וגו' ונחלק ליב שבילים שני ונטה את ידך על הים ובקעהו ונעשה יבשה שני ובני ישראל הלכו ביבשה ונעשו כמין טיט שני דרכת בים סוסיך חמר מים רבים נעשו המים פירורי' שני אתה פוררת בעזך ים ונעשו סלעים סלעי' שני שברת ראש תנינים על המים ונעשו גזרים שני לגוזר ים סוף לגזרי' נעשו ערמות ערמות שני וברוח אפיך נערמו מים נעשו כמו נד שני נצבו כמו נד יצאו להן כדי מים מתוקי' מתוך מליחין וקפאו המים ונעשו ככלי זכוכית שני קפאו תהומות : Subjeciſſem his verſionem quam pag. 235. Animadverſionum ad Pirke R. Elieſ. dedit Vorſtius, niſi quædam ſecus ac ipſe extulit efferenda, ipſa quoque miraculorum computatio paulo aliter inſtituenda, viderentur. Sic igitur nos interpretamur, & numerum inimus : *Decem Miracula evenerunt Iſraëlitis, Mare Erythræum transeuntibus : Principio ſciſſum illis mare eſt, ſciſſumq; ita, ut ſuperne fornicis figuram imitaretur : Scriptum enim : (*Habak. III, 14.) Perforaſti baculis ejus, caput pagorum ejus. *Deinde II. diſtinctum eſt mare in ſemitas XII.* (ut quæque tribus propriam haberet viam :) *nam S. E.* (Ex. XIV, 16.) Extende manum tuam adverſus mare, & divide illud in partes. *Porro III. Maris fundum areſactum eſt :* quia ſcriptum : (ib. v. 29. &. cap. XV, 19.) Et filii Iſraelis ibant in arida. IV. (Ægyptiis in fundum deſcendentibus, *(converſum illud eſt in cœnum.* Q. S. E. *(*Habak. III, 15.) Iter feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. *Amplius, V. in fragmina unda diviſa ſunt Scriptum enim :* (Pſ. LXXIV, 13.) Tu diſrupiſti robore tuo mare. *VI. Mutata ſunt aqua in ſaxa : prout ſcriptum* (eodem loco :) Perfregiſti caput Draconum in aquis. *VII. Facta ſunt ſeparaiones* (inter aquas, ac quædam intervalla,) Q. S. E. (Pſ. CXXXVI, 13.) Qui ſecuit mare algoſum in ſegmenta, *IIX. Facti aquarum acervi ſunt :* *Quip-*

Quippe scriptum: (Ex. XX,8.) Cum flatu narium tuarum coacervatæ sunt aquæ. *Imo IX. auctæ sunt in cumulum. Quia ibidem sequitur* : Constiterunt velut cumulus. *Deniq; X. e mediis aquis salsis promanarunt dulces: quin & indurescentes aquæ, vitri naturam induerunt: Nam ibidē quoq; S.E.* Concreverunt abyssi. Longe aliter de his X. miraculis est in Commentario nostro ad Pirke Avot pag. 56. a. ubi propemodum Scripturæ verbis enumerantur. Adducemus & hunc locum, ut pateat quam parum in talibus Judæi sibi constent: Nisi forsitan dicendum, illa quæ præmisimus, proprie tantum ad Judæos, ea quæ nunc sequuntur, ad Ægyptios attinere: עשרה ניסים נעשו על הים כמו שמציני בפרשת ויושע : רמה בים ; ירה בים ; טבעו בים סוף ; תהומות יכסימו ; ירדו במצולות : תרעץ אויב : תהרוס קמיך ; יאכלמו כקש : נערמו מים ; נצבו כמו נד נוזלים שנעשו המים כערמה וכמו נד אחד והם משברים ראשיהם של מצרים צללו כעופרת הרי עשרה : תבלעמו ארץ אינה מן המנין דבשבחן הכתוב מדבר שזכו לקבורה ; Id est: *Decem Miracula in Mari Erythræo evenisse significat Scriptura, Exodi XIV. & XV. Capitibus : Ea sunt : Dejecit in mare. Præcipitavit in mare, Demersi sunt in mare algosum. Abyssi operuerunt eos. Descenderunt in profunda. Confringis hostem. Destruis insurgentes contra te. Consumit eos tanquam stipulam. Coacervatæ sunt aquæ; Constiterunt fluenta velut cumulus : Quippe aquæ acervi cujusdam aut cumuli instar assurgebant,* (atque rursus decidentes,) *confregerunt capita Ægyptiorum. Profunda petierunt tanquam plumbum. Atq; sic habemus miracula decem. Non vero additur cæteris miraculis, illud, cujus* (Ex. XV, 12. mentio fit:) Deglutivit eos terra : *Nam hoc in laudem Ægyptiorum Scriptura enunciat, quod sepulturam meruerint.*

ד

אמר רב יהודה אבא חלפתא ואלעזר בן מתיא וחנינא בן חכינאי עמדו על אתון אבנים וכל אחת שיערוה משוי ארבעי סאה וגמירי דכל טונא דמדלי איניש לכתפיה תילתא דטונא הואי מכאן אתה מחשב לאם

IV.

Autor est R. Judas, Abbam Chalphetá, Eleasarem F.M. & Chaninam F.Ch. stetisse super illis lapidibus (*quos XII. Judæorum selecti, e Jordane sustulerant,*) & unumquemque eorum æstimarunt (*non minorem esse,*) cupa XL. Satorum. Cumque vulgo feratur, [1] omne onus [2] quod quis ipse in humeros sustollere

לאשכול שנ' וישאוהו במוט ב
בשנים ותניא ממשמע שנ'
במוט איני יודע שהוא בשנים
ומה תלמוד לומר בשנים בש
בשני מוטות א"ר יצחק תו
טורטני וטורוטני דטורטני ת
הא כיצד נמצא אתרה ס
אומר שמונה נשאו אשכול ש
שנים אחד נשא רמון ואחד
נשא תאנה יהושע וכלב ל
לא נשאו כלום מ"ט אי בעית
אימא משום דחשיבי ואיבעית
אימא שלא היו באותה עצה:
פליגי בה רב אמי ורב יצחק
נפחא חד א' לדברי ר' יהודה
כחנייתן עברו לדברי ר' אלא
אלעזר בר שמעון בזה אחר
זה עברו וחד אמר בין לרבי
יהודה בין לרבי אלעזר בר ש
שמעון כחנייתן עברו מיהו מר
סבר אדם קל מר סבר מים
קלים:

potest,[3] trientem esse (*oneris ejus, quod quis sibi ab alio impositum gestare valet:*) hinc[4] computare potes, immensitatem botri. Nam S. E. (Num. XIII, 23.) *Et deportaverunt eum bini in vecte.* Nempe ut traditio habet: Quia diserte dicitur: *In Vecte*: Annon ipse novi (*minimum*) duos fuisse? Quid igitur indicat Scriptura, voce, *bini*? Scilicet, binis vectibus (*portatum: Vel, ceu*) R. Isaac loquitur,[5] docemur fuisse[6] onus, onerisque onus. Quomodo hæc capienda? Dicendum:[7] octo portasse botrum secundum paria divisos: (*Eorum qui supererant,*) alter malogranatum, alter ficum tulit, Josua autem & Caleb omnino nihil portarunt. Quid ita? Si vis, dicam; Factum id, ob autoritatē, qua pollebant. Aut, si mavis, dicam; Quia[8] illi consultationi non interfuere. Enimvero, diversa hîc opinantur R. Amai & R. Isaac Faber, (*quæ genuina fuerit supra laudatorum Rabbinorum, de aquarum altitudine sententia.*) Alter ait[9] R. Judam sensisse quod (*Judæi*) prout castra metati sunt, transiverint:[10] R. Eleasarem vero F. R. S. statuere, quod sigillatim transiverint. Alter vero ait, tam ex mente R. Judæ, quam R. Eleasaris F. R. S. illos prout castra metati sunt, transivisse: Sed (*in eo dissidere,*) quod alter vir summus, existimat hominem velociorem (*aquis:*) alter vero vir summus,[11] credit aquas (*homine*) velociores esse.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Omne Onus] Quod Hebræi משא vocant, Chaldæis, a שא media radicali elisa, מונא dicitur. Gemara hanc vocem crebro adhibet, cum ii qui disputant, suismet argumentis confutare, contradicentes satagunt. In Rosch Hasschana, haud procul ab initio, difficilis inter Magistros est altercatio, de computatione annorum, quibus Cyrus Persarum Rex, in Scripturis, Imperio suo præfuisse dicitur. Nam, cum cæteroquin soli Judæorum Reges, eo utantur privilegio, ut anni quibus imperant, a mense Nisan numerentur, τῶν ἔξω Regum annis imperii, a Tisri ducentibus exordium: circa Cyrum quidem, modo hanc, modo illam rationem, Sacræ Literæ observare, Magistris videntur. His ita discussis, sequitur in Gemara: לא קשיא כאן קודם שהחמיץ כאן

לאחר שהחמיץ מתקיף לה רב כהנא ומי החמיץ והכתיב ומה חשחן ובני

תורין ודכרין ואמרין לעלון לאלה שמיא חנטין מלח חמר ומשח כמאמר

כהני די בירושלם ליהוי מתיהב להום יום ביום די לא שלו אמר ליה

רבי יצחק רבי מטונך די ליהוון מהקרבין ניחוחין לאלה שמיא ומצליין

לחיי מלכא ובנוהי ומאן דעבד הכי לאו מעליותא היא והתניא האומר

סלע זו לצדקה בשביל שיחיו בניו ובשביל שיזכה בה לחיי העולם

הבא הרי זה צדיק גמור לא קשיא כאן בישראל כאן באומות;

Id est: *Non hæc pugnant: Nam, inter Cyrum probum, & in deterius mutatum, facere oportet discrimen.* (Cum adhuc probus esset, Scriptura in computatione annorum regiminis ipsius, eundem calculum init, quem circa Judææ Reges observare solet: Sed, cum mores mutasset, mutat Scriptura numerationis ordinem.) *Hic vero R. Cahana movere cœpit in contrarium: Itane mores mutavit Cyrus? Atqui* S. E. (Esræ VI, 6. Cyrum, in gratiam Judæorum, patriam repetentium, benigne præcepisse:) Etiam quæ opus sunt, ut juvenci subrumi, & arietes, & agni ad holocausta pro Deo cœli, triticum, sal, vinum, & oleum, prout edixerint Sacerdotes qui sunt Hierosolymis tradendum sibi esse quotidie, error ne committitor. *Respondit R. Isaac: Bone Magister, ex tua probatione* (te refellam: Nam post ea quæ attuleras, sequitur continuo, in sacro contextu:) Ut offerant res odoris grati Deo cœli, & orent pro vita Regis, & filiorum ejus. (Ergo vides, non veræ pietatis instinctu, sed tantum, ut ipse, liberique, prospera fortuna uterentur, atque diutissime ætatem agerent, hac indulgentia erga Judæos ipsum usum esse. Regerit R. Cahana:) *Anne qui factum simile cœptat, male fecisse dicendus est? Atqui fertur ore Sapientum: Quisquis ait:* Hunc Siclum,

ego

ego eleemoſynis eum in finem conſecro, ut liberi mei ſint ſuperſtites; aut, ut ego vitæ æternæ fiam conſors; is vere pius eſt. (Reſpondet R. Iſaac:) *Nulla hic difficultas : Faciendum enim diſcrimen eſt inter Judæos, & τοὺς ἔξω.* Ut ſenſus ſibi conſtet, ſupplendum porro : Nimirum, in Judæo, tolerari poteſt vox ejusmodi, verum in ἔξω homine neutiquam, & duo cum dicunt idem, non eſt idem, non quod diſſimilia verba ſint, ſed quod ii, qui ea protulerunt. Judæus enim, ſi maxime optata non eveniant, non tamen eapropter ſuæ liberalitatis pœnitentia ducitur, aut Deo obmurmurat, quippe cœleſti providentiæ penitus parere didicit. Aliter οἱ ἔξω animati ſunt, qui cum lucri ſpes ipſos fefellit, ſi quid boni fecerunt, id Deo vehementer exprobrant. Hanc loci iſtius Talmudici, probam & genuinam eſſe interpretationem, nemo cui ſinciput ſanum eſt, & qui judicare valet, diffitebitur. Sed obſecro, vide mihi, Bone Lector, & obſtupeſce, quomodo noſter *Julius Conradus Otto*, pſeudo-Judæus, pſeudo-Rabbinus, & pſeudo-Chriſtianus, atque ſic, (cogit enim mutare conſuetam ſermonis modeſtiam, animo & pectore erumpens indignatio) verus fur, trifur, trifurcifer, aliqua iſtius dicti, quod in *Raſchaſchana cap. 1.* ipſo folio 186. cum haud ultra 31. folia, integer tractatus agnoſcat, legi mentitus eſt, tractarit, in Gali Razia ſive occultorum detectione l. 1. c. 3.

Sequitur, inquit, textus quod etiam Filius ſit adorandus, cum is verus Deus cum Patre exiſtat:

אמר רבי יצחק לרב כהנא מטונך
דליהון מהקרבין ניחוחין לאלהא
שמיא ומצליין לחייא מלכא
ובנוהי׃

Hoc eſt:

Dixit Rabbi Ichak Rabbi Chahana: Petimus ut ſacrificia offeratis Deo cœleſti, & adoretis æternum vivumq; Regem, una cum Filio ſuo.

Qui-

Quibus Rabbi hic expresse docet, Deum Patrem habere Filium, qui sit quoque adorandus, ait enim: Adoremus æternum Regem cum filio suo. Id est: Vivum illum Regem, qui est Deus Pater, & בנוהי quod Chaldaico idiomate idem est, ac si diceret: Deum Filium adoremus, cum æqualis sit Patri, & Spiritui S. coæternus.

Proh! Dei hominumq; fidem! Quod est, si non hoc sacrilegium est&, num ipse stygius Cacodæmon magis sanctissimæ Christianorum religioni posset illudere, quam iste nequam fecisse deprehenditur? Heus mastigia! Anne hæ sunt *illa abscondita & Judæis hactenus surrepta doctrina & mysteria*, quæ inter præfandũ, libro, Scripturæ dictis exceptis, cætera undiquaq; fœdissimo, *in lucem proferre*, te gloriaris, *quo facilius gloria Dei multis innotescat, Christiani vero Lectores in fide vera magis magisq; confirmentur?* Num hoc est, *divulgare Judæorum mysteria in ipsorum commodum & utilitatem?* Nimirum, *non solum genuinum textum Talmud ipsaq; verba Rabinorum adscripsisti, sed etiam numerum singularum paginarum addidisti, quo facilius manifestum fieret, te bona fide, simpliciter, candide, nullo prorsus præjudicio omnia perscripsisse.* Sic omnino persuasus sum; non habuit aliud consilium bipedum nequissimus, cum Christianam religionem simularet, & sacrum ac detestabilē librum suum meditaretur, quam, ut specie juvandi Christianam fidem, illam Judæis redderet contemtissimam. Sperabat enim fore, ut Christiani argumentis suis ineptissimis, & per merum jocum ac ludibrium suppeditatis, cupide adversus Judæos uterentur, atque sic illorum risui sese exponerent, & sibilis. Atque hoc hercle factum fuit. Mutuati sunt Viri non contemnendi, Sycophantæ istius fraudes, dolos, fallacias, suisque Scriptis illas inseruerunt. Publice interest monere, cautius mercari discant, qui salutem suam amant, qui DEI & Domini nostri JESU CHRISTI gloriam salvam cupiunt.

2. Quod quis ipse in humeros sustollere potest] Solus nimirum, & non præbente alio in ejus elevatione adminiculum.

3. Trientem esse oneris ejus &c.] Sunt igitur onus hominis robusti Sata CXX. aut, si quæ Sata totidem, pondere æquant. Ab hac æstimatione longissime recedit Cl. Hottingerus in præfat. libelli de Cippis, ubi ne Satum quidem unicum, hoc est, Cabos sex, sed Solos *quatuor Cabos, esse onus cui homo ferendo par est*, pronunciavit. Atque, uti Tal-

 mudi-

mudiſtæ modum valde excedere videntur; ita ipſe per incogitantiam in defectu ſummopere delinquit, cabis enim quatuor ferendis, etiam pueruli pares ſunt. Scilicet, de Menſuris Hebræorum ita ſe res habet, prout ex conſtanti veterum traditione diſſerit Baal Schalſch. Hak. pag. 90.b. quæ ſparſim tradita, excerpimus. חֲצִי לוג הוא ג׳ ביצים וקב הוא כ״ד ביצים וכל ביצה שוקלת מאתים גרעיני שעורים אם כן הקב הוא ד׳ אלפים ות״ת גרעיני שעורים הלוג הוא רביעית קב ורביעית לוג הוא ז׳ * גרעינים : הין הוא י״ב לוגים לוג הוא ד׳ רביעיות רביעית הוא ביצה ומחצה קב הוא ד׳ לוגין קרטוב הוא משמנה בשמנות דלוג אם כן הוא אחד מי״ו בלוג סאה הוא ו׳ קבין שהם ב׳ הינים שהם כ״ד לוגים שהם צ״ו רביעיות שהם קמ״ד ביצות׃ Id eſt: *Dimidius Logus continet Ova tria. Cabus continet ova XXIV. quodq; vero ovum, exæquat pondere ducenta grana hordeacea. Quæ cum ita ſint, continebit Cabus quater mille & octingenta grana hordeacea. Logus eſt quarta pars Cabi, Logi vero quarta pars, continet grana trecenta. Hin continet Logos XII. Logus continet quatuor Quadrantes. Quadrans continet ovum cum dimidio. Cabus continet Logos quatuor; Kartob eſt octava octonarum partium Logi, ſive pars ejus ſexta & decima. Satum continet Cabos ſex, ſive duos Hinim, aut Logos XXIV. vel Quadrantes XCVI. ſeu Ova CXLIV.*

* Omnino legendum ש׳

4. Computare potes immenſitatem botri] Enim vero, non tam facilis eſt iſta computatio. Acceptando enim tanquam verum, id quod de Botro ab octo viris geſtato ſequitur, dubium ſupereſt, num cuique, Satorum XL. an vero Satorum CXX. oneris æquivalens, aſſignare debeam: Utrum tamen faciendum fuerit, ſemper pondus emergit maximum. Nimirum, grana hordeacea π ille ducenta, ſiveLogum, cum fere noſtri ponderis uncias duas æquare deprehendam, conſequens eſt, ut Cabus contineat uncias octo, Satum uncias octo & quadraginta, atq; ſic, ſi quisque bajulorum tantum trientem ejus oneris, quod geſtare valebat, geſtavit, pondus uvæ illius, fuere libræ nongentæ & ſexaginta. At, cuiq; juſtum, plenumque onus tribuendo, jam æquabat uva, libras bis mille octingentas & octoginta. Fit autem admodum probabile, poſteriorem computationem ad mentem eſſe Talmudiſtarum. Nam priorem, ſi nos inſtituere voluiſſent, nihil opus erat Lapides in Jordane geſtantes, & Uvæ bajulos inter ſe opponere. Nempe, uvam e vecte ſuſpenſam ferentes, cum eam non humi tollant, ſed vecte in ſuccollando juventur, haudquaquam ab iis differunt, qui ſuis humeris, onus ab aliis impoſitum geſtant.

5. Docemur] Codices En Jacob poſt א״ר יצחק inſerunt מלמד

ששני

ששני מוטות היו quæ quia nec comparent in Talmudis editionibus, nec R. Salomo legiſſe videtur, etiam nos, non toleranda duximus.

6. Onus onerisque onus &c.] Ne in iſtis hæreamus, juvat nos Gloſſa, quæ habet: משאוי ומשאוי אחר משאוי שהתחתונים מסעין את העליונים וכל א׳ היו ב׳ מוטות כיצד ב׳ מוטות הולכין זה אצל זה וד׳ נושאין אותו וב׳ מוטות אחרים וד׳ בני אדם נושאין אותם והם באלכסון מתחת העליונים מוט האחד לראש האחד ומוט אחד לראש השני והולכין באלכסון: Id eſt: (Secundum R. Iſaacum, Uva) *fuit onus primum, onusq; ſecundarium; nam inferiores opem ferebant ſuperioribus, atq; tam his quam illis, erant vectes duo. Quomodo hæc intelligenda? Scilicet, vectes duo junctim rectà proceſſerunt*, (quibus appenſam uvam,) *quatuor geſtabant*, (idque onus quaſi primum & principale vocare licet:) *Jam porro erant vectes alii duo transverſarii, infra ſuperiores, quos & ipſos quatuor bajuli ſuccollabant, ita ut vectis unus eſſet prope primorum, & alter, prope ſecundorum bajulorum*, (ex ſupremo ordine,) *caput, atq; iſti bajuli ſic ex transverſo proceſſerunt* (cumque alios juvarent, non ipſam uvam, ſed oneris ejus onus geſtaſſe dici poſſunt.) Ne vero quid ſuperſit difficultatis, oculis ſpectandam exhibemus diſpoſitionis Vectium, uvæque in iis appenſæ figuram,



prout R. Salomonis Gloſſa, eam nobis depinxit. Enim vero, adjicienda ſimul alia, quam nos effinximus, quæ eodem tendit, & omnes vectes transverſarios faciens, etiam hac ratione, illud de onere, & oneris onere geſtatis, exprimit.



Secundum hanc dispositionem, quia processio bajulorum, & futura commoda magis, & magis decora fuisset, vincimus fortasse R. Salomonem, & aptius quam ipse ad R. Isaaci mentem declarandam, schema efformamus.

7. Octo portasse botrum] Dubium nullum est, octo bajulis opus fuisse ad unicā Palæstinæ uvam portandam, si quidem vera sunt, quæ de illarum magnitudine nobis narrant Talmudistæ in Ketuvot fol. 111. b. & seq. quas ego fabulas recensione versioneque dignabor:

רב חייא בר ארא מקרי דרדקי דר״ל הוה איפגר תלתא יומי ולא אתא כי אתא א״ל אמאי איפגרת א״ל דלית אחת הנית לי אבא ובצרתי ממנה יום ראשון שלש מאות אשכולות אשכול לגרב יום שני בצרתי ש׳ אשכולות שני אשכול לגרב יום ג׳ בצרתי ממנה ש׳ אשכולות ג׳ אשכול לגרב והפקרתי יותר מחצי׳ א״ל אי לאו דאיפגרת הוה׳ עבדה טפי דמי בר יחזקאל איקלע לבני ברק חזנהו להנהי עיזי דקאכלן תותי תאני וקא נטיף דובש מתאיני וחלבא ט״יף מנייהו ומיערב בהדי הדדי אמר היינו זבת חלב ודבש א״ר יעקב בן דוסאי מלוד לאונו שלשה מילין פעם אחת קדמתי בנשף והלכתי עד קרסולי בדבש של תאנים אמר ר״ל לדידי חזי לי זבת חלב ודבש של צפורי והוי שיתס מילין אשיתס מילין אמר

רבה בר בר חנה לדידי חזי לי זברת חלב ודבש של כל ארץ ישראל והויא כמבי מיכסי עד אקרא דתולבנקי עשרין ותרתי פרסי אורכא ופותיא שית פרסי ר׳ חלבו ור׳ עוירא ור׳ יוסי בר חנינא איקלעו להחוא אתר אייתי קמייהו אפרסק דהו כאילפס כפר היני ואילפס כפר היינו כמה הוי חמש סאין אכלו שליש והפקרו שליש ונתנו לפני בהמתן שליש לשנה איקלע רבי אלעזר להתם ואייתי לקמיה נקטו בידיה ואמר ארץ פרי למליחה מרעת יושבי בה ר׳ יהושע בן לוי איקלא לגבלא חזנהו להנהו קטופי דהוו קיימי כי עיגלי אמר עגלים בין הגפנים אמרו ליה קטופינינהו אמר ארץ ארץ הכניסו פירותייך למי את מוציא פירותי לנוים הללו שעמדו עלינו בחטאתינו לשנה איקלע ר׳ חייא להתם חזנהו דהוו קיימי כעיזי אמר עזים בין הגפנים אמרו ליה זיל לא תעבוד לן כחברך:

Id est: *R. Chaja F. A. praeceptor liberorum* ר״ל *Resch Lakisch, aliquando per triduum emansit, nec* (solito more ad discipulos informandos) *adventavit. Cum tandem reversus esset, quaerit ex eo Resch Lakisch, quare non venisset? Respondet ipse: Vitem reliquit mihi pater meus, ex ea vindemiavi primo die, uvas trecentas, e quarum singulis uter plenus* (musti) *est expressus. Altero die, vindemiavi uvas trecentas, quarum bina, utrem musto replebant; tertio die, vindemiavi uvas totidem, sed quarum tres, ad utrem musto implendum, exigebantur, atq; plus dimidia uvarum parte colligere ego neglexi, omnibus quibus volupe esset, earum comedendi potestatem faciens. Ad haec Resch Lakisch: Nisi cessasses ab informandis liberis meis, etiam majorem, habiturus fuisses vindemiam. Rami, Ezechielis filius, Brakenses visitaturus, vidit capras comedentes sub ficubus, harum fructus mel, caprae vero lac stillabant, quae duo fuere commixta, quare, haec sunt, inquit, illa fluenta mellis & lactis* (quae Scriptura terrae Judaicae tribuit.) *Retulit R. Jacobus Dusae filius, ab urbe Lud, urbem Ono tribus distare milliaribus, seq; aliquando paulo ante crepusculum id iter conficere voluisse, atq; talis tenus itasse in melle ficuum. Resch Lakisch testatus est, vidisse se Zipporensem melle & lacte manantem tractum, atq; eum sedecim milliaria in longitudinem, & totidem porrigi*

in latitudinem. Rabba, Channæ nepos jactare solebat, se vidisse quicquid terrarum in Judæa melle manat & lacte, atq; tantum esse regionis spatium, quantum est inter Bemichse, & Ekra-Thulbincum civitates: Hoc est, patet is tractus parasangas XXII. in longitudinem & VI. in latitudinem. R. Chelbo, R. Avera, & R. Jose Chanina filius, cum certam quandam Judææ urbem petiissent, allatum iis fuit pomum Persicum sartaginem Kephar-Heinensem exæquans magnitudine. (Quærat quis:) *Sartago Kephara-Heinensis quantum capiat?* (Sciendum:) *capere eam Sata qinq;.* (Isti igitur memorati Rabbini, Persici pomi,) *trientem comederunt, trientem dedere obviis, trientem jumentis suis absumendum projecerunt. Anno vertente, eandem urbem cum adiisset R. Eleaser, malorum Persicorum quæ afferebantur, quodq; complecti ipse manu poterat, quare recordatus est dicti* (Ps. CVII, 34.) Terram fructuosam in salsuginosam (*convertit Deus,*) propter malitiam habitantium in ea. *R. Josua F. L. Gablam petens, vidit ibi uvas juxta vites consistentes, vitulorum adinstar.* (Ergo, quid hoc est,) *inquit? Anne* (hic loci moris est) *vitulos vitibus alligare? Responsum est ab incolis,* (non vitulos, sed) *uvas esse. Tum is exclamare:* Heus terra! tibi inquam terra! conde fructus tuos. Quibus enim profers fructus tuos? Annon paganis istis, qui propter peccata nostra adversus nos consurrexerunt? *Vertente anno, huc iter fecit R. Chaja, viditq; uvas juxta vites consistentes caprarum adinstar,* (nam ad eam parvitatem eas redegit R. Josuæ imprecatio:) *cumq; quæsiisset, an consuetudo ibi ferret, capras vitibus alligare? facessere eum jusserunt incolæ, ne socium imitaretur,* (& minores uvas redderet.) Credo, sufficere poterat, hæc regionis felicitas, nec præstantiores Judæa quam protulit, Bacchus Jovi apponebat uvas, cum illum & universum Deorum concilium, epulis exciperet. Sed, Judæorum tamē palatum delicatius est, quam ut in istis possit acquiescere, prurítque alias longe nobilioresq; illas uvas, de quibus in eodē Talmudis loco præcedit:

לא כעולם הזה העולם הבא העולם הזה יש בו צער לבצור ולדרוך העולם הבא מביא ענבת אחרת בקרון או בספינה ומניחה בזוית ביתו ומספק הימנו כפטס גדול ועציה מסיקין תחת התבשיל ואין לך כל ענבת וענבה שאין בה ל׳ גרבי יין שנ׳ ודם ענב תשתה חמר אל תקרי חמר אלא חומר כי אתא רב דימי אמר אוסרי לגפן עירה אין לך כל גפן וגפן שבארץ ישראל שאין צריך עיר אחד לבצור ולשורקה בני אתונו אין לך כל אילן סרק שבארץ ישראל שאינו מוציא משוי שתי אתונות ושמא תאמר אין בו יין תלמוד לומר כבס ביין לבושו ושמא תאמר אינו אדום ת״ל וגדם ענבים ושמא תאמר אינו מרוה ת״ל סותה ושמא תאמר

תאמר אין בו טעם ת״ל חכלילי עינים מיין כל חיך שטועמו אומר לי לי ושמא תאמר לנערים יפה ולזקנים אינו יפה ת״ל ולבן שנים מחלב אל תקרי לבן שנים אלא לבן שנים : Id est : *Non potest institui inter præsens, quo fruimur, ævum, & futuros* (Messiæ dies) *comparatio. In hoc ævo, est quædam in uvis colligendis, ac in calcandis deinde, molestia. At olim, quis sibi afferet uvam unicam vehiculo, aut navi, eamq; in angulum ædium deponens, ex ea vinum sibi depromet, tanquam ex dolio ingenti, ligno vero ejus utetur ad coquendum cibum, nec ulla erit uva, quæ pauciores quam XXX. vini utres suppeditabit : Scriptum enim* (Deut. XXXII, 14.) Et sanguinem uvarum bibes חמר *Ubi non legendum* חֶמֶר *quæ vox* Merum *significat, sed* חֹמֶר (Ut innuatur *Chomer* mensura maxima, quæ alio nomine כור sive Corus vocatur, Bathos sive Ephas decem, Sata vero XXX. continens.) *Cum advenisset R. Dimi sic ipse disseruit : Quis sensus verborum* (Gen. XLIX, 11.) Ligans ad vitem asellum suum? (Scilicet, docetur,) *nullam omnino in universa Judæa repertum iri viticulam, ad cujus uvas portandas, asello non futurum opus sit.* (Quod vero ibi sequitur:) Et ad arborem sterilem pullos asinæ suæ : (ex eo intelligimus) *non extituram in Judæa, ullam arborem etiam sterilem, quæ non tantos fructus editura sit, ut asinæ duæ iisdem onerari queant. Ne autem quis existimet, fortasse* (illos fructus, hujus generis arborum,) *non futuros vinolentos, ideo additur :* Lavat in vino vestimentum suum. *Porro, ne quis queratur, illud vinum forsitan non futurum rubrum, eapropter adjectum :* Et in sanguine uvarum. *Amplius, ne dubitatio oriatur, non habere vim inebriandi, hinc usurpatur vox* סותה (cujus significatio ex הסית petenda, ut sensus sit, istud vinum ita concitaturos homines, ut fœnum in cornu gestare videantur.) *Sic, ne suspicio sit, fortasse insipidum futurum id vinum, eam ob causam apponitur :* Lætus oculis ex vino. *Nam, quodq; palatum, quod illud degustabit, dicet :* Ah! Cedo, cedo (illud mihi Nectar.) *Deniq; ne quis credat, id vinum profuturum tantum juvenibus, senibus non item: igitur postremo subjicitur:* ולבן שנים lacte magis (conducet:) *Non enim hic legendum*, וְלֶבֶן שִׁנַּיִם (quasi de dentibus albicantibus sermo sit,) *sed* וְלְבֶן שָׁנִים (ut de annosis & decrepitis verba accipiantur.) Ohe! de his arcanis jam satis est, ne aspere ego luam, quod

— *Ego te candide Bassareu*
Invitum quatio : quod variis obsita frondibus, Hor. l. 1. Od. 18.
Sub divum rapiam.

8. Illi

8. Illi consultationi non interfuere] Id est: Josua & Caleb nequaquam fuere participes consiliorum quæ cæteri Exploratores captabant, neque illorum voluntate Uva illa prægrandis & cæteri fructus fuere decerpti, eam ob rem etiam, nihil prorsus gestare voluerunt. Nimirum, facile suspicabantur, non ob bonum, sed pessimum finem socios Exploratores fructus illos secum deferre constituisse, & olim reduces, dicturos esse cœtui Israëlitarum : Videte nobis horum fructum immensitatem, atque certo certius persuasum habete, tanto incolas illarum Regionum superare nostram & communium hominum staturam, quanto fructus isti, alios sui generis, qui uspiam gentium crescere deprehenduntur, excedunt.

9. R. Judam sensisse quod Judæi &c.] Id est: Unus persuasus erat, R. Judam asserentem Jordanis aquas XII. tantum milliaria in altitudinem excrevisse, hanc fovisse opinionem, quod universus Judæorum exercitus, simul, & prout castra metari solebat, illum fluvium trajecerit, ita ut omnis illa transeuntium multitudo secundum sui longitudinem haud majus quam XII. milliarium occuparet spatium.

10. R. Eleasarem vero &c.] Id est: Quia iste aquas ultra trecenta milliaria altas fuisse contendit, verisimile fit, eum credidisse quod Judæi singuli, unus post alterum Jordanem transiverint, atque sic magno tempore ad hanc trajectionem opus fuerit.

11. Existimat hominem velociorem aquis] Vel potius : Existimat hominem ejusdem cujus aquæ sunt, esse velocitatis, & pari passu cum iis posse ambulare.

12. Credit aquas homine velociores esse] Sed si generatim de omnibus fluviis id credidit, vehementer deceptus est, & experientia repugnat. Nempe, hæc docuit, ea de re curiosum, Petrum Vattierium, flumina intra diem unum, vix quatuor milliaria Gallica currendo emetiri, quod spatium fere nemo tam claudus est, aut pedibus tam male utitur, ut non possit simul conficere. Sed ipse Vir quondam literatissimus, observationes suas nobis edisserat, prout eas præfationi, libelli de Ægypto, ex lingua Arabica conversi inseruit. *Les eaux de la Seine, et des riuieres qui se vont descharger dedans, sont à mon auis, quand elles sont enflées, enuiron quatre Lieües par jour. Car a Montereuil en Normandie, où j'escris cecy, nous auons vne petite riuiere, qui est de ce nombre, & où il vient des eaux, quand elle est grosse, d'enuiron quatre lieües loing, quoy que son cours ordinaire ne vienne que de la fontaine de Ternant, eloignée seulement d'vne lieüe & demie. Quand cette petite riuiere*

riuiere s' enfle subitement, par vn orage soudain, comme il arriue assez souuent, & quelquefois mesme en Esté, les eaux ne sont grosses qu' vn jour a Montereul; ce qui tesmoigne que les dernieres venües sont vn jour a faire les quatre lieüs d' ou elles viennent. Il passe à Cernieres qui n' est qu' à demy lieüe du mesme lieu, une autre petite riuiere, où il vient des eaux d' enuiron encore vne fois aussi loin; ce qui fait qu' elles y sont grosses deux jours, quand elles ne le sont qu' vn a Montereul. Dans le dernier debordement de la Seine, qui a esté assez grand & assez soudain, sur la fin de l' Hyuer de la presente année 1665. a cause de la grande quantité de neiges qui fondit en peu de temps; I' ay remarqué estant a Paris, que les eaux commencerent a grossir le dix huictiéme jour de Feurier, & continuerent jusques a la fin du mesme mois, apres quoy elles diminuerent notablement jusques au dixiesme jour de Mars; ce qui fait voir que les dernieres arriuées furent vingt jours a venir des lieux ou les neiges, d' où elles prouenoient, estoient fondües. Ces lieux sont a mon auis à enuiron quatre vingt lieües de Paris; & par consequent ces eaux auoient fait aussi enuiron quatre lieües par jour.

ה

שלח לך אנשים ויתורה:
שלח לך לדעתך וכי אדם ב
בורר חלק רע לעצמו היינו ד
דכתי' וייטב בעיני הדבר אמר
ריש לקיש בעיני ולא בעיני
המקום ויחפרו לנו את הארץ
אמר רבי חייא בר אבא אמר
ר' יוחנן מרגלים לא נתכוונו
אלא לבושתה של ארץ. יש
ישראל כתיב הכא ויחפרו לנו
את הארץ וכתיב התם וחפרה
הלבנה ובושה החמה ואלה
שמותם למטה ראובן שמוע

V.

(NUm. XIII, 2. legitur:) *Mitte tibi Viros ut explorent. Mitte tibi* (dictum Mosi a Deo; ut sensus sit:) [1] Ex tui animi sententia. (*Quare Moses ipse secum:*) [2] Nunquid homo sibi ipse deteriorem partem eligit? Hinc S. E. (Deut. I, 23.) *Et bona visa mihi est res, in oculis meis.* Id est, interprete Resch Lakisch: (*Bona visa est res*) in meis oculis, sed nequaquam in oculis Dei. *Ut nobis pervestigent illam terram.* Tradit R. Chaja Abbæ filius, autore R. Jochanane; [3] Exploratores in nihil aliud defixas habuere cogitationes, quam in contumeliã terræ Sanctæ. Scri-

 ptum

בן זבור אמר ר׳ יצחק דבר זה
מסורת בידנו מאבותינו מא
מרגלי׳ על שם מעשיה׳ נקראו
ואנו לא עלת׳ בידנו אלא
אחד סתור בן מיכאל סתור
שסתר מעשיו של הקב״ה מ׳
מיכאל שעשה שונאו מך א״ר
יוחנן אף אנו נאמר נחבי בן ו
ופסי נחבי שהחבי דבריו של
הקב״ה ופסי שפסע על מדותיו
Num. XIII, 14. של הקב״ה:

ptum enim hoc loco : *Ut nobis pervestigent illam terram.* Alibi vero : (Es. XXIV, 22.) *Et pudebit ipsam Lunam, & erubescet Sol ipse* (Amplius legitur Num. XIII, 4. 5.) *Atq; hæc sunt nomina eorum : De tribu Ruben Schamua filius Sechur.* R. Isaac ait: Hanc rem a Majoribus traditam tenemus; Exploratoribus secundum opera ipsorum, imposita fuisse nomina, etsi ad nos nonnisi unius (*unius ratio*) pervenit. *Sethur, filius Michaëlis.* Scilicet Sethur (*dictus,*) quia [4] impugnavit verba Dei. Michaëlis (*filius:*) Quia [5] inimicum ejus imbellem reddidit. R. Jochanan subjecit : Dicamus & nos, (*nostram conje-*
vers. 15. *cturam, de aliquo nomine.*) *Nachbi filius Vopsri.* Nempe, Nachbi dictus, quia [6] verba divina occultavit : Vopsri (*vero filius:*) quia [7] proprietates divinas transilivit.

ANNOTATA.

1. Ex tui animi sententia] E voce *Tibi*, colligunt Talmudistæ, Deum non ultro de mittendis Exploratoribus præceptum dedisse, sed cũ populi enixa flagitatione, hoc nomine a Mose interpellaretur, nude iis gessisse morem. Favet huic opinioni quodammodo locus Deuter. I, 22. ubi Moses : ותקרבון אלי כלכם ותאמרו נשלחה אנשים לפנינו ויחפרו לנו את הארץ וישבו אתנו דבר את הדרך אשר נעלה בה ואת הערים אשר נבא אליהן וייטב בעיני הדבר ואקח מכם שנים עשר אנשים: Id est : *Et accessistis ad me omnes, atq; dixistis : Mittamus viros, qui considerent terram, & renuncient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere civitates. Cumq; mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros.*

2. Nunquid homo sibi ipse &c.] Id est: Quia Deus voluntati populi de mittendis Exploratoribus assensum præbet, nihil in ea re in-

re incommodi. Nam, quia etiam mortales, quoties inter contraria iis optio datur, id eligunt, quod maxime videtur proficuum, non licet diversum de Deo opinari.

3. Exploratores] Vel potius eos, qui primi de iis mittendis cepere consilium.

4. Impugnavit verba Dei] Id est: Quantum in se erat, Deum mendacii arguere, nec tenacem eum futurum promissorum, persuadere satagebat.

5. Inimicum ejus imbellem reddidit] Κατ’ ἐυφημισμὸν ista dicuntur, & sensus est: Iste homo nequam ausus est contendere, longe imbecilliorem Deum esse, quam ut ad debellandas nationes tam feras, tamque immanes, possit ferre suppetias. Atque, sic capienda verba sunt, sive ex En Jacob שונאו nobiscum, sive עצמו cum Talmudis Editionibus legas.

6. Verba Divina occultant] Scilicet, aliter res enunciando, quam sese habebant.

7. Proprietates Divinas transilivit] Ejus potentiam, Misericordiam, Veritatemque, vocando in dubium.

ו

ויעלו בנגב ויבא עד חברון
ויבאו מיבעי ליה אמר רבא
מלמד שפירש כלב מעצת ם
מרגלי' והלך ונשתטח על קברי
אבות אמר להם אבות העולם
בקשו עלי רחמים שאנצל מ
מעצת מרגלים יהושע כבר ב
בקש משה עליו רחמים שנ'
ויקרא משה להושע בן נון יהו
יהושע אמר לו יה יושיעך מ
מעצת מרגלים והיינו דכתיב

VI.

(Num. XIII. v. 23. legitur:) *ET ascenderunt per meridianam plagam, & venit usq. ad Hebron.* Et venerunt; dicendum erat: Quamobrem ait Raba, doceri, Calebum substraxisse se consilio exploratorum, ivisseq; & expandisse se, super sepulchra Avorum, precatumque esse: Vos Avi, intercedite (*obsecro*) pro me, ut a consilio Exploratorum liberer. Nam pro Josua jam pridem Moses intercesserat: Q. S. E. v. 17. *Et vocavit Moses, Hoschea filium Nun, Jehoschua.* Quasi

ועבדי כלב עקב היתה רוח
אחרת עמו : ושם אחימן ששי
ותלמי ילידי הענק : אחימן מ
מיומן שבאחיו ששי שמשי את
הארץ כשחיתו תלמי שמשים
את הארץ תלמים תלמי ד״א
אחימן בנה ענת ששי בנה
אלוש : תלמי בנה תלבוש
ילידי הענק שמעניקין חמה
בקומתן:

illi diceret : Deus servabit te, a consilio exploratorũ. Atq. hoc est quod S. E. (c.XIV, 24.) *At servum meũ Calebũ, quia fuit spiritus alius cum eo.* (Porro legitur Num. XIII, 23.) *Et ibi erant Achiman, Scheschai, & Talmai, nati ex Enac. Achiman* (*ita vocatur* :) quia erat dexterior omnibus fratribus. *Scheschai* : quod terram in foveas redigeret. *Talmai* vero, quia terram porcarum plenissimam effecit. Alia traditio : Achiman condidit Anat ; Scheschai vero Alusch, & Talmai exstruxit Talbusch. *Nati ex Enac.* (*ita vocantur*,) quod ob procericatem, Sole, torquis in modum, cingerentur.

ANNOTATA.

1. Super sepulchra Avorum] Puta, quæ in Hebrone erant. Nam, ut est in libello Hottingeri de Cippis p. 5. שם קבורים אבות העולם אדם וחוה אברהם ושרה יצחק ורבקה יעקב ולאה פה״: Id est: *Ibi sepulti Patres Mundi ; Adam & Eva, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lea p.m.* Fundatur hæc de Calebo narratio, præter locum in textu allegatum, etiam in illo : Num. XIV, 24. *At servum meum Calebum, quia fuit spiritus alius cum eo, & plene sequutus est me ; ideo inducam ipsum in terram in quam venerat.* Cum enim promittatur Calebo illius terræ possessio, in quam ipse venerat, e Judicum autem cap. I. 20. constet, Calebo concessam esse Hebronem, consequens est ut eam urbem ipse petierit, & quidem clam alios, nec enim cæteroquin Scriptura de eo solo, quod venerit, prædicasset, si reliquos quoque Exploratores habebat comites.

2. Vos Avi] In Talmude, omissa voce עולם tantum אבותי legitur.

3. Intercedite &c.] De precibus quæ super monumentis Defunctorum concipiuntur, dixi supra, quæ oportet recolere. Superest in hunc usque diem Nobilissimo Petro de la Valle tom. 1. Itin. epist. 17. teste, haud procul a ruderibus veteris Babyloniæ, sepulchrum Ezechielis Prophetæ, quod Judæi magna colunt cærimonia, & ubi preces fundere, in solemni habent more positum. Proinde, si non omnia, saltem aliqua eorum, quæ de hoc sepulchro nobis refert Benjaminus in Itinerario, vera sint, oportet: Sic vero legitur in editione Cl. l'Empererii p. 77. seqq.

מנפחא ג' פרסאות לכנסת יחזקאל הנביא ע"ה שעל נהר פרת
ובמקום הכנסת כנגדו ששים מגדלים ובין כל מגדל ומגדל
כנסת ובחצר הכנסת התיבה ואחרי הכנסת קברו של יחזקאל
בן בוזי הכהן ועליו כיפה גדולה ובנין יפה עד מאד מבנין
יכניה מלך יהודה וחמשה ושלשים אלף יהודים שבאו עמו
וכשהוציא אותו אויל מרודך מבית הכלא וזה המקום על נהר
כבר מצד ומצד אחד נהר ויכניה וכל הבאים עמו חקוקי'
בכותל יכניה בראש יחזקאל בסוף ואותו המקום עד היום
הזה מקדש מעט באים מארץ מרחק שם להתפלל מראש
השנה עד יום הכפורים ועושים שם שמחה גדולה וגם ראש
הגולה וראשי ישיבות באים שם מבגדאד וחונים על פני
השדה שנים ועשרים מילין ובאים שם סוחרים בני ערב ושם
יריד גדול הנקרא פירא ומוציאין ספר גדול מכתיבת יחזקאל
הנביא וקורין בו ביום הכפורים ועל קברו של יחזקאל עששית
דולקת כל היום וכל הלילה מיום שהאיר אותה הוא בעצמו
וחולפין הפתילות ומוסיפין שמן עד היום הזה ושם בית גדול
של הקדש והוא מלא ספרים ומבית ראשון ומבית שני יש שם
ספרי' וכל שאין לו בן יקדיש ספרו לשם ומביאין היהודי'
הבאים להתפלל שם מארץ פרס ומדי נדר על עצמם

אשני הארץ לכנסת יחזקאל הנביא וגם בני גדולי ישמעאל באים להתפלל שם מרוב חבתם מיחזקאל הנביא עה״ וקורין שמו דר״ מליחא״ וכל בני ערב באים שם להתפלל שם:

Laudati Editoris versio est: *A Naphha tres parasangæ numerantur, ad B. Ezechielis Prophetæ Synagogam in ripa Euphratis: ubi e regione Synagogæ LX. turres sunt, & inter singulas est synagoga. In illius atrio librorum sacrorum theca est; & post Synagogam Ezechielis filii Buzi Sacerdotis sepulchrum: cui magna pulcherrimiq; operis testudo impendet, quam construxit Jechonias Judæorum Rex, cum XXXV. Judæorum millibus, qui eum sequebantur, cum ab Evilmerodacho e carcere dimissus esset. Hic locus, una sui parte flumen Chobar respicit; altera vero Euphratem. Cæterum Jechonias omnesq; qui eum comitati sunt, in pariete sculpti visuntur: Jechonias, primo loco, Ezechiel ultimo. Is locus ad hunc usq; diem quadamtenus Sanctuarium est: huc enim e locis remotissimis precandi causa confluunt, inde ab anni initio, ad festum expiationis usq; magnaq; gaudia agitant. Quin etiam exulum caput, & Synedriorum Præsides, Bagdado huc profecti, per agros ad duodecim usq; milliaria tentoria disponunt: & eodem mercatores Arabes veniunt; magnusq; est confluxus, quem Nundinarum voce denotare solent. Ibi productum magnum librum, quem Ezechiel Propheta sua scripsit manu, legunt expiationis die. Super Ezechielis sepulchro die nocteq; ardet lampas, inde ab eo tempore, quo eam ipse accendit; & hactenus ellychnia identidem mutant, oleumq; addunt qui eum sequuti sunt. Ibidem sancta quadam magnaq; domus libris plena, ubi etiam cum e prima, tum e secunda æde libri servantur: & quicunq; liberis carent, illic libros suos consecrant. Judæi etiam, qui eò ad preces e Persia & Media conveniunt, pro se regionum istarum incolis vota ad Ezechielis Prophetæ Synagogam deferunt. Quin etiam Magnatum inter Muhammedanos filii, eo ad precandum veniunt, ob ardentem B. Ezechielis Prophetæ amorem: locumq; vocant habitaculum elegantiæ vel pulchrum. Eo omnes Arabes, ad preces congregantur.* Paulo contractius, quædam tamen, quæ in istis deesse videntur addendo etiam, hæc extulit Baal Schalsch. Hakkab. p. 20. a. cujus locum tum hoc nomine, tum quia facit ad corrigendas corruptas quasdā l'Empererii lectiones, subjicere convenit. נמצא כתוב בספר המסעות לרי׳ בנימן ובן בקרוניקי׳ דיואן דאינגלסה אומרים כי יחזקאל נפטר בחיי נבוכדנצר ונקבר בארץ בבל בין נהר פרת ונהר כבר וכשמלך אויל מרודך והוציא יהויכין מבית הכלא ובא יהויכין ולה׳ אלפים יהודים עמו ובנו כיפה על קבר יחזקאל

הנביא

הנביא וגם היום נראה שם חקוק יהויכין ויחזקאל וגדוד אנשים ויעשו
כנסת גדולה סמוך אליה ובמקום הכנסת יש כמו ששים מגדלים ובין
מגדל למגדל כנסת ובחצר כנסת יחזקאל בנוית התיבה ואחרי הכנסת
יש קברו של יחזקאל הכל יחד נקרא כנסת יחזקאל ויהויכין הדרין לכנסת
יחזקאל הזה נחלות וכרמים שנתן לו אויל מרודך להתפרנס מהן ואותו
מקום מקודש על שם ישראל ובאים להתפלל שם ממרחקי ארץ
וביום הכפורים מוציאים ס״ת מגויל מכתיבת ידו של יחזקאל וקורים בו
ועל קברו עששיי דולק כל היום ושם בירת גדול מהקדש מלא
ספרים רבים מחרבן בית ראשון ושני ונביא הישמעאלים כשמלך
במקומות ההם קיים לכנסת זה כל ההכנסות ההם עד היום הזה:

Id est: *Scriptum reperitur in Itinerario R. Benjaminis, idemq; in Chronico Johannis Inglesii* * *confirmatur, Ezechielem diem obiisse supremum vivente Nebucadnezare, & sepultum esse in Babylonia, inter Euphratem, & Chaborem fluvios. Caterum, cum rerum potiretur Evilmerodach, liberaretq; Jehojakimum e carcere, abiit Jehojakim comitatus XXXV. millibus Judaorum, condiditq; fornicem super sepulchro Ezechielis Propheta, atq; in hunc usq; diem, insculptus ibi conspicitur Jehojakim, cum Ezechiele & coborte virorum. Hic pariter condiderunt Synagogam ingentem, juxta illum fornicem, e regione vero Synagoga LX. quasi turres sunt, & inter quamq; earum deprehenditur Synagoga. In atrio Synagoga Ezechielis, arca est* (Codicum sacrorum,) *& retro atq; a tergo Synagoga, est Sepulchrum Ezechielis, qua omnia junctim vocantur Synagoga Ezechielis. Porro dicavit Jehojakimus Synagoga Ezechielis, agros & vineas quos Evilmerodach ei ad vita sustentationem donaverat, estq; is locus Judais sacrosanctus, atq; illuc, inde ab extremitatibus Orbis, ad preces fundendas, solent confluere. Cum illuxit Dies Expiationis, producitur Pentateuchus membranaceus, scriptus manu ipsius Ezechielis, ex eoq; pralegitur. Atq; super Sepulchro, suspensa lucerna est, indefinenter ardens. Porro, est ibi adificium magnum ex piorum oblationibus conditum, multis libris, qui primi & secundi Templi excidium evasere, refertum. Et vero, Ismaëlitarum Propheta* (Muhammedes,) *cum in his locis imperaret, confirmavit Synagoga huic, omnes reditus, in diem usq; prasentem vigente privilegio.*

* Aut, an vertendum Anglisani?

4. Pro Josua jampridem Moses intercesserat] Quare non opus erat, ut ipse Calebum comitaretur, & cum eo preces fundendo, sese fatigaret. Mosis enim intercessionibus adjutus, poterat secure in utramque aurem dormire, aut compressis sedere manibus.

5. Qua-

5. Quaſi illi diceret] אמר לו etſi non eſt in Talmude, tamen quia ad ſenſus perſpicuitatem facit, merito retinendum arbitror.

6. Dexterior omnibus fratribus] Id eſt : Tanto Robuſtior erat cæteris fratribus, quanto communiter prævalere ſolet dextra ſiniſtræ.

7. Scheſchai : Quod terram in foveas redigeret] Id eſt : Corporis ipſius tam gravis moles erat, ut ſolum calcans quaſdam quaſi foſſas efficiendo, pedum ſemper veſtigia poſt ſe relinqueret. Sed, quomodo ad iſtam explicationem vox ששי quadrat, quidque illi cum *Foveis* commune eſt ? Hæret hic ipſi R. Salomoni aqua, nec melius quid reperire potuit, quam ut ſuſpicaretur, eſſe fortaſſe alluſionem ad עמודי שיש ſive *Columnas marmoreas*, quæ ſuo pondere terram, ubi eriguntur, faciunt depreſſiorem. Sunt hæc paulo duriora. Nec enim ſi maxime a marmore denominationem is homo accepit, illico Columnas quoque ſubaudire oportet. Imo, non deerant Talmudiſtis, aliæ concinniores comparationes, ſi a שיש ſive Marmore originationem vocis derivabant, nec opus erat ad Foveas confugere, & in iis quærere latibulum. Fert igitur noſtra conjectura, eſſe luſum in ſimilitudine ſoni, quem voces ששי & שסע procreant, atque habuiſſe in animo Talmudiſtas, cum hanc facerent nomenclationem, illud Jud. XIV, 6. וישסעהו כשסע הגדי Id eſt : *Et diffidit eum ac ſi diffinderet hædum* : aut phraſin שסע שסע toties Lev. XI. repetitam. Volunt enim τὸν Scheſchai cum graderetur, ſolum rupiſſe diſcidiſſeque ; nec infrequens iis eſt, in ejusmodi argutiis, unius organi literam, cum alia commutare.

8. Terram porcarum pleniſſimam effecit] Uti enim alii vomere, ſic ipſe deambulando, terram pedibus ſulcabat.

9. Ob proceritatem, Sole torquis in modum cingeretur] Cl. Buxtorfius in Lex. Hebr. p. 569. phraſin Hebræam vertit : *Quod injicerent terrorem ſtatura ſua* : Sed, incommode, nec apparet, quomodo ex מעניקין vel, ut ipſe perperam legit, ממניקים *Injiciendi* ſignificatum, ex חמה *Terrorem*, prolicuerit. Verum dicti ſenſum, non alium eſſe, quam quem expreſſimus, Patronum & defenſorem habemus R. Salomonem, qui in Gloſſa : מרוב גובה קומתן דומין כאלו צוארו נוקב וענק בנקב שהחמה יוצאת בו : Id eſt : *Ob ſtaturæ proceritatem, apparuit, quaſi Solē collo terebrarent atq; ſic eodē perforato quaſi monili uterentur.* Adhibuit ſimilem continuatam allegoriam, in edita Arce deſcribenda, Arabs in vita Tamerlanis elegantiſſime, quam ſic Gallice convertit Amicus noſter ; *On raconte, que dans le voyage que* *Tamer-*

P. Vattier dans le Pourtrait du grand Tamerlan p. 16.

Tamerlan fit aux Indes, auec ses troupes, il rencontra un chasteau situé sur vn roc extremement haut. Les machines braquées sur ses tours paroissoient comme des pendans d'oreilles; les traits qui en estoient lancez, sembloient des estoilles tombantes du haut du firmement; Mars eleué en son midy estoit comme vne de ses sentinelles, & Saturne au milieu de la nuict, comme vn des soldats de son guet; le Soleil au plus haut de son cours, paroissoit comme un flambeau brillant sur ses murailles; la pluye, qui tomboit des nües sembloit y estre auparauant coulée des sources qui iaillissoient de dessous ses fondemens; les nuages plus legers & plus eleuez, que la reflexion des rayons peint de rouge, estoient comme des pauillons tendus sur ses tours, & la verdure des campagnes voisines estoit aux yeux, qui la regardoient de dessus leur hauteur, comme vnt apis vert, estendu sur le paué pour recréer la veüe.

ז

וחברון שבע שנים נבנתה
לפני צוען מצרים מאי נבנתה
אילימא נבנתה ממש איפשר
אדם בונה בית לבנו קטן קו
קודם שיבנ' בית לבנו גדול
דכתי' ובני חם כוש ומ
ומצרים ופוט וכנען אלא שה
שהיתה מבונה על אחד מש
משבעה בצוען וחברון טר
טרשים הואי והא כתיב ויהי
מקץ ארבעים שנה ויאמר
אבשלום אל המלך אלכה נא
ואשלם את נדרי אשר נדרתי
ליי' בחברון ואמ' רב אויא אמ'

VII.

(NUm. c. XIII, 23. legimus:)[1] *Hebron antè condita fuerat septem annis, ante Zohanum Ægypti.* Quis sensus verborum: *Condita fuerat?* Dicendumne, de exstructione simpliciter capienda? Atqui,[2] num fieri potest, ut ædificet homo domum filio minori, prius quam ædicaverit domum majori filio? Nam S. E. (Gen. X, 6.) *Filii autem Chami Chusch, & Mezraim, & Canaan.* Quare, (*significatur potius, Hebronem,*) septenis vicibus Zohane [3] feraciorem fuisse. [4] Itane, Hebronem montosam fuisse dicis? Atqui S. E. 2. Samuel. XV, 7. *Tandem fuit exactis quadraginta annis, ut diceret Absalom Regi: Abeam quæso, ut persolvam votum meum, quod vovi Domino*

רב בר בר חנא שהלך להביא כבשים מחברון ותניא אילים ממואב כבשי מחברון מינה איידי דקלישא ארעא עבדא רעיא ושמין קניינא:

mino, Hebronem. Hoc est, exponente R. Avja, nomine Rabæ, nepotis Channæ: [5] Iverat adductum agnos ex Hebrone. Quin & vetus traditio (*consentit, quam petere jubemur,*) [6] arietes e Moab: [7] Agnos vero ex Hebrone. Hoc ipsum ([8] *responsionem suppeditat:*) Nempe, [9] quia rara erat terra, pascua reddebatur, & greges pinguescebant.

ANNOTATA.

1. Hebron autem condita fuerat &c.] Dimidium hujus Pericopes repetitur in Cetubot fol. 112. a.

2. Num fieri potest ut ædificet &c.] Id est: Fieri non potest, ut Hebron Cananæa urbs, ante Zohannem Ægypti urbem, paternis, ceu illo ævo fieri necesse erat, auspiciis, condita sit. Nam, Mizraim Ægyptiorum sator & seminator, Chami fuit secundogenitus, Canaan vero Cananæorum parens, inter filios ejus erat natu minimus.

3. Feraciorem fuisse.] Sic enim vocabulum בנה quod *Ædificare* proprie significat, ad fœcunditatem designandam Scriptura alibi adhibet, uti Gen. XVI, 2. Sed vero, hanc significationem hoc loco militare, nunquam, credo, concederet Arabs Murtadi, Gaphipes filius, nam sic in libello de Ægypto, ore ejusdem, quem modo laudavimus, Amici interpretis, loquitur: *Noé auoit prié Dieu pour Masar ou Mesraim, de luy donner sa benediction dans sa terre & a ses enfans apres luy; c' est pourquoy la terre leur auoit esté fertile & abondante, son Nil s' estoit debordé, toutes contrées auoient fructifié, ses bestes s' estoient multipliées, ses mineres s' estoient fait paroistre. Les arbres portoient des dattes grands comme des colonnes. Les grains de bled estoient gros comme des œufs de poule, mols comme du beure, & doux comme du miel.* Sed, quicquid dicat, velit, nolit, comprimere os cogitur Murtadi, quia Talmudistæ in Cetubot, loco paulo ante indicato, expressam inter Judæam & Ægyptum instituunt comparationem, monstrantque quanto hac, illa fuerit fertilior. ת"ר בברכותיה של ארץ ישראל בית סאה עושה חמשת רבוא כורין בישיבתה של צוען בית סאה עושה ע' כורין דתניא א"ר מאיר אני ראיתי בבקעת בית שאן בית סאה עושה ע' כורין ואין לך מעולה בכל ארצות יותר מארץ מצרים שנ' כגן ה' כארץ מצרים ואין לך

p. 189.

לך מעולה בכל ארץ מצרים יותר מצוען וחורה מרבי מלכי דכתיב כי היו בצוען שריו: Id est : *Sic tradunt Magistri : Olim, cum Judæa cælesti indulgentia frueretur, tum ager , cujus seminatio granorum Satum exigebat, reddidit* (colono,) *Coros quinquagies mille. At in Zoaniticis agris, cum maxime florerent, granorum Satum, reddidit solos Coros septuaginta. Sic enim testis est R. Meir, vidisse sese in* (illius tractus) *convalle Bet-Schannaa, Satum serentes, referre Coros septuaginta. Atqui, inter omnes* (cæteras) *totius Orbis plagas nulla præstantior Ægypto*: Q.S.E. (Gen. XIII, 10.) Sicut hortus Domini, sic Ægyptus. *Inter Ægypti vero regiones palmam cæteris præripuit Zoanitica, ibiq; Reges educabantur. Unde scriptum* (Es. XXX, 4.) Quia fuerunt in Zoane Principes illius. Jam cogitet mihi quis illa, quæ ibidem præcedunt א״ר יוסי מעשה בשיחין באי׳ שהניח לו אביו שלשה בדי חרדל ונפשח אחד מהם ונמצאו בו ט׳ קבין חרדל ומעציו סככו בו סוכרת יוצרין א״רש בן תחליפה קלח של כרוב הניח לנו אבא והיינו עולים ויורדים בו בסולם; Id est : *Dixit R. Jose : Schechini*, (quod Judææ oppidum est,) *accidit, ut pater filio heredi relinqueret tres caules Sinapi, quorum unus cum rumperetur, collecti fuere ex eo cabi novem Sinapi, e ligno vero illius, casa figlina fuit obtecta. Subjecit R. Tachalipha : Nobis vero reliquit pater brassicæ caulem*; (cujus folia quoties removere volebamus,) *ad ascendendum & descendendum, scalam admovere oportuit.* Ne vero cui hæc incredibilia videantur, imprimis quia negare non possunt Judæi, hodie istius regionis longe aliam conditionem esse, ideo parata responsio in Pirke R. Eliezeris p. 85. edit. Vorst. *R. Jehuda dicit : A die, quo vastata est domus Sanctuarii : terra Israëlis languida reddita est, a malitia incolarum ejus; sicuti homo ægrotus non potest consistere, ita quoq; terra debilis facta fuit, neq; potest proferre fructus suos, juxta Illud* Es. XXIV, 5. *Etiam terra hac contaminata est ab incolis suis.* Interim tamen, multum nihilo secius regio Judaica, etiam a τοῖς ἔξω possessa, vel sic ex antiquo semper retinuit, si vera sunt, quæ rursus leguntur in Cetubot. א״ל ההוא מינא לרבי חנינא יאי משבחיתו כה בארעכון בית סאה אחת הניח לי אבא ממנה משח ממנה חמר ממנה עיבור ממנה קטניות ממנה רועות מקנות: Id est : *Dixit quidam infidelis*, (terræ Judææ incola,) *R. Chanina : Jure merito, laudatis regionem vestram, nam mihi tantum agri pater reliquit, quantum Sato conseri potest, inde mihi olei, vini, frumenti, & pisorum proventus : Inde pasco greges meas.* Sed, si omnia, quæ Judæi, de sua sive incolumi adhuc, sive devastata deinde regione, nobis memorant, fidem nostram excedunt, credamus tantisper, quæ F. Antonius del Castillo

ſtillo, qui non ita pridem Bethlehemi in Aſceterio Franciſcanorum, Guardiani munere functus eſt, de præſenti Judeæ ſtatu, in libello, *El Deuoto Peregrino*, Anno 1665. Madriti edito, p. 16. memoriæ conſignavit. *Aun eſtando oy como eſtà poſſeida la Judea, de aquellas barbaras gentes, vale todo muy barato, y ay grandiſſima abundancia. Siendo yo Procurador en Jeruſalem, lo ordinario era comprar treinta perdizes por vn real de a ocho, quarenta pichones por lo meſmo: huuo vez, que compre treinta y tres pollos por vn real de a ocho, vna gallina dos maidines, que hazen quatro quartos de Eſpaña: tal vez me dauan treinta huevos por dos quartos: vn rotul, que ſon ſeis libras de carnero, por vn real: vna vitela de vn año, por dos reales de a ocho; y a eſte modo todas las demas coſas: y como es pais tan alto, y ſeco, ſon los mantenimientos tan buenos, ſabroſos, y ſuſtancioſos como los de Eſpaña.*

4. Itane Hebronem &c.] Ut ſit connexio, præmittendum omnino, ex loco paulo ante e Cetubot allegato, & quo nos Codices En Jacob ablegant: אין לך טרשים בכל ארץ ישראל יותר מחברון דהוו קיברי בה שיכבי Id eſt: *Atqui, haud uſpiam in univerſa Judæa, plures fuere petræ, quam circa Hebronem, quamobrem ibi ſepulchra fiebant mortuorum.* In Talmude Amſtel. & Baſileenſi, uberior eſt in Gemara noſtra lectio, nam præter ea, quæ hic ſupplemus, etiam porro additur: ואין לך מעולה בכל הארצות יתר מארץ מצרים שני כגן יי׳ כארץ מצרים ואין לך מעולה בכל ארץ מצרים יתר מצוען דכתיב כי היו בצוען שריו ואפילו הכי חברון מבונה אחד משבע בצוען: Hæc, quia juxta cũ aliis, ex Cetubot, Notis noſtris paulo ante inſeruimus, ideo nemo nobis vitio vertat, quod tantum lectionem Codicum En Jacob hoc loco exprimendo, in textum iſta non admiſimus. Notamus obiter ex ſuperioribus, veteres Judæos, tumulos ſuos plurimum in petris excidiſſe, quod ad Hiſtoriam Lazari, & Domini noſtri Sepulturæ illuſtrandam, nonnihil facere poteſt.

5. Iverat adductum agnos ex Hebrone] Senſus eſt: Ipſo voto quo ſeſe obſtrinxerat, in Hebrone Abſalom ſolvi non potuit, nec ibidem ſacrificia, ad quæ ex inſtituto Divino tenebatur, offerre. Sacrum enim Tabernaculum, extra quod hoſtias mactare, & votiva comedere (vide Deut. XII, 17. 26.) nefas erat, nequaquam in Hebrone, ſed Gibeone urbe tum fuiſſe, certum eſt. Ergo, id vult Scriptura, rogaſſe Abſalomem patrem ſuum, veniam ſibi concederet, ut agnos quibus ad ſacrificandum opus habebat, ex Hebrone petere poſſet. Quod ſi vero

si vero tam pascuum erat circa Hebronem solum, non verisimile est, fuisse petrosum.

6. Arietes e Moab] De Arietibus, quales hoc loco videntur intelligi, eruditissime multis agit Bochartus to. 1. Hieroz. p. 494. seqq. quem consuluisse proderit. Eidem, addas licet Columellam l. 7. Rei Rust. c. 3.

7. Agnos ex Hebrone] Aut certe ex Basane, cujus tamen rei, nunc non succurrit alia autoritas quam libri *Brandspiegel* c. 71. *Mel zu* פסח *sol man nehmen das schönste, das man kan haben, es is gleich wen man hat* קרבנות *gebracht, da hat man die Schaf geholt von* בשן *und die Ochsen von* תקוע

8. Responsionem suppeditat] Supple: Et quam maxime probat, vicinam Hebroni regionem petrosam fuisse.

9. Quia rara erat terra &c.] Id est: Patet, non agriculturæ, sed pastioni tantum aptum fuisse solum, nam, Agni in montosis potius locis, quam in herbidis campis alendi sunt, si quis eos velit opimos & adipales reddere.

ח VIII.

וישובו מתור הארץ וכתיב וילכו ויבאו אמר רבי יוחנן משום רבי שמעון בן יוחאי מקיש הליכה לביאה מה ביאה בעצה רעה אף הליכה בעצה רעה ויספרו לו ויאמרו באנו אל הארץ אשר שלחתנו וגם זבת חלב ודבש וזה פריה אפס כי עז העם אמר רבי יוחנן משום ר' מאיר כל דבר לשון הרע שאין אומרים דברי

(Num. XIII, 26. legimus:) *Reversiq; sunt ab exploratione terræ.* Et (*paulo post vers.* 27.) subjungitur: *Et abiverunt veneruntq;.* Ait R. Jochanan, nomine R. Simeonis F. I. Comparat (*Scriptura*) [a] abitionem, cum reditu. Uti enim [b] reditus erat cum pravo consilio, ita & abitio, simili consilio fuit suscepta (Sequitur v. 28. 29.) *Narrantes itaq; ei dixerunt: Pervenimus ad terram illam quo miseras nos: & certe affluens est lacte & melle, atq; hic est fructus ejus. Sed robustus est populus.* Ait R. Jo-

אמרת בתחלתו אין מתקיים בסופו: R. Jochanan, ex ore R. Meir:[4] In quacunque calumnia, non principiò verba vera proferuntur, ea fidem non invenit.

ANNOTATA.

1. Veneruntque] R. Salomo existimat vocem ויבאו tanquam ad propositum parum facientem, tollendam esse; atque sane, mihi mentem suam omnino persuadet. Scilicet, in eo Gemaræ difficultas consistere videtur, quare cum jam innuisset Scriptura, *Reversos esse* Exploratores, deinde eos *Abivisse* dicat: cum suffecisset nude dicere, *Reversos Exploratores, venisse ad Mosen.* Interim miror, hujus emendationis, Editores Talmudis Amstelodamensis, nullam habuisse rationem.

2. Abitionem] Qua nimirum ad explorandam Cananæam profecti sunt.

3. Reditus erat cum pravo consilio] Quippe, id unum, summa contentione agebant, ut terram divinitus promissam infamarent, & omnibus redderent execrabilem.

4. In quacunque calumnia &c.] Subdole igitur Exploratores, principio quædam in laudem Regionis Cananiticæ dixerunt, & hoc pacto viam straverunt iis calumniis, quas animo habebant meditatas. Cæterum, cum illo nostro apophthegmate eleganter consonant quæ in ipso de Exploratoribus negotio, sed, ut de Rahab præcipue loquatur, habet S. Chrysostomus Hom. 5. de Pœnitentia, nec sunt ea omittenda. Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι δεξαμένη τοὺς κατασκόπους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα· Καὶ ὅρα πῶς μετὰ πολλῆς σοφίας ἐκέρασε τὴν ἑαυτῆς εὐγνωμοσύνην· Ὅτε γὰρ ἀπεστάλησαν παρὰ τοῦ βασιλέως ζητοῦντες τοὺς κατασκόπους λέγουσιν αὐτῇ· εἰ εἰσῆλθον πρός σε ἄνδρες; ἡ δὲ πρὸς αὐτούς· Ναί, φησιν, εἰσῆλθον· Πρῶτον οἰκοδομεῖ τὴν ἀλήθειαν καὶ οὕτως εἰσάγει τὸ ψεῦδος· οὐδέποτε γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ ψεῦδος πιστεύεται, ἐὰν μὴ προλαβὸν ἐνδείξηται ἀλήθειαν· Διὰ τοῦτο οἱ πιθανῶς ψευδόμενοι, πρῶτον λέγουσι τἀληθῆ, καὶ πᾶσιν ὁμολογημένα, καὶ τότε ἐπάγουσι τὰ ψευδῆ, καὶ ἀμφιβαλλόμενα· Εἰσῆλθον πρός σε κατάσκοποι; λέγει, ναί· Εἰ γὰρ εἶπεν ἐξ ἀρχῆς, οὔ, προσεκαλεῖτο εἰς ἔρευναν τοὺς ἐπελθόντας· Ἀλλὰ καὶ εἰσῆλθον, φησί, καὶ ἐξῆλθον τῇδε τῇ ὁδῷ; καταδιώξατε, καὶ καταλήψεσθε αὐτούς· ὢ καλοῦ ψεύδους· ὢ καλοῦ δόλου οὐ προδιδόντος τὰ θεῖα, ἀλλὰ φυλάττοντος τὴν εὐσέβειαν· Id est: Fide Raab meretrix non periit cum incredulis, exploratores excipiens cum pace, & remittens alia via. *Ac vide quomodo multa*

multa cum Sapientia suam copularit humanitatem. Cum enim transmissi a Rege sunt, qui exploratores quærerent, dicunt ei : Si ingressi sunt ad te viri ? *Ipsa vero ad eos*, Ita, *inquit*, ingressi : *Prius veritatem ædificat, atq; ita mendacium inducit. Nequaquam enim mendacium ex se creditur, nisi præveniens veritatem ostenderit : propterea, qui probabiliter mentiuntur, prius vera fatentur, atq; omnibus manifesta, deinde mendacium inducunt ad dubium. Ingressi sunt ad te, inquiunt, exploratores ? Dicit, Sic. Si enim a principio dixisset Non, ad scrutinium provocasset eos, qui advenerant. Sed, ingressi sunt, inquit, & egressi hac via, persequimini & comprehendetis eos. O bonum mendacium ! O bonum dolum, divina non tradentem, sed pietatem custodientem.*

ט

ויהס כלב את העם אל
משה אמר רבא שהסיתן
בדברי דחוידה ליהושע דקא
משתעי אמרי לידה דין ריש
קטיעא ימלל אמר כלב אי
משתעינ אמרי בי מילה ,ומ
וחסמין לי אשתקינהו ברישא
והדר אמינ להו אמר להם ,
וכי זו בלבד עשה לנו בן
עמרם סברי בגנותי קא מ
משתעי אישתיקו ואמר להם
והלא הוציאנו ממצרים וקרע
לנו את הים והוריד לנו את
המן אם יאמר עשו סולמות
ועלו לרקיע לא נשמע לו עלה
נעלה וירשנו אותה כי יכול
נוכל לה והאנשים אשר עלו

[illegible] IX.

(NUm. XIII, 31. legimus:) *Et compescuit Caleb populum ad Mosen.* Raba autor est, illum demulsisse eos sermonibus. Viderat enim, quod Josuæ, verba facere volenti, dixerant : Istud caput succisum, anne loqueretur ? Quare Caleb secum ipse cogitabat : Si eos objurgo, dicent mihi aliquod convicium, osque mihi refrænabunt : (*Itaq;*) principio ad silentium illos redigam ; deinde vero illos compellabo. Quare exorsus: Numquid hoc solum fecit nobis, iste Amrami filius ? Ibi censentibus cunctis, dicturum aliquid in contemtum (*Mosis*,) conticuere. Tum vero is ad eos: Annon nos eduxit ex Ægypto, & diffidit nobis mare, & Manna nobis cœlitus descendere fecit ? Si diceret, conficite scalas, & æthera conscen-

עמו אמרו לא נוכל לעלות אלהעם כי חזק הוא ממנו אמר ר חנינא בר פפא דבר גדול דברו מרגלים באותה שעה כי חזק הוא ממנו אל תקרי ממנו אלא ממנו כב״ כביכול אפילו בעל הבית אין יכול להוציא כליו משם:

conſcendite, [3] annon audientes nos eſſe (*illius dictis convenires*? (Unde v.31. ſequitur :) *Imo aſcendamus, ut hereditario jure poſſideamus eam, nam omnino prævalebimus adverſus eam.* (Sequitur porro v.32.) *Sed viri, qui aſcenderunt cum eo, dicebant : Non prævalebimus aſcendendo ad iſtum populum; nam fortior eſt nobis.* Ait R. Chanina Papæ F. tum temporis, nefandum quid protuliſſe Exploratores (*illis verbis*:) *Nam fortior eſt nobis.* [4] Non enim legendum *mimmennu* (*quod* Nobis *ſignificat.*) Sed *mimmennu* (*i. e. illo ipſo.*) [5] Sit venia verbo; Etiam [6] ipſe Paterfamilias, nequit inde repetere [7] vaſa ſua.

ANNOTATA.

1. Iſtud caput ſucciſum anne loqueretur] Id eſt: Iſte homuncio, cui tam beato eſſe non licuit, ut prolem ſuſciperet, & cujus eapropter nullæ in diviſione Cananææ, ſi maxime eadem nobis obtingat, futuræ partes ſunt, quid ipſe multa de hac regione ore impudenti garrire præſumit?

2. Iſte Amrami filius] Sapienter ſic exorſus eſt Calebus, quaſi Moſi convicium diceret, ut apud tumultuantem plebem benevolentiam captaret, ac attentionem. Obſervo, ſæpe in Talmude, Moſen per periphraſin iſtam deſignari, quæ tamen ſemper emphaſin quandam complecti videtur. Schabbat fol. 89. a. בשעה שירד משה מלפני הקב״ה בא שטן ואמר לפניו רבש״ע תורה היכן היא אמר ליה נתתיה לארץ הלך אצל ארץ אמר לה תורה היכן היא אמר ליה אלהים הבין דרכה וגו׳ הלך אצל ים ואמר ליה אין עמדי הלך אצל התהום ואמר ליה אין בי שנ׳ תהום אמר לא בי היא וים אמר אין עמדי אבדון ומות אמרו באזנינו שמענו שמעה חזר ואמר לפני הקב״ה רבונו של עולם חפשתי בכל הארץ ולא מצאתיה א״ל לך אצל בן עמרם הלך אצל משה

משה ואמר ליה תורה שנתן לך הקב״ה היכן היא א״ל וכי מה אני שנתן לי הקב״ה תורה: Id est: *Dixit R. Josua F. L. Illa hora, qua Moses a Deo B. recessit, venit Sathanas, atq; Mundi hujus arbiter, inquit, ubi est Lex? Respondet ipse, se eam Terra tradidisse. Adit igitur Sathanas Terram, & percontatur: Ubi gentium est Lex? Ad qua illa,* (ex Job. XXVIII, 23) Deus intelligit viam ejus &c. *Porro accessit Mare, cumq; idem quæsivisset, negavit Mare secum eam esse. Ergo, ad Abyssum se confert, qua & ipsa penes se Legem esse inficiari cœpit.* Hinc S. E. (ib. V, 14.) Abyssus dicit, non est in me, & mare dicit, non est penes me. (*Item* ⅌. *22.*) Perditio & mors dicunt, auribus nostris audivimus famam ejus. *Reversus igitur Sathanas, dixit Deo S. B. Mundi Arbiter: Perquisivi Legem, per universam terram, nec eam reperi. Qui respondens, Vade, inquit, ad filium Amrami: Ibi Mosen adiens Sathanas, dixit: Ubi est Lex, quam tibi Deus dedit? Ab eo, responsi loco tulit: Ecquis ego sum, ut Deus mihi Legem concredas?* Berachot fol. 32. a. מבלתי יכולת יי׳ יכול יי׳ מבעי ליה אמר רבי אליעזר אמר משה לפני הקב״ה רבש״ע עכשיו יאמרו אומות העולם תשש כחו כנקבה ואינו יכול להצילן אמר הקב״ה בן עמרם והלא ראו כבר נסים שעשיתי להם על הים: Id est: (Num. XIV, 16. legitur:) Quia non posse Dei (introducere populum hunc in terram illam.) *At videtur potius dicendum fuisse:* Quia non potuit Deus &c. *Vult igitur R. Eliesér, sic dixisse Mosen coram Deo S. B. Mundi Arbiter, nunc dicent gentes, vis Numinis Judaici, imbecillis reddita est ut fœmina, neq; potest eos eripere. Respondit Deus S. B. Heus fili Amrami, annon pridem viderunt prodigia mea, quæ eorum causa edidi in mari* (Erythræo?) Nedarim fol. 39. b. דרש רבא ואמרי לה אמר רבי יצחק מאי דכתיב שמש ירח עמד זבולה שמש ירח בזבול מאי בעו והא ברקיע קבועים מלמד שעלו שמש וירח מרקיע לזבול אמרו לפניו רבונו של עולם אם אתה עושה דין לבן עמרם אנו מאירין ואם לאו אין אנו מאירין: Id est: *Erudite dixit Raba, vel secundum alios R. Isaacus: Quis sensus verborum* (Habac. III, 11.) Sol & Luna stetit in Dei habitaculo? *Et quid sibi volebant Sol & Luna in illis beatis sedibus, annon enim cœlo stellato sunt infixi? Nimirum docetur, contulisse se Solem & Lunam e cœlo stellato in Dei habitaculum, dixisseq; : Mundi Arbiter, si filio Amrami jus reddes, nos porro lucebimus, sed si id facere negligis, jubar nostrum occultabimus.* En Israël fol. 190. col. 4. ex Taanit Jeruschalmi: לא בן עמרם הוא שעשה לאל שיתנחם Id est: *Non ipse Amrami filius est, qui Deum ipsum pœnitere fecit.*

3. Annon audientes nos esse illius dictis conveniret.] Supple: Atque firma spe credere, cœlestes nos subjugaturos plagas, nedum ut de Palæstina superanda firmam spem concipere debeamus.

4. Non enim legendum mimmennu &c.] Raschi in Glossa istud Criticum ex textu expungit, causam allegans: שאין הפרש בקריאה בין ממנו שני׳ על יחיד שמדברים עליו לממנו של רבים שאומרים על עצמם: Id est: *Quod nullum sit discrimen, inter pronunciationem vocis* ממנו *quando de uno solo tertio effertur, & inter* ממנו *quod plures de sese enunciant.* Hæc etsi vera sunt, non tamen id R. Salomoni concedimus, ut quicquam tollendum esse opinemur, sed cum Talmudis editionibus, toleramus lectionem receptam, ad quam salvandam, si non in sono vocum est discrimen, saltem sufficit diversas militare explicationes. Nec est, quod quis nobis objiciat, favere correctioni R. Salomonis, En Jacob fol. 167. col. 3. ubi plane ad mentem ejus legitur: אמר רב חנינה בר פפא דבר גדול דברו מרגלים באותה שעה כי חזק הוא ממנו אמרו כביכול שאפילו בעל וכו׳: Nam, hic locus tantum momentum non affert, ut vadimonium deserere cogamur. Quippe in Gemara Menachot fol. 53. b. unde excerptus est, iterum post כי חזק ממנו sequitur אל תיקרי, ממנו אלא ממנו כביכול וכו׳ Quin adeo, non minus in Erachin fol. 15. a. quam in Excerpto quod fol. 181. col. 1. in ipso En Jacob ei respondet, utrobique sic est verbis disertis: אמר ר׳ חנינה בר פפא דבר גדול דברו מרגלים באותה שעה דכתיב כי חזק הוא ממנו אל תקרי כי חזק הוא ממנו אלא ממנו כביכול וכו׳: Debet igitur herbam nobis porrigere R. Salomo, & se victum esse fateri. Cæterum, huc tendit Gemara nostra, id voluisse Exploratores, non tantum populo Judaico, sed ipso adeo Numine, Palæstinæ incolas, esse valentiores.

5. Sit Venia verbo] De voce כביכול multa habet Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1005. & multa de eadem, dicturi nos sumus ad Massechet Purim, atque hic loci etiam aliqua, nec enim Adversaria nostra, plena sunt aranearum. Adhibetur nimirum כביכול crebro a Talmudistis, cum quid de Deo, quod parum eum deceat, enunciare volunt, & ceu in Cosri p. 252. traditur, כביכול רוצה לומר אם היה יכול להיות כך היה כך וכך: Id est: *Istud* כביכול *perinde est, tanquam si dicas: Si hæc ita accidere possent, ista & talia consequerentur.* Vel, uti Raschi ad Jomæ cap. 1. annotat: לשון כביכול כלומר על כרחנו נאמר כך כאלו אפשר לומר כן וכן כל כביכול שבתלמוד: Id est: *Verbum* כביכול *hoc vult, uti si dicas: Inviti & coacti hæc dicimus, quasi ista dicere liceat.*

Atq; sic

Atq; sic istud כביכול *explicandum, quoties in Talmude occurrit.* Notavi huic explicationi similem plane loquendi modum, extare apud Tertullianum lib. de pœnit. *Non leviter in Dominum peccat, qui cum æmulo ejus diabolo pœnitentia renunciasset, & hoc nomine illum Domino subjecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem ejus seipsum facit, ut denuo malus recuperata præda sua adversus dominum gaudeat. Nonne, quod dicere quoq; periculosum est, sed ad ædificationem proferendum est, Diabolum Domino præponit?* Nunc τῶ כביכול afferamus insignia quædã exempla: Joma Jeruschalmi, in Excerptis En Israël fol. 186. col. 2. תני בשם רבי שמעון בן אלעזר ע"ז עברה עם ישראל בים מה טעם מפני עמך אשר פדית לך ממצרים גוי ואלהיו אמר ר' עקיבא ח"ו שאם אומר אתה כן נמצאת עושה הקדש חול מה תלמוד לומר אשר פדית לך ממצרים כביכול כאלו עצמך פדית:

Id est: *Fertur dixisse R. Simeonem Eleasaris filium, Idola una cum Judæis Mare Erythræum trajecisse, addiditq; causam,* (quod scriptum sit 2. Sam. VII, 23.) A facie populi tui quem redemeras tibi ex Ægypto, Gentem & Deos ejus. *At contra R. Akiba: Absit longissime, hac ita se habere, nam si istam opinionem tueris, vere divinum vocabulum* (אלהיו) *in profanum commutas,* (errore inexpiabili.) *Quis ergo tandem sensus,* (inquies,) *verborum:* Quem redemeras tibi ex Ægypto? *Nimirum, si ita loqui licet,* (sensus est:) *Teipsum quasi redemeras.* Gittin. fol. 58. 2. פתאום יבוא השודד עלינו עליך לא נאמר אלא עלינו כביכול עלי ועליך:

Id est: (Jerem. VI, 26. legimus:) Repente venturus est vastator contra nos. Contra te, (quod tamen contextus ratio poscere videbatur,) *non dicitur,* sed, Contra nos: *Est igitur, si ita fas loqui, sensus,* Contra me, (filiam populi tui,) & teipsum (O Numen, vastatorem adfuturum. Rosch Hasschana Jeruschalmi in En Israël fol. 189. col. 1. אדם אם יהיה לו קרוב עשיר הוא מודה בו ואם עני הוא כופר בו ואומר שאינו קרובו אבל הקב"ה כביכול ישראל נתונים במצרים בשעבוד והקב"ה אומר שהוא קרוביתן מנין שני לבנים ישראל עם קרובו ואם קרובו עני הוא עושה עצמו עיקר ואותו מפלת מהו אומר פלוני מתקרב לי אבל הקב"ה כביכול עושה לישראל עיקר אשר לו גוי קרב אין כתיב כאן אלא אשר לו אלהים קרובים אליו:

Id est: (Sic inter mortales evenire solet:) *Cum cui est cognatus dives, eum agnoscit, sed pauperem non curat, eumq; sibi cognatum esse pernegat. Cæterum Deus B. cum, si ita loqui fas est, Israëlitæ servituti in Ægypto man-*

 ciparen-

c iparentur, tamen eos cognatos ſuos vocat, nam S. E. Pſ. CXLVIII, 14.) Filiis Iſraël, populo cognato ſibi. (Pari ratione, ſic inter mortales obtinere ſolet,) *ut cum cui cognatus pauper eſt*, (ille ditior, in ſermone, quo alterius injicienda mentio,) *de ſe κυρίως, de paupere tanquam de quadam acceſſione verba concipiat : ſic enim loquitur : Iſte N. mihi cognatus eſt*, (neutiquam vero dicit : Ego illius ſum cognatus.) *At vero Deus B. ſi ita loqui fas eſt, de Iſraëlitis* (pauperculis cognatis ſuis) *κυρίως ſermonem effert, nec enim* (Deut. IV, 7.) *Dicitur* : Gens (Deo) cognata eſt. Sed : Gens, cui Deus eſt cognatus. Enim vero, prius כביכול adhibetur hoc loco ineptiſſime, & tantum, ut infauſta mentio ſervitutis, quam Judæi in Ægypto paſſi ſunt, bono verbo corrigeretur. Quod, etſi intolerandum propemodum alicui videri queat, tamen id leve eſt, præ extrema illa inſaniane dicam an impietate, qua, in Joma fol. 3. b. cum ipſe Deus, parum ex Judæorum ſententia loquutus eſſe fingitur, illud כביכול uſurpatum deprehendimus : Prorſus, quaſi quæ ipſum Numen duriuſcule dixerat, mollimento aliquo egerent. תניא קח לך משלך עשה לך משלך ויקחו אליך שמן זית זך משל צבור דברי ר' יאשיה רבי יונתן אומר בין קח לך בין ויקחו אליך משל צבור אם כן מה תלמוד לומר קח לך כביכול משלך אני רוצה ואיני רוצה משלהם:
Id eſt : *Vetus habet traditio :* (Quotieſcunque Moſi inter mandata de adornando templo dictum:) Accipe tibi, *de proprio capere juſſus eſt.* (Nec minus, quoties imperatum:) Fac tibi, *etiam illud de proprio faciendum erat.* (At cum præcipiebatur:) Ut deferant ad te : (*Uti in illo* Ex. XXVII, 20.) Ut deferant ad te oleum olivæ purum : *Ibi univerſus populus collectam facere debuit. At, contra R. Jochanan contendit, tam* Accipe tibi, *quam* Fac tibi, *item* ut deferant ad te, *ad univerſi populi collationes attinere. Quæ ſi ita ſe habent, quid ſibi volunt verba*, Accipe tibi ? *Nimirum, ſit tamen venia dicto*, (id illis ſignificaſſe videtur Deus:) *Equidem vellem de tuis, non vero univerſi cœtus facultatibus iſta fieri poſſent*, (ſed, quia tantum tibi non ſuppetit, populo collectionem licet imperes.

6. Ipſe paterfamilias nequit inde repetere &c.] Hoc eſt : Si ipſum Numen quid cuſtodiendum iis dediſſet, non poſſet, ab invitis, illud extorquere. Nota, ſic in Talmude quoque, Deum *Patrisfamilias* appellatione deſignari, prout id fit in Novo Teſtamento ſæpiſſime.

7. Vaſa ſua] Quidam *συνεκδοχικῶς*, de *Armis* verbum כליו accipiunt, ſed, nobis placuit generaliori ſenſu exponere, & uti vetus Interpres

Hebræ-

Hebræus Matthæi Tilianus, per לבוז את כליו quod Capite XII, 29. apud Evangelistam est, τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, expressisse deprehenditur.

ר

ארץ אוכלת יושביה היא
דרש רבא אמר הקב"ה אני
חשבתיה לטובה והם חשבוה
לרעה אני חשבתיה לטובה
דכל היכא דמטו מיית חשיבא
דידהו כי היכי דלטרדו ולא
לשאילו אבתרייהו ואיכא דא
דאמרי איוב נח נפשיה וא
ואיטרידו כולי עלמא בהס
בהספדיה והם חשבוה לרעה
ארץ אוכלת יושביה היא ונהי
בעינינו כחגבים וכן היינו ב
בעיניהם : אמר רב משרשיא
מרגלים שקרי הוו : בשלמא
ונהי בעינינו כחגבים לחיי
אלא וכי היינו בעיניהם מנא
ידעי ולא היא כי הוי מברי
אבלי תותי ארזי הוו מברי
להו וכיון דחזינהו סלקו בא
באילני שמעו דקא אמרי קא
חזינן אינשי דדמו לקמצי בא

X.

(NUm. XIII, v. 33. legimus:) *Est terra consumens habitatores suos.* Probe monet Raba, Dixit Deus B. Quod ego beneficium duxeram, id illi maleficium reputant. Ego beneficium duxeram, quod quocunque pervenere (*Exploratores,*) fato functus (*ejus loci*) præcipuus: ut scilicet (*incolæ*) occupati essent [1] (*in curando funere,*) [2] nec de Exploratoribus admodum laborarent. Non desunt, qui dicant, [3] ipsum Jobum defunctum, omnesque & singulos, ejus luctu fuisse districtos. At illi pro maleficio id habent, (*querentes,*) esse terram, consumentem habitatores suos. (Sequitur v. 34.) *Ut videremur in oculis nostris esse ut cicada, & sic eramus in oculis eorum.* Ait R. Mescharscheja: Exploratores Mendaces fuerunt. Concesso enim, (*falsos non fuisse in istis:*) *Ut videremur in oculis nostris essent cicadæ:* Concesso, inquam isto: Cæterum illud: *& sic eramus in oculis eorum;* unde noverant? Sed fallitur. Quippe quando [4] convivia præbe-

bant

4 באילני : ותשא כל העדה
ויתנו את קולם ויבכו העם
בלילה ההוא א׳ רבה בר בר
חנה אמר ר׳ יוחנן אותה של
הלילה ליל תשע באב היה אמ׳
הקב״ה הם בכו בכיה של חנם
אני אקבע להם בכיה לדורות:
ויאמרו כל העדה לרגום אותם
באבני וכבוד יי נראה באהל
מועד א״ר חיי׳ בר אבא מלמד
שנטלו אבנים וזרקום כלפי
מעלה:

bant lugentibus,[5] ſub cedris ea inſtituebant, quos cum viderent ([6] *Exploratores*,) arbores[7] conſcendebant, audiveruntque eos dicentes: Cernimus homines locuſtis ſimiles, in arboribus. (Legitur c. XIV, 1.) *Igitur vociferans totus cœtus, ediderunt vocem ſuam, fleveruntq; populus nocte illa.* Tradente Rabba, nepote Channæ, R. Jochanan autor eſt: Illam noctem nonam (*menſis*,) Ab fuiſſe; dixiſſeque Deum B. Illi flent fletum inanem, at[8] ego ſtatuam illis fletum perpetuum. (Succedit v. 10.) *Tunc colloquebantur totus cœtus, ut obruerent eos lapidibus: ſed gloria Domini apparuit in tentorio conventus.* Ait R. Chaja F. A. doceri, quod ſuſtulerint lapides, eosq;[9] cœlum verſus projecerint.

ANNOTATA.

1. In curando funere] Aut, ſi mavis, ſupplendum: *In apparando convivio funerali*: Quod magis eſt ad mentem R. Salomonis, magisq; convenit cum ſequentibus.

2. Nec de Exploratoribus admodum laborarent] Supple: Simul vero, ut Exploratores cernerent, jam cœpiſſe me incolas tollere e medio.

3. Ipſum Jobum defunctum] Supple: Ne ejus probitas porro Palæſtinæ incolis poſſet prodeſſe, eosque adverſus calamitates ingruituras tueri.

4. Convivia præbebant lugentibus]. Sic, ait Raſchi, moris fuiſſe in illis regionibus, ut lugentes poſtquam exequias iviſſent mortuis, a funere reverſi, epulis reficerentur. Recepta deinde inter Judæos

dæos consuetudo plane eadem, imo successu temporis jam contraria, ut nimirum Necessarii, ejus, cujus funus deductum erat, reliquos qui supremum pietatis officium præstiterant, convivio exciperent. Utrumque eleganter ostendit, Vir, pietatis & doctrinæ laudibus eximius, Martinus Geierus, in erudito libello de Luctu Hebræorum c. 6. §. 20. seqq. quem nemo adibit, quin ab eo recedat doctior. Addimus Symbolam, quæ de recentiorum Judæorum, maxime eorum, qui in Italia degunt, moribus prodidit R. Leon Modena lib. de Ritibus Hebraicis part. 5. cap. 8. *Li parenti stretti del morto, cioè padre e madre, e figliuoli, marito, e moglie, fratelli, e sorelle, uno per l' altro, tornati a casa, si siedono in terra, e si cavano le scarpe, e gli vien mandato vino, e pane, e ova dura, e mangiano, e bevono, da Prov. c. 31.* Date sicherà morientibus, & vinum iis qui amaro sunt animo, bibant & oliviscantur &c. *Et uno dice la benedittion solita del mangiare, con agiunger certo che di consolatione. In Levante, e molti luoghi usano parenti, e amici, mandar sera e mattina, tutti quelli sette giorni, cene, e mangiari, come sontuosi conviti alli parenti del morto, e andar a mangiar con loro per consolarli. Il letto del morto, tosto che è portato fuor di casa, si piegano li mattarazzi, e le coperte addoppiate, e voltate sopra la medesima lettiera, e vicino al capo del letto si pone un lume da olio che arde continouamente per tutti li sette giorni sequenti. Quelli che hanno parentato stretto con il morto, come di sopra si disse, stanno sette giorni in casa, sedendo ogni giorno in terra, e mangiando così assisi. Solo il Sabbato vanno accompagnati alle orationi, e sono in quel giorno più visitati da gl' amici, e consolati. E tutti questi sette giorni gl' è prohibito, negotiar, e far opera alcuna, ne dormir marito e moglie insieme. E si riducono sera e mattina dieci a dir le solite orationi presso quelli parenti, che non escono di casa, e alcuni usano aggiunger doppo l' orationi,* il Sal. 48. Audite hæc omnes gentes &c. *E pregano per l' anima del morto.*

5. Sub cedris &c.] Quare sub Cedris? Fallor, an id ideo factum, quia inter steriles arbores nulla alia magis umbrosior; ut ita umbra convivio, sterilitas, funeri quod lugebant, conveniret. *Romani*, ut ait Sext. Pompejus, *mortuorum domibus Cupressos apponebant ideo, quia hujus generis arbor excisa non renascitur: sicut & mortuo nihil jam est sperandum.* Sed, hanc rationem, ad Cedrum applicare non licet, sic enim de ea in Bava Batra fol. 8. b. דרש ר' חייא בר לוליני אפיתחא דבי נשיאה
מאי דכתיב צדיק כתמר יפרח כארז בלבנן ישגא אם נאמר תמר למה
נאמר ארז ואם נאמר ארז למה נאמר תמר אם נאמר ארז ולא נאמר
תמר הייתי אומר מה ארז אין עושה פירות אף צדיק אין עושה פירות
לכך נאמר תמר ואם נאמר תמר ולא נאמר ארז הייתי אומר מה
תמר

תמר אין גזעו מחליף אף צדיק אין גזעו מחליף לכך נאמר ארז: Id eſt : *Eleganter diſſeruit R. Chaja Lulianides , ante fores Archiſynagogi : Quare dicitur* (Pſ. XCII, 13.) Juſtus ut Palma germinabit, ut Cedrus in Libano creſcet ? *Nam, ſi cum Palma facere volebat Scriptura comparationem , quare adjicitur etiam Cedrus ? Aut , ſi cum Cedro comparationem facere volebat , quare additur Palma ? Scilicet , ſi cum ſola Cedro , excluſa Palma inſtituta fuiſſet comparatio : Cogitare poteram: Sicut Cedrus fructus nullos edit , ita & homo pius fructus non edit : Ad hoc igitur præcavendum, injicitur quoq; Palmæ mentio. Pariter : Si ſolius Palmæ , ſine Cedro inſtituta fuiſſet comparatio : Cogitare poteram : Sicut Palma abſciſſa non repullulat , ita Juſtus ſucciſus non repullulat* (id eſt, mortuus non reviviſcet , aut , cadens non reſurget :) *Ad hoc igitur præcavendum, injicitur etiam Cedri mentio.*

6. Exploratores arbores conſcedebant] Sic fecere præ nimio metu & formidine, quæ ipſos totos occupaverat.

7. Illam noctem] Eſt utique concinnior noſtra, quam ex En Jacob damus lectio, præ ea qua in Talmude אותו היום dicitur.

8. Ego ſtatuam illis fletum perpetuum] Fuit omnino menſis Ab , qui noſtro Julio reſpondet, Judæis ſæpe infauſtiſſimus , idque argumentum, cum cura, prolixe olim tractabo in Notis ad Maſſechet Purim. In præſentia, de Die nono illius menſis, quem ante cæteros Judæi experti ſunt calamitoſiſſimum, ſufficit adſcribere locum elegantem Moſis Kozenſis ex Smag. fol. 248. col. 3. בתשעה באב נגזרה גזירה על ישראל במדבר שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשנייה ונלכדה ביתר שהיתה עיר גדולה לאלהים והיו בה אלפים ורבבות מישראל ונת היה מלך גדול ובן כוזיבא שמו איש מצליח ולבסוף נהרג הוא ועמו וכן בו חרש טורנוס רופוס הרשע שהיה ממלכי אדום את ההיכל ואת סביבותיו: Id eſt: *Nono die Menſis Ab, promulgatum* (a Deo) *decretum adverſus Iſraëlitas in deſerto, quod non introituri eſſent in Palæſtinam. Eodem die , tam primum quam ſecundum Templum ſolo æquatum eſt. Nec minus eodem die capta eſt Bitter , civitas longe maxima , & in qua Judæorum multa millia multaq; myriades degebant. Ibi erat Rex magnus , cui nomen Ben Coſiba, vir rerum geſtarum gloria celebris , ſed qui tandem cum univerſo cœtu ſuo eſt occiſus. Porro , eodem die Turnus Rufus unus ex Romanis Ducibus , Sacrario & locis quæ circa illud ſunt, aratrum ſuperinduxit.*

9. Cœ-

9. Cœlum verſus projecerint.] Supple : Ipſum Numen , ſi poſſent petituri. Nam,ſic ſolent Judæi, vocibus כלפי מעלה quæ proprie πρὸς τῶν ὑψίστων, ſive *Verſus Superna*, interpretari licet, Deum deſignare. Berachot fol. 31. b. אמר ר׳ אלעזר חנה הטיחה דברים כלפי מעלה שנ׳ ותתפלל על יי׳ מלמד שהטיחה דברים כלפי מעלה ואמר ר׳ אלעזר אליהו הטיח דברים כלפי מעלה שנ׳ ואתה הסיבות את לבם אחרונית: Id eſt : *Autor eſt R. Eleaſer, Channam verſus ſuperna conjeciſſe maledicta : Scriptum enim* (1. Sam. I, 10.) Et precata eſt Channa contra Dominum : *Ex quibus omnino conſequitur , eam verſus ſuperna maledicta conjeciſſe. Eodem R. Eleaſare perhibente , Elias quoq; verſus ſuperna maledicta conjecit : Scriptum enim* (1. Reg. XVIII, 37.) Tu avertiſti animum eorum retrorſum. Enim vero, miror , tam hoc loco, quam in noſtra Gemara, illud כלפי מעלה fuiſſe adhibitum : Neq; more ſuo Talmudiſtas per εὐφημισμὸν correxiſſe duras locutiones, quibus Deo convicia dicta, eundemque ſaxis petitum eſſe, crude ſignificant. Sic enim ſolent aliàs in re ſimili, non כלפי מעלה ſed כלפי מטה hoc eſt πρὸς τῶν κάτω, *Verſus ima*, dicere. Joma fol. 77. a. ויבא אותי אל חצר בית יי׳ הפנימית והנה פתח היכל ה׳ בין אולם ובין המזבח כעשרי׳ וחמשה איש אחוריהם אל היכל ה׳ ופניהם קדמה והמה משתחוים קדמה לשמש ממשמע שנ׳ ופניהם קדמה איני יודע שאחוריהם אל היכל יי׳ אלא מה ת״ל ואחוריהם אל היכל ה׳ מלמד שהיו מפריעים את עצמן ומתריזין כלפי מטה: Id eſt : (Ezechiel Propheta c. VIII, 16. de Viro, qui eum cincinnis capitis ſublatum, Hieroſolymas tranſtulerat, ſic porro ſcribit:) Et deduxit, me in atrium domus Domini interius : Ecce autem in porta templi Domini, inter porticum & altare, quaſi viginti quinque viros : quorum poſteriora obverſa erant verſus templum Domini , facies vero Orientem verſus, & adoratio ipſorum, Orientem verſus, ad Solem ferebatur. *Atqui, quoniam dictum eſt , facies Orienti fuiſſe obverſas , annon ultro poteram colligere, partes poſteriores verſus templum Domini fuiſſe directas ? Ergo , quid iſtis* , Et poſteriora obverſa erant verſus templum Domini , *Scriptura indicare vult ? Scilicet docetur , ipſos denudaſſe ſeſe, & verſus ima ventris onus ejeciſſe.* Dicam plura in hanc rem, per aliam occaſionem.

י״א XI.

וימותו האנשים מוציאי דבת הארץ רעה במגפה לפני יי׳ אמר ריש לקיש מלמד שמתו מית׳ משונה א״ר חנינא בר פפא דרש ר׳ שילא איש כפר תמרת׳ מלמד שנשתרבב לשונם ונפל על טבור והיו תולעי׳ יוצאי׳ מלשונם ונכנסים בטבורם ומטבורם נכנסים בלשונם רב נחמן בר יחצק אמר באסכרה מתו׃

(Legitur Num. XIV, 37.) *Et mortui sunt viri illi, qui induxerunt famam de terra illa malam, plaga illa coram Domino.* [1] Resch Lakisch vult notari, quod [2] morte repentina perierint. Sed, uti a R. Chanina P. F. accepimus, sapienter admodum R. Sila homo e vico Themarta (*oriundus*,) monet, quod hoc loco doceatur, [3] vehementer adauctas illorum linguas, ita ut umbilicum attingerent, egressosq; e linguis vermes, per umbilicum (*ventrem*) intrasse, & inde rursus proserpentes, linguam repetiisse. (*Deniq.*) R. Nachman F. I. [4] angina extinctos arbitratur.

ANNOTATA.

1. Resch Lakisch] In Talmude pro Patre, Simeonis, filii ejus, nomen exprimitur. Utrum rectius factum sit, nescio.

2. Morte repentina perierint] Non Morte tantum repentina, sed & æterna illos periisse, ex allatis Scripturæ verbis eruitur in Sanhedrin fol. 108. a. & 109. b. iisdem utrobique verbis : מרגלים אין להם חלק לעולם הבא שנ׳ וימותו האנשים מוציאי דבת הארץ רעה במגפה וימותו בעולם הזה במגפה לעולם הבא ; Id est : *Exploratores, æternæ beatitudinis exsortes sunt:* Q. S. E. Et mortui sunt viri illi, qui induxerunt famam de terra illa malam, plaga. *In his enim, verba,* & mortui sunt, *ad hanc, vox* plaga, *ad futuram vitam, attinent.*

3. Vehementer adauctas illorum linguas &c.] Nimirum, quia Scriptura, genus plagæ quo Exploratores, torquebantur, non exprimit, ex eo collegit R. Sila, tacite ipsam innuere, τὰ ἴσα ἴσοις fuisse

fuisse reddita, atque cum lingua peccassent, hanc quoque corporis partem, maxime pœnas dedisse.

4. Angina extinctos] Nam, in Schabbat c. 2. ostenditur, nihil æquius esse, quam ut obtrectatoribus, iste morbus exitium afferat. Non remotum nimis est a proposito, quod legitur in Jebamot fol. 62. b.

אמרו שנים עשר אלף זוגים חלמידים היו לו לרבי עקיבא מגבת עד * אנטפטירס וכולן מתו בפרק אחד מפני שלא נהגו כבוד זה לזה והיה העולם שמם עד שבא רבי עקיבא אצל רבותינו שבדרום ושנאה לרבי מאיר ורבי יהודה ורבי יוסי ורבי שמעון ור' אלעזר בן שמוע והם העמידו תורה באותה שעה תנא כולם מתו מפסח ועד עצרת אמר ר' חמא בר אבא ואיתימא ר' חייא בר אבין כלם מתו מיתה רעה מאי היא אמר רב נחמן אסכרה: Id est: *Fertur, R. Akibam ab urbe Gaba ad Antipatridem usq., habuisse duodecies mille paria discipulorum, omnesq. eodem fere tempore mortuos esse, quia alter alterum honore non prosequebatur,* (sed conviciis se proscindebant.) *Sic igitur orbi* (literario) *inducta est vastitas, quoad R. Akiba ad Orientis Sapientes delatus,* τὸν *R. Meir, R. Jehudam, R. Josen, R. Simeonem, & R. Eleasarem F. S. erudivit, & ab his studium Legis Divinæ, ea tempestate est restitutum. Cæterum, sic ajunt, universos istos Akibæ Discipulos, mala morte periisse. Quæ vero est illa? Respondet R. Nachman, Anginam esse,*

* Legendum אנטיפטרים quæ nota Palæstinæ urbs est, habeturq; ejus mentio Act. XXIII, 31.

יב XII.

כיון שעלה אחרון שבישראל מן הירדן חזרו מים למקומן שנ' ויהי בעלות הכהנים נושאי ארון ברית יי' מתוך הירדן נתקו כפות רגלי הכהנים אל החרבה וישובו מי הירדן למקומן וילכו כתמול שלשום על כל גדותיו נמצא ארון ונושאיו וכהנים מצד אחד וישראל מצד

[1] Simul ac ascendit postremus Judæorum e Jordane, reversæ sunt aquæ, in locum solitum Q. S. E. (Jos. IV, 18.) *Et fuit cum ascenderent Sacerdotes, portantes arcam fœderis Domini, e medio Jordane in siccum, tantum avellebantur plantæ pedum Sacerdotum: ut reversæ aquæ Jordanis in locum suum, irent ut antea, supra omnes ripas ejus.* [2] Relinquitur ergo, Arcam cum suis bajulis & Sacerdotibus, ab uno la-

אחד נשא ארון את נושאיו
ועבר שנ' ויהי כאש' תם כל
הע' לעבור ויעבר ארון יי' וגו'
והכהני' לפני העם ועל דבר
זה נענש עוזה שנ' ויבאו עד
גורן נכון וישלח עוזה אל ארון
האלהים ויאחז בו כי שמטו
הבקר אמר להם הקב"ה עוזה
ארון נושאיו נושא הוא עצמו
לא כל שכן׃

tere fuiſſe, Iſraëlitasque ab altero latere. [3] Tum arca ſublatis in altum bajulis ſuis, tranſivit. Q.S.E. (v. 11.) *Fuitq; cum abſolviſſet totus populus trajicere, ut trajiceret arca Domini, & Sacerdotes in conſpectu populi.* Atque hanc ob rem punitus eſt Uſa. Q.S.E. (2. Sam. VI, 6.) *Et venerunt ad aream Neconis, & extendit Uſa (manum) ad arcam Dei, prehenditq; eam, quia dimoverant eam boves.* Dicebat nimirum [4] illis Deus Benedictus: Uſa! Arca, quæ bajulos ſuos portavit, annon mul. o magis ad ſeipſam portandam ſufficeret?

ANNOTATA.

1. Simul ac aſcendit &c.] Occaſione magnitudinis Lapidum, quos Judæi ex Jordane ſuſtuliſſe dicebantur, ſupra devenerat ſermo ad Botrum, quem Exploratores ſecum ex itinere retulerant, atque ſic dedeinde, de ipſis hactenus actum Exploratoribus. Nunc illius Digreſſionis finis eſt, & reditus fit ad ſuperiora, tranſitum puta Iſraelitarum per Jordanem.

2. Relinquitur ergo, Arcam cum ſuis bajulis &c.] Scilicet, ſic accipiunt Scripturam, quaſi eadem in verbis allatis, iisque quæ præcedunt, diceret: Simul ac Sacerdotes portantes Arcam Domini, pedibus ſuis attigerunt undas Jordanis, ſciſſus amnis eſt, perque ejus medium tranſivere Iſraëlitæ, Sacerdotibus interea loci, cum Arca Domini, haud procul a ripa citeriore præſtolantibus. Poſtquam vero univerſus populi Judaici cœtus Jordanem tranſiverat, retro paululum traxere veſtigia ſua Sacerdotes; Atque tum priſtinum curſum repetens Jordan, ut hinc Sacerdotes cum Arca, illinc Judæi eſſent, effecit.

3. Arca ſublatis in altum bajulis ſuis tranſivit] Menaſſe Ben Iſraël in Concil. Joſuæ Q. 3. ſatis perſpicue Gemaræ noſtræ mentem

mentem proponit, cujus nos verba Hispanica, nec enim, credo, alia lingua extat liber, repræsentamus. *Conforme consta del Jeos. cap. III. v. 7. el Señor ordenó a los Sacerdotes, que tanto que entrassen dentro de la orilla del Jordan se estuviesen quedos; como dize,* Como vuestro venir á cabo de las aguas del Jarden en el Jarden vos parareys; *y esto hasta tanto que acabasse de passar todo Israel, como consta del verso 17. Y si esto es ansi, luego la arca y los Sacerdotes quedaron detras del pueblo: como pues dize, que quando acabaron de passar, que la arca passó delante el pueblo? Los antigos Sabios en la Guemara de Sota, y se trae en Bamidbar Rabá, infieren daqui, que uvo en este caso un gran milagro, y esto interpretando los versos en la siguiente manera, dizen, que donde el verso dize,* Como vuestro venir a cabo de aguas del Jarden en el Jarden vos parareys, *se entiende que tanto que entrassen dentro del Jordan junto á la orilla, mandó Dios que se detuviessen, y alli estuuieron hasta que todo el pueblo passó de la otra parte. Y conforme á esto lo que se dize en el cap. IV. vers. 18.* Y fue en subir los Sacerdotes alçantes arca de firmamiento de A. de entre el Jarden, se arrancaron plantas de pies de los Sacerdotes a la seca, *declaran que luego que el pueblo passó de la otra parte del Jordan, los Sacerdotes salieron a tierra en aquella misma parte por donde entraron, y luego que salieron a la ribera cayeron de golpe las aguas, y bolvieron a cubrir la tierra, como d' antes. Con que los Israelitas quedaron de una parte del rio, y los Sacerdotes de l' otra. Viendo pues los Antigos, la difficultad de nuestro verso, donde se dize, que como acabó de passar el pueblo, luego la arca passó, delante dellos, y que estando en esta forma, era imposible; dixeron, que aqui uvo un gran milagro, y fue, que luego que Israel passaron, los Sacerdotes que estauan con la arca destotra parte, fueron por el ayre por sima del Jordan lleuados, y puestos delante el pueblo, por virtud de la misma arca. Y por que en la rompedura del Jordan concurrio tambien este milagro, dixo Jeosuah en plural,* Mañana hará A. a vos milagros. *De manera que la arca lleuó a los que la lleuauan. Y desta manera sueltan la duda: cuya opinion sustenta con muchas razones R. Semuel lañado en su libro Keli hemda.*

4. Illis] Quia sermo ad solum Usam dirigitur, fere satius est לו legere, quam להם quorum prius, etiam est in editionibus Talmudis.

יג XIII.

ויחר אף יי׳ בעזה ויכהו שם האלהים על השל ר׳ יוחנן ור׳ אלעזר חד אמר על עסקי

(Legitur 2. Sam. VI, 7.) *Et accensus ira Dominus in Usam, percussit ibi Deus eum, propter*

שלו וחד אמ׳ שעשה צרכיו
לפניו וימת שם עם ארון
האלהים א״ר יוחנן עזה בא
לעולם הבא שנאמר עם ארון
האלהים מה ארון עולם קיים
אף עוזה בא לעולם הבא
ויחר לדוד על אשר פרץ יי׳ G
פרץ בעוזה א״ר אלעזר שנשתנו
פניו כחררה אלא מעתה כל
היכא דכתיב ויחר הכי נמי
התם כתיב אף הכא לא
כתיב אף:

pter השל R. Jochanan, & R. Eleaser, (*de sensu vocis* השל *litigant.*) Alter enim accipit [1] de profana tactione: Alter (*vero*,) quasi [2] ventris onus ante Arcam dejecerit. *Et mortuus ibi, cum Arca Dei.* R. Jochanan ait, Usam æternæ vitæ participem redditum. Q. S. E. *Cum arca Dei.* Sicut enim Arca æternum perstat, ita etiam Usa, vitam æternam est consequutus. (Sequitur v. 8.) *Displicuit autem Davidi, eo quod irrupisset Dominus irruptione in Usam.* R. Jochanan censet, vultum ejus immutatum, & [3] placentæ tostæ similem redditum. (*Hoc si verum*:) Anne ubicunque scriptum reperitur ויחר eodem modo (*id verbum interpretari licebit? Neutiquam vero ita colligere fas est*:) Alibi enim adjunctum reperitur τὸ אף quod hoc loco abesse deprehendimus.

ANNOTATA.

1. De profana tactione] Nam שלו quia Dan. VI, 5. & alibi in Scripturis, pro *Errore* ponitur, ideo significari videtur, errasse Usam in Arcæ tactione, & imprudenter se gessisse.

2. Ventris onus ante arcam dejecerit] Qui hanc interpretationem defendit, in mente habebat locum Deut. XXVIII, 40. כי ישל זיתך *Quia dejiciet oliva tua*: Atque hinc illa turpis & inepta expositio est nata.

3. Placentæ tostæ similem redditum] Ratione simili in Sanhedrin fol. 207. b. dicunt: באותה שעה נהפכו פני שונאי דוד כשולי קדירה Quod Christianus Gerson in Chelek p. 251, transtulit: *Zur selbigen*

bigen Zeitvvurden die angesichter derer, die David gehasset hatten, vervvandelt, als der Boden von einem Hafen.

יד XIV.

דרש רבא מפני מה נענש דוד מפני שקרא לדברי תורה זמירות שנ׳ זמירות היו לי חקך בבית מגורי א״ל הקב״ה דברי תורה שכתוב בהן שמ התעיף עיניך בו ואיננו אתה קורא אותן זמירות הריני מכשילך בדבר שאפי׳ תינוקות של בית רבן יודעין אותו שנא׳ ולבני קהת לא נתן כי עבודת הקדש עליהם בכתף ישאו ואיהו אתייה בעגלה:

EGregie Raba: [1] Quare David punitus est? Ideo, quia legem divinam, Canticum appellavit: prout S. E. (Ps. CXIX, 54.) [2] *Cantica sunt mihi statuta tua, in domo peregrinationum mearum.* Quare Deus illi ait: Legem divinam, de qua S. E. (Prov. XXIII, 5.) [3] *An oculos obduces in ea? Tum non aderit amplius:* [4] Tune canticum vocas? Ecce, ego errare te faciam, in re, quam etiam pueri elementarii norunt. Nam S. E. (Num. VII, 9.) *Sed filiis Kehath non dedit, quia ministerium rei sanctæ incumbebat illis, humero laturi erant.* Is vero, plaustro eam advexit.

ANNOTATA.

1. Quare David punitus est?] Supple: Ut ejus occasione Usa periret, nam hujus mortis culpa, ad Davidem redundat.

2. Cantica sunt mihi &c.] Quasi diceret: Cum profugus & exul agerem, Lege tua, pro canticis, ad leniendas molestias usus sum.

3. An oculos obduces in ea] Id est: Lex Divina, ab iis qui eam assequi volunt, tantam sedulitatem & studium requirit, ut ne somnum quidem capere his concedat.

4. Tune canticum vocas? Ecce ego &c.] Ejusdem plane farinæ locus in Berachot fol. 62. b. אם ייי הסיתך בי א״ר אלעזר

אלעזר אמר לו הקב״ה לדוד מסית קרית לי חייך שאני מכשילך בדבר שאפילו תינוקות של בית רבן מכירין בו שנ׳ כי תשא את ראש בני ישראל לפקודיהם ונתנו איש כפר נפשו מיד ויעמוד שטן על ישראל וכתיב ויסת את דוד בהם לאמר לך מנה את ישראל וכיון דמנינהו לא שקיל מינייהו כופר: Id est : (1. Sam. XXVI, 19.) reperimus dixisse Dadem :) Si Dominus incitavit te contra me ; *Docet igitur R. Eleaser, quod his verbis Deus alloquutus sit Davidem : Tune me concitatorem vocas? Ita vivis, ego te errare faciam in re quam etiam pueri elementarii norunt. Scriptum enim* (Ex. XXX, 12.) Cum recensebis summam filiorum Israëlis per numerandos eorum, tum dabunt quisque redemturam vitæ suæ : (Constat igitur clarissime, nefas esse numerare populum Israëliticum, sine quam ut simul ii solvant pretium expiationis, Deo offerendum.) *Hic vero*, (prout narratur 1. Chron. XXI, 1.) *Surrexit Sathan, adversus Israëlem, concitavitq; Davidem, ut diceret* (Joabo:) Abi & numera populum Judaicum. *Atenim, dum hanc instituit numerationem* (David, magno errore) *pretium expiationis exigere ipse neglexit.*

5. Filiis Kehat non dedit &c.] Id est : Levitis reliquis dedit Moses plaustra, quibus boves jungebantur, ad Tabernaculi sacri partibus, omnique supellectile, eadem oneranda. Cæterum, Filiis Kehath plaustra nulla dedit, nam suis ipsi humeris Arcam fœderis, & Mensam portare debebant.

י ד   XV.

ויך באנשי בית שמש כי ראו בארון י״ משום דראו ויך רבי אבהו ור׳ אלעזר חד אמר קוצרי׳ ומשתחוי׳ היו וחד אמר מילי אמור מאן אמריך דאמירית ומאן פייסך לא, דאיפייסת ויך בעם ע׳ איש וחמשים אלף איש ר׳ אבהו ור׳

(Legitur 1. Sam. VI, 20.) [1] *Et percussit ex Bethsemitis quia aspexerant arcam Domini.* Num quia aspexerant, ideo percussit? [2] R. Abhu, & R. Eliezer, (*in diversa hic abeunt.*) Unus ait, [3] illos & messuisse, & simul inclinato corpore (*honorem Arcæ exhibuisse.*) Alter ait, illos (*temerarium dictum*) quoddam protulisse. Dixisse scilicet : [4] Quis irritavit

אלעזר חד אמר ע׳ איש היו וכל אחד ואחד שקול כנ׳ אלף איש וחד אמר נ׳ אלף היו וכל אחד ואחד שקול כע׳ סנהדרין:

irritavit te, ut irritareris? Et [5] quis te placavit, ut placareris? *Et percussit ex populo*, ע׳ איש וחמשים אלף איש R. Abhu & R. Elieser (*etiam in istis explicandis non conveniunt.*) Unus arbitratur [6] septuaginta viros, (*tantum casos*) esse, sed [7] horum quemque pro mille viris fuisse: Alter vero contendit, quinquagies mille occubuisse, quorum quisque cum LXX. Senioribus magni Judicii, comparari potuerit.

ANNOTATA.

1. Et percussit ex Bethsemitis &c.] Rursus magna fit μετάβασις εἰς ἄλλο γένος· Præcesserat historia de Davide, qui Arcam Domini plaustro impositam Hierosolymas devexerat, ex 2. Sam. VI. capite: Et nunc illa immiscentur, quæ acciderunt, cum Philistæi Arcam in bello captam Judæis remitterent, cujus rei narratio 1. Sam. VI, describitur. Nimirum, Usæ, qui irreverenter & temere Arcam contrectaverat, fatum, in memoriam revocavit Magistris cladem, quam Bethsemitæ quoque passi fuerant, quod Arcam irreligiose aspexissent: Hinc novæ istæ transitiones.

2. R. Abhu & R. Elieser] Supple post ista: In eo quidem ambo consentiunt, illud ראו sive *Aspicere*, non de nudo videndi actu capiendum esse, sed despicientiam quandam simul innuere, prout in illo Cant. I. 6. אל תראוני שאני שחרחורת Id est: *Ne respiciatis* (vel potius, *despiciatis*) *me, quia subnigra sum.* Sed tamen, qualis iste contemtus Bethsemitarum proprie fuerit, de eo, laudati Rabbini, in diversa hic abeunt.

3. Illos & messuisse & simul inclinato &c.] Nimirum, ne tam exiguum quidem, a labore vacivum tempus, sibi dare volebant, ut manibus remissis, adventantem arcam venerarentur.

4. Quis irritavit te, ut irritareris?] Supple: Atque concederes in hostium potestatem?

5. Quis te placavit ut placareris?] Supple: Et ut nunc ultro ad nos redeas? Cæterum, in Talmude pro ומאן פייסך דאיפייסת legitur

legitur ומאן אח' עלך דאיפייס' Quod etsi non tam absurdum est, tamen ei priorem expressionem prætulerim.

6. Septuaginta viros tantum cæsos esse &c.] Hactenus idem sentit, & contra omnium propemodum Scripturæ Interpretum explicationes, præclare tuetur, literatissimus Bochartus to. 1. Hieroz. p 370. qui omnino consulendus est. Nam, si quid nos judicare possumus, militat sane pro Bocharto ipsa veritas. Miror interim, eum loci hujus Talmudici, ex quo non penitus nullum causæ suæ præsidium petere poterat, dememinisse.

7. Horum quemque pro mille viris fuisse &c.] Sic solent sæpe Rabbini, cum unum hominem insigniter celebratum volunt, eundem cum multis, & imprimis Synedrii Senatoribus, tanquam omnium mortalium lectissimis, componere. Schalsch. Hak. p. 11. a. ex Midrasch: יאיר נהרג מאנשי עי' והיה שקול כנגד ל' איש Id est: *Ab incolis urbis Ai, cæsus est Jair*, (Josephi, ex Menasse nepos,) *qui viros XXX. æquabat.* Pro his in Bava Batra fol. 121. b. legitur: יאיר בן מנשה ומכיר בן מנשה נולדו בימי יעקב ולא מתו עד שנכנסו ישראל לארץ שני' ויכו מהם אנשי העי כשלשים וששה איש ותניא שלשים וששה איש ממש דברי רבי יהודה אמר ליה ר' נחמיה וכי נאמר שלשים וששה והלא לא נאמר אלא כשלשים וששה אלא זה יאיר בן מנשה ששקול כרובה של סנהדרין: Id est: *Jair filius Menassis, ejusq. frater Mechir, Jacobo adhuc superstite nati sunt, nec diem obierunt ante ingressum Israëlitarum in Palæstinam. Videlicet, Scriptum est* (Jos. VII, 5.) Et percusserunt ex iis, incolæ urbis Ai, quasi triginta & sex viros. *Fertur, hunc locum R. Judam simpliciter de triginta & sex viris accepisse, sed illi dubium movit R. Nehemias, quod non* triginta & sex, *verum* quasi triginta & sex *in textu legatur. Quamobrem ipse contendebat, intelligendum esse Jairum Menassis filium, qui solus ad majorem Synedrii partem æquiparari poterat.* Sic in Berachot fol. 62. b. אבישי בן צרויה שקול כרובה של סנהדרין: Id est: *Abischai Zeruja filius, æquivalebat majori parti Synedrii.*

יו XVI.

ויהי כי צעדו נושאי ארון יי' ששה צעדים ויזבח שור ומריא וכתיב שבעה פרים

(Legitur 2. Sam. VI, 13.) *Fuit autem cum progressi essent portantes Arcam Domini, sex gressibus, ut sacrificarent boves, & pinguia*

ושבעה אילים אמר רב פפא בר שמואל על כל פסיעה ופסיעה שור ומריא על כל שש פסיעות שבעה פרים ושבעה אילים אמר ליה רב חסדא אם כן מלאת את כל ארץ ישראל במות אלא אמר רב חסדא על שש פסיעות שור ומריא על כל ששה סדרים של שש פסיעות שבעה פרים ושבעה אילים כתיב גרן כידון וכתיב נכון בתחלה כידון ולבסף נכון נמצאת או אומר ג׳ מיני אבני׳ היו אחד שהקים משה בעבר הירדן שנ׳ בעבר הירדן בארץ מואב וגו׳ הואיל משה באר את התור׳ הזאת לאמר ולהלן הוא אומר וכתבת על האבנים את כל דברי התורה הזאת ונומר וגו׳ ואתיא באר באר ואחר שהקים יהושע בתוך הירדן שנאמר ושתים עשרה אבנים הקים יהושע בתוך הירדן וגו׳

guia (sacrificia.) Alibi vero (puta 1. Chron. XV, 26.) S. E. *Septenos juvencos, & septenos arietes.* R. Papa F. S. (*ita conciliat;*) ut dicat, ad unumquemque gressum (*oblatum*) bovem & pingue sacrificium: ad senos vero quosque gressus, septenos juvencos, & septenos arietes. Cui R. Chasda: Hæc si ita sunt, inquit, [1] totam Judæam aris replebis. Quin igitur potius R. Chasda explicat, ad senos gressus bovem & pingue sacrificium (*oblatum,*) ad senis vero vicibus iteratos sex gressus, septem juvencos, & septem arietes. Uno in loco (nimirum 1. Chron. XIII, 9.) vocatur, *Area Kidonis*: In altero: (2. Sam. VI, 6.) *Area Neconis.* [2] Primùm enim [3] spiculum erat, [4] postremo vero commoda. Fatendum igitur tibi, tres diversas lapidum (*strues*) fuisse. Unam, quam erexit Moses [5] cis Jordanem: Q. S. E. (Deut. I, 5.) *Cis Jordanem in terra Moabitarum, placuit Mosi* באר *legem istam, dicendo.* Alibi autem, (puta c. XXVII, 8.) dicitur: *Et inscribes istis lapidibus, omnia verba hujus legis* &c. Quare, quo sensu τὸ באר loco posteriore capiendum, eodem capiendum,

ואחר שהקים יהושע בגלגל שנא׳ ואת שתים עשרה האבנים האלה אשר לקחו מ מן הירדן הקים יהושע בגלגל:

endum, & in priore. Alteram, quam erexit Josua in medio Jordane: Q. S. E. (Jos. IV, 9.) *Et erexit Josua duodecim lapides, in medio Jordane.* Tertiam denique, quam erexit Josua in Gilgal, Q. S. E. (v. 20.) *Illos autem duodecim lapides, quos acceperant e Jordane, erexit Josua in Gilgal.*

ANNOTATA.

1. Totam Judæam aris replebis] Ad quemque enim gressum promotum, novo opus fuisset altari.

2. Primum enim] Dicti בתחלת כידון ולבסוף נכון in Talmude R. Jochanan autor laudatur.

3. Spiculum erat] Id est: Principio, Arca Usæ exitii causa fuit, quare ex ea re, locus ille Spiculi, aut Hastæ nomen accepit.

4. Postremo vero commoda.] Nam, uti est 1. Sam. VI, 11. cum divertisset Arca in domum Hobed-Edomi Gitthæi, magna felicitate Deus & ipsum, & universam ejus familiam cumulavit. Aliter de hac re sentit Doctissimus Bochartus to. 1. Hieroz. p. 372. cujus quædam adscribam. *Fuit prosperum* (cum Arca) *iter, usq; ad* גרן נכון Aream Nachon. *In Græca editione, & vetustis Vulgatæ exemplaribus legitur* Nachor, *cum R. in fine: sed perperam. Merito igitur* Nachon *reposuerunt Sixti V. Correctores. Hebraice* כון *quandoq; est* parare, apparare, *itaq;* גרן נכון aream apparatam *reddidit Aquila: Syrus quoq; & Arabs* areas apparatas. *Frigide, ut videtur. Neq; enim nostra refert scire, an areæ, quæ in hac via occurrebant, fuerint paratæ, nec ne. Quid? quod* area parata *non diceretur* גרן נכון *sed* גרן נכונה *quia* גרן *est fœmininum. Aliis* Nachon *est viri nomen: At mihi loci, qui per anticipationem sic appelletur, propter Uzam ibi percussum. Nam a verbo* נכה percutere נכון nachon, percussionem *puto significasse, ut sit nomen ejusdem formæ, cujus nomina Verbalia* שאון, רצון, רזון, יגון, חרון, חזון *& similia. Itaq;*, area Nachon, *est* area percussionis. *Ita vocatur in Samuele: & in Chronicis* גרן כידון area Chidon *quia* כיד *chid* exitium *sonat.* Hæc Bochartus. Raschi in Glossa ad Gemaræ nostræ locum annotat: שמעתי בשם רבי מנחם בן רבי חלבו גורן נכון הוא גורן ארונה היבוסי ואם

ואם כן הוא הג̈ בתחלה נכון ולבסוף כידון על שם שהמזבח שתחלתו בנוי וסופו חרב וכידון לשון שבר והרבן הוא כמו וראו עיניו כידו: Id est: *Audivi docuisse* ז״ל *R. Menachem F. R. Ch. Aream Necon, & Aream Arona Jebusai, unam eandemq; esse. Quæ si vera sunt,* (corruptus est Gemaræ locus,) *atq; existimo legi debere,* (converso verborum ordine:) בתחלה נכון ולבסוף כידון Principio fuit commoda, sed postea vastitas, *ut nimirum fiat respectus ad altare* (quod ibi a Davide) *conditum est, quodq; postea fuit destructum. Nam* כידון vastitatem & desolationem *notat; prout in illo* (Job. XXI,20.) Viderunt oculi ejus כידו *Id est*: Ejus vastitatem.

5. Cis Jordanem] Pro eo בארץ מואב *In terra Moabitica*, Talmudis habent Codices.

יז

תנו רבנן כיצד כתבו ישראל את התורה ר׳ יהודה אומר על גבי אבנים כתבוה שנא׳ וכתבת על האבנים את כל דברי תורה הזאת ואחר כך סדוהו בסיד אמר ליה ר״ש לדבריך היאך למדו אומות העולם את התורה אמר ליה בינה יתירה נתן הקב״ה באומות העולם ושגרו נוטירין שלה׳ וקילפו את הסיד והשיאוה באותה שעה נתחתם גזר דין על אומות העולם לבאר שחת שהיה להם ללמד תורה ולא למדו רבי שמעון אומר על גבי סיד

XVII.

TRadunt Magistri: [1] Quomodo descripsere Judæi legem? R. Judas opinatur, lapidibus fuisse inscriptam: Quia dicitur (Deut. XXVII,8) *Et inscribes istis lapidibus, omnia verba hujus legis.* Postea vero literas obductas fuisse calce. Cui R. Simeon: Atqui tua opinione (*si standum*,) quomodo didicere Gentiles legem? Respondet ei: [2] Sapientiæ auctarium concessit Deus Gentilibus, ut mitterent suos Notarios, qui abrasa calce, illam transcripserunt. Tum temporis obsignatum est cœleste consultum, de Gentilibus, in barathrum perditionis (*præcipitandis*:) [3] Erat enim illorum discere legem, nec eam didicerunt. R. Simeon

כתבוה וכתבו להם למטה ל
למען אשר לא ילמדו אתכם
לעשות ככל תועבותם הא ל
למדת שאם חוזרין בתשובה
מקבלין אותם אמר רבא בר
רב שילא מאי טעמא דר׳ שמעון
דכתיב והיו עמים משרפות
סיד על עסקי סיד ורבי
יהודה אמר לך כסיד מה סיד
אין לו תקנה אלא שריפה אף
אומות העולם אין להם תקנה
אלא שריפה כמאן אולא הא
דתניא ושבית שביו לרבות
כנענים שבחוצה לארץ שאם
חוזרי׳ בתשובה מקבלין אותם
כמאן כר׳ שמעון:

vult Judæos (*legem*) [4] super calce descripsisse, inque gratiam Gentilium subjecisse verba: (Deut. XX, 8.) *Ut non doceant vos facere secundum omnes abominationes suas.* Hinc discis, quod [5] si (*ad frugem*) redeant, per pœnitentiam, tum eos esse recipiendos. [5] Quærit Raba F. R. S. quod sit fundamentum (*sententia*) R. Simeonis? (*Nempe,*) Q. S. E. (Es. XXXIII, 12.) *Et erunt populi combustiones calcis.* (*Puta,*) [6] propter illam calcem, (*cui Lex divina inscripta.*) Sed R. Judas (*ad hunc locum*) respondere potest; (*supplendo particulam similitudinis, hoc modo:*) Ceu calcis: (*Ut sensus sit:*) [7] Quemadmodum calcis usus nullus, nisi ad comburendum, ita & gentiles tantum rogo apti sunt. Cui igitur favebit, constitutio illa exotica, [8] (*qua docetur, locum* Deut. XXI, 10.) *Et captivam facies ex eis, captivorum multitudinem:* (*hoc velle,*) ut in hunc sensum referantur Cananæi [9] qui extra terram Sanctam degunt, quod scilicet per pœnitentiam (*ad frugem*) revertentes, recipiantur? Cui ea (*faveat, quæris? Responsio in promtu:*) [10] R. Simeoni.

ANNOTATA.

1. Quomodo descripsere Judæi Legem?] Supple: Altari, quod erexerant in monte Ebal?

2. Sapientiæ auctarium] Observo, habere Talmudistas hanc phrasin in deliciis: Unde inde Pirke Avot pag. 36. a. ter occurrit

חבה יתירה *Amoris aestuarium.* אימה יתירה *Terroris auctarium*, est in Sanhedrin pag. 337. edit. Cocc. מעלה יתירה *Dignitatis auctarium* in Kiddúschin fol. 70.b. קופה יתירה *Cistapeculiaris*, in Schabbat fol. 56. a. נשמה יתירה *Anima peculiaris*, in Beza fol. 16. a. Sed, plane cum praesenti Gemarae loco convenit, quod est in Nidda fol. 45. b. אמר רב חסדא מאי דכתיב ויבן יי׳ את הצלע מלמד שנתן הקב״ה בינה יתירה באשה יותר מבאיש: Id est: *Dixit R. Chasda: Quis sensus verborum*, (Gen. II, 22.) ויבן Et condidit Dominus costam? *Scilicet* (verbum ויבן quod cum בינה cognationem habet,) *innuit, Deum Sapientiae auctarium Mulieri prae Viro concessisse.*

3. Erat enim illorum discere Legem, nec eam didicerunt.] Ergo consequitur, quod, si suum officium faciant οἱ ἔξω, & Legis Divinae studiis se tradant, non desperare Judaeos de illorum aeterna salute, etiamsi maxime nec circumcisionem admittant, nec alios Judaeorum ritus imitentur. Eadem & hodie sanioribus inter Rabbinos mens, & plane deprehenduntur modestiores esse contra nostram opinionem. Ut tam benigne de Judaeis sentiam, facit Epistola quam Rabbinus Wolfsthalensis, Isaacus, vir, quo nemo ex illa gente, doctior humaniorque mihi innotuit, cum olim Posonl in Hungaria morarer, ultro, ad me nunquam etiam visum, transmittere sustinuit, & quam hic producimus.

ידוע ומפורסם בפי כל חכמי התלמוד ז״ל שאפילו גוי שלומד תורה יש לו חלק לעולם הבא שנ׳ וזאת תורת האדם ולא נאמר איש או כהן לוי ישראל אלא האדם ואע״פ שישראל מכונה בשם אדם ולא אומות העולם שנ׳ אדם אתם מ״מ מכנין אומות העולם בשם האדם ולי נראה הטעם נכון למה מכנין בשם האדם ולא אדם כי הקב״ה ברא את אדם הראשון ואחר שהיה יציר כפיו של הקב״ה וודאי נברא בשלימות ולא היה לו ערלה הנמאסת בעיני הקב״ה אבל כשבא הנחש על חוה והטיל בה זוהמא נעשה ערלה המזוהמת ונמצא כשהוליד חוה בן לא היה בשלימות כמו אדם הראשון ע״כ צוה הקב״ה להכרית ערלה וישראל שעמדו

על

על הר סיני פסקו זוהמתן על כן נקרא שמם אדם כי חזרו להיותם כאדם הראשון ושלטו על חמשה ראשי אברים ב׳ אזנים וב׳ עינים ובגיד האמה אבל אומות העולם שלא עמדו עדיין הם בזוהמתן על כן נקראו האדם ולא אדם ממש: והנה שמעתי את שמעך ושמך שעולה על הכל ואשרי המגיע לשם טוב ומי יתן שאמצאהו ואראהו עין בעין אז ישמח לבי ופה על פה אדבר בו: Id est: *Clarum atq; manifestum est, ex ore Talmudistarum, quibus bene sit! omnium, quod etiam alienigena studio legis incunibens, partem inventurus sit in futuro seculo.* Q. S. E. (2. Sam. VII, 19.) Hæc est lex *Haadam* sive Hominis. *Viri, Sacerdotis, Levitæ, aut deniq; Judæi* (Lex,) *non dicitur, sed* Haadam *sive Hominis* (simpliciter, præfixo He emphatico.) *Etsi vero tribuitur Judæis nomen Adam* (sine He emphatico,) *non autem alienigenis*, Q. S. E. (Ezech. XXXIV, 31.) Vos estis Adam: *Nihilo minus Gentilibus imponitur nomen* Haadam: *cujus quidem diversæ nomenclationis, hæc mihi vera causa videtur, quia Deus B. creavit Adamum primum parentem, cumq; ita divinarum manuum quasi figmentum esset, perspicuum est, conditum eum in perfectione, præputioq; tanquam re in oculis divinæ Majestatis abominanda caruisse. Postquam autem Serpens cum Eva consuevit, & suum virus in eam evomuit, ortum est præputium illud fœdissimum, adeoq; evenit, ut cum Eva peperisset filium, non is amplius gauderet perfectione Adami. Quamobrem præcepit Deus amputare illud præputium, atq; Judæi, quia stetere in monte Sinai, excusserunt istas sordes, vocanturq; nomine* Adam, *utpote conversi, & Adamo similes redditi, insuperq; dominium nacti, quinq;* (totidem enim litera ה sive Articulus vocis Haadam, in numeris conficit,) *membrorum capitalium, Aurium nempe duarum, totidem Oculorum, & membri genitalis. Gentiles vero, qui nunquam* (in monte Sinai stetere,) *adhuc suo infecti sunt inquinamento, ideoq; Haadam, non Adam appellantur.* (Hæc ad te exarare visum,) *quia famam tuam, nomenq; bonum quod percrebuit, inaudivi. Felicem vero, qui ad bonam famam pertingit! & o utinam quis faxit, ut te reperire & coram intueri possem; lætarer tum animitus, & suaviter tecum confabularer.* Non dissimulandum, Exordium harum literarum petitum esse ex Avoda Sara fol. 3. a. ne quis forte existimet, istum Rabbinum palpo nos percutere voluisse. Sic habet Gemara: תניא רבי מאיר היה אומר מנין שאפילו גוי שעוסק בתורה הרי הוא ככהן גדול שנ׳ אשר יעשה אותם האדם וחי בהם כהנים ולוים וישראלים לא נאמר אלא אדם מלמד שאפילו

שאפילו גוי ומתעסק בתורה הרי הוא ככהן גדול : Id est: *Fertur τὸν R. Meir dicere solitum. Unde patet, etiam quem τῶν ἔξω, studentem Legi Divinæ, Summo Hebræorum Pontifici comparandum esse?* Scilicet Q.S.E. (Lev. XIIX, 5. Statuta mea, & judicia mea,) quæ faciet HOMO & vivet in iis. (Quæ facient) *Sacerdotes, Levitæ, aut Judæi, non dicitur, sed* Homo; *quo ipso docetur, etiam gentilem hominem, Legi Divinæ studentem, æquiparandum esse Summo Pontifici.* Dicat quis, verisimile esse privilegium de salvandis Gentilibus, ex mente Judæorum, ad illos tantum attinere, qui VII. Noachi præcepta observant, secundum dictamen rectæ rationis mores componunt, & Legis Divinæ studio se mancipant, illud interim certum videri, Judæos, minimùm Christianis Catholicis omnibus, quatenus sanctum in una Divinitate, Trinitatis mysterium profitentur, nullam spem salutis relicturos, cum persuasi sint illud dogma nihil nisi πολυθεΐαν inferre. Unde Vorstius ad Pirke R. Elies. pag. 160. *Si quis expendat Maimonidis Hilchot Teschuva cap. 5. videbit omnes Christianos Gehennæ supplicio a Judæis destinari: Sic enim inquit:* ואלו הן שאין להם חלק לעולם הבא אלא נכרתים ואבודים, ונידונין על גודל רשעם וחטאתם לעולם ולעולמי עולמים המינין ואפיקירוסין וכופרים בתורה: Isti vero sunt, qui non habent partem in futuro seculo, sed exscinduntur, perduntur, & judicantur, juxta magnitudinem impietatis, ac peccati ipsorum, in omnia secula seculorum. Videlicet, Hæretici, Epicuræi, & abnegatores legis &c. *Ubi glossator addit:* R. Salomo Jarchi scribit, Minin vel hæretici, sunt Discipuli Jesu Nazareni, qui pervertunt verba Dei vivi. *Postmodum ipse Maimon inter* כופרים בתורה *abnegatores Legis, recenset* הנוצרים *Christianos, &* והגרים *Agarenos, sive Turcas.* Hæc sane Vorstius. Quibus addas licet, quæ effutivit Lipmannus ad Malach. c. IV. Sunt tamen inter Judæos, qui etiam hic aliter se animatos profitentur, sed nescio num candide, & bona fide. Narravit mihi Rabbinus quidam Viennensis, Illustrissimum Principem, *Sigfridum Christophorum Preunerum*, ejus Urbis nuper Episcopum, sæpe secum egisse perfamiliariter. Cumq; aliquando de Religione sermo incidisset, dixisse Episcopum: Mi Abrahame, (hoc enim Judæo nomē erat) serione existimas, posse me fieri salutis cœlestis participē? quod cum ipse citra hæsitationem se credere respondisset; subjecisse Episcopum: Quin tu igitur, o inepte, missis rebus, actutum in nostra castra transis, & eandem fidem mecum amplecteris, quando hanc mihi ad salutem sufficere posse concessisti. Sed, prout retulit, petebat veniam Judæus, negans hoc argumento victas se manus posse porrigere. Esse nimirum sibi, cæterisque Judæis, dictum cœlitus: *Audi Israël Dominus Deus noster, Dominus unus est.* Nulla igitur ratione Judæis licere, alia de Divinitate opinari, verum unitati simplicissimæ inhærendum esse. At Christianis, qui idem hoc præceptum non acceperunt, nihil obstare, quo minus citra detrimen-

tum ſuæ ſalutis quædam hic doceant perperam, & in πολυθεότητα inclinent, præcipue, cum nihilo ſecius eſſentiæ unitatem tueantur. Quo reſponſo, ſi Judæo fides, Princeps ſibi ſatisfactum eſſe, cœpit fateri.

4. Inque gratiam Gentilium &c.] Id eſt: Ut conſtaret, ſolos eos qui intra divinitus promiſſæ Palæſtinæ terminos degebant, manere internecionem, cæteris nihil metuendũ eſſe periculi, imo poſſe illos cum Judæis unam fieri gentem, modo horum Religioni vellent accedere.

5. Si ad frugem redeant per pœnitentiam, tum eos eſſe recipiendos] Credo, ſtante adhuc templo, majorem fuiſſe cupidinem Judæorum, τοὺς ἔξω ad ſua ſacra perducendi, quam poſt ejus deſolationem. Nam, de priore tempore, ipſe Servator noſter apud Matthæum c. XXIII, 15. teſtatur, τοὺς γραμματεῖς ϗ φαρισαίους περιάγειν τὴν θάλασσαν, ϗ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· *Scribas & Phariſæos circumire mare & aridam, ut faciant unum proſelytum.* At, deſtructo per τοὺς ἔξω templo, hac Judæi pœna eos videntur voluiſſe afficere, ne de eorum ſalute admodum laborarent, &, ut non niſi ultro nomina Judaiſmo profitentes, in cœtum admitterent. Hinc notum dictum, quod crebro Talmudiſtis in ore קשים גרים לישראל כספחת בעור: Id eſt: *Æque graves ſunt Proſelyti Judæis, ac cuti Novacula* : legiturque in Jebamot fol. 17. b. & fol. 109. b. Kidduſchin fol. 70. b. De cujus aſſerti ratione, ſic eſt inter cætera in Smag Præc. Neg. CXVI. לפי שאין בקיאין בדקדוקי מצות ולומדים ישראל במעשיהם צא ולמד מה אירע במדבר במעשה העגל ובקברות התאוה שהאספסוף היו ברן תחילה וגם מתערבין בישראל ואין שכינה שורה אלא על משפחות המיוחסות מישראל: Id eſt: *Non enim tenent,* (Proſelyti) τὸ ἀκριβοδίκαιον, *Judæiq; opera ipſorum imitantur. Ecce tibi, quæ in deſerto circa Vitulum, & apud Sepulchra Deſiderii, acciderunt, cum olim proſelytorum turba Judæis eſſet immixta. Adde quod Proſelyti* (per matrimonia,) *deinde cum Judæis confunduntur,* (quæ res Divinæ Majeſtatis benignam præſentiam impedit,) *nec enim illa, niſi ex familiis ſinceriſſimis ortis, ſolet adeſſe.* Fieri tamen poteſt, ut ſuppliciorum quoque metus, iſtam vocem expreſſerit, & ſtudio proſelytos faciendi, impoſuerit fibulam. Quippe uti eſt in l. 11. D. ad leg. Corn. de Sic. Divus Pius Imperator, Judæis quem alienigenam circumcidentibus, ordinariam legis Corneliæ de Sicariis pœnam, quæ capitalis erat, irrogavit: quod idem factum poſtea ab Honorio & Theodoſio Imperatoribus l. 1. C. Ne Chriſt. manc. Hær. vel Jud. Sic Concilii Meldenſis c. 73. decretum fuit: *Judæus non poteſt trahere, ſeu inducere Chriſtianum ad ſuum ritum. Id faciens pœna capitis puniatur, & bona ejus confiſcanda ſunt.* Et vero, ſi ob factum proſelytum, Judæi ultimo ſupplicio ſubjacent, jam omnino Proſelyti idem

illis

illis sunt quod novacula, non barbam tantum radens, sed ipsum jugulum præscindens.

6. Propter illam calcem &c.] Sensus est : Quia calci inscriptam Legem Divinam, discere debebant Gentiles, nec eam didicerunt, eapropter combustiones calcis facti sunt.

7. Quemadmodum calcis usus nullus &c.] R. Judas immisericorditer agit cum Gentilibus, etiam extra Palæstinam constitutis, nullum pœnitentiæ, nullum veniæ locum iis relinquens.

8. Qua docetur locum : Et captivam facies &c.] Sensus est : Extat constitutio, qua docetur, illam Dei indulgentiam, quæ Deut. XXI, 11. concedit, ut quis uxorem ducere possit, mulierem pulchram forma inter captivos deprehensam, extendere se etiam ad Cananæos extra terram Sanctam degentes, ut scilicet, ex iis captæ, servari, & Judæis pro conjugibus esse queant. Quantum vero ad Cananæos, qui intra promissæ divinitus regionis terminos habitabant, attinet, de iis privilegium non valere certum est, nam isti non tantum cum conjugibus & liberis ex præcepto divino internecione erant delendi, sed & ipsius privilegii verba כי תצא למלחמה *Cum egressus fueris in prælium*; de expeditione quæ extra Palæstinam suscipitur, sermonem esse, satis clare innuunt. Jam quæri potest, eccui inter duos hos litigantes Rabbinos, Rabbi Judam puta, & Rabbi Simeonem, ista constitutio faveat?

9. Qui extra terram sanctam degunt] לרבות בעניים של ארץ ישראל in libris En Jacob legitur, errore gravi & intolerabili, quod vel clausis penitus Homericis oculis datur cernere.

10. R. Simeoni.] Nam is, Cananæis extra Palæstinam, est benignior, eosque in cœtum Judæorum recipi posse opinatur. At R. Judas eos funditus deletos vult.

יח XIIX.

בוא וראה כמה נסים נעשו באותו היום עברו את הירדן ובאו להר גריזי ולהר עיבל, יותר מששים מיל ואין כל בריה יכולה לעמוד בפניה וכל מה

VEni, vide; quot prodigia illa die edita sint. Trajecerunt Jordanem, & venere ad Garizim, & Ebal montes, [1] ultra LX. milliaria distantes; neque ulla creaturarū coram iis consistere pote-

העום בפניה מיד נתרז שנאמ
את אימתי אשלח לפניך וג'
והמותי את כל העם אשר תבא
בהם ונתתי את כל אויביכם
אליך עורף ואומר תפול
עליהם אימתה ופחד בגדול
זרועך ידמו כאבן עד יעבור
עמך יי זו ביאה ראשונה עד
יעבור עם זו קנית זו ביאה
שניה אמור מעתה ראויין היו
ישראל לעשות להם נס
בביאה שניה כביאה ראשונה
אלא שגרם החטא ואחר כך
הביאו האבנים ובנו את
המזבח וסדוהו בסיד וכתבו
עליו את כל דברי התורה
בשבעים לשון שנאמ באר
היטב והעלו עולות ושלמי
ואכלו ושמחו וברכו וקללו
וקפלו את האבני' ובאו ולנו
בגלגל שנ' והעברתם אותם
עמכם והנחתם אות במלון יכול
בכל מלון ומלון ת"ל אשר
תלינו בו הליל' וכתי' ואת
שתים עשרה האבני' האלה אשר

poterat: quisque autem conſiſtere (*volens,*) illico [2] diarrhœa laborare cœpit. Q. S. E. (Exod. XXIII, 27.) *Terrorem mei præmittam ante faciem tuam, & conturbabo omnem populum, in quos venies: & omnium inimicorum tuorum exponam tibi cervicem.* Amplius dicitur: (cap. XV, 16.) *Irruet ſuper eos formido magna, & pavor; magnitudine brachii tui conticeſcent ſicut lapis, donec pertranſierit populus tuus Domine.* His [3] itio prior (*ſignificatur:*) *Donec pertranſierit populus, quem acquiſiviſti.* Iſta [4] itionem poſteriorem (*notant.*) Hinc dicas licet, dignos fuiſſe Judæos, [5] quibus fieret miraculum in itione ſecunda, prout in itione prima, verum (*ne quid horum fieret,*) [6] peccatum obſtitiſſe. Poſtea allatis lapidibus exſtruxerunt altare, illudque calce illeverunt, & in ea deſcripſerunt omnia verba Legis, LXX. linguis. Q. S. E. (Deut. XXVII, 8.) *Declarando bene.* (*Amplius,*) [7] obtulerunt holocauſta, & euchariſtica, comederunt etiam, lætati ſunt, benedictiones & execrationes recitarunt, lapides abraſerunt, diſcedentesque pernoctarunt in Gilgal. Q. S. E. (Joſ. IV, 3.) *Et transportantes eos vobiſcum, relinque-*

לקחו מן הירדן הקים יהושע בגלגל תנא צרעה לא עברה עמהם ולא והכתיב ושלחתי את הצרעה לפניך וגרשה וגו׳ אמר ריש לקיש על הירדן עמדה וזרקה בהם מרה וסימתה את עיניהם מלמעל׳ וסירסתן מלמטה שנ׳ ואנכי השמדתי את האמורי מפניהם אשר כגובה ארזים גבהו וחסן הוא באלונים ואשמיד פריו ממעל ושרשיו מתחת רב פפא אמר שתי צרעו׳ היו חדא דמשה וחדא דיהושע דמשה לא עבר דיהושע עברה:

linquetis in statione: Crederes hæc de unaquaque statione in qua pernoctaturi erant, capienda: Quare notanter dictum: (vers. 20.) *In ea statione, in qua hac nocte pernoctaturi estis.* Subjungitur etiam: *Illos autem duodecim lapides, quos acceperant e Jordane, erexit Josua in Gilgal.* Traditio (*extat*,)[6] Crabronem non trajecisse cum iis (*Jordanem*:) Tunc trajecisse negas? Atqui S. E. (Ex. XXIII,28.) *Mittam crabronem ante te, & expelles &c.* Videlicet [9] Resch Lakisch vult illum substitisse ad Jordanem, & (*nihilo minus in gentiles*) istos, virus evomuisse: superne excæcabat illorum oculos, & inferne eos castrabat. Q. S. E. (Amos II,9.) *Et perdidi Amoræum a facie ipsorum, cujus altitudo similis erat, altitudini cedrorum, & robustus erat, ut robora: perdidi*[10] *fructum ejus superne, &*[11] *radices ejus inferne.* R. vero Papa perhibet, duos Crabrones fuisse, Mosis unum, alterum Josuæ: Mosis (*crabro*) non transivit; ille Josuæ, transivit utique.

ANNOTATA.

1. Ultra LX. milliaria distantes] Errare in hoc Talmudistas, deceptos ambiguitate nominis Gilgal, erudite docet Cl. Lightfootus Cent. Chorog. c. 48. & 88.

2. Diarrhœa laborare cœpit] Colligunt id Magistri, ex dicti Scripturæ quod sequitur voce, והמותי quam talem corporis concussionem commotionemque denotare volunt, ut etiam intestinorum effusionis periculum sit.

3. Itio prior] Facta scilicet auspiciis Josuæ.

4. Itionem posteriorem] Puta illam, Esdra Duce factam, cum ex captivitate Babylonica Judæi fierent reduces.

5. Quibus fieret miraculum in itione secunda] Id est: Æquum omnino erat, ut haud minoribus miraculis, minorique Dei indulgentia, Judæi ex Babylonia & Perside liberarentur, quam olim liberati fuere ex ergastulo Ægyptiaco.

6. Peccatum obstitisse.] Enormis idololatria, & scelera reliqua, quibus Judæi primo templo superstite, se totos manciparunt, in tantum Divini Numinis iram provocabant, ut non solum captivitate ac deportatione in eos animadvertere cogeretur, sed etiam decretum faceret, de non reversuris Judæis, nisi cum bona pace & venia Dominorum, quibus servitutem servire debebant. Cæterum, integer hic locus, quo meruisse Judæos dicitur, ut tam in secunda, quam in prima liberatione, singulares Divinæ potentiæ effectus experirentur, totidem verbis extat quoque in Sanhedrin p. 357. Edit. Cocc.

7. Obtulerunt holocausta & eucharistica] Nam sic facere debebant ex præcepto Mosis Deut. XXVII, 5. seqq.

8. Crabronem non trajecisse] De צרעה Cl. Bochartus to. 2. Hieroz. p. 534. seqq. qui legatur dignus est.

9. Resch Lakisch] Talmudis editiones filii ejus nomen exprimunt. Utrum tamen retineas, perinde esse videtur, tam conjuncti enim sunt pater & filius, ut sæpe capiantur pro iisdem.

10. Fructum ejus superne] Id est: Oculos, quos Natura in edito collocavit.

11. Radices ejus inferne] Id est, ea quæ generationi inserviunt membra, nam hæc ad ima vergunt.

יט XIX.

מאי והחציו אמר רב כהנא כדרך שחלוקין כאן כך נעשו חלוקין באבני אפוד מתיבי ❊ שני אבנים טובות היו לו לכהן

Quid (in loco Jos. VIII, 33.) notat illud: והחציו (id est: [1] *& alterum dimidium ejus?*) R. Cahana censet, (*id notare:*) [2] quod, quo ordine hic (XII. *tribus*)

גדול על כתפיו אחת מכאן
ואח׳ מכאן ושמות של שנים
עשר שבטים כתוב עליהם מ
ששה על אבן זו וששה על אבן
זו שנאמר ששה משמותם על
האבן האחת ואת שמות
הששה הנותרים על האבן
השנית כתולדותם שנית ב
כתולדותם ולא ראשונה ב
כתולדותם מפני שיהודה של
מוקדם וחמשים אותיות הי׳
עשרי׳ וחמש על אבן זו ועשרים
וחמש על אבן זו רבי חנינא
בן גמליאל אומר לא כדרך
שחלוקין בחומש חפקודים ש
חלוקין באבני אפוד אלא כ
כדרך שחלוקין בחומש שני ב
בני לאה כסדרן בני רחל א
אחד מכאן ואחד מכאן ובני
שפחות באמצע ואלא מה אני
מקי׳ כתולדותם כשמות של
שקרא להם אביהם ולא כש
כשמות שקרא להן משה ל
ראובן ולא ראובני שמעון ש

bus) fuerunt divisæ, eodem etiam ordine divisæ fuerint, in lapidibus τῦ Ephod. Objiciam: (*Extat traditio*) duos lapides pretiosos Pontificem habuisse super humeros, unum in dextro, & alterum in sinistro, ac nomina XII. tribuum in iis fuisse expressa, sena scilicet in unoquoque lapide. Q. S. E. (Ex. XXVIII, 10.) *Sex e nominibus eorum, uni istorum lapidum: & nomina illa sex quæ supersunt, istorum lapidum alteri, prout illi nati sunt.* Nempe, [1] in posteriore habita est ratio ætatis, [4] in primo vero neutiquam, quippe Judas antepositus est. Erant (*in universum*) quinquaginta literæ; Scilicet XXV. in hoc, & totidem in isto lapide. R. Chanina Gamalielides docuit, non quemadmodum (*nomina XII. Tribuum,*) recensentur, sub initium libri Numerorum, ita & recensita fuere in gemmis Ephod, sed illum in modum, prout [5] in Exodo enumerantur. [6] Nimirum, filii Leæ suo ordine (*expressi:*) Rachelis autem filiorum, alter principium, alter finem, & nati ex ancillis, medium locum occupabant. Enimvero, (*his admissis,*) [7] quomodo tuebor illud, *Prout nati sunt?* (*Dicendum*

ולא שמעוני דן ולא דני גד ולא גדי תיובתא דרב כהנא תיובתא ואלא מאי והחציו ט תנא חציו של מול הר גריזים מרובה מחציו של מול הר עיבל מפני שלוי למטה אדרבה מפני שלוי למטה בצרי להו הכי קאמר אף על פי שלוי למטה בני יוסף עמהם שנאמר וידברו בני יוסף אל יהושע לאמר מדוע נתת לי חבל אחד וגומר ויאמר להם יהושע אם עם רב אתה עלה לך היערה אמר להם לכו והחביאו עצמכם ביערים שלא תשלוט בכם עין רעה אמרי ליה זרעיה דיוסף לא שלטא ביה עינא בישא דכתיב בן פרת יוסף בן פרת עלי עין וא ואמר רבי אבהו אל תקרי עלי עין אלא עולי עין רבי יוסי ברבי חנינא אמר מהכא וידגו לרוב בקרב הארץ מה דגים שבים מים מכסים

cendum his innui XII. Patriarchas vocatos fuisse) nominibus, quibus eos Pater appellaverat, non vero, quibus eos Moses insignivit. Scilicet Ruben, non Rubeni; Simeon, non Simeoni; Dan, non Dani; Gad, non Gadi. Hæc est objectio [8] adversus R. Cahanæ sententiam, & adeo objectio (*insolubilis.*) Interea loci [9] quid (*secundum hanc responsionem*) est והחציו Docetur, [10] dimidiam partem quæ in monte Garizim consistebat, majorem fuisse, dimidia parte, quæ montem Ebal occupaverat: quippe Levitica tribus in imo erat. (*Egregiam vero rationem:*) Imo contra, quia [11] Levitica tribus in imo erat, [12] pauciores numero fuere, (*qui in monte Garizim stabant. Bene mones. Non fideliter allata sunt verba;*) sic enim dixit: Etsi Levitica tribus in imo erat; Josephi enim soboles, (*utpote numerosissima*) iis aderat. Hinc S. E. (Jos. XVII, 14.) *Quapropter alloquuti filii Joseph, Josuam, dicendo:* [13] *Quare dedisti mihi partem unicam? &c. Et respondit eis Josua, si populus multus es, ascende in sylvam.* Nimirum hoc illis ait: Ite & abscondite vos in Sylvis, [14] ne fascinet vos oculus malignus. Respon-

עליהם ואין העין שולטת בהם אף זרעו של יוסף אין העין שולטת בהם הני חמשין אותיות חמשין נכי חדא הוו אמר רבי יצחק הוסיפו ליוסף אות אחת שנאמר עדות ביהוסף שמו בצאתו על ארץ מצרים מתקיף רב נחמן בר יצחק כתולדותם בעינן אלא כל התורה כולה בנימן כתיב והכא בנימין שלם שנאמר ואביו קרא לו בנימין:

sponderunt illi: [15] In semen Josephi, oculo maligno nulla vis est, Q. S. (Gen. XLIX, 22.) *Ramus fœcundus Joseph, ramus fœcundus* [16] *super oculum.* (*Quo in loco*) R. Abhu monet, non legendū esse עלי עין (*id est: prope oculum*: Sed עולי עין (id est: *supergrediuntur oculum.*) Idem etiam ex mente R. Jose F. R. Ch. inde (*confirmatur*: Q. S. E. cap. XLIIX, 16.) [17] *Et multiplicentur ut pisces, in medio terræ.* Nempe, ut pisces qui in mari sunt, ab aqua occultantur, [18] nec oculus iis noxam infert, sic & semini Josephi oculus nocere haud potest. (*Dixeras, nomina Tribuum conficere*) quinquaginta literas: (*Verum, si recte quis numerum ineat, deprehendet,*) esse quinquaginta minus una. Respondet R. Isaac, additam fuisse (*nomini*) Josephi literam unam; prout alibi (Psalmo nimirum LXXXI, 6.) dicitur: *Testimonium in Jehoseph imposuit, cum processisset contra terram Ægypti.* Objecit R. Nachman. F. I. At nos nomina prout a Patre imposita fuerant, (*inscripta*) contendimus. (*Sic habendum*:) [19] In tota Scriptura nomen בנימן scribitur (*omisso posteriore jod*) [20] hic vero בנימין plene (*expressum, ceu pater id filio indiderat*:) Q. S. E. (Gen. XXX, 18.) *Sed Pater ejus vocavit eum* בנימין

ANNOTATA.

1. Et alterum dimidium ejus] Supple: An nude tantum indicatur, in duas partes divisum fuisse omnem populum, alteramq; in monte Garizim, alteram in monte Ebal constitisse? An vero, nunquod subest in illa voce mysterium? Et vero, posterius admodum verisimile fit, nisi enim occulti quid in voce והחציו lateret, prorsus omitti potuisset. Sufficiebat enim dicere, dimidium Tribuum occupasse mon-

tem Garizim, reliquos ſtetiſſe in monte Ebal, nulla medietatis facta mentione.

2. Quod quo ordine hic XII. tribus fuerant diviſæ] Hæc vero erat illa diviſio: In monte Garizim, ad benedicendum, ſtabant Tribus, Simeon, Levi, Juda, Iſaſchar, Joſeph, & Benjamin: Montem Ebal, imprecationes facturæ, occuparunt Tribus reliquæ, Ruben nimirum, Gad, Aſcher, Sebulon, Dan, Naphthali; prout traditur Deut. XXVIII, 12. 13.

3. In poſteriore habita eſt ratio ætatis] Hoc eſt: Sex poſtremorum filiorum Jacobi nomina, ſuo ordine, & ſecundum ætatis prærogativam uni lapidi τοῦ Ephod fuere inſculpta. Scilicet: Gad, Aſcher, Iſaſchar, Sebulon, Joſeph, Benjamin.

4. In primo neutiquam, quippe Judas antepoſitus eſt.] Id eſt: In lapide altero, hac ſerie expreſſa fuerunt nomina: Judas, Ruben, Simeon, Levi, Dan, Naphthali: Atque in his, ſimiliter obſervata eſt ætatis ratio, niſi quod ſolus Judas excipiendus, qui primum locum meruit, etſi inter filios Jacobi erat quartogenitus.

5. In Exodo enumerantur] In Talmude poſt חומש שני ſequitur כיצד vim habens interrogandi. Sed, non magna ejus verbi eſt neceſſitas.

6. Nimirum filii Leæ ſuo ordine &c.] Ergo, uni lapidi inſculptum erat: Ruben, Simeon, Levi, Juda, Iſaſchar, Sebulon: Alteri vero: Benjamin, Dan, Naphthali, Gad, Aſcher, Joſeph.

7. Quomodo tuebor illud prout nati ſunt,] Id eſt: Si hac opinione ſtandum, atque nulla ætatis in deſcribendis nominibus habita fuit ratio, quomodo ſalvabitur illud Scripturæ, quo nomina Tribuum τοῦ Ephod inſculpta fuiſſe dicuntur, prout natæ ſunt?

8. Adverſus R. Cahanæ ſententiam &c.] Id eſt: Hactenus tradita acerrime pugnant, cum illa R. Cahanæ opinione, qua exiſtimavit ipſe, illum ordinem obſervatum fuiſſe in deſcribendis nominibus τοῦ Ephod, quo ordine ſteterunt in Ebal & Garizim montibus: Neque fieri ulla ratione poteſt, ut hæc pugnantia, ad concordiam redigantur.

9. Quid

9. Quid secundum hanc responsionem est והחציו] Id est : Quia secundum hanc opinionem, exploditur mysterium, quod ex voce והחציו eruit R. Cahana, igitur alio nobis opus est, quod cum ista postrema sententia, queat consistere.

10. Dimidiam partem quæ in monte Garizim consistebat &c.] Nisi fallor, fundatur hæc opinio in articulo vocis והחציו quasi is innuat, stetisse in monte Garizim partem potissimam.

11. Levitica tribus in imo erat] Id est : Seniores Sacerdotum & Levitarum, inter utrumque montem adstabant Arcæ fœderis.

12. Pauciores numero fuere, qui in monte Garizim stabant.] Supple : Nam isti Sacerdotes & Levitæ, qui Arcam tuebantur, medietati quæ in monte Garizim stabat, & ad quam Levitica tribus integra cæteroquin pertinuit, decesserunt.

13. Quare dedisti mihi partem unicam] Sequitur deinde ibidem : ואני עם רב עד אשר עד כה ברכני יי *Cum ego sim populus multus, adeo ut hucusq; benedixerit mihi Dominus.*

14. Ne fascinet vos oculus malus] Debentur omnino huic loco, quæ Menasse Ben Israël in Addendis ad Conciliat. Pentat. de oculi mali fascino, ad tuenda tam quæ in præsentia, quam quæ alibi, Talmudistæ de eo prædicant, cum cura disseruit : Igitur citra religionem, non possent præteriri, facitque libri apud nos raritas ne dissertationem integram me describere pigeat.

El mal de ojo llmaron los Latinos, *Fascinacio*, como lo advirtio Ambrosio Calepino, y puesto que Hieronymo, y Lorino tienen esto de aojar por cosa ridicula, la verdad es, que lo ay : y esto se prueva por la Experiencia, Razon, y Authoridades. Primeramente tocante a la Experiencia, se ve palpablemente, y se experimenta cada dia, con notables casos acaecidos a personas que an padecido este mal de ojo. Leasse Pero Mexia, y se vera con exemplos evidentes esto, donde solamente con la vista secavan vnos los floridos campos, sumergian otros los navios, y con los ojos, hazian extraordinarios daños. La Razon es clara ; porque primeramente, los ojos son indice de los affectos del animo, alegre el animo, se rien ; la dolor, no dissimulan, con

Cale. ver. fascino. Hier. in Epist. ad Gal. c. 3. Lorin. in sapient. c. 4. v. 11. En su varia leccion.

con el miedo ſe turban, con la yra ſe enciendem ; en los cuydados ſoſſegan, encontrando el amigo anuncian el benevolo affecto ; el inimigo, moleſtia e indignacion ; en el amor ſe abrandan, en el odio, ſe esfuerçan. Pues ſiendo eſto aſſi, facil coſa es, que los rayos que ſe mandan fuera, como ſetas inficionen y dañen todo vn cuerpo, porque los ojos no ven por reflexion atraendo a ſi el obgecto, mas por emiſion ſegundo Platon, embiando fuera los rayos viſuales al obgecto. Y deſte principio ſe ſigue la averiguacion d'eſta nueſtra duda. Es pues de ſaber, que por vna de tres cauſas puede venir eſte daño, eſto es, eſtando el cuerpo enfermo, o el animo, o por calidad y propriedad natural de algunos. Por enfermedad, es coſa clara: por que ſalen aquellos eſpiritus viſuales enfermos, y aſſi cauſan enfermedad donde llegan, por lo qual Marſilio Ficino, y Thomas de Aquino dizen en varias partes, que a los hombres y mugeres ya de dias, ſe les deſuanece la ſangre y conſumen las partes mas ſubtiles della, y mas claro y excelente, con que ſe recueze mas la ſangre y queda mas groſſera, y qual es ella, tales ſon los eſpiritus viſuales que embia : los quales dando en los ojos ſalen por ellos con la virtud viſiua, y empeçoñan, y dañan a los que ven de cerca, ſi es capaz de tal effecto : y daqui viene tambien, q̃ las mugeres que padecen el ordinario menſtruo, empeçonan y ofenden a quien miran ; porque tienen la ſangre fria, y turbada, y anſi embian nocivos eſpiritus a los ojos. Quando tambien el animo eſtá dañado o con odio, o con embidia, como el alma ve por el inſtrumento del ojo, eſtando el animo dañado, no pueden los eſpiritus dexar de ſer dañoſos : y anſi (como bien lo advierte el Taſſo en ſu Menſagier) ſale el veneno intrinſico por los ojos, llegan los rayos, y empeçoñan al que embidian, o odian ; y eſtos ſon aquellos que aojan por accidente a las vezes. Pero ay otro genero de hombres que tienen propriamente eſte vicio, y ſon los que tienen dos niñas en vn ojo, o dos niñas en cada uno, o repreſentada en la niñenta vn cauallo, o vn perro, las quales coſas refiere Pineda, Valles, y Ovidio en ſu libro de Arte amandi dize eſtos verſos.

Marſil. in conuivio Platonis. *Plin. lib. 7. Hiſt. ani. c. 15.* *Pined. in Agricol. dial. 13. §. 11.* *Valles. lib. de ſacra Philoſ. cap. 68.* *Ovid. 1. art. amãd.*

.... Oculis quoq; pupilla duplex.
Fulminat, & geminum lumen in orbe manet.

Eſtos pues tres generos de perſonas ſuelen hazer daño con la viſta, y principalmente a los niños y mugeres moças, que tienen tierna y delicada ſangre, y avn a los animales nueuezitos, como lo dixo Virgilio en eſte verſo:

Virg. ecl. 3.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Dira

Dira ya puede ser alguno, como es possible que se cause este daño de lexos, no siendo *per contactum physicum?* a lo qual respondo, que si se haze por este contacto: porque aquellos rayos visuales, salen con aquellos vapores gruessos, y topan con aquel obgecto que hallan delante, enel qual obran aquel mal, condensandose mas con el encuentro del objecto. Pues si la Magneta no tocando, atrae a si el hierro, si las cebollas hazen salir las lagrimas de los ojos, si la pimienta haze estornudar, y si (segun Lucano,) el soldado matando con la punta de la lansa la serpiente, al momento le inficionó todo el cuerpo, que mucho tambien puedan aquellos espiritus visuales hazer daño? Cierto esto es cosa averiguada por todos: y como dize Pineda ningun varon docto niega esta enfermedad: y lo que mas es, Eliano dize, que muchos animales conoscen el serles nocivo el mal de ojo, y se preparan poniendo en los nidos algunas yeruas, o hojas de arboles, que defiendan este peligroso daño: y esto hazen los Milanos, Torcazas, Cuervos, Tortolas, Harpas, y otros muchos, que refiere Plinio. Plutarcho tambien trata desto, y señala por remedio deste mal, mirar a vna ave llamada Chaladrio, que segun el dicho Plinio, es la que llaman Galgulo; pero el remedio mas aprobado, es la cabeça del Lobo. Antiguamente se solia poner a los niños colgado del cuello, el Priapo, y agora en lugar desto se pone là Higa: la razon dello trata Don Lorenso Ramirez del Prado enel comento de Marcial, y Valles en su Sacra Philosophia, la qual puedese mejor vocalmente explicar, que escreuir. Finalmente sobre todo lo dicho sirue en comprobacion la Autoridad: por que dexando a parte Algazel medico Arabe, y Avicena, lo tienen por cosa llana los Talmudistas en varias partes del Talmud: y ansi en vna parte dizen, que la simiente de Joseph tuvo este particular don celeste que no le ofendia este mal de ojo: y R. Johanan por esta causa afirmaua de si, que no temia deste daño. Dizen assi mismo, q de los 100. que mueren, los 99. es deste mal de ojo, y por esto donde Dios promete que quitara del pueblo Israelitico *Toda la enfermedad*, comentan, זה עין הרע *esta es, el ojo malo*: teniendo para si, que quitando este achaque, se quitaua la mayor ocasion de las enfermedades. Y porque la embidia suele ser mucha parte deste daño, por este respetto aconsejan, que no compre el hombre tierras junto a la ciudad, por evitar el ahojo continuo de los ciudadanos. Prohiben tambien al hombre hazer grande dilacion en campo ageno al tiempo que haze sus mojones, por que a caso no lo dañe con la vista. Dizen ansi mismo, que la bendicion no posa sino en cosa que se oculta a la vista, y avn por esto aconsejan, que el hombre que va a algun combite, no lleue consigo a sus hijos, por que no pose en ellos ojo malo. Finalmente los varones de la Synagoga

Pineda in agri. dial. 26. §. 2.
Elian. l. 1. hist. anim. cap. 36.
Plin. lib. 10. hist. nat. c. 34.
Plut. in sympos. q. 7.
Algazel. lib. 4. de anima c. 4.
Avicen. l. 6. nat. p. 4. c. 4. & lib. de anima.
Sota c. 7. Berachot. c. 3.
Mesiha cap. 7.
Ibid. cap. 6. Ibidem.

grande, entre las oraciones q̃ nos dexaron escritas, nos instituyeron vna en que pedimos. *Nos libre el Dio benedito de ojo malo.* Por todo lo qual se concluye manifiestamente, que este mal de ojo es cierto, y no como algunos piensan ser ridiculo.

15. In semen Josephi &c.] Quæ hic de privilegio posteritatis Josephi, adversus oculum malum docentur, bis quoque repetita deprehendes in Berachot : Semel scilicet fol. 20. a. & iterum fol. 55. b. Eadem habentur in Bava Mezia fol. 84. a. item in Bava Batra fol. 118. a.

16. Super oculum] Ergo Josephi Semen oculum malum superat, huic vero in illud, feralem vim exercere non conceditur.

17. Et multiplicentur ut pisces in medio terræ.] His verbis utitur Jacobus in benedictione qua Ephraimum & Menassen est prosequutus.

18. Nec oculus iis noxam infert] Quia undæ, pisces adversus oculos malos tutantur, hinc adeo fit, ut in tantam excrescant magnitudinem. Zenna Renna fol. 3. col. 1. *Es seyn Fisch, die sein viel hundert Meil gros, als vvie die* Gemara *ach geht in* פרק המוכר ארת הספינה *er sagt* Rabba *Sohn* Channa *das Meer hat ausgevvorffen ein grossen Fisch, da haben LX. Stätt gessen darvon, und LX. Stätt die haben sich eingesaltzen davon zu essen, und von einem Aug ist vvorden dreyhundert Maß Oel und Schmalz. Und da das Jahr herum vvar, kam ich vvieder daselbst hin, da man hat gesegt aus die Bein desselbigen Fisch grosse Balcken zu bauen in derselbigen Statt : Und noch mehr sagt derselbige* Rabba *Sohn* Channa, *mier kamen einmal mitten in dem* ים *da haben mier gesehen einen grosen Fisch, und sein Rucken vvar ihm drüber gangen über die Wasser und Sand vvar auf seinem Rucken. Mier gingen aus den Schif auf denselbigen Fisch, mier gedachten es vvar ein Berg und legten Feur drauf an zu kochen. Als nun das Feur gros vvar, und der Fisch fuhlt das Feur, da kehrt sich der Fisch herum, und vver das Schif nit nahent gevvesen bey den Fisch, mier vvern alle dertruncken.* Etsi fabulæ hæ, in vulgus notæ sunt, atque sic a nobis, quos res pridem dictas repetere indelectat, omitti debuissent, tamen earundem in vernacula ab ipsis Judæis facta narratio, digna nobis visa fuit, quæ adduceretur.

19. In tota Scriptura nomen בנימן scribitur omisso posteriore jod] Hoc nude acceptum, falsum est, & בנימין plene, scribitur sæpissime. Salvare tamen licet verba, si dicamus ser-

mus sermonem esse de iis locis, in quibus duodecim tribuum nomina simul exprimuntur.

20. Hic vero plene expressum &c.] Quo tandem ordine, quaque ratione nomina Duodecim Tribuum in Humerali, & Pectorali Pontificis, vere fuerint descripta, vix est, ut credam, a quoquam exacte posse definiri, nec satisfaciunt, quæcunque Magistri in præsentia disputarunt. Atque id adeo certum est, ut etiam ipsi Recentiores Judæi, hæc propemodum confutent, etsi interea loci, meliora, aut certiora, docere non queunt, sed difficultates difficultatibus cumulant. Quæ cum ita sint, nihilo minus diligentiam Autoris libri Schilte Haggibborim, qua in hoc argumento versatus est, laudare, atq; cum aliis communicare oportet. כתב הרמב״ם ז״ל ומפתח על האבנים שמות השבטי׳ כתולדותם ונמצא כתוב על האדום ראובן ועל ישפה בנימן וכותב בתחלה למעלה מראובן אברהם יצחק ויעקב וכותב למטה מבנימן שבטי יה כדי שיהיו כל האותיות מצויות שם: והנה באבני החשן שלא נאמר בם כתולדותם לא פירש הרב דעתו ביחוד כאשר פירש באבני האפוד ושם גם כן לא סדר שמות השבטים על סדר התולדה כי הקדים נפתלי לדן וגם לא כתב יהודה בראשונה על כתף ימין כדעת תנא קמא אלא במקומו כתב ראובן וכן לא פירש מה שכתב וכותב בתחלה למעלה מראובן אברהם יצחק ויעקב ולמטה מבנימן שבטי יה אם היו באבני החשן * או בזהבו ולכן אם רבינו ז״ל סתם דבריו ולא פסק לא כתנא קמא ולא כר׳ חנינא בן גמליאל ולא הודיע כתיבת אברהם יצחק ויעקב וכו׳ על איזה דבר היתה אם על האבן אם על הזהב גם אנחנו אם לא נעמוד על מה שכתבו בסוטה בפלוגתא דתנאי אין לתמוה הואיל שיש לנו להסמך על הקדוש יונתן בן עוזיאל ועל תרגום ירושלמי ועל מפרשי התורה שהאירו עינינו במאור תורתם:

* Credo legendum esse האפוד

Nunc deinceps ſequitur apud Autorem, integra fere præſens Gemaræ noſtræ Pericope, quam quia vanum eſſet repetere, quæ eam excipiunt, porro exprimimus. אמנם יונתן בן עוזיאל על טור הראשון מהחשן שם ראובן שמעון לוי על טור השני יהודה דן נפתלי על טור השלישי גד אשר יששכר ועל טור הרביעי זבולון יוסף בנימן אך התרגום ירושלמי שם בטור הראשון ראובן שמעון לוי בטור השני יהודה יששכר זבולון בטור השלישי דן נפתלי גד בטור הרביעי אשר יוסף בנימין הרי שפירוש כתולדותם של יונתן אינו כפירוש כתולדותם של ירושלמי כי כתולדותם של בן עוזיאל הוא כסדר לידתן ממש לאה בלהה זלפה לאה רחל וכתולדותם של ירושלמי הוא כסדר הבנים שהיו אל האמהות ללאה ששה לבלהה שנים לזלפה שנים: לרחל שנים ועם * כי זה הוא סדרו השבטים על אבני החשן שלא נאמר בם כתולדותם לי נראה שסדר יונתן ז״ל הוא נכון לאבני האפוד כי במשפט הזה יהיו על כל אבן חמשה ועשרים אותיות ובנימין שלם בדרב נחמן בר יצחק ויוסף בלי ה״א דלא כרבי יצחק מה שאין כן בסדר הירושלמי וסדר הירושלמי הוא טוב לאבני החשן כי הנה אם נאמר כאשר כתב רש״י ז״ל אודם לראובן פטדה לשמעון ובן כולם או כדבר בן עוזיאל לא יגיע לשם לדן ובספר שופטי * כתיב ויקראו ללשם דן כשם דן אביהם ושם רש״י ז״ל עצמו פירש ששמו של דן כתוב על לשם ועתה כדי לכתוב על כל אבן שש אותיות כמנין בנימין מלא והיו כתובות על אבני החשן בסדר הזה לפי דעת רבינו בחיי החזקוני * ז״ל היינו על אבן אודם ראובן א׳ על פטדה שמעון ב׳ על

* Exiſtimo legendum ואם eſſe

* Legendum יהושע

* Legendum וחזק ני׳

על ברקת לוי רהם על נפך יהודה י׳ על ספיר יששכר צ׳ על יהלום זבולן ח׳ על לשם דן ק׳ יעק על שבו נפתלי ב׳ על אחלמה גד שבטי על תרשיש אשר ישר על שהם יוסף ון על ישפה בנימין מלא וכל האותיות עולות למנין שבעים ושתים כנגד שבעים ושתים אותיות של שם המפורש הנתון בתוך החשן: Id est: *Autor est R. Moses Maimonides f. m. quia jussu Divino* (cujus mentio extat Ex. XXVIII.) *Nomina Tribuum Israëliticarum, secundum ordinem nativitatis ipsarum, gemmis* (quibus uterque humerus Pontificis ornabatur,) *insculpenda erant, Pyropo insculptum fuisse nomen Rubenis; Jaspidi, Benjaminis nomen: Additq; in principio Rubenis nomini suprascriptum fuisse,* ABRAHAMUS ISAACUS, ET JACOBUS, *Benjaminis vero nomini fuisse subditum:* TRIBUS DOMINI, *ut hac ratione, omnes Alphabeti literæ, ibidem deprehenderentur. At, quantum ad lapides Pectoralis attinet, penes quos nulla in nominum descriptione, generationum observandarum mentio injicitur, laudatus Magister, mentem suam pensiculate non aperuit, prout fecerat circa lapides Humeralis, quin, nec in his ipsis, nomina Tribuum, secundum natiutitatis ordinem recensuit, cum τὸν Naphthali, præmittat Dani. Porro, nec Judæ nomen primo loco in dextro humero expressit, contra opinionem Doctoris Talmudici, cujus sententia in Gemara Sota prima affertur, sed Rubenis nomen substituit. Deniq; quod asseruerat, in principio Rubenis nomini suprascriptum fuisse* ABRAHAMUS, ISAACUS, ET JACOBUS, *Benjaminis vero nomini, fuisse subditum,* TRIBUS DOMINI, *circa hæc, non aperit mentem, num ista ipsis lapidibus τῦ Ephod, an vero auro, cui inserti erant, fuerint insculpta. Proinde, si* (vitio non vertitur) *Maimonidi nostro, quod opinionem suam dissimulavit, quodq; tam primi Doctoris Talmudici in Sota, quam R. Chanina Gamalielidis ibidem, autoritatem deseruit, item quod non expressit, num gemmis an vero auro insculptum fuerit* ABRAHAMUS, ISAACUS, ET JACOBUS. &c. *Hanc ob causam, haud mirum cuiquam videri debet, si nec nos inhæremus iis quæ in Sota Doctores disputant. Magis enim est, ut fidem habeamus Sancto Jonathani Usielidi, & Autori Paraphraseos Hierosolymitanæ, aliisq; Scripturæ Interpretibus, qui divina sua luce oculos nostros illuminarunt.*

Cæterum, *Jonathan Usielides, vult ordini primo Gemmarum Pectoralis insculptum fuisse,* Ruben, Simeon, Levi. *Ordini secundo:*

 Jehuda,

Jehuda, Dan, Naphthali. *Ordini tertio :* Gad, Aſcher, Iſaſchar *Ordini quarto :* Sebulon, Joſeph, Benjamin. *At vero Targum Jeruſchalmi, in ordine primo locat nomina :* Ruben, Simeon, Levi. *In ſecundo :* Juda, Iſaſchar, Sebulon. *In tertio :* Dan, Naphthali, Gad. *In quarto :* Aſcher, Joſeph, Benjamin. *Ex his patet, aliter præceptum de obſervando ordine generationum, accepiſſe Jonathanem, aliter autorem Hieroſolymitanæ Paraphraſeos. Nam, ſecundum Jonathanem illa verba ſignificant nude, habendam eſſe partus rationem, qui ita ſe habet, ut primo* Lea, *deinde,* Bilha, *tum* Silpa, *dehinc rurſus* Lea, *deniq;* Rachel, *pepererint. At, Autor Hieroſolymitanæ Paraphraſeos ſic verba interpretatur, ut cuiq; matri ſuos liberos aſſignet : Nimirum Lea ſex : Bilha duos, Silpa duos & Racheli duos. Atq;, etſi uterq; recenſet nomina Tribuum, prout Pectorali,* [*in quo generationis ordinem obſervare nulla lex juſſit*] *inſcripta fuiſſe exiſtimavit, mihi tamen videtur, Jonathanis ſeriem convenire lapidibus Ephod, quippe hac ratione erunt in quoquo lapide literæ XXV. ſupponendo, nomen Benjaminis plene ſcriptum fuiſſe ex ſententia R. Nachmanis filii Iſaaci, rejiciendo vero opinionem R. Iſaaci, qui nomini Joſephi literam He inſertam eſſe arbitratur. Quæ literarum in utraq; gemma, numeralis paritas, non emergit, ex Paraphraſeos Hieroſolymitanæ ſerie. Atenim, hæc ad lapides Pectoralis quadrat, nam ſive R. Salomonis Jarchi, qui Pyropum Rubeni, Topazium Simeoni, & ſic deinceps, aſſignat, opinionem quis amplectatur, ſive Jonathanem Uſielidem audiendum eſſe exiſtimet, nunquam Dani obtinget Cyanus. Atqui, quando in libro Joſuæ* (cap. XIX, 47.) *legitur :* Vocaverunt Leſchemum Danem, de nomine Danis patris ſui : *Ipſe Raſchi annotat, nomen Danis,* (in Pectorali) *gemma* לשם *ſive Cyano, fuiſſe inſculptum. Verum enim vero, ſi cuiq; gemmæ inſcriptæ erant literæ ſex, ita ut in omnibus ſervaretur numerus literarum vocis* בנימין *quam plene ſcriptam fuiſſe contendimus, ex mente celeberrimorum Doctorum Bechai, & Chaskuni hæc nominum, hæc literarum, in ſingulis gemmis obtinebat expreſſio. Scilicet,*

Pyropo inſculptum erat ראובן cum litera א Topazio שמען cum litera ב Smaragdo לוי una cum literis רהם Chryſopraſo יהודה & litera י Sapphiro יששכר & addita litera צ Adamanti זבולן cum ח Cyano דן & inſuper יעק ק Achati נפתלי prætereaque ב Amethyſto גד cum voce שבטי Beryllo Thalaſſio

lassio

Iaſſio אשר & literæ ישר Sardio יוסף itemque ן Jaſpidi בנימין plene. *Atq; univerſa hæ literæ in numeris conficiunt LXXII. reſpectumq; habent ad totidem literas ſacratiſſimi Divini nominis, quod in Pectorali latebat.* Equidem, poſtremæ huic adumbrationi Pectoralis, haud multum tribuerim, & ſunt ſine dubio illa Senarii numeri, in quoquo lapide Supplementa, meræ nugæ, & affaniæ. Interim Joſephum adhuc audire juvat, qui, l. 3. Antiq. c. 8. eundem, niſi fallor, utrobiq; ordinem nominum, tam in Ephod, quam in Pectorali obſervatum, autor eſt. De lapidibus Ephod, ſic loquitur: Ἐγγέγραπται δὲ τούτοις τῶν Ἰακώβου παίδων τὰ ὀνόματα γράμμασιν ἐπιχωρίοις γλώσσῃ τῇ ἡμετέρᾳ, κατὰ ἓξ τῶν λίθων ἑκατέρωθεν· οἱ πρεσβύτεροι δ' εἰσὶ κατὰ ὦμον τὸν δεξιόν· Id eſt: *His inſculpta ſunt Jacobi filiorum nomina, literis vernaculis linguæ noſtratis, in utroq; lapide ſena, ita ut ſeniores dextrum humerum obtineant.* De Pectoralis gemmis ſubjungit: γράμματα δὲ ἐπιτέτμητο πᾶσι τῶν Ἰακώβου υἱῶν, οὓς καὶ φυλάρχους νομίζομεν, ἑκάστου τῶν λίθων ὀνόματι τετιμημένου κατὰ τάξιν, ἣν ἕκαστον αὐτῶν γενέσεως συμβέβηκεν· *His erant inſculpta filiorum Jacobi nomina, quos Tribuum autores habemus, ordine quo olim ſinguli nati fuerant.* Eſt hæc opinio ſimpliciſſima, cum qua, quia Jonathani Uzielidi convenire videtur, merito illam majoris, quam reliquas, facimus.

כ

אמר רב חנא בר ביזנא אמר רבי שמעון חסידא יוסף שקידש שם שמים בסתר זכה והוסיפו לו אות אחת משמו של הקדוש ברוך הוא יהודה שקדש שם שמים בפרהסיא זכה ונקרא כולו על שמו של הקדוש ברוך הוא יוסף מאי היא דכתיב ויהי כהיום הזה ויבא הבית לעשות מלאכתו אמר ר׳ יוחנן שניהם לדבר א

XX.

Refert R. Chana [1] Biſnæ filius, dixiſſe R. Simeonem Juſtum: Joſeph, [2] qui profeſſus eſt nomen Dei ſecreto, is promeruit, ut adderetur illi litera unica, e nomine Dei B. Judas vero, qui [3] profeſſus eſt nomen divinum publice, [4] meruit, [5] ut univerſo Dei nomine inſigniretur. De Joſepho unde id conſtat? Q. S. E. (Gen. XXXIX, 11.) *Evenit autem die quodam ejuſmodi, cum veniſſet domum, ad faciendum opus ſuum.* [6] R. Jochanan ait, [7] ambos ad peccatum (*committendum,*)

עבירה נתכוונו ויבא הביתה לעשות מלאכתו רב ושמואל חד אמר לעשות מלאכתו ממש נכנס וחד אמר לעשות צרכיו נכנס ואין איש מאנשי הבית שם איפשר בית גדול בביתו של אותו רשע ולא היה בו איש תנא דבי רבי ישמעאל אותו היום יום אידם היה והלכו כלם לבית עבודה זרה שלהם והיא אמרה חולה אני אמרה אין לה יום שיוסף נזקק לה כהיום הזה ותתפשהו בבגדו לאמר שכבה עמי תניא מלמד שעלו למטה שניהם ערומים באותה שעה באתה דיוקני של אביו ונראית לו בחלון אמר לו יוסף יוסף עתידין אחיך שיכתבו על אבני אפוד ואתה בניהם רצונך שימחה שמך מביניהם ותקרא רועה זונות שנאמר ורועה זונות יאבד הון מיד ותשב באיתן קשתו אר

dum,) animum intendisse. *Cum venisset domum, ad faciendum opus suum.* Raf, & Samuel, (*diversas fovent opiniones*:) Alter vult, simpliciter ad munus obeundum [8] ingressum: Alter opinatur, [9] ad necessitates (*urgentis naturæ*) peragendas, intrasse. *Et nemo ex domesticis, ibi intus.* Fierine potest, ut domus amplissima, qualis erat domus istius nequam, omni omnino domestico caruerit? Nempe, uti R. Ismaëlis Schola tradidit: Illa ipsa die Festum solemne celebratum, omnesque in fanum pseudo-Numinis sui se contulerant; Illa vero morbum simulabat, cogitans, [10] non diem alium sibi (*affulsurum*,) quo Josephus (*potius*) rem secum sit habiturus, quam eodem isto. *Et prehendit eum veste ejus, dicendo: Concumbe mecum.* [11] Secundum veterem Traditionem, docetur hisce, quod nudi, ambo torum conscenderint. Cæterum, hac ipsa hora [12] advenit imago Patris, conspiciendamque se illi præbens è fenestra, inclamavit: Josephe, Josephe! Erit cum fratres tui describentur in lapidibus Ephod, & tu inter ipsos: Num mavis ut deleatur nomen tuum

יוחנן משום רבי מאיר מלמד
ששבה קשתו לאיתנה ויפוזו
זרועי ידיו מלמד שנעץ צפרניו
בקרקע ויצאת שכבת זרעו מ
מבין צפרני ידיו מידי אביר
יעקב מי גרם לו שיכתב שמו
על גבי אפוד אלא אביר
יעקב משם רועה אבן ישראל
משם זכה יוסף ונקרא רועה
ישראל שנאמר רועה ישראל
האזינה נוהג כצאן יוסף תנא
ראוי היה יוסף לצאת ממנו
יב" שבטים כדרך שיצאו מיעקב
אביו שנאמר אלה תולדות
יעקב יוסף אלא שיצאת שכבת
זרעו מבין צפרניו ואף על פי
כן יצאו מבנימן אחיו וכולן
נקראו על שמו של יוסף שנא
שנאמר ובני בנימן בלע ובכר
ואשבל גרא ונעמן אחי וראש
מופים וחופים וארד בלע ש
שנבלע בין האומות בכר שנ
שהיה בכור לאמו אשבל שנ
ששבו אל גרא שגר באכס

tuum ex eo numero, vocerisq; Paſtor ſcortorum? prout S. E. (Prov. XXIX,3.) *Et paſtor ſcortorum, perdit* [13] *ſubſtantiam.* Continuo: (*uti habent verba* Gen. XLIX, 24.) *Et reverſus ad robur arcus ejus*: Id R. Jochanan nomine R. Meir exponit, [14] quod arcus ejus, ad ſolitum robur redierit. [15] *Et roborata ſunt brachia manuum ejus.* Docetur quod [16] ungues ſolo infixerit [17] quodq; promanarit ſemen, ex unguibus manuum. *E manibus robuſti Jacobi.* (*id eſt:*) Quis effecit, [18] ut deſcriberetur nomen ejus ſuper Ephod, niſi robuſtiſſimus Jacobus? *Inde eſt paſtor lapidis Iſraëlis.* (*id eſt:*) [19] Exinde meruit Joſephus appellari paſtor Iſraëlis. Veluti S. E. (Pſ. LXXX, 2.) [20] *O paſtor Iſraëlis auribus percipe, ducens tanquam gregem Joſephe.* Traditio extat, dignum fuiſſe Joſephum, ut ex eo prodirent XII. Tribus, quemadmodum prodierunt e Parente ejus Jacobo: Q. S. E. (Gen. XXXVII, 2.) [21] *Illæ ſunt generationes Jacobi, Joſeph.* At, quia promanavit ſemen ex unguibus, (*non hac felicitas ei obtigit.*) Verum, utut hæc ita ſe habeant, (*nihilo minus*) [22] e fratre Benjamine prodiverunt, omnesque

באכסניות ונעמן שנעים כ.ג
ביותר אחי וראש אחי וראשי
הוא מופים וחופים הוא לא
ראה בחופתי ואני לא ראיתי
בחופתו וארד איכא דאמרי
שירד לבין אומות העולם
ואיכא דאמרי שפניו דומין
לורד:

appellati, secundum nomen Josephi. Ceu S. E. (*cap. XLVI,21.*) *Et filii Benjaminis Bela, & Becher, & Aschbel, Gera, & Naaman, Achi, & Rosch, Muppim & Chuppim, & Ard.* (Videlicet) *Bela* (*dictus in memoriam, quod Josephus*) inter Gentes absorptus fuerat. *Becher*, quia primogenitus suæ matris erat. *Aschbel*, quia Deus illum captivum reddiderat. *Gera*, [23] quia degebat hospes. *Naaman*, quia admodum formosus fuit. *Achi & Rosch*: (*Quasi dicas*:) Frater meus, caputque meum is est. [24] *Muppim & Chuppim.* (*Quasi dicas:*) Ille non vidit Nuptias meas, nec ego Nuptiis illius interfui. *Et Ard.* [25] Sunt, qui (*hujus appellationis*) causam reddunt, quia inter Gentes descendit: Alii vero hanc afferunt, quia vultus ejus, similis erat Rosæ.

ANNOTATA.

1. Bisnæ filius] Talmudis Basileensis & Amstelod. editiones, voce בר privæ sunt, quam nos tamen judicamus necessariam.

2. Qui professus est nomen Dei secreto] Cum enim solus, a sola hera, ad libidinem solicitaretur, vicit ipse suos affectus, auresq; surdas habuit.

3. Professus est nomen divinum publice] Qualem professionem hic accipere conveniat explicatur in Excerpto XXII. quod sequitur.

4. Meruit] Satius est repetere hic vocem זכה etsi in Talmude secus fit.

5. Ut universo Dei nomine insigniretur] Universum enim nomen Dei ἀνεκφώνητον in nomine Jehuda continetur.

6. R. Jochanan] Post hoc nomen in Talmude inseritur מלמד & sequitur ש Sed, quia sic legere nulla compellit necessitas, nihil immutavi.

7. Am-

7. Ambos ad peccatum committendum &c.] Nam vox מלאכת qua Scriptura de Josepho loquens, usa deprehenditur, omnem rei Venereæ significationem non excludit.

8. Ingressum] נכנס æque his, ac sequentibus congruit, ideo illud verbum tueor, nequicquam reclamante Talmude.

9. Ad necessitates urgentis naturæ peragendas] Phrasis עשות צורכו communiter de ejectione supervacui in corpore ex ciborum retrimento oneris, accipitur, qui tamen sensus hòc loco non militat, neque enim Josephus, præsente & inspectante Domina, id facere sustinuisset, quod saturi solent. Ergo לעשות צרכיו hic capiendum de cupidine extinguendi æstus, quibus Josephus urebatur.

10. Non diem alium sibi affulsurum &c.] Nimirum, sic persuasa erat, Josephum ut profanaret, & insigni ignominia afficeret illam gentilibus sacram lucem, facili negotio ad concumbendum secum induci posse. Extreme olim semper Judæi aversati sunt Gentilium festos dies, atque deinde, eos, quos Christiani celebrant, pari habuerunt in odio. Et vero, operæ pretium est docere ex MS. nostro Codice Ez Hechajim, quomodo velint, ut festo aliquo Christianorum ingruente, sui homines res rationesque componere debeant. Nihil est illo libro præclarius, nullus qui sæpe allegetur dignior. ג׳ ימים לפני אידי הגוים בארץ ישראל אסור ללותם מהם ולהלותם [לפורען * ולהיפרע מהן] ופר״ת דווק׳ ליקח מהם וליפרע מהם אם לא מלוה על פה או חובות ואפילו בחותם ואפילו חובות שיודע שיבואו לו היטב מותר שהוא כמציל מידם ואסור למכור להם דבר המתקיים אבל דבר שאינו מתקיים עד יום אידם כירק ותבשיל מותר ׃ ואם הירה אידיהן ה׳ ימים או ו׳ הרי כיום אחד ואסור לשארת ולתרת להם ג׳ ימים לפניהם עבר ונשא ונתן באותן ג׳ ימים המשא והמתן מותר בהנאה אבל משא ומתן של יום האיד עצמו אסור בהנאה ׃ ונוצרים שיום אידם יום ראשון אסור לשאת ולתת עמהם בארץ ישראל יום ה׳

* Hæc omissa no supplenda judicavimus ex Misch. Avoda Sara c. 1. §. 1.

ה׳ ויום שבהם ו׳ שבכל שבת וכ״ש יום א׳ עצמו ובחוצה לארץ אין אסור לשאת ולתת רק ביום אידם בלבד פרשבם בשם ר״י דווקא נואל וקסת שהם כשם התלוי ואפי׳ אותן יש להתיר ואין כאן משום לפני עור ואפי׳ נודר תקרובת לגלח ממעות אילו מם אינו נותן כל כך שלא הידה הגלח מוצא ממקום אחר וכו׳ ועוד פר״ת שכל מקח וממכר שרי לגוים ביום אידם ולא אסרה במתני׳ רק ידי דתקרובתו שהרי איני בטוח שירוית מסחורה זו ׃ יום הקימורת מלכים שמקלסין לאלהיהם ומקריבין הוי כשאר אידיהן ברווקא לעובדים אותו יום אבל הגוים ששמחי ואוכלים ומשמרים המנהג מפני כבוד המלך ואין מודים בו מותר לשאת ולתת עמהם נוי שעשה איד לעצמו ומודה ומקלל לע״ז ביום לידתו או מיתת בנו או מגלחת זקנו ובלוריתו ביום יציאתו מן הים או מן תפיסה רק אותו היום ולאותו איש בלבד׃ Id est: *Triduum, ante festos dies τῶν ἔξω qui in Palæstina degunt, nefas est Judæis, quid mutuo ab illis accipere, aut iis quid mutuo dare: Quæ quis iis debet solvere, aut solutionem debiti ab iis admittere. Atq; R. Tam. arbitratur, tantum eo casu haud accipiendam esse debiti solutionem, cum non nudis verbis (τῶν ἔξω) fides habita fuit,* (sed Judæus creditor, pignus tenet, aut instrumentum literarum publicum. Secus est, cum solis verbis debitoris creditur, vel etiam,) *si maxime debitum chirographo & sigillo debitoris sit munitum. Nam his casibus, & adeo, cum quis etiam novit, debitum sibi certò deinde solutum iri, acceptare tamen pecuniam debitam, si offeratur, licet: Quippe,* (quam citra pignus, a τοῖς ἔξω pecuniam debitam quis accipit,) *videtur ab interitu & jactura vindicasse. Porro, nefas est,* (triduum ante festos dies,) *vendere τοῖς ἔξω res, ad sacram usq; illorum lucem perduraturas. Res vero quæ tam diu servari non possunt, uti olera, & edulia alia, iis vendere permittitur. Quodsi quod Festum τῶν ἔξω per dies quinq; aut sex continuos agitetur,* (universi illi dies, quoto tandem numero sint,) *pro uno reputantur, nec licet triduum ante, emtiones venditionesq; cum iis instituere. Si quis hæc præcepta violet, atq; intra triduum, cum τοῖς ἔξω negotietur,* (is delinquit quidem graviter,) *rerum*

verum tamen illarum quæ in permutationem venere, usus non prohibetur: at, quæ sacra τῶν ἔξω luce ipsissima, emta aut vendita sunt, iis rebus, aut earundem pretio, frui Judæis non licet. Cum Christianis, qui Solis diem sacrum habent, nefas est in Judæa, negotiari Jovis & Veneris, cujusq; hebdomadis, diebus; quod tanto magis, de ipso Solis die valere debet. Sed, extra Palæstinam, negotiatio cum Christianis, tantum festo ipsorum die est prohibita. Imo, ita censente R. Simeone F. M. qui in eo R. Isaaci autoritatem sequitur, capiendum interdictum, de solis Natalitiorum & Paschatis apud ipsos festis diebus. Ita tamen, ut etiam in his, quid indulgeri possit. Neq; metuendum, (violari hac ratione præceptum generale de non præbendo scandalo, cujus fundamentum est in illo Levit. XIX, 14.) Ante cœcum (ne ponito offendiculum:) *Si maxime* (Christianus) *dicat, se illa pecunia* (quam ex rebus venditis accepit,) *donum oblaturum Sacerdoti suo. Non enim tantum dabit, quantum Sacerdos non posset aliunde accipere. &c. Amplius progreditur R. Tam, asserendo, esse permissam cum τοῖς ἔξω negotiationem, etiam ipsis illorum festis diebus, non enim in Mischna* (capite I. Libri de Idololatria) *aliam ob causam ejus factam prohibitionem, quam ne fiat oblatio, at, non certum Judæo est, facturum τὸν ἔξω illis mercimoniis lucrum,* (& quidem tale, ut eapropter donum eucharisticum sit oblaturus suo Numini.) *Dies, quo a τοῖς ἔξω Rex constituitur, quippe quo celebrant Deum suum, & sacrificant, eodem loco, quo cætera Festa eorundem habendus, quantum quidem ad eos attinet, qui illum diem religiosis colunt cærimoniis* : (cumque horum aliquo, vetita est negotiatio.) *At, si qui solius consuetudinis causa, in honorem Regis lætantur, & genio indulgent, nec sacrorum sunt participes, cum his nundinari licet. Si quis τῶν ἔξω sibi ipsi diem festum constituat, laudans celebransq; Numen, die suo natali, aut cum justa funebria solvit filio, aut cum barbatoriam facit, vel antias tondet, aut cum liberationis e mari, vel e carcere* (aut alterius periculi, quod evasit,) *memoriam solemniter recolit, hac quidem sola die, & adeo cum solo illo, cui ea festiva est,* (emendi vendendique commercium habere non licet.)

II. Secundum veterem traditionem docetur hisce &c.] Universum istud comma תנא מלמד שעלו למטה שניהם פרומי׳ Talmudis Editiones haud agnoscunt, quod tamen abesse non debebat. Interea loci, nescio quæ dementia ceperit Magistros, ut tam nequiter Josephum hic calumniarentur. Etsi non omnia sunt ex vero, rectius tamen sine dubio in Joma fol. 35. b. legitur: בכל אמרו עליו על יוסף הצדיק בכל יום היתה אשה פוטיפר משדלתו בדברים בגדים שלבשה לו שחרי׳ לא לבשה לו ערבית בגדים שלבשה לו ערבית לא לבשה לו שחרית אמרה לו השמע לי אמר לה לא אמרה לו הריני חובשך בבית האסורין אמר

לה

לה יי׳ מתיר אסורים אמרה ליה הריני כופפת קומתך יי׳ זוקף כפופי׳ הריני מסמא עיניך יי׳ פוקח עורים נתנה לו אלף ככרי כסף ולא שמע עליה לשכב אצלה: Id est : *Fertur, piissimum Josephum, a Domina quoque die verborum illecebris solicitatum esse. Vestibus quibus ipsum mane induebat, non induebatur vesperi, & quibus vesperi usus fuerat, non ornabatur amplius perendie. Ajebat illi : Eja morem gerito mihi. Respondit ipse. Minime vero gentium. Tum Hera comminari : Compingam te in carcerem. At* (Josephus, ex Pl. CXLVI, 7.) *respondit* : Dominus solvit vinctos. (Instabat Hera : Ego flagris lorisque ad necem usque te operiens,) *incurvabo staturam tuam.* (Subjecit Josephus, quod est eodem loco v. 8.) Dominus erigit incurvatos. (Pergebat Hera:) *At ego eruam tibi oculos.* (Ad quæ Josephus, quod ibi præcedit:) Dominus videre facit cæcos. *Dehinc obtulit* (Hera Josepho,) *mille talenta argenti, sed,* ipse non acquiescebat ei, ut cubaret juxta eam.

12. Advenit imago Patris] Jalkut Rubeni, in voce ויבא הבית ex Sohar : ויבא הביתה לעשות מלאכתו ואין איש מאנשי הבית שם בבית האי קרא הכי מ״ל ואין איש בבית מהו מאנשי הבית אלא לא כלל דיוקנא דיעקב דחזי תמן ואשתכח תמן ובג״כ מאנשי בית אבל איש אחר חזי תמן Id est : (Legitur Gen. XXXIX, 11. de Josepho:) Et venit in domum, ut faceret opus suum, & non erat vir ex domesticis, in domo. *Hic vero quia dictum erat*, Non fuisse virum in domo : *Quid opus erat addere*, Ex Domesticis ? *Nimirum*, (domestici tantum,) *non vero omnes in universum viri, absuisse memorantur. Imago enim Jacobi ibi comparuit, ibiq; deprehensa est. Atq; hanc ob causam, neminem quidem domesticorum, at alium tamen isthic visum esse, significatur.* Illis, quæ hic de Josepho traduntur, simile legas in Sanhedrin c. 11.

אמר רב יהודה אמר רב בקשו עוד למנות אחד באתה דמות דיוקנו של אביו נשתטחה לפניהם ולא השגיחו עליה: Coccejus vertit : *Raf Jehuda verbis Raf : Conabantur insuper censere in classe pereuntium, quendam* (Salomonem,) *quum venit imago patris ejus, atq; prostravit se coram illis* (*viris magnæ synagogæ.*) *At illi non curare.* Cæterum, Verbum דיוקנו Græcæ originis, & ab εἰκὼν inflexum esse, nemo non animadvertit, eique in modo allato loco דמות otiose & supervacue additur. Idem fit in Joma fol. 69. a. כיון שראה את שמעון הצדיק ירד ממרכבתו והשתחוה לו אמרו לו מלך שכמותך משתחוה ליהודי זה אמר להם דמות דיוקנו של זה היא מנצחת לפני בבית מלחמתי: Id est : *Postquam* (Alexander Macedo) *vidit Simeonem Justum*, (Pontificem Summum,) *equo*

equo descendens, se coram eo prostravit. (Quod cum mirarentur, illi qui adstabant Duces,) *Anne, inquiebant, tanto Regi convenit prosternere sese coram isto Judæo? Respondit ipse: Hujus imago, pro me in expeditionibus præliatur.* Confer locum ex Bava Batra supra p. 292. allatum, ubi vox דמות non omnino frustra verbo דיוקני additur. Non minus tamen, uti in Gemara nostra, ita & alibi דיוקנו nude adhibetur: Chullin fol. 91. b. תנא עולים ומסתכלין בדיוקנו של מעלה ויורדים ומסתכלין בדיוקני של מטה: Id est: *Extat Traditio:* (Angelos per scalam) *ascendisse, & contemplatos esse imaginem supernam* (Jacobi, quæ in throno Gloriæ expressa;) *Itemq; descendisse, ut cum illa imaginem infernam conferrent.* Pro דיוקנו usurpant alioqui צלם Megilla fol. 28. a. אסור באדם להסתכל בצלם דמות אדם רשע: Id est: *Nefas est cuiquam, intueri imaginem, sive vultum hominis nequam.*

13. Perdit substantiam] Perdit nomen bonum, famamq;, quibus nihil carius, nihil pretiosius.

14. Quod arcus ejus, ad Solitum robur redierit.] Ægrè explicamus rem fœdam, quam ista circumscriptione obvolvunt Magistri; sed, id faciendum tamen, quia operam nostram bona fide iis locavimus. Imo vero juvat scire, quam inhoneste, homines sanctissimos, ipsasque Divinas Literas tractent Sacrilegi. Dicam interim rem paucissimis: Hoc volunt: Ad illam Parentis vocem, illico remitti cœpit tentigo Josephi. Cæterum, quia hoc de Viro enunciare indecorum videbatur, & ne verborum male ominatorum fascino ligaretur quasi etiamnum Josephus, ideo adhibitus modus loquendi contrarius, quasi nunquam æque ac tum, Josephus se virum esse senserit.

15. Et roborata sunt] Ut id, quod Judæi postulant, velit nolit ex isto dicto quodammodo elici videatur, tenendum, quod ait Raschi in Glossa: ויפוזו לשון ויפוצו שׂין וצדי מתחלפין זה בזה כמו צעקה וזעקה: Id est: *Verbum* ויפוזו (non sensu ordinario, quo *Consolidari* & *Roborari* significat, exponi debet,) *verum quasi scriptum esset* ויפוצו (*Spargendi, Dissipandi, Imprimendiq;* significatu.) *Sain enim & Zade* (tanquam unius organi literæ) *inter se permutari solent, unde tam* צעקה *quam* זעקה (pro *clamore* dicimus.)

16. Quodque promanarit semen ex unguibus] Et ista, & quæ hic præcedunt, habentur quoque in Pirke R. Eliesеris c. 39. ubi transtulit Vorstius: *Omni sapientia sua pellicebat Josephum uxor Potipharis. Cum autem vellet se assuefacere rei Venereæ, vidit effigiem patris sui, retrocessit atq; subegit libidinem suam. Tres subegerunt*

 concu-

concupiscentiam suam coram Creatore suo, Joseph, Bohaz, & Pelthi filius Lisch. Conveniebat autem, ut duodecim tribus suscitarentur a Josepho, atq; egressum est e verticibus digitorum ejus semen decem tribuum, juxta illud : Et roborata sunt brachia manuum ejus : *Et residui ibi relicti sunt Menasse & Ephraim.*

Gen. XLIX, 24.

17. Ungues solo infixerit] Fingitur infixisse Josephus digitos suos solo, iisque innixus esse, ut ex illo dolore mens nonnihil turbaretur, & restinguerentur libidinis æstus. Egregium vero adversus pravas cupiditates remedium, quo caput deorsum, pedes sursum collocare oportet, ritu gesticulantium!

18. Quodque promanarit semen ex unguibus manuum] Turpe quidem hoc dictum est, nihilo minus, aut minime capio quantum improbitatis contineat, aut, non satis causæ habuit tamen, ut verbis istis allatis, exclamaret Palantrotti in Farrag. Error. Talmud. p. 44. *Inhorridisco a spiegarlo.* Mirum, ni credidit ipse, id velle Rabbinos, Josephum μαλακιζόμενον virum sine fœmina factum esse: Quod si ita opinabatur, næ, insignem ipsis intulit injuriam.

19. Ut describeretur nomen ejus] Pro שיכתב si mavis, lege שיחקק *Ut insculperetur*, quam vocem Talmudis habent editiones.

20. Exinde meruit Josephus appellari pastor Israëlis] Omnino, adhuc amplius supple : Quin & id simul promeruit, ut in lapidibus quibus reliquarum tribuum nomina insculpta erant, suum etiam nomen locum reperiret.

21. O pastor Israëlis &c.] Usque eo torquenda Scripturæ verba sunt, quoad hic sensus emergat : O Josephe qui tuo merito vocaris pastor Israëlitarum, cum eos haud aliter ducas, quam pastores veri gregem ducere solent, admitte, quæsumus, sermones nostros.

22. Illæ sunt generationes Jacobi, Joseph.] Oportet, quis ingeniosum se præstet, si assequi velit, omnes istarum ineptiarum subtilitates. Mihi, nisi mens hebet, hoc videntur velle Magistri: Scriptura Gen. XXXVII, 2. ita sermonem orditur, quasi omnes filios Jacobi, enumerare nobis vellet. Id vero cum minime faciat, & solius tantum Josephi mentio subjiciatur, saltem istud ex ea verborum conceptione licebit prolicere, sic evenire debuisse, ut tot Josephus filios susciperet, quod susceperat pater Jacobus.

23. E fratre Benjamine prodiverunt] Supple: Illi scilicet decem liberi, quorum generatione, Josephus, digitos solo infigendo se privavit. Felicem vero Josephum, qui non ut ille Gigas, cujus 2. Sam. XXI, 20. mentio injicitur, senis digitis in quaque manu instructus fuit, nam sic omni omnino prole miser caruisset.

24. Degebat hospes] Supple: Procul a patria in terra peregrina.

25. Muppim] Nisi penitus fallor, hujus quidem nominis nulla ad Josephum fit applicatio, quæ enim sequuntur, tantum ad Chuppim attinere videntur. Ne igitur bonus iste Muppim se negligi queratur, quia dulce est, desipere in loco, subveniamus nos, dicamusque מופים שמוציא מפום חכמה ובינה או דברי חלומות Id est: *Muppim* (iste dictus est, quia hujus comparatione, Josephus), *ore suo multa sapienter prudenterq; enunciavit, aut, quia narrare solebat somnia sua.* Credo, paulo magis hæc quadrant, quam quod Tanchuma contendit מופים dictum, שהיה פיו כפי יעקב אביו בהלכות שקבל משם ועבר: Id est. *Quia Josephi os, paterno ori plane geminum erat in addiscendis præceptis a Semo & Ebere traditis.*

26. Sunt qui hujus &c.] Prius איכא דאמרי Talmudis Editiones non agnoscunt, quod expressisse melius erat.

כא

אמר רבי חייא בר אבא
אמר רבי יוחנן בשעה שאמר
פרעה ליוסף ובלעדיך לא
ירים איש את ידו ואת רגלו
אמרו לו אצטגניניו עבד של
שלקחו רבו בעשרים כסף ע
תמשילהו עלינו אמר להן גנ
נוני מלכות אני רואה בו א
אמרו אם כן יהי יודע בע לשון

XXI.

TRadente R. Chaja F. A. docuit R. Jochanan: Ea hora, qua Pharao ad Josephum dixerat (*verba, quæ habentur* Gen. XLI, 44.) *Et sine te, non attollet quisquam manum suam aut pedem suum*: Ajebant illi [1] Astrologi sui: Nunquid servum, quem emit herus viginti argenteis, nobis herum constitues? Respondit iis: [2] Proprietates Regias in eo video. Excipiunt illi: Si ita se res habet, [3] necesse est cal-

אמ'להן אי הכי למחר איבדקי׳
בליליא בא גבריאל ול׳
ולימדו ע׳ לשון לא הוה קא
גמיר הוסיף לו אות א׳ משמו
של הקדוש ברוך הוא ולמד
שנאמ׳ עדות ביהוסף שמו בא
בצאתו על ארץ מצרים שפת
לא ידעתי אשמע לצפרא כל
לישנא דאשתעי פרעה בהדיה
אהדר ליה איהו לסוף הוה
קא משתעי יוסף בלשון הקדש
ולא הוה פרעה ידע מאי הוה
קאמר אמר ליה מאי האי אמ
ליה לשון קדש אמר ליה אג
אגמרן אגמריה ולא הוה קא
גמיר אמר ליה אישתבע לי
דלא מגלית אשתבע ליה כי
קאמ׳ ליה יוסף אבי השביעני
לאמר אמר ליה זיל איתשיל
אשבועתך אמר ליה איתשיל
נמי אדידך ואף על גב דלא
ניחא לך אמר ליה עלה וקבור
את אביך כאשר השביעך:

est calleat LXX. linguas. [4] Subjicit (*Pharao:*) Quandoquidem (*tantum in ea re momentum*,) cras periculum faciam. Noctu venit Gabriel, & edocuit (*Josephum*) LXX. linguas; sed addiscere eas nequibat. Addidit igitur illi literam unicam, e nomine Dei B. & sic eas memoria complexus est. Q. S. E. (Psal. LXXXI,6.) *Testimonium in Jehoseph imposuit, cum processisset contra terram Ægypti, sermonem ignotum audiebam.* [6] Exorto mane, respondit is Pharaoni, omnibus linguis, quibus eum affabatur. Tandem (*cœpit*) Josephus Hebraice verba fundere, [7] ignorabatque Pharao quid diceret: Quare ad eum, quid istud inquit? [8] Cui Josephus: Esse linguam Sanctam? Ibi Pharao: Doceto me illam. Conatus est Josephus eandem ipsum edocere, sed non addidicit: Quare ait Pharao: Jusjurandum mihi deponito, te hoc non revelaturum: Juravitque (*Josephus.*) Hinc cum Josephus Pharaoni diceret (illud, quod est Gen. L,5.) *Pater meus adjuravit me dicendo.* Regereretque (*Pharao:*) Vade, & [9] remissionem pete, hujus jurisjurandi: Subjecit (*Josephus, eadem opera,*) etiam illius (*juris jurandi, quo tibi obstrictus sum,*) remissionem

ſionem petam, [10] vel te [11] invito. Ait igitur illi (*Pharao.*) *Aſcende & ſepeli patrem tuum, quemadmodum adjuravit te.*

ANNOTATA.

1. Aſtrologi] אצטגנינין corrupto vocabulo, ſecundum R. Salomonem, notantur חוזים בכוכבים ויודעין בחכמת המזלות *Qui ſtellas ſpeculantur, & ſcientia ſiderum præditi ſunt.*

2. Proprietates Regias in eo video] Eæ ſunt, Sapientia, totius corporis decus, & animi fortitudo.

3. Neceſſe eſt calleat LXX. linguas] Sic tradunt vulgo Judæi, neminem vetuſtiſſimis Reipub. Ægyptiacæ temporibus, ad clavum ejus ſedere, regiamque poteſtatem adminiſtrare potuiſſe, niſi qui Linguas LXX. fuerat edoctus. Locum in hanc rem elegantem, ex Libro Hiſtorico, De rebus a Moſe præteritis, (quo nos quidem deſtituimur,) huc tranſcribimus ex Ampliſſimi Viri, Gilberti Gaulmynii Notis ad libellum de Vita Moſis p. 312. juxta cum ea, quam ſubjecit verſione. ויהי מהפטם כל איש אשר יבין לדבר בכל שבעים הלשונות ועלה שבעים מעלות ועלה עולה ודבר עם גנתו * לפני המלך וכל איש אשר לא ישלים ועלת על המעלות כמספר אשר ידע ויבין לדבר ומשפט מצרי היה בימים ההם אשר לא ימליך עליהם איש כי אם איש אשר ידע לדבר בשבעים לשון: *Quicunq; ſeptuaginta linguas edoctus erat, totidem ille Regii throni gradus aſcendebat, ita ut Regi proximus ſtaret, cum eoq; verba faceret, qui earum imperitus erat, pro illarum quas ſciebat numero, totidem aſcendebat gradus. Eum vero qui omnes ſeptuaginta non calleret, Regem eſſe non poſſe, cautum fuit.* Quod, de Ægypti Regibus, idem & de Synedrii ſui Senatoribus, Judæi fabulantur, nam etiam hunc honorem nemini collatum fuiſſe contendunt, niſi qui LXX. ſive omnium totius Orbis Nationum linguis, uteretur familiariter. Menachot. fol. 65. a. אין מושיבין בסנהדרין אלא בעלי חכמה בעלי מראה בעלי קומה בעלי זקנה בעלי כשפים ויודעים ע׳ לשון שלא תהא סנהדרין שומעין מפי התורגמן: Id eſt: *Non legebantur in Synedrium, niſi viri ſapientiſſimi, formoſi, proceri, graves ætate, periti artis Magicæ, & deniq; edocti Linguas LXX. ne videlicet Synedrio interprete opus eſſet,* (ſed, ut quemque ſua lingua audire, eademque jus illi dicere poſſent.) Unde in Megilla fol. 13. b. מרדכי מיושבי לשכת הגזית היה והיה יודע בשבעים לשון: Id eſt: *Mardochæus*

*Suſpecta mihi vox eſt, & an legendum גשתו

dochaus, unus ex Synedrii Senatoribus fuit, callebatq; linguas septuaginta. Nec minus, & alii inter Judæos, ævi sequioris tanta linguarum cognitione adhuc prædici fuisse memorantur. Schalsch. Hak. p. 28. b. רבי עקיבא היה חתנו של כלבא שבוע ואשתו היתה סבת חכמתו כנראה בכתובות פ״ה שהעמידו במדרש י״ב שנים ואחר כך י״ב שנים אחרים והיה יודע ע׳ לשונות כנראה ברש״י פרק ק׳ דסנהדרין: Id est: *R. Akiba gener fuit Calba Schvua, ejusq; uxor causa extitit illius qua pollebat ipse sapientiæ, ceu constat ex Cetubot c. 5. quippe potestatem ei dedit, commorandi in Academia annos duodecim, itemq; alios totidem. Tenebat ipse linguas septuaginta, quod, ad caput primum Sanhedrin Raschi prodidit.* Mox in eodem libro p. 29. a. similis linguarum peritia de R. Chanina Tardionis filio prædicatur.

4. Subjicit Pharao : Quandoquidem &c.] Non possum probare in Talmudis, Basileensi & Amstelodamensi, editionibus, totum illud אמר להן אי הכי למחר איברקיה בליליא deesse.

5. Testimonium in Jehoseph &c.] In hoc Scripturæ loco, additur nomini Josephi litera ה & simul traditur, audivisse eum sermones pridem ignotos. Quis igitur vitio vertat Magistris, si ex iis verbis colligunt, illam literæ adjectionem veram causam fuisse, ut Moses πολυγλώττατος evaderet?

6. Exorto mane] Idem quod לצפרא etiam למחר significat, quam vocem Talmud agnoscit.

7. Ignorabatque Pharao quid diceret] Sacræ enim Hebræorum linguæ, homines gentiles ignarissimi erant, quippe cum in Babylonicæ turris excidio, linguarum fieret divisio, septuaginta populos, diversarum omnes linguarum, totidem præsidibus Angelis Deus commisit, at Israëlem, cum sua lingua, sibi retinuit.

8. Cui Josephus, esse Linguam Sanctam &c.] Bene se habent Codices En Jacob, sed Talmudis pessime, sunt, enim manci, leguntque : לא היה קידע מאי הוה אמר א״ל אגמריה אגמרי׳ ולא גמר

9 Remissionem pete hujus jurisjurandi]. Sic persuasi sunt Judæi, eam Sapientibus, imo & plebejis hominibus concessam esse facultatem, ut cui, qui jurisjurandi a se facti, capitur pœnitentia, illud condonare possint, ac remittere. Agit de ea re Maimonides prolixe, in Hilchot Schevuoth c. 6. atque, quia quæ notetur digna est, nos omnem illius rationem docebimus, prout in Codice nostro MS. Ez Hechajim

chajim eorundem Hilchot c. 3. eleganter juxta ac breviter proponitur.

הנשבע שבועת בטוי וראה שיצטער אם יקיימנה או נולד לו דבר שנחם בגללו נשאל לחכם ואם אין חכם לג׳ הדיוטות ואפילו קרובים ואומר נשבעתי על כך וכך ונחמתי ואלו הייתי יודע שאירע לי כך וכך או שאני מצטער בדבר זה כך ואלו היתה דעתי בעת השבועה כמו עתה לא הייתי נשבע והחכם או גדול מג׳ אומר וכבר נחמת והוא אומר הן חוזר ואומר שרוי לך או מותר לך או מחול לך וכיוצא כזה ענין בכל לשון אבל אמר מופר לך או נעקרה שבועתך לש״ התר ומחילה ופרש״בם הטעם כי הפירה בלא שום טעם כגון בריתי הפר אבל בלשון היתר צריך טעם ומתירין אף בלילה ומעומד ונשאלין אף בשבת לצורך השבת כגון שנשבע שלא יאכל ביום שבת ואפי׳ נפנה להתיר שבועתו מבעוד יום וכן פוסק רב נחמן פ׳ נערה ואחר שהותר שבועתו מותר לעשות ולבטל שבועתו והיתר שבועת מקבלת משה רבינו שנ׳ לא יחל דברו׳ אבל אם ניחם חכם מותר לו אין רשאי להתיר נדרי׳ ושבועות לעצמו ולא להתיר במקום רבו רק מדעת רבו ולא במקום שיש גדול ממנו בחכמה הנשבע יבא בעצמו להתיר ואפי׳ אשה ולא עושה שליח והבעל נעשה שליח לחרטת אשתו ומתירין לה ובלבד שיהיו השלשה מקובצי׳ אבל לא יקבצם להתיר לה לכתחלה: Id est: *Si quis futile jusjurandum fecit, atq; animadvertit, dolori sibi futurum, si illud impleat, aut si aliud quid accidit, propter quod pœnitentia ducitur, is adeat Sapientem, aut, si hujus nulla copia sit, tres plebejos, nec refert, si maxime ejus sint Cognati, dicatq;* : Juravi hujus ac istius rei gratia, (ejusque jurisjurandi) me pœnitet. Quod si scivissem hæc, quæ in-

terim acciderunt, eventura, aut tanto dolori id mihi futurum, aut, si tam præsens tum mihi fuisset animus, ac nunc est, nunquam istud jusjurandum fecissem. *Tum Sapiens ille, aut qui e tribus est pracipuus, percontari debet :* Serione te jurisjurandi tui pœnitet ? *Alterq; subjicere :* Omnino. *Hic vero Sapiens, aut triumvir, enunciat:* Solutum tibi esto: Condonatum tibi esto: Remissum tibi esto, *aut quid his simile, lingua quacunq;. Sed, si quis dicat:* Irritum esto : Aut Jusjurandum tuum exstirpator, *non hac solutionem, remissionemq; jurisjurandi inferunt. Rei rationem R. Simeon F. M. hanc allegat, quod, irritum quid reddi potest, citra caussam,* (quomodo vox הפר adhibetur in illo Deut. XXXI,20.) Irritum reddidit fœdus meum. *At,* (Condonationem, Solutionem, Remissionemque) *alicujus rei, necesse est semper causa quadam pracedat. Caterum, institui potest Jurisjurandi solutio, etiam noctu, & a stantibus,* (nec enim quædam judicii forma peragitur, ut sessione opus sit.) *Licet quoq; Sabbato petere remissionem jurisjurandi, concepti ob res, qua ad Sabbati necessitates attinent : Uti cum quis juravit, se nihil Sabbato comesturum : etiamsi maxime pridie Sabbati non defuisset commoditas, petendi jurisjurandi absolutionem : qua ita definivit R. Nachman in cap. X. Nedarim. Post factam jurisjurandi remissionem, fas est contraria illi agere. Hac vero potestas condonandi jusjurandum sola traditione inde a Mose ad nos est derivata :* (Nec obstat eidem locus Num. XXX, 3. ubi de eo qui jusjurandum fecit, dicitur:) Ne profanato verbum suum. *Nam, hac tacite videntur innuere, quod si quem jurisjurandi capiat pœnitentia, a Sapiente illud posse condonari. Nemini seipsum Voto, aut jurejurando solvere licet, atq; in loco ubi prasens Praceptor aut Sapiens est, hos adire oportet. Qui jusjurandum fecit, ipse convenire soluturum debet, etiamsi sit Mulier, nec enim alium hujus rei causa ablegare permittitur. Maritus tamen, uxoris nomine jurisjurandi solutionem petere potest, eademq; illi conceditur, modo illi tres sua sponte, non vero ita exigente marito, congregati fuisse deprehendantur.* Ista omnia etiamnum Judæi observant, unde R. Leon Modena lib. de Riti Hebr. parte 2. c. 4. *Sono vietati gli giuramenti in vano, ed anco il nominar il nome qualsi sia di molti che sono nomi Diuini, senza occasione, come nel Decalogo, nell' Essodo cap. 20. e nel Deuteronomio 5. e molto più falsamente, ed in bugia, come nel Leuitico*

uitito 19. Non perjurabis in nomine meo. *Non sono lodati ne anco i Voti ; ma fatti deuono esser osseruati. Imperò il marito può dispensar, o romper, ben ch' ella non volesse, i voti che faccia la moglie, di qual si voglia astinenza ; ma in termine di 24. hore doppo, che l' hà vdito. Ed il padre, quelli della figliuola donzella, come ne' Num. c. 20. a lungo si legge. Per traditione hanno però, che quando vn huomo, o donna, hauerà fatta vn voto, o giuramento, come che sia, non essendo in pregiuditio, del terzo, e ne sia con buona scusa pentito, che possa vn Rabino d' autorità, o vero trè altri huomini, ancor che non titolati, scioglierlo, e dispensarlo. Per tanto quello che vuole esserne dispensato, và da quello, o quelli, ed essi vdito la cagione del suo pentimento, parendole cosa douuta, gli dicono tre volte,* Ti sia sciolto, *&c. e riman libero.* Enim vero, satis mirari non possum, in iis quæ supra ex MS. nostro attulimus, diserte asseri, non esse probam validamque solvendi jusjurandum formulam, si quis dicat מופר לך idemque, loco quem indicavimus, apud Maimonidem quoque legi, cujus nostri Codicis Autor, plerunque agit Epitomatorem. Nam, aut fallunt me omnia, aut veteribus Talmudistis, nulla verborum conceptio æque efficax, potensque ad resacrandam jurisjurandi religionem visa est, ac hæc ipsa, adeo quidem ut etiam apud Deum vim habere, & quæ ipse de affligendis Judæis juraverat, rescindere eam posse, fuerint persuasi. Sic enim est in Bava Batra fol 74. a. אמר רבה בר בר חנה אמר לי ההוא טייעא תא אחוי לך טורא דסיני אזלי וחזאי דהדרן ליה עקרבי וקיימן כי חמרי חיוורתי שמעתי ברת קול שאומרת אוי לי שנשבעתי ועכשיו שנשבעתי מי מפר לי כי אתאי לקמייהו דרבנן אמרו לן כל אבא חמרא וכל בר בר חנה סיכסא הוה לך לומר מופר לך והוא סבור דילמא שבועתא דמבול הוא ורבנן אם כן אוי לי למה לי :

Id est : *Narrabat nobis Rabba, Nepos Channæ, sequentia : Dixit mihi aliquando negotiator quidam Arabs, veni, ostendam tibi montem Sinai. Cum igitur ivissem, vidi eum plane cinctum Scorpionibus, qui ibi stabant, quasi quidam candicantes asini. Cæterum, audita mihi Filia vocis est, ejulans :* VÆ MIHI QUOD JURAVI! ATQUE NUNC POSTQUAM JURAVI ECQUIS ME SOLVET MEO JUREIURANDO? *Cum postea venissem ad Rabbinos* (quæ videram, quæque audiveram referens,) *dixere mihi : Omnes Abba Asini, omnesq; Channæ nepotes stulti sunt. Dicendum tibi erat* מופר לך IRRITUM ESTO (Jusjurandum, atque sic Numen eodem solvisses. At, non tam demens erat Rabba Channæ Nepos, ut nesciret, hanc sibi concessam facultatem, quod igitur minus ea usus, illius rei causa est,) *quia existimabat, fortasse jusjurandum cujus Deum pœnitet, est illud, quod*

*fecit, de Diluvio (*non amplius orbi inducendo, hoc igitur si eum solvam, jam orbi universo parata est vastitas. Et vero, cum non inepta sit ista excusatio, quare tantopere vapulavit a Rabbinis? Scilicet, ipsi, nihilo minus suam prodidisse Rabbam ajunt stultitiam.*) Nimirum, si jusjurandum, quod ad Diluvium attinet, Numini in mente fuisset, quorsum spectaret istud* VÆ MIHI? (neque enim, ex illa re dolorem capit. Quin potius ista affectus expressio, omnino docet, de jurejurando quod adversus Judæos ediderat, Numen questum esse, nam horum malis, si ita loqui fas est, non potest non affici.) Difficultas, quam Maimonidi, ejusq; Epitomatori movemus, non videtur contemnenda, etsi ipsum quod narratur negotium, ineptum est, ac cum cæteris Judaicis gerris fabulisque explodi debet. Atque sane, deprehendo jam id factum esse, a Petro Pichi Trevirensi, in libello de Stultis Hebræor. Doctr. cujus verba adscribam. *Nel Talmud, trattato Bauà bathrà cap. hammocher eth hassephinà, scriuono, che passado vn' Rabbino per il monte Sion, vdì vna voce, che diceua. Guai à me, c'ho giurato: e chi mi assoluerà dal giuramento? Tornò il Rabbino a casa, ed entrato poi nell' Academia, doue erano gli altri Rabbini a disputare, narrò loro quel che vdito haueua. I Rabbini lo ripresero, dicendo, che quando lui vdì simil voce, doueua rispondere e dire: Signore, da questo giuramento v' assoluo io. Rispose il Rabbino: Jo l' hauerei assoluto, mà dubitaua che Dio intendesse di quel giuramento che fece a Noè, quando gli promise di non mandar più il diluvio sopra la terra. Dal qual giuramento non l' hauerebbe mai assoluto, accioche non hauesse vn' altra volta à inondare il mondo. Il Glossatore di questo testo Talmudico, ch' è Rabbi Salomone, dice, che il giuramento, che Dio haueua fatto, dal quale desideraua essere sciolto, era di mandar gli Ebrei in cattiuità: e perche nella loro cattiuità ci ha parte Dio istesso, il quale dicono patire l' istessa cattiuità; e Rabbi Salomone per prouar questo, adduce le parole del Profeta Isaia, che dice di Dio:* In ogni loro tribulatione egli è tribolato: *Secondo ch' essi espongono, E per questo voleua esser libero del giuramento. Consideri ogn' vno, se maggior cecità di questa si può trouare al mondo: poiche questo che dicono, contiene più errori che parole. Errore grande è il dire, che Dio hauendo giurato, si pentisse del giuramento fatto, come se hauesse giurato di fare vna cosa a lui malageuole, o impossibile. Secondariamente è pazzia il dire che cercasse essere assoluto dal giuramento, da vn' huomo, quasi egli fosse impotente da se solo ad vscir da quel legame, ouero che vn' huomo potesse più di lui; ch' è pazzia pure il pensarlo. Hor come son tanto ciechi a pensare di potere assoluere l' istesso Dio quelli e quali non possono, e non sanno sciorre se medesimi da i lacci e catene, con le quali sono tenuti incatenati dal demonio infernale? E v' è anche maggiore schiocchezza ed impietà, ch' è il credere che Dio venga a patire il male, che patono gli Ebrei*

Ebrei stando in essilio : che per non patire, vogliono che Dio desiderasse essere sciolto dal giuramento, ed ecco che fanno Dio passibile ; ch' é gran bestemmia. De reliquo, vix est, ut cordatioribus probari queat, illa Judæorum in solvendo jurejurando temeraria levitas. Cujus rei, quia in Scripturis fundamentum nullum se habere, ipsimet agnoscunt, solaq; incerta traditione nituntur, næ paulo cautius hic agere debebant, & vel non jurare, vel sicubi jurarunt, sacramenti religionem, sartam servare tectamque. Veteribus inter eos, nihil penitus de ista traditione innotuisse, credo fatebuntur omnes qui cap. XIV. libri Judicum, & lib. 1. Sam. cap. XIV. sedulo inspicient. Bechai Comment. in Pentat. fol. 90. col. 2. graviter, & ceu virum bonum decet : בין שתהיה השבועה בנקיטת חפץ בין שתהיה בלא נקיטת חפץ הרי הוא ככופר בתורה או כמי שנתנה כיון שבטל דבריו ועבר על שבועתו וכן כתב ר"א ז"ל העובר על השבועה כאלו מכחיש וכופר בשם יתברך כי כוונת השבועה כאשר השם אמת כן יהיה דברי אמת ואם לא יקיים דברו הרי זה כמכחיש את השם יתברך ומנהג אנשי מצרים עוד היום אם ישבע בחיי המלך ולא יקיים דברו כי בן מות הוא ואלו נתן כופר משקלו זהב לא יחיה שהרי הוא בוזה את המלך בפרהסיא אם כן למלך בשר ודם שתחלתו ומלכותו הבל ואחריתו הבל על אחת כמה וכמה אלף אלפים פעמים חייב אדם לתשמר בשבועתו לשם יתברך׃ Id est : *Sive Jurisjurandi præstiti impletio, molestia quem afficiat, sive molestia omni careat, tamen Legem Divinam, aut ejus Autorem abnegare videtur, qui fidem juratam frangit, & jurisjurandi religionem violat. Atq; sic quoq; scripsit R. Abraham f. m. Quisquis pejerat, is quasi Deum mendacem facit, eumq; inficiatur. Quippe Jurisjurandi ea significatio est,* (quod jurans profitetur:) *Quemadmodum Deus, ipsa est veritas, sic & verba mea vera sunt. Quod si igitur, verba non impleat, ecce, Deum quodammodo efficit mendacem. Apud Ægyptios in hunc usq; diem ea consuetudo est, ut si quis* Per vitam Regis *juret, nec jusjurandum servet, pejerans ultimo supplicio afficiatur, nec vitam redimere possit, si maximè, tantum, quantum ipse æquat, auri pondus offerat, quippe quod Regem propalam contemsisse judicatur. Quæ, si cum terreno Rege obtinent, cujus initium, vanitas mera, cujus imperium vanitas, cujusq; finis nil nisi vanitas, quanto millenis vicibus millies magis tenetur homo servare jusjurandum, cui Dei religio intercessit?*

10. Vel] אף על גב Frequenter a Rabbinis usurpatur, dicuntque pro eo etiam אף על פי quæ exponuntur, per *Quamvis, Etiamsi, Utut*, aut aliam rationem similem, prout contextus ratio efflagitat.

gitat. Quia אף על פי ad verbum cæteroquin interpretari liceret, *Nasus super os*, אף על גב verò, *Nasus super tergo* : ideo Studiosi Judæorum, qui Gemaræ doctrina initiantur, vulgo per jocum, & quasi *αἰνιγματωδῶς* sermone frequentant : אף על פי ראיתי ואף על גב לא ראיתי ואם ראיתי על אווז ראיתי: Id est : *Nasum super os, vidi* (sæpissimè, isque communis omnium animantium habitus, ac forma est.) *At, nasum super tergo non* (facile) *vidi* : *Si tamen tale quid vidi, id in Anate vidi*, (sic enim solet illud animalis genus subinde caput retroversus tergo imponere.)

11. Te invito] ניחא לך non muto, etsi in Talmudis Codicibus est ניחא ליה

כב

יהודה מאי היא דתניא היה רבי מאיר אומר בשע שהיו ישראל עומדים על שפת הים היו שבטים מנצחין זה עם זה זה אומר אני יורד תחלה לים וזה אומר אני יורד תחלה לים קפץ שבטו של בנימן וירד תחל לים שנאמר שם בנימן צעיר רודם אל תקרי רודם אלא רד ים והיו שרי יהודה רוגמין אותם שנ' שנאמר שרי יהודה רגמתם שרי זבולן שרי נפתלי : לפיכך זכה בנימן הצדיק ונעשה או אושפיזכן לגבורה שנאמר ובין כתיפיו שכן אמר לו רבי …

XXII.

DE Juda unde constat, (*eum professum esse nomen divinum publice?*) Scilicet traditur, R. Meir dixisse : [1] Sub illud tempus quo Judæi in littore maris erant constituti, altercabantur inter sese Tribus. Ista ajebat: Ego prima in mare descendam: Alia, se primam descensurã asseverabat: (*Quibus inter sese contendentibus*,) [2] prosiliit repente tribus Benjamin, primaque mare ingressa est: Q. S. (Ps. LXIIX, 28.) *Illic Benjamin parvus & dominator eorum.* Non legendum רוֹדֵם (id est : *dominator eorum*,) Sed : רֵד יָם : (id est : *descendens in mare.*) Principes vero Judæ, petebant eos lapidibus. Q. S. E. (l. c.) *Principes Juda lapidationem eorum moliebantur, principes Sebulonis, principes Naphthali.* Idcirco meru-

יהודה לא כך היה מעשה אלא זה אומר אין אני יורד תחלה לים וזה אומר אין אני יורד תחלה לים קפץ נחשון בן עמינדב וירד לים תחלה שנאמר סבבוני בכחש אפרים ובמרמה בית ישראל ויהודה עוד רד עם אל ועם קדושים נאמן ועליו מפורש בקבלה הושיעני אלהים כי באו מים עד נפש: טבעתי ביון מצולה ואין מעמד באתי במעמקי מים ושבלת שטפתני: אל תשטפני שבולת מים ואל תבלעני מצולה ואל תאטר עלי באר פיה באותה שעה היה משה מאריך בתפלה אמ לו ידידי טובעין בים ואתה מאריך בתפלה: אמר לפניו רבש"ע מה יש לי לעשות אמר ליה דבר אל בני ישראל ויסעו ואתה הרם את מטך ונטה את ידך על הים ובקעהו וגומר לפיכך זכה יהודה

meruit probissimus Benjamin, hospitio recipere Deum Omnipotentem. Q.S.E. (Deut. XXXIII, 12.) *Et inter humeros ejus habitat.* (*Enim vero,*) R. Judas ajebat illi: Non ita (*uti narrasti,*) res gesta est: Sed, una Tribus dicebat, se minime primam mare ingressuram, idem & alia protestabatur: igitur Nahasson Aminadabi filius prodiit, primusque in mare descendit. Q.S.E. (Hos. XII, 1.) *Circumdederunt me mendacio Ephraimitæ, & dolo domus Israëlis; & Judas amplius descendit cum Deo, & cum sanctis fidelis erat.* Atque de hoc capiendum illud Scripturæ: (Ps. LXIX. 2, 3, 16.) *Serva me Deus, quia pervenerunt aquæ usq; ad animam. Demergor in cœnum profundissimum, ubi non est consistendi locus: Ingredior profunditates aquarum, & fluentum inundans abripit me. Ne inundans abripiat me fluentum aquarum, neq; absorbeat me profundum: & ne præcludat mihi puteus os suum.* Illo tempore Moses instabat orando; ait ergo ad eum (*Deus:*) Charissimi mei natant in mari, & tu prolixe precaris? Subjicit is: Arbiter hujus Universi, quid igitur faciendum mihi? Respondit: (prout est Ex. XIV,

לעשות ממשלה בישראל
שנאמר היתה יהודה לקדשו
ישראל ממשלותיו מה טעם
היתה יהודה לקדשו ישראל
ממשלותיו משום דהים ראה
וינס:

XIV, 15. 16.) *Alloquere filios Iſraël, ut proficiſcantur. Tu autem attolle baculum tuum, & extenſa manu tua, verſus mare finde illud:* &c. Hoc ipſo meruit Judas, Princeps Judæorum conſtitui. Q.S.E. (Pſ. CXIV, 2.) *Fuit Judas ſanctitas illius, Iſraël dominium illius.* Quæ cauſa quod *fuit Judas ſanctitas illius, Iſraël dominium illius?* Quia, *mare vidit, & fugit.*

ANNOTATA.

1. Sub illud tempus quo Judæi &c.] Pro illa, quam nos, ex Codicibus En Jacob expreſſimus lectione, in Talmude eſt: כשעמדו ישראל על הים היו שבטים מנצחים זה עם זה: exiguo verborum, nullo rei diſcrimine.

2. Proſiliit repente tribus Benjamin &c.] Audiamus, quomodo hæc longe aliter, & modo prorſus contrario, referat R. Elieſer, in Pirke c. 42. verbis Vorſtii; ſi modo is in ſingulorum interpretatione, ſolicite operam locavit: quod quidem ob Hebræi Codicis defectum, nec affirmare poſſumus, nec negare. *R. Akiba inquit: Proceſſerunt Ægyptii perveniendo ad mare algoſum: Voluit autem tribus Benjamin ingredi, ſic dicitur:* Ibi Benjamin parvus in illos dominabatur. *Incepit tribus Juda deſcendere, ſed lapidibus eam impetierunt, juxta illud:*
Pſ. LXIIX, 23. Principes Judæ lapidaſtis. *Occluſit autem prius (fontem) chalibaum ad mare, atq; ſanctificavit nomen ſuum magnum coram omnium oculis. Poſtquam vero ſuperior evaſit manus filiorum Judæ, poſt illos ingreſſi ſunt omnes Iſraëlitæ in mare, ſicuti dicitur:* Juda factus eſt in ſanctitatem ejus, & Iſraël dominia illius.

3. Hoſpitio recipere Deum omnipotentem] Apud Benjaminem etſi ob aliam, quam quæ hic allegatur cauſam, hoſpitatam eſſe Divinitatem, traditur quoque in Sevachim fol. 54. a. item in Megilla fol. 26. a. ſic tamen, ut hoc poſteriore loco, tota deinde res in ambiguo relinquatur, & quod modo dictum erat, iterum fiat irritum. Unde En Iſraël fol. 155. col. 2. כתיב לבנימן אמר ידיד יי ישכון לבטח

לבטח חופף עליו כל היום בגמרא הביאו פלוגתא דתנאי בענין אם ירושלם נתחלקה לשבטים או לאו תנא א׳ סובר שנתחלקה לשבט יהודה ולשבט בנימן דתניא מה היה בחלקו של יהודה הר הבית והלשכות והעזרות ומה היה בחלקו של בנימן אולם והיכל ובירת קדשי הקדשים ורצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה והיתה נכנסת בחלקו של בנימן ובה מזבח בנוי והיה בנימן הצדיק מצטער עליה כל יום לבולעה שנ׳ חופף עליו כל היום ולפי׳ זכה בנימן הצדיק ונעשה אושפיזכנא לשכינה שנ׳ ובין כתפיו שכן ותנא אחר סובר לא נתחלקה ירושלם לשבטים דתניא אין משכירין בתים בתוך ירושלם לפי שאינן שלהם רבי אלעזר בר צדוק אומר אף לא מטות לפיכך עורות קדשים בעלי אושפיזכין נוטלין אותם בזרוע אמר אביי שמ״ אורח ארעא למשבק איניש גולפא ומשכא לאושפיזא: Id est: *Ait Scriptura* (Deut. XXXIII, 12.) De Benjamine dixit: Dilectus Domini habitabit secure cum eo: querente ipso eapropter quotidie. *Est vero in Gemara disputatio inter Doctores, num Hierosolymitana civitas inter Tribus fuerit divisa, annon? Quidam Doctorum existimat, inter Judæ, & Benjaminis tribus, fuisse eam divisam, fretus traditione veteri, qua fertur: Quid erat in portione Judæ,* (quæ ex civitate Hierosolymitana ei obtigit?) *Scilicet: Mons ædis, Cella, & Atria,* (sive quicquid Montis sacri, ad Orientem porrigebatur.) *Quid erat in portione Benjaminis? Porticus, Fanum, & Sanctum Sanctorum,* (hoc est, pars Templi occidentalior:) *Fuitq; ducta terminalis linea e portione Judæ, ad portionem Benjaminis, huicq; lineæ superstructum erat Altare,* (sive potius latus Altaris quod Orientem Austrumque respiciebat. Quod cum ita fore prævidisset) *piissimus Benjamin, tota vita sua, summa ægritudine excruciabatur,* (hanc quoque partem Altaris,) *absorbere cupiens: Scriptum enim* (loco supra citato:) Querente ipso eapropter quotidie. *Atq;* (ob hunc dolorem) *meruit piissimus Benjamin Hospes esse Divinitatis:* (Quippe huic dicatum erat Sanctum Sanctorum, in Occidentali templi regione constitutum.) *Unde ad-*

de additur ibi : Et inter humeros ejus habitabit. *Enim vero, alius Doctor, contendit Hierosolymas inter Tribus non fuisse divisas, provocatq; ad Traditionem antiquam, quæ habet* : (Ex præcepto divino in festis solemnioribus petentes Hierosolymas,) *non conducunt ibi pretio ædes, quia non sunt in dominio eas incolentium. Addit R. Eleasar F. I. nec Lectos* (in ea urbe) *conduci, atq; ideo hospites,* (qui populares peregrinos sacrorum causa adventantes, intra ædes recipiebant,) *pelles*(animalium sacrificatorum)*violenter abstulisse*, (ut saltem aliquod pro concessis ædibus referrent præmium.) *Dixit Abai, ex istis colligi, esse civilitatis*, (cum quis in ædibus alicujus hospitatur, atque animal quoddam mactat, illudque in cibum sibi parat,) *ut vas fictile* , (quo ad coquendum usus fuit,) *& pellem* (gratum se præstans,) *hospiti relinquat.*

4. Una tribus dicebat se minime primam &c.] Juvat nonnihil R. Judæ sententiam, quod in Pesachim fol. 118. b. legitur, dixisse R. Hunam : ישראל שבאותו הדור מקטני אמנה הוו Id est: *Illius ævi Judæi*, (est autem sermo de Judæis qui per mare algosum transiverant,) *fuere* ὀλιγόπιστοι· Item, quod ex Taanit Jeruschalmi est inter Excerpta En Israël fol. 190. col. 1. ד׳ כתות נעשו אבותינו על הים א׳ אומרת נפול לים ואחת אומרת נחזור למצרים ואחת אומרת נעשה עמהם מלחמה ואחת אומרת נצווח כנגדם : זו שאומרת נפול לים אמר להם משה התיצבו וראו את ישועת יי׳ זו שאמרה נחזור למצרים אמר להם כי אשר ראיתם את המצרים וגו׳ זו שאמרה נעשה עמהם מלחמה אמר להם יי׳ ילחם לכם זו שאומרת נצווח כנגדם אמר להם משה ואתם תחרישון! Id est : *Quadrifariam divisi sunt Israëlitæ, juxta mare algosum constituti : Pars dicebat : Præcipites nos demus in mare. Pars : Revertamur in Ægyptum. Quidam ajebant: Præliemur cum iis. Deniq; alii dixere : Clamorem ingentem edamus*, (ut metus hostes nostros occupet.) *Iis qui in mare præcipites dare se volebant, dixit Moses* : (Ex. XIV, 13. seq.) Subsistite, & spectate salutem Domini. *Iis qui consilium ceperant, de revertendo in Ægyptum, inquiebat* : Quos vidistis Ægyptios hodie, (non pergetis videre eos posthac usque in seculum.) *Præliari volentibus, ajebat* : Dominus pugnabit pro vobis. *Tandem, iis qui consultum existimabant, clamorem magnum edere, dixit* : Vos vero silete.

5. Principes vero Judæ petebant eos lapidibus] Vide quæ ex Midraschim ad Psalm. LXVIII. in Beer Mosche allegantur.

6. Cha-

5. Chariſſimi mei natant in mari &c.] Simili plane modo legitur in Megilla fol. 10. b. אמר ר׳ יוחנן מאי דכתיב ולא קרב זה אל זה כל הלילה באותה שעה בקשו מלאכי השרת לומר שירה לפני הקדוש ברוך הוא אמר להם מעשה ידי טובעים בים ואתם אומרים שירה לפני: Id eſt: *Quæſivit R. Jochanan, quis ſenſus verborum* (Ex. XIV. 20.) Non appropinquavit alter ad alterum tota illa nocte. *Nimirum, volebant* (Iſraëlitis in mari algoſo conſtitutis,) *Angeli miniſtri*, (more ſolito,) *Deo laudes canere, ſed ipſe iis inquit: Operibus manuum mearum in mari natantibus, vosne hymnos concinetis?*

כג

תניא רבי אליעזר בן יעקב אומר אי איפש לומר לוי למטה שכבר נאמר לוי למעלה ואי איפשר לומר למעלה שכבר נאמר למטה הא כיצד זקני כהונה ולויה למטה והשאר למעלה רבי יאשיה אומר כל הראוי לשרת למטה והשאר למעלה רבי א אומר אלו ואלו למטה היו עומדים הפכו פניהם כלפי הר גריזים ופתחו בברכה כלפי הר עיבל ופתחו בקללה והאי על על בסמוך או אינו אלא על ממש כשהוא אומר וסכות על הא

XXIII.

TRaditio, dixiſſe R. Elieſerẽ F. I. Fieri nequit, ut dicatur Tribum Levi, in imo fuiſſe, nam [1] diſerte ſcribitur in edito ſtetiſſe. Sed nec aſſeri poteſt, eam in edito fuiſſe, cũ [2] expreſſe quoq; dicatur, quod in imo fuerit. Quomodo hæc (*igitur conveniunt? Scilicet*) Seniores e Sacerdotibus & Levitis in imo erant, reliqui autem in edito. R. Joſia cenſet, omnes [3] ad miniſtrandum idoneos, inferne, reliquos vero ſuperne (*ſtetiſſe. Contra*) Rabbi vult, [4] tam hos quam illos in imo ſtetiſſe, & vertiſſe vultus verſus montem Garizim, exorſos benedictiones; verſus montem Ebal, cum imprecationes ordirentur. Atqui, (*expreſſe in Deuteronomio dicitur*) על (*id eſt: Supra. Reſpondit:*) Iſtud על *Juxta* (aut, *e regione* hoc loco denotat.)

הארון את הפרכת הוי אומר על בסמוך:

Verum ſecus fortaſſe ſe res habet, & τὸ על ſimpliciter denotat, *Supra.* (*Minime gentium*,) nam cûm alibi (puta Ex. XL, 3.) dicitur: *Et obtendes* על *Arcam velum.* [6] Fatendum tibi, τὸ על (*idem hic eſſe quod*) juxta.

ANNOTATA.

1. Diſerte ſcribitur in edito ſtetiſſe] Reſpicitur ad locum Deut. XXVII, 12. Ubi legimus edixiſſe Moſen: אלה יעמדו לברך את העם על הר גרזים בעברכם את הירדן שמעון ולוי ויהודה וגו׳: Id eſt: *Hi ſtanto ad benedicendum populo in monte Garizim, cum tranſiveritis Jordanem: Simeon, & Levi, & Jehuda* &c.

2. Expreſſe quoque dicatur quod in imo fuerit] Nimirum Joſ. VIII, 33. proditum eſt: וכל ישראל וזקניו ושטרים ושפטיו עמדים מזה ומזה לארון נגד הכהנים הלוים נשאי ארון ברית יי׳: *Et totus Iſraël, & Seniores ejus, Moderatoresq., & Judices ejus adſtabant Arcæ utrinq., coram Sacerdotibus Levitis portantibus Arcam fœderis Domini.* Ex quibus verbis conſequitur, Levitas cum Sacerdotibus, in imo fuiſſe conſtitutos.

3. Omnes ad miniſtrandum idoneos] Id eſt: Omnes aptos ad portandum Arcam Domini, quales erant, qui intra trigeſimum & quinquageſimum ætatis annos, vitam agebant.

4. Inferne] Juxta arcam.

5. Tam hos quam illos] Id eſt: Iſte opinatur omnes in univerſum, tam Iſraëlitas, quam Levitas, tam ſenes, quam pueros, non ſupra montes Garizim & Ebal, ſed in interjecta valle ſtetiſſe, inhærens proprietati illorum verborum, quæ ex libro Joſuæ jam modo attulimus.

6. Iſtud על juxta, aut e regione hoc loco denotat] Poſt על על בסמיך ſequitur deinde in Talmude כדתניא ונתת על המערכת לבונה זכה רבי אומר על בסמוך אחת אומר על בסמוך; Quæ equidem in Codicibus En Jacob non temere omiſſa eſſe judico, vix enim eſt, ut multum ad rem faciant.

7. Fatendum tibi τὸ על idem hic eſſe quod *Juxta*] Habetur enim in allegato Exodi loco ſermo de Cortina, quæ non tegebat Ar-

bat Arcam, ſed eam a reliquo tabernaculo tantum ſeparabat interſtitiis. Eſt cæteroquin certum, vocem על non ubique *Super* ſignificare, ſed latiſſimo ſuo ſignificatu, etiam *Juxta*, *Prope*, *e regione* includere, id quod multis exemplis probatum dedit, Vir Hebrææ linguæ peritiſſimus, Salomon Glaſſius l. 3. Gram. Sac. tract. 6. can. 12.

כד

פיסקא הפכו פניהם ו
ופתחו בברכה וכולי׃ תנו רבנן
ברוך בכלל וברוך בפרט א
ארור בכלל וארור בפרט לל
ללמוד וללמד לשמור ולעשות
הרי כאן ד׳ ד׳ על ד׳ הרי כאן
ח׳ ח׳ על ח׳ הרי י״ו וכן בסיני וכן
בערבות מואב שנא׳ אלה׳
דברי הברית אשר צוה ה׳ את
משה וגו׳ וכתיב ושמרתם את
דברי הברית הזאת ועשיתם
אותם וגומר נמצא מ״ח בריתות
על כל מצוה ומצוה רבי שמעון
מוציא הר גריזים והר עיבל
ומכנים אהל מועד שבמדבר
וכפלוגתא דהני תנאי דתניא
רבי ישמעאל אומר כללות
נאמרו בסיני ופרטות באהל
מועד רבי עקיבא אומר כלל
כללות ופרטו נאמרו בסיני

XXIV.

COmmentatio. *Vultus, verſus montem Garizim dirigentes benedicere exorſi ſunt.* &c. Tradunt Magiſtri, (*ad recitationem cujusq; præcepti*) [1] benedictionem generalem, [2] & ſpecialem (*pronunciatam: ſubjunctamq;*) [3] imprecationem tum generalem, tum ſpecialem. (*Poſtea eadem ratione, hac* [4] *extenſa*) ad τὰ *Diſcere, Docere, Servare, Facere.* [5] Ecce tibi hic quatuor, [6] illa quatuor autem iterata, conficiunt octo. [7] Bis octo, faciunt ſedecim. Atq; ſimili prorſus modo, (*Lex Divina promulgata*,) [8] in monte Sinai, & [9] (*repetita*) in campeſtribus Moab. Q. S. E. (Deut. XXIX, 1.) [10] *Hæc ſunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moſi* &c. Et additur (*v. 9.*) *Atq; obſervabitis verba fœderis hujus, & facietis ea* &c. Relinquitur ergo, [11] quod XLVIII. fœdera, (*benedicendo nempe, imprecandoq;*,) ſuper unumquodque præceptorum, (*ſint percuſſa.*) Cæterum R. Simeon [12] eximit hic Garizim & Ebal

ונשנו באהל מועד ונשתלשו
בערבות מואב ואין לך כל מ
מצוה ומצוה שכתובה בתור'
שלא נכרתו עליה מ"ח בריתות
רבי שמעון בן יהודה איש כפר
עכו אומר משום רבי שמעון
אין לך כל מצוה ומצוה מכ
שכתובה בתורה שלא נכרתו
עליה מ"ח בריתו' של שש מאות
אלף ושלשת אלפים וחמש מ
מאות וחמשים אמר רבי ל
לדברי שמעון בן יהודה איש
כפר עכו שאמר משו' רבי מכ
שמעון אין לך כל מצו' ומצוה
שכתובה בתור' שלא נכרתו
עליה מ"ח בריתו' של שש מאות
אלף ושלשת אלפים וחמש
מאות וחמשים נמצא לכל מ
אחד מישראל שש מאות אל
אלף ושלשת אלפים וחמש
מאות וחמשים מאי בינייהו
אמר רב משרשיא ערבא וע
וערבא דערבא איכא בי
בינייהו:

& Ebal montes, & [13] in horum locum reponit Tentorium conventus, in deserto. Affinis est huic controversiæ illa altera quæ inter Mischnicos Doctores (*agitatur:*) Nam, uti traditio habet, asseruit R. Ismaël, [14] tantum Regulas generales in monte Sinai traditas, speciales vero in Tentorio conventus, quod erat in deserto. R. Akiba autem opinatus est, tam Regulas generales, quam speciales, in monte Sinai traditas, at secundùm in tentorio conventus, [15] tertiumq; in campestribus Moab fuisse repetitas. (*Quicquid de hoc sit, in illo tamen omnes conspirant*) nullum omnino præceptum in Lege descriptum esse, super quo non percussa sint XLVIII. fœdera. R. Simeon F. I. e pago Acco, nomine (*alterius*) R. Simeonis docet, nullum omnino esse præceptum in Lege descriptum, super quo non percussa sint XLVIII. fœdera, a sexcentis & tribus millibus, quingentisque ac quinquaginta viris. Ait Rabbi; ex sententia R. Simeonis F. I. e pago Acco, qui nomine (*alterius*) R. Simeonis dixerat, nullum omnino esse præceptū in Le-

in Lege descriptum, super quo [16] non percussa sint XLVIII. foedera, a sexcentis & tribus millibus, quingentisque ac quinquaginta viris, relinquitur, quod quivis Judæorum tot obligationibus sit constrictus. Quid discriminis (*inter illos dissentientes?*) Respondet R. Mescharscheja, [17] de fidejussione nuda, & fidejussionis [18] fidejussione litem esse.

ANNOTATA.

Non est in universa Gemara Sota locus alius, æque ac præsens difficilis, quare, si quis apud Judæos, eruditionem professus, hanc pericopen probe explicare possit, illi *Euge*, & *Belle* acclamant. Ecce & nos, nostri ingenii, & tui, Mi Lector, favoris, tentamen facimus.

1. Benedictionem generalem] Hoc est: Sic cuiq; Præcepto præmittebant: ברוך אשר יקים את דברי התורה הזאת. Id est: *Benedictus esto, quisquis impleverit verba Legis hujus.*

2. Et Specialem] Id est: Tum deinde præceptum speciatim cum benedictione expressum est: Verbi causa: ברוך אשר לא יעשה פסל ומסכה Id est: *Benedictus esto, quisquis non fecerit sculptile aut fusile.*

3. Imprecationem tum generalem tum specialem] Generatim enim, cuiq; imprecationi speciali præfabantur: ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת Id est: *Maledictus esto, quisquis non impleverit omnia verba Legis hujus.* Sequebatur deinde singulatim, verbi causa: ארור אשר יעשה פסל ומסכה Id est: *Maledictus esto, quisquis fecerit sculptile aut fusile.*

4. Extensa ad τὰ Discere, Docere, Servare, Facere] Hoc est: Post Benedictiones & Imprecationes, de quibus dictum est, porro addita Benedictio generalis, attinens ad discentes universam Legem Divinam. Mox iterum subjiciendo speciale præceptum, ejus studiosis bene ominabantur. Benedictiones istas excipiebat Imprecatio tam generalis, quam specialis, quibus non discentes petebantur: Atque sic porro de

ro de Docentibus, Servantibus, Facientibus, vel qui his agebant contraria, ſimilis verborum ſervata eſt conceptio. Nempe, Diſcere, Docere, Servare, Facere, quodque Præceptum intime involvit. Nam Deut. V, 1. dicitur : שמע ישראל את החקים ואת המשפטים אשר אנכי דבר באזניכם היום ולמדתם אתם ושמרתם לעשותם: *Audi Iſraël ſtatuta & judicia illa, quæ ego loquuturus ſum hodie vobis audientibus: Et* Diſcetis *illa, &* Servabitis, *illa, ad* Faciendum *ea* : Itemq; dicitur in ejusdem libri cap. XI, 19. ולמדתם אותם את בניכם *Et* Docebitis *ea filios veſtros* : E quibus locis, DEI Præcepta Diſcendi, Docendique, Servandi & Faciendi, neceſſitas conſequitur.

5. Ecce tibi hic quatuor] Hoc eſt : Ecce quatuor proprietates, cum quoquo Præcepto inſeparabiliter conjunctas.

6. Illa quatuor autem iterata conficiunt octo.] Hoc eſt : Duæ Benedictiones in gratiam diſcentium, duæ in gratiam docentium, pariter binæ Imprecationes adverſus non diſcentes, & totidem contra non docentes pronunciabantur, habemus igitur octo.

7. Bis octo faciunt ſedecim] Alterum octonarium conficiunt Benedictiones & Imprecationes, quæ Servantes, & non ſervantes, Facientes, & non facientes comitabantur.

8. In monte Sinai] Ibidem Moſi omnia præcepta, cum ſuis Benedictionibus & Imprecationibus tam generalibus, quam ſpecialibus, a Deo, ſupremo Legislatore, promulgata fuerunt.

9. Repetita in campeſtribus Moab] Nam hic a Moſe univerſæ Legis Divinæ ſolemnis & accurata inſtituta eſt repetitio, teſte Scriptura Deut. I, 5. בעבר הירדן בארץ מואב הואיל משה באר את התורה הזאת לאמר: Id eſt: *Cis Jordanem in terra Moabitarum, placuit Moſi declarare Legem iſtam dicendo.*

10. Hæc ſunt verba fœderis &c.] Iſte Scripturæ locus non ad proxime antecedens, ſed id, quod de monte Sinai remotius eſt, referri debet : Cum enim excipiat Benedictiones & Imprecationes, quæ præmittuntur, atque ſic habeat integer : אלה דברי הברית אשר צוה יי את משה לכרות את בני ישראל בארץ מואב מלבד הברית אשר כרת אתם בחרב; *Hæc ſunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moſi ut pangeret cum filiis Iſraëlis, in terra Moabitarum; præter fœdus illud, quod pepigerat cum iis in Horebo.* Hinc colligere eſt, ejus fœderis quod in monte Sinai, ejusque quod in terra Moabitica percuſſum fuit, eandem eſſe rationem. Atqui in poſteriori Benedictiones, & Imprecationes interceſſiſſe

cessisse Scriptura indicat, quamobrem sic in monte Sinai quoque traditam fuisse Legem, facienda est argumentatio

11. Quod XLVIII. fœdera &c.] Sedecim Benedictiones & Imprecationes cum quoquo Præcepto pronunciatæ sunt in montibus Ebal & Garizim, totidem in monte Sinai, totidemque in campestribus Moab : Ergo cuique præcepto XXIV. Benedictiones, totidemque Imprecationes additæ fuisse deprehenduntur.

12. Eximit hic Garizim & Ebal montes] Iste enim R. Simeon opinatur, in montibus Garizim & Ebal, non recitatam esse Legem universam, sed tantum ea, quæ habentur Deuter. XXVII, v. 15. & sequentibus, ad finem usque capitis. Interim, contrariæ sententiæ Patroni, & qui contendunt, etiam hic factam esse universæ Legis, quanta quanta est, repetitionem, nituntur autoritate dicti in Josua cap, VIII, 33. seqq. ubi de Judæis in montibus Garizim & Ebal constitutis legitur: ואחרי כן קרא את כל דברי התורה הברכה והקללה ככל הכתוב בספר התורה לא היה דבר מכל אשר צוה משה אשר לא קרא יהושע נגד כל קהל: *Postmodum pronunciavit omnia verba ipsius Legis Benedictiones ac Maledictiones, prorsus ut scriptum erat in ipso libro Legis. Nullum erat verbum ex omnibus quæ præceperat Mose, quod non pronunciaverit Josua coram tota congregatione Israëlis.*

13. In horum locum reponit tentorium conventus] Excitato enim Tentorio conventus, Mosen inter medios Judæos Deus alloquutus est, illumque Legem totam edocuit. Unde sic incipit Leviticus: ויקרא אל משה וידבר יי אליו מאהל מועד לאמר דבר אל בני ישראל ואמרת אלהם: *Vocavit autem Mosen, & locutus est ei Dominus de tentorio conventus dicens : Loquere filiis Israël & dices ad eos.*

14. Tantum Regulas generales in monte Sinai traditas &c.] Hoc est : In monte Sinai generatim tantum Deus Legem proposuit, ad minutias non descendens. Exempli gratia, simpliciter dixit, hoc vel illo casu offerendum esse sacrificium, nihil addens de ipsius sacrificii ritibus, quomodo peragendum sit, quidque igne absumere, quid Sacerdotibus ex eo cedere conveniat; idem faciendum judicium de reliquis. At deinde in Tentorio Conventus, totius Legis cum omnibus etiam minutissimis circumstantiis, facta est declaratio, quæ in Levitico refertur.

15. Tertiumque in campestribus Moab repetitas] Ergo, sic est omnino, isti Disputatores evitare non possunt, quo minus

ſuam quoq; faciant quæ in noſtra Gemara agitatur, controverſiam. Atq; R. Iſmaël, qui Legis Divinæ in monte Sinai lationem, ejusque deinde in Tentorio Conventus uberiorem declarationem, non niſi unam perfectam promulgationem conficere opinatur, tuebitur partes illius, qui in Gemara noſtra primus ſententiam dixit, & cum eo contendet, montes Garizim & Ebal a ſolemni repetitione Legis haudquaquam eximendos eſſe. Cæterum R. Akiba, dum plenam promulgationem Legis Divinæ in Monte Sinai, plenamque illius repetitionem in Tentorio Conventus factam eſſe arbitratur, R. Simeoni accedet, nec in cenſum illorum locorum ubi univerſa lex Divina repetita fuit, montem Garizim & Ebal referre poterit.

16. Non percuſſa ſint XLVIII. fœdera, a ſexcētis &c.] Hoc enim numero cenſebantur Judæi, cum Lex Divina in monte Sinai promulgaretur.

17. De fidejuſſione nuda, & fidejuſſionis &c.] Sic accipe: Certum eſt omnes Judæos pro ſe invicem fidejuſſionem præſtitiſſe, ſed de eo non convenit, num ſimpliciter tantum fidem ſuam obligaverint hactenus, quod quisque ſociorum Legem ſit ſervaturus, an vero pro omni obligatione mutuo ſpoponderint. Uti, cum vadimonium pro alio de ſolvendis ejus debitis ſubeo, quæſtio emergit, num tantum debita quæ ipſe æs alienum accipiendo, per ſeſe vere contraxit, an illa quoque quibus pro aliis fidejubendo premitur, ſolvere ego conſtituerim. Prius ad Judæos ſi applicemus, quisque ipſorum ſexcentis & tribus millibus, quingentis & quinquaginta fidejuſſionibus conſtrictus fuiſſe deprehenditur. At poſterius ſi locum habet, jam conſequitur onerari quemq; ſexcenties & ter millies, quingenties & quinquagies, obligationibus ſexcentorum, ter mille quingentorum & quinquaginta virorum. Hoc eſt obligationibus

3642726025 00.

Quos numeros ſi ſermone efferre velis, dicendum, eſſe myriadum myriadas ter mille ſexcentas quadraginta duas, myriadas ſepties mille ducentas & ſexaginta, & inſuper bis mille quingenta. Atque, intra hunc numerum ſe ſiſtit, niſi fallor, Judæorum calculus, nec ulterius progreditur, ceu ex Gloſſa quoque R. Salomonis licet conjicere. Sed vero, ſi rem recte putemus, non poſſumus in his acquieſcere, atq; ultra progrediendum eſt. Quia enim omnino mutuæ ac reciprocæ finguntur eſſe obligationes, jam neceſſe eſt ingens iſta ſumma, ſexcentis, tribus millibus, quingentis & quinquaginta vicibus rurſus in quemque cadat, atque ſic porro deinceps, ita ut harum obligationum finem ac modum, non humana lingua enunciare, imo ne mens quidem queat concipere, cum aſſidue reciprocan-

procando, vere & proprie evadant infinitæ. Non videntur animadvertisse hanc collectionem Judæi, & credo gavisuros fuisse, si sic rationem instituissent. In promtu enim erat dicere, fidejussiones istas non tantum sese extendere, ad illos qui eo tempore, vitali aura fruebantur, & jure hæreditario ad posteros, sed etiam quemque fidem suam jam tum obligasse pro omnibus, qui seculis innumeralibus deinde erant nascituri.

Atq; sic, explicatione hujus Pericopes, propemodum defuncti sumus, eaque re, si non tuam, mi Lector, promeriti sumus gratiam, saltem aliquam apud Judæos nos inituros fuisse non desperaremus, si ista assequerentur, nam hæc postrema misere illis placerent.

18. Fidejussione litem esse] Crebro hanc fidejussionem pro se invicem præstitam, inculcant Judæi, atque ex ea quemque teneri ajunt ad corripiendum socium, sicubi illum delinquere animadvertat, nisi malit ejus loco pœnā subire. Extat in eam rem locus elegans in Sanhedrin p. 201. edit. Cocc. quem sufficit indicasse. Liber Chasidim Num. XCIII.
כל ישראל ערבים זה לזה ואילמלא הערבות לא היה אדם מוחה ביד חבירו על חטאיו ולא היו נותנים לב לחקור על עושי רשעה לבערם:
Id est: *Omnes Judæi vadimonium pro se invicem subiverunt, absq; enim ista fidejussione esset, non prohibere conaretur alter alterius peccata, nec quisquam propositum haberet, pervestigandi impios, eosq; exstirpandi.* Ibid Num. V. כל מי שיש בידו להוכיח ולמחות באנשי ביתו ולא מיחה נענש על אנשי ביתו על אנשי עירו נתפש על אנשי עירו על כל העולם כל ונתפס על כל העולם כלו: Id est: *Quisquis potest corrigere & emendare domesticos, atq; id facere negligit, is pro iis pœnam luet: Sic, qui civitatis alicujus, aut Orbis universi peccata prohibere potest, nec id facit, pro civitate integra, aut Orbe universo feret supplicium.* Schabbat fol. 119. b.
א"ר חנינא לא חרבה ירושלם אלא בשביל שלא הוכיחו זה את זה שני׳ היו שריה כאילים לא מצאו מרעה מה איל זה ראשו של זה בצד זנבו של זה אף ישראל שבאותו הדור כבשו פניהם בקרקע ולא הוכיחו זה את זה: Id est: *Ita opinante R. Chanina non ob aliud peccatum eversæ sunt Hierosolyma, quam quia alter alterum non corripuit. Scriptum enim.* (Thren. I, 6.) Sunt Principes eorum velut Arietes. (Credo sic vertendum esse, ob ea quæ sequuntur. Est cæteroquin in sacro textu אַיָּלִים quæ non *Arietes*, sed *Cervos*, vox notat, quomodo etiam Junius & Tremellius, itemque Bochartus to. I. Hieroz. p. 893. merito interpretati sunt. Vetus tamen Interpres hic habet, *Arietes*, quin & LXX. dicunt κριοί.)

 Qui

Qui non inveniunt paſcua, (& abeunt ſine viribus ante faciem inſequentis.) *Nimirum, uti quisq; aries ſemper caput ſuum ſocii caudæ applicat, ita ii qui tum vivebant Iſraelitæ, vultus ſuos in ſolum defixerunt, nec alter alterum corripere voluit.* Adde Avoda Sara fol. 18. a.

כה XXV.

דרש רב יהודה בר נחמני מתורגמניה דרבי שמעון בן לקיש כל הפרשה כלה לא נאמרה אלא בשביל נואף ונואפת שנאמר ארור האיש אשר יעשה פסל ומסכה תועבת ה׳ וגו׳ דעביד פסל ומסכה בארור סגי לה אלא זה שבא על הערוה והוליד בן ועבד עבודה זרה אמר הקב״ה ארורים אביו ואמו של זה שכך גרמו לו:

SApienter dixit R. Judas Nachmanides, Interpres R. S. F. L. Tota illa περικοπὴ (*benedictiones, imprecationesq; continens*) tantũ ad adulterum, & adulteram attinet. Hinc S. E. *Maledictus vir ille, qui fecerit ſculptile aut fuſile, rem abominandam Domini,* &c.[1] Num eum qui ſculptile aut fuſile fecerat,[2] ſufficit diris devovere? Quin potius(*ſenſus,*) ſi quis cum ſcorto rem habet,[3] filiumq; procreat, qui (*deinde*) idololatriam ſectatur,[4] tum Deus B. ait: Maledicti ſunto pater & mater hujus hominis, quia iſtius rei, illi cauſa fuere.

ANNOTATA.

1. Num eum qui ſculptile aut fuſile fecerat] Verba דעביד פסל ומסכה exciderunt ex Talmudis editionibus, quod factum male.

2. Sufficit diris devovere?] דרך בתמיה ſive, *cum admiratione* iſta dicta ſunt, nam hæc pœna levis eſt, tanti reatus.

3. Filiumque procreat] Poſt iſta, inſere ex Talmude והלך לבין אומות העולם Id eſt: *Qui* τοῖς ἔξω *adhæret.* Spurio enim neceſſitas quaſi imponitur, cum infidelibus inſtituendi commercium, quando inter Judæos nemo eſt, qui filiam ſuam ei nuptum dare velit.

4. Tum

4. Tum Deus B. ait] An verba אמר הקב״ה probare debeam incertus sum, & sane nec in Talmude comparent. Sed vero, quia hic unico tantum exemplo probatur, Imprecationes in montibus Ebal & Garizim recitatas, ad adulteros attinere, ideo ut R. Judæ Nachmanidis dicto veritas constet, merito R. Salomo Jarchi, & Baal En Jacob, cæteras quoq; imprecationes ad institutũ de adultero, applicare satagunt, qui nobis audiendi sunt. וכן דרוש את כולם כל אחד לפי פשטו אותן
של עריות כגון שוכב עם חותנתו ואשת אביו ועם * חמותו * Legendum אחותו
כולן באשת איש ולמיקם בתרי ארורי שוכב עם כל בהמה
אשת איש שעשתה מעשה בהמה שמנאפת מקלה אביו ואמו
בא על אשת איש מולול באביו ובאמו שנדלו גידולים רעים
בביתם משנה עור מפתה אשת איש שהיא סומא בדבר ואינה
יודעת עונשו כמותו : משיג גבול רעהו בא על אשתו הרי
השיג גבולו מכה רעהו בסתר גורם לו * בלחשי סתריו שתמות * Mallem legere לה
בבדיקת המים המרים לוקח שוחד להכות לוקח שוחר להיות
עוקב אחר המנאף ולפתות לו אשת איש וגורם לו * מיתה Iterum magis quadrat לה
מטה משפט גר יתום איני יודע לדורשו : א״א אם נתגייר גר
ובנו ונשא הגר ישראלית וזינתה וכסוברים שזהו בן הגר ואין
לאחיו שנתגייר חלק בירושה אף אם החזיק בנכסי אביו הרי
מטה משפט גר ויתום כפשוטו שהממזר חולק עם יתמי האב
ואלמנה כה״ג ועוד דמיונות רבים נ״ל : Id est: *Atq; sic porro omnes imprecationes de adulterio interpretator. Scilicet,* (imprecationes attinentes ad eos) *qui cubant cum Socru, aut Uxore Patris, aut Sorore, perspicue casum adulterii involvunt.* (Etsi vero jam in prima imprecatione adulteri generatim diris devoventur, tamen istarum specierum singillatim fit mentio, ut qui talia perpetrant,) *his diris devoti, sacriq; esse, intelligantur.* (Porro maledictus esto, dicitur,) *qui cubat cum ulla bestia:* (Etiam hoc in adulteram quadrat,) *quippe quæ bruta imitatur, vagos concubitus sectantia.* (In imprecatione eorum) *qui vilipendunt patrem aut matrem,* (includitur adulter,) *facit enim, ut parentes ejus probris afficiantur, quia*

Vide Deuteron. c. XXVII.

tur, quia tam nequam sobolem in domo sua educarunt. (Diræ adversus eos conceptæ,) *qui cæcos errare faciunt*, (similiter adulterum innuunt,) *nam pellicit in fraudem, alienam conjugem, quæ quasi in his rebus cæca est, minusq; quam ille, supplicii, quod meretur, gravitatem, habet perspectam.* (Sic imprecatio) *adversus moventem terminum proximi sui*, (adulterum concernit,) *dum enim cum uxore ejus concumbit, vere terminos illius, loco promovet.* (Sub eo) *qui cadit proximum suum clam*, (comprehenditur adulter:) *Etenim clandestinis suis susurris* (amoribusque) *efficit, ut amasia moriatur, cum aquis amaris instituitur exploratio.* (Maledictus esse jubetur) *qui accepit munus ad percutiendum* : (Atque hic est) *qui munus cepit, ut adulteri in gratiam omnia rimetur, quo ei mulierem corpus prostituentem paret, & hoc ipso mortis illius causa est.* (Denique imprecatio vibratur adversus eos,) *qui pervertunt jus peregrini, pupilli* (aut viduæ. Hic vero profiteor meam ignorantiam) *nec enim scio quomodo ista ad adulterum accommodare debeam.* (Enimvero, mihi Autori libri En Jacob, magnum mirum videtur, aquam hæsisse in his explicandis R. Salomoni,) *atq; existimaverim sic faciendam esse applicationem. Cum quis τῶν ἔξω una cum filio, sacris Judæorum accedit, atq; ducit Israëlitidem, tum si hæc scortetur,* (atque ex adultero concipiens, pariat filium,) *sic vulgo creditur, esse illam prolem proselyto genitam, proindeq; spurii frater, proselytus, nihil ex bonis paternis nanciscitur, etiamsi maxime quid præceperit, sic igitur proselyti jus violatur. Quod vero de Pupillo additum, per se clarum est, spurio enim una cum legitimis liberis patris, ac cum vidua familiæ herciscundæ jus nascitur. Eandem in rem possem plura his similia proferre in medium.* Accio idem quod Titio jus esse ajunt: & quia Baal En Jacob, R. Salomoni succurrere, ejusdemque defectum magno ausu supplere sustinuit, nec nobis quis vitio vertet, si, in applicanda ad adulterum, ea, quæ peregrini, pupilli, & viduæ jus pervertentes, tangit, imprecatione, nobis quod in mentem venit, pariter edisserimus. Esto judicium liberum Lectori, definiendi, utrum credat magis inter nos ineptire, majoremque esse verborum Legis Divinæ contortorem. Sic inquam ego : Notum est ingenium meretricum, hac perpetua disciplina utuntur, ut nihil faciant, aut patiantur gratis. Non papillam, ut ait ille apud Comicum, pertractare, non suavium sumere, nisi aliquid largiaris, licet; Portitorum enim, simillimæ sunt januæ Lenoniæ; Si affers, tum patent: si non est quod des, ædes non patent. Quæ cum ita sint, iis, qui amori indulgere volunt, huc illuc circumcursandum est ut argentum inveniant, & magnis muneribus, eas quas depereunt, propitiare possint: atque si per fas nihil impetrant, nefas adhibere in subsidium oportet. Cæterum, haud alii opportuniores se offerunt, qui per fraudes, & violentiã ære suo emungantur, quam viduæ, orphani, & proselyti, quippe sine maritis,

maritis, defensoribus, patronis, & cognatis, soli & deserti vivunt, omniumque injuriis sunt expositi. Vere Geta Terentianus: *Non rete accipitiri tenditur, neq. milvo, qui male faciunt nobis: illis qui nihil faciunt tenditur.* Si homini Judæo ista succurrissent, jam persancte dejeraret, haud ob aliam, quam eam quæ dicta est, causam, *Adulteris*, apud Malach. III, 5. proxime eos jungi, *qui jurant falso, qui oppressione detinent mercedem mercenarii, qui viduam & pupillum & proselytum pervertunt.* Habet præterea nostra expositio id quoque commodi, quod vim quæ mulieribus viduis infertur etiam complectitur, quarum Baal En Jacob contra quam fieri oportuit, non modo non habuit rationem, sed insuper id, nisi vehementer fallor, ex ejus opinione omnino consequitur, ut injuriam illæ faciant, patiantur minime.

כו

אמר ר' יהושע ב"ל מנין שהקדוש ברוך הוא מתאוה לברכת כהנים שנאמר ושמו את שמי על בני ישראל ואני אברכם אמר רבי יהושע ב"ל מנין שכל כהן שמברך מתברך ושאין מברך אין מתברך שנאמר ואברכה מברכיך:

XXVI.

Ait R. Josua F.L. Unde (*patet*) Deum B. concupiscere Benedictionem Sacerdotum? Q.S.E. (Num. VI, 26.) [1] *Et ponent nomen meum super filios Israel, ut ego benedicam eis.* Idem ille dicebat: Unde patet omnem Sacerdotem benedicentem, benedictione affici, non autem benedicentem benedictione privari? [2] Q. S. E. (Gen. XII, 3.) *Et benedicam iis, qui benedicent tibi.*

ANNOTATA.

1. Et ponent nomen meum super filios Israël &c.] Sic igitur Deus suam benedictionem, ab illa Sacerdotum fere suspendit, prorsus quasi, hæc nisi præcesserit, ipse suam indulgere nequeat. Quia vero Benedictio Sacerdotum tam grata, tamque accepta Numini res est, hinc etiam iis Sacerdotibus, qui vitio aliquo laborant, & ad alia ministeria sacra peragenda inepti sunt, eam impertire nihilo secius conceditur. Chaskuni ad Deut. c. XXI, 5. & Jalkut fol. 289. col. 3. ברכת כהנים כשרה אף בבעלי מומים Id est: *Etiam a corpore vitiosis Sacerdotibus prolata benedictio, censeri debet legitima.*

2. Q. S.

2. Q. S. E. Et benedicam iis &c.] Fundamentum habet ista expositio in Uzielidis Paraphrasi, ad eamque existimo Magistros respexisse. Legitur ibi : ואברך ית כהניא דפרסין ידיהון בצילו ומברכין ית בנך : Id est : *Et benedicam Sacerdotibus, qui expandunt manus inter orandum, filiisq; tuis benedicunt.*

כז

ואמר רבי יהושע בן לוי
אין נותנין כוס של ברכה
לברך אלא לטוב עין שנאמר
טוב עין הוא יבורך כי נתן
מלחמו לדל אל תקרי יבורך
אלא יברך אמר רבי יהושע
בן לוי מנין שאפי' עופות
שמים מכירין בצרי עין שנאמר
כי חנם מורה הרשת בעיני
כל בעל כנף ואמר רבי יהושע
בן לוי כל הנהנה מצרי עין
עובר בלאו שנ' אל תלחם את
לחם רע עין וגו' כי כמו שער
בנפשו כן הוא רב נחמן בר
יצחק אמר עובר בב' לאוין
שנאמר אל תלחם ואל תתאו
ואמר רבי יהושע בן לוי אין
עגלה ערופה באה אלא
בשביל צרי העין שנאמר וענו

XXVII.

Amplius dixit, R. Josua F. L. non traditur [1] poculum eucharisticum ad benedicendum, nisi ei [2] qui ingenui vultus est. Q. S. (Prov. XXII, 9.) *Bonus oculo ipse benedicetur, cum dederit de pane suo tenui.* Non legendum *Jeborach* (*id est, benedicetur.*) Sed *Jibrach* (*id est, benedicet.*) Pergit idem: Unde constat etiam volucres cœli, cognoscere habentes oculos malignos ? Q. S. E. (c. I, 17.) [3] *Nam frustra panditur rete, ante oculos omnis alitis.* Porro idem ait: Quisquis utilitatem capit ab oculo maligno (*vel invido*,) violat interdictum legis Q. S. E. (c. XXIII, 6.) *Ne vescitor pane maligni oculi, &c. Nam ut æstimat te cum animo suo, ita ille est.* R. Nachman F. I. vult, (*hominem ejusmodi*,) [4] duo interdicta violare. Q. S. E. (v. 6.) *Ne vescitor.* Et (v. 3.) *Ne afficiaris desiderio.* Autor quoq; est R. Josua F. L. Casum junicis decollandæ, nõ evenire, nisi ob homines invidos: Q. S. E.

ואמרו ידינו לא שפכו את הדם הזה ועינינו לא ראו וכי על לבנו עלת׳ שזקני ב״ד שופכי דמים הם אלא לא בא לידינו ופטרנוהו בלא מזונות לא ראינוהו והנחנוהו בלא לויה:

S. E. (Deut. XXI, 7.) *Et protestantes dicent; manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, & oculi nostri non viderunt.* Enimvero: Nunquid cuiquam nostrum in mentem venire poterat, Senatores homicidas esse? Quin igitur (*sensus.*) Testamur eum non venisse ad nos, & [r] dimissum esse sine commeatu: Nec visum abs nobis, & relictum incomitatum.

ANNOTATA.

1. Poculum eucharisticum ad benedicendum] Poculum scilicet, quod Judæi inter epulandum consecrant, & quod, quantum conjectare licet, in Germania nostra, epulis præmittitur, in Italia vero, non nisi post eas finitas, adhiberi solet, aut sane utrobique tam in cœnæ principio, quam fine, locum invenit. Scilicet, non possum aliter conciliare Cl. Buxtorfii in Synagogæ Judaicæ c. 7. & R. Leonis Modenæ in libelli de Ritibus Judæorum nostri temporis part. 2. c. 10. plane pugnantes relationes: Cum tamen suspicari non liceat, alterutrum ipsorum in hac re lapsum esse. Buxtorfii verba sunt: (*Cum mensæ Judæi accubuerunt, Paterfamilias vel Princeps Rabbinus*) *Vinum consecrat, præsertim in illis Regionibus ubi vinum bibi solet. Ad hanc etiam consecrationem justus requiritur* Minjan, *seu numerus, nempe decem vel etiam pauciores; modo numerus infra tres non subsidat. Ibi peculiari utitur scypho, quem primo ambabus apprehendit manibus, postea vero sola dextra tenet: si tamen dextram ponderis gravitas deprimat, sinistram quoque admovere potest, modo sub dextra subsistat. Palmi altitudine elevatum a mensa scyphum tollens, irretortis oculis inspicit, paululumque honoris causa subsistit, & ait:* בא״י אמ״ה בורא פרי הגפן: Benedictus tu Domine Deus noster, mundi Domine, qui vineæ fructum creaveris. *Vulgo solent singuli pro se quisque gratiarum actione vinum consecrare, prima qua bibunt vice, si modo peculiare & solenne non celebretur convivium. Ubi cerevisia vel hydromel quotidie bibitur, illa etiam consecrari solent. Judæi tamen ditiores vini cyathum ad consecrationem sumunt, quamvis postea Zythum in mensa bibant. Aqua nullo modo consecratur. Posthac paterfamilias Psalmum XXIII. recitat, quo recitato, laute & hilariter*

epulantur; dum ne cibus illis desit. Hæc Buxtorfius, qui deinde ritus Judæorum, circa finem epularum receptos, describens, nullam amplius Poculi eucharistici mentionem facit. Contra apud R. Leonem Modena, altum de Poculo eucharistico, quod epulas inchoat silentium est, sed potius, omnis sermo ita concipitur, quasi haud nisi post cibum assumtum, locum inveniat. *Poi che sono assisi, vsano il più dir il Salmo* XXII. Dominus regit me &c. *E poi il padron di casa piglia vn pane intiero, e dice la benedittione, e rompe il pane e ne dà quanto vna grossa oliua, a tutti i commensali, e doppo mangiano quanto loro piace, e la prima volta ch' ogn' vno beue, fà la benedittione. Nel mangiare, molte cose appartinenti alla ciuiltà, ed alla modestia, sono descritte da Rabini. E che si guardano di non calpestar, ne gettar per terra pane, ne cibi, per non sprezzar la gratia di Dio. Finito di mangiare si lauano le mani, e leuano li cortelli da tauola, poi che dicono che la mensa rapresenta l' Altare, doue non si potea poner ferro. E molti vsano dir il Salmo che quel giorno della Settimana diceuano i Leuiti nel Tempio, ed il Salmo* LXVI. Deus misereatur nostri &c. *E se sono trè o più ch' habiano mangiato insieme, vno di loro fatto lauar vn bichiere, ed empitolo di vino, alzandolo della tauola, dice forte:* Signori miei, Benedimo colui, ch' habbiamo mangiato del suo; *E li altri rispondono:* Benedetto sia quello ch' habbiamo mangiato del suo e per sua bontà viviamo; *E seguita ringratiando Iddio, che ad ogn' vno dà il suo vitto; che diede a Padri antichi la terra di promissione, pregandolo redificar Gerusalemme, e benedisce il Padron di casa, e prega per la pace, e finito, da a tutti vn poco di quel vino del suo vaso, e beue anco lui, e si leuano le mense.*

2. Qui ingenui vultus est.] Proprie interpretandum erat: *Qui est oculo bono.* Talis vero Judæis audit, qui minime parce sumtus facit, sed avaritiam, cane pejus ac angue aversatur. Huic opponitur צר עין aut רע עין qui habet ὀφθαλμὸν πονηρὸν de quo mox sequitur, & quem Matthæus quoque memorat c. XX. 15.

3. Nam frustra panditur rete &c.] Præcedit in textu sacro, de effundentibus sanguinem, quales cum sint, quibus oculus nequam est, jam ad eos pertinent, quæ succedunt, atque docetur, ipsos sine spe prædæ, facere aucupium.

4. Duo interdicta violare] Quomodo unico facto, multipliciter reatum contrahi Judæi dicant, in Notis ad Massechet Purim, docebo pluribus.

5. Dimissum esse sine commeatu] Ex sententia R. Salomonis, sic Senatorum accipiendus sermo est: Testamur, non venisse istum

istum ad nos, tamque famelicum discedere coactum, ut in via sedandæ famis causa, necesse ei fuerit, aliquem cibos forte gestantem invadere, atque sic eveniret, ut deinde invasus suum agressorem trucidaret.

כח XXVIII.

שאלו תלמידיו את רבי אלעזר בן שמוע במה הארכת ימים אמר להם מימי לא עשיתי קפנדריא בבית הכנסת ולא פסעתי על ראשי עם קדש ולא נשאתי כפי בלא ברכה מאי מברך אמר רבי זירא אמר רב חסדא אשר קדשנו בקדושתו של אהרן וכו׳ כי עקר כרעיה למיסק מאי אומר יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו וכו׳:

PErcontabantur Discipuli R. Eleasarem S. F. (*Magister*,) quomodo [1] prolongasti vitam? Respondit iis: Nunquam omnibus diebus vitæ meæ, [2] usus sum Synogoga pro (*via*) compendio. Neque [3] divaricatis passibus incessi, per capita populi sancti: Nec manus sustuli (*ad benedicendum*) nisi præmissis precibus. Quomodo est precatus? Id docet R. Sera, nomine R. Chasda: (*Nempe in hæc verba: Benedictus Dominus Deus noster Mundi regnator*,) qui sanctificavit nos, sanctitate Aaronis &c. Jamjam pedes loco moturus ad ascendendum, quid dicebat? (*Sequentia*:) Ita velis jubeasque, Domine Deus noster &c.

ANNOTATA.

1. Quomodo prolongasti vitam? Respondit iis &c.] Haud dubito pro magno Apolline habitum iri, qui mortales, longæ vitatem consequendi modum docere queat, quippe quam omnes ardenter concupiscunt. Equidem, non is sum, qui tantam artem profitear, teneo tamen Judæorum (uti sciti sunt illi homines) remedia varia, quorum beneficio decrepitam senectam quidã attigisse sibi visi sunt, hæc te docebo, Bone Lector, neq; repeto pro iis abs te quicquam pretii. Tu modo audacter eligito, si quod horum tibi placet, ac bono animo esto, non tibi Mors ante terminum necem inferet, nisi tibi ipsi exitium pares ut turdus. Enimvero cap. 4. Megillæ in subsidium vocare convenit, nam ibi hujus do-

ctrinæ videtur ſedes eſſe, igitur quæ ad propoſitum faciunt, alienis re-
ſciſſis, excerpimus. שאלו תלמידיו את ר׳ זכאי במה הארכת ימים
אמר להו מימי לא השתנתי מים בד׳ אמות של תפילה ולא כניתי
שם לחברי ולא בטלתי קדוש היום אמה זקנה היתה לי פעם אחת
לא היה לי קדוש מכרה כפה שעל ראשה ומכרה לי קדוש היום:

Id eſt: *Quæſiverunt ex R. Saccai, ejus Diſcipuli: Qua potiſſimum re, prolongaſti vitam? Reſpondit ipſe: Nunquam,* (urgente natura) *lotium effudi, niſi* (minimum) *ulnas quatuor, a loco ubi preces fieri ſolent,* (hoc eſt Synagoga,) *remotus. Nunquam etiam ſocium cognomine aliquo vocavi: Deniq; nullum ſabbatum mihi illuxit, quo non fecerim vini conſecrationem. Accidit aliquando, ut nulla mihi vini copia eſſet, quare mater anus, quæ mihi erat, peplum quo caput tegebatur vendidit, vinumq; ad meum officium faciendum attulit.* Paucis interjectis, illud remedium longævitatis, quod noſtra quoque Gemara, R. Eleaſaris nomine, memoriæ conſignavit, affertur, atque ſuccedit: שאלו תלמידיו את רבי פרידא
במת הארכת ימים אמר להו מימי לא קדמני אדם לבית המדרש ולא
אכלתי מבהמה שלא הורמו מתנותיה ולא ברכתי לפני כהן: Id eſt:
Quæſiverunt ex R. Preda ejus Diſcipuli: Qua maxime re prolongaſti vitam? Reſpondit ipſe: Nemo homo unquam me antevenit frequentando Acroateria: Nec unquam quicquam comedi animalis, e quo Sacerdotibus quæ quondam debebantur, non fuere ſeparata, ac iiſdem tradita. Quin (nec unquam in convivio,) *præſente Sacerdote, mihi munus conſecrandi ſumſi,* (ſed hunc honorem illi detuli.) Porro: שאלו תלמידיו
את ר׳ נחוניא בן הקנה במה הארכת ימים א״ל מימי לא נתכבדתי
בקלון חבירי ולא עלתה עמי קללת חבירי על מטתי וותרן הייתי בממוני:

Id eſt: *Quæſiverunt ex R. Nechunia, Hakkanæ filio, Diſcipuli: Qua præcipue re prolongaſti vitam? Reſpondit ipſe: Nunquam ex ſocii ignominia, gloriam quæſivi, nec imprecationes* (ſive iram) *adverſus ſocium, unquam lecto meo intuli: Tum, æris mei fui prodigus.* Amplius: שאל
ר׳ עקיבא את ר׳ נחוניא הגדול א״ל במה הארכת ימים אתו גוואי
קא מחו ליה סליק יתיב בדיקלא א״ל רבי אם נאמר כבש למה נאמר
אחד ומאי אחד אל מיוחד שבעדרו אמר להו צורבא מרבנן הוא שבקוה
דליתי אמר ליה מימי לא קבלתי מתנות דכת״ ושונא מתנות יחיה ולא
עמדתי על מדותי דאמר רבא כל המעביר על מדותיו מעבירין לו על פשעיו:

Id eſt: *Percontatus eſt R. Akiba, R. Nechuniam Magnum, inquiens: Qua maxime re prolongaſti vitam?* (Vix hæc dixerat,) *& in eum irruunt famuli* (R. Nechuniæ,) *plagasq; multas illi ingerunt:* (Credebant enim, invide-

invidere Akibam, Nechuniæ longævitati. At R. Akiba) *conscensa arbore, & in ea considens, Bone Magister, inquit, cum* (Lev. XIV, 21.) *legatur unitatis numero* כבש *sive* Agnum, *accipiendum esse, quare additur superflue* אחד *unum esse debere? Et quid istud* אחד *innuit? Nimirum, id vult ea vox, omnium optimum totius gregis agnum accipiendum esse.* (Quæ cum percepisset R. Huna, famulis ait:) *I'ideo eum Discipulum Sapientum esse, quare missum illum facite, ac permittite ut me adeat,* (non enim mala mens, malusque ei est animus, sed erudiri postulat. Postea ad Akibam conversus) *inquit: Nunquam tota vita admisi munera: Nam sic scriptum est* (Prov. XV, 27.) Qui odit munera vivet. *Tum nec meis affectibus præfracte morem gessi, memor istius, quod dicere solebat Raba: Quisquis affectus suos vincit, huic omnia peccata remittuntur.* Dehinc: שאל רבי את רבי יהושע בן קרחה במה הארכת ימים אמר ליה קצת בחיי אמר ליה רבי תורה היא וללמוד אני צריך אמר ליה מימי לא נסתכלתי בצלם דמות אדם רשע: Id est: *Percontatus est Rabbi* (Judas) *R. Josuam F. K. qua imprimis re, vitam prolongasset? Ibi vero Josua; num te tædet, inquit, vita mea? At R. Judas regerebat, etiam hanc Legis Divinæ partem esse, seq; ad discendum venisse. Tum R. Josua: Nunquam, tota vita, hominis nequam os, vultusq; imaginem, sedulo sum intuitus.* Denique legitur eodem loco, repetiturque in Taanit fol. 20. b. שאלו תלמידיו את רבי זירא ואמרי לה את רב ארא בר אחבא במה הארכת ימים אמר להו מימי לא הקפדתי בתוך ביתי ולא צעדתי בפני מי שגדול ממני ולא הרהרתי במבואות המטונפות ולא הלכתי ד׳ אמות בלא תורה ובלא תפילין ולא ישנתי בבית המדרש לא שינת קבע ולא שינת עראי ולא ששתי בתקלת חבירי ולא קריתי לחבירי בחכינתו ואמרי לה בחניכתו: Id est: *R. Seram, seu, ut aliis placet, R. Addam F. A. interrogarunt Discipuli, qua maxime re vitam produxisset? Respondit ipse: Nunquam intra ædes meas, iram animo concepi: Nunquam præcessi eum, qui me major erat Sapientia: Nunquam in locis sordidis, cogitationes* (in res sacras defixi.) *Nunquam ambulavi passus quatuor, sine Lege sacra, & Phylacteriis. Nunquam dormivi in Acroateriis data opera, imo ne casu quidem leviter in iisdem dormitavi. Non lætatus sum, si quando impegerunt socii mei: Tum, haud unquam socium meum aut ejus solius, aut illius familiæ ignominioso appellavi cognomine.* Notandum vero, quod de omnibus istis vitam prolongandi modis, observat Autor libri Chasidim Num. CCX. אם ראית תלמיד חכם שהאריך ימים דע לך שהוסיף דקדוקי על חבירו דברים שאינם כתובים בתורה שהרי בפירוש אמרו במסכת מגלה במה הארכת ימים וכו׳ ואין

שבם דבר אחד מן התורה אלא דקדוקי של סברא שאינן של תורה:
Id eſt : *Si videris Diſcipulum Sapientum, prolongare vitam, ſcias ipſum ante alios ſocios ſtuduiſſe ex abundanti, rebus, quæ in Lege Divina non ſunt præcepta. Atq; hinc in Megilla, ubi varii Magiſtri cauſas longævitatis ſuæ ediſſerunt, nulla harum, in re, quam ipſa Divina Lex imperat, conſiſtit, ſed quædam ſanctimoniæ ſubtilitates memorantur, quas ex ſuo quisq; ingenio ſectatus eſt.* Cæterum, Δὶς ϗ τρὶς τὸ καλόν· Et, quia fieri poteſt, ut noſtram quis interpretationem, remediorum longævitatis, quæ ex Megilla produximus, non ſemper aſſequatur, huic, ne in uſum iſta convertendo erret, ac ne quid plus minusve faciat, quod poſtea non feciſſe ſatius foret, ſuccenturiatam dabimus Judæorum noſtrorum popularium in vernacula explicationem, prout in Libri Lev Tov. fol. 45. col. 4. deprehenditur. *Die* Gemara *geht, ein* חכם *hat geheiſen* רבי זכאי *der is ſehr alt gevveſen, über hundert Jahr, da haben ihn ſeine* תלמידים *gefregt*, Rebbi, *mit vvas biſtu* זכה *gevveſt, daß du biſt aſo alt gevorden? Hat er geſagt zu ſeine* תלמידים *ſecht ihr den gern daß ich nun ſolt ſterben? Haben ſie geentfert: Nein, unſer lieber* Rebbi, *das is ach* תורה *und* דרך ארץ *ſo vvoln mier gern lernen von dier. Da ſprach er, ich vvil euch ſagen, ich hab all mein Tag nit gezürnt, in mein Haus bin ich nit* ברוגז *gevveſen, auch hab ich all mein Tag kein Menſch angeſchrien, den ich hab immerzu gedacht, er is beſſer as ich. Is er älter gevveſt* פשיטא *hab ich ihn nit angeſchrien, hab mier gedacht, der hat mehr* מצוות *gethan as ich. Is er junger gevveſt, hab ich mier gedacht, er hat vvinziger* עבירות *gethan as ich, darum hab ich all mein Tag nie kein Menſchen nit angeſchrien, und vvann es meinem* חבר *is übel gangen, hab ich mich ach* מצער *gevveſt* מכל שכן *daß ich mich nit gefreut hab ſeines Unglück. Und ach hab ich al mein Tag kein geheiſen bey ſeinen Zunahmen, daß er ſich ſchemt: Den vven einer den andern verſchemt, der hat kein* חלק לעולם הבא *as mier finden das* Tamar *hat nit gevvolt* Jehuda מבייש *ſein, eh hat ſie ſich vvoln laſen verbrennen, eh ſie hat vvöln ſagen von vvem daß ſi is tragen gevvorn. Ach geht die* Gemara *andre* תלמידים חכמים *die hoben ach ſehr lang gelebt, hoben ach geſagt etlicherley, as ich do ſchreiben vvil. Einer hat geſagt, ich hab drum lang gelebt, daß ich mich nit geehrt hab mit meines* Chovers *Schand, und ich hab al mein Tag keinen* רשע *nit in ſein* פנים *geſehen. Einer hat geſagt ich hab darum lang gelebt, dervveil daß ich bin immerzu der erſt in der Schul gevveſt, und ich hab al mein Tag nit geſchlaffen in der Schul, noch nit geſchlumt in der Schul. Einer hat geſagt ich bin darum alt gevvorn, daß ich hab al mein Tag nit verfehlt* קידוש *zu machen über Wein am* שבת. *Ein mal hab ich nit Gelt gehat, da is mein Mutter hingangen, und hat ihrn Schleyr verkauft vom Kopf, und hat mier gebracht* יין קידוש *da geht die* Gemara, *da dieſelbig*

Jüdin

Jüdin gestorben is, do hat sie gelassen dreyhundert Fässer mit Wein. Und do derselbig חכם *is gestorben, hat er gelassen dreytausend Fässer mit Wein. Und einer hat gesagt, ich bin darum alt gevvorn, darum daß ich hab gehat Gottesfurcht in der Schulen, mehr as andersvvo, hab ach nichts anders gedacht in der Schulen, dan auf Gottesfurcht, hab kein andre* מחשבה *nit gehat. Und ich hab nit gestiegen über Leut. Das hat zvvey Teutsch. Ein Teutsch is, ich bin nit gestiegen über ein Menschen. Das andre Teutsch: Ich hab kein Herrschaft nit gebraucht über keinen nit; ich hab kein* שררה *nit vvoln haben über keinen Menschen nit, vven ich schon bin gevvest* אב בית דין *oder ein* ראש הקהל *hab ich michs nit übernommen.* Sed, non plane dememinisse hic debemus illorum quoque diem mortis prolongandi remediorum, quæ suppeditant Magistri in Berachot fol. 54. b. אמר רב יהודה ג' דברים מאריכין ימיו של אדם ואלו הן המאריך בתפלתו והמאריך בשלחנו והמאריך בבית הכסא: Id est: Ait R. Judas: *Tria sunt, quæ hominis vitam reddunt maxime diuturnam: Scilicet si diu precetur, diu prandeat cœnetq;, & diu deinde permaneat in iis locis, quo se conferre saturi solent.*

2. Usus sum Synagoga pro viæ compendio] Vocem קפנדריא a *Compendiarius* corruptã esse, merito crediderim, nec persuadet mihi Baal Aruch suam sententiam, qui verbi originem a Græcis petendam arbitratur. Cæterum, quam reverenter Judæi Synagogas suas habeant, item, quibus tamen casibus iisdem pro viæ compendio uti liceat, nec non alia ejus generis, quæ nobis hic docenda erant, jam præoccupavit Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. pag. 2093. quem adire, utile fuerit, imo necessarium. Vix habeo, quod ejus observationibus addam, præter locum in Jebamot fol. 6.b. qui etsi de monte cui Templum Hierosolymitanum inædificatum erat proprie tantum loquitur, non tamen a præsenti instituto valde est alienus: לא יכנס אדם בהר הבית במקלו במנעלו באפונדתו ובאבק של רגליו ולא יעשנו קפנדריא ורקיקה מקל וחומר ואין לי אלא בזמן שבית המקדש קיים בזמן שאין בית המקדש קיים מניין תלמוד לומר את שבתותי תשמורו ומקדשי תראו מה שמירה האמורה בשבת לעולם אף מורה האמורה במקדש לעולם: Id est: *Haud fas est cuiquam conferre se in sacrum Templi montem, gestando scipionem manibus, aut calceos pedibus, aut fizona nummaria quis præcinctus, vel pedes pulverulentus sit. Adde, quod nec ex illo viæ compendium faciendum, nec conspuendus est.* (Et vero, hos mores, illi loco sancto convenire, facile) *a comparatione minoris cum majori verisimilitudine* (evincitur. Cum enim Regum Aulas adire volentes, simili fere civilitate utantur; quanto magis in loco, Numini sacrato, circumspecte agendum est. Sed, posset quis

quis dicere:) *Harum rerum observatio tantum videtur necessaria, Templo adhuc superstite. Unde vero colligitur, etiam post ejus excidium tandem obtinere religionem? Nempe scriptum est* (Lev. XIX, 30.) Sabbata mea observatote, & Sanctuarium meum reveremini. (Hinc colligere est) *quod sicut æterna Sabbati observantia præcipitur, ita & Sacrarii reverentiam æternam præceptam esse.*

3. Divaricatis passibus incessi per capita &c.] Neminem movere debet, allegorica horum, quam Autor libri Lev Tov paulo ante attulit expositio, sed sensus verborum proprius retinendus est, idque vult R. Eleasar, semper mature se frequentasse Acroateria, ne cæteroquin sero adventans, locum suum petendo, aliis molestus esse, & illorum capita quasi transilire, cogeretur. Proinde Raschi in Glossa: שהיו התלמידים יושבין בבית המדרש על גבי קרקע והמהלך ביניהם כשהם יושבין ונכנס לישב במקומו מרחיב פסיעותיו בעל כרחו והוא לשון מפסיע ונראה כמפסיע על ראשיהם ולפיכך צריך להקדים או ישב לו מבחוץ: Id est: *Auditores in Acroateriis humi sedebebant, unde cæteris jam considentibus intrans, locumq; suum occupare volens gradiendo crura divaricet necesse est,* [*id enim proprie vox* מפסיע *innuit,*] *atq; sic videtur quis aliorum capita transcendere.* (Quod quia indecens est) *aut in tempore quis venire, aut foris sedere debet.* Atque, ut vetus Acroateria apud Judæos frequentandi ratio, tanto magis cognita habeatur ex calce tractatus Horajot addimus etiam sequentia. תנו רבנן כשהנשיא נכנס כל העם עומדים לפניו ואינם יושבין עד שיאמר שבו כשאב בד״ נכנס עושין לו ב׳ שורות אחד מכאן ואחד מכאן ואין יושבין עד שיושב במקומו כשחכם נכנס אחד עומד ואחד יושב במקומו׳בני ת״ח ותלמידי ת״ח בזמן שרבים צריכים להם מפסיען על ראשי העם אף על פי שגנאי הוא לת״ח שיכנס האחרונה יצא לצורך נכנס ויושב במקומו בני ת״ח שממונין אביהם פרנסין על הצבור בזמן שיש בהן דעת ללמוד נכנסין ויושבין כפני אביהן ואחוריהן כלפי העם אין בהם דעת לשמוע נכנסין ויושבין אחורי אביהן ופניהם כלפי העם רבי אלעזר בר צדוק אומר אף בבית המשתה עושין אותן סניפין אמר מר יצא לצורך

לצורך נכנס ויושב במקומו אמר רב פפא לא אמרן אלא לקטני אבל לגדולים לא הוה ליה למיברק נפשיה מעיקרא דאמר רב יהודה אמר רב לעולם ילמד אדם עצמו להשכים ולהעריב לעשות צרכיו כדי שלא יתרחק והאידנא דנפיש חולי אפילו גדולים נמי: Id est: *Sic a Magistris traditum habemus: Cum Princeps* (sive Aichmalotarcha, Acroaterium) *ingrediebatur, omnis cœtus coram eo surrexit, nec prius loca repetebant, quam ille diceret,* Sedete. *Patre Domus Judicii intrante, series duas faciebant surgentium, ita ut per medios hinc & hinc stantes, transiret, neq; ante considebant, quam ille locum suum occupaverat. Si quis Sapiens intrabat,* (tantum surgebant singuli,) *unoq; in pedes sese erigente, rursus sedebat alter. Filii Discipulorum Sapientum, ipsiq; Sapientum Discipuli, si qua in re ipsorum interventu cæteris opus erat,* (ad primores festinando,) *per capita reliquorum quasi incedebant; at, cæteroqui Discipulo Sapientū probrosum est tarde adventare. Qui urgenti naturæ satisfacturus, exiverat, intrabat deinde rursus, & locum repetebat. Pueri juvenes, quorum parentes munere Antistitum cœtus fungebantur, cum quid discere volebant, intrantes, vultus parentibus, terga, auditorum cœtui obvertebant. Sed auscultare volentes, retro, post parentes sedebant, vultumq; ad populum habebant directum. Atq; sic R. Eleasar F. Z. dixit, esse quoq; usu receptum, ut liberi ejusmodi parentum, appendices fiant in conviviis. Enimvero, standum omnino est illius Sapientis opinione, qui pronunciavit, ei, quem natura urget, fas esse exire, & sub reditum locum suum repetere. Monet tamen R. Papa id tantum capiendum esse de pueris, nam adultiores prius evacuando corpori attendere debent. Scilicet, ore R. Judæ præcepit Raf. Quisq; se assuefacere debet, ut sub diluculum & vesperam, ventris onus ejiciat,* (ne interdiu id facere volens, vitandi hominum conspectus causa,) *nimis procul secedere cogatur. Interim, quia hoc ævo* (diarrhœæ) *morbus admodum inter mortales frequens est, etiam adultis* (vitio verti non debet, si ex Synagoga cæteris ibi morantibus exeant.)

Confer Iebamot fol. 105. b.

3. Benedictus Dominus Deus noster &c. Ita velis jubeasque &c.] Quarum, Codices En Jacob, initia tantum habent, in Talmude, plene extant precum formulæ. אשר קדשנו בקדושתו של אהרן וצונו לברך את עמו ישראל באהבה:

(*Benedictus Dominus Deus noster, Mundi regnator*) qui sanctificavit

nos ſanctitate Aaronis, nobisque præcepit, ut populo ejus Iſraëlitico amanter benediceremus. יהי רצון מלפניך יי׳ אלקינו שתהא ברכה זו שציויתני לברך את עמך ישראל לא יהא בה מכשול ועון: Ita velis jubeasque Domine Deus noſter, ut in hac benedictione qua juſſiſti benedicere populo tuo Iſraëlitico, nec offendam, nec peccem. Additur porro, eundem R. Eleaſarem, cum benedictione finita, vultum a cœtu averteret, dixiſſe: רבונו של עולם עשינו מה שגזרת עלינו עשה עמנו מה שהבטחתנו השקיפה ממעון קדשך מן השמים: Mundi Arbiter, perfice nobis, quæ impertiri decreviſti. Da nobis, quæ nobis es pollicitus: Reſpice ex Cœlo, illo tuæ ſanctitatis habitaculo.

כט

אמר רבי אבהו מריש הוה
אמינא ענוותנא אנא כיון דח
דחזיתיה לרבי אבא דמן עכו
דאיהו אמ׳ חרא טעמא ואמר
אמוריה חד טעמא ולא קפיד
אמינא לאו ענוותנא אנא
ומאי ענוותנותיה דרבי אבהו
דאמרה ליה דביתהו דאמורי
דר׳ אבהו לדביתהו דרבי אבא
אבהו האי דידן לא צריך ליה
להאי דידך והא דגחין וזקיף
עליה יקרא דמלכותא הוא
דעבד ליה אזלא דביתהו

XXIX

Dixit R. Abhu: [1] Principio credidi, [2] me eſſe mitiſſimum, ſed poſtquam vidi R. Abbam Accenſem, aliam ſententiam dicere, & [3] Interpretem aliam pronunciare, ſine quam ut is ſuccenſeret, tum (*mecum ipſe*) dixi: [4] Non ego mitis cenſendus ſum. Quæ igitur erat manſuetudo R. Abhu? (*Videlicet*,) cum dixiſſet Uxor Interpretis τοῦ R. Abhu, ad hujus R. Abhu conjugem: [5] Ille noſter (*maritus*;) minime indiget tuo illo: [6] Quod autem coram eo ſeſe incurvat, erigitque, id in honorem Regis eſt, quod hoc ei facit. Ivit uxor, & hoc τοῦ R. Abhu

אמרה ליה לרבי אבהו אמר
לה ומאי נפקא לך מינה מיני
ומיניה יתקלס עילאה ותו
אימנו רבנן עליה דרבי אבהו
למנוייה ברישׁ מתיבתא חזייה
לרבי אבא דמן עכו דתפסי
ליה בעלי חובות אמר להו
אית לכו רבה: סא אמר להו
עד דמצלנא ליה לרבי אבא
לא אתא עד דאצל ליה:

Abhu (*marito suo,*) renunciavit. Is vero respondit: Quid id tua refert? Per me, & per ipsum laudatur (*Deus*) excelsus. Porro: Communi suffragio decreverant aliquando Magistri, constituere hunc R. Abhu, [7] Patriarcham. Sed cum is vidisset R. Abbam Accensem prehendi a creditoribus, ait (*electuris sese:* *Missum me facite;*) [8] digniorem habetis. [9] In aliis Codicibus ita (*hac leguntur:*) Dixit: (*Differamus hac tantisper*) quoad usque liberavero R. Abbam, neque reversus est, nisi eo liberato.

ANNOTATA.

1. Principio credidi &c.] Eadem Phrasis adhibetur in Sanhedrin p. 344. Edit. Cocc. אמר רבא מריש הוה אמינא ליכא קושטא בעלמא; *Dixit Raba: Initio ratus sum, non esse veritatem in mundo.*

2. Me esse mitissimum] Mansuetudinem, ac injuriarum patientiam, Magistri, ante alias virtutes commendare solent, huicque palmam fere tribuunt. Liber שני לוחות הברית fol. 70. a. מי יפאר גדול פאר המדה זו של ענוה ושפלות הרוח כי מרע"ה שנשתלמו בו מעלות המדות ומעלות השכלי' יותר מכל בן אדם ונוסף לו שהיה שלם במדריגת הנבואה אשר לא קם כמוהו והוא אב בתורה ואב בחכמה ואב בנבואה ומכל זה לא שבחו הקב"ה לייחד לו מדה מעולה הכוללת כל המדות אלא מדת הענוה שנ' והאיש משה ענו מאוד מכל האדם ומש"ה מכל אדם יש בו רמז לאדם הראשון: Id est: *Quis pro dignitate Virtutem, quæ Mansuetudo, ac Demissio animi vocatur, satis explicare potest? Quippe Moses Magister noster f.m. quo nemo mortalium virtutes tam morales, quam quæ ad intelligentiam pertinent, magis perfectè possedit, & qui insuper, Prophetiæ gradum supremum attigerat, ita ut ei similis nunquam extiterit, ac suo merito vocari queat Pater Legis, Pater Sapien-*

Sapientiæ, Pater Prophetiæ : Hunc tamen Deus cum laudare vellet, ac virtutem aliquam cæteras complectentem, de eo prædicare, haud aliam quam Mansuetudinem ei tribuit : nam sic S. E. (Num. XII, 3.) Vir Moses erat mitissimus super omnes homines. *Atq; quia dicitur* מכל אדם *tacite fit indicium, ipso etiam Adamo eum fuisse mitiorem.*

Est inter celebriores Talmudis gnomas: הנעלבים ואינם עולבים שומעים חרפתם ואינם משיבים עושים מאהבה ושמחין ביסורים עליהם הכתוב אומר ואוהביו כצאת השמש בגבורתו Id est : *Qui probra sufferunt, nec in alios talia jaciunt, qui audiendo contumelias, nihil respondent, qui* (Divina Præcepta) *solius amoris causa implent, & in adversitatibus lætantur, de iis valet illud* (Jud. V, 31.) Et diligentes eum sunt, uti cum Sol procedit in robore suo. Quod dictum, extat in Schabbat fol. 68. b. repetiturque in Joma fol. 23. a. Huc pertinet, illud in Bava Kama fol. 92. b. πεπαροιμιασμένον· חברך קרייך חמרא אוכפא לגביך מוש: Id est : *Si socius tuus, asinum te vocitet, clitellam* (insuper) *dorso tuo imponito* (actutum.) In Gittin fol. 7. a. legimus : שלח ליה מר עוקבא לר׳ אלעזר בני אדם העומדין עלי ובידי למוסרן למלכות מהו שרטט וכתב ליה אמרתי אשמרה דרכי מחטוא בלשוני אשמרה לפי מחסום בעוד רשע לנגדי אף על פי שהרשע לנגדי אשמרה לפי מחסום שלח ליה קא מצערי לי טובא ולא מצינא דאיקום בהו שלח ליה דום ליי׳ והתחולל לו חם לו ליי׳ והוא יפילם לפניך חללים:
Id est : *Venerandus Ukba nunciari jussit R. Eleasari : Sunt quidam mihi molestissimi, atq; si velim, possum eorum nomina ad Regem deferre,* (nec dubium, quin aspere sint luituri:) *Quid igitur faciendum ?* (At Eleasar, accepta membrana,) *lineasq;,* (uti nimirum ea, quæ sacra sunt, exarare convenit,) *in ea ducens, rescribit* (verba e Psalmo XXXIX, 2.) Dixeram, observabo vias meas, ne peccem lingua mea : Servabo circa os meum capistrum, tantisper dum improbus erit contra me. (Significare volens, hunc verborum Davidicorum sensum esse:) *Etiamsi improbus mihi adversetur,* (nihilo minus) *frænabo os capistro.* (Cæterum Ukba,) *iterum ad Eleasarem querelam hanc deferre jussit : Vehementer me affligunt, neq; reperio quomodo præ iis consistam.* (Ibi Eleasar responsi loco) *misit* (verba Psalmi XXXVII, 7.) Sileto Domino, & illi cædem committito. (Innuens, hoc dicere voluisse Davidem:) *Sileto Domino, ipse faciet, ut cumulatim ante te confossi jaceant.* Ergo, cum Magistri Mansuetudinem tantis laudibus deprædicent, ac tantopere commendent, jure merito non tantum R. Jose in Schabbat fol. 118. b.

serio

ſerio optavit : יהי חלקי ממי שחושרין אותו ואין בו *O utinam inter eos locũ reperiamqui innocenter ſuſpiciones*(malas, *incurrunt* : Sed & alii, hujus virtutis munera quantũ in ſe erat, ipſo facto exprimere ſtuduerunt. Habetur imprimis memorabile exemplum, in incerti Autoris Commentario noſtro ſuper Pirke Avot : נמצא בספר אחד מספרי המדות שנשאל לאחד מן הצדיקים החשובים איזה יום הוא ששמחת בו ביותר בכל ימיך ואמר פעם אחת הייתי בספינה והיה מקומי במקום הפחות שבכל הספינה והיו שם סוחרים ובעלי ממון ואני שוכב במקומי ואחד מאנשי הספינה קם להשתין והייתי כך שפל ונבזה בעיניו וגלה ערותו והשתין עלי ותמהתי מהחזק תכונת העזות בנפשו וחי ראשי לא כאבני נפשי למעשיהו כלל ולא התעורר ממנו כחי ושמחתי שמחה גדולה שלא הכאיבני ענין החסר ההוא ולא הרגישה נפשי עליו להשיב לו דבר :

Hanc hiſtoriam, ne Latinis verbis exprimam, Autor libri לב טוב facit, quem pridem vernacula noſtra, ejus ſive verſionem, ſive paraphraſin dediſſe obſervo, magis eſt igitur ut illum audiamus. *Ein* מעשה *ein* חכם *hat gefregt ein* חסיד *du biſt ein groſer* עניו *und der* סדר *is von den* ענווים *die ſeinen allzeit frölich, dervveil daß der* עניו *als vor Gut annimt, darum is er gar nit beſorgt, neiert auf ſeine Sund, und auf das* גלות *ſorgt der* עניו *und auf nichts mehr. Nun du* חסיד *ſag mier vven du biſt am frölichſten gevveſt all dein Tag, vvas is dier zu handen kommen, vvas vor ein Sach, daß du biſt zu allerfrölichſten gevveſt ? Hub er an der* חסיד *und ſagt: Ich bin einmal im Schif gefahren, ſein eitel* גויים *drinnen gevveſt, und haben mier gros* רשעת *angethan : daß ich hab müſſen ſitzen hauſſen auf der Spitz, vom Schif, ſie haben gezecht, und gefreſſen und geſoffen im Schif. Da is ein* גוי *ein* רשע *herausgangen zu mier, und hat ſich* מגלה ערוה *kegen mier gevveſt,* כלומר *hat ſich kegen mier aufgedeckt, und hat* משתין *auf mich gevveſt, da hat mier niſcht dran gelegen, hat mier* אפילו *nit bang gethan, daß mich der* גוי *aſo* שפל *hat gehalten. Daſſelbig mal bin ich am frölichſten gevveſt, daß ich hab mein* מדה *geſehn, daß ich mich nit hab derzürnt, und hat mier niſcht dran gelegen, bin al mein Tag nit aſo frölich gevveſt, as daſſelbig mahl, daß ich derkent hab, daß ich aſo ein* עניו *bin.* Hactenus tradita, ſi animo ſecum, uti par eſt, revolverent Judæi, non tam ſannis, credo, exciperent, illud Servatoris noſtri dictum, quo unam maxillam percutienti, alteram porrigere jubet, ac vulgo faciunt. Neq; ſane opus erat, ut nequam Autor, libri Nizachon, qui nondum editus in Bibliotheca Argentoratenſi aſſervatur, ἐπιφωνηματικῶς in hæc verba cavillando prolaberetur : כתוב להם אם יכך יהודי בלחי נטה לו לחי אחרת ואל מכהו אותו כלל: Id eſt : *Hæc Chriſtianis ſcripta lex:*

Si quis Judæus in unam maxillam te percutiat, porrigito eidem quoq; alteram, neq; ullatenus plagam remetire. Sed vero, quomodo imperatum Christi non omnem judiciorum Magistratusque ordinem tollat funditus, nec id præcipue exigat, ut veterem injuriam ferendo, novam assidue quis invitet, pridem a Theologis abundanter & copiose ostensum est. Quare, similiter magnas inanesque nugas agit Autor, nostri ineditì libri

חזוק אמונה dum scribit ; פרק ו פסוק כ״ז אהבו את אויביכם
ועשו טובה לשונאיכם ברכו את המקללים אתכם התפללו
בעד החומסים אתכם למכה אותך על הלחי האחת תן לו גם
השנית והלוקח מלבושך החיצוני אל תמנע ממנו גם הפנימי
וכו׳ ותמצא זה הענין ג״כ במטיאוש פ׳ ה׳ פסוק ל״ט ואת
המצוה לא ראיתי שום נוצרי שיקיים אותה כי אפי׳ ישו עצמו
לא היה מתנהג כמו שהיה מלמד לאחרים כי הנה מצינו
ביאן פ׳ י״ח פסוק כ״ב כאשר הכה * איש אחד על הלחי לא נתן
לו לחיו השנית אלא התרעם אפילו על ההכאה האחת
באמרו למה מכה אתה אותי וכן מצינו באקטא אפוסטולורום
פ׳ כ״ג פסוק ג׳ כאשר גזר הכהן להכות את פויל על הלחי לא
נתן לו לחיו השנית אלא קללו באמרו האל יכה אותך וכו׳
והנה זה הדבר עומד כנגדם וסותר יסוד דתם שאומרים
שתורת ישו קלות השמירה והנה פויל שהיה נאמן ביתו של
ישו ולא יכול לקיים מצוותו אף כי שאר מאמיניו איך יוכלו לקיים:

Deesse videtur vox אותו

Id est: (Apud Lucam) *Cap. VI. commate 27.* (legitur:) Diligite hostes vestros; benefacite inimicis vestris; benedicite iis qui exsecrantur vos; orate pro vim facientibus vobis, ferienti te super unam maxillarum, ei alteram etiam præbeto: Auferentique togam, ne tergiversator concedere quoque interulam: &c. *Idem reperire est apud Matthæum etiam, cap. V. comm. 39. At ego non vidi istud quenquam Christianorum implere, ipseq; adeo Jesus non se gessit, quomodo alios docuerat. Ecce enim reperimus apud Johannem cap. XVIII. commate*

mate 22. quod, cum nonnemo ei alapam impegisset, non obvertisse ipsum cadenti alteram maxillam, sed vel ob unicam istam plagam commotum, dixisse: Quare me percutis? Simile in Actis Apostolorum c. XXIII. comm. 3. occurrit, Cum enim jussisset Pontifex maxilla Pauli ictum infligere, non exporrexit quoq; alteram, sed imprecatus est ei, dicendo: Deus te percutiat &c. Res igitur ista illismet ipsis adversatur, & religionis eorum fundamentum destruit, quo jactitant, legem Jesu observatu esse facilem. Atqui vero Paulus, Dispensator quasi Jesu, praeceptum ejus implere non poterat, quî ergo caeteri in eum credentes id mihi praestabunt?

3. Interpretem aliam pronunciare] Habebant quondam Magistri frequenter suos Interpretes, qui, quae ipsi submissius dicebant, voce clariore auditoribus repetiverunt. De eo ritu, dignus est qui audiatur Maimonides Hilch. Talm. Tora c. 4. §. 2. seqq. quando sine eo haec Gemarae nostrae Pericope, neutiquam percipi potest. כיצד

מלמדים הרב יושב בראש והתלמידים מוקפים לפניו כעטרה כדי שיהו כולם רואים הרב ושומעי דבריו ולא ישב הרב על הכסא ותלמידיו על הקרקע אלא או הכל על הארץ או על הכסאות ובראשונה היה הרב יושב והתלמידי עומדים: ומקודם חורבן בית שני נהגו הכל ללמד לתלמידים והם יושבים אם היה מלמד מפיו לתלמידים מלמד ואם היה מלמד על פי המתרגם עומד בינו ובין התלמידים והרב אומר למתרגם והמתרגם משמיע לכל התלמידים: וכשהם שואלין למתרגם הוא שואל לרב והרב משיב למתרגם והמתרגם משיב לשואל: ולא יגביה הרב קולו יותר מקול המתרגם ולא יגביה המתרגם קולו בעת ששואל את הרב יותר מקול הרב אין המתרגם רשאי לא לפחות ולא להוסיף ולא לשנות אלא אם כן היה המתורגמן אביו של חכם או רבו אומר הרב למתורגמן כך אמר לי רבי או כך אמר לי אבא מרי כשאומר המתורגמן הדברים לעם אומר בשם החכם ומזכיר שמו של אבי הרב או של רבו ואמר כך אמר רבנא פלוני אף על פי

פי שלא הזכיר החכם שמו שאסור לקרות לרבו או לאביו בשמו: Id est : *Quomodo docent* (Magiſtri, ſuos Diſcipulos?) *Magiſter ſedet in fronte, Diſcipuliq; illum cingunt inſtar coronæ, ut omnes illum intueri poſſint, & verba ejus percipere. Non vero ſedet Magiſter in ſella, & Diſcipuli in ſolo, ſed utriq; aut ſolo, aut ſellis inſident. Sane olim, Magiſtrum ſediſſe, ſtetiſſe Diſcipulos, conſtat; ſed jam ante devaſtationem templi ſecundi, cum promiſcue omnes docere inciperent, more receptum fuit, ut ſedere Diſcipulis liceret. Si quis ſuo ore docere velit Diſcipulos, doceto : quod ſi vero Interpretis opera utatur, iſte inter eum, Diſcipulosq; medius conſiſtit, ac Magiſter animi ſenſa ubi Interpreti declaravit, iſte deinde palam Diſcipulis id renunciat.* (Sic quoties quæſtio proponenda,) *rogatur Interpres, is conſulit Magiſtrum, acceptoq; reſponſo, de eo certiorem reddit interrogatorem. Non debet Magiſter vocem magis efferre, quam eam effert Interpres : nec iſti, cum aliquid ex Magiſtro percontatur, clariore præ Magiſtro voce, uti conceditur. Haud fas eſt Interpreti demere aliquid, aut addere verbis Magiſtri, vel quid eorum immutare, niſi Magiſtri, aut Pater, aut Præceptor fuerit. Quando Magiſter Interpreti ait : Sic meus mihi Præceptor, ſic Parens meus, tradiderunt, tum Interpres iſta repetens, nomen Sapientis exprimit, illumq; ſive Parentem, ſive Præceptorem Magiſtri, proprio vocat cognomine, inquiens :* Sic docuit nos N. Vir Clariſſimus. *Nec obſtat, quod Magiſter nomen illud non ediſſeruit, nam non licet aut Præceptorem, aut Patrem propriis vocare nominibus.* Confer ſedulo, quæ diſſerit idem Maimonides Hilch. Tephilla c. 12. §. 10. ſeqq.

4. Non ego mitis cenſendus ſum] Hæc enim injuria quam R. Abbæ, Interpres inferebat, tam gravis erat, ut profiteretur R. Abhu ſe illi concoquendæ imparem eſſe.

5. Ille noſter maritus minime indiget tuo &c.] Id eſt : Cave credas, meum maritum ideo Interpretis munere apud tuum fungi, quaſi ipſe non ſit eruditus, & nihil auditoribus dignum, per ſeſe proferre queat : nam, liceret modo, longe ſaniora fortaſſe, ac ſapientiora, quam tuus ediſſerit, pronunciaret. Nimirum, ſola gratia, qua tuus maritus apud Regem plurimum valet, hanc neceſſitatem meo conjugi imponit, ut ſit ei a repetendis concionibus.

6. Quod autem coram eo ſe incurvat &c.] Pro iſta, quam nos expreſſimus lectione, Talmudis editiones habent: דגחין ווקיף עליה וקרא לעלמא הוא דעביד ליה: Id eſt : *Quod coram eo ſe incurvat, erigitq;,* (ac ab eo tradita) *palam enunciat, id ſolius honoris cauſa facit.*

facit. Sed, præferenda ſunt, quæ nos dedimus, cum R. Salomo in Gloſſa, non tantum hanc lectionem ſequatur, ſed etiam autoritatibus confirmet, τὸν R. Abhu, in magna apud Cæſarem fuiſſe exiſtimatione.

7. Patriarcham] Talmudis Codices omittunt verbum גליותא & mox pro 'דתפס legunt 'דנפ'ש Rurſus vero Codicum En Jacob potior habenda ratio.

8. Digniorem habetis] Uſus eſt hoc prætextu R. Abhu, ut dignitatem quæ ſibi offerebatur tanto melius R. Abbæ conciliare poſſet. Quippe is honos, quæſtum ei uberrimum præbiturus erat, ſufficientemq; diluendo æri alieno: recens enim electis Patriarchis munera miſſitabantur inſignia.

9. In aliis Codicibus &c.] Quicquid hujus varietatis lectionum eſt, Talmudis editiones indicare negligunt.

ל

רבי אבהו ורבי חייא בר אבא איקלעו לההוא אתרא רבי חייא בר אבא דריש תמ שמעתא ורבי אבהו דרש א אגדתא שבקו כ"ע לרבי חייא בר אבא ואתו לקמיה דרבי אבהו חלש דעתיה אמר להם רבי אבהו אמשול לכם משל למה הדבר דומה לשני בני אדם שנכנסו לעיר אחת אחד מוכר מיני אבנים טובות ומרגליות ואחד מוכר מיני סדקית על מי קופצים לא על מי שמוכר מיני סדקית כל

XXX.

R. Abhu & R. Chaja A. F. delati ſunt in locum quendam: Tum hic [1] de gravioribus materiis, diſſerere cœpit; iſte autem amœniora quædam propoſuit. Tum [2] relinquere omnes R. Chajam F. A. & τὸν R. Abhu ſectari. Diſcruciabatur (*ob hæc R. Chaja*) animi. Cæterum R. Abhu illis inquiebat: Similitudinem vobis proponam: Cum qua re, præſens negotium comparari poteſt? Scilicet, cum duobus hominibus [3] qui eandem urbem intrant, quorum alter lapides pretioſos, & margaritas alter [4] ſcruta vendit. Ad utrum horum magis concurritur? Annon ad Scrutarium? (*Hactenus*) ſemper iverat R. Chaja F. A. comi-

יומא ויומא הוה אזיל רבי חייא בר אבא ומלוי בהדי ר אבהו עד בבא דאושפיזיה משום יקרא דבי קיסר ההוא יומא אלויה ר אבהו לרבי חייא בר אבא ואפילו הכ לא איתותב דעתיה מיניה:

comitatumque præstiterat R. Abhu, usque ad fores hospitii, ob gratiam qua valebat in aula Cæsaris. Hac vero die, comitabatur R. Abhu R. Chajam usq; ad ædes illius, neque vel sic tamen, ejus animus acquievit.

ANNOTATA.

1. De gravioribus materiis, disserere cœpit, iste autem amœniora &c.] Voces שמעתא & אגדתא sibi fere opponuntur, atq; harum prior, a R. Salomone in Glossa exponitur, quasi quæ comprehendat הלכות דינין ואיסור וטהרות Id est: *Constitutiones, Decisiones, Prohibitiones, Purificationes.* Quod vero ad verbum אגדתא attinet, de eo sic est apud Casaubonum Exerc. XIV. adv. Baron. p. 234 *Vocem Agadoth Caninius vertit* Extensio: *sicut Elias quoq; in Thisbi est interpretatus:* הוא לשון משיכה Est dictio extensionis. *Erunt igitur Agadoth, qui dicuntur Græcis* λόγοι διεξοδικοὶ, *explicationes uberiores & prolixiores. Mihi tamen magis probatur, quod idem Elias alibi adnotat, vocem esse deductam ab Hebraica* נגד *indicavit, explicuit.* Sed, hæc fortasse viro Doctissimo exciderunt festinantius. Ipsum enim Eliam in Tisbi si inspiciamus, liquido apparet, opinionem ei a Casaubono tribui, de qua nunquam cogitaverat. Tum vero נגד *indicandi*, aut *explicandi*, significationem admittere, haud temere dicet, qui proprie ac perspicue loqui amat, cum Conjugatio Kal, eo sensu, neutiquam Hebræis, imo ne Rabbinis quidem, sit in usu. Sane, Elias in Tisbi אגדתא per משיכה exponit, verum, hoc nihil ad *Extensiones*, λόγους διεξοδικοὺς, *sive explicationes uberiores, ac prolixas. Attractionem* hic loci משיכה interpretari oportet, atque Attractiones dicuntur Aggadot, לפי שהדברים ההם מושכים את לב התלמידים *Quia* (jucunditate & amœnitate sua) *Auditorum animos attrahunt, capiuntq;* ; prout ipse Elias est professus. Sunt igitur omnino Aggadoth, historiæ, & dicta amœniora, multum salis, ac leporis continentia, quibus graviorum studiorum austeritas temperatur, quæque delectant mentem, non exercent. Et vero, non primus Elias, Aggadot, *trahendi* sensu accepit, sed jam antiquissimis Talmudistis sic explicare visum fuit. Joma fol. 75. a. דברי אגדה מושכין לבו של אדם כמים Vel, uti in Chagiga fol. 14. a. exprimitur: בעלי אגדות מושכין לבו של אדם כמים באגדה: Id est: *Verba τῶν Aggadot, quiq; ea proferunt,*

ferunt, attrahunt animum hominis, aquæ leniter fluentis, in modum. Unde in Taanit fol. 7. a. dicitur: אמר ליה ר' זירא לרי ירמיה ליתי מר ליתני אמר ליה חליש לבי לא יכילנא לימא מר מלתא דאגדתא: Id est: *Rogavit R. Sera, R. Jeremiam, inquiens: Veni, quæso, Domine, & me aliquid doceto: Respondit ipse: Mærore angor, igitur non possum.* (Instabat tamen R. Sera:) *Ergo, dic saltem Domine Aggadam quandam.* Cæterum, quæ de voce Aggada Buxtorfius pater. in Lex. Talm. p. 1295. Filius, ad Cosri p. 250. Voisinius ad Pugion. Fid. Raym. p. 60. observarunt, apud illos ipsos legi debent, juvabitque addere Halichot Olam p. 226. Edit. l' Emper. Nos, priusquam hinc discedimus, adhuc locum alium in quo שמעתא & אגדתא prorsus uti in nostro, elegantissime opponuntur, suppeditabimus. Bava Kama fol. 59. b. יתיב רב אמי ורב אסי קמיה דרבי יצחק נפחא מר אמר ליה לימא מר שמעתא ומר אמר ליה לימא מר אגדתא פתח למימר אגדתא ולא שביק מר פתח למימר שמעתא ולא שביק מר אמר להם אמשול לכם משל למה"ד לאדם שיש לו שתי נשים אחת ילדה ואחת זקנה ילדה מלקטת לו לבנות זקנה מלקטת לו שחורות נמצא קרח מכאן ומכאן אמר להם אי הכי אימא לכו מילתא דשויא לתרוייכו; Id est: *Considentibus R. Amme, & R. Asse coram R. Isaaco Fabro, unus eorum ipsum precatus est, rem aliquam gravem proponeret, alter ab eo exigebat amænius quoddam. Ergo, exorsum amæniora, iste interpellavit, rem gravem dicturum, hic compescuit. Ibi vero Isaacus: Heus, παραβολὴν faciam: Eccui rei præsens casus maxime similis videtur? Scilicet, homini, qui duas habet uxores, quarum una juvenis est, altera vetula. Juvenis,* (virum sibi similem reddere volens,) *evellit ei canos; Vetula,* (dum idem & ipsa facere studet,) *evellit ei crines nigros, atq. sic penitus redigitur ad calvitiem. Sed agedum, dicam rem gratam futuram utrisq.*

2. Relinquere omnes] אזיל quod in Talmudis Editionibus pro ואתו est, plane non ferendum judico; ואזלו tolerarem.

3. Qui in eandem urbem intrant] שנכנסו לעיר אחת excidit ex nostris Talmudis Codicibus, quod iterum non probo. Alias lectionum varietates quæ supersunt, cum leviores deprehendantur, prætereo sciens.

4. Scruta] Voce סרקית Autore R. Salomone notantur כלי מלאכת הנשים כגון פלכין ומחטין וצנורות *Muliebria instrumenta, uti sunt Coli, Acus, Fuscinulæ.* Nos. *Scruta* vertimus, & erat in animo illud Sidonii Apollinaris l. 2. ep. 7. *Huic Hilchaldus (siquidem ea ætas infantulæ, ut adhuc decenter,) nunc quædam frivola, nunc ludo apta vir-*

gineo ſcruta donabat : quibus iſti parum grandibus cauſis, plurimum virguncula animus copulabatur.

5. Scrutarium] Scrutorum enim ejusmodi cum exiguum pretium ſit, ideo facile emtores inveniunt, gemmas non niſi ditiſſimis parare licet. Hac vero modeſta excuſatione utebatur R. Abhu, ut R. Chajæ ægritudinem, quam ob Auditorum paucitatem animo conceperat, leniret.

לא XXXI.

אמר רבי יצחק לעולם תהא אימת צבור עליך שהרי כהנים פניהם כלפי העם ואחוריהם כלפי שכינה רב נחמן אמר מהכא ויקם המלך דוד על רגליו ואמר שמעוני אחי ועמי אם אחי למה עמי ואם עמי למה אחי אמר ר׳ אלעזר כך אמר להן דוד לישראל אם אתם שומעין לי אחי אתם ואם לאו עמי אתם ואני רודה אתכם במקל:

MOnet R. Iſaac: Semper homo honore proſequitor (*Synagogæ*) cœtum. Ecce enim Sacerdotes (*benedicturi*,) vultus populo, [1] terga vero divinæ majeſtati obvertunt. R. Nachman (*idem monitum*) exinde (*elicit*: Q. S. E. 1 Chron. XXVIII, 2.) *Et ſurgens David Rex in pedes ſuos, dixit: Audite me fratres mei, & popule mi.* Si *Fratres* erant, cur *Populum* ſuum vocat? Aut ſi *Populus* ejus erant, cur illos *Fratres* appellat? Scilicet, exponente R. Eleaſare, id quidem David Iſraelitis dicere volebat: Si morem mihi geritis, [2] fratrum loco vos ſum habiturus : ſin minus, [3] populus meus eſtis, cui fuſte imperabo.

ANNOTATA.

1. Terga vero Divinæ Majeſtati obvertunt] Sacerdotes benedicturi, Arcam, in qua Libri Legis Divinæ aſſervantur, a tergo habent.

2. Fratrum loco vos ſum habiturus] Id eſt: Si bonos, piosque

piosque vos præstabitis, vos suspiciam, idque enixe operam dabo, ne cui vestrum minima fiat injuria.

3. Populus meus estis] Id est: Ita vos tractabo, uti Reges subditos solent.

לב XXXII.

פִּיסקא וכשהגיע ללא תוכל
וכו' תנא משום רבי נתן בא
באותה שעה נתחייבו שו
שונאיהם של ישראל כליה מ
מפני שחנפו לו לאגריפס ה
המלך אמר רבי שמעון בן חל
חלפתא מיום שגבר אגרופה
של חנופה נתעוותו הדינים
ונתקלקלו המעשים ואין אדם
יכול לומר לחבירו מעשי גד
גדולים ממעשיך דרש רב יה
יהודה בר מערבא ואי תימא
רבי שמעון בן פזי מותר לה
להחניף לרשעים בעולם הזה
שנאמ' לא יאמר עוד לנבל נ
נדיב ולכילי לא יאמר שוע
מכלל דבעולם הזה שרי רבי
שמעון בן לקיש אומר מהכא
בראות פני אלהים ותרצני
ופליגא דרבי לוי דאמר רבי
לוי משל דיעקב ועשו לה"ר ל

Commentatio. *Cumq; devenisset ad ista: Non poteris* &c.[1] Traditio extat nomine R. Nathanis, illa hora internecioni adjudicatos Israëlitas, quia Agrippæ Regi adulabantur. (*Verè*) inquit R. Simeon F. Ch. Ex quo tempore prævaluit pugnus Adulationis,[2] corrupta sunt judicia,[3] depravatæque actiones, neque quisquam potest dicere proximo, actiones meæ, tuis meliores sunt. Scite admodum monet[4] R. Juda palæstinus, aut si mavis R. Simeon F. P. Fas est assentari impiis, in hoc mundo. Q. S. E. (Es. XXXII, 5.) *Neq; flagitioso amplius indetur nomen ingenui, & tenax non dicetur liberalis.* Ergo consequitur, in hoc mundo id licere. R. Simeon F. L. idem exinde (*concludit: Q. S. E.* Gen. XXXIII, 10.)[5] *Quasi faciem Dei aspexissem adeo placide excepisti me.*[6] Contradicit igitur in hoc τῷ R. Levi, qui ait: Cui istud de Jacobo Esavum (*tam comiter alloquente,*) assimilari potest? Nempe homini, socio suo

לאדם שזימן את חבירו לסעוד ויודע בו שמבקש להורגו א אמר לו טעם תבשיל זה שאני טועם כתבשיל שטעמתי בבית המלך אמר לידה ידע לידה מלכא להאי מסתפינא קטלא למקטליה:

suo [7] convivium paranti, sed cui jamdum innotuit, quod (*convivium apparans*,) vitæ suæ struat insidias: Quare (*h. spiti insidiatori*) sapor, inquit, hujus cibi, quem nunc degusto, comparari potest cum sapore cibi, quo nuper in Aula Regia vescebar. Tū hospes ipse secum: (*dubio procul*) Rex hominem istum novit, quamobrem [8] trucidare eum reformido.

ANNOTATA.

1. Traditio extat nomine R. Nathanis &c.] Mischnæ, & hæc, illam explicantia, Gemaræ verba, sermone nostro vernaculo, sic conjunctim extulit Autor libri *Brandspiegel* cap. 52. In Massechet Sota *steht, vvie* חכמים *haben* חניפות *getrieben* אגריפוס המלך *da* אגריפוס *hat geleyet in der* Tora לא תוכל לתת עליך איש נכרי *in* משפטים *das is deutsch*: Nit du kanst geben auf dir ein Mann einen Frembden. *Das is zu verstehn daß man nit thar ein Frembden* מלך *setzen, der nit is von Kinder* ישראל *da hub er an vveinen, den er vvar nit von Kinder* ישראל *da trieben die* רבנים *ihm* חניפות *und sprachen: Du bedarffst dich nicht bekümmern König* אגריפס *den du bist unser Bruder. Da haben vvir gelernt von vvegen* ר׳ נתן *dasselbig mal daß die* חכמים *haben* חניפות *getrieben* אגריפס *da sein sie schuldig gevvesen zu verderben.* רבי שמעון בן חלפתא *sagt, von den Tag, daß sich die Schmeichler haben gemehrt, da sein die* משפטים *verkrümt gevvorn, und alle ihre Werck sein bös.* Extat & alia explicatio in libro Lev Tov fol. 108. col. 3. *Die* Gemora *geht, da die* חכמים *haben* חניפות *getrieben den* מלך אגריפס *das selbig mal is* כל ישראל חייב *gevvest zu verderben* חס ושלום *vvie der* מלך אגריפס *hat geleyent gehat aus der* ספר תורה *im* סוכות *im* בית המקדש *is der* דין *alle sieben Jahr ein mal, is der* מלך ישראל מחויב *zu leynen die* תורה *für* כל ישראל *dasselbig mal hat er geleyent, is gestanden in der* ספר תורה *hat* הקב״ה *gebotten, vvann ihr vvert ein* מלך *machen, unter* ישראל *da solt ihr nit machen ein* מלך *der nit von* ישראל *her is. Kein* גר *nit, neiert einer der* מיוחס *is von* זרע ישראל *da er das* . . . . *geleyent*

geleyent hat, as der פסוק *gebt, zwischen deine Brüdern solst du machen ein* מלך *und nit der von* גוים *her is, da hat der* מלך אגריפס *angehoben zu weinen, den er is von* גרים *her gewest, da hoben* חכמים *zu ihm gesagt, du* מלך ישראל *sey dich nit* מצער *du bist unser Bruder du tharst wol* מלך *sein. Derweil daß die* הכמים *hoben dem* מלך חניפות *getrieben, da sein* שונאי ישראל חייב *gewest zu verderben von der Welt, wiewol daß der* מלך אגריפס *ein frommer* מלך *is gewest, noch hetten sie ihn nit solo* חניפות *treiben.*

2. Corrupta sunt judicia] Adulantur enim Judices potentioribus, atque, uti est in illo trito:

Dant veniam corvis, vexat censura columbas.

3. Depravatæque actiones] Nemo alterum corripit, sed quisque, quod libet, facit.

4. R. Juda Palæstinus.] מערבא *Hesperiam* commode interpretari liceret. Designatur autem hoc nomine in Talmude Babylonico Judæa sive Palæstina, quia hæc in Babyloniæ plaga occidentali sita est. Atque sic, quoties occurrit במערבא אמרין vertendum: *Ajunt in Palæstina.*

5. Quasi faciem Dei aspexissem &c.] Adulatur igitur Jacobus, Esavo fratri, illumque quasi Deum facit: Unde consequens est, idem aliis quoque permissum esse, ut vitæ redimendæ causa, hominibus impiis palpum obtrudant, ac blanditiis & assentationibus se in eorum consuetudinem immergant.

6. Contradicit igitur in hoc &c.] Sensus est: R. Simeon F. L. longe aliter judicat de Jacobi facto, quam R. Levi fecisse deprehenditur. Iste enim posterior, omnem adulationis suspicionem facessere procul jubet, quin potius Jacobum ex animi sui sententia sic locutum ait, ut familiaritatem, & commercia crebra cum Angelis vere jactando, metum Esavo incuteret. Credo tamen, priorem sententiam pluribus arrisisse, nam sic alibi in Avoda Sara fol. 25. b. alio quoque officioso mendacio, Jacobum, cum Esavo loqueretur, usum esse arguunt, ut ita de nova responsione R. Levi solicitus esse cogatur, nisi vadimonium deserere velit.
תנו רבנן ישראל שנטפל לגוי בדרך טופלו לימינו ר' ישמעאל בנו של ר' יוחנן בן ברוקה אומר בסייף טופלו לימינו במקל טופלו לשמאלו היו עולים במעלה או יורדים בירידה לא יהא ישראל למטה וגוי למעלה אלא ישראל למעלה וגוי למטה ואל ישוח לפניו שמא ירוץ את גלגלתו שאלו לאין אתה הולך ירחב לו את הדרך כדרך שהרחיב יעקב לעשו דכתיב

עד

עד אשר אבא אל אדוני שעירה וכתיב ויעקב נסע סוכותה: Id eſt: *Ita tradunt Magiſtri: Si Judæo iter facturo, ſeſe aſſociet quis τῶν ἔξω, ibi dextrum latus τῷ ἔξω Judæus concedere debet. R. tamen Iſmaël filius R. Jochananis, Bruka nepos, cenſuit, quod ſi* (ὁ ἔξω) *gladio cingatur, dextrum, ſi vero fuſtem geſtet, ſiniſtrum latus* (Judæo) *illum claudere debere;* (ut Judæus, ſi manum intentet ὁ ἔξω. pron. pre illum ſive gladium, ſive fuſtem homini extorquere poſſit.) *Si ambo montem conſcendant, aut in loco declivi ima petant, nunquam eſto ὁ ἔξω in ſuperiore, Judæus vero in depreſſiore parte conſtitutus, quin potius ordine inverſo procedendum. Præterea, non incurvato ſe Judæus coram τῷ ἔξω: Quærente τῷ ἔξω. Quorſum pergis? longius iter indicandum,* (ut ὁ ἔξω a cæde diutius ſibi temperet, credens, nec deinde, ejus perpetrandæ occaſionem ſibi defuturam.) *Atq; ſic longius intervallum deſignaſſe videmus Jacobum Eſavo. Scriptum enim* (Gen. XXXIII, 14.) Usque dum venero ad Dominum meum in Seir. *Succedit autem* (v. 17.) Jacobus vero profectus eſt Succothas.

7. Convivium] Vox סעודה abeſt a Talmudis editionibus.

8. Trucidare eum reformido] Pro מסתפינא למקטליה Talmudis Codices habent מיסתפי ולא קטיל ליה quorum neutrum damnaverim, imprimis cum eodem res recidat.

לג XXXIII.

אמר רבי אלעזר כל אדם
שיש בו חנופה מביא אף לעולם
שנאמר וחנפי לב ישימו אף
ולא עוד אלא שאין תפלתו
נשמעת שנאמר לא ישועו כי
אסרם ואמר רבי אלעזר כל
אדם שיש בו חנופה אפילו
עוברין שבמעי אמן מקללין א
אותו שנאמר אומר לרשע א
צדיק אתה יקבוהו עמים יזעמ
יזעמוהו לאומים ואין קוב א

[1] Ait R. Eleaſar: Quisquis eſt Adulator, is iram mundo inducit: Q. S. E. (Job. XXXVI, 13.) *Adulatores animo opponunt iram.* Neque hoc tantum; ſed nec oratio (*talis hypocritæ,*) exauditur: Additur enim: *Nec preces fundunt, quia vincivit eos.* Pergit idem R. Eleaſar: [2] Quemcunq; occupavit adulatio, eum etiam embryones, qui adhuc ſunt intra viſcera materna, execrantur. Q. S. E. (Prov. XXIV, 24.) *Dicentem improbo juſtus es: execrabuntur populi deteſtabuntur nationes.*

אלא קללה שנ׳ מה אקוב לא
קבה אל ואין לאומים אלא
עוברין שנאמ׳ ולאם מלאם
יאמץ ואמר רבי אלעזר כל א
אדם שיש בו חנופה נופל
בגיהנם שנאמר הוי האומרים
לרע טוב ולטוב רע שמים
חשך לאור ואור לחשך שמים
מר למתוק ומתוק למר מה כ
כתיב אחריו לכן כאכול קש
לשון אש וחשש להבה ירפה
שרשם כמק יהיה ופרחם
כאבק יעלה ואמר רבי אלעזר
כל המחניף לרשע סוף נופל
בידו ואם אינו נופל בידו נ
נופל ביד בנו ואם אינו נופל
ביד בנו נופל ביד בן בנו שנ׳
ויאמר ירמיה הנביא אל חנניא
הנביא אמן כן יעשה ה׳ יקים
ה׳ את דברך וגו׳ וכתיב ויהי
הוא בשער בנימן ושם בעל
פקידות ושמו יראיה בן ש
שלמיה בן חנניה ויתפוש את
ירמיה הנביא וגו׳ וכתיב

nationes. קוב exſecrationis habet ſignificationẽ Q. S. E. (Num. XXIII, 8.) *Quid execrarer? Non execratur Deus illum.* Vox אומים vero, embryones notat, prout in illo: (Gen. XXV, 23.) *Et natio una robuſtior erit altera.* Porro ait (*laudatus*) R. Eleaſar: Omnis adulator in gehennam incidet. Q. S. E. (Eſ. V, 20.) *Væ, dicentibus de malo, bonum eſſe, & de bono, malum: Statuentibus tenebras pro luce, & lucem pro tenebris ſtatuentibus. Statuentibus amarum pro dulci, & dulce, pro amaro.* Quid autem ſubjicitur (v. 24?) *Idcirco ut abſumit ſtipulam lingua ignis & torridum gramen flammâ deficit; radici iſtorum quaſi tabes inerit, & flos iſtorum ut pulviſculus abibit.* Idem R. Eleaſar ait: Quisquis homini improbo aſſentatur, tandem cadit in manũ illius; ſin minus, certe caſurus eſt in manum filii, aut nepotis ejusdem. Q. S. E. (Jerem. XXVIII, 6.) *Et ait Jeremias propheta &c.* Alibi vero, (*puta* c. XXVIII, 12.) legitur: *Cumq; perveniſſet ad portam Benjamin*, &c. Sequitur mox: (v. 13.) *Et prehendit Jerias filius Selemiæ Jeremiam.* &c. Addit R. Eleaſar: In quocunque cœtu eſt Adulatio, is contemtui

ויתפוש יראיה בן שלמיה בירמיה ויביאהו אל השרים ואמ׳ רבי אלעזר כל עדה שיש בה חנופה מאוסה כנדה שנאמר כי עדת חנף גלמוד שכן בכרכי הים קורין לנדה גלמודה מאי גלמודה גמולה דא מבעלה ואמר רבי אלעזר כל עדה שיש בה חנופה לסוף גולה

est, instar mulieris menstruatæ. Q.S.E. (Job. XV, 34.) *Cœtus hypocritæ* גלמוד Quippe in civitatibus maritimis vocant menstruatam גלמודה Quid est גלמודה * *Separata a viro.* Denique censet R. Eleasar, omnem cœtum in quo est adulatio, tandem sedibus suis pelli. Quia l. c. S.E. *Cœtus hypocritæ galmud.* Cum hoc conferatur dictum: (Es. XLIX, 21.) *Et dices in corde tuo &c.*

כתיב הכי כי עדת חנף גלמוד וכתיב התם ואמרת בלבבך מי ילד לי את אלה ואני שכולה וגלמודה גולה וסורה ואלה מי גדל הן אני נשארתי לבדי אלה איפה הם:

ANNOTATA.

1. Ait R. Eleasar &c.] Notandum, in Talmudis Codicibus sæpe Symbola quædam inseri, quæ res, de quibus dissertatio uberior sequitur, memoriæ causa paucis verbis simul junctim complectuntur. Tale quid, hoc etiam loco, tam in Basileensi quam Amstelodamensi editione fieri animadvertes, habentque: סימן אף״ עובד״ * גיהנם״ בידו״ נידה״ גולה״ Vertas licet: Mnemosynon (rerum, quæ in hac Pericope de Adulatoribus prædicantur, poterit esse:) Ira (quidem nulla) embryoni. Gehenna, (tamen) est in manu ipsius: Menstruata, (vero) mulier, Exulabit. Nam, ostenditur nunc porro: Quod Adulatores IRAM mundo inducant: Quod EMBRYONES etiam, intra viscera materna adhuc delitescentes, illos aversentur: Quod GEHENNA eos certo certius maneat: Quod IN MANUM EORUM quibus assentantur, denique cadant: Quod MULIERI MENSTRUATÆ sint simillimi. Et denique, quod omnis cœtus, adulationi plus nimio indulgens, sedibus suis pulsus, EXULATUM IRE cogatur.

* Legendum est עובר״

2. Quem-

2. Quemcunque occupavit adulatio, eum etiam embryones &c.] Eadem fere loquendi ratio in Sanhedrin fol. 315. edit. Cocc. כל המונע הלכה מפי תלמיד אפילו עוברין שבמעי אמן מקללין אותו שנ׳ מונע בר יקבוהו לאום ואין לאום אלא עוברין שנ׳ ולאום מלאום יאמץ ואין קב אלא קללה שנ׳ מה אקוב לא קבה אל ואין בר אלא תורה שנ׳ נשקו בר פן יאנף׃ Doctissimi Cocceji interpre- Prov. XI, 26.
tatio est: *Qui prohibet jus, ab ore discipuli, eum exsecrantur & fætus, qui adhuc sunt in utero matrum suarum.* Q.D. Qui continet frumen- Gen. XXV, 23.
tum eum exsecrabitur natio. (Leom.) *Leom*, natio, *omnino notat fætus qui sunt in utero.* Q.D. Natio præ natione roborabitur. *Kab autem* Num. XXIII, 9.
notat exsecrationem. Q.D. Quid (*Ekkob*) exsecrarer, quem Deus non exsecratur (*Kabá?*) Bar, *vero*, id est, frumentum, *notat Legem.* Q.D. Ps. II, 12.
Naschscheku bar, exosculamini purum, ne irascatur.

3. Porro ait laudatus R. Eleasar omnis &c.] Obscurioribus R. Eleasaris dictis, facem præfert Autor libri Lev Tov fol. 108. col. 1. רבי אלעזר *sagt, der* חניפות *treibt der fellt in das* גהינום *as der* פסוק *gehet* הוי האומרים לרע טוב ולטוב רע לכן כאכל קש לשון אש *der* פסוק *is aso deutsch: Weh zu den Leuten die da sprechen von* חניפות *vvegen, zum bösen Mann sagen sie, er is gut, und zu einem guten Mann sagen sie bös. Darum vvern sie verbrennen im Feur, as das Stroh; das meint das* גהינום *is eitel Feur.* רבי אליעזר *sagt, vvann einer einem* חניפות *treibt,* לסוף *fält er ihm in sein Hand, as is geschehn* ירמיהו הנביא *da er sprach zu* חנניה *der* נביא שקר *er sagt* נביאות שקר *da sagt* ירמיה אמן *drauf, daß sein* נביאות שקר *solt vvahr vverden daß* ישראל *soln bald derlöst vvern von* בבל *und daß* כלי הקודש *vvieder soln gebracht vvern ken* ירושלים *Aber ich hab andre* נבואה *gehört daß die übrige* כלים *die noch hie sein in* ירושלים *die vvern auch bald genommen vverden: und* ישראל *die noch hie sein die vvern ach bald vertrieben vverden in das* גלות *darum thut* תשובה *kehrt euch nischt an den* נביא שקר *Nun dervveil daß* ירמיהו *hat gesagt* אמן *auf die* נבואה שקר *das heist* חניפות *er hat nit soln* אמן *sagen dervveil daß er so gevvist hat, daß er* שקר *sagt, darum is er ihm in sein Hand hinein gefallen, daß er ihn getasset hat in ein* תפיסה *hinein. As die* Gemara *geht,* כל המחניף לרשע לסוף נופל בידו *einer der einem* רשע חניפות *treibt,* לסוף *fellt er ihm in sein Hand hinein. Wen man einem* קהל חניפות *treibt, oder daß das* קהל *selbert* חניפות *treibt da is* הקב״ה מיאוס *für demselbigen* קהל *As einem Mann is* מיאים *für ein* נדה *aso is ach* הקב״ה מיאוס *für denselbigen* קהל *as der* פסוק *geht:* עדת חנוף גלמוד

4. In civitatibus maritimis vocant menstruatam גלמודה] Quam hic in *Civitatibus maritimis* receptam esse ajunt vocem, ea in Bereschit Rabba circa finem sectionis וישלח sive fol. 89. col. 1. pro *Arabica* venditatur. Quod, num verum sit, amplius quærendum videtur, hactenus enim illum vocis גלמודה usum, in libris eorum, qui dictionum Arabicarum sensa collegerunt, deprehendere nobis non licuit.

4. Separata a viro] גלם enim *Ablactare* significat; idque cum faciunt matres, procul a se segregant infantes, nec iis se conspiciendas præbent. Idem viri imitantur erga conjuges, ὅταν τὸ κατ' ἐθισμὸν τῶν γυναικῶν αὐταῖς ἐστιν· Cohen de Lara in Lexico Talm. p. 32. col. 1. notat in aliis Codicibus pro גמולה דא legi גלומה דא additque : פי' כי האשה גולם היא ואינה מחוקת טובה אלא למי שעשאה כלי ; Id est : *Hac lectione admissa, facienda expositio : Fœmina Golem, sive massa rudis est, atq; hunc unice in deliciis habet, qui ex ea Vas adornat.* Sed istam lectionem, ad institutum præsens Gemaræ parum facere, positum est in aprico.

לד XXXIV.

אמר רב חסדא אמר רבי ירמיה בר אבא ארבע כתות אין מקבלות פני שכינה כת לצים כת שקרים כת חנפים כת מספרי לשון הרע כת לצים דכתיב משך ידו את לוצצים כת שקרים דכתיב דובר שקרים לא יכון לנגד עיני כת חנפים דכתיב כי לא לפניו חנף יבא כת מספרי

Docuit R. Chasda, autore R. Jeremia F. A. [1] Quatuor hominum genera a visione Dei excludentur. Irrisores, [2] Mendaces, Adulatores, & Calumniatores. De Irrisoribus id probatur ex loco Hos. VII, 5. De Mendacibus ex Ps. CI, 7. De Adulatoribus ex Job. XIII, 16. Deniq; de Calumniatoribus ex Ps. V, 5. Quo postremo dicto indicatur, Deum justum esse, nec commoraturum in ejus habitatione hominem nequam.

לשון הרע דכתיב כי לא אל חפץ רשע אתה לא יגורך
רע צדיק אתה לא יהיה במגורך רע׃

ANNOTATA.

1. Quatuor hominum genera &c.] Hanc Pericopen, ex instituto, prolixe explicat, simulque qui horum quatuor peccatorum gradus, quæ species sint, sedulo soliciteque docet, Autor libri עיר הגבורים fol. 34. col. 2. multisque seqq. quem, quibus lubido est, consulant.

2. Mendaces] Quia, dicente ita S. Augustino Epist. 19. ad Hieron. *In hoc magna quæstio est, sitne aliquando mentiri viri boni?* Operæ pretium est docere, quid Magistri de ea re sentiant. Sciendum vero, ipsos ita persuasos esse, non tantum licere quandoque viro bono cogitatis contraria proferre, sed adeo officiosa, quæ vocantur, mendacia, etiam inter opera laude dignissima referunt: atq;, quod caput rei est, talia Deo quoque tribuere, haud verentur. Veritatem nos, non mendacium dixisse, confirmat sequens locus quem ex Jebamot fol. 65. b. depromimus. א״ר אילעא משום ר׳ אלעזר בר שמעון מותר לו לאדם לשנות בדבר השלום שנ׳ אביך צוה וגו׳ כה תאמר ליוסף אנא שא נא וגו׳ רבי נתן אומר מצוה שנ׳ ויאמר שמואל איך אלך ושמע שאול והרגני דבי ר׳ ישמעאל תנא גדול השלום שאף הקב״ה שינה בו דמעיקרא כתי׳ ואדני זקן ולבסוף כתיב ואני זקנתי Id est: *Dixit R. Ela, nomine R. Eleasaris: Licet immutare verba*, (ita ut aliud quis sentiat, aliud proloquatur,) *si id servandæ pacis causa fiat.* (Nam, sic fecisse legimus Jacobi filios, qui mortuo patre, Gen. L, 16. 17. Josepho) *dixisse memorantur*: Pater tuus præcepit. &c. Ita dicetis Josepho, condona nunc quæso &c. (Atqui, hæc eum filiis in mandatis dedisse, nuspiam deprehendimus.) *Cæterum R. Nathan* (non id licere tantum,) *sed etiam factum bonum esse pronunciavit*: (Cum enim, prout 1. Sam. XVI. notatur, timeret sibi Samuel, exequi mandata Divina, & ad Ischajum Bethlemitam, ut quem ex filiis ejus regno inauguraret, sese conferre reniteretur, dicens:) Quomodo irem? Audiens enim Saul occidet me. (Mox ipse Deus egregium modum dissimulationis ipsum edocuit.) *Academia R. Ismaëlis scitum est: Tantum in Pace momentum situm, ut etiam ipse Deus* (ne ea turbaretur) *sermonem mutasse deprehendatur. Nam* (ex Gen. XVIII, 12. constat, Saram cum credere non posset, se, gravidam futuram,

ram, rationem hanc allegasse:) Atqui Dominus meus senex est. (Cum vero postea Deus, Saræ verba repetere vellet, ne Abrahamus commotior redderetur, quod Sara non propriam, sed illius accusasset senectam, ita sermonem ipse recitat, quasi dixisset Sara:) Atqui ego jam consenui. Postrema, de Deo, habentur quoque in Bava Mezia fol. 87. a. atque credo, ista Autorem libri Chasidim, permovisse, ut opinaretur, mendacia officiosa, etiam pacis servandæ causa, non nisi eo casu adhibenda esse, quo jam quid factum, quod amplius infectum reddi non potest. Sic enim Num: CCCCXXVI. nos docet: דע אף על פי

שאמרו מותר לשנות בדברי שלום אם יבא נכרי או יהודי ויאמר לאדם חלוה לי מעות ואינו מלוה לו ברצון כי ירא פן לא יפרע לו אינו יכול לומר אין לי כי מה שאמרו שמותר לשנות בדברי שלום זהו בשכבר עבר הדבר׃

Id est: *Sciendum: Quod, etsi Magistri pronunciant, licere, ut pacis causa verborum fiat immutatio, tamen si* τῶν ἔξω *aut Judæorum aliquis, a quo pecuniam petat, atq; is, quia metus est ne pecuniæ jacturam patiatur, eam roganti credere nolit, haud fas esse dicere: Careo nummis: Illud enim, de immutandis verbis pacis causa, tantum ad res præteritas attinet.* Atenim, si quis locum, quẽ ex Jebamot adduximus, integrum consideret, facile apparebit, hanc limitationem, huncque rigorem, haudquaquam esse ad mentem Magistrorũ, quippe ibi sub initium, de futuris est sermocinatio, atq; ad im̃inentia mala depellenda, mendacium pro remedio adhibere conceditur. Quam ob causam in Bava Batra fol. 123. a. diserte legimus:

מי שרי להו לצדיקי לסגויי ברמאות אין עם נבר תתבר ואם עקש תתפל׃

Anne hominibus piis fas est fallere dolis (improbos?) *Utiq;*: (Nam de ipsomet Deo 2. Sam. XXII, 27. prædicat Scriptura:) Cum electo electus eris, & cum perverso perverteris.



CAPUT

פרק ח׃ CAPUT VIII.

משנה MISCHNA

א I.

משוח מלחמה בשעה
שמדבר אל העם בלשון
הקודש היה מדבר שנאמר
והיה בקרבכם אל המלחמה
ונגש הכהן זה כהן משוח
מלחמה ודבר אל העם בלשון
הקודש ואומר אליהם שמע
ישראל וגומר על אויביכם
ולא על אחיכם לא יהודה
על שמעון ולא שמעון על
בנימין שאם תפלו בידם
ירחמו עליכם כמה שנאמר
ויקומו האנשים אשר נקבו
בשמות ויחזיקו בשביה וכל
מערומיה הלבישום מן השלל
וילבישום וינעילום ויאכילום
וישקום ויסכום וינהלום
בחמורים לכל כושל ויביאום

[1] SAcerdos ad Bellum unctus, quando populum alloquebatur, [2] Hebraice verba fecit: Q.S.E. (Deut. XX, 2.) *Et erit* [3] *cum procedetis in prælium, ut accedens Sacerdos.* [Is est Sacerdos, ad bellum unctus] [4] *alloquatur populum*, [Hebraice videlicet,] [5] *& dicat eis: Audi Israël &c.* Contra inimicos vestros, (*inquam, expeditionem suscipitis,*) non vero contra fratres vestros. Non (*pugnabit tribus*) Judæ, contra tribum Simeonis, aut Simeonis, adversus tribum Benjaminis, ut si in illorum manus incideritis, misericordia erga vos utantur: prout S. E. (2. Chron. XXVIII, 15.) *Et surgentes homines quidam, qui expressi fuerant nominatim, prehenderunt multitudinem illam captivam, & omnes nudos eorum induerunt ex præda; cumq; induissent, & calceassent, cibumq; & potum dedissent, atq; unxissent eos,* deduxe-

יריחו עיר התמרים אצל אח' אחיהם וישובו שומרון על או' אויביכם אתם הולכים שאם תפלו בידם אין מרחמים על' עליכם אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו וגומר אל ירך לבבכם מפני צהלת סו' סוסים וצחצוח חרבות אל ת' תיראו מפני הגף תריסין ומ' ושפעת הקלגסין אל תפחדו מקול קרנות אל תערצו מפני קול צווחות כי ה' אלהיכם ה' ההולך עמכם הן באין בנצחונו של בשר ודם ואתם באים ב' בנצחונו של מקום פלשתים באו בנצחונו של גלית מה היה סופו לסוף נפל בחרב והם נפלו עמו בני עמון באו בנצחונו של שובך מה היה סופו לסוף נפל בחרב והם נפלו עמו א' אבל אתם אי אתם כן כי ה' אלהיכם ההולך עמכם להלחם לכם וגו' זה מחנה הארון:

deduxerunt asinis quemq; labantem eorum, adduxeruntq; eos Jerichuntem, in civitatem palmarum, ad fratres eorum [6] *deinde reversi sunt Samariam &c.* Contra hostes (*inquam*) vestros proditis, quorum si in manus incideritis [7] vestri non miserebuntur. (Additur porro Deut. XX, 3.) [8] *Ne mollescat cor vestrum, ne timete, neq; trepidate &c.* (*Id est:*) *Ne mollescat cor vestrum* [9] ob hinnitum equorum, & fulgorem ensium: *Ne timete*, ob collisiones scutorum [10] & agmen cataphractorum: *Neq; trepidate*, ob sonum tubarum: *Neq; expavescite*, ob classica. *Nam Dominus Deus vester ambulat vobiscum.* Ipsi adventant robore misello humano, vos vero acceditis freti robore Dei infiniti. Venerant (*olim*) Philistæi cum robore Goliathi; quid tandem evenit? Ad postremum gladio cæsus est, & illi pariter cum eodem. Ammonitæ prodibant (*confidentes*) [11] fortitudini Schobachi; At quis fuit finis istius expeditionis? [12] Tam illius, quam horum strages. Quantum vero ad vos attinet, minime ita vobis res sese habet: *Nam Dominus Deus vester, ambulat vobiscum, præliando pro vobis &c.* Respiciunt hæc comitatum Arcæ.

ANNO-

ANNOTATA.

Quia in Mischna, capitis præcedentis, comate 2. traditum fuit, verba concepta, quæ cum vitula decollanda erat, recitabantur, itemque ea, quibus Sacerdos ad Bellum unctus, adversus hostem militaturos, compellabat, haud alio, quam Hebræo sermone efferri posse; ex hac occasione, nunc de utroque sequitur, & quidem, per ὕστερον πρότερον præcedit de *Bellandi* apud Judæos ratione. Atque, est omnino operæ pretium, etiam hanc habere cognitam, quando nihil melius, nihil sapientius, ea, quæ in sua gente obtinuit, & de qua ipsi Deo leges ferre visum est, excogitari potuisse, Magistri non vane prædicant. Liber Schilte Haggibborim fol. 35. col. 4.

אם קצת מחכמי האומות הוציאו כל ימי חייהם לדעת מה לעשות בעת שלום ובעת מלחמה התורה מבלי עמל ויגיעה האירה עינינו ולמרה לנו כהרף עין את הדרך אשר נלך בו בדרכי העולם ואת המעשה אשר נעשה להנצל בצל החכמה מרשעת גוי העכו״ם: Id est: *Quidam ex Sapientibus Gentilium, in id totam vitam insumserunt, ut assequerentur, quid Pacis, quidq; Belli temporibus agere conveniat*, (nec admodum profecisse deprehenduntur.) *At Lex* (nostra Divina,) *sine labore & molestia, oculos nobis illuminat, atq; in puncto temporis nos edocet, qua in hoc orbe via procedendum, quidq; facto opus sit, ut in Sapientiæ umbra tuti esse queamus, adversus Gentium profanarum iniquitatem.* Convenit hæc consideratio apprime tempori quo ista scribimus, & quo Europa omnis, quanta quanta est, toga abjecta, sagum induit, nihilque nisi mutuas cædes, & sanguinem meditatur. Quamobrem, actum de nobis est, periimus funditus, nisi Deus ex machina brevi nos respiciat,

Et Bellum lachrymosum, ac miseram famem,
Pestemq; a Populo, & Principe CÆSARE, in
Persas, atq; Pelasgos,
Nostra motus agit prece.

1. Sacerdos ad bellum unctus] De hoc Sacerdote, sic est in Codice nostro MS. Ez Hechajim, Hilchot Melach. Umilchamotav c. 2. & in Smag quoque fol. 192. col. 4. מצות שיהא כהן אחד ממונה לדבר אל העם בשעת מלחמה ומושחין אותו בשמן המשחה ונקרא משוח מלחמה: Id est: *Imperatum nobis est, constituere Sacerdotem aliquem qui in bellum ituros alloquatur, atq; hic oleo sacro-sancto inungitur, vocaturq; Unctus Bello.* Erat hujus usus, tam in bello arbitrario, quam in iis expeditionibus quæ jussu Divino peragi debebant, ceu Maimonides in iisdem Hilchot. c. 7. §. 1. memoriæ prodidit: ejusquè in sacro ordine tanta fuit dignitas & existimatio, ut uno solo minor esset Summo Pontifice: Unde Autor præclarus libri Schilte Haggibborim fol. 35. col. 4. בבית הראשון היו מושחין גם כן הכהן המרבר אל העם שנקרא בעבור זה משוח מלחמה היה אז המשוח מלחמה קודם לסגן מפני מעלת המשיחה כי לא ימשחו לעולם הסגן מצד מה שהוא סגן: Id est: *Templo primo superstite, unctus quoq; fuit Sacerdos, qui exercitum alloquebatur, quiq; ideo Unctus Bello dictus est. Iste vero Unctus Bello, anteibat Vicarium Summi Pontificis, ob Unctionis reverentiam, nam Vicarii nulla ad id munus sacro oleo inauguratio.* Et sane, quædam quoque Summi Sacerdotis proprietates ad Bellum uncto, cum eodem communes erant, quippe ita tradente Mose Kozense in Smag fol. 42. col. 3. ה׳ דברים נוהגין במשוח מלחמה ואלו הן לא פורע ולא פורם ואין מטמא אל הקרובים ומצווה על הבתולה ואסור באלמנה: Id est: *Res quinq;* (quæ Levit. XXI. de solo cæteroquin prædicantur summo Pontifice,) *Uncto ad Bellum quoq; conveniunt. Idem enim nec caput denudat, nec vestimenta discindit, nec ob cognatorum obitum sese polluit, cogitur præterea virginem ducere, & a vidua abstinere.* De reliquo, quæ de Oleo Unctionis, ipsoque Sacerdotes & Reges inungendi ritu notanda veniunt, ea habentur in hujus Capitis Jeruschalmi, & in Babylonico Menachot fol. 77. b. ac Ceritut fol. 5. b. quæ afferremus, nisi ex recentioribus Rabbinis, satis jam rem omnem nos docuisset eruditissimus Voisinius in Notis ad Raym. Pug. fol. 247. seq.

2. Hebraice verba fecit] Facile credo, Unctum Bello, haud alio quam Hebræo sermone ad milites verba fecisse, quod ejus Sacerdotis, non nisi vetustissimis Reip. Hebræorum temporibus, cum sanctissimi olei copia esset, ac quoad templum Salomonis perstabat incolume, usus fuisse proditur. Atqui illo ævo, nullo, quam Hebræo idiomate, Judæi familiariter utebantur. Est hæc, nisi fallor aptior ratio, præ alia Gemaræ nostræ, quæque in Pesikta Sutarta fol. 78. col. 1. etiam repetitur. משוח מלחמה

מלחמה בשעה שהוא מדבר אל העם אינו מדבר אלא בלשון הקדש שני והיה כקרבכם אל המלחמה ונגש הכהן ודבר אל העם וכתיב משה ידבר והאלהים יעננו בקול מה דביר נאמר להלן בלשון הקדש אף כאן בלשון הקדש: Id est: *Unctus Bello, cum milites alloquitur, verbis tantum Hebraicis uti debet. Nam* (Deut. XX, 2.) *dicitur*: Et erit cum procedetis in prælium, ut accedens Sacerdos loquatur ad populum. *At, alibi* (Ex. XIX, 19.) *legimus*: Moses loquebatur, Deus vero ipsi respondebat voce. *Cum vero in hoc postremo dicto, locutio haud alia, quam quæ Hebræo sermone facta, intelligi possit: Consequens est, nec priorem locum de alia accipi oportere.* His Talmud Jeruschalmi addas licet.

4. Alloquatur Populum] Credo, cum primum inter mortales bella orirentur, jam statim alios Ducum, alios gregrariorum militum munere functos esse, atque horum pectoribus, illos, composita pro re nata oratione, robur viresque addere sategisse: Sic enim agere, naturæ rationisque instinctus dictabant. Proinde, non assentior Autori libri Schilte Haggibborim, qui cæteras gentes, & imprimis Romanos, a Judæis id didicisse existimat, milites, quos in prælium educebant, verbis gravibus, viros se præstarent, & fortiter rem gererent, sedulo ut hortarentur. Incogitantior itaque fuit præ studio, fol. 36. col. 1. scribens.

הרומיים לא עשו בלבד בתניית המחנות כפי למוד התורה אלא כקרבם אל המלחמה הלכו מכל וכל בעקבות התורה והעמידו להם אנשים חכמים ונבונים שידברו באזני העם דברים טובים ונכוחים לחזק את לב הירא ירך הלבב פן יהפך עורף ולא פנים לאויב וימס לב אנשי המלחמה כלבבו כנראה בספריהם בסאלוסטיאו ובטיטו ליביאו וסיעתם:

Id est: *Romani non tantum castrorum metationem secundum Legis Divinæ instituta adornarunt, sed etiam prælium jam jam inituri, per omnia vestigiis Legis nostræ institisse deprehenduntur. Ordinarunt enim viros sapientes & prudentes, qui milites verbis bonis & scitis alloquerentur, ut metuentibus & pavidis animum adderent, ne terga potius quam vultus hostibus obverterent, atq; sociorum corda juxta secum perterrefacerent, prout ex Scriptoribus ipsorum, Sallustio, Tito Livio, aliisq; ejus generis apparet.*

5. Et dicat eis] Quod ad primam hanc verborum periodum attinet, de ea sic tradunt Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 375. col. 1. & Raschi, antiquorum sequuti autoritatem: שהכהן משוח מלחמה היה מדבר וכהן אחר במקומו משמיע לעם את הדברים ההמה: Id est: *Sacerdotem unctum Bello ista pro concione enunciasse, aliumq; Sacerdotem* (excepisse sermonem, & magno clamore) *per castra divulgasse.*

6. Deinde reversi sunt Samariam.] Ostendunt hæc æquitatem, qua Judæi erga se invicem, in bellis civilibus usi sunt, quamque non omni exuta humanitate, ferarum more, crudeliter mutuis cædibus sævierint. Et vero, non tantū adversus tribules, sed etiā a gente sua prorsus alienos, magnam exercuere moderationem, adeo, ut minore fere malo tum bella gesta sint quam nunc, proh dolor! per amicas regiones, militum fiunt transitus. Dicamus aliquid ea de re, ut nostros, cum Judæorum moribus componendo, videamus, quantopere a contestata illorum virtute, degeneraverimus, quos tamen, si Christiani vere audire & esse volumus, accuratior etiam, sanctiorque decebat disciplina. Maimonides Hilch. Melach. c. 6. §. 1. אין עושין מלחמה עם אדם בעולם עד שקוראין לו שלום אחד מלחמת הרשות ואחד מלחמת מצוה שנ׳ כי תקרב על עיר להלחם עליה וקראת אליה לשלום אם השלימו וקבלו שבע מצוות שנצטוו בני נח עליה אין הורגין מהן נשמה והרי הן למס שנ׳ יהיו לך למס ועבדוך: Id est: *Haud unquam cuiquam bellum infertur, nisi pace ei prius oblata, sive Lege Divina imperata, sive* αὐθαίρετος *illa expeditio fuerit. Scriptum enim* (Deut. XX, 10.) Cum accedes ad aliquam civitatem ad belligerandum contra eam, primum invitabis eam ad pacem. *Quod si* (ii qui petuntur,) *pacem admittant, atq; septem præcepta Noachidis imperata amplectantur, nemo unus ex illis trucidandus est, sed fiunt tributarii. Nam, sic* (allegato capite, commate 2. subjungitur:) Et tributum tibi pendent, & servient tibi. Addit porro, idem Judæorum Sapiens, aliis interjectis: ואסור לשקר בבריתם ולכזב להם אחר שהשלימו וקבלו שבע מצוות ואם לא השלימו או שהשלימו ולא קבלו שבע מצות עושין עמהם מלחמה והורגין כל הזכרים הגדולי׳ ובוזין כל ממונם וטפם ואין הורגין אשה ולא קטן שנ׳ והנשים והטף זה טף של זכרים: Id est: *Nefas est,* (cum ullis mortalium) *pactum fœdus rumpere, aut fidem datam fallere, postquam de pace & septem Noachi præceptis colendis, conventum fuit. Quod si vero* (quæ natio,) *pacem admittere recuset, aut pacem quidem, non vero septem Noachidarum præcepta colere velit, cum ea bellum gerendum est, omnesq; mares eorum adultos occidere, opesq; cum puerulis diripere oportet: Mulieribus enim, & insontibus masculis quoq;, incolumitas concedenda. Quippe, sic* (laudato capite XX. Deuter. commate 14. imperat Deus:) Tantum fœminas, parvulosque (& jumenta & quicquid erit in ea civitate, omnia spolia ejus diripies tibi.) *In quibus verbis, vox* parvulos, *infantes mares innuit.* Allegat deinde Maimonides, Josuæ exemplum, quod malo

malo referre verbis Gemaræ Scheviit Jeruſchalmi, prout in Excerptis En Iſraël fol. 53. col. 4. legitur : שלשה פרוסטגמאות * שלח יהושע לארץ ישראל עד שלא יכנסו לארץ מי שהוא רוצה לפנות יפנה להשלים ישלים לעשות מלחמה יעשה גרגשי פנה והאמין להקדוש ברוך הוא והלך לו לאפריקא גבעונים השלימו שלשים ואחד מלכים עשו מלחמה ונפלו: Id eſt : *Tres* (Legatos,) *cum* *προστάγμασιν*, *miſit Joſua ante ſuum in Palæſtinum ingreſſum, ad ejus regionis incolas*, (jubens eis nunciari:) QUI AUFUGERE VOLET, FUGITO; QUI PACEM NOBISCUM INIRE POSTULAT; INITO: QUI PUGNARE CUPIT; PUGNATO. *Gergeſitæ, fugam elegerunt, inque verum Numen credentes, petiere Africam. Gibeonitæ pacem fecerunt: Unus & triginta Reguli, qui bellare præoptarunt, occubuerunt.* Jam, in obſidendis urbibus, quanta indulgentia uſi ſunt Judæi, ſi fides iis, quæ ex Siphri, Maimonides, & Baal Smag locis indicatis, memoriæ prodiderunt.

* Baal Smag fol. 192. col 2. citans hunc locum, pro iſta voce legit כתבים At in Rabbot fol. 296. col. 3. cum eadem res narratur, nimis corrupte eſt פורש דאטגמא

כשצרין על עיר לתפשה אין מקיפין אותה מארבע רוחותיה אלא משלש רוחותיה ומניחין מקום לבירח ולכל מי שירצה להמלט על נפשו: Id eſt : *Cum expugnaturi civitatem, eam obſidione premunt, non circumquaque ab omnibus lateribus claudenda, ſed tantum a tribus: Relinquendus enim liber locus eſt, aufugere, ſuaque vita conſulere volentibus.* Cæterum, non erga homines tantum humanos ſe præbebant Judæi, ſed & circa res eorundem, ipſumque ſolum. Rurſus Maimonides : אין קוצצין אילני מאכל שחוץ למדינה ואין מונעין מהם אמת המים כדי שייבשו שנ׳ לא תשחית את עצה וכל הקוצץ לוקה ולא במצור בלבד אלא בכל מקום כל הקוצץ אילן מאכל דרך השחתה לוקה אבל קוצצין אותו אם היה מזיק אילנות אחרות או מפני שמזיק בשדה אחרים או מפני שדמיו יקרים לא אסרה תורה אלא דרך השחתה: כל אילן סרק מותר לקוץ אותו ואפילו אינו צריך לו וכן אילן מאכל שהזקין ואינו עושה אלא דבר מועט שאינו ראוי לטרוח בו מותר לקוץ אותו וכמה יהא הזית עושה ולא יקוצנו רובע הקב זתים ודקל שהוא עושה קב תמרים לא יקוצנו: ולא האילנות בלבד

Confer Kozenſem in Smag fol. 68. col. 2.

אלא המשבר כלים וקורע בגדים והורס בניין וסותם
מעיין ומאבד מאכלות דרך השחתה עובר בלא תשחית:

Id est: *Non amputare licet* (militibus) *arbores frugiferas, etiam eas quæ sunt extra Palæstinam, aut aquæ rivulum iis subtrahere, ut exarescant. Sic enim edicit* (Deus Deut. XX, 19) Ne perdito arbores ejus. *Quare, qui secus faxit, flagellationis pœna afficiendus est. Neq; hæc lex tantum in obsidionibus locum habet, sed quisquis ullo tempore, arborem frugiferam detruncat, nihil nisi eam perdere quærens, eidem pœnæ subjacet. Licet tamen truncare arborem frugiferam, si aliis arboribus ipsa nocumento sit, aut, si vicinorum agros incommodet, aut, si ligna ejus caro pretio vendi possint; tantum enim nudam ejus perditionem facere, Lex Divina vetuit. Arbores steriles quascunq; amputare fas est, etiamsi iis haud opus sit, idemq; jus de frugifera arbore quæ consenuit, fructusq; edit exiguos, ita ut operæ pretium ex ea nemo referat.* (Quærat quis:) *Quantum fructuum Olea edere debeat, ut eam amputare nefas sit?* (Respondeo:) *Tantum, quantum capit Cabi quartarius. Pariter, Palmam, quæ Dactylorum cabum progenerat, nec ipsam amputare licet. Non autem de solis arboribus hæc capienda sunt, sed quisquis vasa frangit, aut vestes dilacerat, quiq; ædes diruit, fontes obturat, cibaria corrumpit, ex mera impotentia illaturus perniciem, is violati interdicti*, De non perdendo, *reus est*. De reliquo, pleraque hactenus tradita, suo testimonio confirmat quoque Josephus quando l. 4. Antiq. c. 8. Mosen inter alia sic loquentem introducit: Στρατοπεδευσάμενοι, προνοεῖτε μή τι τῶν δυσχερεστέρων ἐργάσησθε· Πολιορκοῦντας δὲ καὶ ξύλων ἀπορουμένους, εἰς ποίησιν μηχανημάτων, μὴ κείρειν τὴν γῆν, ἥμερα δένδρα κόπτοντας· Ἀλλὰ φείδεσθαι λογιζομένους ἐπ' ὠφελείᾳ ταῦτα τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι, καὶ φωνῆς ἂν εὐπορήσαντα δικαιολογήσασθαι πρὸς ὑμᾶς ὡς οὐδὲν αἴτια γεγονότα τοῦ πολέμου πάσχοι κακῶς παρὰ δίκην, εἰ δύναμις αὐτοῖς ἦν καὶ μετοικήσαντα ἂν καὶ πρὸς ἄλλην μεταβάντα γῆν· Κρατήσαντες δὲ τῇ μάχῃ τοὺς ἀντιταξαμένους κτείνατε, τοὺς δ' ἄλλους ἐς τὸ τελεῖν ὑμῖν φόρους σώζετε· *Castris positis, cavete, ne quid aspere ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem, si desit materies ad machinarum fabricam, ne deglabretis terram, frugiferas arbores excidendo: sed parcite, non ignorantes in usum hominum ista creata, & si vox eis daretur, expostulatura vobiscum, quod cum ipsa belli causa non fuerint, injuste affligantur, mutatura domicilium si liceat, & alio migratura. Victores in prælio facti, eos qui in adversa acie steterunt cædite, cæteros tributarios futuros servate.*

7. Vestri non miserebuntur] Quasi diceret: Ne nesciatis: Gentium aliarum mores ac instituta, longissime ab illa æquitate qua vos erga victos utimini, abeunt, & apud vos ratio, & clementia, illas contra

contra rabies dominantur, atque impune quidvis etiam in deditítios ac supplices, audendi licentia. Vera dixit Sacerdos, neque ad barbararum nationum exempla nunc provoco, Romanos, qui tamen, si Diis suis placet, *bella juste non minus, quam fortiter gerere didicerant*, allegabo. De Caucæis, narrat Appianus in Hispanicis, venisse Senes eorum ad Lucullum in castra, supplicantium ritu rogantes, quid faciendum esset, ut Romanorum gratiam impetrarent? Is obsides imperavit, argentique talenta centum, utque eorum equites sua signa sequerentur, exegit. Quæ cum omnia obtinuisset, se in urbe præsidia velle collocare ajebat. Illi cum ne hoc quidem recusarent, Caucæis duo millia delectorum militum imposuit, quibus mandatum fuerat in muros ascenderent, quos cum illi cepissent, Lucullus reliquum exercitum immisit, tubaque signum datum, ut sine ætatum discrimine omnes interficerentur. Atque ita per summam immanitatem omnes trucidati fuerunt, jurisjurandi fidem, Deosq;, per quorum Numen Romani juraverant, invocantes, ipsisque Romanis eorum perfidiam exprobrantes, per quam viginti millia civium peribant. Apud eundem Appianum mox iterum legimus: *Lucullus qui cum Vacceis absq; Senatus decreto bellum gesserat, cum eo tempore in Turditaniam venisset, Lusitanos vicinis locis arma intulisse sensit. Idcirco quibusdam ex iis, quos optimos habuit, Ducibus missis, ad mille & quingentos Lusitanos fretum trajicientes cecidit: alios vero qui in quendam collem confugerant, fossis & castellis cinxit: & sic infinitam multitudinem cepit. Deinde Lusitaniam ingressus, partem unam ipse prædabatur, alteram diripiebat Galba. Nonnullos quoq;, qui Legatos mitterent, ut pacta cum Attilio facta, & ab eis rupta confirmarent, in amicitiam recipiebat, ac cum eis rem componebat. Quin etiam fingebat se vicem illorum dolere, atq; pro certo habere, eos egestate constrictos, in continua præda fuisse, ac ruptis pactis bella gessisse affirmabat. Scio equidem, ajebat, vestri soli sterilitate egestateq; vos ad id compulsos esse. Verum ego vobis fertile solum assignabo, ac tripartitò vos in pinguibus & fertilibus locis ponam. Illi igitur hac spe lactati, ex suis domiciliis exierunt: quibus in tres distributis partes singulis planiciem quandam indicabat, ubi illos consistere jubebat, donec ipse ad eos veniens, locum condendæ urbis ostenderet. Ad primos igitur cum venisset, arma quasi amici ponerent imperavit: quod ubi factum esset, eos fossa & munitionibus sepsit, mox militibus aliquot immissis, omnes Deorum Numen & fidem implorantes, ne uno quidem reservato trucidari fecit. Idem secundis, & tertiis celeriter factum, antequam priorum cladem intelligerent.* Adde his, quæ lib. 3. de Jure Belli & Pac. c. 4. §. 11. & 12. Grotius exempla collegit. Sed, non adeo mirum si tales erga exteros se præbebant Romani, quippe qui & adversus sese, quavis fera immaniores fuisse deprehenduntur. Florus l. 4. c. 2. cum Pompej cladem

Liv. l. 5. c. 27.

cladem, quam a Cæsare passus memorasset, addit postremo: *Quanta fuerit hostium cædes, ira, rabiesq; victoribus, sic æstimari potest. Hoc a prælio profugi, cum se Mundam recepissent, & Cæsar obsideri statim victos imperasset, ex congestis cadaveribus agger effectus est, quæ pilis jaculisq; confixa inter se tenebantur. Fœdum etiam inter barbaros!* Verum enim vero, poteram labore ista extranea afferendi supersedere. Sæpe sæpius propriis exemplis, plus satis comprobarunt miseri Judæi veritatem dictorum Sacerdotis sui, præcipue, quando olim Republica ipsorum a Romanis deleta, quæ cladem evaserant reliquiæ, ad ergastula damnatæ sunt, & nec finis fuit malorum, nec modus. De his agendum erat; vel potius inquirere licebat, quomodo a Christianis habiti sint illi homines, & an mitiora fata, inter nos, quam paganos fuerint experti? Iste demum Locus Communis, proprie ad præsens faciebat negotium, atque hunc ego bona fide tractare debebam. Atenim, quam multa hic se offerunt, quorum

—— *Animus meminisse horret, luctuq; refugit.*

Quare, comprimo me in præsentia, dixi tamen quædam in Specimine Historiæ Judaicæ Seculi XV. quod in Beatissimi Bœcleri, de Friderici III. Cæsaris vita & rebus gestis desideratissima hactenus commentatione, brevi fortasse comparebit. Equidem, non ignoro, sic placuisse cœlesti Providentiæ, ut Judæi Christianis servitutem serviant. Sed, scio id quoq;, placere eidem, si efficiamus, ut servitus hæc sit justa & tolerabilis, quo commendetur sacro-sancta nostra religio, non reddatur abominationi.

8. Ne mollescat cor vestrum, ne timete &c.] Eorum quæ supersunt, in hoc Mischnæ commate, populares Judæi, in vernaculis Maamedot istam nobis dederunt versionem, quam subjicimus. *Nit es sol dervveichen eur Hertz, nit ihr sölt euch fürchten, und nit ihr sölt ängsten, nit es sol dervveichen eur Herz von Vorgeschrey die Pferder, und vor Lauterkeit der Schvverter. Nit ihr solt euch fürchten für Klöpfung die Tartschen, und Brummung des Heer. Nit ihr solt ängsten von Stimm den Krämer: * Und nit ihr solt vverden zerbrochen vor zu der Stimm des Geschrey. Den Gott eur Gott, der geht mit euch. Sie kommen mit sein Ubersigung von* בשר ודם *Und ihr kommt mit sein Ubersiegung von* הקבה *Die* פלשתים *kamen mit sein übersiegung von* גלית *und vvas vvar sein letzt? Daß er fiel in Schvvert, und sie fielen ach mit ihm. Die Kinder von* אמון *kamen mit sein übersigung* שובך *und vvas vvar sein letzt? Daß er fiel in sein Schvvert, und sie fielen ach mit ihm. Und ihr nit ihr seit aso. Den Gott eur Gott geht mit euch, zu streiten für euch mit all eure Feind, zu helffen euch, das ist die Schaar von* ארון

* Fortasse legendum *Horner*

9. Ob

9. Ob hinnitum equorum] Obſervat Autor libri Peſikta Sutarta fol. 77. col. 4. idque ex eodem relatum in Jalkut fol. 288. col. 2. Scripturam, cum in hoc negotio de hoſtium Equis & Curribus loquitur, unitatis tantum numerum adhibere, dicendo : כי תצא למלחמה על איביך וראית סוס ורכב עם רב ממך לא תירא מהם : *Cum prodiens in Bellum contra hoſtem tuum, videbis equum & currum populum majorem te, ne timeto ab eis* : Quamobrem exiſtimat uti eo ſermonis genere Scripturam, quaſi quæ Judæis in aures inſuſurret : בזמן שאתה עושה רצונו של הקב״ה כל הסוסים וכל הרכב שלהם אינם אלא כסוס אחד ורכב אחד וכן הוא אומר בפרעה סוס ורכבו רמה בים: Id eſt : *Quocunq; tempore obtemperabitis voluntati Dei Benedicti, omnes equi inimicorum, atq; eorum currus, non niſi equus unus, currusq; unicus vobis eſſe videbuntur. Nam, ſic de Pharaone quoq; expreſſum* (Ex. XV, 21.) Equum & ſeſſorem ejus præcipitavit in mare.

10. Et agmen cataphractorum] Quid vox הקלגסים denotet, res difficultatis plena eſt, velle definire. Maimonides, quem Bartenora ſequitur, id verbum de *Clavis* ſeu *Ceſtibus* accepit, vult enim הקלגסים eſſe השרביטין שראשיהן עקומין *Baculos, capitibus recurvatis*: Additque de eorum uſu : מכין בהם האבנים ועל ידי כך קופצין ומכין בקרסול האנשים והסוסים ומפילין גבורתן וכחן: Id, ſi recte accipio, eſt: *Feriunt iis lapides, qui hac ratione diſſilientes, talos tam virorum quam equorum petunt, illorumq; vires & robur enervant.* R. Salomo Jarchi & Baal Aruch קלגסים per חיילות ſive *Exercitus* interpretantur, quorum opinionem probaſſe videtur Buxtorfius in Lex. Talm. p. 2033. At vero, Autor Libri Schilte Haggibborim fol. 36. col. 2. ambas has explicationes cum attuliſſet, denique ſubjungit : הנה לעניות דעתי הקלגסים אינן כלי זין המכים אבל הם כלים מבהילים ומרעידים בקולם דומיא לשאר הדברים הכתובים במשנה שהם צהלת הסוסים והגפת התריסים והוא הקול הנשמע כשיכו אותם זה על זה וקול הקרנות וקול הצוחה וצחצות החרבות היינו להט החרבות המכה בלהבם השמש עד שיראה אורם למרחוק להבעית האויבים וכמו שהתריסין הם לחנן

ולא להכות כן הקלגסים לא יעשו באנשים חבורה ומכרת טריה כי הם להשמעת קול בלבד ולחזק לב אנשי המלחמה וללמד להם אם בהלחמם ילכו לפנים או יחזרו לאחור או אם יכו באויבים במהירות או במתון יקראו קלגסים בעבור שמשמיעים קול גס היינו גדול הנשמע למרחוק והם הכלים הנקראים בלשון יון תימפאנון כתוב בתיו באיפסילון עם חירק תחת האלף במי בפי דגושה באלפא בניי באומיקרון ובניי שבצרופ יחד תקראו תימפאנון ובלאטינו גם כן טימפאנום ובלעז טאמבורו: *Atenim, quantum mei judicii fert paupertas, voce* הקלגסים *nequaquam Armorum genus, quibus in feriendo usus est,* (& multo minus turmæ exercituum,) *significantur, sed sunt instrumenta, quæ suo sono terrorem & metum incutiunt, ac affinitatem habent cum rebus cæteris, quarum Mischna Sota mentionem injicit. Quæ sunt, Hinnitus equorum, scutorum collisio, sonitus nimirum ille, qui editur ex mutua scutorum collisione, tubarum clangor, Classica, & fulgor ensium, quo postremo notatur flammeus nitor ensium, rutilando Solem feriens, ut e longinquo appareat splendor, hostesq; præstringat. Uti vero scuta ad sui defensionem non vero læsionem inimicorum attinent, sic & pariter id genus instrumentorum, quod* קלגסים *appellatur, non facit ad vulnera aut plagas infligendas, sed tantum sono ciendo servit, tum, ut militaturis animus addatur, tum, ut moneantur, num in præliando progredi, an retrocedere debeant, item num citato impetu, an vero pedetentim hostis sit invadendus. Atq; vocantur hæc instrumenta* קלגסים *quod edant* קול גס Vocem crassam, *hoc est ingentem, quæq; e longinquo percipi potest. Græci tale instrumentum vocant* תימפאנון *cujus vocis hæc sunt elementa :* Ταῦ, ὖψιλὸν, [*vocalis sexta, quam cave cum secunda confundas,*] μῦ, πῖ *duriusculum,* ἄλφα, νῦ, *quæ si conjungantur literæ, efficiunt* Τύμπανον, *quomodo & Latini* Tympanum *dicunt, nos vero Itali vocamus* Tamburo. Sequitur deinde, apud eundem Autorem, prolixa accuratissimaque descriptio Tympanorum nostrorum, ad parvas usque minutias. Novissime R. Cohen de Lara in Ir David p. 79. verbi קלגסים originationem a Græco κλάγγη petendo, eodem תרועת מלחמה *Clangorem tubarum seu cornuum,* significari, persuadere nobis postulat. Verum enim vero, si in tanta varietate sententiarum, nobis quoq; ingenue nostram opinionem dicere conceditur, non diffitebimur, nihil istorum se valde commendare. Illi

enim

enim Cohenis de Lara explicationi, vehementer officit, quod κλάγγος & קלגס non satis sibi invicem respondent; præterea, de clangore tubarum, mox in Mischna verbis apertis sequitur, quare ut קלגסים quid ab eo distinctum denotet, omnis postulat ratio. Nec melius se habent cæterorum Rabbinorum interpretamenta, dum aut voci peregrinæ pro libitu sensum affingunt, aut, quod magis ineptum est, Hebræam compositam illam facere, conantur. Quamobrem, si quis mecum animum intendat, haud credo, absurdum ei videbitur, si קלגס ipsissimum Græcorum χαλκὸς esse asseram: Nam, sic, cum istius gentis vocabula sua fecerunt Rabbini, sæpe χ in ק, κ vero in λ degenerasse animadvertimus. קנקנתום seu, ut rectius alibi scribitur קלקנתוס ex χάλκανθος supra in Mischna nostra sese offerebat: jam קדרה ex χύτρα, גסטרון ex Κασσίτερος & similia, passim occurrunt. Modo igitur obtineamus, קלגס per *Æs* exponi debere, jam tu, Mi Lector, ex illo metallo, id, quod magis tibi placet, effingito. Ego, ob additum שפעת quæ *copiam* & *affluentiam* vox notat, *Loricas* feci, his enim cum induuntur milites, non tantum aspectu terrorem incutiunt, sed &

> —— *Iis crepitantibus ingens*
> *Exoritur fragor.*

11. Fortitudini Schobachi] Historia petenda ex 2. Sam. cap. X.

12. Tam illius quam horum strages] Addamus nos symbolam, exemplum tertium insigne, dicamusque: Judæi, quondam suam spem omnem ac fiduciam reponebant in Pseudo-Messiam Bar Cosibam; nam, ut est in Medrasch Rabbeta τῶν Megillot fol. 67. col. 1. היו לכוזיבא מאתים אלף מקוטעי אצבע שלחו לו חכמים עד מתי אתה עושה לישראל בעלי מומין אמר להן והיאך יבדקו אמרו לו כל מי שאינו עוקר ארז בלבנון אל יכתב באסטרטיא שלך והיו לו מאתים אלף מכאן ומכאן:

Id est: *Sectabantur Cosibam ducenta millia truncorum digito*, (quisque enim illorum, ut insigne aliquod roboris ac fortitudinis suæ specimen ederet, sibi ipsi digitum præciderat. Quam rem, cum fœdam inceptu Sapientes judicarent,) *misere ad eum, qui suis verbis nunciarent: Usque quo tute Judæos mancos efficies? Respondit ipse: Quod igitur aliud ipsorum roboris experimentum faciendum esse judicatis? Regerunt: Neminem in numerum* τῆς σῆς στρατείας *referto, nisi qui* (suis manibus) *cedrum e Libano evellere valet.* (Huic consilio, cum morem gessisset, jam hoc suorum lacertorum firmitatis signum, omnes ostendere moliebantur,) *atque non minus quam illorum* (mancorum,) *sic & horum reperti sunt du-*

Aliter quædam verba Hebræa legit, & multa aliter transtulit Raymundus in Pugione fol. 261.

centies mille. Sed vero, quis fuit finis tantæ expeditionis? Agnoscamus verba ipsorummet Magistrorum in Gittin fol. 57.b. * אספסיינוס קיסר הרג בכרך ביתר ת' ריבוא ואמרי לה ארבעת אלפים ריבוא; Id est: *Hadrianus Cæsar, trucidavit in urbe Bitter* (Judæorum) *quadringentas, seu, ut aliis placet, quater mille myriadas.* Iterum, fol. 58.a. אמר ר' יוחנן ארבעים סאה קצוצי תפילין נמצאו בראשי הרוגי ביתר ר' ינאי ברבי ישמעאל אמר ג' קופות של ארבעים סאה במתניתא תנא מ' קופות של ג' סאין ולא פליגי הא דרישא הא דדרעא אמר ר' אסי ארבעה קבין מוח נמצאו על אבן אחת עולא אמר ט' קבין; Id est: *Autor est R. Jochanan XL. Sata vaginularum, congesta esse ex Phylacteriis, cæsorum Bitterensium. R. Janai R. I. F. prodidit, fuisse cupas tres, quarum quæq; XL. Sata capiebat, Mischna vero hæc ita effert, ut dicat fuisse cupas XL. & quamq; continuisse Sata tria. Nec est inter hos, & illum dissensus; Posteriores enim de Phylacteriis capitis loquuntur, at prior de brachiorum Phylacteriis,* (quæ, illis capitis, longe sunt minora.) *R. Asse, quatuor, R. Ula novem cabos cerebri repertos fuisse tradunt super uno lapide.* Atque, quod obiter notamus, hoc in loco allegando, p. 1028. Lexici Talmudici, lapsus est Buxtorfius, pro quatuor enim, aut ad summum, novem Cerebri Cabis, ipse nobis XL. dedit, contra omnium Talmudis & En Jacob Codicum fidem. Denique est in eodem Talmudis loco: ארבע מאות בתי כנסיות היו בכרך ביתר וכל אחד ואחד היו בה ת' מלמדי תינוקות וכל אחד ואחד היו לפניו ת' תינוקות של בית רבן וכשהיה אויב נכנס לשם היו דוקרין אותו בדוקריהן וכשגבר אויב ולכדום כרכום בספריהם והציתום באש; Id est: *Quadringenta Gymnasia fuere in urbe Bitter, quorum quodq; instructum erat Pædagogis quadringentis, nec pauciores quam quadringentos, quisq; eorum habebat discipulos. Ista pubes, principio hostes impetum facientes, graphiis suis confodiebat: cum vero hi prævalerent, urbemq; cepissent, involverunt puerulos illos libris suis,* (sive voluminibus, quæ ipsi ad manus habebant,) *eosq; igne sic cremarũt.* Adde his Schalsch. Hakkab. p. 29.b. Juchasin f. p. 32.a.

* Et Talmudis & Excerptorum En Jacob Codices sic vitiosissime legunt pro אדריאנוס quod verum nomen est in Rabbot Schalsch. Hak. Zemach. Iuchasin, aliis.

12. Comitatum Arcæ] Fœderis Arcam, militantibus, in castris adfuisse, ex 1. Sam. IV. est notissimum.

ב — II.

ודברו השוטרים אל העם לאמר מי האיש אשר בנה בית חדש ולא חנכו ילך

(LEgimus Deut. XX, v. 5.) 1 *Deinde alloquentur* 2 *Diribitores populum, dicendo: Quis est ille*

וישוב לביתו וגו׳ אחד הבונה
בית התבן בית הבקר בית
העצים בית האוצרות אחד
הבונה ואחד הלוקח ואחד
היורש וא׳ שניתן לו מתנה
ומי האיש אשר נטע כרם ולא
חללו וגומר אחד הנוטע שמ
הכרם ואחד הנוטע חמשה ס
אילני מאכל ואפילו מחמשת
מינין אחד הנוטע ואחד שמ
המבריך ואחד המרכיב ואחד
הלוקח ואחד היורש ואחד שנ
שניתן לו מתנה ומי האיש א
אשר ארש אשה וגו׳ אחד ש
המארס את הבתולה ואחד
המארס את האלמנה אפילו
שומרת יבם ואפי׳ שמע שמת
אחיו במלחמה חוזר ובא לו
כל אלו שומעין דברי כהן מא
מערכי המלחמה וחוזרין וסס
ומספיקין מים מזון ומתקנין
את הדרכים:

ille vir qui ædificavit domum novam, & [3] *non dedicavit eam? Abiens revertitor domum ſuam.* (*Hæc capienda*) [4] de eo quoque, qui [5] Καρφοδοχεῖον, Stabulum, Lignile, aut Horreum condidit. [6] Parq; condentis, ementis, hereditario jure adeuntis, vel [7] ex donato impetrantis, ratio eſt. Item: (v. 6.) *Quis eſt ille Vir, qui plantavit vineam,* [8] *nec dum ea ſacris jam ſoluta uſus eſt?* Hæc valent tam de eo, qui vineam plantavit, quam [9] qui quinque arbores frugiferas ſevit, ſi maxime ſint quinque diverſarum ſpecierum. Adde, quod ſerentis, aut palmites propagantis, [10] vel ſurculos immittentis, horumque emtoris, heredis, & ex donato poſſeſſoris, eadem eſt ratio. (Succedit v. 7.) [11] *Quis eſt ille Vir, qui deſponſavit Uxorem? &c.* Si quis deſponſaverat Virginem, aut Viduam, aut ſi quem Levirum fratria præſtolabatur, aut, [12] ſi quis audiverat, in bello periiſſe fratrem ſuum, illi recedendi, abeundique poteſtas concedebatur. [13] Omnes iſti (*de quibus hactenus egimus,*) [14] aures præbuere verbis Sacerdotis, qui aciei adornandæ præerat, & [15] abeuntes, aquam atque alimenta ſubminiſtrabant, viasque complanabant.

ANNOTATA.

1. Deinde alloquentur] Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 375. col. 1. להיות ההכרזה הזאת לצורך מלחמה הי׳ת מדבר כהן משוח מלחמה ושוטר משמיע: Id est: *Quia hæc* (secunda) *allocutio, attinet ad ipsam Belli expeditionem, ideo Sacerdotem unctum Bello ista enunciasse, Diribitorem divulgasse, tenendum est.* Eadem & R. Salomonis ad hunc locum & Maimonidis Hilch. Melach. c. 7. §. 3. sententia fuit. Sed plane aliter in Pesikta Sutarta fol. 78. col. 1. ad verba ודברו השוטרים habet annotatio: כיון שמתחיל השוטר לדבר הכהן משמיע להם הדברים הללו: Id est: *Nunc cum fari Diribitor incipit, Sacerdos sermonem illum divulgat.* Credo, prioribus magis assentiendum esse, quippe quibus etam favet nostra Gemara.

3. Diribitores] De voce שוטרים pro qua Philo Judæus, in lib. de Agricult. τὰς τῆς στρατιᾶς γραμματέας posuit, extat elegans & erudita dissertatio Nicolai Fulleri l. 3. Miscell. c. 19. Quæ dici poterant reliqua, opinor, extare omnia, in Cl. Seldeni, de Synedrio Commentariis, a quorum lectione non ita recens sum, & quos nunc ad manum non habeo. Nolo igitur in his prolixus esse, contentus afferre illud Mosis Kozensis Præc. Aff. XCVII. שופטים הם הדיינים הפוסקין את הדין ושוטרים הם הרודים את העם אחר מצות׳ במקל ורצועה עד שיקבלו עליהם את הדין: Id est: *Voce* שופטים *designantur Judices, qui jus dicunt:* שוטרים *vero eos appellant, qui fustibus, & flagris, in subjectos tam diu animadvertunt, usq; dum edictis Magistratus obtemperant.* Itemque alterum, quod est in Jebamot fol. 86. b. אמר רב חסדא בתחלה לא הי׳ מעמידין שוטרים אלא מן הלוים עכשיו אין מעמידין שוטרים אלא מישראל: Id est: *Autor est R. Chasda, principio non nisi ex Levitis lectos esse Apparitores, Diribitoresq;. At vero, nunc, eosdem tantum legi, ex Israëlitis aliis*: Ubi apud Mathæum c. X, 17. habetur. Παραδώσουσι ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ· Tilianus Interpres Hebræus transtulit: ימסרו אתכם לעדות ובמקהלות ויסרו אתכם בשוטים ואל שוטרי ואל מלכים יוליכו אתכם למעני: Atque hic שוטרים ipsos *Magistratus jus dicentes*, non vero eorundem Ministros Exactores significat: Cæterum, Syrus Græcam vocem ܗܓܡܘܢܐ retinuit.

3. Et

3. Etnon dedicavit eam] Sic Vetus Interpres tranſtulit verba ולא חנכו neque id tantum ad mentem τῶν LXX. apud quos, τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ οἰκοδομήσας οἰκίαν καινὴν, καὶ οὐκ ἐνεκαίνισεν αὐτήν : legimus, ſed etiam, ex ſententia Rabbinorum. Abenesra : חנכו כמו חנכת המזבח וכן חנוך לנער Id eſt : *Vox* חנכו *eo ſenſu hic accipienda, uti cum Altari, aut Pueris additur, quibus caſibus*, Dedicationem, *aut* Initiationem *ſignificat.* Michlal Jophi fol. 39. col. 4.* התחלת האכילה בבית חדש יקרא חנוך ומנהג הוא שעושים סעודה ושמחה באכילה הראשונה שיאכלו בבית חדש ולפיכך אמר ולא חנכו Id eſt : *Principium comeſtionis, quod fit in domo nova, vocatur* חנוך *ſive* Dedicatio. *Atq; moris eſt, primam hanc comeſtionem in novis ædibus, facere convivium, & hilares in eo ſeſe præbere : Iſtam igitur ob cauſam, iis, qui hac re defuncti non erant*, (Scriptura e bello recedendi facultatem indulſit.) Recentior Interpres, nonnihil a Rabbinorum iſta explicatione receſſit, tranſtulit enim : *Quis eſt ille vir, qui ædificavit domum novam, & nondum cœpit uti ea ?* Sed interim convenit eo cum Joſepho, qui l. 4. Antiq. c. 8. Moſen a bello excepiſſe ait, τοὺς νεωστὶ δεδομημένους οἰκίας, οἷς οὔπω χρόνος ἀπολαύσεως αὐτῶν ἐνιαύσιος. *Qui ædificata nova domo, nondum integrum annum illa ſunt uſi.*

*Ex Beer Moſche apparet excidiſſe hic verba. כמו שנקרא התחלת הלמוד הנער hæc igitur ſupplenda, vertendumque : *Quam vocem de pueris quoq; uſurpant, cum primum literis imbui incipiunt.*

4. De eo quoque qui &c.] Hinc oportet, nimis perfunctorie Miſchnam noſtram inſpexerit Cl. Seldenus, nec enim alioqui l. 3. Uxoris Ebr. c. 3. ſcripturus erat, ſic prodidiſſe in ea Magiſtros, quod immunitatem a bello, præſtiterint haud ullæ novæ domus, niſi *quæ habitationi idoneæ, eoq; nomine poſſeſſæ*; nec enim horreum, ſtabulum, lignile, ac granarium, habitationi idonea ſunt, certe eo nomine a nobis non poſſidentur. Maimonides Hilch. Melach. cap. 7. §. 5. notanter inter הבונה בית לישיבתו Id eſt : *Condentem domum ad habitationem ſuam*, & הבונה בית הבק׳ בית העצ׳ בית האוצרות Id eſt : *Inter condentem Stabulum, lignile, & granarium, facit diſcrimen.* Subjungit tamen poſtremis iſtis, ex Gemara: הואיל וראוי לדירה quæ verba ſic accipio, ut cauſam reddant, quare ejusmodi ædificia recedendi a bello facultatem concedant, quod nimirum pro habitaculis, cum ita neceſſitas exigit, talibus uti liceat.

5. Καρφοδοχεῖον] τῷ בית התבן ſive *Domus, ubi ſtramen aſſervatur*, Maimonides in loco jam adducto, nullam uti videmus, habuit rationem, ſed illius Commentator, non Autoris, verum Scribæ incuria, mentionem excidiſſe exiſtimat.

6. Hor-

6. Horreum] Verbis בית האוצרות tum in ſacris, tum alibi frequenter *Gazophylacium* notatur, ſed hoc loco, ſecundum R. Salomonem, domus eſt, ad condendum ibi יין שמן תבואה *Vinum oleum, frumentum*, ædificata. Eam domum, merito *Horreum* appellavimus, nam illud non tantum frumenti, ſed & vini, aliarumque rerum apotheca eſt, unde & Scævola JCtus in l. 7. D de fund. inſtr. *Legaverat*, inquit, *horreum vinarium, cum vino & vaſis, & inſtrumento, & inſtitoribus, quos ſecum habere conſueverat.*

7. Parque condentis, ementis &c.] Nam, iſti omnes Domum, quæ ullo horum modorum obtigit, *Novam* vocare ſolent, proinde Dedicatione opus eſt.

8. Ex donato poſſidentis eadem eſt ratio] Excipiendus ab horum numero, cum Gemara & Maimonide omnino is מי שגזל בית Id eſt : *Qui domum per vim invaſit.* Similem enim Scripturæ mentem fuiſſe Magiſtri credunt, ac Ulpiano erat, cum in l. 134. de Reg. Jur. vere pronunciat : *Quod ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem nemo facere poſſit.*

9. Nec dum ea ſacris jam ſoluta uſus eſt.] Pro ומי האיש אשר נטע כרם ולא חללו LXX. habent. Καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ οὐκ εὐφράνθη ἐξ αὐτοῦ : Nempe חלל in *Lætandi* ſenſu acceperunt, quomodo accepit quoque Abenesra, ſecundum quem, niſi fallor, Scripturæ verba vertenda eſſent : *Quis eſt ille vir, qui plantavit vineam, & nondum ſaltavit in illa* ? Annotat enim : מנהג היה לחול בכרמים : Id eſt : *Erat quondam more receptum, ut in Vineis choreas ducerent.* Sed, magis, credo, quadrat ad Scripturæ ſenſum, Veteris Vulgati verſio, qui tranſtulit : *Quis eſt homo, qui plantavit vineam, & nec dum fecit eam eſſe communem, de qua veſci omnibus liceat.* At illa optime, quam ex Junio & Tremellio in textu expreſſimus. Nimirum, quantum apparet, reſpicit Scriptura, ad legem Levitici XIX, 29. ſeqq. promulgatam, qua omnes arbores recens plantatæ, tribus prioribus annis præputiatæ habebantur, ita ut ex iis quicquam comedere nefas eſſet, quarti anni fructus Deo ſacrandi erant, atque quinto demum anno, promiſcuus fructuum uſus concedebatur. Ergo לא חללו הכרם uti probe exponit Raſchi, eſt, אשר לא פדאו בשנה הרביעית שהפירות טעונין לאכלן בירושלם או לחללן בדמים ולאכל הדמים בירושלם: *Qui Vineam ſuam, nondum quarto anno redemit*, (ac religione ſolvit :) *Fructus enim* (illius anni,) *comedendi erant Hieroſolymis, aut ſaltem eorum*

eorum pretium æquivalens, ibidem consumere oportebat. Convenit Judæorum versio Germanica: *Und wer der Mann, daß er hat gepflanzt ein Weinberg, und nit er hat geheiligt ihn.*

9. Qui quinque arbores frugiferas] Enim vero, numerus solus non sufficiebat, sed ut arbores quinque frugiferæ, immunitatem cui a bello præstarent, illud amplius exigebatur, non quomodocunq;, aut serie continua consitæ essent. Nempe, commodum sic monente Gemara nostra: הני מילי שתים כנגד שתים ואחת יוצאה זנב Id est: *Hoc privilegium tantum locum habet, cum bina arbores, binas respiciunt, & una quasi caudam facit.* Nemo, opinor, tam hebes est, qui non continuo sibi animo fingat, quam Gemara figuram intelligat, quia tamen R. Salomoni operæ pretium visum est, schema arborum notis suis inserere, ideo nec nobis vitio verti debet, si ejus exemplum imitamur, & quinque arborum quæ verum arboretum faciunt, dispositionem, pariter repræsentamus.



10. Vel surculos immittentis] Non negligendum, quod Jeruschalmi docet, peccari quoties fit inoculatio של אילן מאכל על גבי אילן מאכל מין שאינו מינו: Id est: *Germinis frugiferi, in arborem itidem frugiferam, diversæ speciei:* aut cum immittitur אילן מאכל על גבי אילן סרק *Germen frugiferæ arboris, arbori sterili.* Quamobrem, Mischnæ nostra verba, de iis qui talia moliuntur, legemque Divinam, Lev. XIX, 19. de non serendis כלאים sive quæ Heterogeneorum naturam habent, promulgatam, contemnunt, neutiquam accipere oportet. Tantum sermo ad illos attinet, qui ejusdem speciei arbores maritant:

 כגון

כגון שהרכיב תאינה שחורה על גבי תאינה לבנה *Uti cum quis surculum ficus nigræ, cum ficu alba sociat.*

11. Quis est ille Vir qui desponsavit Uxorem] Pertinet huc, quod etiam civiles leges, matrimonia contrahentibus, tantisper abs togata, sive forensi militia immunitatem indulgent. In lege 2. D. de in jus voc. Ulpiani edicitur verbis : *In jus vocari non debet, qui uxorem ducat, aut eam quæ nubat.*

12. Si quis audiverit in bello &c.] Hoc privilegium tam late Gemara extendit, ut dicat : ואפילו חמשה אחין ומת אחד מהם במלחמה כולן חוזרין; Id est : *Si casus ferat, quinque fratres interesse expeditioni, atque unus in prælio occumbat,* (non relicta prole mascula, sed tantum conjuge vidua) *cæteri omnes domum revertuntur.* Scilicet, quemque horum, jus ad Leviratum vocare potest, & quidem natu etiam minimum, si reliqui pedes excalceandos præbeant.

13. Omnes isti de quibus hactenus egimus] Quæ vero, tandem causa est, quod istis enumeratis, discedendi e bello potestas, præcipue, & ante alios, fuit concessa ? R. Salomo Jarchi, quæsivit eam in עגמת נפש Sive *Mentis perturbatione.* Cum enim verisimile sit, discruciari quem animo, si ædes novas dedicare, degustare vineæ fructus, sponsam domum ducere prohibeatur, ideo existimat ipse, Divinam benignitatem, mortalibus, quicquid ejus est ægritudinis, voluisse adimere. Aliter Josephus loco sæpe allegato, Mosis verba explicat, eumq; ad istorum hominum vecordiam curam intendisse arbitratur: Τοὺς νεωστὶ δειμαμένους οἰκίας οἷς οὔπω χρόνος ἀπολαύσεως αὐτῶν ἐνιαύσιος, καὶ φυτεύσαντας, οὔπω δὲ καρπῶν μετεσχηκότας, ἐᾶν κατὰ χώραν· Καὶ τοὺς μνηστευσαμένους δὲ, καὶ νεωστὶ γεγαμηκότας, μὴ πόθῳ τούτων φειδόμενοι τοῦ ζῆν καὶ τηροῦντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ἐθελοκακήσωσι περὶ τὰς γυναῖκας· *Immunes sint a militia, qui ædificata nova domo, nondum integrum annum illa sunt usi : tum qui plantata vinea nondum ex ea fructus perceperunt : & præter hos, qui desponsata uxore nondum eam domum duxerunt : ne harum rerum desiderio sibi parcentes, in gratiam uxorum parum fortiter rem gerant.* Neutra harum opinionum, valde a vero abludit, illa tamen R. Salomonis se commendat maxime. Proinde, me quidem inducere nunquam potuit Abarbenel, quicquid etiam fol. 375. col. 1. Comment. in Pentat. contra disputet, ut eam contemnerem, suamque amplecterer quam ipse verbose ibidem proponit. Interim hoc tamen illi præstabo, ut sententiam ejus afferam in medium, fortasse enim gratiam, quam apud me sua contemplatione haud inivit, alii eidem referent. יש לעיין למה זכר

בנה בית נטע כרם נשא אשה ולא דבר אחר ולמה אמר
ואיש אחר יחנכנו ואיש אחר יחללנו ואיש אחר יקחנה כי
אחר שהאדם ימות מה לו אם איש אחר יחנך את ביתו או
יקח את אשתו או יחלל את כרמו ועם * היות שכתב רש״י * Malle legere
ואם ואיש אחר יחנכנו ודבר עגמת נפש הוא זה הנה השכל
בלתי סובל שיקשה על האדם שאיש אחר יחנך את ביתו
שעדיין לא דר בו ולא שלמה מלאכתו יותר משיקשה עליו
שהבית אשר דר בו ונתעדן בתוכו איש אחר יירשנו וכן
בענין האשה יותר יקנא האדם על אשתו שכבר לקחה יותר
משיקנא על ארוסתו שלא נתייחד עמה: אבל ענין זה כלו
נאמר על האיש שהתחיל בדבר שיש מצוה בתכליתו ובהשלמתו
והיו מאוייו וחפצו להגיע הדבר ההוא על תכליתו מפני
קיום המצות ועבודת האלהים אשר בו: ולכן זכר מי האיש
אשר בנה בית שיהיה בו ענין המצוה שזכר כי תבנה בית
חדש ועשית מעקה לגגך: וזכר נטע כרם ולא חללו מפני
המצוה שהיה בזה בשנה הרביעית לפדות אותו או לחללו
ברמים ולהעלותם לירושלם ולאכלם שם: וזכר אשר ארש
אשה ולא לקחה שהיה מצוה לקחת אשה ולעסוק בפריה
ורביה: הנה א״כ לא היה הענין מפני עגמת נפש ומדאגת
הדבר בעצמו מפני התאוה הגופנית כי אם לפי שלא באה
המצוה לידו כתאותו ולא הספיקו הימים לקיימה ולזה יקנא
באיש אחר יחנכנו ואיש אחר יחללנו ואיש אחר יקחנה
שתתקיים המצוה ע״י זולתו ולא על ידו: והדאגה הזאת א״א
שתהיה לאדם אחרי דירתו בבית ואחרי היות הכרם בידו שנים

רבות ואחרי לקיחת האשה והתעסקותו בפריה ורביה כמצות התורה: Id est: *Operæ pretiũ est indagare, cur expressa fiat mentio ædificationis domus, plantationis vineæ, & contracti matrimonii, neq; alterius cujusdam rei: Quare itidem dicatur: Et vir alius domum dedicet; & vir alius vinea sacris soluta utatur; & vir alius sponsam ducat? Nam ubi quis fatis suis concessit, quid sua id refert, si vir alius aut domo ejus uti occipiat, aut sponsam ejus sibi copulet, aut vinea illius sacris jam soluta fruatur? Atq; etsi annotat Jarchi,* (ad verba:) Et vir alius dedicet eam: *rem acerbam id fore*: (Tamen huic explicationi nihil videtur tribuendum:) *Neq; enim sana ratio concedit* (credere,) *angi quem, quod alius suam domum dedicet, quam nondum incoluit, & cujus opus necdum complevit, magis quam ut angatur, quod domus quam inhabitavit, & in qua toties genio indulsit, ad alium sit perventura hæredem. Eadem ratio est de fœmina: Majores enim dolores sentit vir, ob* (deferendam) *uxorem pridem ductam, quam ob sponsam suam, quæ tori nondum facta socia. Nimirum, omnia hæc attinent ad eum, qui rem quandam exorsus est, cujus scopus atq; perfectio, bonum aliquod opus in lege præceptum involvit, atq; eapropter animo suo desiderat rem illam ad finem perducere, quo bonum illud opus effectum reddat, eodemq; Deo debitum cultum præstet. Hac igitur de causa mentio fit viri, qui domum condidit, nam, hic præceptum quoddam includitur,* (Deut. XXII, 8.) *memoratum*: Cum ædificas domum novam, tum facies loricam ad tectum tuum. *Illam ipsam ob rationem meminit porro plantationis vineæ, qua quis nondum sacris soluta usus est, annexum enim præceptum, ut anno quarto* (vinea novella) *redimatur, & pecuniâ Hierosolymas deportandâ, ibidemq; consumendâ sacris suis solvatur. Meminit deniq; ex eodem fonte Sponsæ, quæ nondum domum ducta, quia mandatum divinum extat, de matrimonio contrahendo & liberis procreandis. Quæ cum ita sint, non erat illud negotium, ob mœrorem animi, reiq; ipsius dolorem, quod voluptate aliqua corporali carendum esset, sed quia contra votum, bonum opus edere prohibebatur, nec tempus suppetebat, præceptis defungi: atq; hanc ob causam invidet alteri, ut ædes suas initiet, vineam suam sacris solvat, sponsamq; suam sibi conjugio jungat, cum præceptum divinum per alium, & non per sese complendum animadvertat. Fieri autem nequit, ut iste mœror apud quem locum habeat, postquam ædes suas incoluit, vineam multos jam annos possedit, uxoreq; ducta prolem ex ea suscepit, atq; præstitit, quod in lege divina facere jussus est.* Enimvero, ista, mihi cum ingenio quo quisque natus est, quodque rebus aut nondum aut recens acquisitis, quam iis quæ in potestate diu fuerunt, magis fere capitur, vehementer pugnare videntur. Vere Seneca 3. de Benef. c. 3. *Novis semper cupiditatibus occupati, non quid habeamus,*

sed

Sed quid petamus inspicimus: non id quod est, sed quod appetitur intenti. Quidquid enim domi est, vile est. Præterea constat e Sacris literis, saltem novis nuptis, universo anno esse a militia vacuis licuisse. At Sponsâ in thalamum deductâ, anno integro haud opus fuit ut mandatum divinum, impleretur: proindeque, si vera sunt quæ Abarbenel disputat, illud erat consequens, ut novelli Sponsi quorum conjuges mox fœcundæ redditæ sunt, etiamsi a contractis nuptiis nondum finitus annus esset, militatum ire cogerentur, contra expressum Supremi Numinis indultum.

14. Aures præbuere &c.] Sed, si fides iis, quæ in libro antiquissimo Siphri fol. 47. col. 1. traduntur, כולן היו צריכים להביא עֵרותו * חוץ מן הירא ורך הלבב ושעדיו עמו: Id est: *Quisq; prius cogebatur probatum dare testimoniis*, (privilegium immunitatis sibi competere,) *tantum timidis, pavidisq; & iis qui commilitones testes habebant, exceptis.* * Lego ערותן

15. Abeuntes aquam atque alimenta &c.] Non igitur Drusio satis cum Rabbinis convenit, qui *solos timidiores & meticulosiores, exercitui* aquam & cibum in castra portasse arbitratus est: Laudante locum Quistorpio, in Annotat. Bibl. part. 1. p. 208.

ג

ואלו שאינן חוזרין הבונה בירת שער אכסדר ומרפסת הנוטע ארבע אילני מאכל וחמשה אילני סרק המחזיר את גרושתו אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין לא היה חוזר רבי יהודה אומר אף הבונה בית על מכונו לא היה חוזר רבי אליעזר אומר אף

III.

SEquentibus recedere non licebat. Qui condiderat tantum [1] Prothyrum, [2] Pergulam [3] aut Porticum. Qui plantaverat (*non nisi*) quatuor arbores[4] frugiferas, aut [5] quinque steriles. [6] Si quis repetiverat repudiatam. [7] Si quis Pontifex despondisset sibi Viduam; Sacerdos vero communis, passam repudium, aut donatam calceo. [8] Si Judæus matrimonium inivisset cum notha, aut Nethinæa: Item si cui Nethinæo, vel Spurio, naptura erat ingenua Israëlitis, abeundi

הבונה בית לבנים בשרון לא היה חוזר: eundi venia non dabatur. R. Judas ait, etiam superstruenti domū veteri fundamento, discedere non licuisse. Idē prorsus, R. Elieser de eo pronunciat, qui [10] domum lateritiā in Sarone [11] condidit.

ANNOTATA.

1. Prothyrum] Maimonidis Commentator ad Hilchot Schecenim cap. 2. §. 4. ex Raschi : בית שער בית קטן שלפני פתח טרקלי׳ Id est: בית שער *appellatur domuncula parva, quae est ante fores Triclinii,* (seu potius Palatii.) Ad rem hanc significandam, malui ex l. 245. de V. S. & l. 12. §. Papinianus D. de fundo instr. & instrum. vocem Prothyrum adhibere, quam *Vestibulum* dicere, etsi plerique, cum, quod nos, exprimere volunt, id verbi usurpant. Movit Cæcilii Galli apud Agellium l. 16. c. 5. autoritas, qui prodidit, *Vestibulum esse non in ipsis adibus, neq; partem adium, sed locum ante januam domus vacuum; per quem a via aditus accessusq; ad ades est.* Cæterum, apud omnes Orientales eam ædium structuram esse, ut aperta prima domus janua, quæ plateam spectat, mox in aliam quis incidat, quæ velo, quod *tegumentum* Arabes vocant, obducitur, ne intranti introspicere in conclave detur, ubi paterfamilias degit, pridem ad cap. XIV. Actorum, Ludov. de Dieu annotavit. Extat in Bava Batra fol. 7. b. de הַ׳ בית שער usibus, prolixa disputatio, cujus nihil adscribo præter fabellam : ההוא חסידא דהוה רגיל דקא משתעי אליהו בהדיה בנה בית שער ולא אשתעי בהדיה: Id est : *Ad quendam Virum bonum visere frequenter solebat Elias* (Propheta.) *Condiderat* (bonus iste vir) *Prothyrum, nec amplius eum convenit* (Elias.) Nimirum, Prothyrum illud in causa erat, ut minus pauperes stipem flagitantes, posset percipere, hinc de sua felicitate miser decidit.

2. Pergulam] Vocem אכסדרא esse Græcum ἐξέδρα nemo non videt. Significationes apud Rabbinos variæ sunt, quas videre licet apud Buxtorf. Lex. Talm. p. 87. David Cohen de Lara in Ir David explicavit : מקום וחדר ששם ישבו כסאות *Una Lonja con sus assientos.* Id est : *Locum, seu conclave, in quo sedilia disposita sunt.* Sed iste, & similes sensus, præsenti negotio non quadrant, & ille hujus loci, quando pro Pergula, Rabbini id verbum usurpant. Sic in Bava Batra fol. 25. b. עולם לאכסדרא הוא דומה ורוח צפונית אינו מסוככת וכשחמה מגעת לקרן מערבית צפונית נכפפת ועולה למעלה מן הרקיע: Id est : *Mundus hic Pergula comparari potest, cujus aquilonare latus non tegitur.* (Nam sic

ſic mundi quoque partes tres, æthere circumſeptæ ſunt, Septentrionalis regio nuda eſt,& æthere deſtituitur.) *Igitur Sol* (Orientalem, Auſtralem, & Occidentalem Orbis partes peragrans, nobis præſens eſt, & in magna hac Pergula conſpicuus. At vero) *poſtquam eo pervenit, ubi regio Occidentalis deſinit, incipitq; Aquilonaris vacua, ibi in latus vergens, ſupra æthera ſeſe recipit*, (atque tantiſper dum Sol abeſt, & donec per orientalem plagam rurſus cœli convexa ſubintrat, mortales in nocte degunt, & mera caligine.) Moſes Kozenſis Præc. Neg. XLIV. ex Siphri & Tamid. הנוטע אילן אצל המזבח או בכל העזרה בין אילן סרק בין אילן מאכל אע"פ שהוא עושה אותו לנוי הרי זה לוקה ואסור לעשות אכסדראות של עץ במקדש כדרך שעושים בחצרות ואף על פי שהוא בבנין ואינו עץ נטוע וזו הרחקה יתירה שני כל עץ מפני שזה היה דרך עו"ג שנוטעים אילנות בצד מזבח שלהם כדי שיקבצו שם העם; Id eſt: *Quisquis arborem plantaverit juxta altare, aut in ullo atriorum Templi, ſive ſterilis ſive frugifera ea ſit, atq; etiamſi tantum decoris cauſa id faciat, is vapulare debet.* (Violavit enim interdictum Deut. XVI, 21. Non plantabis tibi lucum, & omne lignum ſive arborem juxta altare Domini DEI tui.) *Nefas quoq; eſt facere Pergulas ligneas in Templo, quales in amplis atriis parari ſolent, etiamſi per modum fabricæ, non plantationis fiant, nam hoc ex abundanti quadam cautione e verbis*, omne lignum, *adſtruitur*, (ut tanto minus ſemper virentes Pergulæ excitentur.) *Nempe is Paganorum mos erat, ut juxta aras Numinum ſuorum arbores plantarent, quo ſub eas plebs ſeſe reciperet.* Obiter monemus, Lutherum de Pergula accepiſſe voces עלית המקרה quæ Judicum III, 20. 24. leguntur, atque, cum in ſacro textu, de Eglone Moabitarum Rege eſt, והוא ישב בעלית המקרה אשר לו לבדו: Ipſum tranſtuliſſe: *Er aber ſaß in der Sommerlaube.* Circa quam translationē a Cl. Sauberto, venerabili Antiſtite noſtro nuper didici, hiulcas eſſe hic typographorum vitio editiones recentiores, atq; excidisſe, *die für ihm allein war*, quæ verba habeantur in primis & antiquis. Sed, fortaſſe, magis *cœnaculum æſtivum, ſive exedram in qua ob undiq; patulas feneſtras auræ refrigeratio captabatur*, quam viridem Pergulam, ſignificat עלית המקרה Quippe hanc poſteriorem ſi innuiſſet ſacer contextus, non opus erat ſervis diuturniorem moram ibi faciente domino, denique petere clavem, atque reſerata janua, quid rerum gereret ſcrutari. Potius enim foliis quæ pergulam veſtiebant nonnihil remotis, ſic per rimulam introſpexiſſent clanculum. Quare non improbo, quod ille qui Germanicam Lutheri Bibliorum Verſionem, in Suecicam Linguam ſcite tranſtulit, totum hunc locum paulo aliter convertit, atque Autor ſuus etiam in iis exemplaribus quæ integra ſunt, feciſſe deprehenditur, quodque repoſuit:

posuit: Och han satt vthi en Sommorsaal allena. Nimirum, magis genuinum arbitratus est, illud Vulgati: *Sedebat autem in æstivo cœnaculo solus*. Et τῶν LXX. Καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῷ θερινῷ τῷ αὐτοῦ μονώτατος.

3. Porticum] Non præstant Prothyrum, Pergula, & Porticus suis conditoribus immunitatem a bello, quia istis fabricis nullo modo ad habitationem uti licet, ne pro tempore quidem, & cum rerum necessitas anguste habitare imperat.

4. Aut quinque steriles] Quia enim steriles arbores, fructus nullos edunt, cessat in iis Legis Divinæ dispositio, quæ fructuum Hierosolymis comedendorum, fundamentum habet. Monere hoc loco id insuper oportet ex Gemara nostra: כרם של שני שותפין אין חוזרין עליו מערכי המלחמה: Id est: *Si cujus vinea duobus obtigerit communitas, hæc a belli expeditionibus socios communionis non liberat.*

6. Si quis repetiverat repudiatam] Nam novæ tantum uxori id conceditur, ne sponsus dubiam belli aleam experiri cogatur. Deut. XXIV, 5. Atqui, ut ait Gemara גרושתו אין חדשה לו *Repudiata quæ repetitur, nova uxor dici nequit.*

7. Si quis Pontifex &c.] De Pontificis, & Sacerdotum conjugiis, dixi satis supra p. 555. seqq.

8. Si Judæus matrimonium inivisset &c.] Id Judæis omnibus imperatum erat ut ducerent παρθένους ἐλευθέρας γονέων ἀγαθῶν, *Virgines ingenuas, honestis parentibus prognatas*, uti est apud Josephum l. 4. Antiquit. c. 8. Adde quæ pridem disseruimus p. 563. seqq.

9. R. Judas ait &c.] Nec R. Judæ, nec eam quæ mox sequitur, R. Elieseris sententiam, reliquorum Magistrorum assensum meruisse, monuit Maimonides. Credo nihilo secius, si ita accipiatur R. Judæ opinio, prout eam accepit R. Salomo, quasi nimirum diruentem domum suam & eadem penitus mensura ac forma, ex ruderibus denuo reædificantem, ipse in mente habuerit, secundum illum futuram decisionem. Sed, quis unquam tam stultus fuit, ut hoc faceret? Aut, si id a quoquam factum est, pol! is, ut Baccharum bacchantium, quam Martis castra sectaretur, erat aptior.

10. Domum lateritiam in Sarone] R. Salomo in Glossa: מקום הוא ששמו שרון ואין הקרקע יפה ללבינים ולא הוי דבר קיימא שפעמים צריך לחדשם בשבע שנים: Id est: *Saron loci nomen est, cujus terra formandis lateribus minus apta erat, non enim durabant ex iis ædi-*

iis ædificata, sed quovis septennio bis renovatione opus habebant. Verissima esse, quæ de illius soli ad formādos lateres ineptitudine hic dicuntur, facile poteſt oſtendi : E Canticorum enim II, 2. colligitur, regionem quæ circa Saronem erat, Rosis ſuave rubentibus & odoratiſſimis fuiſſe refertam : ſic enim חבצלת per ורדא Targum explicat. At, ceu Plinius l. 21. Hiſt. Nat. c. 4. nos docet : *Rosa, locis omnibus ſiccis quam humidis odoratior eſt. Seri nec pinguibus vult, nec argilloſis locis, nec riguis, contenta raris, proprieq; ruderatum agrum amat.* Niſi Talmud Jeruſchalmi in Gemara noſtra nos fallit : אף כהן גדול היה מתפלל על אנשי השרון ביום הכפורים שלא יעשו בתיהן קבריהן: *Etiam Summus Pontifex, quovis expiationis feſto, nominatim pro Saronitis preces fudit, ne ædes ipſorum, iisdem in ſepulchra converterentur.*

II. Condidit] Ex laudato Jeruſchalmi, iſtis infelicibus, & nullo privilegio utentibus ædificatoribus addere inſuper oportet : הבונה בית בחוצה לארץ *Omnes eos, qui domus extra terram ſanctam exſtruunt.* Et additur ratio : בית שמצוה לחנכו יצא זה אינו מצוה לחנכו *Tantum ea domus immunitatem a bello præſtat, quæ dedicari meretur: at quæ extra Palæſtinam conduntur domus, ut dedicentur indignæ ſunt.* Amplius, ejusdem Jeruſchalmi autoritate addendus etiam הבונה בית שאין בו ד' אמות על ד' אמות *Condens domum, quæ non eſt longa lataq; cubitos quatuor.* Allegaturque mox conſtitutio : בית שאין בו ארבע אמות על ד' אמות פטור מן המעקה ומן המזוזה ומן העירוב ואינו טובל ואין נותנין לו ארבע אמות לפני פתחו ואין עושין אותו חיבור * לעיר והנודר מן הבית מותר לישב בו ואינו צמית ביובל ואינו מיטמא בנגעים ואין הבעלים חוזרין לו במלחמה: Id eſt : *Domus quæ non eſt quatuor cubitos longa lataq;, carere poteſt loricâ,* (præceptâ Deut. XXII, 8.) *Et ſcheda liminari, ac nota commixtionis vicinitatum. In eam illati proventus non decimantur. Item,* (ſi eveniat, ut cum aliis domibus ejusdem atrii iſta inter cohæredes dividenda ſit) *ejus portæ non conceduntur ulnæ quatuor,* (quod ſpatium omnium cæterarum ædium portis vulgo tribui ſolet, ut liber per hoc veſtibulum ad januam ſit aditus.) *Porro non licet adhibere domunculam hanc ad faciendam prægnationem vicinitatis, duarum urbium :* (Alioqui enim civitatibus duabus, haud magis a ſe invicem diſtantibus quam ulnas CXLI. & ulnæ tertiam; tum ſi excitetur in ipſo medio hujus intervalli domus aliqua juſtæ magnitudinis, eadem parit inter utramque urbem vicinitatem, ut pro una reputentur.) *Amplius, ſi quis votum faciat, nolle ſe ullam impoſterum domum incolere, in hac parva commorandi facultatem habet. Eſt de ejusmodi domo etiam illud peculiare, quod venditori ſuo jus redemturæ non tribuit,* (ſecundum leges

* Malo legere עיבור ex Succa Babylonicæ Gemaræ fol. 3. b. ubi hæc eadem habentur.

Vide Erubin c. 2. & 5.

Levit. XXV, 25. seqq. descriptas:) *Quod non pronunciatur leprosa*, (nam & hoc tantum justarum ædium proprium est:) *Item, quod domino liberationem a bello non præstat.* Miseras vero ædes, quæ tot subjacent incommodis, & jam propemodum dubitare occipio, an quis Judæorum, domum ejusmodi, ullo unquam seculo sibi paraverit. De B. Hilarione Eremita tamen, in vitis Patrum p. 77. Edit. Witteberg. reperi, etiam ista mensura humiliorem angustioremque illum condidisse. Sic enim, inter reliqua, de eo narratur: *A sexto decimo usq. ad vicesimum suæ ætatis annum, æstus, & pluvias, brevi tuguriolo quod junco & caryca* texerat. Extructa deinceps brevi cellula, quæ usq. hodie permanet, latitudine pedum quatuor altitudine pedum quinq., hoc est statura sua humiliore. Porro longitudine paulo ampliore quam ejus corpusculum patiebatur, ut sepulchrum potius quam domum crederes, capillum semel in anno die Pascæ totondit. Super nudam humum stratumq. junceum, usq. ad mortem cubitavit.*

* Leg. Carice.

ד IV.

ואלו שאין זזין ממקומן בנה בית וחנכו נטע כרם וחללו הנושא את ארוסתו הכונס את יבמתו שנאמר נקי יהיה לביתו שנה אחת לביתו זה ביתו יהיה זה כרמו ושמח את אשתו זו אשתו אשר לקח להביא את יבמתו אינן מספיקין להם מים ומזון ואינן מתקנין את הדרכים:

[1] Sequentes ne loco quidem sese movebant. [2] Qui domũ ædificaverat, & dedicaverat. Qui vineam plantaverat, & sacris solutis [3] ea uti cœperat. Qui Sponsam domum duxerat, aut fratriam sibi junxerat. Q. S. E. (Deut. XXIV, 5.) *Immunis esto domi suæ annum unum.* [4] Vox לביתו Domum respicit: יהיה Vineam ושמח את אשתו Uxorẽ recens ductam. אשר לקח Fratriam supperaddit. [5] Iidem quoque nec cibum potumque ministrabant, nec vias sternebant.

ANNOTATA.

1. Sequentes ne loco quidem se movebant] Raschi

ſchi in Gloſſa : דהנך דלעיל הולכין עד לספר ושם שומעין דברי כהן וחוזרין מן המערכה לארץ ישראל ואינם חוזרים לבתיהם אלא עוסקין בספוק מים ומזון להולכי המלחמה ואלו אין זזין ממקומן אפילו ללכת עד הספר ולשוב על פי כהן: Id eſt : *Illi enim quorum mentio (*in Pericope 2.*) Præceſſit, ad fines usq; regionis ſigna ſequebantur, ibidemq; perceptis verbis Sacerdotis, deſerentes caſtra patriam repetebant. Non tamen ad ædes ſuas reverſi ſunt, ſed aquam & alimenta militantibus ſufficiebant. At iſti, de quibus in hac pericope ſequitur, ne loco quidem ſe movebant, ut vel ad terminos regionis procederent, & data a Sacerdote venia ſic demum reverterentur.*

2. Qui domum ædificaverat & dedicaverat] Supple : Nec annum integrum eandem incoluerat.

3. Ea uti cœperat] Supple : Anno quarto ſcilicet, quo fructus Deo ſacrandi erant, nondum plane completo.

4. Vox לביתו &c.] Noſtræ Gemaræ ratio contorta eſt, magis placet illa Hieroſolymitanæ : כולהן למודין מן האשה מה אשת צריכה שנים עשר חדש אף כולהון צריכין יב׳ חדש: Id eſt : *A Sponſo ad reliquos facta eſt collectio. Proinde, quia* Deut. XXIV, 5. *iſti a bello annua conceditur immunitas : Ideo ædificantibus & plantantibus quos Scriptura in allocutione Sacerdotis Sponſo copulavit, tantundem conceſſum videtur.*

5. Iidem quoque nec cibum &c.] In enumeratorum hactenus cenſum, corpore manci adhuc amplius referendi ſunt, qui nec ipſi militiæ nomen dare cogebantur, niſi fallit argumentatio qua Baal Hatturim utitur. יד ביד רגל ברגל וסמיך ליה כי תצא למלחמה לומר מחוסרי אבר אין יוצאין למלחמה: Id eſt : *Præcedit apud Moſen, Manu pro manu, pede pro pede pœnas pendendas : Et ſequitur continuo :* Cum prodibis in bellum. *Quo ipſo docetur, cos qui mutili & decurtati ſunt militiam non ſequi.*

ה

ויספו השוטרים לדבר אל העם וגו׳ רבי עקיבא אומר הירא ורך הלבב כמשמעו שאינו יכול לעמוד בקשרי מ

V.

(Legitur Deut. XX, 8.) [1] *Et pergent Diribitores illi alloqui Populum &c.* R. Akiba contendit, verba הירא ורך הלבב ſimpliciter accipienda, de eo nempe,

המלחמה ולראות חרב ב שלופה רבי יוסי הגלילי אומר הירא ורך הלבב זהו המתירא מן העבירות שבידו לפיכך תלתה לו התורה את כל אלו שיחזור בגללן רבי יוסי אומר אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין הרי הוא הירא ורך הלבב:

nempe, [2] qui nequit consistere in conferto agmine, aut intueri gladium strictum. [3] R. Jose vero Galilæus vult, iis verbis eum notari, qui sibi ob commissum peccatum metuit; hacque de causa Legem cæteros hîc conjunxisse, ut cum iis simul secedere posset. [4] R. Jose ait: Summus Sacerdos viduam, Sacerdos gregarius repudiatam, aut calceo donatam; Judæus spuriam aut Nethinæam; Spurius vel Nethinæus, ingenuam ducentes; isti sunt timidi illi & vecordes, (*qui hoc loco memorantur.*)

ANNOTATA.

1. Et pergent Diribitores &c.] Constans Magistrorum opinio est, quæ sequuntur in Scriptura verba concepta, non extulisse amplius Sacerdotem, sed, uti in hunc locum ait Raschi: זה שוטר מדבר ושוטר משמיע *Ista, quidam Diribitorum pronunciabat, exceptum sermonem alius Diribitor divulgavit.* Nimirum, humile & indignum Sacerdote erat, ut ipse de timidis & ad omnem crepitum auramve meticulosis, animi angeretur: tales enim fœminas, non viros natos esse, aut saltem peccatorum conscientia torqueri, necesse erat.

2. Qui nequit consistere in conferto agmine] Timidis etiam, concessa abeundi licentia, quia, etsi Sacerdos metum omnem abesse jussit, & de victoria spem certam fecerat, tamen quidam imbelles sibi suisque poterant timere capitibus, & dicere: ידענו גם אנו שלנו התשועה ועם כל זה אין לנו לסמוך על הנס כי לא לעולם האדם זוכה שישלח יי משמים ויושיעהו וילחם לו: Id est: *Etiam nos scimus, nostras partes manere victoriam: nihilo secius haud æquum est, ut nos speciatim, nobis peculiare miraculum imaginemur* (per quod evadamus illæsi.) *Nec enim semper cuiq; homini ita se res habet ut mereatur mitti sibi An-*

ſibi Angelum cœlitus, qui ſe tueatur, & pro ſe pugnet. Quæ, leviter ea immutando, ex Schilte Haggibbor. fol. 36. col. 1. ſumus mutuati. Credo, natura ſua valde pavidos fuiſſe Hieroſolymarum incolas, quando inter cætera illorum placita, hoc quoque recitat R. Jochanan in Peſachim fol. 113. a. כשאתה יצא למלחמה על תצא בראשונה אלא באחרונה צא כדי שתכנס בראשונה: Id eſt: *Cum caſtra ſequenda ſunt, non primus, ſed poſtremus exeas, ut,* (ceu R. Salomo ſupplet, cum in fugam conjicitur exercitus) *primus evadere poſſis.* Scitum mehercle conſilium, quodque hoc commodum matribus Hieroſolymitanis ſine dubio præſtitit, ne admodum flere cogerentur! Et vero, e Jud. VII, 3. conſtat, fuiſſe tempus, quo, cum Gideon Imperator meticuloſis caſtra deſerendi licentiam concederet, abeuntibus bis & vicies mille armatis, vix apud ſigna remanſerunt decem millia:

— *Nam timor unus erat.*

3. R. Joſe vero Galilæus &c.] Eadem fere ſenſit quoque R. Jochanan Saccai filius, cujus hoc dictum extat in Siphri fol. 47. col. 1. בוא וראה כמה חס המקום על כבוד הבריות מפני הירא ורך הלבב כשהוא חוזר יאמרו שמא בנה בית שמא ארס אשה: *Veni, vide, quantopere Deus honori miſellorum hominum conſulat. Ob timidum enim & imbellem corde* (aliis quoque, non minus ac ipſi e bello diſcedendi poteſtatem fecit,) *ut nimirum eo abeunte* (non illico de ipſius ignavia palam conſtaret,) *ſed, ut commilitones ſuſpicarentur, ipſum fortaſſe condidiſſe domum, aut contraxiſſe ſponſalia.*

4. R. Joſe ait &c.] Maimonides, e Gemara docet, hoc inter R. Joſe Galilæi, & alterius R. Joſe ſententias intereſſe quod ille prior de metuentibus ob quæcunque peccata, etiam quæ tantum contra Magiſtrorum dictamina commiſſa erant, ſermonem formavit. At. R. Joſe poſterior, ſolos eos in mente habuit, quos crimina adverſus legem Divinam parata vecordes reddunt, atque hinc illa exempla de Summo Sacerdote viduam, Sacerdote gregario repudiatam, aut calceo donatam ducentibus &c. nam hæc cū ipſis Divinis præceptis pugnant conjugia: Interim tamen, nec hujus, nec illius opinio valde probanda, ſed ſimplici R. Akibæ interpretationi eſt inhærendum.

ו	VI.
והיה ככלות השוטרים לדבר אל העם ופקדו שרי צבאות	(Porro legitur v. 8.) *ET erit deſinentibus Diribitoribus alloqui*

בראש העם ובעקבו של עם מעמידין זקיפין לפניהם וא ואחרים מאחוריהם וכשילין של ברזל בידיהן וכל המבקש לחזור הרשות בידן לקפח את שוקיו שתחלת ניסה נפילה שנ נס ישראל לפני פלשתים וגם מגפה גדולה היתה בעם ולהלן הוא אומר וינוסו אנשי ישראל מפני פלשתים ויפלו חללים וגו׳:

alloqui Populum, ut praeficiant Principes ordinum militarium, a fronte Populi: Similiter & a tergo ejusdem. Nimirum[1] disposuerunt viros robustissimos a fronte, aliosque a tergo, ii ferratas bipennes in manibus habebant, & cuique profugere volenti, crura amputare, iis permissum erat: [2] principium enim fugæ, clades est. Q.S. (1.Sam. IV, 17. *Fugit Israël coram Philistæis, atq; etiam magna plaga fuit in populo.* Sic & alibi (cap. scilicet XXXI, 1.) dicitur: *Fugerunt Israëlitæ a conspectu Philistæorum ceciderunt<u>q;</u> confossi* &c.

ANNOTATA

1. Disposuerunt viros robustissimos a fronte] Qui voce & exemplo alios ad fortiter pugnandum hortarentur, & aliquibus cadentibus, novos sufficerent, ne turbarentur ordines.

2. Principium enim fugæ, clades.] Est in hoc sermone quam Grammatici vocant, Hypallage, sive verborum ordinis ac structuræ ea inversio, ut contrario plane modo res referatur, ac se habet. Unde Bartenora: לשון מסרס הוא שבתחלת נפילה ניסה *Agnoscimus verborum conversionem, cladis enim principium, est fuga.* Virgilius XII. Æn. simili figura, de Victoria, quæ cladi opponitur, dixit:

Si nostrum annuerit nobis Victoria Martem.

ז VII.

במה דברים אמורים במלחמת הרשות אבל במלחמת מצוה הכל יוצאין

DE quo Casu hæc (*quæ de abeundi venia dicta sunt,*) accipienda? [1] De bello arbitrario. At vero [2] in Bello præcepto, omnes in aci-

אפי' חתן מחדרו וכלה מחופתה אמר רבי יהודה בד"א במלחמת מצוה אבל במלחמת חובה הכל יוצאין אפילו חתן מחדרו וכלה מחופתה:

in aciem prodibant, etiam Sponsus e cubiculo, & Sponsa ex uranisco suo. [3] R. Judas diversum statuit, & priora etiam de bello præcepto interpretatur, nec nisi in bello defensivo, omnes in universum ex æquo comparere debuisse, opinatur.

ANNOTATA.

1. De Bello arbitrario] Bellum arbitrarium Maimonides Hilch. Melach. c. 5. §. 1. definit: המלחמה שהמלך נלחם כדי להרחיב גבול ישראל ולהרבות בגדולתו ושמעו: Id est: *Quod Rex suscipit, ut fines Judaeorum extendat, sibiq; honorem ac famam paret.*

2. In Bello præcepto] Tale, secundum eundem Maimonidem est מלחמת שבעה עממים ומלחמת עמלק ועזרת ישראל מיד צר שבא עליהם: *Bellum quod gerendum adversus septem gentes* (Deut. VII, 1. a Deo internecioni devotas) *quibus* (cap. XXV, 19.) *adduntur quoq; Amalekitæ. Itemq; pertinet huc bellum quod contra aggressores Israëlitarum geritur.*

3. R. Judas diversum statuit.] Statuit sane diversum, sed אין הלכה כרבי יהודה Oleum & operam perdidit, nec aliis persuadere poterat, ut secum sentirent.

Finiendum verbis Maimonidis in Hilch. Mel. c.7. §.17. qui ut mea quidem fert opinio, misere nimis videre cupiebat illam diem, qua suæ gentis homines cum τοῖς ἔξω in aciem progrederentur, bene rem gererent, atq; tandem possent.

—— Inter agmina vulgi
Inter & exangues immissa morte catervas,
Victores movere manus:

tam magnifice verba facit ad Fortitudinem. מאחר שיכנס בקשרי במלחמה ישען על מקוה ישראל ומושיעו בעת צרה וידע שעל יחוד השם הוא עושה מלחמה וישים נפשו בכפו ולא יירא ולא יפחד ולא יחשוב לא באשתו ולא בבניו אלא ימחה זכרונם מלבו ויפנה מכל דבר למלחמה: וכל המתחיל לחשוב ולהרהר במלחמה ומבהיל עצמו עובר בלא תעשה שנ' אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו ואל תערצו מפניהם: ולא עוד אלא שכל

דמי ישראל תלויין בצוארו ואם לא נצח ולא עשה מלחמה בכל לבו ובכל נפשו הרי זה כמי ששפך דמי הכל שנ' ולא ימס את לבב אחיו כלבבו ותרי מפורש בקבלה ארור עושה מלאכת יי' רמיה וארור מונע חרבו מדם: וכל הנלחם בכל לבו בלא פחד ותהיה כוונתו לקדש את השם בלבד מובטח לו שלא ימצא נזק ולא תגיעהו רעה ויבנה לו בית נכון בישראל ויזכה לו ולבניו עד עולם ויזכה לחיי העולם הבא שנ' כי עשה יעשה יי' לאדני בית נאמן כי מלחמות יי' אדני נלחם ורעה לא תמצא בך מימיך והיתה נפש אדני צרורה בצרור החיים את יי' אלהיך:

Id est : *Ex quo quis in acie est constitutus, inniti debet illi, qui Spes est Israëlis, ejusq; auxiliator in adversitatibus, ac meminisse, pro Unitate æterni hujus Numinis, se depugnare. Ergo, animam manui committat, & nec metum nec formidinem concipiat, neq; de uxore aut liberis cogitet, sed horum memoriam e corde deleat, rebusq; omnibus missis, uni bello intentus esto. Quisquis enim cogitationibus, & rerum futurarum præsensionibus, in bello indulgere occipit, & seipsum terret, is interdictum Divinum violat quo Deus* (Deut. XX, 3.) *edixit* : Ne mollescat cor vestrum, ne timete, neque trepidate, neque expavescite coram iis. *Neq; intra hoc solum nefas sistitur, sed vero sanguis Judæorum omnium ex ejus quasi capite dependet, quare nisi virum se præbet, omniq; mentis & corporis contentione præliatur, universi sanguinis profusi reatus in eum redundat. Quo sensu* (ibidem v. 9. etiam de uno solo timido,) *dicitur* : Neque liquefaciat cor fratrum ejus sicut cor suum. *Atq; hinc in Divinis Prophetarum vaticiniis graviter* : Maledictus qui
Ierem. XLVIII, 10. opus Domini negligenter facit, & maledictus qui gladium suum cohibet a sanguine. *Quisquis vero quantum omnibus viribus maxime potest, intrepide dimicat, atq; in id unice mentem dirigit, ut Deum honoret, is certus esse debet, nihil periculi sibi obventurum, nihil mali se mansurum, sed condere eum sibi domum firmam in sua gente, sive felicitatem perpetuam, & derivandam in omnes posteros quamdiu hic orbis superstiterit. Quin &* (fato suo functus) *æternæ vitæ consors fit*, (quorum omnium testis ipsa Scriptura, quippe in qua 1. Sam. XXV, 28. 29. diserte & perspicue) *legitur* : Bella Dei, Dominus meis gerit, & malum non obveniet tibi in diebus tuis. Atque erit anima Domini mei ligata in fasciculo viventium apud Dominum Deum tuum.

EXCERPTA



EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ח: CAPUT VIII.

אגדה EXCERPT.

א I.

ואמר אליהם שמע ישראל למה לי למימר להו שמע ישראל אמר רבי יוחנן משום רבי שמעון בן יוחאי אמר להם הקדוש ברוך הוא לישראל אפי' לא קיימתם אלא ק"ש שחירית וערבית אין אתם נמסרים בידם:

ET dicat eis : *Audi Israël.* [1] Quare utendum illi erat verbis : *Audi Israël ?* Scilicet, tradente R. Jochanan, nomine R. Simeonis I. F. Testari voluit Deus B. Judæis : Si maxime nihil servassetis, præter recitationem verborum *Audi (&c.)* [2] Circa ortum Auroræ, & Solis occasum, [3] non trademini in manus eorum.

ANNOTATA.

1. Quare utendum illi erat &c.] Pro phrasi quam nos ex libris En Jacob expressimus, Talmud alia & breviore habet מ"ש שמע ישראל sine tamen ut sensui vel quicquam decedat.

2. Circa ortum Auroræ & Solis occasum] Atque his temporibus, quisque Judæus, ad illas preces recitandas ex instituto antiquissimo, vehementer obligatur. Maimonides Hilch. Krischma c. 1. §. 1. פעמים בכל יום קוראין ק"ש בערב ובבקר שנ' ובשכבך ובקומך בשעה שדרך בני אדם שוכבין וזה הוא לילה ובשעה שדרך בני אדם עומדין וזה הוא יום: Id est : *Bis quotidie recitanda est Sectio* Audi, *Mane nimirum,*

mirum, & Vespere, quod exigunt verba (Deut. VI,7.) Cum cubas & cum surgis. (Hoc est, orandum,) *cum homines cubare solent, sive tempore nocturno, itemq; cum surgunt, quod fit luce orta.* Apud Josephum l. 4. Antiq. c. 8. sic Moses loquens introducitur : Δὶς ἑκάστης ἡμέρας ἀρχομένης τε τῆς αὐτῆς, καὶ ὁπότε πρὸς ὕπνον ὥρα τρέπεσθαι, μαρτυρεῖν τῷ θεῷ τὰς δωρεὰς ἃς ἀπαλλαγεῖσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς αἰγυπτίων γῆς παρέσχε: *Bis quotidie, ineunte die, & cum itur cubitum, commemoranda summi Dei beneficia, quæ liberatis ex Ægypto præstitit.* Sed, cave credas, solam & unicam Pericopen *Audi Israël &c.* Krischma absolvere, præter illam enim, alias duas recitare insuper oportet, quæ omnes junctæ, denique Krischma absolvunt. Sic sequitur porro apud Maimonidem : ומה הוא קורא שלשה פרשיות אלו הן שמע והיה אם שמע ויאמר ומקדימין לקרות פרשת שמע מפני שיש בה ייחוד השם ואהבתו ותלמודו שהוא עיקר הגדול שהכל תלוי בו ואחריה והיה אם שמע שיש בה צווי על זכירת שאר כל המצות ואחר כך פרשת ציצית שגם יש בה צווי זכירת כל המצות: Id est : *Quid igitur recitandum ? Tres Sacrarum Literarum Pericopæ; quæ sunt : Pericope* שמע ישראל וגו׳ (Deut. VI. commatibus 4. 5. 6. 7. 8. & 9. descripta.) *Pericope* והיה אם שמע (quæ in ejusdem Deuteronii Undecimi capitis commate 13. incipit, finitque in commate 21.) *Deniq; Pericope* ויאמר (quæ Numer. XV. commate 37. ad finem usque Capitis habetur.) *Præmittitur vero* (contra Scripturæ Sacræ ordinem,) *Pericope* שמע *quia in illa de Dei unitate, de ipso amando &, de ejus notitia propaganda, mentio habetur : a quibus rebus, magnum* (Religionis) *fundamentum, imo omnia dependent. Subjicitur Pericope* והיה אם שמע *quoniam hæc cæterorum præceptorum observationem inculcat. Postremo, est Pericope* ויאמר *nam & hæc pariter omnia præcepta memoria habere, eademq; servare præcipit.*

3. Non trademinr in manus illorum.] Tanta sacrorum istorum verborum si recitentur vis est, ut mala omnia a capitibus Judæorum averruncent. Extat ad eam rem valde appositum exemplum apud Tanchumam fol. 39. col. 1. מעשה היה ברבי ינאי ורבי יוחנן שהיו יושבין על פילי של טבריי והיו שם שני אסטרולוגין ראו שם שני יהודים יוצאין למלאכתן אמרו אותן שני אצטרולגין אותן שני האנשים יוצאין ואינם נכנסים אלא הנחש שורפן שמעו ר׳ ינאי ורבי יוחנן מה עשו ישבו על פתח מדינה לידע אם נכנסין הן אותם שני האנשים למלכתן ונכנסו ראו אותן ר׳ ינאי ור׳ יוחנן אמרו לאצטרולוגין לא אמרתם ששני האנשים הללו יוצאין ואינן נכנסין שהנחש שורפן אמרו

להן

להן הן אמרו להן הרי יצאו בשלום ונכנסו בשלום היו אצטרולוגין מביטין בהם אמרו להן אמרו לנו מה עשיתם ביום הזה אמרו להם לא עשינו דבר אלא כשם שהיינו למודים לעשות קרינו את השמע והתפללנו: Id est: *Accidit aliquando, ut R. Janai & R. Jochanan sederent in Porticu * Athenarum, ibi simul aderant Astrologi duo, qui cum vidissent præterire par Judæorum ad faciendum opus suum, tum vero dicere cœperunt Astrologi: Isti homines* (in rus) *abeunt, ad laborandum, sed haudquaquam revertentur, nam Serpens eos mordebit* (ad necem.) *Hæc cum audivissent R. Janai, & R. Jochanan, quid fecerunt? Ad urbis portam* (se conferentes) *ibi morati sunt, cognituri num duo isti operarii redituri essent; atq; sane rediverunt. Iis visis, adeunt R. Janai & R. Jochanan Astrologos, & annon dixistis, inquiunt, duos homines* (quos hodie videramus,) *egressuros quidem urbe, sed non reversuros, verum a serpente passuros esse exitium? Qui, cum se id dixisse faterentur: Atqui, subjiciunt porro Rabbini, ecce vobis quod salvi iverunt, quod salvi reversi sunt. Ergo,* (in admirationem rapti Astrologi) *homines probe speculantur,* (cumque omnes artis suæ regulas id nihilo secius comprobare deprehenderent, ipsos ea die perire debuisse,) *tum, quæsumus vos, inquiunt, dicite nobis, quid* (boni) *fecistis hodie,* (ut vobis paratum exitium propulsaretur?) *Respondent Judæi: Nihil nos fecimus quicquam, nisi quod prout facere edocti sumus,* Sectionem Audi, *cum cæteris consuetis precibus, recitavimus.*

* Fortasse quis alius locus indicatur.

ב

תנו רבנן פעמים מדבר עמהם אחד בספר ואחר ב במלחמ' בספר מהו אומר ש שמעו דברי מערכי המלחמה וחזרו במלחמה מהו אומר אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו ואל תערצו כנגד ד' דברים שאומות העולם עושים מגיפין ומריעין וצווחין ורומסין:

II.

TRadunt Magistri (*Sacerdotem*) [1] iterata vice populum alloquutum. Semel prope terminos Regionis: & iterum in prælio. Quid prope terminos Regionis edixit? Audite verba mea, qui ad bellum expediti estis. Sicque discessionem fecere. Quid in prælio proclamavit? (Verba Deut. XX, 3.) *Ne mollescat cor vestrum, ne timete, neq; trepidate, neq; expavescite.* (*Ista quatuor verba,*) [2] respectu totidem actionum prolata, quas Gentiles

edunt, (*ad terrorem incutiendum.*) Collidunt (*ſcuta,*) clangunt, vociferantur, & pede ſolum quatiunt.

ANNOTATA.

1. Iterata vice populum &c.] Nimirum, ex ſententia Rabbinorum, nec eodem tempore, nec ordine eodem, quo in Scripturis habentur, factæ ſunt allocutiones militum. Ea de re Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 372. col. 2. agit uberius, & ita ut huic Gemaræ loco magnam lucem fœneretur. ראוי שתדע שכפי דעת חז"ל בספרי לא היו נעשות האכרזות האלה כסדר הפרשה כי השנית והשלישי' היו נעשות תחלה סמוך ליציאת' מגבול ארצם : והראשונה היתה נעשית בשעת המלחמה וכמ"ש והיה בקרבכם אל המלחמה ונגש הכהן ודבר ; אבל לא נכתבו כאן כי אם כפי סדר מעלתם לא כפי סדר זמנם ומעלת המכריזים כי ראוי היה שיקדם זכרון השגחה אלדית המוחלט הנעשת על ידי כהן המשוח ואחריה ההכרזה המיוחדת על חפץ האנשים לקיום המצות אע"פ שאין עושין עדיין אותם בפועל ואחריה הכרזת העבריינים הפושעים או היראים ופחותי הלבב; Id eſt: *Oportet ſcias, quod ſecundum Magiſtrorum noſtrorum ſententiam in Siphri, iſtæ proclamationes non fuerunt inſtitutæ ea ſerie qua apud Moſen deſcribuntur : Secunda enim* (de iis qui domum novam ædificaverant, plantaverant vineam, & conjugem ſibi deſponderant) itemque *Tertia* (de timidis) *primæ edebantur, cum jam Judæi moturi eſſent e terminis ſuæ regionis. At, quæ initio exprimuntur, cum jam inſtabat prælium fuere promulgata : Atq; hinc dicitur quoq; ſignanter* : Et erit cum procedetis in prælium, ut accedat Sacerdos, & dicat. *Cæterum in Scriptura allocutiones iſtæ tantum dignitatis, non vero temporis, aut eas inſtituentium reſpectu recenſentur. Æquum enim erat, ut priore loco mentio fieret verborum prolatorum a Sacerdote, quæq; inſuper ad Dei ſingularem Providentiã attinent: ut deinde ſubjicerentur ea, quæ volentes facere bonum aliquod opus, etſi id nondum compleverant, reſpiciunt. Deniq; illa de peccatoribus, ſceleratis, timidis, & ignavis poſtremum locum jure meritoq; occupabant.*

2. Reſpectu totidem actionum prolata &c.] Iſta, de quibus hic ſermo eſt, fere conjungit etiam Philoſtratus l. 2. c. 5. loco eleganti, & digno, qui cum noſtro conferatur, etſi hoc inter utrumque intereſt, quod Philoſtrato cum equis tantum, Gemaræ vero res eſt cum hominibus. Μὴ ἐᾷν ἐκπλήττεσθαι τὸν ἵππον, ὅτε δουποῖεν ἀσπὶς, ἢ ἀστράπτοιεν αἱ κόρυθες,

αἱ κόρυθες, καὶ παιανιζόντων τε, καὶ ἀλαλαζόντων βοὴ γένοιτο· *Ne permittat* (qui equum instituit,) *ut percellatur cum sonat clypeus, aut galeæ fulgent, aut Pæana canentium, aut ululantium fit clamor.*

ג

פלשתים באו בנצחונו של גלית ובולי: גלית אמר ר' יוחנן שעמד בגלוי פנים לפני המקום שנאמר ברו לכם איש וירד עלי ואין איש אלא המקום שנ' ה' איש מלחמה אמר הקדו ברוך הוא הריני מפילו ביד בן איש שנאמר ודוד בן איש אפרתי הוא א אמר רבי יוחנן משום רבי מאיר בשלשה מקומות לכדו פיו לאותו רשע אחד ברו לכם איש וירד אלי ואידך אם יוכל להלחם אתי והכני והיינו לכם לעבדים ואידך הכלב אנכי כי אתה בא אלי במקלות דוד נמי קאמר ליה אתה בא אלי בחרב ובחני ובכידון דוד הדר אמ' ליה ואנכי בא אליך בשם ה' צבאות אלהי מערכות ישראל אשר חרפת ויגש הפלשתי

III.

V*Enerant olim Philistæi, cum robore Goliathi &c.* (*Cur vocatus est*) Goliath? Respondet R. Jochanan, quia constitit vultu impudenti, adversus Deum. Nam S. E. (1. Sam. XVII,8.) *Seligite vobis Virum; qui descendat in me.* Voce autem *Viri*, [1] infinitum Numen notatur. Q. S. E. (Ex. XV,3.) *Dominus est vir bellator.* Ait igitur Deus B. Ecce ego occumbere eum faciam, manu cujusdam, qui (*dicitur,*) Filius Viri. Scriptum enim: (1. Sam. XVII,12.) *David autem, ille filius viri Ephratæi.* Protulit R. Jochanan dictum R. Meir. Tribus vicibus nequam iste, [2] a suomet ore captus est. Semel (*quando* (*v. 8. ait:*) *Seligite vobis virum* [3] *qui descendat in me.* Deinde (*istis:* vers. 9.) [4] *Si prævalebit pugnando contra me, ita ut percutiat me, certe erimus vobis servi.* Denique (*his:* v. 43.) *An canis sum, quod venis contra me baculis?* Atqui etiam ipse David, illi (v. 45.) inquit: [5] *Tu venisti in me cum gladio, & cum hasta, & cum scuto.* (*Id quidem verũ est*) sed subjungit postea

השכם והערב אמר רבי יוחנן כדי לבטלם מק״ש שחרית וערבית ויתיצב מ׳ יום כנגד מ׳ יום שניתנה בהם תורה ויצא איש הבינים ממחנות פלשתי מאי בינים אמר רב שמבונה מכל מום ושמואל אמ׳ ביטוני שבאחיו דבי רבי שילא אמרי שהיה עשוי כבנין ר׳ יוחנן אמר בר מאה פפי נאנאי גלית שמו מגת תני רב יוסף שהכל דשין באמו כגת כתיב ממערות וקרינן ממערכות תני רב יוסף שהכל הערו באמו כתיב ערפה וכתיב הרפה רב ושמואל חד אמר הרפה שמה וחד אמר ערפה שמה חד אמר הרפה שמה ולמה נקרא שמה ערפה שהכל ערפין אותה מאחוריה וחד אמר ערפה שמה ולמה נקרא שמה הרפה שהכל דשין אותה כהריפות וכן הוא אומר ותקח האשה ותפרש א

postea David: *Ego autem venio in te, in nomine Dei Exercituum, Dei acierum Israëliticarum, quem probro affecisti.* (Dicitur v. 16.) *Appropinquaverat autem Philistæus ille. mane & vespere.* Autor est R. Jochanan (*hoc fine ista tempora ab eo observata,*) ut impediret Judæos, a recitatione precum matutinarum, & vespertinarum. *Et stiterat se quadraginta diebus.* [6] Respectu XL. dierum, quibus Lex promulgata est. *Egressus erat* איש הבינים *e castris Philistæorũ.* Quid est illud, בינים Raf explicat, conditum [7] sine omni macula: Samuel vero interpretatur, medioximũ inter fratres. Auditores R. Silæ (*inde etymon petunt,*) quia ædificium quoddam referebat. R. Jochanan (*ex eo, quasi dicatur:*) [8] Filius centum concubinorum [9] & unius canis. *Cui nomen Goliath* [10] *e Gath.* (*Id est.*) prout R. Josephi habet traditio: Compressere omnes matrem ejus, ceu in torculari (*uvæ comprimuntur.*) Extat in textu (v. 23.) ממערות Pro quo nos legimus ממערכות Cujus rei tradente R. Josepho causa est, quia omnes se in matre ejus evacuabant. In uno loco, (nimirum Ruth. I, 4. *mater ejus*

את המסך על פי הבאר
ותשטח עליו הריפות ולא
נודע דבר ואיבעית אימא
מהכא אם תכתוש את האויל
במכתש בתוך הריפות בעלי:
את ארבעת אלה יולדו
להרפה בגת ויפלו ביד דוד
וביד עבדיו מאן נינהו אמר
רב חסדא סף ומדון גלית
וישבי בנוב ויפלו ביד דוד
וביד עבדיו כתיב וחץ חניתו
וקרינן ועץ חניתו אמר רבי
אלעזר עדיין לא הגיעו לחצי
שבחו של אותו רשע מכאן
שאסור לספר בשבחן של
רשעים ולא לפרסומיה כלל
אלא להודיע שבחו של דוד:

ejus vocatur) [11] *Orpa*; in altero, (*vero, sive* 2. Sam. XXI, 20.) *Horpa*. Dissentiunt hic Raf. & Samuel: Alter enim vult proprium nomen fuisse Horpa, alter Orpa. Qui Horpa proprium nomen fuisse contendit, Orpæ cognomentum impositum censet, quia omnes [12] adversante natura, ea abusi. Qui Orpæ nomen pro genuino habet, Horpæ agnomen eam tulisse credit, quia omnes eam permoluere sicut far. Sic enim eodem sensu, & alibi (2. Sam. XVII, 19.) dicitur: *Cumq; accipiens mulier ipsa explicasset tegumentum super os putei, & expandisset super illud far: non innotuit res.* Aut si mavis ex loco (Prov. XVII, 22. *Idem adstruam*, ubi legitur:) *Si contunderes stultum in mortario cum farre, pistillo.* (Habetur porro 2. Sam. XXI, 22.) *Quatuor isti editi sunt Horpæ, in Gath: & ceciderunt manu Davidis, & servorum ejus.* Quinam erant illi? Ait R. Chasda: [13] Saph, Medon, Goliath, & Ischbi Benob. [14] In textu (1. Sam. XVII, 7.) est: וחץ חניתו Sed nos pro eo legimus ועץ חניתו Nempe, ut ait R. Eleasar: [15] Necdum dimidium laudis istius nequam, (*Scriptura*) recensuit. Ergo (*docemur*) hinc, nefas esse persequi laudes improborũ. Atqui, si huc (*digitum Scriptura intendit,*) nihil omnino ejus narrandũ erat. (*Sciendum, illa quæ expressa sunt, tantum*) ad divulgandam laudem Davidis, esse expressa.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Infinitum Numen] In Talmude legitur הקודש ברוך הוא sed Codices En Jacob habent מקום neque est inter hæc nomina differentia alia, nisi quod a diversis attributis Deum denominant. Ob Sanctitatem enim prius tribuitur: At vero, dicente ita Maimonide in More Nev. part. 1. c. 8. כל אכרון מקום שבא באלהי׳ אמנם הכוונה בו מדרגה מציאותו יתעלה אשר אין ערך לו ולא דומה: Id Buxtorfius transtulit: *Quotiescunque vox* מקום *dicitur de Deo, revera intelligitur gradus Essentiæ ipsius immensæ & incomparabilis.*

2. A suomet ore captus est] Quasi dicerent: Proprio sermone impegit, & ipse sibi contraria protulit.

3. Qui descendat in me] Verba male ominata hæc sunt. Potius dicendum ei erat: וילחם אתי *Qui mecum pugnet, qui manus mecum conserat.*

4. Si prævalebit pugnando contra me, ita ut percutiat me] Etiam hic sermo tristis infaustusque est, neque emendatur, per id quod subjicitur ואם אני אוכל לו והכיתיו *Sin autem ego prævaluero ei, ita ut percutiam eum.* Talia enim, semel enunciata, corrigi nequeunt,

Et volat emissum semel irreparabile verbum.

5. Tu venisti in me cum gladio &c.] Præfiscine hæc a Davide prolata sunt, nec habent malum sensum. Quippe instituit tantum David comparationem inter suum & Goliathi adventum, & hunc armis, se Divino præsidio munitum pugnam facere velle, dictitat.

6. Respectu XL. dierum quibus Lex &c.] Quia enim per universos XL. dies, Legis Divinæ promulgatio dilata fuit, atque sic interea loci, quasi sine Numine Judæi agebant; ideo tantundem temporis nequam Goliatho concessum est, ad faciendam Judæis contumeliam.

7. Sine omni macula] Corpus ei erat compactum, solidum, & succi plenum.

8. Filius centum concubinorum &c.] De hujus loci obscurissima phrasi sic est apud Buxtorfium in Lex. Talm. p. 1350. בר מאה פפי וחד גאני *Filius centum (virorum,) erat Pape, sed unus erat ejus pater.*

pater. Sota fol. 42. 2. Nempe mater ejus complures una nocte scortatores admiserat, sed ex uno tantum conceperat, qui istius Pape pater erat : באני *est pater in lingua Persica scribit Glossator. In Jalkut Proph. fol. 17. col. 4. scribitur :* בר מארה כפי &c. *In margine autem explicatur* שבאו על אמו ק' אנשים וכלב אחד *& sic quoq; in Aruch. Unde Guido & alii ponunt* נני *Canis.* Hactenus Buxtorfius. Cæterum, in istis excusari non potest, quod פפי pro proprio alioquo nomine accepit Vir Doctus, invitis omnibus Rabbinis, invitaque ipsa contextus ratione. Nec enim profecto de ullo mortalium alio quam de Goliatho in Sota sermo est, quod facili negotio ipse animadvertisset Buxtorfius si locum inspexisset, nec uni inhæsisset Aruch. Scilicet, denotat omnino vox פפי *Adulteros, Concubinos*, etiam autoritate illorum, quæ Buxtorfius alllegavit, vel פדרשט"רוש sive *Pæderastas*, secundum R. Salomonem ; nec dubito כפי pro פפי in Jalkut legi mendose. De reliquo, quod ad vocem נאני attinet, hanc R. Salomo ex lingua Persica *Patrem* interpretatur, unde ista, integræ phraseos בן מארה פפי וחד נאני apud illum emergit explicatio : בן התערובות שבאו הרבה אנשים על אמו בלילה אחת ונתעברה מן אחד נמצא הראשון אביו וכולם מנאפים: Id est : *Filius nebulonum * colluviei, multi enim viri concubuere cum matre ejus nocte eâdem, e quorum uno, cum prægnans redderetur, reliqui deprehenduntur fuisse adulteri.* Atenim, istam significationem *Patris* quæ verbo נאני tribuitur, ex Persica lingua exsculpere ego non possum, magisque fidem apud me invenisset R. Salomo, si ad Ægyptios me ablegasset, quos ascetas suos *Nonnos* vocasse constat: Patrum fortasse iis indita appellatione, ceu apud nos etiamnum fieri solet. Sed vero, quia levis hæc conjectura est, in re difficili faciendum censui, quod vulgo plerique faciunt, eamque sententiam admisi quam pluribus apud Judæos arrisisse animadverto. נאני *Patrem* significare, solus contendit R. Salomo, at *de Cane* accipiunt Glossa in Jalkut, Aruch utrumque, & R. Cad (nisi id nomen, quod equidem valde vereor, corruptum est,) in libello Raccolta di molti errori &c. p. 71. Ergo ראוי להליך אחר רוב דיעות *Æquum est secundum multitudinem suffragantium ut fiat decisio.* Accedit, quod ipse Goliathus, ex Davide quærit, num se Canem reputet ? Quare fit verisimile, sic induxisse animum Magistros, plane uti in cæteris, ita & hic propria vineta Goliathum cædere, & suo indicio originem nefandam prodidisse.

* Sic accipio mentem R. Salomonis, sed de Obsidibus communiter verba exponunt in loco 2. Reg. XIV. 14.

Vide Aruch magnum in voce בן fol. 25. col. 1. Minus in voce נני

9. Et unius canis] Dicitur igitur בינים quasi בן נאני

10. E Gath.] Hanc urbem multos Gigantes immanisque staturæ viros edidisse certum est, etsi non omnes fidem merentur fabulæ, quas de iis referunt. Libellus Arabs de Ægypti Miraculis sic habet in trans-

 latione

latione Vattierii p. 138. *Gebire le Mutaphe, & son frere Gebrin estoient deux geans du reste des Gadites. Quand Gebire estoit assis a plate terre sur le sable, ceux qui estoient en pleine mer, le voyoient. Il auoit vne cuue de trente coudées de tour, qu'on luy remplissoit de viandes, & il mangeoit tout; puis on la luy remplissoit, de vin, & il beuuoit tout. &c. Il amena auec luy quatre mille Gadites, dont chacun portoit vne pierre de la largeur du Nil d' Egypte. Il chemina tant qu'il arriua prés de la terre d' Egypte, & s'en approcha par ou il pleut a la Reine* (Charobe); *car il ne la contredisoit en rien, son dessein estant de faire en sorte qu'elle l'espousast & le fist par ce moyen Roy d' Egypte; ou bien si elle le refusoit, de boucher auec les pierres le cours du Nil, & le detourner en vn autre pays, & de faire ainsi mourir les Egyptiens de faim & de soif.* Memoratur vero Gath duplex in Sacris literis, videndusque S. Hieronymus Comment. in Micheæ cap. 1. & in procem. Comment. in Jonam, cujus etiam verba passim allegantur.

11. Orpa, in altero Horpa] Horpa, quod 2. Sam. XXI, 16. 18. 21. recentiores Interpretes pro Gigantum generali, LXX. & Vulgatus pro viri proprio nomine acceperunt, Talmudistæ mulieri indunt, & hanc eandem cum Orpa, cujus socrus Naëmi erat, faciunt; ut constet veritas, illi, quod in Pericope, sequente est, dicto: *Adsunto filii osculantis, & pereant manu filiorum adhærentis.*

12. Adversante natura &c.] Scilicet פנים כנגד עורף *Vultu cervicem ejus tuentes*; atque hinc illa appellatio.

13. Saph, Medon &c.] Hæc nomina 2. Sam. XXI. sunt expressa.

14. In textu est &c.] Quæ nunc sequuntur, ad finem usque Pericopes, in Talmudis Basileensi & Amstel. editionibus, sunt transposita, & post illam, quæ succedit Pericopen demum subjiciuntur. Ea in re etsi omnino nihil, vel parum situm est, tamen nostra magis placet lectio.

15. Necdum dimidium laudis &c.] Nam vox חץ quæ in textu sacro adhibetur, & *mucronem* notat, cum חצי *Dimidium*, habet affinitatem.

ד IV.

ויפלו ביד דוד וביד עבדיו דכתיב ותשק ערפה לחמותה

(Legitur 2. Sam. XXI, 22.) *Et ceciderunt manu Davidis, & manu*

ורות דבקה בה אמר רבי יצחק אמר הקב״ה יבואו בני הנשוקה ויפלו ביד בני הדבוקה דרש רבא בשכר ארבע דמעות שהורידה ערפה על חמותה זכתה ויצאו ממנה ד׳ גבורים הללו שנאמר וגו׳ ותשאנה קולן ותבכנה עוד:

manu Servorum ejus. Atque S. E. (Ruth. I,14.) *Osculata est Orpa Socrum suam, Ruth autem adhærebat ei.* Nam, autore R. Isaaco, dixit Deus B. Adsunto [1] filii osculantis, & pereant manu filiorum adhærentis. Sapienter monet Raba: Ob meritum [2] quatuor lacrymarum, quas Orpa, Socrus causa effuderat, obtinuit ut ex se prodirent quatuor isti Gigantes. Q. S. E. (loc. cit.) *Tum sublata voce sua, fleverunt iterum.*

ANNOTATA.

1. Filii osculantis &c.] Id est: Illius, quæ Socrum Naëmi osculata est, eidemque valedixit, simul cum ipsa profectionem in regionem Judaicam suscipere, & Judæorum sacris accedere renuens, quod tamen Ruth fecit, quæ a Socru divelli non poterat, sed eidem adhæsit tenacissime, atque Judæorum religionem est amplexa.

2. Quatuor lacrymarum] Quippe ex Ruth. I, 9. 14. constat, bis flevisse Orpam, quamobrem ambo oculi, iterato fletu quatuor expressere lachrymas.

ה V.

פיסקא בני עמון באו וכו׳ בנצחונו של שובך וכולי וכו׳ כתיב שובך וכתי׳ שופך רב ושמואל ואמרי לה רב אמי ורב אסי חד אמר שובך שמו ולמה נקרא שמו שופך שכל הרואה אותו נשפך לפניו

Commentatio. *Ammonitæ prodibant confidentes fortitudini Schobachi* &c. Vocatur & *Schobach*, (2. Sam. X, 18.) & *Schopach.* (1. Paral. XIX, 16.) In eo disputant, Raf, & Samuel [1] vel secundum alios R. Ame, & R. Ase. Unus vult Schobach fuisse proprium nomen, Schopach

 autem

בקיתון וחד אמר שופך שמו ולמה נקרא שמו שובך שעשוי כשובך אשפתו כקבר פתוח כלם גבורי רב ושמואל חד אמר בשעה שזורקין חץ עושין אשפתות אשפתות של חללים ושמא תאמר מפני שאומנין בקרב תלמוד לומר כלם גבורים וחד אמר בשעה שעושין צרכיהן עושין אשפתות אשפתות של זבל ושמא תאמר מפני שחולי מעים הם תלמוד לומר כלם גבורים אמר רב מרי שמע מינה האי מאן דנפיש זבליה חולי מעים הוה למאי נפקא מינה ליטרח על נפשיה דאגה בלב איש ישחנה רבי אמי ורבי אסי חד אמר ישחנה מדעתו וחד אמר ישיחנה לאחרים:

autem cognominatum, quia quisque illum intuens, effusus est coram eo in modum urcei. Alter qui Schopach pro genuino nomine habet, agnomen Schobach additum credit, quia quasi quoddam Columbarium erat. (Legitur Jerem. V, 17.) *Aschpato Kekeber patuach, omnes robusti.* [1] Raf & Samuel (*de sensu litigant.*) Unus exponit: Illo tempore quo sagittas emittebant, innumera quasi fimeta occisorum effecerunt. Ne vero ejus rei causam dicas, [3] quod præliari edocti fuerint; ideo addit Scriptura, omnes robustos fuisse. Alter explicat [4] de innumeris fimetis stercoris, quæ reliquere, cum ventris onus dejicerent. Ne vero existimes id e dolore colico provenisse, ideo signanter adjectum: Omnes Robustos fuisse. Ait R. Mare: Exinde colligo, si cujusquam excrementa nimia sint, eum morbo colico laborare. Quorsum ista? [6] Ut quis suam valetudinem curet. (Prov. XII, 25. dicitur) *Si sit anxietas in animo viri, jaschenna.* R. Ame & R. Ase (*in explicanda postrema voce, non concordant.*) Altero, (*anxietatem*) e mente exstirpandam; altero, aliis revelandam esse, exponentibus.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Vel secundum alios &c.] Verba ואמרי לה: ר׳ אמי ורבי אסי ex Talmudis Editionibus exciderunt, quæ retinenda censuimus. Nam id unum semper maxime curamus, ut quodque dictum suo acceptum feratur Autori.

2. Raf & Samuel] Jam desunt verba illa de quibus modo egimus, in Codicibus En Jacob, & contra comparent in Editionibus Talmudis.

3. Quod præliari edocti fuerint] Supple: Et arte potius, quam robore superiores evaserint.

4. De innumeris fimetis &c.] A re simili fœda, etiam alios commendari legas in Talmude. Sanhedrin p. 323. edit. Cocc. דניאל חנניה מישאל ועזריה כתיב בהו ילדים אשר אין בהם כל מום וטובי מראה מאי אשר אין בהם כל מום אמר רבי חמא בר חנניה אפילו כריבדא דכוסילתא לא הוה בהו מאי ואשר כוח בהם לעמוד בהיכל המלך אמר רבי חמא בר חנינא מלמד שהיו אונסין את עצמן מן השחוק ומן השיחה ומן השינה ומעמידין על עצמן בשעה שנצרכים לנקביהם מפני אימת מלכות: Vertit Coccejus. *Danielis & sociorum* (Dan. I,4.) *istud elogium est*: Adolescentes in quibus non esset vitium; pulchri aspectu, &c. *Quid*, in quibus nihil vitii? *R. Chamma*: *Ne tantum quidem, quanta est scarificatio phlebotomi.* Et in quibus erat facultas standi in templo Regis. *R. Chamma*: *Qui se vi continerent a risu, & garritu, & somno, & cum recessu opus haberent, continere se possent, ob timorem Regis.* In his, verba postrema, paulo aliter transtulit Gerson in Chelek p. 53. inquiens: R. Chama, Bar Ribi Chanina *sprach, es lehret uns, dass sie sich selber konten enthalten, des Lachens, und des Redens, und des Schlaffens, und konten aufgerichtet stehen, vvan sie von nöthen hatten ihre Nothdurft zu thun, aus Furcht des Regiments.* Sed Cl. Cocceji versio, merito est præferenda.

5. Signanter adjectum: Omnes robustos &c.] Multum igitur vorabant, atque ex illa ciborum copia qua iis opus erat, plurima nata sunt retrimenta.

6. Ut quis valetudinem suam curet] Id est: Ut cum cujus retrimenta præter naturam, solito sunt copiosiora, mature de medicina prospiciat, ne incogitans sibi ipsi exitium cacet ut turdus. Nam, ut est in

ut est in Erubin fol. 41. b. ג' מתים כשהם מספרים ואלו הן חולי מעיים והיה והדרקון Id est: *Tria ægrorum genera* (inopinanter) *mori solent, etiam dum loquuntur: Laborantes nimirum dolore colico, puerpera, & Icterici.* Attamen, ceu in Ketubot fol. 103. b. traditur, רובן של צדיקים מיתתן בחולי מעים *Pleriq; homines pii morbo colico extinguuntur.* Puta, ut vacui a sordibus, purgatis probe intestinis ex hoc orbe discedant. Vide locum e Juchasin citatum Buxtorfio in Lex. Talm. p. 1237.

ו VI.

פיסקא אבל אתם אין אתם כן אלא כי ה' אלהיכם ההולך עמכם וגומר זה מחנה הארון וכל כך למה מפני שהשם וכנויו מונחי בארון כיוצא בדבר את אומר וישלח אותם משה אלף למטה לצבא אותם אלו סנהדרין ואת פנחס זה משוח מלחמה כלי הקדש זה הארון ולוחות שבו וחצוצרות התרועה אלו השופרות תניא לא לחנם הלך פנחס למלחמה אלא ליפרע דין אבי אמו שנאמר והמדנים מכרו אותו אל מצרים למימרא דפנחס מיוסף קאתי והכתיב ואלעזר בן אהרן לקח לו מבנות פוטיאל לו לאשה לאו מיתרו קאתי שפיטם

Commentatio. *Quantum vero ad vos attinet, minime ita vobis res sese habet: nam Dominus Deus vester ambulat vobiscum &c. Respiciunt hæc comitatum Arcæ.* [1] Cur in tantum ista exaggerantur? Quia [2] nomen tetragrammaton, & cætera cognomina (*divina*,) asservabantur in Arca. In eundem modum alibi (Num. XXXI, 6.) dicitur: *Et misit Mose hos millenos in singulas tribus, electos ad hanc militiam.* Istis Synedrium innuitur. *Cum Pinchaso*: Hic ad bellum erat unctus. *Vasa sacra.* His Arca intelligitur, & quæ in ea erant, Tabulæ Decalogi. *Et tuba clangoris.* Notantur buccinæ. Extat Traditio, non temere ivisse Pinchasum in bellum, sed ut vindicaret injuriam, avo materno illatã. Q. S. E. (Gen. XXXVII, 36.) *Midianitæ autem vendiderunt illum in Ægyptum.* Dicendumne Pinchasum, a Josepho descen-

עגלים לעבודה זרה לא מיוסף שפטפט ביצרו והלא שבטים מבזין אותו ראיתם בן פוטי זה שפיטם אבי אמו עגלים לעבודה זרה יהרוג נשיא שבט מישראל אלא אי אבוה דאימי מיוסף אימא דאימיה מיתרו ואי אימא דאימיה מיוסף אבוה דאמיה מיתרו דיקא נמי דכתיב מבנות פוטיאל תרי משמע שמע מינה:

descendere? Atqui S. E. (Ex. VI, 24.) *Eleasar quoq, filius, Aaronis, accepit sibi unam de filiabus Putiel, in uxorem.* [3] Annon igitur a Jethrone, qui saginavit vitulos cultui idololatriæ descendit? Minime omnium, sed a Josepho (*ortum trahit*,) qui contradixit concupiscentiæ. Enimvero, [4] annon Tribus eum conviciis petiverunt, (*dicentes*:) Videtisne istum filium Puti, cujus avus maternus [5] vitulos saginavit, cultui idololatriæ? nunquid iste occideret Principem Tribus Israëliticæ? [6] Nempe, si avus maternus a Josepho traxit originem, (*certum est*) aviam maternam Jethrone prognatam: Si vero avia materna Josephi genus attingebat, avus maternus Jethrone genitus est. Idem etiam exinde probabo: Q. S. E. *De filiabus Putiel*: Duos igitur fuisse colligitur. Atque hoc ratum esto.

ANNOTATA.

1. Cur in tantum ista exagerantur?] Id est: Quid sibi volunt verba כי יי׳ אלהיכם עמכם *Quia Dominus Deus vester, ambulat vobiscum*: Et anne vere hæc dicuntur?

2. Nomen tetragrammaton &c.] Proinde, id dicebat Sacerdos: Tenemus nobiscum sacro-sancta Dei nomina: Atqui, ubi Dei nomen habetur, ibi illum ipsum quoque præsentem esse oportet; Bono igitur animo estote, Deus interest vobis, & mediis prælantibus intervenit.

3. Annon igitur a Jethrone &c] Omnia quæ in hac Pericope porro dicuntur, habes quoque in Bava Batra fol. 109. b.

4. An-

4. Annon tribus eum convitiis petiverunt &c.] Hæc prolixius traduntur in Sanhedrin cap. 9.

5. Vitulos ſaginavit cultui idololatriæ] Poſt iſta, niſi mea me conjectura fallit, ſupplendū: Nihil ratio quæ allegatur, valde confert, ad probandum Pinchaſum a Jethrone genus ducere. Etſi enim opinari quis poterat, per illum ſaginantem vitulos cultui Idololatriæ, Jethronem intelligi, quem Sacerdotem Midianitarum atque ſic vanæ ſuperſtitionis ſacrificulum fuiſſe Ex. III, 3. Scriptura commemorat: Attamen haud firmum id argumentum eſt, quippe pariter Joſephi Socer Gen. XLI, 10. dicitur fuiſſe כהן און ſive Sacerdos (LXX. & vulgatum tantiſper ſequimur,) *Heliopoleos*. Quæ cum ita ſint, ne ex illo quidem Judæorum convicio evincitur, Pinchaſum Jethronis filia fuiſſe editum, atque conſiſtere etiamnum poteſt ſententia, quæ a Joſepho maternum ejus genus derivat.

6. Nempe] Ut ſenſus percipiatur, non pauca iterum hic ſupplenda eſſe exiſtimo, hac ratione. Bene iſta ſe habent, probabilia ſunt argumenta in utramque partem, & Pinchaſum tam a Jethrone, quam a Joſepho maternum genus ducere, ſuſpicio eſt. Imo, quia Eleaſar, Pinchaſi pater Ex. VI, 24. dicitur accepiſſe ſibi unam e filiabus פוטיאל qua in voce litera Jod alicujus pluralitatis index eſſe videtur, ideo veriſimile fit, ab utroq; פוט hoc eſt, & ab eo, qui פיטם id eſt vitulos ſacrificiis idolorum ſaginavit, ſive Jethrone, & eo, qui פטפט id eſt ſuorum affectuum victor extitit, ſive Joſepho, maternam familiam Pinchaſum trahere. Proinde, ſi avus &c. Sic demum adde reliqua, & ſenſus conſtabit.

ז	VII.
תנו רבנן אשר בנה אשר נטע אשר ארס לימדך תורה דרך ארץ שיבנה אדם בית ויטע כרם ואחר כך ישא אשה ואף שלמה אמר בחכמתו הכן בחוץ מלאכתך ועתדה בשדה לך אחר ובנית ביתך הכן בחוץ מלאכתך זה בית	[1] TRadunt Magiſtri: (*Immunitas a bello conceſſa*) ædificanti, plantanti, uxoremque ſibi deſpondenti. Scilicet, [2] docet Lex divina, ordinem convenientem, ut primum homo ædificet domum, & plantet vineam, denique ducat uxorem. [3] Idem quoque Salomo pro ſua Sapientia monuit, (*dicens:*) (Prov. XXIV, 27.) *Præpara foris opus*

ועתדה בשדה לך זו כרם אחר
ובנית ביתך זו אשה ד"א הכן
בחוץ מלאכתך זה מקרא
ועתדה בשדה לך זה משנה
אחר ובנית ביתך זה תלמוד
ד"א הכן בחוץ מלאכתך זה
מקרא ומשנה ועתדה בשדה
לך זה תלמוד אחר ובנית
ביתך אלו מעשים טובים רבי
אלעזר בנו של ר' יוסי הגלילי
אומר הכן בחוץ מלאכתך זה
מקרא ומשנה ותלמוד ועתדה
בשדה לך אלו מעשים טובים
אחר ובנית ביתך דרוש וקבל
שכר:

opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum; ut postea ædifices domum tuam. Verbis: *Præpara foris opus tuum*: Innuitur Domus. *Et diligenter exerce agrum tuum*: Vinea. *Ut postea*[4] *ædifices domum tuam*: Uxor. Alia expositio: Verba, [5] *Præpara foris opus tuum*: Notant Scripturã. *Et diligenter exerce agrum tuum*: Mischnam. *Ut postea ædifices* [6] *domum tuam*: Talmud. [7] Rursus alio modo; *Præpara foris opus tuum*: Exponi potest de Scriptura & Mischna. *Et diligenter exerce agrum tuum*: de Talmude. *Ut postea ædifices Domum tuam*: De Operibus bonis. R. Eleasar F. R. I. G. *Præpara foris opus tuum*, explicat, de Scriptura, Mischna, & Talmude. *Et diligenter exerce agrum tuum*: de Operibus bonis. *Ut postea ædifices domum tuam*: De præmio quod quis alios docendo, promeretur.

ANNOTATA.

1. Tradunt Magistri &c.] Hujus Pericopes sequens in Vernaculis Maamedot extat versio. תנו רבנן *Sie haben gelernt die* רבנים *daß er hat gebaut, daß er hat gepflanzt, daß er hat entspost: Sie lernt die* Tora דרך ארץ *daß er sol vor bauen ein Mensch ein Haus, und sol pflanzen ein Weingarten, und darnach sol er nehmen ein Weib. Und* שלמה *auch hat das gesagt in seiner* חכמה *Bereit aussenvvendig dein Werck. und bereit in Feld zu dier, darnach bau dein Haus. Bereit aussenvvendig dein Werck, das is das Haus. Und bereit im Feld zu dier. Das is ein Weingarten. Darnach bau dein Haus. Das is ein Weib. Ein ander* פשט *bereit aussenvvendig dein Werck, das is, daß du solst lernen* מקרא *Und bereit im*

Feld zu dier: das is, daß du solst lernen משנה *darnach, und du solst bauen dein Haus. Das is, daß du solst lernen* תלמוד *Ein ander* פשט *bereit aussenvvendig dein Werck. Das is, daß du solst lernen* מקרא *und* משנה *Und bereit im Feld zu dier. Das is, daß du solst lernen* תלמוד *Darnach und du solst bauen dein Haus. Das sein die* מעשים טובים Rebbi Eliefer *der Sohn von* Rebbi Jose *der* גלילי *der sagt: Bereit aussenvvendig dein Werck, das is, daß du solst lernen* מקרא *und* משנה *und* תלמוד *Und bereit im Feld zu dier. Das sein die* מעשים טובים *Darnach und du solst bauen dein Haus. Das is, daß du solst darschen, und empfangen ein Lohn.*

2. Docet Lex Divina ordinem convenientem &c.] Eundem ordinem rerum servandum esse, alibi quoque Scriptura innuit. Nam sic est in Jalkut Rubeni titulo דרך ארץ ex Medrasch Hannealam. ג׳ דברים צריך לעשות בדרכי העולם ואילו הן ליבנות לו בית וליטע כרם ולישא אשה וממי אתה למד מהקב״ה מקדם בנה בית וזימן פרנסת ומזונות ואח״כ ברא אדם ואשתו וע״כ נאמר בראשית בית ראש; Id est: *Tria observare oportet, decenter in hoc orbe vitam agere volentes. Primum enim ædificanda domus est; deinde Vineam plantare, postremo Uxorem ducere convenit. Unde hæc discere est? Ab ipsomet æterno Numine. Nam illud principio Domum,* (sive mundum hunc universum) *condidit, deinde alimenta magnamq; penum in eam congessit, deniq; Adamum ejusq; conjugem creavit: Atq; sic* (prima sacrarum literarum vox) בראשית *literis transpositis* בית ראש *ante omnia de domo curam instituendam esse, consulit.*

3. Idem quoq; Salomo pro sua sapientia monuit] Sic solent uti Talmudistæ hac phrasi, cum Salomonis, Regum sapientissimi dicta allegant. Schabbat fol. 153. a. ר׳ אליעזר אומר שוב יום אחד לפני מיתתך שאלו תלמידיו את ר׳ אליעזר וכי אדם יודע אי זהו יום ימות א״ל וכ״ש ישוב היום שמא ימות למחר ונמצא כל ימיו בתשובה ואף שלמה אמר בחכמתו בכל עת יהיו בגדיך לבנים ושמן על ראשך אל יחסר; Id est: *R. Eliesser dixit: Age pænitentiam diem unum ante mortem tuam. Quærunt igitur ex illo Discipuli? At quomodo constare potest homini, qua die sit moriturus? Respondit ipse: Quin igitur hodie ei pænitentia facienda est, cum fortasse cras sit moriendum: atq; ut assidue pænitens deprehendatur, Idem Salomo pro sapientia sua* (monet, in istis Eccles. IX, 8.) Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

4. Ædifi-

4. Ædifices domum tuam: Uxor] Vocem בית Domus, aliquando de Uxore accipi, demonstratum est pridem p. 9.

5. Præpara foris opus tuum: Notant Scripturam] Cum hac expositione, optime quadrat, illud in Kiddufchim fol. 30. a. לעולם ישלש אדם שנותיו שליש במקרא שליש במשנה שליש בתלמוד: Ideft: *Semper tripertito dividenda homini ætas est, ita ut una tertia Scriptura, altera Mischne, alia Talmudi impendatur.*

6. Domum tuam: Talmud.] Bene Talmud, sive Gemara, cum domo comparatur, hæc enim omnes difficultates movet, examinat ac solvit, redditque hominem ἀμετάπτωτον καὶ ἀμετάστατον, uti sunt ædificia quæ solido fundamento superstruuntur.

7. Rursus alio modo &c.] Ne quis Magistros, verborum Salomonis contortores insignes, nimis rideat, & quia fere solenne nobis est, capita singula Annotatorum nostrorum, claudere notabili aliqua sententia, hoc præsens obsignamus similibus lepidis Allegoriis Bartoli JCti, quibus æq; ac Talmudistæ, & in re propemodum eâdem (nam & Mischna & Talmud nihil aliud quam Juris civilis Judæorum prudentia sunt,) luxuriat; & quæ operum ejus calcem faciunt. *Scriptum est tria sunt quæ testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, 1. Johan. V. Ista sunt tria juris præcepta: Honeste vivere, alterum non lædere, jus suum unicuiq; tribuere. Per primum quis in se vivificatur, seu Spiritus, cujus correspondet honeste vivere. Per secundum homo intra se ad diligendum accenditur, seu sanguis, cujus correspondet alterum non lædere. Per tertium ad actum dilectionis exhibendum impellitur, seu Aqua, cujus correspondet jus suum unicuiq; tribuere. Primum igitur ex quo homo intra vivificatur est spiritus, propter quod debet honeste vivere, hoc est hujus civilis sapientiæ testimonium, qui enim his quæ juris civilis sunt, privati sunt, mortui dicuntur, hoc est quod religiosi appellantur aliquos civilibus actis esse privatos qui fecerunt peccatum ad mortem, ut dicitur 1. Johann. ult. Qui hac civitate est privatus, est mortuus. Ergo, qui hac civitate potitur vivit: vere ergo spiritus est qui vivificat. Per secundum homo intra se, ad diligendum accenditur. In hoc enim cognoscetur, quod Discipuli mei estis si dilexeritis me, dicit hæc Civilis Sapientia Joh. XIV. qui enim non diligit justitiam, non est ejus discipulus, ut ibid. dicitur. Per tertium ad actum dilectionis exhibendum repellitur. Scilicet per Aquam, cui correspondet jus suum unicuiq; tribuere. Aqua enim hujus Civilis Sapientiæ, per suos occultos rivulos omnibus tribuit quod est suum: Ista est aqua quam Christus misit in pelvim & lavit pedes Discipulorum. Joh. XIII. Ista enim est aqua per quam pedes Ecclesiæ lavantur, id est nodositates, & dubia quæ in*

ea occurrunt, tempore litis dirimit. Etiamsi Petrus dixerit, Domine non lavabis pedes meos in æternum: tamen ei responsum est: Si non lavero te non habebis partem mecum. Ita in proposito licet statutum sit per Ecclesiam, ut jura Civilia a Religiosis & Clericis in sacris non dicantur, & sic pedes non laventur. Tamen si hæc scientia non lavabit, in eorum curis justitia non erit, & sic non habebit partem mecum. Hæc scientia quæ figurata est in quinq; panibus, & duobus piscibus ex quibus saturata est turba. Joh. VI. Quid enim est aliud quinq; Panes, nisi quinq; volumina librorum hujus Civilis scientiæ? Seu, Digestum Vetus, Infortiatum, Digestum Novum, Codex, & Volumen: Duo Pisces, sunt duo sensus Legales, seu sensus Literalis, & sensus Argumentalis, ex istis quinq; Panibus & duobus Piscibus totus mundus saturatur. Hæc enim est Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joh. I.



CAPUT



פרק ט׃ CAPUT IX.

משנה MISCHNA.

א I.

עגלה ערופת בלשון הקדש שנאמר כי ימצא חלל באדמה ויצאו זקניך ושפטיך שלשה מבית דין הגדול שבירושלם היו יוצאין ר׳ יהודה אומר חמשה שנאמר זקניך שנים ושופטיך שנים ואין בית דין שקול מוסיפין עליהן עוד אחד׃

VErba concepta cum vitula decollaretur [1] lingua sancta (*efferre necesse erat.*) [2] Q.S.E. Deut. XXI, 1. *Si quis inveniatur confossus in terra:* (*&c.*) *Et exibunt Seniores tui, & Judices tui.* Tres [3] e Senatu magno Hierosolymitano egrediebantur; vel, ut [4] R. Judas perhibet, Quinq;. Q.S.E. *Seniores tui* : Quibus duo minimum innuuntur. (*Pari modo & illud:*) *Judices tui* : Saltem duos arguit. Cum vero [5] judicium in æquilibritate non relinquatur, unus adhuc supperadditur.

ANNOTATA.

1. Lingua sancta efferre necesse est.] Rationem asserti habemus in Gemara : שנאמר וענו ואמרו ולהלן הוא אומר וענו הלוים ואמרו וגו׳ מה ענייה האמורה להלן בלשון הקדש אף כאן בלשון הקדש׃ Id est : (Scriptura, vitulæ decollandæ ritus, & sermonem conceptum, quo Seniores civitatis proximæ uti debent, præscribens,) *adhibet verba:* וענו ואמרו *Hæc eadem ipsa verba, usurpavit quoq; Deut. XXVII, 14.* (in negotio de recitandis Benedictionibus, & Exsecrationibus.) *Quare, uti loco posteriore de Lingua Sancta accipienda sunt : Ita idem sensus militat quoq; in priore.*

 2. Quia

2. Quia ſcriptum eſt] Bene obſervat Maimonides, iſtud שנאמר non eſſe ſenſu ſuo conſueto αἰτιολογικὸν, nec eorum quæ dicta erant cauſam exprimere. Tantum enim hoc loco de Vitula tractationis facit initium, & ſervit ſermonis exordio.

3. E Senatu magno Hieroſolymitano] Eſt quoque hujus aſſerti ratio, in Gemara noſtra, in qua R. Simeon ſic ratiocinatur: אי כתב רחמנא זקני הורה אמינא אפילו זקני השוק כתב רחמנא זקניך ואי כתב רחמנא זקניך הורה אמינא אפילו סנהדרי קטנה כתב רחמנא ושופטיך למיוחדין שבשופטיך: Id eſt : *Si* (cum cæſus aliquis repertus eſt,) *exire tantum juſſiſſet Deus* τοὺς זקנים ſive Seniores, *facile induci potuiſſem, ut crederem, ſufficere, ſi ſenes quicunq; etiam e trivio prodeant. Notanter igitur dictum* זקניך Seniores tui (quæ vox ad Magiſtratum proprie attinet.) *Quod ſi vero intra hæc ſubſtitiſſet Supremum Numen, licebat opinari, etiam Minoris Synedrii Senatores fungi hoc officio poſſe. Ergo ad hunc errorem tollendum, adjicitur amplius* ושופטיך Et judices tui,*ut conſtet* (Magiſtratum ſummum,) *Judicumq; excellentiſſimos innui.* Cæterum, quia huic cærimoniæ, Aſſeſſores magni Synedrii intervenire oportebat, aliunde vero conſtat, neminem γέροντα ἀποστάτην declarari potuiſſe, niſi a ſummis iſtis Judicibus, ideo ex hac occaſione in Gemara noſtra obiter tangitur quæſtio : *An quis Senatoribus ad dimenſionem intervallorũ urbium procedentibus in aliqua re contradicens, ſuamq; opinionem præfracte defendens,* γέρων ἀποστάτης *ſeu Senex Rebellis evadat ?* Attulit hunc locum, Samuel Petitus l. 3. Oſervat. c. 1. de Bethphage diſſerens, & quia illum corruptum cenſuit, emendavitque, æquum eſt, ut de hujus correctione diſpiciamus, ipſa ejus verba prius præmittentes: Meminit, inquit, Bethphage Gemara Talmudica non ſemel Codice סוטה cap. IX. אמר רב יוסף תא שמע מצאו זקן ממרא אבית פגי והימרה עליהן: *Dixit Rab Joſephus : Veni & audi. Invenerunt ſenem rebellem Bethphage, qui adverſus eos rebellavit* &c. Quid facerent ad hunc Bethphage locum, docet paulo poſt eadem Gemara, ſed verba paululum ſunt corrupta, ita enim editur : תניא כוותיה דרב יוסף מצאן אבירת פגי והמירה עליהן כגון שיצאו למדידה עגלה: Sed puto reſcribendum e præcedenti Gemara מצאו ד eſt enim ו quod mutavit in Nun finale, זקן *Traditio ſimilis eſt huic Rab Joſephi. Invenit ſenem in Bethphage qui adverſus eos rebellavit : Exiverant autem exempli gratia, ad metiendum e loco cadaveris ſingularum per circuitum*

Sanhedr. fol. 87.

ſpatia

spatia civitatum, Vitulæ decollandæ causa. Hactenus Petitus. Acutam esse hanc viri Doctissimi conjecturam, nemo negaverit, sed an necessitas eam exigat, equidem ambigo. Etenim, durum est asserere, 'ז in Codicibus pro זקן scriptum fuisse, cum vocem unicam eamque rarius occurrentem, una sola litera designari, in nullis Membranis conspiciamus. Tantumque abest ut pro זקן Judæi 'ז scribant, ut tollendæ in legendo ambiguitatis causa vix 'זק rescripturos, arbitrer. Dei nominum, vocumque רבי: ואמר quæque istius generis sunt, alia ratio est, & hæc una literula indicare nihil prohibet: sed similem expressionem, & quidem in præsenti Gemaræ loco, זקן non patiebatur. Tum vero sine ista correctione tota lectio salva est, imo ut מצאן non מצא legamus, si quid judicare possum, contextus ratio insuper flagitat, cujus sensus cum nudo *invenit* non tam bene constabit, quam si, *τὸ eos*, fuerit additum. Neque me admodum movet prioris loci lectio, sunt enim testimonia plane diversa; aut, si quid omnino corrigendú, mallem ex posteriore, מצאן etiam in priore rescribere. Dictis fides accedet, si postremum locum integrum perpendamus, qui habet: תניא כותיה דרב יוסף מצאן אבירת פגי והימרה עליהן כגון שיצאו למדידת עגלה או להוסיף על העיר ועל העזרות יכול תהא המראתו המרא ח"ל וקמת ועלית מלמד שהמקום גורם: Ea interpretor: *Constitutio exotica succurrit opinioni R. Josephi* (supra allatæ, eamque tantopere confirmat, ut illius veritas porro vocari non possit in controversiam; Sunt vero illius Constitutionis verba:) *Si quis incidat in istos* (Synedrii magni Senatores) *in Betphage* (sive suburbanis,) *illisq; pertinaciter contradicat, cum prodeunt verbi causa ad mensuranda intervalla urbium, vitulæ decollandæ causa, aut cum Urbem* (Hierosolymitanam, Templique) *Atria amplificare instituunt, anne ista contradictio facit rebellionem veram,* (ita ut homo ejusmodi γέρων ἀποστάτης haberi debeat? Heus vero, solvam dubium: Ausculta mihi, quid Deut. XVII, 8.) *Scriptura dicat:* Et surgens ascendes. *Unde datur intelligere, ad locum hæc alligari,* (ita ut nemo γέρων ἀποστάτης evadat, nisi qui Synedrii Senatoribus, in prætorio eorundem congregatis obloquitur, atque τὸ γίγνομενον τίμημα falsitatis arguere sustinet.)

תניא כותיה De vide Halichot Ol. p. 221.

4. R. Judas perhibet] Atque hæc opinio reliquorum Sapientum animos quoque insedit, והלכה כרבי יהודה: *& pro vera tenenda est.*

5. Judicium in æquilibritate] Omnis enim Magistratus ita institui debet שאפשר להיות בו אחרי רבים להטות *Ut orto inter hos, qui illo funguntur, dissensu, secundum plures possit fieri decisio.* Vide Mischnam Sanhedrin c. 1. §. 6.

ב II.

נמצא טמון בגל או תלוי באילן או צף על פני המים לא היו עורפין שנאמר כי ימצא באדמה ולא טמון בגל נופל ולא תלוי באילן בשדה ולא צף על פני המים נמצא סמוך לספר או לעיר שרובה נכרים גוים או לעיר שאין בה בית דין לא היו עורפין אין מודדין אלא לעיר שיש בה בית דין נמצא מכוון בין שתי עיירות שתיהן מביאות שתי עגלות דברי רבי אליעזר ואין ירושלם מביאה עגלה ערופה:

SI (*casus*) quispiam, reperiatur sub acervo occultatus, aut de arbore suspensus, [1] aut aquis innatans, (*vitulam*) [2] non decollabant. Q. S. E. *In terra.* Ergo non sub acervo occultatus. *Jacens.* Ergo non suspensus de arbore. *In agro.* Ergo non aquis innatans. Si (*quis casus*) inveniatur [3] prope limites (*terræ Israëliticæ*,) aut Civitatem, [4] in qua maxima pars incolarum gentiles sunt [5] aut in qua judicium nullum est: [6] non detruncarunt vitulam. Non [7] mensurabant (*itidem*,) [8] nisi ad Civitatem in qua judicium erat. Si cæsus quis reperiatur [9] in medio duarum Civitatum, ambæ afferebant duas vitulas; [10] ita opinante R. Eliesere. [11] Urbs Hierosolymitana vitulam haud decollabat.

ANNOTATA

1. Aut aquis innatans] Ex Maimonide, & Autore Codicis nostri MS. Ez Hechajim, sequutis autoritatem Siphri, istis addere illum quoque convenit, qui non plane vita dejectus, adhuc mobiliter palpitat: id, si facere voles, sic in Mischna nostra concipiendus sermo fuerit: נמצא מפרפר או טמון בגל או תלוי באילן או צף על פני המים לא היו עורפין שנ׳ חלל ולא מפרפר באדמה ולא טמון

טמון בגל וכו׳: Id est: *Si quis reperiatur adhuc palpitans, aut sub acervo occultatus, aut de arbore suspensus, vitulam non decollabant*: Q. S. E. Cæsus: *Ergo non palpitans.* In terra: *Ergo non sub acervo occultatus* &c.

2. Non decollabant] Causam, quare ob suspensum, aut sub acervo occultatum cadaver, decollatio vitulæ locum non invenerit, hanc Chaskuni allegat: דאין דרך רוצח לשהות ולטמון ולהתלות מפני שירא לנפשו: *Quia non solet tantum temporis sibi indulgere sicarius, ut cadaver abscondat, aut suspendat, eo quod sua vita metuit.*

3. Prope limites terræ Israëliticæ &c.] Quare ob cæsum in confinio terræ Judaicæ nulla fiat decollatio vitulæ, Talmud Jeruschalmi rationem reddit, אני אומר סרקיים הרגו *Quod suspiciosit, a Saracenis illum occisum esse.* Nempe, quia vitula tantum Judæorum, non τῶν ἔξω scelera expiabat, ideo hoc in casu, nulla vitulæ decollandæ erat necessitas. Maimonides ejusdem rei hanc rationem attulit: נאמר בתורה כי ימצא וכשהיה סמוך לעיירות הנכרים השכנו׳ לנו והם נקראו׳ ספר הרי הוא כאילו המציא עצמו למיתה: Id est: *Scriptura vitulam decollare jubet*, Si quis inveniatur cæsus. *At, qui prope urbes τῶν ἔξω, quæ in nostræ regionis (id enim* ספר *proprie significat) vicinitate sunt, agit, is seipsum morti offerre videtur.* Neutra harum opinionum placet, quia tam longe arcessuntur, ut vim probandi interim amittant. Credo saltem Judæis, probaturum me sententiam, si dicam, ideo ob eum qui in limitaneis Palæstinæ cæsus offenditur, non decollari vitulam, quia in Scriptura signanter: כי ימצא חלל באדמה אשר יי׳ אלהיך נתן לך *Si quis reperiatur cæsus* in terra *quam Dominus Deus tuus, dat tibi.* Illud vero *in terra*, limites qui Regionem Judaicam terminant, ejusque extremas partes definiunt, non concernit. Εὐδηλον·

4. In qua maxima pars incolarum gentiles sunt] Isti enim cædem videntur patrasse, quando ad latrocinia nati sunt, digni quos eapropter Numinis vindicta maneat. Nota obiter: Leges de Civitatibus in quibus maxima pars incolarum gentiles sunt, quæ a Sapientibus latæ passim feruntur, etiam de illis accipi debent, in quibus non nisi duo Judæi habitant, nequaquam vero de ea, quam unus solus incolit. Sic enim est in Lev Tob. fol. 75. col. 1. *Wann ein Jud wohnt in einer Statt, unter eitel* גוים *darvon haben die* חכמים ז״ל *nischt wollen schreiben, und haben nischt wollen reden darvon, darum weil sie haben* geassert *ein Jud zu wohnen unter eitel* גוים *den sie möchten ihn hargen,*

bargen, und vver niemands der sich seiner annehm. Das is ein selzam Sach, daß ein Jud sol vvohnen in einer Statt unter eitel גוים Nostra tamen ætate, qui quæstui dediti sunt Judæi, si soli in urbe aliqua inter Christianos degere possint, felices se reputant. Atque profecto, Ratisbonam, Egramque, Germanicæ nostræ celebres Urbes, Judæi tantum singuli incolunt; nec, si recte memini, Heidelbergæ quoque major est numerus. Vide pecunia quid facit, & sacra fames auri!

5. Aut in qua judicium nullum est] Et quidem בית דין של כ״ג *Judicium constans XXIII. Senatoribus, sive Synedrium minus*, ceu Autor Codicis nostri Ez Hechajim, Maimonides Hisch. Rozeach c. 9. §. 4. & Baal Smag quoque fol. 155. col. 2. monuerunt; ne quis credat sufficere בית דין של שלשה sive *Triumvirale judicium*. Quia ex Dei instituto Senatores Civitatis proximæ prodire debebant, & de sua innocentia palam testari, proinde opus utique erat, ut illa Civitas Magistratu instructa esset, nec ille infimæ classis admittebatur, ob negotii arduitatem.

6. Non detruncarunt vitulam.] Quandoquidem Mischnæ, quæ puncta vocalia adscripta habet, editio, indicium facit, in aliis Codicibus pro לא היו עורפין legi לא היו מודדין neque nos id negligendum duximus, etsi parvum in ea re situm est momentum.

7. Mensurabant] Semper instituenda dimensio, quippe, uti est in Codice nostro MS. Ez Hechajim מצוה למדוד אפילו לעיר קרובה בודאי אפילו שידוע שקרובה: *Oportet mensurare etiam civitatem, quam palam & citra controversiam proximam esse constat.* Scilicet, præceptum de facienda dimensione, generale est, nullam loci circumstantiam includens, huic igitur morem gerere convenit.

8. Nisi ad civitatem in qua judicium erat] Illud Mischnæ, cujus modo mentionem injeci, exemplar, hoc loco, non לעיר sed מעיר habet, quæ lectio non tantum reliquis editionibus plerisque, sed & Gemaræ adversatur. Ea nos docet, fieri hanc ejusdem asserti illico repetitionem, ne cæteroquin incautior aliquis opinarerur, cum homo cæsus juxta civitatem quæ Synedrio minore non gaudet reperitur dimensionem plane nullam institui, uti nulla instituitur, cum trucidati, cadaver in confinio regionis Judaicæ, aut in vicinia urbis cujus incolarum major pars gentiles sunt, jacere deprehenditur. Nimirum, אם נמצא סמוך לעיר שאין בה בית דין מניחין אותה ומודדין לעיר שיש בה בית דין: Id est: *Si mensurantibus prima sese offerret Civitas, quæ minore Synedrio caruit, ea missa, porro ad aliam, quæ hoc Magistratu instructa erat, metiri perge-*

ri perge-

ri pergebant. At vero, nescio cui bono, ista tam solicite inculcentur: Nec enim existimo ullam in Judæa urbem minore Synedrio privam fuisse, si vera sunt quæ supra p. 15. ex Maimonide docuimus, illud Magistratus genus, loca omnia, quorum incolæ tantum CXX. erant numero, agnovisse.

9. In medio &c] Et quod tale est, secundum proportionem, uti vulgo loquimur, Arithmeticam, ita ut cadaver inter urbes duas, exactissimum centrum faciat, atque Bartenoræ verbis שאין קרובה לו מזו אפילו מלא החוט: *Ne una civitas alterâ cadaveri sit proximior, quanta vel fili potest esse latitudo.* Profecto, bonos Geometras, oportuit esse Synedrii Magni Senatores, & quam dolendum, nulla eorum de hac arte extare præcepta! Quanquam, quid mirum, si illi qui omnium gentium linguas tenebant memoriter, qui cum avibus fabulabantur, qui Magiæ peritia certabant cum veneficis, in Mathematicis quoque disciplinis, ante mortales erant alios?

10. Ita opinante R. Eliesere] Sed opinante male: Nã in praxi, obtinet id, quod ex Gemara, isto perspicuo sermone dicit Maimonides: נמצא הנהרג מכוון בן שתי עיירות ואנשי זו כאנשי זו בשוה יביאו עגלה אחת בשותפות ויתנו ויאמרו אם זו היא הקרובה הרי היא שלהן ואלו יתנו להן חלקם מתנה ואם אלו הם הקרובים הרי היא שלהן ואלו יתנו להן חלקם מתנה: Id est: *Si cadaver jaceat in centro duarum urbiũ, nec altera alteram incolarũ multitudine superet, vitula unica socialis adducitur, atq; his verbis fit pactio:* Si hæc urbs vere est proxima, hujus esto junix, alteriusque urbis cives, suam portionem dono dant. Sed si ista vere est proxima, illius esto junix, atque hujus urbis cives, suam portionem dono dant.

10. Urbs Hierosolymitana vitulam haud decollabat] Rationem suppeditat Gemara: דאמר קרא לרשתה וקא סבר ירושלים לא נתחלקה לשבטים: Id est: *Jubet Scriptura decollare vitulam, cum quis cæsus reperitur, in terra quam Deus hæreditario jure possi-*

re possidendam concedit. At, vera est opinio, Hierosolymas inter tribus non fuisse divisas, sed mansisse communem. Præter istam, habebant & alias prærogativas Hierosolymæ, ante reliquas civitates omnes, de quibus est in Bava Kama fol. 82. b. & exinde in Schalsch. Hak. p. 16. a. & apud Maimonidem in Hilch. Bet Habbechira c. 7. §. 14. Hunc postremum, quia latine loquentem jam Cl. Lightfootus Centur. Chorogr. c. 21. pag. 43. introduxit, poteramus sane, more nostro, ab iis repetendis abstinere, qui hanc legem nobis diximus, ut post alios scribentes, nova quoque, nec de quibus constaret aliis notata fuisse, proferremus in medium. Sed vero, quia necesse est, paulo aliter in suo libro legerit Vir laudatus, quã nostra habet Maimonidis editio, quædam quoq; verba alio sensu nobis accipienda videntur, ac ille ea accepit, non pigebit ipsa verba Hebraica repræsentare, & nostram quoque subjicere explicationem.

אלו דברים שנאמרו בירושלים אין מלינין בה את המת ואין מעבירין בתוכה עצמות אדם ואין משכירין בתוכה בתים ואין נותנין בתוכה מקום לגר תושב ואין מקיימין בה קברות חוץ מקברי בית דוד וקבר חולדה שהיו בה מימות נביאים הראשונים ואין נוטעין בה גנות ופרדסים ואינה נזרעת ואינה נחרשת שמא תסרח ואין מקיימין בה אילנות חוץ מגינת ורדים שהיתה שם מימות נביאים הראשונים ואין מקיימין בה אשפה מפני השרצים ואין מוציאין הימנה זיזין ונזוזטראות לר״ה מפני אהל הטומאה ואין עושין בה כבשונות מפני העשן ואין מגדלין בה תרנגולת מפני הקדשים וכן לא יגדלו הכהנים תרנגולים בכל א״י מפני הטהרו ואין הבית נחלט בה ואינו מטמא בנגעים ואינו נעשה עיר הנדחת ואינה מביאה עגלה ערופה לפי שלא נתחלקה לשבטים:

Id est: *Sequentia, prædicantur de Urbe Hierosolymitana. Nullum ibi pernoctat cadaver,* (sed actutum sepelitur,) *nec ullius demortui ossa in eam inferuntur.* (Solebant enim Judæi, Necessariorum, qui peregre, extra natalem locum mortui sepultique fuerant, ossa tandem colligere, & Majorum tumulis indere: Qua de re in Moëd Katon fol. 8. a. At vero nefas erat, civibus Hierosolymitanis, hæc justa facere volentibus

lentibus, ossa cognatorum, undecunque petita, in urbem secum apportare, & quoad alibi denuo conderentur, in suis asservare ædibus.) *Non ibi locantur ædes ; non habitare in ea permittitur Proselyto domicilii. Nulla ibi fiunt monumenta sepulchralia, nisi quod conditoria domus Davidicæ, & sepulchrum Huldæ Prophetidis ibi fuerunt, inde a diebus primorum Prophetarum. Non parantur in illa horti aut paradisi, eademq; nec seminatur, nec aratur, ad prohibendum fœtorem :* (Lolium enim eradicatum, aut, quâ in ejusmodi casu opus foret, stercoratio, non possent non graveolentiæ alicujus causa esse. Similem ob causam) *nec arbores ibi plantantur, excepto Roseto, quod isthic erat inde a temporibus primorum Prophetarum. Nullum ibi sterquilinium, ut impediatur generatio insectorum. Nulla ibi in ædium parte inferiore publicam versus viam prominentia, nec in tectis suggrundia,* (atque illud quidem, ne forte reliquam Palæstinam incolentes Judæi, dum ob festa solemnia urbem petunt, noctu per plateas obambulando, in prominentias quarum ignari sunt, impingant. Hoc vero,) *ad præcavenda receptacula immunditiei :* (Ossiculum enim cadaveris, olivam magnitudine æquans, si subter suggrundia forte fortuna devolveretur, coinquinaret omnes qui sub ea se recipiunt, cum suggrundia ossiculam obumbrando, immunditiei quasi quoddam faciant tentorium. Porro) *nec calcariæ fornaci Hierosolymis locus erat, ne* (ædificia ibidem,) *ex fumo* (nigrorem contraherent.) *Non alebantur in ea urbe gallinæ, ne quod rebus sacris* (Deo offerendis, aut postea ex sacrificiorum residuis absumendis, vitium inferretur; ad res enim mundas fœdandas, nullum aliud inter domestica animalia gallinis pronius, quippe quæ terram assidue fodicando sæpe ossicula cadaverum, eruere, & aliorsum deferre solent. Proindeque) *Sacerdotes per universam Judæam gallos & gallinas a se segregabant, ut Ablationibus sua semper servaretur puritas. Nulla domus ita Hierosolymis vendebatur, ut mancipio daretur,* (nec unquam redimi posset ex manu emtoris, secus ac de aliarum urbium muro cinctarum ædibus, post annum venditionis completum, obtinebat, & qua de re sanctissimi Numinis Levit. XXV, 29. 30. extat dispositio. Nam, quæ Hierosolymis vendebantur ædes, eas assidue redimendi jus erat. Quin & illud proprium habebant domus Hierosolymitanæ,) *ut lepra infici non possent.* (Est quoque inter prærogativas sacræ urbis,) *quod in eam sententia universalis apostasiæ ferri nequibat, quodq; vitulam* (ob cæsi hominis cadaver repertum) *non offerebat,* (cujus postremi privilegii) *causa est, quod nulli Tribuum fuit assignata.* Cæterum, ad istud privilegium Urbis Hierosolymitanæ, quo a vitulæ decollatione immunis erat, pertinet omnino Historia, quæ narratur in Joma fol. 23. a. & quam, paucis quibusdam alienis omissis, prout in En Israël fol. 102. col. 3. habetur, referemus. תנו רבנן

מעשה בשני כהנים שהיו שניהן שוין ורצין ועולין בכבש קדם אחד מהן לתוך ארבע אמות של חברו נטל סכין ותקע לו בלבו עמד רבי צדוק על מעלות האולם בהר הבית ואמר אחינו בית ישראל שמעו הרי הוא אומר כי ימצא חלל באדמה ויצאו זקניך ושופטיך אנו על מי להביא עגלה ערופה על העיר או על העזרות געו כל העם בבכייה בא אביו של תינוק ומצאו כשהוא מפרפר אמר הרי הוא כפרתכם ועדיין בני מפרפר ולא נטמאת סכין ללמדך שקשה עליהם טהרת כלים יותר משפיכות דמים וכן הוא אומר וגם דם נקי שפך מנשה הרבה מאד: וכו' עמד ר' צדוק על מעלות האולם בהר הבית וירושלם בת אתויי עגלה ערופה היא והתניא עשרה דברים נאמר בירושלם וזו אחת מהן אינה מביאה עגלה ערופה ועוד לא נודע מי הכהו כתיב ותא נודע מי הכהו אלא כדי להרבות בבכיה:

Id est: *Traditione Magistrorum fertur, Sacerdotes quondam duos æquo cursu contendisse ad acclivitatem* (Altaris,) *cumq; alter alterum quatuor ulnas antevertisset, ibi socius arrepto cultro, in cor istius eum defixit.* (His ita gestis,) *R. Zadok in gradibus Porticus Templi constitutus*, (magna & lamentabili voce) *clamare cæpit.* O Israëlitæ fratres, attendite: Sic (*Deus*) nobis præcepit: Si inveniatur cæsus in terra (*&c.*) Tunc egressi Seniores tui, & Judices tui (*&c*) Nobis vero, anne Urbis, an vero Templi nomine, vitula decollanda est? *Quæ verba omnium fletus, & clamor exceperūt. Interea loci, advenit pater occisi juvenis, eumq; adhuc palpitantē invenit, quare*, (Bono animo estote, inquit,) *hæc victima vos expiabit*, (nondum enim filius meus e vulnere obiit,) *sed adhuc palpitat, proindeq;* (vasa sacra omnia, & ipse adeo) *culter* (quo filius meus confossus est,) *etiamnum pura sunt*, (cum non nisi ex vero cadavere eadem immunditiem contrahant.) *Atq; hinc intelligere est, acerbiorem illis visam fuisse, purificationem vasorum templi, quam ipsam sanguinis effusionem: Unde &* (de Manasse Rege 2. Reg. XXI, 16. prius legitur,) *eum cædes multas pa-*

tas patrasse, (& postea demum profanationis templi, quam nefando ausu fecerat, mentio injicitur. Quod & ipsum indicio est, hoc scelus, illo, fuisse gravius. Verum enim vero, nunc disquirit porro Gemara : Itane) *R. Zadok in gradibus Porticus Templi constitutus*, (clamare cœpit? &c.) *Quid enim? Anne Civitas Hierosolymitana vitulam decollandam offert? Atqui didicimus, decem privilegia habuisse illam urbem, e quorum numero illud quoq; est, quod a vitula decollanda oblatione erat immunis. Amplius, vitula secundum Dei praceptum, non decollabatur, nisi cum de homicida non constaret : at in hoc casu, minime is latebat* : (quomodo igitur quadrant illa, quæ R. Zadok enunciavit?) *Nimirum* (hæc ideo ab eo prolata sunt, ut voce miserrima, audientium) *tanto uberiores lachrymas prolicceret.*

ג

נמצא ראשו במקום אחר וגופו במקום אחר מוליכין הראש אצל הגוף דברי רבי אליעזר רבי עקיבא אומר הגוף אצל הראש:

III.

* SI caput (*avulsum*) in uno loco, truncusque in alio reperiatur; admotum caput trunco, ex sententia R. Eliesferis. Sed R. Akiba, truncum Capiti admotum contendit.

ANNOTATA.

* Si caput avulsum &c.] Probe docetur in Gemara, hanc pericopen ad dimensionem ab invento cadavere ad urbem proximam faciendam, nihil attinere, sed במת מצוה קנה מקומו קמיפלגי de reperto cadavere, cui ex veteri instituto, subjectum solum, in sepulturam cedit, inter R. Eliesferem, & R. Akibam disputationem esse. Etenim, quia forte inventum cadaver quatuor ulnas, e solo cui incumbit, sibi occupat, & intra illud spatium sepeliri debet, jam oritur quæstio, utrum humationem in loco ubi caput, an vero ubi truncus inventus fuit, instituere conveniat? Non exprimit Gemara, utrius opinio vicerit, sed Maimonides pro Akiba pronunciatum esse asserit, fortasse ob regulam veterem, quæ est quoque in Halichot Olam tract. 5. cap. 1. הלכה כרבי עקיבא מחבירו ולא מחביריו: Id est: *Cum uno disputans R. Akiba vincere solet. sed cum pluribus, causa solet cadere*: Atque sic in ea quoque quæ sequitur pericope, ejus opinio, missis reliquis est amplectenda.

IV. Un-

ד IV.

מאין היו מודדין רבי אליעזר אומר מטיבורו רבי עקיבא אומר מחוטמו רבי אליעזר בן יעקב אומר ממקום שנעשה חלל מצוארו:

UNde menſurari cœptum eſt? R. Elieſer vult, [1] ab Umbilico. [2] R. Akiba a Naribus. R. Elieſer. F. I. ab eo loco ubi quis jugulatur; nimirum a Jugulo.

ANNOTATA.

1. Ab umbilico] Ut verum fatear, ſi me judice certaſſent iſti Rabbini, ego quidem pro R. Elieſere pronunciaſſem, ita ejus ſe mihi commendat opinio. Eſt enim ſic dicente Judæorum Medicorum Principe Maimonide, Umbilicus, אמצעות הגוף הכולל כלי המזון שבהם נמשך המאכל *Corporis humani centrum, complectens inteſtina per quæ cibus commeat.* Huic conſonat ipſe Galenus l. 2. de Decret. Hippocrat. & Plat. c. 4. Εἰ ἀκριβῶς τις ἐξετάσειε τὰ κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἐστὶ μέσα. *Si quis accurate inveſtigaverit, ea quæ ad umbilicum ſpectant media ſunt.* Et l. 15. de uſu part. c. 4. ὁ ὀμφαλὸς τὴν μέσην χώραν τοῦ παντὸς ζώου κατείληφεν: *Umbilicus medium totius animalis obtinet.* Et vero, iſtius aſſerti, demonſtratorē quoq; habemus Vitruvium, quando lib. 3. Architect. c. 1. *Si homo*, inquit, *collocatus fuerit ſupinus, manibus ac pedibus panſis, collocato centro in umbilico ejus, circumagendo rotundationem, utrarumq; manuum & pedum digiti linea tangentur.* Vide Schema quod in Vitruvii Codicibus ſolet exprimi. Iſtis accedit, vix aliud, inter externa, membrum haberi, cujus tanta, ac Umbilici, ad vitam vis eſt, ſecundum ea quæ narrat Cæſar Scaliger Exercit. CCXLVI, 2. adv. Cardan. dum ait: *Spero in hac hiſtoria, incitaturum me ſtudioſos, ad cauſæ inquiſitionem. Apud Ægyptios hodie graſſatores, & rebelles, pro ſupplicio, vivos exui corio. Eos ita demum diu magno cum cruciatu vivere, ſi carnifex umbilicum ferro non attingat. Eo tacto, illico exſpirare.*

2. R. Akiba a Naribus: R. Elieſer F. I. &c.] Cum priore illo R. Elieſere in dimenſione trucidati

Martial. l. 4. Epigr.

Jam pervenimus usq; ad umbilicos,
Hi procedere adhuc, & ire quærunt.

De ratione qua quisque ducebatur, vide mox in Excerpto primo Gemaræ.

V. Sena-

ה

נ נפטרו זקני ירושלם והלכו
להן זקני אותה העיר מביאין
עגלת בקר אשר לא עבד בה
אשר לא משכה בעול ואין
המום פוסל בה ומורידין או
אותה לנחל איתן ואיתן כמ
כמשמעו קשה אף על פי ש
שאינו איתן כשר ועורפין אות
בקופיץ מאחוריה ומקומה א
אסור מלזרוע ומלעבוד ומותר
לסרוק שם פשתן ולנקר שם
אבנים:

V.

(Quamprimum) Senatores Hierosolymitani recedentes abiverant, adduxere [1] Senatores illius Urbis, (*quæ caso proximior esse deprehensa fuit*,) [2] vitulam de armento, [3] qua nullus unquã labor peractus, quæq; nondum traxerat jugum, [4] labis tamen omnis expertem esse, necesse non fuit. Illam deduxere ad [5] torrentem rapidum, vox [6] איתן enim, id quod durum (*aut rapidum*) significat. Quod si vero rapidus non esset, [7] nihilo minus ad hæc aptus erat. Tum [8] detruncabant vitulam a tergo, [9] secespita, & postea [10] nefas erat, eo in loco serere, aut illum percolere. Linum tamen ibidem pectere, lapidesque colligere, licebat.

ANNOTATA.

1. Senatores illius urbis &c.] Vocem *Seniores*, non hic de solo Magistratu, accipere oportet, sed, prout præter alios monuit Autor MS. nostri Ez Hechajim, notat eadem בית דין של אותה העיר עם כל זקני העיר אפילו הן מאה: *Tam Magistratum urbis proximæ, quam Senes quoscunq́, etiamsi centum fuerint numero.* Fundamentum asserti est in Siphri fol. 48. col. 1. אמרנו למעלה ג׳ וחמשה יכול אף כאן ת״ל וכל זקני העיר ההוא ואפילו הם מאה: Id est: (Priore loco, in negotio de vitula decollanda, a Scriptura adhibitam vocem, SENIORES, *de solis tribus, aut ad summum quinq́* (Senatoribus Magni Synedrii) *interpretati sumus: Ergo, anne fieri potest, ut hic cum verbum iteratur, eadem militet expositio?* (Neutiquam:) *Notanter enim Scriptura* (commate 6. hujus capitis XXI. Deuteron.) *omnes Civitatis proximæ*

seniores exigit, manifesto indicio, si maxime centum sint, omnibus prodeundum esse.

2. Vitulam de armento] In hac vitula, principio ætatis accurata habenda erat ratio, quippe, Maimonide, & Autore nostri Codicis Ez Hechajim, ita tradentibus, oportebat esse natam שתי שנים או פחות *Annos duos aut minus.* At vero: אם היתה בת שתי שנים ויום אחד פסולה; *Si nata esset biennium diemq; unum, eam adhibere nefas erat.* Nituntur hæc autoritate eorum, quæ docentur in principio Massichtæ Para, nam cæteroquin Scriptura, etiam עגלה שלישיה vel עגלה משלשת Id est: *Vitulam jam triennem* Gen. XV, 9. Es. XV. 5. & Jerem. XLVIII, 34. memorat.

3. Qua nullus unquam labor peractus quæ nondum traxerat jugum] Eleganter hæc explicat Maimonides Hilchot Rozeach c. 10. §. 3. 4. כל העבירות * פוסלות את העגלה כמו שפוסלין בפרה אדומה שנ' אשר לא עובד בה ולמה נאמר עול אחר שנאמר אשר לא עובד בה שהוא כולל העול עם שאר עבודות שהעול פוסל בין בשעת מלאכה בין שלא בשעת מלאכה כיון שמשכה בעול טפח נפסלה אף על פי שלא חרש בה ולא עשה בה מלאכה ושאר עבודות אין פוסלין אלא עד שעת מלאכה: כל מלאכה שהיא לצרכה כגון פירש טליתו עליה מפני הזבובים אינו פוסלה וכל שהיא שלא לצרכה כגון שפירש טליתו עליה לנושאה פסולה וכן כל כיוצא בזה;

* Citra hæsitationem emendandum, legendumque העבודות hc enim habet Codex noster MS. Ez Hech. & Baal Smag quoq; fol. 156. col. 1.

Id est: *Cujusq; generis labores,* (si ulla ratione cum vitula peracti fuerunt,) *in tantum eam vitiant, ut porro ad detruncationem apta esse nequeat; estq; hactenus vitulæ, juniciq; rufæ* (de qua Num. XIX.) *par ratio. Sic enim expresse Scriptura* (Deut. XXI, 3.) *vitulam accipere jubet, qua nullus labor fuit peractus.* (At, quærat quis:) *Eccur, ibidem additur, quod nec jugum traxisse illa debet, cum ea res generali laboris voce, æq; ac cæteri omnes prohibeatur? Nimirum, Jugum quod subit vitula, id vitiat eandem, tam si laborem cum illo faciat, quam si citra eundem id passum sit, modo enim palmi spatio vitula jugum trahat, etiamsi maxime nec araverit, nec alio labore functa sit, tamen decollationi haud amplius inservire potest. Cæterum, labores reliqui non vitiant vitulam, nisi cum opus aliquod iisdem peragitur. Excipe tamen opus quod ipsius vitulæ causa factum, uti cum pallium ei insternitur, ne muscæ illam vexent, ex hac enim re, nullum vitulæ vitium oritur. Quod vero extra hunc respectum est, uti cum quis pallium suum vitulæ gestandum injicit, id vitium infert. De similibus casibus idem esto judicium.* Cum his conferre omnino opor-

no oportet, quæ idem Maimonides in rem eandem disserit Hilchot Para Aduma c. 1. §. 7.

4. Labis tamen omnis &c.] Id est: Modo ad laboris nullius ministerium adhibita esset vitula, nec jugum unquam admisisset, jam id sufficiebat, nec necesse erat, ut tam labis vitiique omnis expers esset, ac eæ fuerunt vitulæ, quæ Deo in Templo præbebant victimas. Sunt autem principio vitia quinquaginta, quæ, sua alioqui natura ad sacrificium aptam pecudem, si horum aliquo laboret, offerri non sinunt: Enumerat illa ordine prolixeque Maimonides Hilchot Biat Hammik. cap. 7. atque in iis breviter Latine recensendis laudabilem operam nobis præstitit Cl. Seldenus l. 2. de Successionibus c. 5. qui tamen de Sacerdotibus proprie loquitur. Sed hactenus inter hominem & pecudem nihil interest; nam horum vitiorum hæc natura ac conditio, ut si quod illorum in Sacerdote deprehendatur, eundem suo officio fungi impediat, pariter uti pecudem victimam fieri non patitur. Sunt deinde alia vitia, pecudibus solis propria, de quibus agit Maimonides Hilch. Issure Misb. c. 2. & quæ singula persequi nimis foret prolixum. Enim vero, quod hoc loco asseritur, non necesse esse ut vitula decollanda labis expers sit, id non crude nimis accipiendum, verum cum limitatione sæpe hactenus laudati Maimonidis: אין המומין פוסלין אף על פי כן אם היתה טריפה פסולה Scilicet, si ingenti aliquo vitio laboraret vitula, uti, si membro mutila, si corpore ægra esset, tum decollari eam non potuisse, dubio caret.

5. Torrentem rapidum] Vocabulum נחל quod in hoc negotio Scriptura adhibuit, & *Torrentem*, & *Vallem* quoque significat, unde illa quæ apud Interpretes deprehenditur, diversitas enata est. De *Valle*, præter recentiores, etiam LXX. Josephus l. 4. antiq. c. 8. & Vetus Vulgatus vocem explicant. Favet istis non obscure contextus sacrarum Literarum, quatenus נחל איתן אשר לא יעבד בו ולא יזרע dicitur, nec enim torrentes sulcare vomere, aut semina iis committere homines solent. Proinde apud LXX. φάραγγα τραχεῖαν, ἥ τις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται: apud Josephum φάραγγα, καὶ ἀνεπιτήδειον ἀρότρῳ καὶ φυτοῖς χωρίον apud Vulgatum vero legas, *Vallem asperam atq; saxosam, qua nunquam arata est, nec sementem recepit.* At vero Talmudistæ, & reliqua fere Rabbinorum cohors, e qua Maimonidem, Abarbenelem, & τὸν Chaskuni præcipue nominasse sufficit, נחל de *Torrente* accipiunt: Maimonides inquit: מורידי העגלה אל נחל ששוטף בחוזקה וזהי איתן האמור בתורה Id est: *Deducitur vitula ad torrentem, cum impetu sese effundentem, hunc enim sensum vox* איתן *in Scriptura generat.* Iisdem plane verbis utitur etiam Abarbenel; Chaskuni annotavit: אל נחל איתן אל נהר

איתן כמו היבשת נהרות איתן וראיה לדבר ורחצו ידיהם: אשר לא יעבד שלא היו בו גבים להשקות קרקע הסמוך לו ולא יזרע אין זורעין קרקע הסמוך לו; Id eſt : *Verba* נחל איתן *notant fluvium rapidum, atq; ſic ſane* (Pſ. LXXIV, 15. quoque,) נהרות איתן *legimus.* (De torrente vero, non Valle aliqua, נחל explicari debere,) *id argumento eſt, quod de manibus lavandis ſequitur. Ergo* אשר לא יעבר *ſic interpretare, quod nulli ibi canales ad irrigandam terram proximam; verba vero* ולא יזרע *quod adjacens ſolum incultum eſt.* Non occupabimur nunc in eo, ut definiamus, utra harum melior ſit explicatio, contenti verſionem noſtram ſecundum Talmudiſtarum quibus operam locavimus, mentem adornaſſe. Interim nihil valde obſtat, quo minus utraque ſententia in exponendis vocibus נחל איתן conjungatur, ſic enim plerunque, a montibus, per ſubjectas valles, torrentes ſolent præcipitare, atque hanc cauſam eſſe, cur vocabulum נחל & vallem, & torrentem, ſimul ſignificet, ex vero, R. Salomo ben Melech in Michlal Jophi fol. 40. col. 1. prodidit.

6. איתן enim id quod durum] Fuit tamen nonnemo, cui viſum eſt איתן ſenſu contrario, *de ſolo fertili, optimoq;* explicare, ſic enim Bechai fol. 210. col. 2. ויש שפירש נחל איתן מקום דשן ושמן: Suam fecit hanc ſententiam R. Jacobus Abendana, in iis quæ ad libri Michlal Jophi marginem adjecit, ſed nulla ad id inductus neceſſitate, quod enim ait, ideo pingue ſolum electum eſſe, שיהיו נזהרים במחוזות גבולם שלא ימצא שם חלל כדי שלא יאבד מהם מקום מבחר אחוזתם: Id eſt : *Ut tanto majore cura cujusq; urbis incolæ caverent, ne in ſuis finibus cæſus quis reperiatur, perdituri cæteroquin partem hæreditatis eximiam :* Id nimis torqueri res ipſa loquitur. Nec enim, credo, tam ſtulti fuerunt Judæi, ut uberes glebas miſſas facerent, ac infelicibus & ſpem colonorum fraudantibus arvis exercendis, delectarentur. Atqui ſolum in quo vitula detruncanda erat, omnis culturæ expers fuiſſe oportuit. Equidem, haud pluris fecerim iſtam interpretationem, quam alteram Judæorum popularium, qui, niſi quid me fallit, איתן proprium non commune nomen eſſe ſunt arbitrati, nam verterunt : *Und ſie ſollen nidern älteſtē der Statt derſelbig, das Kalb zu den Bach* איתן *das nit iſt vvorden geerbet an ihn, und nit es iſt vvorden geſeet.*

7. Nihilo minus ad hæc aptus erat] Nam rapiditas torrentis, proprie non pertinet ad rei ſubſtantiam, ſed tantum למצוה *ad exactiorem præcepti obſervationem.*

8. Detruncabant] יסירו עורף עגלה *Caput vitulæ plane amputan-*

putandum erat, prout Abenesra illud Scripturæ וערפו שם expoſuit. Vitula vero dum decollabatur intra torrentem erat conſtituta.

9. Seceſpita] Maimonides: קופיץ הוא סכין הגדול והרחב שמחתכין בי הבשר הנקרא בערבי סאטור: Id eſt: *Verbum* קופיץ *notat cultrum magnum, latumq; quo caro in partes ſecatur, Arabes* סאטור *eum vocant*.

10. Nefas erat eo in loco ſerere &c.] Ad hæc recte intelligenda, conferunt ſequentia, Codicis noſtri MS. Ez Hechajim:

נחל שנערפה אסור בזריעה ועבודה שנ' לא יעבד ולא יזרע ואם חרש או חפר או עשה שום עבידה בגוף הקרקע לוקה ומותר לסרוק שם פשתן ולנקר שם אבנים דכתי' לא יזרע דומיא דזריע בגוף הקרקע אסור ולא אלו: *Vallem, in cujus torrente, decollata fuerat vitula, ſeminari, ararique nefas eſt.* : Q.S. In qua nihil colitur, neque ſeminatur. *Quodſi igitur quis ibi aret, aut fodiat, aut aliud opus, circa ipſam tellurem ſeſe occupando, faciat, is vapulare debet. Licet tamen ibi carminare linum & legere lapides, quippe tantum ſatio, & huic ſimilia opera, quando circa ipſum ſolum occupatio eſt, prohibentur; quæ vero diverſi ſunt generis, nec ad ſolum proprie attinent, de iis aliter ſentiendum.* Adde Moſen Kozenſen Præc. Neg. CLXVI.

ו

זקני אותה העיר רוחצין
ידיהן במים במקום עריפתה
של עגלה ואומרים ידינו לא
שפכו את הדם הזה ועינינו
לא ראו וכי על דעתינו עלתה
שזקני בית דין שופכי דמים
הן אלא שלא בא לידינו
ופטרנוהו בלא מזון ולא
ראינוהו והנחנוהו בלא לויה
והכהנים אומרים כפר לעמך

VI.

CÆterum Seniores urbis illius, [1] lavabant aqua manus ſuas, in loco ubi vitula decollata fuerat, [2] proteſtantes: *Manus noſtræ non* [3] *profuderunt ſanguinem hunc, & oculi noſtri non viderunt.* Nunquid autem cuiquam noſtrûm in mentem venire poterat, Senatores homicidas eſſe? Quin igitur (*ſenſus*: [4] *Teſtamur*,) non veniſſe eum ad nos, ut [5] illum dimiſerimus ſine commeatu: nec viſum abs nobis, ut illum incomitatum abire

ישראל אשר פדית ה׳ ואל
תתן דם נקי בקרב עמך
ישראל לא היו צריכין לומר
ונכפר להם הדם אלא רוח
הקדש מבשרתן אימתי שתעשו
ככה הדם מתכפר לכם:

abire permiserimus. Tum [6] Sacerdotes ajebant : *Propitius esto Populo tuo Israël, quem redemisti Domine, & ne reputes sanguinem innocentem, in medio populi tui Israël.* Neque opus erat addere: *Et auferetur ab eis reatus sanguinis.* Quippe [7] Spiritus S. pronunciabat : *Quotiescunque hæc observabitis, auferetur a vobis reatus sanguinis.*

ANNOTATA.

1. Lavabant aqua manus suas] Aquis torrentis, in quo vitula decollata fuerat, omnes Seniores urbis proximæ manus abluebant, סימן כשם שידינו נקיות כך אנו נקיים מחלל זה: *Id indicare volentes: Quemadmodum manus nostræ mundæ sunt, ita & nos immunes sumus ab istius cæde* : Chaskuni. Disputant Viri Docti, an lotio manuum a Pilato, cum capitis sententiã adversus Servatorem nostrũ pronunciaturus esset, usurpata, sit ex isto ritu? Pro negante opinione inter alios, pugnat Casaubonus Exerc. XVI. adv. Baron. Num. 75. sed non tam validis argumentis, ut jure nobis vitio quis vertere queat, si malumus ἐπέχειν· Equidem, nihil absurdi in ea re video, si quis arbitretur, Pilatum judicem, innocentiam suam circa occidendum Jesum ostendere volentem, externum & nihil ad sacrum cultum proprie attinentem Hebræorum Judicum in re simili ritum, imitatum esse, ut propriis cærimoniis, horrorem aliquem populo incuteret, atque a proposito ipsos deterreret. Neque admodum moveor ratione, quam omnes adversæ sententiæ Patroni urgent, haud verisimile videri, Pilato Romano homini, quicquam cum Judæorum institutis fuisse commercii. Nam si sacras literas consulamus, innuunt, non aversatum esse Pilatum Judæorum instituta penitus, sed potius iisdem quatenus licebat, se accommodasse, quippe qui veteris moris ipsorum de liberando circa festum Paschatis captivo, fuit retinentissimus : Unde apud Johannem c. XIIX, 39. sic populo loquitur : Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα· βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Si omnium rituum Judaicorum capitalis hostis fuisset Pilatus, nunquam id Judæis concessisset, ut in gratiam diei apud illos sacri, hominem sontem criminis & supplicii absolveret.

2 Pro-

2. Proteſtantes] Verba concepta quæ ſequuntur, non alio quam Hebræo ſermone efferre fas erat.

3. Profuderunt] In Sacro textu non שפכו ſed שפכה exprimitur, שפכו tamen legendum eſſe, Maſora fecit indicium. Quia vero ſcriptio שפכה plane irregularis eſt, & contra Grammatices analogiam, ideo myſterium aliquod in litera ה latere Rabbini opinantur, inque eo effodiendo ſeſe occupant. Baal Hatturim : לא שפכה כתיב בה״א שלא נגענו בו בחמשה אצבעותינו ועוד כי הנפש יש לה חמשה שמות ולכן נתן דוד ליואב ה׳ קללות כשהרג לאבנר: Id eſt : *Verbum* שפכה (anomaliam patitur) *in adjuncta litera He,* (quæ vulgo quinarii numeri index eſt. Atque conjectura fert, illud elementum ideo expreſſum eſſe, ut Seniores dicere videantur : Teſtamur) *nos non tetigiſſe iſtum, quinq; digitis noſtris.* (Amplius, fieri quoque poteſt, ut illud ה reſpectum involvat ad animam, quæ cum a corpore ſeparata eſt, cadaver poſt ſe relinquit,) *ſunt enim Animæ quinq; nomina, quibus vulgo notatur,* (nimirum נפש חיה נשמה רוח יחידה) *Atq; ob eandem cauſam David* (2. Sam. III, 29.) *quinq; diras Joabo imprecatus eſt, cum Abnerem occidiſſet.* Chaskuni commentatur : שפכה כתיב בה״א ללמד שבעל הבית לאורח שלו ה׳ : דברי׳ אכילה שתייה לוייה לינה מתנה דבר גדול או דבר קטן : Id eſt : *Litera* ה *in voce* שפכה *monet patremfamilias quinq; hoſpiti ſuo præſtare debere. Videlicet, Cibum, Potum, Comitatum, Pernoctandi facultatem, & munus aliquod, ſive magnum id ſit, ſive exiguum.* Adde his librum פענח רזא fol. 80. col. 4. ſeq. ubi prior illa ex Baal Hatturim ratio fere rejicitur, eo quod cædes non una manu, ſed ambabus, ſummaque contentione ſicariorum peragi ſoleat. Deficit deinde Codex noſter, quare quid hujus libri Autori circa eam rem viſum fuerit, non habeo exploratum, indulget autem cæteroquin expoſitionibus myſticis quam maxime.

4. Teſtamur non veniſſe eum ad nos &c.] Miror Illuſtrem Virum Hugonem Grotium, in iis quæ ad Matth. c. XXVII. commentatus eſt, hanc eandem rationem ad illam lotionem manuum applicaſſe, quam nunc a curatione funeris domum reverſi Judæi, obſervant. *Judæis,* inquit, *mos vetus etiam nunc manet, a funere venientibus manus lavandi, quo teſtantur ſe cauſam morti non præbuiſſe, & omnia miniſtraſſe neceſſaria.* Cui opinioni, ſubſcribere me non poſſe, citra ſummi viri contumeliam, profiteri mihi liceat. Scilicet, haud unquam ullo ſeculo moris fuit Judæis, ut ob mortem θανάτου, (quali fato nunc plerique omnes inter eos pereunt,) ſeſe lavarent, & de innocentia ſua proteſtarentur, quin potius ideo manus, poſtquam mortuis juſta perſolverunt, abluere ſolent,

bargen, und vver niemands der sich seiner annehm. Das is ein selzam Sach, daß ein Jud sol vvohnen in einer Statt unter eitel גוים Nostra tamen ætate, qui quæstui dediti sunt Judæi, si soli in urbe aliqua inter Christianos degere possint, felices se reputant. Atque profecto, Ratisbonam, Egramque, Germanicæ nostræ celebres Urbes, Judæi tantum singuli incolunt; nec, si recte memini, Heidelbergæ quoque major est numerus. Vide pecunia quid facit, & sacra fames auri!

5. Aut in qua judicium nullum est] Et quidem בית דין של כ״ג *Judicium constans XXIII. Senatoribus, sive Synedrium minus*, ceu Autor Codicis nostri Ez Hechajim, Maimonides Hilch. Rozeach c. 9. §. 4. & Baal Smag quoque fol. 155. col. 2. monuerunt; ne quis credat sufficere בית דין של שלשה sive *Triumvirale judicium*. Quia ex Dei instituto Senatores Civitatis proximæ prodire debebant, & de sua innocentia palam testari, proinde opus utique erat, ut illa Civitas Magistratu instructa esset, nec ille infimæ classis admittebatur, ob negotii arduitatem.

6. Non detruncarunt vitulam.] Quandoquidem Mischnæ, quæ puncta vocalia adscripta habet, editio, indicium facit, in aliis Codicibus pro לא היו עורפין legi לא היו מודדין neque nos id negligendum duximus, etsi parvum in ea re situm est momentum.

7. Mensurabant] Semper instituenda dimensio, quippe, uti est in Codice nostro MS. Ez Hechajim מצוה למדוד אפילו לעיר קרובה בודאי אפילו שידוע שקרובה: *Oportet mensurare etiam civitatem, quam palam & citra controversiam proximam esse constat.* Scilicet, præceptum de facienda dimensione, generale est, nullam loci circumstantiam includens, huic igitur morem gerere convenit.

8. Nisi ad civitatem in qua judicium erat] Illud Mischnæ, cujus modo mentionem injeci, exemplar, hoc loco, non לעיר sed מעיר habet, quæ lectio non tantum reliquis editionibus plerisque, sed & Gemaræ adversatur. Ea nos docet, fieri hanc ejusdem asserti illico repetitionem, ne cæteroquin incautior aliquis opinarerur, cum homo cæsus juxta civitatem quæ Synedrio minore non gaudet reperitur dimensionem plane nullam institui, uti nulla instituitur, cum trucidati, cadaver in confinio regionis Judaicæ, aut in vicinia urbis cujus incolarum major pars gentiles sunt, jacere deprehenditur. Nimirum, אם נמצא סמוך לעיר שאין בה בית דין מניחין אותה ומודדין לעיר שיש בה בית דין: Id est: *Si mensurantibus prima sese offerret Civitas, quæ minore Synedrio caruit, ea missa, porro ad aliam, quæ hoc Magistratu instructa erat, metiri perge-*

ri pergebant. At vero, nescio cui bono, ista tam solicite inculcentur: Nec enim existimo ullam in Judæa urbem minore Synedrio privam fuisse, si vera sunt quæ supra p. 15. ex Maimonide docuimus, illud Magistratus genus, loca omnia, quorum incolæ tantum CXX. erant numero, agnovisse.

9. In medio &c] Et quod tale est, secundum proportionem, uti vulgo loquimur, Arithmeticam, ita ut cadaver inter urbes duas, exactissimum centrum faciat, atque Bartenoræ verbis שאין קרובה לו מזו אפילו מלא החוט: *Ne una civitas alterâ cadaveri sit proximior, quanta vel fili potest esse latitudo.* Profecto, bonos Geometras, oportuit esse Synedrii Magni Senatores, & quam dolendum, nulla eorum de hac arte extare præcepta! Quanquam, quid mirum, si illi qui omnium gentium linguas tenebant memoriter, qui cum avibus fabulabantur, qui Magiæ peritia certabant cum veneficis, in Mathematicis quoque disciplinis, ante mortales erant alios?

10. Ita opinante R. Eliesere] Sed opinante male: Nã in praxi, obtinet id, quod ex Gemara, isto perspicuo sermone dicit Maimonides: נמצא הנהרג מכוון בן שתי עיירות ואנשי זו כאנשי זו בשוה יביאו עגלה אחת בשותפות ויתנו ויאמרו אם זו היא הקרובה הרי היא שלהן ואלו יתנו להן חלקם מתנה ואם אלו הם הקרובים הרי היא שלהן ואלו יתנו להן חלקם מתנה: Id est: *Si cadaver jaceat in centro duarum urbiũ, nec altera alteram incolarũ multitudine superet, vitula unica socialis adducitur, atq; his verbis fit pactio:* Si hæc urbs vere est proxima, hujus esto junix, alteriusque urbis cives, suam portionem dono dant. Sed si ista vere est proxima, illius esto junix, atque hujus urbis cives, suam portionem dono dant.

10. Urbs Hierosolymitana vitulam haud decollabat] Rationem suppeditat Gemara: דאמר קרא לרשתה וקא סבר ירושלים לא נתחלקה לשבטים: Id est: *Jubet Scriptura decollare vitulam, cum quis cæsus reperitur, in terra quam Deus hæreditario jure possi-*

re possidendam concedit. At, vera est opinio, Hierosolymas inter tribus non fuisse divisas, sed mansisse communem. Præter istam, habebant & alias prærogativas Hierosolymæ, ante reliquas civitates omnes, de quibus est in Bava Kama fol. 82. b. & exinde in Schalsch. Hak. p. 16. a. & apud Maimonidem in Hilch. Bet Habbechira c. 7. §. 14. Hunc postremum, quia latine loquentem jam Cl. Lightfootus Centur. Chorogr. c. 21. pag. 43. introduxit, poteramus sane, more nostro, ab iis repetendis abstinere, qui hanc legem nobis diximus, ut post alios scribentes, nova quoque, nec de quibus constaret aliis notata fuisse, proferremus in medium. Sed vero, quia necesse est, paulo aliter in suo libro legerit Vir laudatus, quā nostra habet Maimonidis editio, quædam quoq; verba alio sensu nobis accipienda videntur, ac ille ea accepit, non pigebit ipsa verba Hebraica repræsentare, & nostram quoque subjicere explicationem.

אלו דברים שנאמרו בירושלים אין מלינין בה את המת ואין מעבירין בתוכה עצמות אדם ואין משכירין בתוכה בתים ואין נותנין בתוכה מקום לגר תושב ואין מקיימין בה קברות חוץ מקברי בית דוד וקבר חולדה שהיו בה מימות נביאים הראשונים ואין נוטעין בה גנות ופרדסים ואינה נזרעת ואינה נחרשת שמא תסרח ואין מקיימין בה אילנות חוץ מגינת ורדים שהיתה שם מימות נביאים הראשונים ואין מקיימין בה אשפה מפני השרצים ואין מוציאין הימינה זיזין ונזחטראות לר״ה מפני אהל הטומאה ואין עושין בה כבשונות מפני העשן ואין מגדלין בה תרנגולת מפני הקדשים וכן לא יגדלו הכהנים תרנגולים בכל א״י מפני הטהרו ואין הבית נחלט בה ואינו מטמא בנגעים ואינו נעשה עיר הנדחת ואינה מביאה עגלה ערופה לפי שלא נתחלקה לשבטים:

Id est: *Sequentia, prædicantur de Urbe Hierosolymitana. Nullum ibi pernoctat cadaver*, (sed actutum sepelitur,) *nec ullius demortui ossa in eam inferuntur.* (Solebant enim Judæi, Necessariorum, qui peregre, extra natalem locum mortui sepultique fuerant, ossa tandem colligere, & Majorum tumulis indere: Qua de re in Moëd Katon fol. 8. a. At vero nefas erat, civibus Hierosolymitanis, hæc justa facere volentibus

lentibus, ossa cognatorum, undecunque petita, in urbem secum apportare, & quoad alibi denuo conderentur, in suis asservare ædibus.) *Non ibi locantur ædes ; non habitare in ea permittitur Proselyto domicilii. Nulla ibi fiunt monumenta sepulchralia, nisi quod conditoria domus Davidica, & sepulchrum Huldæ Prophetidis ibi fuerunt, inde a diebus primorum Prophetarum. Non parantur in illa horti aut paradisi, eademq; nec seminatur, nec aratur, ad prohibendum fœtorem* : (Lolium enim eradicatum, aut, quâ in ejusmodi casu opus foret, stercoratio, non possent non graveolentiæ alicujus causa esse. Similem ob causam) *nec arbores ibi plantantur, excepto Roseto, quod isthic erat inde a temporibus primorum Prophetarum. Nullum ibi sterquilinium, ut impediatur generatio insectorum. Nulla ibi in ædium parte inferiore publicam versus viam prominentia, nec in tectis suggrundia*, (atque illud quidem, ne forte reliquam Palæstinam incolentes Judæi, dum ob festa solemnia urbem petunt, noctu per plateas obambulando, in prominentias quarum ignari sunt, impingant. Hoc vero,) *ad præcavenda receptacula immunditiei* : (Ossiculum enim cadaveris, olivam magnitudine æquans, si subter suggrundia forte fortuna devolveretur, coinquinaret omnes qui sub ea se recipiunt, cum suggrundia ossiculam obumbrando, immunditiei quasi quoddam faciant tentorium. Porro) *nec calcariæ fornaci Hierosolymis locus erat, ne* (ædificia ibidem,) *ex fumo* (nigrorem contraherent.) *Non alebantur in ea urbe gallinæ, ne quod rebus sacris* (Deo offerendis, aut postea ex sacrificiorum residuis absumendis, vitium inferretur; ad res enim mundas fœdandas, nullum aliud inter domestica animalia gallinis pronius, quippe quæ terram assidue fodicando sæpe ossicula cadaverum, eruere, & aliorsum deferre solent. Proindeque) *Sacerdotes per universam Judæam gallos & gallinas a se segregabant, ut Ablationibus sua semper servaretur puritas. Nulla domus ita Hierosolymis vendebatur, ut mancipio daretur*, (nec unquam redimi posset ex manu emtoris, secus ac de aliarum urbium muro cinctarum ædibus, post annum venditionis completum, obtinebat, & qua de re sanctissimi Numinis Levit. XXV, 29. 30. extat dispositio. Nam, quæ Hierosolymis vendebantur ædes, eas assidue redimendi jus erat. Quin & illud proprium habebant domus Hierosolymitanæ,) *ut lepra infici non possent.* (Est quoque inter prærogativas sacræ urbis,) *quod in eam sententia universalis apostasiæ ferri nequibat, quodq; vitulam* (ob cæsi hominis cadaver repertum) *non offerebat*, (cujus postremi privilegii) *causa est, quod nulli Tribuum fuit assignata.* Cæterum, ad istud privilegium Urbis Hierosolymitanæ, quo a vitulæ decollatione immunis erat, pertinet omnino Historia, quæ narratur in Joma fol. 23. a. & quam, paucis quibusdam alienis omissis, prout in En Israël fol. 102. col. 3. habetur, referemus. תנו רבנן

tas patrasse,(& postea demum profanationis templi, quam nefando ausu fecerat, mentio injicitur. Quod & ipsum indicio est, hoc scelus, illo, fuisse gravius. Verum enim vero, nunc disquirit porro Gemara : Itane) *R. Zadok in gradibus Porticus Templi constitutus*, (clamare cœpit? &c.) *Quid enim? Anne Civitas Hierosolymitana vitulam decollandam offert? Atqui didicimus, decem privilegia habuisse illam urbem, e quorum numero illud quoq; est, quod a vitula decollanda oblatione erat immunis. Amplius, vitula secundum Dei præceptum, non decollabatur, nisi cum de homicida non constaret : at in hoc casu, minime is latebat* : (quomodo igitur quadrant illa, quæ R. Zadok enunciavit?) *Nimirum*(hæc ideo ab eo prolata sunt, ut voce miserrima, audientium) *tanto uberiores lachrymas proliceret.*

ג

נמצא ראשו במקום אחר וגופו במקום אחר מוליכין הראש אצל הגוף דברי רבי אליעזר רבי עקיבא אומר הגוף אצל הראש:

III.

*SI caput *(avulsum)* in uno loco, truncusque in alio reperiatur; admotum caput trunco, ex sententia R. Eliesferis. Sed R. Akiba, truncum Capiti admotum contendit.

ANNOTATA.

* Si caput avulsum &c.] Probe docetur in Gemara, hanc pericopen ad dimensionem ab invento cadavere ad urbem proximam faciendam, nihil attinere, sed במת מצוה קנה מקומו קמיפלגי de reperto cadavere, cui ex veteri instituto, subjectum solum, in sepulturam cedit, inter R. Eliesferem, & R. Akibam disputationem esse. Etenim, quia forte inventum cadaver quatuor ulnas, e solo cui incumbit, sibi occupat, & intra illud spatium sepeliri debet, jam oritur quæstio, utrum humationem in loco ubi caput, an vero ubi truncus inventus fuit, instituere conveniat? Non exprimit Gemara, utrius opinio vicerit, sed Maimonides pro Akiba pronunciatum esse asserit, fortasse ob regulam veterem, quæ est quoque in Halichot Olam tract. 5. cap. 1. הלכה כרבי עקיבא מחבירו ולא מחביריו: Id est : *Cum uno disputans R. Akiba vincere solet. sed cum pluribus, causa solet cadere*: Atque sic in ea quoque quæ sequitur pericope, ejus opinio, missis reliquis est amplectenda.

IV. Un-

ד	IV.
מאין היו מודדין רבי אל אליעזר אומר מטיבורו רבי עקיבא אומר מחוטמו רבי אליעזר בן יעקב אומר ממקום שנעשה חלל מצוארו:	UNde menſurari cœptum eſt? R. Elieſer vult, [1] ab Umbilico. [2] R. Akiba a Naribus. R. Elieſer. F. I. ab eo loco ubi quis jugulatur; nimirum a Jugulo.

ANNOTATA.

1. Abumbilico] Ut verum fatear, ſi me judice certaſſent iſti Rabbini, ego quidem pro R. Elieſere pronunciaſſem, ita ejus ſe mihi commendat opinio. Eſt enim ſic dicente Judæorum Medicorum Principe Maimonide, Umbilicus, אמצעות הגוף הכולל כלי המזון שבהם נמסך המאכל *Corporis humani centrum, complectens inteſtina per quæ cibus commeat.* Huic conſonat ipſe Galenus l.2. de Decret. Hippocrat. & Plat. c.4. Εἰ ἀκριβῶς τις ἐξετάσειε τὰ κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἐστὶ μέσα. *Si quis accurate investigaverit, ea quæ ad umbilicum ſpectant media ſunt.* Et l. 15. de uſu part. c. 4. ὁ ὀμφαλὸς τὴν μέσην χώραν τοῦ παντὸς ζώου κατείληφεν: *Umbilicus medium totius animalis obtinet.* Et vero, iſtius aſſerti, demonſtratorē quoq; habemus Vitruvium, quando lib.3. Architect. c. 1. *Si homo*, inquit, *collocatus fuerit ſupinus, manibus ac pedibus panſis, collocato centro in umbilico ejus, circumagendo rotundationem, utrarumq; manuum & pedum digiti lineâ tangentur.* Vide Schema quod in Vitruvii Codicibus ſolet exprimi. Iſtis accedit, vix aliud, inter externa, membrum haberi, cujus tanta, ac Umbilici, ad vitam vis eſt, ſecundum ea quæ narrat Cæſar Scaliger Exercit. CCXLVI, 2. adv. Cardan. dum ait: *Spero in hac hiſtoria, incitaturum me ſtudioſos, ad cauſæ inquiſitionem. Apud Ægyptios hodie graſſatores, & rebelles, pro ſupplicio, vivos exui corio. Eos ita demum diu magno cum cruciatu vivere, ſi carnifex umbilicum ferro non attingat. Eo tacto, illico exſpirare.*

2. R. Akiba a Naribus: R. Elieſer F.I. &c.] Cum priore illo R. Elieſere in dimenſione trucidati

Martial. l.4. Epigr.

Jam pervenimus usq; ad umbilicos,
Hi procedere adhuc, & ire quærunt.

De ratione qua quisque ducebatur, vide mox in Excerpto primo Gemaræ.

V. Sena-

ה V.

נגטרו זקני ירושלם והלכו להן זקני אותה העיר מביאין עגלת בקר אשר לא עבד בה אשר לא משכה בעול ואין המום פוסל בה ומורידין אותה לנחל איתן ואיתן כמשמעו קשה אף על פי שאינו איתן כשר ועורפין אותה בקופיץ מאחוריה ומקומה אסור מלזרוע ומלעבוד ומותר לסרוק שם פשתן ולנקר שם אבנים:

(QUamprimum) Senatores Hierosolymitani recedentes abiverant, adduxere [1] Senatores illius Urbis, (*quæ caso proximior esse deprehensa fuit*,) [2] vitulam de armento, [3] qua nullus unquã labor peractus, quæq; nondum traxerat jugum, [4] labis tamen omnis expertem esse, necesse non fuit. Illam deduxere ad [5] torrentem rapidum, vox [6] איתן enim, id quod durum (*aut rapidum*) significat. Quod si vero rapidus non esset, [7] nihilo minus ad hæc aptus erat. Tum [8] detruncabant vitulam a tergo, [9] secespita, & postea [10] nefas erat, eo in loco serere, aut illum percolere. Linum tamen ibidem pectere, lapidesque colligere, licebat.

ANNOTATA.

1. Senatores illius urbis &c.] Vocem *Seniores*, non hic de solo Magistratu, accipere oportet, sed, prout præter alios monuit Autor MS. nostri Ez Hechajim, notat eadem בירת דין של אותה העיר עם כל זקני העיר אפילו הן מאה: *Tam Magistratum urbis proximæ, quam Senes quoscunq, etiamsi centum fuerint numero.* Fundamentum asserti est in Siphri fol. 48. col. 1. אמרנו למעלה ג׳ וחמשה יכול אף כאן ת״ל וכל זקני העיר ההוא ואפילו הם מאה: Id est: (Priore loco, in negotio de vitula decollanda, a Scriptura adhibitam vocem, SENIORES, *de solis tribus, aut ad summum quinq;* (Senatoribus Magni Synedrii) *interpretati sumus*: *Ergo, anne fieri potest, ut hic cum verbum iteratur, eadem militet expositio*? (Neutiquam:) *Notanter enim Scriptura* (commate 6. hujus capitis XXI. Deuteron.) *omnes Civitatis proximæ*

seniores exigit, manifesto indicio, si maxime centum sint, omnibus prodeundum esse.

2. Vitulam de armento] In hac vitula, principio ætatis accurata habenda erat ratio, quippe, Maimonide, & Autore nostri Codicis Ez Hechajim, ita tradentibus, oportebat esse natam שתי שנים או פחות *Annos duos aut minus.* At vero: אם היתה בת שתי שנים ויום אחד פסולה; *Si nata esset biennium diemq; unum, eam adhibere nefas erat.* Nituntur hæc autoritate eorum, quæ docentur in principio Massichtæ Para, nam cæteroquin Scriptura, etiam עגלה שלישיה vel עגלה משלשת Id est: *Vitulam jam triennem* Gen. XV, 9. Es. XV. 5. & Jerem. XLVIII, 34. memorat.

3. Qua nullus unquam labor peractus quæ nondum traxerat jugum] Eleganter hæc explicat Maimonides Hilchot Rozeach c. 10. §. 3. 4. כל העבירות * פוסלות את העגלה כמו שפוסלין בפרה אדומה שנ' אשר לא עובד בה ולמה נאמר עול אחר שנאמר אשר לא עובד בה שהוא כולל העול עם שאר עבודות שהעול פוסל בין בשעת מלאכה בין שלא בשעת מלאכה כיון שמשכה בעול טפח נפסלה אף על פי שלא חרש בה ולא עשה בה מלאכה ושאר עבודות אין פוסלין אלא עד שעת מלאכה: כל מלאכה שהיא לצרכה כגון פירש טליתו עליה מפני הזבובים אינו פוסלה וכל שהיא שלא לצרכה כגון שפירש טליתו עליה לנשאה פסולה וכן כל כיוצא בזה;

* Citra hæsitationem emendandum, legendumque העבודות hæc enim habet Codex noster MS. Ez Hech. & Baal Smag quoq; fol. 156. col. 1.

Id est: *Cujusq; generis labores*, (si ulla ratione cum vitula peracti fuerunt,) *in tantum eam vitiant, ut porro ad detruncationem apta esse nequeat; estq; hactenus vitulæ, junicisq; rufæ* (de qua Num. XIX.) *par ratio. Sic enim expresse Scriptura* (Deut. XXI, 3.) *vitulam accipere jubet, qua nullus labor fuit peractus.* (At, quærat quis:) *Eccur, ibidem additur, quod nec jugum traxisse illa debet, cum ea res generali laboris voce, æq; ac cæteri omnes prohibeatur? Nimirum, Jugum quod subit vitula, id vitiat eandem, tam si laborem cum illo faciat, quam si citra eundem id passum sit, modo enim palmi spatio vitula jugum trahat, etiamsi maxime nec araverit, nec alio labore functa sit, tamen decollationi haud amplius inservire potest. Cæterum, labores reliqui non vitiant vitulam, nisi cum opus aliquod iisdem peragitur. Excipe tamen opus quod ipsius vitulæ causa factum, uti cum pallium ei insternitur, ne muscæ illam vexent, ex hac enim re, nullum vitulæ vitium oritur. Quod vero extra hunc respectum est, uti cum quis pallium suum vitulæ gestandum injicit, id vitium infert. De similibus casibus idem esto judicium.* Cum his conferre omnino opor-

no oportet, quæ idem Maimonides in rem eandem disserit Hilchot Para Aduma c. 1. §. 7.

4. Labis tamen omnis &c.] Id est: Modo ad laboris nullius ministerium adhibita esset vitula, nec jugum unquam admisisset, jam id sufficiebat, nec necesse erat, ut tam labis vitiique omnis expers esset, ac eæ fuerunt vitulæ, quæ Deo in Templo præbebant victimas. Sunt autem principio vitia quinquaginta, quæ, sua alioqui natura ad sacrificium aptam pecudem, si horum aliquo laboret, offerri non sinunt: Enumerat illa ordine prolixeque Maimonides Hilchot Biat Hammik. cap. 7. atque in iis breviter Latine recensendis laudabilem operam nobis præstitit Cl. Seldenus l. 2. de Successionibus c. 5. qui tamen de Sacerdotibus proprie loquitur. Sed hactenus inter hominem & pecudem nihil interest; nam horum vitiorum hæc natura ac conditio, ut si quod illorum in Sacerdote deprehendatur, eundem suo officio fungi impediat, pariter uti pecudem victimam fieri non patitur. Sunt deinde alia vitia, pecudibus solis propria, de quibus agit Maimonides Hilch. Issure Misb. c. 2. & quæ singula persequi nimis foret prolixum. Enim vero, quod hoc loco asseritur, non necesse esse ut vitula decollanda labis expers sit, id non crude nimis accipiendum, verum cum limitatione sæpe hactenus laudati Maimonidis: אין המומין פוסלין אף על פי כן אם היתה טריפה פסולה Scilicet, si ingenti aliquo vitio laboraret vitula, uti, si membro mutila, si corpore ægra esset, tum decollari eam non potuisse, dubio caret.

5. Torrentem rapidum] Vocabulum נחל quod in hoc negotio Scriptura adhibuit, & *Torrentem*, & *Vallem* quoque significat, unde illa quæ apud Interpretes deprehenditur, diversitas enata est. De *Valle*, præter recentiores, etiam LXX. Josephus l. 4. antiq. c. 8. & Vetus Vulgatus vocem explicant. Favet istis non obscure contextus sacrarum Literarum, quatenus נחל איתן אשר לא יעבד בו ולא יזרע dicitur, nec enim torrentes sulcare vomere, aut semina iis committere homines solent. Proinde apud LXX. φάραγγα τραχεῖαν, ἥ τις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται: apud Josephum φάραγγα, καὶ ἀνεπιτήδειον ἀρότρῳ καὶ φυτοῖς χωρίον apud Vulgatum vero legas, *Vallem asperam atq; saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit.* At vero Talmudistæ, & reliqua fere Rabbinorum cohors, e qua Maimonidem, Abarbenelem, & τὸν Chaskuni præcipue nominasse sufficit, נחל de *Torrente* accipiunt: Maimonides inquit: מורידי העגלה אל נחל ששוטף בחוזקה וזהי איתן האמור בתורה Id est: *Deducitur vitula ad torrentem, cum impetu sese effundentem, hunc enim sensum vox* איתן *in Scriptura generat.* Iisdem plane verbis utitur etiam Abarbenel; Chaskuni annotavit: אל נחל איתן אל נהר

 איתן

איתן כמו היבשת נהרות איתן וראיה לדבר ורחצו ידיהם : אשר לא יעבד שלא היו בו גבים להשקות קרקע הסמוך לו ולא יזרע אין זורעין קרקע הסמוך לו: Id est : *Verba* נחל איתן *notant fluvium rapidum, atq; sic sane* (Pſ. LXXIV, 15. quoque,) נהרות איתן *legimus.* (De torrente vero, non Valle aliqua, נחל explicari debere,) *id argumento eſt, quod de manibus lavandis ſequitur. Ergo* אשר לא יעבד *ſic interpretare, quod nulli ibi canales ad irrigandam terram proximam; verba vero* ולא יזרע *quod adjacens ſolum incultum eſt.* Non occupabimur nunc in eo, ut definiamus, utra harum melior ſit explicatio, contenti verſionem noſtram ſecundum Talmudiſtarum quibus operam locavimus, mentem adornaſſe. Interim nihil valde obſtat, quo minus utraque ſententia in exponendis vocibus נחל איתן conjungatur, ſic enim plerunque, a montibus, per ſubjectas valles, torrentes ſolent præcipitare, atque hanc cauſam eſſe, cur vocabulum נחל & vallem, & torrentem, ſimul ſignificet, ex vero, R. Salomo ben Melech in Michlal Jophi fol. 40. col. 1. prodidit.

6. איתן enim id quod durum] Fuit tamen nonnemo, cui viſum eſt איתן ſenſu contrario, *de ſolo fertili, optimoq;* explicare, ſic enim Bechai fol. 210. col. 2. ויש שפירש נחל איתן מקום דשן ושמן: Suam fecit hanc ſententiam R. Jacobus Abendana, in iis quæ ad libri Michlal Jophi marginem adjecit, ſed nulla ad id inductus neceſſitate, quod enim ait, ideo pingue ſolum electum eſſe, שיהיו נזהרים במחוזות גבולם שלא ימצא שם חלל כדי שלא יאבד מהם מקום מבחר אחוזתם: Id eſt : *Ut tanto majore cura cujusq; urbis incolæ caverent, ne in ſuis finibus cæſus quis repertatur, perdituri cæteroquin partem hæreditatis eximiam :* Id nimis torqueri res ipſa loquitur. Nec enim, credo, tam ſtulti fuerunt Judæi, ut uberes glebas miſſas facerent, ac infelicibus & ſpem colonorum fraudantibus arvis exercendis, delectarentur. Atqui ſolum in quo vitula detruncanda erat, omnis culturæ expers fuiſſe oportuit. Equidem, haud pluris fecerim iſtam interpretationem, quam alteram Judæorum popularium, qui, niſi quid me fallit, איתן proprium non commune nomen eſſe ſunt arbitrati, nam verterunt : *Und ſie ſollen nidern älteſtẽ der Statt derſelbig, das Kalb zu den Bach* איתן *das nit iſt vvorden geerbet an ihn, und nit es iſt vvorden geſeet.*

7. Nihilo minus ad hæc aptus erat] Nam rapiditas torrentis, proprie non pertinet ad rei ſubſtantiam, ſed tantum למצוה *ad exactiorem præcepti obſervationem.*

8. Detruncabant] יסירו עורף עגלה *Caput vitulæ plane amputan-*

putandum erat, prout Abenesra illud Scripturæ וערפו שם exposuit. Vitula vero dum decollabatur intra torrentem erat constituta.

9. Secespita] Maimonides: קופיץ הוא סכין הגדול והרחב שמחתכין בו הבשר הנקרא בערבי סאטור: Id est: *Verbum* קפיץ *notat cultrum magnum, latumq́, quo caro in partes secatur, Arabes* סאטור *eum vocant.*

10. Nefas erat eo in loco serere &c.] Ad hæc recte intelligenda, conferunt sequentia, Codicis nostri MS. Ez Hechajim: נחל שנערפה אסור בזריעה ועבודה שנ׳ לא יעבד ולא יזרע ואם חרש או חפר או עשה שום עבידה בגוף הקרקע לוקה ומותר לסרוק שם פשתן ולנקר שם אבנים דכתי׳ לא יזרע דומיא דוריע בגוף הקרקע אסור ולא אלו; *Vallem, in cujus torrente, decollata fuerat vitula, seminari, ararią nefas est.* : Q.S. In qua nihil colitur, neque seminatur. *Quod si igitur quis ibi aret, aut fodiat, aut aliud opus, circa ipsam tellurem sese occupando, faciat, is vapulare debet. Licet tamen ibi carminare linum, & legere lapides, quippe tantum satio, & huic similia opera, quando circa ipsum solum occupatio est, prohibentur; quæ vero diversi sunt generis, nec ad solum proprie attinent, de iis aliter sentiendum.* Adde Mosen Kozensen Præc. Neg. CLXVI.

ו

זקני אותה העיר רוחצין ידיהן במים במקום עריפתה של עגלה ואומרים ידינו לא שפכו את הדם הזה ועינינו לא ראו וכי על דעתינו עלתה שזקני בית דין שופכי דמים הן אלא שלא בא לידינו ופטרנוהו בלא מזון ולא ראינוהו והנחנוהו בלא לויה והכהנים אומרים כפר לעמך

VI.

CÆterum Seniores urbis illius, [1] lavabant aqua manus suas, in loco ubi vitula decollata fuerat, [2] protestantes: *Manus nostræ non [3] profuderunt sanguinem hunc, & oculi nostri non viderunt.* Nunquid autem cuiquam nostrûm in mentem venire poterat, Senatores homicidas esse? Quin igitur (*sensus: [4] Testamur,*) non venisse eum ad nos, ut [5] illum dimiserimus sine commeatu: nec visum abs nobis, ut illum incomitatum abire

ישראל אשר פדית ה׳ ואל תתן דם נקי בקרב עמך וגו׳ ישראל לא היו צריכין לומר ונכפר להם הדם אלא רוח הקדש מבשרתן אימתי שתעשו ככה הדם מתכפר לכם:

abire permiſerimus. Tum 6 Sacerdotes ajebant : *Propitius eſto Populo tuo Iſraël, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem, in medio populi tui Iſraël.* Neque opus erat addere: *Et auferetur ab eis reatus ſanguinis.* Quippe 7 Spiritus S. pronunciabat : *Quotiescunq; hæc obſervabitis, auferetur a vobis reatus ſanguinis.*

ANNOTATA.

1. Lavabant aqua manus ſuas] Aquis torrentis, in quo vitula decollata fuerat, omnes Seniores urbis proximæ manus abluebant, סימן כשם שידינו נקיות כך אנו נקיים מחלל זה: *Id indicare volentes: Quemadmodum manus noſtræ mundæ ſunt, ita & nos immunes ſumus ab iſtius cæde* : Chaskuni. Diſputant Viri Docti, an lotio manuum a Pilato, cum capitis ſententiã adverſus Servatorem noſtrũ pronunciaturus eſſet, uſurpata, ſit ex iſto ritu? Pro negante opinione inter alios, pugnat Caſaubonus Exerc. XVI. adv. Baron. Num. 75. ſed non tam validis argumentis, ut jure nobis vitio quis vertere queat, ſi malumus ἐπέχειν· Equidem, nihil abſurdi in ea re video, ſi quis arbitretur, Pilatum judicem, innocentiam ſuam circa occidendum Jeſum oſtendere volentem, externum & nihil ad ſacrum cultum proprie attinentem Hebræorum Judicum in re ſimili ritum, imitatum eſſe, ut propriis cærimoniis, horrorem aliquem populo incuteret, atque a propoſito ipſos deterreret. Neque admodum moveor ratione, quam omnes adverſæ ſententiæ Patroni urgent, haud veriſimile videri, Pilato Romano homini, quicquam cum Judæorum inſtitutis fuiſſe commercii. Nam ſi ſacras literas conſulamus, innuunt, non averſatum eſſe Pilatum Judæorum inſtituta penitus, ſed potius iisdem quatenus licebat, ſe accommodaſſe, quippe qui veteris moris ipſorum de liberando circa feſtum Paſchatis captivo, fuit retinentiſſimus : Unde apud Johannem c. XIIX, 39. ſic populo loquitur : Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα· βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Si omnium rituum Judaicorum capitalis hoſtis fuiſſet Pilatus, nunquam id Judæis conceſſiſſet, ut in gratiam diei apud illos ſacri, hominem ſontem criminis & ſupplicii abſolveret.

2 Pro-

2. Proteſtantes] Verba concepta quæ ſequuntur, non alio quam Hebræo ſermone efferre fas erat.

3. Profuderunt] In Sacro textu non שפכו ſed שפכה exprimitur, שפכו tamen legendum eſſe, Maſora fecit indicium. Quia vero ſcriptio שפכה plane irregularis eſt, & contra Grammatices analogiam, ideo myſterium aliquod in litera ה latere Rabbini opinantur, inque eo effodiendo ſeſe occupant. Baal Hatturim : לא שפכה כתיב בה״א שלא נגענו בו בחמשה אצבעותינו ועוד כי הנפש יש לה חמשה שמות ולכן נתן ה״ד ליואב ה׳ קללות כשהרג לאבנר: Id eſt : *Verbum* שפכה (anomaliam patitur) *in adjuncta litera He,* (quæ vulgo quinarii numeri index eſt. Atque conjectura fert, illud elementum ideo expreſſum eſſe, ut Seniores dicere videantur : Teſtamur) *nos non tetigiſſe iſtum, quinq; digitis noſtris.* (Amplius, fieri quoque poteſt, ut illud ה reſpectum involvat ad animam, quæ cum a corpore ſeparata eſt, cadaver poſt ſe relinquit,) *ſunt enim Animæ quinq; nomina, quibus vulgo notatur,* (nimirum נפש חיה נשמה רוח יחידה) *Atq; ob eandem cauſam David* (2. Sam. III, 29.) *quinq; diras Joabo imprecatus eſt, cum Abnerem occidiſſet.* Chaskuni commentatur : שפכה כתיב בה״א ללמד שבעל הבית לארח שלו ה׳ דברי׳ אכילה שתייה לוייה לינה מתנה דבר גדול או דבר קטן: Id eſt : *Litera* ה *in voce* שפכה *monet patremfamilias quinq; hoſpiti ſuo præſtare debere. Videlicet, Cibum, Potum, Comitatum, Pernoctandi facultatem, & munus aliquod, ſive magnum id ſit, ſive exiguum.* Adde his librum פענח רזא fol. 80. col. 4. ſeq. ubi prior illa rõ Baal Hatturim ratio fere rejicitur, eo quod cædes non una manu, ſed ambabus, ſummaque contentione ſicariorum peragi ſoleat. Deficit deinde Codex noſter, quare quid hujus libri Autori circa eam rem viſum fuerit, non habeo exploratum, indulget autem cæteroquin expoſitionibus myſticis quam maxime.

4. Teſtamur non veniſſe eum ad nos &c.] Miror Illuſtrem Virum Hugonem Grotium, in iis quæ ad Matth. c. XXVII. commentatus eſt, hanc eandem rationem ad illam lotionem manuum applicaſſe, quam nunc a curatione funeris domum reverſi Judæi, obſervant. *Judæis,* inquit, *mos vetus etiam nunc manet, a funere venientibus manus lavandi, quo teſtantur ſe cauſam morti non præbuiſſe, & omnia miniſtraſſe neceſſaria.* Cui opinioni, ſubſcribere me non poſſe, citra ſummi viri contumeliam, profiteri mihi liceat. Scilicet, haud unquam ullo ſeculo moris fuit Judæis, ut ob mortem βιαίαν, (quali fato nunc plerique omnes inter eos pereunt,) ſeſe lavarent, & de innocentia ſua proteſtarentur, quin potius ideo manus, poſtquam mortuis juſta perſolverunt, abluere ſolent, quia

quia illos humeris bajulando condendoque, contraxere immunditiem. Erit enim sepultura, etiam apud ipsos, supremum pietatis officium, quare omnes, quotquot funus comitantur, vel succollando per vices, vel cadaver lavando, vel glebam injiciendo, ad illud bonum factum aliquid saltem conferre solent, ea res cum immunditiem pariat, ab hac, lotione sese liberant, ut quodammodo satisfiat præceptioni divinæ, quam Num. XIX, 11. seqq. legere est, etsi ea proprie Palæstinam tantum concernit. Liber Ritualis Judæorum populariũ veram nos causam dixisse, aperte cap. ultimo indicat. *Darnach thut man das* מת *zu* קבֿירה *und reißt Gras aus, und wirft hinter sich ein* רמז לתחיית המתים *daß sie werden sprozen as Kraut von der Erden. Etliche sagen, es is ein* סימן *zu* מטהר *sein die* טומאה *von* מת *mit Waſſer von* אפר פרה *und* איזוב *darum wäscht man die Händ und reißt Gras aus, das is* אפר *und* אזוב *beyeinander. Man wirft es hinter sich, den er wils nit laſſen für ihm ligen, derweil daſſelb* טמא *is, dieweil ers angerührt hat, nachdem er von* מת *gangen is, und wäscht die Händ.*

5. Illum dimiserimus sine commeatu] Supplendum ex sententia R. Salomonis, qui Gemaræ sequitur vestigia: והוצרך ללסטס את הבריות ועל כך נהרג: *Ut ita* (ob famem urgentem) *coactus fuerit prædari, atq; sic subire capitis periculum.*

6. Sacerdotes ajebant] Etiam hæc, ullis, nisi ipsis istis, quæ succedunt, verbis Hebraicis exprimere, haud concedebatur.

7. Spiritus S. pronunciabat &c.] Hoc volunt: Verba, ונכפר להם הדם non fuere recitata a Sacerdotibus, sed a Scriptura tantum adjiciuntur, ne dubitent Judæi, sacra hac cærimonia peracta, cædis latentis factam esse expiationem. In Gemara Jeruschalmi ad hæc illustranda, aliquot afferuntur dicta Scripturæ similia, quæ cum fere cohærere & ab uno eodemque loquente prolata videantur, tamen distinguere, diversisque autoribus, tribuere oportet: ג׳ מקריות נאמרו בעניין אחד מה שאמר זה לא אמר זה ומה שאמר זה לא אמר זה כיוצא בדבר אתה אומר ותאמר הכר נא למי החתמת והפתילים והמטה האלה עד כאן אמר׳ תמר ויכר יהודה ויאמר צדקה ממני כי על כן לא נתתיה לשלה בני עד כאן אמר יהודה ורוח הקדש אמר ולא יסף עוד לדעתה ג מקריות

ג' מקריות נאמרו בעניין אחד מה' שאמר זה לא אמר זה* ביוצא בדבר אתה אומר ויספרו לו ויאמרו באנו אל הארץ אשר שלחתנו וגם זבת חלב ודבש היא וזה פירייה עד כאן אמר יהושע אפס כי עז העם היושב בארץ והערים בצורות גדולות מאד וגם ילידי ענק ראינו שם עד כאן אמרו המרגלים ויחס כלב את העם אל משה ויאמר עלה נעלה וירשנו אותה כי יכול נוכל לה עד כאן אמר כלב: שלש מקריות נאמרו בענין אחד מה שאמר זה לא אמר זה ומה שאמר זה לא אמר זה ביוצא בדבר אתה אומר בעד חלון נשקפה ותיבב אם סיסרא וגו' עד כאן אמרה אמו של סיסרא חכמו שרותי' תענינה הלא ימצאו וחלקו שלל אמרו כלותיה ורוח הקדש אומרת כן יאבדו כל אויביך יי': Id eſt : *Tria dicta de eadem re ſæpe efferuntur, diſſimilis argumenti, diſſimiliumq; Autorum. Habemus exemplum* (Gen. XXXVIII, 25. ſeq. ubi legitur:) Dicebatq;, recognoſce quæſo cujus ſint iſta, ſigillum, ſudariumque, & ſcipio iſte. *Hactenus Thamar :* Quæ agnoſcens Judas dixit, juſtior eſt me, quandoquidem uxorem eam non dedi Schelæ filio meo. *Hactenus Judas. Spiritus S. ſubjecit :* Neque amplius deinde cognovit illam. *Tria dicta de eadem re ſæpe efferuntur, diſſimilis argumenti, diſſimiliumq; Autorum. Habemus exemplum* (Num. XIII, 27. ſeq. ubi legitur:) Narrantes itaque ei dixerunt: pervenimus ad terram illam quo miſeras nos : & certe affluens eſt lacte & melle, atque hic eſt fructus ejus. *Hactenus Joſua.* Verum robuſtus eſt populus qui habitat in ea terra, & civitates munitæ & magnæ ſunt valde, etiam ſtirpem Enak vidimus ibi. *Hactenus Exploratores* (nequam.) Et compeſcuit Caleb populum irruentem in Moſen dixitq;: Aſcendemus utique, ut hæreditario jure poſſideamus eam, nam omnino prævalebimus adverſus eam. *Hactenus Caleb. Tria dicta de eadem re ſæpe efferuntur, diſſimilis argumenti, diſſimiliumq; Autorum. Habemus exemplum* (Jud. V, 28. ſeqq. ubi legitur:) Per feneſtram proſpectabat & minuriebat mater Siſeræ (per feneſtellam : cur tardat currus ejus redire ? Cur differunt inceſſus curruum ejus?) *Hactenus mater Siſera.* Sapientes principum fœminarum ejus reſpondebant, annon aſſequuti ſunt ? Partiuntur prædam. *Hac* (& alia quæ ibi ſequuntur,) *Nurus ejus*

* Fortaſſe ſupplendum ומה שאמר זה לא אמר זה

ejus. Spiritus S. ſubjecit : Sic pereant omnes inimici tui Domine &c. Huc referri debet, quod eſt in Joma Babylonico fol. 38. b. דואג בן יוסף הניח בן קטון לאמו ואמו בכל יום מודדתו בטפחי' ונותנת משקלו זהב לבית המקדש כיון שגבר איב טבחתו ואכלתו ועלית קונן ירמיה אם תאכלנה נשים פרים עוללי טפחים משיבה רוח הקדש ואמרה לו אם יהרג במקדש יי' כהן ונביא: Id eſt : *Doëg Joſephi filius*, (moriens paulo ante excidium Hierosolymitanum,) *ſuperſtitem reliquit matri filium parvulum, quem ipſa ſingulis diebus palmo ſuo metiebatur, ut æquivalens auri pondus in templo poſſet offerre. At cum hoſtis obſidione urbem premeret,* (in id deſperationis matrum infeliciſſima redacta eſt,) *ut filium mactare, & comedere cogeretur. Atq; hanc, lamentans reſpexit Jeremias* (Thren. II, 20. ſciscitando:) Comedentne mulieres fructum ſuum, parvulos quos metiri palmis ſolebant? *Reſpondit ei Spiritus S. idq; eventurum dixit,* Si interficiatur in templo Domini Sacerdos & Propheta.

ז VII.

נמצא ההורג עד שלא נערפה העגלה תצא ותרעה בעדר משנערפה העגלה תקבר במקומה שעל ספק באתה מתחילתה כפרה ספיקה והלכה לה נערפה העגלה ואחר כך נמצא ההורג הרי זה יהרג:

Deprehenſo Homicida, vitulæ capite nondum præciſo, (*non tantum vivere vitulæ*) 1 ſed & inter armenta porro exire, & paſcere, *(permiſſum fuit.)* Si vero eâ jam truncatâ innoteſceret, ſepulta eſt eodem in loco: Nam principio in cauſa dubia oblata, eandem igitur expiavit, 2 & officio functa eſt. Deprehenſo Homicida, expiatione vitulæ jam peracta, tamen 3 capitali ſupplicio eſt affectus.

ANNOTATA.

1. Sed & inter armenta porro exire & paſcere permiſſum fuit.] Sibi vero deinde relinquebatur iſta vitula, & tanquam ſacrum animal, nec ad faciendum opus, eam adhibere, nec illius mactatæ carnibus veſci, aut morticinam excoriare, licebat. Codex noſter MS. Ex Hecha-

Hechajim. עגלה ערופה אסורה בהנאה ונקברת במקום עריפה משתרד לנחל איתן אסורה אפילו לא נערפה ואם מתה או נשחטה אחר ירידתה אסורה בהנאה ותקבר: Id est : *Ex Vitula,quæ*(homicidii expiandi causa) *decollata fuit,ullam utilitatem capere nefas est,sed in eodem loco, ubi caput illi amputatum fuit,sepelire ipsam oportet. Atq; quamprimum in torrentem rapidum ipsa descendit, jam porro ad humanos usus redditur inutilis, etiamsi caput ei non fuerit præscissum. Quamobrem,si post illam descensionem moriatur,aut mactetur,nihil ex ea capiendum commodi,sed terræ eam mandare convenit.* Nota tamen exceptionem, quæ mox subjungitur: נמצאו עדיה זוממין מותרת בהנאה שאמר אחד אני ראיתי ההורג והכישוהו ב' והורידו העגלה על פיהן ואחר הוזמו הב' מותרת בהנאה: Id est : *Si testes mendaces fuisse deprehendantur, tum ex vitula decollata commodum percipere fas est. Scilicet, si unus testis dicat,se vidisse homicidam,* (ut ita vitula, cujus nullus, nisi cum omnino lateret homicida, usus erat,decollari non debeat,)*duo vero eum falsitatis arguant, atq; sic* (plurium sequendo sententiam)*decolletur vitula ; jam,si constet deinde,istos duos mentitos esse,* (& alteri immerito contradixisse,)*vitula carne & pelle frui conceditur,*(nec necessario debet sepeliri.)

2. Et officio functa est] Supple omnino: Quamobrem,cum ita se res habet,nullatenus e vitula utilitatem capere conceditur. Nimirum cum decollaretur vitula, plane nihil de Sicario constabat, proindeque probe factum fuit,quod caput ei est amputatum, idque leges & instituta flagitabant. Illa nunc quæ ex improviso supervenit homicidæ agnitio , quia casus meri est , quod recte cœptum erat , irritum facere nequit.

3. Capitali supplicio est affectus] Pœna nimirum Gladii. Testis præter alios Maimonides Hilch. Rozeach. cap. 1. §. 1. כל הורג נפש אדם מישראל עובר בלא תעשה שנ' לא תרצח ואם רצח בזדון בפני עדים מיתתו בסייף שנ' נקם ינקם מפי השמועה למדו שזו מיתת סייף בין שהרג את חבירו בברזל בין ששרפו באש מיתתו בסייף: Id est : *Quisquis Judæum hominem occidit, Dei interdictum violat,quo ipse*(Ex. XX,13. & Deut. V,23.) *probibuit*, Ne occidas. *Atq; si quis consulto, inspectantibus testibus quem interemit , is gladii supplicio plectendus est,*Q.S. (Ex.XXI,20.) Omnino(cædes)vindicator. *Cæterum antiquissima traditione tenemus,gladii pœnam intelligi, quare hoc supplicio animadvertendum, sive quis ferro socium occiderit , sive igne cremaverit.* Pro his,Autor Codicis nostri MS. Ez Hechajim,qui fere Maimonidis epitomatorem agit,magis argute, magis erudite habet: כל ההורג

 בין

בין בברזל בין בחניקה נפש מישראל אפילו אמו שכלו חדשיו אפילו נקיבה עובר בלא תרצח במזיד בפני עדים מיתתו בסייף: *Quisquis ferro aut laqueo peremerit Judæum hominem, etiamsi immaturo partu a matre is editus, aut fœmina fuerit, Dei de non occidendo præceptum violat, atq; si consilio, & coram testibus cædes patrata sit, gladii pœna in eum animadvertendum est.* De reliquo, quod Maimonides non nisi traditione constare existimat, quo supplicii genere in homicidas sit animadvertendum, id ei haud videtur concedere Chaskuni, pœnæ ipsorum argumentum aliquod, in ipsis Sacris literis quæritans. דין מיתת רוצח בסייף מקל וחומר דעבד השתא קטל עבדא דינו בסייף דהוא חמור כדכתיב נקום ינקם ואין נקמה אלא חרב כדכתיב חרב נוקמת נקם ברית קטל בן חורין לא כ״ש: Id est: *Homicidam gladii pœna afficiendum esse, facta a servo, tanquam minori, ad majorem verisimilitudinem collectione, concluditur. Nempe, qui hominem servum occidit, gladio puniri debet tanquam graviore* (præ strangulatione supplicio,) Q. S. E (Ex. XXI, 20.) Omnino vindicator. *Atqui Vindicta gladio exercetur, scriptum enim* (Levit. XXVI, 25.) Gladium vindicantem vindictam fœderis. *Quanto igitur magis, pœna eadem illum manere debet, qui hominem liberum interimit?* Commendare hic ex occasione oportet, quæ Cl. Seldenus l. 4. de Jur. Nat. & Gent. c. 1. seqq. de Homicidio ex disciplina Hebræorum doctissime est commentatus.

ח

עד אחד אומר ראיתי את ההורג ועד אחד אומר לא ראית אשה אומרת ראיתי ואשה אומרת לא ראית היו עורפין עד אחד אומר ראיתי ושנים אומרים לא ראית היו עורפין שנים אומרים ראינו ואחד אומר להן לא ראיתם לא היו עורפין:

IIX.

SI testis unus se Homicidam vidisse affirmet, alius vero istum vidisse neget: aut si fœmina se vidisse asserat, alia eidem contradicat, vitula detruncabatur. Si testis unus se vidisse dicat, duo eum id vidisse pernegent, vitula detruncabatur. Duobus autem se vidisse asseverantibus, uno iis contradicente, detruncabatur neutiquam.

ANNOTATA.

* Si testis unus &c.] Hæc ideo monentur, quia, quod sæpe hactenus innuimus, non fiebat vitulæ decollatio, nisi cum plane ignorabatur,

tur, quis cædem patrasset. Quod si igitur aliqui, se homicidam facinus committentem vidisse dicant, alii hos contra mendacii arguant, nec intervenisse ipsos negotio asseverent, magna oritur dubitatio, utris sit assentiendum, & an vitulæ decollatio institui, aut omitti debeat. Ut vero hanc Mischnæ Pericopen vere intelligamus, ea efficient, quæ ex optimo nostro, totiesque deprædicato MS. Codice, producimus : אפילו ראה
ההורג עד אחד ואפילו עבד ואשה ופסול בעתירה * לא היו עורפין לפיכך
משרבו הרוצחים בגלוי בטלה עגלה ערופה עד אחד אומר ראיתי ההורג ועד
אחד הכחישו וא' לא ראיתה * עורפין אם באו שניהם כאחת אבל באו
זה אחר זה אין עורפין שהרי משהעיד הראשון נאמן כשנים לענין זה
שנים הכחישוהו ואמרו לא ראית כשתי עדיות המכחישות ועורפין אשה
אומרת ראיתי ואשה אחרת מכחשתה בין באו שתיהן כאחת בין באו זו
אחר זו עורפין ב' אומרים ראינו ואחד אומר לא ראיתם * אחד אומר
ראיתי וב' לא ראית עורפין עד אומר ראיתי ושתי נשים או פסולים או' לא
ראית אין עורפין ב' נשים או פסולים או' ראינו ועד מכחישן עורפין
שאפילו ק' פסולים ועד מכחישן הוי כאחד ואחד ג' נשים ופסולין או'
ראינו וד' נשים ופסולין מכחישן עורפין דבפסולין הלך אחר הרוב מניין:

* Legendum utiq; לעדות בעבירה Maimonidis autoritate.

* Iterum e mendo. legoque ראית זה

* Excidisse hic verba אין עורפין Mischna nostra palam arguit.

Id est : *Modo testis unicus homicidam viderit, etiamsi is mulier sit, aut servus, aut qui lege, ob crimen intestabilis esse jubetur, non decollabatur vitula. Quamobrem, cum manifestorum homicidarum numerus augeretur, vitulæ decollatio in desuetudinem abiit. Si testis unus* (genuinus) *se hominem vidisse asseveret, alius eum mendacii arguat, idq; contendat falsum esse, decollatur vitula,* (nam negantis in hoc casu æqualiter dubio, potior, quam affirmantis autoritas. Sed id tantum valet,) *cum ambo simul, & eodem tempore, testimonia pugnantia edunt : Quod si vero unus post alium adventet,* (ac contraria proferant,) *non decollatur vitula, postquam enim primus testimonium edidit,* (sine quam ut quisquam ei reclamaret,) *jam ei dicto tanta in hoc negotio fides tribui debet, quasi a duobus esset prolatum. Quod si* (cum unus homicidam se vidisse asseruit,) *duo superveniant, falsa illum dixisse perhibentes, de hoc casu perinde judicandum, tanquam cum duo testes sese mutuo mendacii coarguunt, ac decollari debet vitula. Si fœmina una dicat, vidisse se homicidam, alia vero istam mendacii insimulet, decollanda est vitula sive eodem tempore, sive ex intervallo fiat contradictio. Si duo testes homicidã se vidisse dicant, atq; hos unus impugnet, non decollatur vitula. At si versa vice uno homicidam se vidisse dicente, hunc duo fallere falliq; perhibeant, decollatur utiq;. Porro si genuinus testis cædi intervenisse se affirmet, atq; mulieres duæ, aut duo intestabiles ipsum mentiri*

tiri asserant, non decollatur vitula. At si duabus mulieribus, aut binis intestabilibus qui vidisse se homicidam ajunt, unius testis genuinus sese opponat, decollatur vitula, quippe etiam cum centum intestabiles cum uno genuino teste colliduntur, id juxta, ac si unus uni contradicat, æstimari debet. Denique, si tres mulieres, aut intestabiles totidem, se homicidam vidisse renuncient, atque hos quatuor ejusdem sortis homines, falsa tradere confirment, decollare oportet vitulam, quoties enim cum meris, cæteroquin intestabilibus res est, secundum majorem illorũ testium numerum, pronunciare convenit.

ט

משרבו הרוצחנים בטלה עגלה ערופה משבא אל אלעזר בן דינאי ותחינה בן פרישה הירה נקרא חזרו לקרותו בן הרצחן משרבו ה' המנאפים פסקו המים המרי' ורבן יוחנן בן זכאי הפסיקן ש שנאמר לא אפקוד על בנ בנותיכם כי תזנינה ועל כ כלותיכם כי תנאפנה כי הם וגו' משמת יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם בטלו האשכולות שנאמר אין אשכול לאכול ב בכורה איותה נפשי:

IX.

AB eo tempore quo [1] multiplicati Sicarii, cessare cœpit detruncatio vitulæ. Cum veniisset Eleasar F. D. erat quidam cui nomen Techina, filius Prischa; verum id mutatum fuit, vocatusque est, Filius Homicidæ. Postquam [2] aucti sunt Adulteri, desierunt Aquæ amaræ, earumque usum sustulit [3] R. Jochanan Saccai F. secundum illud quod S. E. (Hos. IV, 14.) *Non animadvertam in filias vestras, quod scortantur, & sponsas vestras, quod adulterantur, quia isti &c.* [4] Jose F. Joëseri Zeridensi, & Jose Jochananis F. Hierosolymitano, mortuis, sublati sunt [5] viri botruosi prout S. E. (Mich. VII, 1.) *Nullus est botrus ad comedendũ, præcocem fructũ desiderat anima mea.*

ANNOTATA.

1. Multiplicati sicarii, cessare cœpit &c.] Causam reddit Raschi: שהרי מכירין הן בהן מי הרגיל בהן להרוג Id est: *Quia publicitus noti erant, qui cædes patrandi contraxere consuetudinem.*

Atque

ATque hic ſimul terminantur Miſchnæ noſtræ, de vitula decollanda obſervationes: Sed vero, nobis nondum ceſſare licet ab hoc ſacro argumento, ſed prius congerere oportet, quæcunque de iſta homicidii expiatione, porro notanda ſuperſunt. Ea undique conquiſita, prout ſeſe offerent, citra ornatum literis conſignabimus. Sic enim eſt, ut ſcribit Cl. Salmaſius in fun. ling. Hellen. p. 6. *Rudes & indigeſtæ auri moles & maſſæ, in acervum fortuito conjectu accumulatæ, magis æſtimantur ab intelligentibus, quam plumbi lamellæ, multo artificio belle compoſitæ, vel diſpoſitæ.*

Jeruſchalmi, Sota fol. 23. col. 3. כל ביאות שנאמר בתורה לאחר ארבע עשרה שנה נאמרו שבע שכיבשו ושבע שחילקו:

Id eſt : Quæcunque præcepta Deus poſtquam in Palæſtinam ventum eſt, obſervare juſſit, horum obſervationis initium haud incipiebat, priusquam decimus quartus annus ab ingreſſu in eam regionem eſſet completus : ſeptem enim anni in expugnanda regione, totidem in illa partienda fuere inſumti. *Hac ideo adduximus, quia in iſtorum Præceptorum cenſum, etiam præſens, de expiatione latentis homicidii, referendum eſt, id enim promulgaturus Deus, præfatur:*

כי ימצא חלל באדמה אשר י' אלהיך נתן לך לרשתה:

Si quis inveniatur cæſus in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi, ut hæreditario jure poſſideas eam.

Codex noſter MS. Ez. Hechajim. אין דין עגלה ערופה נוהג לה * בארץ ישראל ובעבר הירדן: *Id eſt* : Cærimonia de vitula decollanda, tantum attinet ad regiones Judæorum, cis & trans Jordanem.

* Lege אלא

Iterum:

Legendum עורפין

Iterum : אין עושין * כי אם ביום וכל היום כשר *Id est*: Non facienda vitulæ decollatio, nisi interdiu, sed ante, vel post meridiem fiat, nihil interest.

Porro : נמצאו מתים רבים זה בצד זה מודדין לכל חוטמו של אחד מהן אם היתה העיר אחת קרובה לכלם מביאה * בשביל כלם נמצאו זה על גב זה מודדין מהעליון כמות שהן מונחין ; *Id est* : Si multi cæsi prope se invicem cubantes reperiantur, a cujusque naso facienda est dimensio. Atque si eadem urbs omnibus vicina sit, una omnium nomine offertur vitula. Si unus cæsus alii impositus reperiatur, a supremo, prout cubant, dimensionem instituere oportet.

*Nullus dubito hic inserendum esse עגלה אחת

Deniq; : לא הביאו עיר הקרובה העגלה כופין אותה ואפילו לאחר כמה שנים שחייבי עגלה ערופה שעבר עליה יום הכפורים חייבים להביא אחר יום הכפורים:

Id est : Si urbs cæso proxima, vitulam offerre negligat, ad id vi compellenda est, etiamsi multi anni effluxerint, a quo obligatio hæc fuit contracta. Si cærimoniam decollandæ vitulæ cœptam solemnis dies Expiationis interrumpat, ea post finitam hanc sacram lucem, peragenda est.

Maimonides : אין עורפין שתי עגלות כאחד שאין עושין מצות חבילות חבילות: *Id est* : Non decollari debent (*ob duos repertos cæsos,*) duæ vitulæ eodem tempore, nec enim θυλάκῳ serimus bona opera.

Amplius : אין העיר הקרובה מביאה (עגלה ערופה) אלא בזמן שמניין הרוב שבה כמו מניין העיר הרחוקה ממנה אבל אם היו אילו שברחוק מרובין על אנשי הקרובה ממנה הולכין אחר הרוב והמרובין מביאין העגלה: *Id est* : Civitas cæso proxima, non offert vitulam, nisi cum maxima pars incolarum ejus, æquat numerum incolarum civitatis remotioris. At, si remo-

si remotior civitas plures habeat incolas præ vicina, multitudinis potius habenda est ratio, atque his postremis convenit offerre vitulam.

De fine, & causis sacræ hujus cærimoniæ, sic non ineleganter disserit idem Maimonides in More Nevuch. part. 3. c. 40. ואמנם עגלה ערופה תועלת' מבוארת כי המביא אותה היא העיר הקרובה אל החלל ועל הרוב ההורג הוא ממנה וזקני העיר ההיא מעידים עליהם השם שהם לא התרשלו בתקון הדרכים ובשמירתם ולתייר כל שואל דרך כמו שבא הפירוש בדברי חז"ל ולא נהרג זה מפני ששכחנו התקונים הכוללים ואנחנו לא נדע מי הרגו ואי אפשר על הרוב עם החקירה ויציאת הזקנים והעומדים ולקיחת העגלה שלא ירבו דברי בני אדם ואולי בפרסום הענין יודע ההורג ויאמר מי שידעו או שמע ענינו או הורוהו על זה אמתלאות פלוני הוא ההורג כי אחר שיעמד אדם ויאמר ואפילו אשה פלוני הרגו לא תערף העגלה וכבר נודע שמי שידע ההורג וישתוק ממנו והם העידו השם על עצמם שלא ידעוהו יהיה בזה עוות גדולה ואשם גדול אם כן אפילו אשה אם תדעהו תאמר ואחר שיודע הגיע התועלת שאם לא יהרגוהו בית דין המלך יהרגהו שיש לו להרוג באמתלאות ובדרמי ואם לא יהרגהו המלך גואל הדם יהרגהו ויערים עד שיתנכל עליו להרגו הנה כבר התבאר שתועלת עגלה ערופה היא לפרסם ההורג וחזק זה הענין בהיות המקום אשר תערף בו העגלה לא יעבד בו ולא יזרע לעולם שבעל הארץ יעשה כל תחבולה ויחקר עד שיודע ההורג כדי שלא תערף העגלה ולא תאסר ארצו עליו לעולם: *Buxtorfii versio est* : Præceptum de Vitula de-

cervi-

cervicanda quod attinet, utilitas ejus pariter quoque est manifesta. Nam vitulam adducens est Civitas proxima ipsi cadaveri occiso, & plerunque accidit, ut qui cædem perpetravit ex illo sit loco: Seniores autem urbis DEUM testem appellant, quod in viarum securitate & custodia nihil neglexerint, quod omnes transeuntes diligenter examinarint & explorarint, sicuti exponitur in verbis Rabbinorum nostrorum p. m. dicentes : Non est interfectus iste, quod aliquid obliti simus ex publicis & communibus nostris ordinationibus, neque constat nobis, quis interfecerit eum. Propter istam autem in factum inquisitionem, propter Seniorum egressionem, & adstantes, propter Vitulæ denique acceptionem & decervicationem, plurimi necessario inter homines feruntur sermones, ac ita publica ista actione vel cædis author invenitur, vel ab alio, qui vel rei conscius est, vel famâ de eo audivit, proditur, vel ex signis & τεκμηρίοις cognoscitur, quod N. sit interfector. Nam si homo quispiam, etiam Mulier, surgat ac dicat, N. interfecit eum, non decervicatur vitula. Notum autem est, si quis autorem cædis sciret ac taceret, DEUMque contra se testem ac vindicem appellaret, se nescire; summam id fore levitatem, summumque peccatum : ideoque valde probabile est, quemlibet, etiam Mulierem, siquidem sciverit, rem detecturum. Quod si vero rescitur, quisnam cædem perpetravit, magna inde resilit utilitas. Nam si Domus Judicii non morte afficiat eum, occiditur a Rege, qui potestatem habet ex indiciis & præsumtionibus aliquem occidendi: quod si autem Rex non occidat eum, occidet eum Vindex sanguinis, qui insidias ipsi tamdiu struet, donec occasionem nactus fuerit ipsum occidendi. Proinde liquet hinc, Vitulam decervicatam inserviisse ad detegendum & cognoscendum eum, qui cædem aliquam perpetravit : quod inde etiam amplius confirmatur, quia locus ille, in quo Vitula decervicabatur, in æternum nec coli potuit, nec conseri. Hoc enim fecit, ut Dominus terræ illius omnem operam impenderit, nihilque neglexerit in inquirendo & resciscendo Homicida, ne Vitula decervicetur, & Terra ejus ita perpetuo prophana reddatur.

Valde,

Valde, & suo quidem merito, ista Maimonidis, cum Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 276. col. 3. comprobasset, nondum tamen omnibus satisfactum esse ait difficultatibus, sed multas restare speciatim discutiendas. Ergo ipse deinde operose in id incumbit, ut defectum suppleat, quodque superesse potest dubiorum, resolvat. Nimis prolixum foret, integram afferre commentationem, & sufficit pauca quædam leviter delibasse. Sic vero ipse ratiocinatur: Æquum erat ut vitula homicidium latens expiaret, quia Judæi Hos. X, 11. isti comparantur. Offerre eam debuit civitas proxima, nam ex hac cæsus videtur exivisse; aut illam voluisse petere. Non debuit vitula fecisse opus, quia sanguinis innocenter effusi expiatio parabatur, atque ob eandem rationem non nisi biennem accipere licebat. Retro a tergo fuit decollata, quia sic latrones & sicarii ex insidiis adoriri viatores solent, & incautos opprimere. Vide, si placet, minoris momenti reliqua.

Bechai Comment. in Pentat. fol. 210. col. 3. מתחלה היו זקני העיר רוחצין ידיהן על העגלה ואומרים ידינו לא שפכה והיו הכהנים אומרים כפר לעמך ישראל וכפר לשון גלוי הוא שיגלה להם הרוצח אם היו ישראל שבאותו הדור זכאין היתה העגלה הולכת עד בית הרוצח והורגים אותו שם וזהו ונכפר להם הדם כלומר מתגלה להם הרוצח ואם לא היו זכאין והעגלה לא היתה הולכת מבין אותה בקופיץ ממול ערפה ועורפין אותה שם והכהנים אומרים כפר לשון כפרה ואז הקבה מכפר וזהו ונכפר להם הדם: *Post, quibusdam aliis interjectis*: יש בענין עגלה ערופה התעוררות גדולה להודע מהות החלל בראותנו כי צוה הכתוב לכפרת הרציחה שלשה ענינים האחד עריפת העגלה והשני שיהיה המקום נחל איתן אשר לא יעבד בו ולא יזרע והשלישי ודוי דברים והוא

שיאמרו

שיאמרו הכהנים בני לוי ידינו לא שפכה את הדם הזה כפר
לעמך ישראל ומן הידוע לכל משכיל כי הרוצח לא שלט כי
אם על פי פרוד החבור שהפריד מן החלל הזה שלשה
נפשות הנפש הבהמית והנפש הצומחת והנפש השכלית ודבר
ידוע כי הנפש המסתלקת ממנו תחלה היא הנפש הבהמית
ולכך צוה עגלת בקר שהיא הנפש הבהמית כנגד מה שהפריד
ממנו תחלה הנפש הבהמית ומה שצוה שיהיה המקום אשר
לא יעבד בו ולא יזרע הנה זה כנגד מה שהפריד ממנו הנפש
הצומחת ומה שצוה בודוי דברים לומר ידינו לא שפכה כפר
לעמך ישראל כנגד מה שהפריד ממנו הנפש השכלית שהיא
המדברת וענין הפרשה מבאר ליהודי מהות החלל ועם
המעשה הזה ונכפר להם הדם : ושמעתי כי בנבלת גוף
העגלה נעשה תולעת כדרך הטבע שהולך והורג הרוצח באשר
הוא שם והנה זה מאצילות שר הנחל והיא מנפלאות סתרי
הטבע: Horum omnium ſententia, facile ex iis quæ nunc ex libro Zeña Renna, afferemus, quæque fol. 120. col. 3. habentur, erui poteſt, nā ejus Coṁentarii Autor, R. Bechai vitula gnaviter arare voluit.

Die כהנים *haben geſagt* כפר לעמך *du ſolſt vergeben auf* ישראל *Und vven* ישראל *ſein from gevveſẽ, in demſelbigen* דור *da is daſſelbig Kalb gegangen, in das Haus von dem* רוצח *da hat man gevvuſt daß das is der* רוצח *und man hat ihn derſchlagen. Haben ſie nit* זוכה *gevveſen, da is das Kalb nit gegangen: da hat man das Kalb getödt in dem Thal. Und auch aus den* גוף *von dem Kalb is gegangen ein Wurm und is geloffen zu den* רוצח *und der Wurm hat den* רוצח *umgebracht, darum ſol der Menſch gevvarnt ſein kein bös zu thun: Man kan ſich für* הקב״ה *nit behalten in der gantzen Welt. Und darum auch daß der* רוצח *hat den Menſchen derſchlagen der an ſich hat drey* נשמת *und* כוחות *das eine is,*

ne is, er hat in sich ein כח *daß er est, und Lust hat, als die* בהמה *Das ander is, er hat in sich ein* כח *as die Bäum die da vvachsen, aso vvächst der Mensch auch. Das drit is, der Mensch hat an sich ein* נשמה *as die* מלאכים *die da sein eitel* שכל *und derkegen hat dreyerley gethan auf den* רוצח *Man hat zum ersten ein Kalb genommen von den* בהמות *kegen die* כח *und* נשמה *vvas in den Menschen is gevvesen von den* בהמות *und man hat das Kalb getöt auf aso ein Orth daß nischt is vvorn geseet, noch nischt vvorn gevvachsen drauf, kegen dem daß der* רוצח *hat den Menschen getöt, der nimmermehr kan vvachsen, und die* כהנים *haben müssen sagen viel red auf das Kalb* כפר לעמך ישראל ידינו לא שפכה *Das is gevvesen kegen der* נשמה *die in den Menschen is gevvesen von den* מלאכים *mit derselbigen* נשמה *kan der Mensch reden, und hat* שכל *darum haben die* כהנים *und* זקנים *auch müssen reden* תפילה *zu Gott, daß da solt vverden gefunden der* רוצח

Subit hic postremo animum miratio, tantum Rabbinum, qualis Bechai vulgo fuisse creditur, de Verme fabellæ, qui e vitulæ cadavere prodiisse, & sicarium ad necem rosisse dicitur, haud alium allegare potuisse autorem, quam incertam & undecunque acceptam traditionem. Atqui nos ex libro פענח רזא docere Magistrum potuissemus, esse ejus rei indicium, in ipsis sacris literis. Nimirum, bis in hujus expiationis præceptione, utuntur illæ verbis את העגלה cum quibus, quia voces התולע בא aut תולעה בא *Venit Vermis*, prorsus eundem numerum conficiunt, quis jam porro omen in iis verbis esse, & omnia ita, prout narrantur, accidisse, vocaret in dubium?

De vitula decollanda, tantum est: Nunc igitur,

Pascite, ut ante, boves, pueri, submittite tauros!

2. Aucti ſunt adulteri, deſierunt aquæ amaræ] Scilicet, ſublatus eſt uſus harum aquarum, quia credebatur, nullam iis ad explorandas uxores vim ineſſe, niſi mariti quoque pie caſteque vitam agerent: cæteroquin enim fruſtra deletum fuiſſet Dei nomen, magno ſcelere. Satis ſuperque hac de re ſupra egimus.

3. Uſum ſuſtulit R. Jochanan Saccai F.] Non ſolus, ſuaque autoritate id fecit, ſed conſentiente Synedrio, unde Codex noſter MS. Ez Hechajim, hoc potius, quam illum, ejus abrogationis autorem prædicat: משרבו מנאפין בגלוי בבית שני בטלו הסנהדרין את מי המרים: Id eſt: *Cum Templo ſecundo vigente, adulteri magno eſſent numero, ibi Synedrium, ſacram per aquas amaras explorationem abrogavit.* Cæterum, quod ad Jochananem Saccai filium attinet, ſciendum, eum fuiſſe Sacerdotem, floruiſſe circa ipſa tempora Servatoris noſtri, vitamque produxiſſe ad excidium usque Hieroſolymitanum, & amplius. Uſus eſt imprimis Hillele & Schammai præceptoribus, quorum auſpiciis tantum profecit, ut in Bereſchit Rabba Paraſch. 15. jactaſſe dicatur: אם כל השמים היו יריעות וכל בני אדם לבלרין וכל היערים קולמוסים אינם יכולים לכתוב כל מה שלמדתי מרבותי ולא חסרתי מהם אלא ככלב המלקק בים: Id eſt: *Si omnes cæli membranæ, mortales omnes Scribarum, & quicquid eſt arborum, calamorum vicem præſtarent, non tamen in ſcripturam redigi poſſent omnia, quæ a Præceptoribus meis didici, atq; ab eorum inſtitutis ne tantum quidem receſſi, quantum Canis lambit ex mari.* Mirum vero eſt, ad tam prodigioſam eruditionem eum perveniſſe, qui tarde imo ſero animum ad literas appulit: Nam in En Iſraël fol. 26. col. 1. ex Roſch Haſchana legimus כל שנותיו של ריב״ז ק״כ שנה היו מ׳ שנה עסק בפרקמטיא מ׳ שנה למד מ׳ שנה לימד: *Vixiſſe R. Jochananem Saccai filium, annis CXX. atq; ex his annos XL. ad negotiationem, totidem ad diſcendum, alios totidem ad docendum inſumſiſſe.* Egregiam vero longævitatem, quam iſte Jochanan attigit. Sed, quæ fortaſſe haud magnæ voluptati illi erat, quia funeſtiſſima oſtenta Templi Urbisque Hieroſolymorum excidium antecedentia, imo ipſam πανωλεθρίαν intueri fuit coactus, quæ res ſine dubio mentem ejus ad exitium afflixit. Joma fol. 39. b. תנו רבנן מ׳ שנה קודם חרבן הבית לא היה גורל עולה בימין ולא היה לשון של זהורית מלבין ולא היה נר מערבי חלק והיו דלתות ההיכל נפתחות מאליהן עד שגער בהן רבן יוחנן בן זכאי ואמר היכל היכל מפני מה אתה מבעית את עצמך יודע אני כך שסופך

שסופך ליחרב וכבר נתנבא עליך זכריה בן עדו פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך: Id est: *Sic tradunt Magiſtri: Univerſos quadraginta annos ante Templi deſolationem, non tetigit amplius ſors hircum a dextra conſtitutum,* (qua de ſortitione legere eſt Levit. XVI.) *nec lingua coccinea* (quæ inter cornua ad frontem hirci emittendi, in ſignum dimiſſorum peccatorum albeſcere ſolebat,) *porro canduit, neq; lucerna veſpertina arſit, atq; Templi fores ſua ſponte patuerunt, quoad eos increpavit R. Jochanan filius Saccai, inquiens:* Heus templum, heus tibi dico Templum: Quare temetipſum territas? Satis nunc ſcio, te manere excidium, ſic enim pridem vaticinatus eſt Zacharias filius Iddo: (c. XI, 1.) *Aperi Libane januas tuas, ut conſumat ignis cedros tuos.* Neq; vero ipſi tantum R. Jochanani id conceſſum fuit, ut vitam diutiſſime produceret, ſed inſuper ut ſeneſcerent alii quoque, dedit effectum. Jebamot fol. 105. a. תנו רבנן משפחה אחת היתה בירושלים שהיו מתים כבן יח שנה באו והודיעו את רבן יוחנן בן זכאי אמר להם שמא ממשפחת עלי אתם שני וכל מרבית ביתך ימותו אנשים לכו ועסקו בתורה ותחיו הלכו ועסקו בתורה וחיו והיו קורים אותם משפחת יוחנן על שמו: Id est: *Sic tradunt Magiſtri: Fuit quædam familia Hieroſolymis e qua ortum trahentes, haud ultra annos XIIX. vitam producebant. Quamobrem cum acceſſiſſent R. Jochananem Saccai filium, de hac querentes infelicitate, dixit ipſe: Equidem ſuſpicor, vos ab Eli Pontifice genus ducere,* (nam de eo 1. Sam. II, 33.) *ſcriptum:* Tota ſoboles domus tuæ, morientur in adoleſcentia. *Interim, agite, mancipate vos ſtudiis ſacrararum literarum, atq; fidem meam interpono, vita diuturna vos gaviſuros eſſe. Morem geſſerunt R. Jochanani & omni diligentia ad ſacras literas incubuerunt, inde evenit, ut ſenium contraherent, eaq; familia deinde a R. Jochanane cognomen accepit.* Quæ porro de R. Jochanane notanda veniunt, ea ſuppeditat Autor libri Schalſch Hak. pag. 27. a. טיטוס עשה ריבז נשיא ומלך ג׳ שנים אחר החרבן כנראה בנזקין ובאבות דר׳ נתן וחיה קכ שנים וממנו מתחילין ששה דורות של תנאים שקבלו תורת שבעל פה מדור הלל ושמאי שהיו סוף ח׳ דורות של הוראה שבבית שני: Id est: *Titus* (Cæſar,) *conſtituit R. Jochananem Saccai filium, Æchmalotarcham, isq; tribus annis poſt excidium poteſtate functus eſt, ceu ex Neſekin, & Nathanis Avot, conſtat. Vixit R. Jochanan annos CXX. atq; ab eo, ætatum ſex, Doctorum, quos Tannaim vocant, quiq; Hillelis & Schammai ſectas profeſſi ſunt, computandi ſit initium. Duo enim iſti Doctores agmen claudunt Sapientum, qui ſecundo Templo ſuperſtite floruerunt, & quorum octo Claſſes numerantur.*

Confer

Confer Juchaſin pag. 22. a. & p. 61. b. Zemach Vorſtii pag. 89. 97. & 279. & ſupra in his Annotatis pag. 495. Sed vero, hactenus traditis, multum repugnat S. Hieronymus, quando ad Eſaiæ caput VIII. annotat: *Duas domus, Nazarei, (qui ita Chriſtum recipiunt, ut obſervationes legis veteris non amittant,) duas familias interpretantur, Sammai & Hillel: ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi: quorum ſuſcepit Scholam Akibas, quem Magiſtrum Aquilæ proſelyti autumant: & poſt eum Meir: cui ſucceſſit Johannan filius Zachai: & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon: & rurſum Joſeph Galilæus: & usq; ad captivitatem Hieruſalem Joſue.* Atenim, data hercle ſunt verba Sancto Patri, & fuit utique Jochanan noſter, præ Akiba & R. Meir antiquior, id quod pluribus oſtendendi, mox occaſio dabitur.

4. Joſe F. Joëſeri Zeridenſi, & Joſe Jochananis filio Hieroſolymitano] Haud temere factum eſt, quod iſtorum nomina, conſuetum honoris elogium minime habent additum, quodq; Rabbini non ſalutantur. Nam, ita nos docente Maimonide in Præfat. quam Seder Seraim præmiſit, qui Hillelem (e quorum numero iſti ſunt,) præceſſere Claſſici Sapientes, eorum nemo Rabban, aut Rabbi cognominatur, ſed ſuis tantum efferuntur nominibus, id quod ſummæ illorum dignitati datum eſt, nec enim cognomina illis digna reperiri poterant, prorſus uti Prophetæ quoque, nullis elogiis vulgo honorantur. Edit ibi ſimul Maimonides integrum catalogum eorum, quibus id honoris gratia conceſſum, ut nudis nominibus appellentur, quem ex eo repetimus:

שמעון הצדיק	*Simeon Juſtus.*
אנטיגנס איש סוכו	*Antigonus Sochæus.*
יוסי בן יועזר	*Joſe filius Joëſeri.*
יוסי בן יוחנן	*Joſe filius Jochananis.*
יוחנן כהן גדול	*Jochanan Sacerdos Magnus.*
יהושע בן פרחיה	*Joſua Perachia filius.*
נתאי הארבלי	*Nethai Arbelita.*
חוני המעגל	*Choni Hammaagal.*
אליהועיני בן הקף	*Elihöini filius Hakkaf.*
חנמאל המצרי	*Chanamel Ægyptius.*

Jehu-

יהודה בן טבאי	*Jehuda filius Thabai.*
שמעון בן שטח	*Simeon filius Schetachi.*
עקביה בן מהללאל	*Akabja filius Mechaleelis.*
שמעיה	*Schemajah.*
אבטליון	*Abtalion.*
חנן	*Chanan.*
אדמון	*Admon.*
הלל	*Hillel.*
שמאי	*Schammai.*
נחום הלבלר	*Nachum Scriba.*
חנניה בן חזקיה	*Chananja filius Hiskia.*
בן גרון	*Garonis filius.*
בבא בן בוטא:	*Baba filius Buta.*

Obſervandū præterea ex eodem Maimonide, nec in illo parvam rem, aut parvam rationem ſitā eſſe, quod utriusq; Joſe, quorū Miſchna noſtra mentionem injicit, Patria ſive natale ſolum exprimitur. Quippe יש מהם מי שיחס אותם למלאכה כדי לפרסם שמו כגון שאמר נחום הלבלר ור"ש השזורי. ומהם שיחס לארצו כגון שאמר איש חדיד ואיש אנו ואיש ברתותא וענין שאמר איש צרידא ואיש ירושלים והלחם מן המקומות מפני שהוא יודע המקום ההוא וכבודו כלומר כי זה האיש אשר הוא מאנשי המקום ההוא באמת ראוי לקרותו איש: Id eſt, Cl. Pocockio in Porta Moſis pag. 128. interprete: *E numero Authorum, quos* (Miſchna) *majoris explicationis gratia deſcripſit* (aliis) *modis, alii ſunt quos ab Artibus ſuis deſcripſit, quo notiores ipſos faceret, ut cum dicit*, Nahum Hallablar (*id eſt Librarius*,) & R. Simeon Hashazuri, *alii, quos a Patria, ut cum dicit, vir* Hadid, *vir* Ono, *vir* Bartuta (*oriundus.*) *At, cum dicit vir* Zeredæ, *vir* Jeruſalemi, *aliorumve locorum, hoc innuit, fuisſe ipſum doctiſſimum atq; celeberrimum e loci illius* (incolis,) *ac ſi diceret Perſonam iſtam e loci iſtius incolis, merito appellari* Virum. Nunc porro de duobus illis, in Miſchna noſtra laudatis, notandum, vixiſſe ipſos imperante apud Ægyptios Ptolemæo Philadelpho. Sic enim Baal

Bbbbbb Schalſch.

Schalsch.Hakkab. cum pag. 23.a.istorum mentionem præmisisset, deinde subjicit : בימיו היה אלעזר הזקן כה״ג שכתב לו טולומיאו מלך מצרים שנשלח אליו זקנים להעתיק התורה מעברית ללשון יונית והמצרים השימו כל המעשה הזה בספר בפני עצמו ותלו אותו במנין הביבליה שלהם וקראום אריסטיאו: Id est : *Horum ætate, summo Pontificatu functus est Eleaser Senior, a quo Ptolemaus Rex Ægypti per literas petiit, mitteret sibi viros ætate*(doctrinaque) *venerabiles, ad transferendum Legem Divinam, ex Hebræa, in linguam Græcanicam. Atq; Christiani totam hanc historiam, peculiari libro complexi sunt, quemq; in reliquorum Biblicorum librorum numero habentes, Aristæas vocant.* Sed his postremis, quid potest esse falsius, aut ineptius? Tantum enim abest, ut eum, qui nunc Aristææ nomine circumfertur, librũ, Christiani pro sacro & sancto habeant, ut multi ne quidem inter genuina, & Autorem nõ mentientia scripta, locum illi relinquant, atq; suppositititiũ arbitrentur. Verum istis, non imoramur, & sermonem ad nobile par Rabbinorum nostrorum revocando, iis Antigonum Sochæum Præceptorem obtigisse, in Pirke Avot. c. 1. legimus: משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרו לאנשי כנסת הגדולה וכו׳ שמעון הצדיק היה משירי כנסת הגדולה ואנטיגנוס איש סוכו קבל משמעון הצדיק וכו׳ יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם קבלו מהם: Id est : *Moses τὰς παραδόσεις accepit in monte Sinai, & tradidit eas Josuæ: Josuas autem tradidit Senioribus : Seniores vero tradiderunt Prophetis : Prophetæ tradiderunt Viris Synagogæ magnæ : Ex istis Synagogæ magnæ viris fuit Simeon justus, ab hoc vero Simeone justo, accepit Antigonus Sochæus &c. Jose filius Joëseri, Zeridensis; & Jose filius Jochananis Hierosolymitanus, acceperunt ab illis.* Hoc vero in dicto, verbum postremum, depravatum arbitratus est Cl. Petitus, unde, cum & ipse illud l. 3. Observat. cap. 2. attulisset, sic porro disserit : *Vides, neminem esse a quo* (Jose Joëzeri filius & alter Jose Johannis filius) *accipere potuerint, præter Antigonum Sochæum, qui immediate præcedit, & a quo non est dubium accepisse. Verum is unus est, a quo acceperunt, ac proinde τὸ* מהם *in* plurali *numero non est hujus loci* קבלו מהם acceperunt ab illis. *Non ignoro Antigoni æqualem & coævum fuisse* Eliezerum *Charsomi filium, cujus meminit Maimonides Præfatione ad* סדר זרעים cap. IV. והחבירה השניה אנטיגנוס איש סוכו ור׳ אלעזר בן חרסום: Secunda æqualium successio, Antigonus Sochæus & Rabbi Eliezer Charsomi Filius. *Quibus in verbis castiganda est ἀκυρολογία, præstantissimi Scriptoris, qui* Eliezerum *Charsomi filium,* Rabbi *titulo ornat, contra quam observatum fuisse, hac ipsa Præfatione*

tione testatur : nam ad mortem Hillelis usq. לא נקראו לא בשם רבן ולא בשם רבי רק נקראו בשמם וזה לגודל מעלתם שאי אפשר למצא כנוי ראוי להם כמו שאין כנוי לנביאים: non dicebantur Rabban, aut Rabbini, sed suo tantum quisque nomine : idque propter magnitudinem excellentiæ ipsorum, quod fieri nequiret, ut reperirent cognomina illis digna, quemadmodum nullis titulis Prophetæ honestabantur, *ut ex hac Maimonidis Præfatione scribit Auctor* צמח דוד *Sed ista missa faciamus πάρεργα, ut de re ipsa dicamus. Quanquam igitur* Antigoni *Sochæi æqualis esset* Eliezerus *Charsomi Filius, non tamen una cum eo Scholæ præerat, in tradendis* ταῖς πατροπαραδόσεσι *occupatus, sed summo fungebatur Sacerdotio &c.* Interjectis aliis, tandem conjecturã de emendando verbo מהם proponit Vir eruditus, inquiens: *Corruptus est locus in hac voce* מהם *ei corrumpendo fuit scriptura illa, quam currentem vocant, in qua facilis lapsus fuit e litera* א *in literam* ה *ut & litera* ס *in literam* ם *finalem: Nam existimamus scriptum olim fuisse compendiose* מאס id est מאנטיגנוס סוכו ab Antigono Sochæo, *pro quo pessime* מהם ab illis, *legerunt.* Hactenus Petitus. Cæterum, occurrunt quædam, circa ista monenda, ea citra ordinem edisseremus. Principio, cur Eleasar (sic namque vocari debet, quia אלעזר Hebræi scribunt, non אליעזר) Charsomi filius, Antigono Sochæo in tradendis ταῖς παραδόσεσι non conjungatur, vehementer dubito, num propriam causam vir Doctus indicaverit. Quippe, nihil quicquam impediebat Pontificatus officium, quo minus simul Doctoris munere iste fungi potuisset, atque sic habemus clarum exemplum in Simeone Justo, de quo ex laudato τῶν Pirke testimonio, patescit Archididascalum fuisse, & tamen שכהן גדול היה בימי אלכסנדרוס מוקדן *eundem Sacerdotem quoq. Magnum, temporibus Alexandri Magni fuisse*, nostra τῶν Pirke editio, statim adjicit in margine, & ea de re inter omnes constat. Jam porro, Maimonides fortasse immerito ἀπροσεξίας accusatur a Viro Literatissimo, neq; poterat Maimonides in una & eadem præfatione sui tam esse immemor. Scilicet, Eleasar Charsomi filius, neutiquam locum invenit inter eos, qui sine honoris elogio, nudis tantum nominibus memorantur, sed est extra illam Classem. Soli enim Hillele priores Archididascali, & quorum seriem recensuimus, id proprium & peculiare habent, ut ἄνευ προσθήκης allegentur, de cæteris, qui his coævi erant Eruditis, idem non præcipitur. Unde non Maimonides tantum, sed & Autor libri Halich. Ol. p. 19. Baal. Juchas. p. 15. b. itemque Baal Zemach David ipsi deinde Petito laudatus, magno consensu Eleasarem istum, Rabbinum salutant. Atque, ne quis mihi dicat, istos omnes cum Maimonide imprudente Duce sic errasse, ecce Eleasaris Charsomi filii, non aliter quam cum Rabbini epitheto, etiam ipsum Talmud meminit in Joma fol. 35. b.

לעשיר אומרים לו מפני מה לא עסקת בתורה אם אמר עשיר הייתי טרוד הייתי בנכסי אומרים לו כלום עשיר היית יותר מר״א בן חרסים אמרו עליו על רבי אלעזר בן חרסום שהניח לו אביו אלף עיירות ביבשה וכנגדן אלף ספינות בים ובכל יום נוטל נאד של קמח על כתפיו ומהלך מעיר לעיר וממדינה למדינה ללמוד תורה פעם אחת מצאוהו עבדיו ועשו בו אנגריא אמר להן בבקשה מכם הניחוני ואלך ללמוד תורה אמרו לו חי ר׳ אלעזר בן חרסום שאין מניחין אותך * ונתן להם הרבה כדי שיניחו אותו והלך: Id eſt : *Olim* (in judicio extremo, quæret Deus ex quoquo ignavo, Legisque ſuæ ignaro:) *Quare non didiciſti Legem meam ? Quodſi quis igitur reſpondeat : Dives eram, & in*(collocandis) *opibus occupabar : Ibi audiet : Nunquid tu ditior fuiſti R. Eleaſare Charſomi filio ? Nam de iſto conſtat, reliquiſſe ei patrem mille urbes in continenti ; totidemq; naves in mari. Nihilo minus, quoquo die, mantica farina* (ſeu viatico) *repleta, humeros onerans, urbes cum urbibus, provincias cum provinciis commutavit, quo in ſacris literis diſcendis operæ pretium faceret. Accidit aliquando, ut ſui in eum inciderent ſervi, & ad* ἀγγαρείαν *præſtandam ipſum cogere vellent : Tum vero, Obſecro vos, inquiebat, miſſum me facite, ut abeam, & ſtudia mea perſequar. Contra ipſi : Ita vivit R. Eleaſar Charſomi filius, non te dimittimus. Ergo magna pecunia ſoluta, facultatem abeundi redemit.* Jam, quod ipſam verborum in Pirke, Petiti correctionem concernit, næ illa longiuscule arceſſitur. Siquidem, niſi me fallunt omnia, haud unquam אנטיגנוס סוכו Judæi aut dixere, aut dicunt, ſed ſemper iſtis vocibus verbum איש interſeritur, quippe ſine quo ſenſus neutiquam ſibi conſtat. Non igitur pro מהם cum Petito מאם reſcribere audemus, ſed de alia ratione diſpiciendum, quomodo locum, quem interim difficultate non minima laborare negari nequit, ſalvare nobis liceat. Eam vero ne operoſe nimis quæramus, ultro ſuccurrit Baal Juchaſin, qui p. 16. a. geminum affert remedium, inquiens : יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסף * בן יוחנן איש ירושלם קבלו מאנטיגנוס ומשמעון הצדיק שכן אמר במשנה קבלו מהם לשון רבים וכן פירש רבי מאיר הלוי בר רבי טודרוס מטוטילה בפירוש אבות או יכשה לומר מאנטיגנוס ובית דינו כמו רבי אלעזר בן חרסום וכן אמר הרמב״ם ז״ל בתחילת המדע: Id eſt : *Joſe filius Joëſeri Zeridenſis, & Joſephus filius Jochananis Hieroſolymitanus,* (τὰς παραδόσεις) *acceperunt ab Antigono, & Simeone Juſto, nam ſic in Miſchna,* (ſive Pirke) קבלו מהם Acceperunt ab illis, *plurativo numero dicitur. Atq; hæc expoſitio eſt R. Meir Levita, F. R. T. Toletani, in Commentario ſuper* Capi-

* Sequentia e Talmudis editionibus male exciderunt, quæ ex En iſr. f. 103. col 2 reſtituimus.

* Nomina יוסף & יוסי cum de his Rabbinis ſermo eſt, uſurpantur promiſcue.

Capitula Patrum. *Aut, si mavis, dicamus,* (accepisse illos τὰς παραδόσεις) *ab Antigono ejusq; sectatoribus, nam idem & de R. Eleasare Charsomi filio constat: quæ illustris Maimonidis in principio tractatus Madda, est interpretatio.* Quod, si cui, neutra harum conciliationum satisfaciat, eum non impediemus, quo minus vocem מהם corruptam pronunciet. Qui vero sic animatus est, tantum valde affinem, ממנו pro ea rescribat, atque sic tollitur e medio, omnis qui erat in hac re scrupulus, & ad solum Antigonum Sochæum, de quo mentio præcesserat, sermo referetur. Atque hoc quidem tanto majore confidentia facere fas est, quia ממנו pro מהם in Cracoviensi τῶν Pirke editione, pridem diserte legitur. Ante vero, quam sæpe memoratos Rabbinos nostros, plane deserimus, non negligenda nobis est Autoris libri Juchasin quam verbis paulo ante allatis, subjecit, de iis observatio: מכאן התחילו הזוגות והבאים אחריהם עד הלל ושמאי שהם כלם חמשה זוגות וזהו מה שאמר שקבל מהזוגות וכל זוג וזוג האחד נשיא והשני אב בית דין חוץ משמעון בן שטח ויהודה בן טבאי שיש בזה מחלוקת רבי מאיר אומר שיהודה בן טבאי נשיא ושמעון בן שטח אב בית דין וחכמים אומרים להפך ונראה כחכמים׃ Id est: *Ab istis incipit recensio veterum Sapientum, secundum paria,* (nam qui hos præcessere, singuli tantum memorantur:) *Atq; is ordo ad Hillelem & Schammaeum usq; servatur, suntq; in universum paria quinq; : & ortus inde sermo est, ut dicatur, quem a pari Sapientum τὰς παραδόσεις accepisse. Notandum vero, cujusq; paris, primum fuisse Principem, alterum, fuisse Patrem Domus Judicii, nisi quod de Simeone filio Schetach, & Juda filio Tabai dissensus est. R. Meir enim, Judam filium Tabai, Principem facit, Simeonem vero filium Schetach, Patrem Domus Judicii: At contrarium Sapientibus placet, quorum opinio videtur verior.*

5. Viri botruosi] Ipsa Gemara, quando alibi, puta in Temura fol. 115. b. eadem, quæ hic loci de Jose filio JoëseriZeridensi, & Jose filio Jochananis Hierosolymitano, prædicat, simul exponit, qui per Viros Botruosos accipi debeant. Sic ibi habent verba: משמרת יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסף בן יוחנן איש ירושלים בטלו האשכולות איש שהכל בו ואמר רב יהודה אמר שמואל כל אשכולות שעמדו להם לישראל מימות משה עד שמרת יוסף בן יועזר היו למדים תורה כמשה רבינו מכאן ואילך לא היו למדין תורה כמשה רבינו׃ Id est: *R. Jose F. Joëseri Zeridensi, & Jose Jochananis F. Hierosolymitano, mortuis, sublati sunt Viri Botruosi, sive quibus τὰ πάντα inerant. Autore Samuele, dixit R. Jehuda, a-*

da, omnes Viros Botruosos, qui inde a Mosis ætate, ad obitum usq; Josephi filii Joëseri Judæis obtigerunt, in Lege Divina haud minores ipso Mose Legislatore fecisse profectus, sed postea magnam doctrinæ imminutionem accidisse.

י

יוחנן כהן גדול העביר את הודיית המעשר אף הוא בטל את המעוררין ואת הנוקפין עד ימיו היה פטיש מכה בירושלם ובימיו אין אדם צריך לשאול על הדמאי:

X.

[1] JOchanan Summus Pontifex, [2] abrogavit Confessionem Decimarum; quin & [3] Officia excitantium a somno, & [4] scarificantium victimas abrogavit. Usque ad ejus ætatem [5] pulsabat malleus Hierosolymis: Et tum temporis, [6] non amplius quærebatur, num quid decimatum esset?

ANNOTATA.

1. Jochanan Summus Pontifex] Is intelligitur, qui Matathiæ pater fuit, & cujus 1. Maccab. II, 1. mentio habetur. Vide Schalsch. Hak. p 23. a. Juchasin p. 16. b. & p. 61. a. Adde, si lubet, Seldenum de Successf. l. 1. c. 10.

2. Abrogavit confessionem Decimarum] In hæc verba sic commentatur Bartenora: הודיית מעשר ודוי מעשר בערתי הקדש מן הבית וגם נתתיו ללוי שעזרא קנס את הלוים שלא יתנו להם מעשר כשעלה מן הגולה ובני לוי לא עלו עמו וצוה שיתנו המעשר לכהנים ויוחנן כהן גדול בטל הודוי שלא היה יכול לומר וגם נתתיו ללוי:
Id est: *Per Confessionem Decimarum*, (intelliguntur verba concepta, quæ Deut. XXVI, 13. seqq. sunt expressa:) Sustuli quod sanctum est e mea domo, etiamque illud dedi Levitæ. &c. *Sciendum vero, Esram mulctasse Levitas Decimis* (primis, quæ illis cæteroquin ex Lege Divina debebantur.) *Cum enim finita captivitate Babylonica Judæam peteret, & a Levitis,* (prout Esr. VIII, 15. legimus) *desereretur,* (vetuit ipse, porro Decimas primas dare Levitis,) *easdemq; Sacerdotibus assignavit. Quamobrem Jochanan Pontifex abrogavit recitationem*

nem ſolemnis formulæ, quia ſalva veritate jam dicere non licebat : Etiamque illud dedi Levitæ. Nimirum, exiſtimavit Jochanan, ſatius eſſe, prorſus omittere formulam a Deo præſcriptam, quam quid ejusdem contra conſcientiam enunciare, cum ex diſpoſitione Eſræ, illa tempeſtate neutiquam Levitis, ſed Sacerdotibus, Decimæ tribuerentur. Atque integram quidem formulam abrogandam, non ſola illa verba, quæ ad Levitas attinent, reſecanda cenſuit, quia, dicente ita rationem Reſch Lakiſch in Gemara : כל בירת שאין מתודה על מעשר ראשון שוב אין מתודה על שאר מעשרות: Id eſt : *Quisquis de Decimis primis non poteſt edere confeſſionem, is porro nec eam edit, quæ eſt de Decimis reliquis.*

3. Officia excitantium a ſomno] Quippe, uti eſt in Gemara, ſolebant Levitæ, ſingulis diebus, inter reliquas preces & hymnos ex Pſ. XLIV, 24. etiam modulari : Evigila, quare dormires? Domine? Ea verba, cum quos imperitiores offendere poſſe ſuſpicaretur Jochanan Pontifex, illamque opinionem in ipſorum animis generare, quaſi Numen æternum ſomno & quieti indulgeat, ideo ad tollendam hanc abſurditatem, & ad perſuadendum id, quod Scriptura Pſ. CXXI, 4. diſerte teſtatur : Ecce non dormitat, neque dormit cuſtos Iſraëlis: Ipſe abſtinere Levitas juſſit a prædicta formula. Neque vero Sapientiores, & quibus de genuino illorum verborum ſenſu conſtabat, id vitio vertere poterant, nam huic exhortationi etiam κατὰ τὴν κατάβασιν intellecta, tantum locus eſſe videtur, cum calamitatibus premuntur Judæi, a quibus tamen, illa ætate erant immunes.

4. Scarificantium victimas] Ut hæc probe intelligamus, Gemara adhibenda eſt in ſubſidium, quæ annotat : מאי נוקפין אמר רב יהודה אמר שמואל שהיו מסרטין לעגל בין קרניו כדי שיפול דם בעיניו אתא איהו בטיל משום דמיחזי כי מומא במתניתא תנא שהיו חובטין אותו במקלות כדרך שעושין אותו לפני ע״ז אמר להם עד מתי אתם מאכילין נבילות למזבח נבילות הא שחיט להו אלא טריפות שמא ניקב קרום של מוח עמד ודתקן להם טבעות בקרקע: Id eſt : *Quinam ſunt iſti Scarificantes ? Autore R. Samuele, docet R. Judas, eam quondam* (in Templo Hieroſolymitano obtinuiſſe conſuetudinem, ut Sacerdotes immolaturi) *vitulum, pellem quæ inter cornua ejus eſt inciderent, quo ſanguis inde promanans, oculos* (fuſcando, victimam mactationi redderet morigeram) *At Jochanan Pontificatui admotus, ſuſtulit hunc morem, quia illa ratione vitium victimis ineſſe videbatur. In Miſchna traditur, receptum* (quoque) *fuiſſe, ut victima mactandæ, fuſtibus in fronte,* (quoad mi-

ad mitescerent,) *caderentur, quod idem vanæ superstitionis sacrificuli facere solebant.* (Hunc igitur ritum sacro Templo indignum ratus Jochanan Pontifex,) *quousq; inquiebat, morticinis pascetis altare?* (Dicat quis:) *Itane morticinis? Atqui, mactabantur utiq; victima. Nimirum,* Vitiosis, *dicere volebat, quod facile fieri posset,* (ut illa percussione) *pellicula cerebri perforaretur. Quamobrem annulos in solo templi fieri jussit,* (ad quos funibus protractæ, alligatæque victimæ, commode sic mactarentur.) Non negligenda obiter, annulorum istorum forma, quam Jeruschalmi depingit, dum, quod רחבות מלמטן וצרות מלמעלן *inferne ampli, superne angusti fuerint*, asseverat.

5. Pulsabat malleus Hierosolymis] Dies, qui primo & septimo festi Paschatis, itemque primo & octavo festi Tabernaculorum interjiciuntur, eos Judæi חול המועד vocant, atque hi etsi feriati quodammodo sunt, & vacationem a labore quæstuario communiter exigunt, tamen si necessitas imperet, & metus sit, periturum cæteroquin cœptum opus, ni perficiatur, illud die aliquo ejusmodi absolvere, & detrimentum quod imminet, avertere licebat. Atque hoc privilegio, uti omnes omnino gaudent opifices, ita & fabri ferrarii ante Jochananis tempora, eodem Hierosolymis utebantur, ac in diebus minus sacris, ea, quæ vitium, nisi perfecta redderentur, contractura erant, incudi subjiciebant. Etiam hæc res intolerabilis visa est Jochanani Pontifici, quatenus fabros ferrarios concernit, ob mallei sonum, qui e longinquo exauditur, & suspicari facit peregre adventantes, nullam prorsus in die minus festo Hierosolymis a labore esse cessationem. Ergo cæteris opificibus qui clam opus peragunt, more majorum vivere permittens, solis ferrariis fabris mallei usum interdixit.

6. Non amplius quærebatur, num quid decimatum esset] Non enim fides haberi poterat homini plebejo venditori, etiamsi rerum quas venum exponebat, Decimas jam solutas esse, magna asseveratione testaretur: Tanta erat illis temporibus morum corruptio. Gemara nostra: יוחנן כהן גדול גזר על הדמאי לפי ששלח בכל גבול ישראל וראה שאין מפרישין אלא תרומה גדולה בלבד ומעשר ראשון ומעשר שני מקצתן מעשרין ומקצתן אין מעשרין אמר להם בניי בואו ואומר לכם כשם שתרומה גדולה יש בה עון מיתה כך תרומת מעשר וטבל יש בהן עון מיתה עמד והתקין להם הלוקח פירות מעם הארץ מפריש מהם מעשר ראשון ומעשר שני מעשר ראשון מפריש ממנה תרומת מעשר ונותנה לכהן ומעשר שני עולה ואוכלו בירושלים מעשר ראשון

ראשון ומעשר עני המוציא מחבירו עליו הראיה: Id est : *Jochanan Pontifex, Decimationi dubia nullum amplius locum reliquit. Cum enim per universam Judaeam misisset* (exploratum, quomodo Decimæ a proventibus agrorum segregarentur,) *deprehendit, omnes quidem segregare Ablationem magnam, sed decimas primas, & Decimas secundas, aliquos separare, ab aliquibus vero id negligi. Quamobrem, O mei, inquiebat.* (erratis graviter, quod ad solam Ablationem magnam separandam, vos ex Lege Divina necessario teneri, existimatis:) *Nam attendite, id vobis assevero, aeq. ac intermissio Ablationis magnæ, reatum capitalem involvit, ita pariter, si Decimarum Decima, simul cum Decimis primis & secundis non separentur, idem reatus contrahitur. Ergo hanc Legem fecit: Quisquis fruges a plebejo homine emtitat*,(nihil moveri debet, etiamsi sacramentum venditor juret, præter Ablationem magnam, de qua hactenus fides habetur, omnes etiam Decimas inde esse segregatas.) *Quin potius, inde separare tenetur & primas, & secundas Decimas. Primarum Decimarum rursus facienda est decimatio, quæ Sacerdotibus cedit ; Decimas secundas Hierosolymis comedere oportet : Cæterum ipsas primas Decimas,*(sive illarum, post decimationem residuum,)*itemq. pauperum Decimas, qui sibi concedi postulat, huic afferenda probatio est.* Ad sensus integritatem, supplendum porro : Nam si Levitæ eas exigant, dicendum Esram illos privilegio suo privasse : Si Sacerdotes, licebit opponere, nullo jure Divino ipsos subnixos esse, nec carere dubitatione, an Esra, id quod Numinis lege expressa Levitis debebatur, Sacerdotibus concedere potuerit. Quoad igitur alterutri evidenti ratione sibi Decimas primas deberi ostendant, tantisper ad eas persolvendas, neminem obligo, sed his ut ipsi patresfamilias, atque emtores fruantur fas esto: quippe hanc indulgentiam præsens morum corruptela exigit. De dolo malo, quem, ad Decimas declinandas, hujus ævi Judæi committebant, extat locus in Berachot fol. 35.b. בא וראה מה בין דורות ראשונים לדורות אחרונים דורות הראשונים היו מכניסין פירותיהן דרך טרקסימון כדי לחייבם במעשר דורות האחרונים מכניסין פירותיהן דרך גגות דרך חצרות דרך קרפיפות כדי לפטרן מן המעשר: Id est : *Veni vide, quantum discriminis intersit, inter mores Antiquorum, & mores Posteriorum. Antiqui, agrorum suorum proventus, inferebant in ædes per illarum ostium, ut eos ad Decimas de iis præstandas, obligarent. At posteriores, inferebant illos per tecta, per Atria, per Peribula, * ut a Decimarum solutione eosdem immunes redderent.* Quæ, ut recte accipiantur, sciendum, ita persuasos esse Judæos, non aliter proventus agrorum obligationem Decimarum contrahere, quam si per verum ostium in ædes fuerint illati. Nempe huc

* Ant, fortasse Podium significat vox קרפיפות

huc trahunt, quod concepta formula Decimarum præstationis, Deut. XXVI, 13. sic habet: בערתי הקדש מן הבית וגם נתתיו ללוי *Sustuli quod sanctum est* e mea domo, *etiamq; illud dedi Levitæ.*

יא XI.

משבטלה סנהדרין בטל השיר מבית המשתאות שנאמר בשיר לא ישתו יין ונומר:

EX quo [1] cessavit Synedrium, [2] cessarunt cantica in popinis. Juxta id quod S. E. (Ex. XXIV, 9.) *Cum Cantico non bibent vinum. &c.*

ANNOTATA.

1. Cessavit Synedrium] Quæ Synedrii denique fata fuerint, docetur in Schabbat fol. 15. a. & Rosch Hasschana fol. 31. a. unde quædam excerpimus. Priore loco extat: כשחלה רבי ישמעאל ברבי יוסי שלחו לו רבי אמור לנו ב׳ או ג׳ דברים שאמרת לנו משום אביך שלח להם כך אמר אבא קפ״ שנה עד שלא חרב הבית פשטה מלכות הרשעה * על ישראל פ׳ שנה עד שלא חרב הבית גזרו טומאה על ארץ העמים ועל כלי זכוכית מ׳ שנה עד שלא חרב הבית גלתה לה סנהדרין וישבה לה בחנויות:

* En Israël habet מלכות אדום

Id est: *Cum R. Ismaël, filius R. Jose, æger decumberet, misere* (Socienni, qui illum ipsorum nomine precaretur:) *Bone Magister, repete denuo, duo aut tria ex iis, quæ a patre percepta, nobis olim edisseruisti. Ibi renunciari jussit: Hæc meus Parens testatus: CLXXX. annis, ante desolationem templi* (secundi,) *cæpit Regnum Nequam Judæis imperitare. LXXX. annis, ante illam devastationem, decreto Sapientum, Regiones Gentilium, & vitra* (quæ cadaverum atque menstruatarum contactum passa erant,) *impura declarata: Quadragesimo ante πανωλεθρίαν anno, Synedrium exulare coactum, inq; tabernas* (montis sancti) *concessit.* Posteriore loco ita legimus: אמר רב יהודה בר אידי א״ר יוחנן עשר מסעות נסעה שכינה וכולהו מקראי וכנגדן גלתה סנהדרין מגמרא י׳ מסעות נסעה שכינה מקראי מכפורת לכרוב

לכרוב ומכרוב למפתן וממפתן לחצר ומחצר למזבח וממזבח לגג ומגג לחומה ומחומה לעיר ומעיר להר ומהר למדבר וממדבר עלתה וישבה במקומה אמר ר' יוחנן ו' חדשים נתעכבה שכינה לישראל במדבר שמא יחזרו בתשובה ולא חזרו אמרה תיפח נפשן וכו' וכנגדן גלתה סנהדרין גדולה נמרא מלשכת הגזית לחנויות ומחנויות לירושלים ומירושלים ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא לשפרם ומשפרם לבית שערים ומבית שערים לציפורי ומציפורי לטבריה: Id est : *Tradente R. Juda, filio Iddi, autor fuerat R. Jochanan :* (Stante adhuc primo templo,) *decem quasi stationes* (usque & usque paulatim recedendo,) *fecisse divinam majestatem,* (priusquam templo, urbe, populoque judaico relictis, cœlum repeteret:) *Idq; in ipsis Scripturæ verbis contineri. Harum autem stationum respectu,* (cum suis jam fatis urgeretur & succumberet secundum templum, toties) *Synedrium exulare coactum esse, quod traditione compertum habeatur. Quantum ad prius attinet, meavit scilicet divina Majestas ab* ἱλαστηρίῳ *super Cherubinos: inde ad limen: hinc in atrium: porro super altare: deinde in tectum: ulterius, in murum: tum, in urbem: postmodum, in montem: deniq; in desertum. Quod deserens, suum in locum contendit, ibidemq; permansit. Si tamen fides R. Jochanani,* (totos) *sex menses in deserto Judæos est præstolata, si forte per pænitentiam,* (ad bonam frugem) *redituri essent, sed minime id fecere : dixerat igitur : Male pereant* (Judæi &c.) *Diximus, harum Stationum respectu, totidem vicibus Synedrium Magnum in exilium actum esse, atq; hoc traditione constare. Nimirum e conclavi quod ex cæso lapide erat conditum, migravit in Tabernas, ex iis in ipsam Urbem, inde Jabnem, porro Oscham, ex qua urbe denuo Jabnem, atq; e Jabne pristinam Oscham repetere compulsum; hinc Schiphramum fugatum, porro Beth-Schearimum, ulterius Zipporam, tandemq; Tiberiadem.* Confer Maimonidem Hilch. Sanhed. c. 14. §. 12. 13.

2. Cessarunt cantica in popinis] Quomodo hæc accipienda sint, comodum nos monet Moses Kozensis in Smag. fol. 249. col. 3.

בפרק קמא דגיטין אסור בין זמרא דפומא בין זמרא דמנא

 אחר

אחר החורבן ופירש רבי שלמה לשורר בבית המשתאות משום בשיר אל ישתו יין אמנם לשמח חתן וכלה שהוא שיר של מצוה מותר: ואף בבית המשתאות פירש רב אלפס בשם גאון דווקא שירות של אהבת אדם ושבח אדם אבל שירות ותושבחו וזכרון חסדי המקום מותרין:

Id est: *In Capite primo tractatus Gittin, traditur, post excidium urbis nostræ, nefas nobis esse aut ore, aut fidibus canere. Atq; hoc interdictum R. Salomo, tantum de popinis valere ait, ut constet veritas illi* (Es. XXIV, 9.) Cum cantico non bibent vinum. *Interim Sponsum & Sponsam,* (modulata carmina canendo) *exhilarare licet, quam is cantus pius est. Quin, & illa in popinis prohibita cantica R. Alphas autoritatem summi viri secutus, tantum ad cantica amatoria, aut in laudem hominum facta, restringit, nam si qua ad celebrationem & memoriam Numinis, ejusq; beneficiorum recensionem pertinent, ea etiamnum in popinis decantare nulla probibet religio.*

יב

משמתו נביאים הראשונים בטלו אורים ותומים משחרב בית המקדש בטל השמיר ונופת צופים ופסקו אנשי אמנה שנ׳ הושיעה ה׳ כי גמר חסיד וגו׳ רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי יהושע מיום שחרב בית המקדש אין יום שאין בו קללה ולא ירד הטל לברכה וניטל טעם הפירות ר׳ יוסי אומ׳ אף ניטל שומן הפירות:

XII.

Simul ac [1] Prophetæ priores, fato functi sunt, Oraculum pectorale desiit. Templo desolato, periit Schamir, & [2] acœtum mel, defeceruntque viri fideles, prout S. E. (Psl. XII, 2.) *Juva Domine, nam desiit pius &c.* R. Simeon F. G. autor, testatum R. Josuam, quod [3] ex eo die quo templum devastatum est, nulla dies affulserit sine plaga, [4] neque ros salutis descenderit, & [5] sapor fructibus sit ademtus. R. Jose adjicit: Etiam pinguedinem fructibus ademtam.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Prophetæ priores] Prophetarum priorum Classis, cum Jeremia & Ezechiele, qui circa ipsa excidii Hierosolymitani tempora vixerunt, deficit. Nam Aggæus, Zacharias, & Malachias qui hos secuti sunt, Prophetæ posteriores audiunt. Vide mox Gemaræ Excerpta.

2. Acœtum mel] De verborum נופת צופים interpretatione mire variantes sunt in Gemara nostra sententiæ, cujus integrum locum adducemus : מאי נופת צופים אמר רב סולת שצפה
על גבי נפה ודומה לעיסה שנילושה בדבש ושמן ולוי אמר
שתי ככרות הנדבק בתנור ותופחות ובאות עד שמגיעות זו
לזו ורבי יהושע בן לוי אמר זה דבש הבא מן הציפיא מאי
משמע כדמתרגם רב ששת כמאן דבריאתא ושטיין ברומי
עלמא ומתיין דובשא מעישבי טורייא תנן התם כל הנצוק
טהור חוץ מדבש זיפים והצפיחים מאי זיפים א״ר יוחנן
דבש שמזייפין בו וריש לקיש אמר על שם מקומו כדכתיב
זיף וטלם ובעלות: Id est : *Quid significant voces* נופת צופים
Rav ait, illis notari pollinem, qui (ob nimiam pinguedinem,) *supernatat cribro*, (sive potius ejus lateribus adhæret,) *& refert imaginem massæ, oleo & melle subactæ. Levi ait, notari placentas duas, quæ* (more apud veteres panem excoquendi recepto, hinc & hinc) *furno applicatæ, magis magisq; sese efferunt, quoad sese invicem attingunt. R. Josua filius Levi ait, esse Mel proveniens ex* ציפיא *Sed, quid videtur sensisse? Nimirum id dicere voluit, quod R. Scheschet sic Chaldaice* παρεφράζει· Uti nutriuntur Apes, & volitant per aërem, afferuntque mel ex herbis montium. *Legitur in Mischna* : *Omnis* (liquor) *qui* (e vase mundo, in vas immundum) *effunditur*, (ejus residuum, in vase mundo remanens,) *purum est, solo melle* זיפים והצפיחים *excepto*; (cæteri enim liquores, simul ac quis fundere cessat, fatiscunt, estque semper inter liquorem qui effunditur, eumque qui recipitur discriminatio. At istud mel, ob suam pinguedinem, non admittit hanc separationem, sed e vase mundo in immundum illud effundendo, cum cessare voles, nunquam efficies, ut statim effusionis quasi filum abrumpatur, quin potius pars ejus mellis, quæ jam vas immundum subierat,

retrocedit in vas purum, & proinde hoc quoque vitiat.) *Cæterum, quare* זיפים *vocatur istud mel? R. Jochanan* (a זיף quod est Adulterare,) *sic vocari censet, quasi dicas, Mel quod* (affusione vini & aquæ) *adulterari solet*, (sine tamen ut fraus sese prodat, ob eximiam mellis præstantiam.) *Resch Lakisch vero a loco sic vocari existimat*; (est enim זיף urbis nomen, fitq; ejus mentio Josuæ XV, 24. ubi legitur:) Siph, & Telem, & Balot. Recentiores Rabbini, iis e Veteribus accedunt, qui נופת צופים *de Melle* sunt interpretati: Maimonides. מין דבש שהיה בא מארץ ישראל נקראת צופים היה מאד נפלא במראה ובטעמו ובריחו; Id est: *Species quædam Mellis, quam Judæa producebat, vocatur* צופים *fuitq, miro aspectu, gustu, & odore.* Bartenora: נופת צופים דבש הבא ממקום ששמו ציפ״א ומשובח מאד; Id est: *Vocibus* נופת צופים *notatur Mel, proveniens ex loco cui nomen Ziphi, estq, laudatissimum.* Nobis placuit נופת צופים interpretari *Mel acætum*, & præivere Junius ac Tremellius in translatione Psalmi XIX, 11.

3. Ex eo die quo templum devastatum est] Quinam Dies Urbi, Templo, & Politiæ Judaicæ excidium attulerit, his verbis docetur distincte in Erachin fol. 11. b. & in Taanit fol. 29. a.

ר׳ יוסי אומר מגלגלין זכות ליום זכאי וחובה ליום חייב אמרו כשחרב בית ראשון אותו היום ט׳ באב היה ומוצאי שבת היה ומוצאי שביעית היה ומשמרתו של יהויריב היתה והיה לוים עומדים על דוכנם ואומרים שירה ומה שירה היו אומרים וישב עליהם את אונם וברעתם יצמיתם ולא הספיקו לומר יצמיתם ה׳ אלהינו עד שבאו גוים וכבשום וכן בשנייה:

Id est: *R. Jose ait: Eventus prosperi*, (qui mortalibus accidere debent,) *derivantur in diem ipsis faustum, cladesq, in diem illis fatalem.* (Ejus rei templum Hierosolymitanum, exemplum luculentum præbet.) *Primi enim* (a Salomone conditi) *destructio, incidit in nonum diem*

diem mensis Ab, finem Sabbati, finemq; heptaëteridos, & Ephemeriam Jehojaribi. Stabant tum Levitæ, officio fungentes, cantantesq;. Quid vero cecinere? (Scilicet ex Ps. XCIV. v. ult.) Et convertit contra eos iniquitatem ipsorum, & malitia ipsorum exscindit ipsos. *Atq;, priusquam subjiciendo absolvere poterant*: Exscindet ipsos Dominus Deus noster: *Impetum facientes hostes, templum occuparunt. Omnes hæ circumstantiæ ita pariter acciderunt, cum secundum templum vastaretur.*

Atque illud de parilitate diei, quo utriusque templi excidium accidit, sedulo mirandum inculcat quoque Josephus l. 7. de Bello c. 9. Παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνων περιόδοις, ἡμέρα δεκάτη λώου μηνὸς καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη· *Evolutis temporibus aderat fatalis dies, qui erat decimus mensis Augusti, quo etiam prius a Rege Babyloniorum fuerat concrematum,* Et iterum c. 10. θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τῆς περιόδου τὴν ἀκρίβειαν· Καὶ μῆνα γοῦν, ὡς ἔφην, καὶ ἡμέραν ἐπετήρησε τὴν αὐτὴν ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη· *Miretur quis in eo circumacti temporis rationem & fidem. Nam & mensem, ut dictum est, eumq; diem servavit, quo primum a Babyloniis templum erat incensum.* Neque est inter Gemaram, & Josephum dissensus, quod illa diem nonum, hic vero decimum, nobis nominat. Nam, Josephus, ceu verborum apud eundem integer ibi contextus clare indicat, de templi pleno incendio loquitur, hujusque tempus designavit. Gemara, quando sacræ ædis ab hoste facta sit expugnatio, & quando ignis eidem subjici cœperit, declarat. Nimirum, uti est in Taanit fol. 29. a. & exinde apud Kimchiũ ad 2. Reg. XXV. בתשיעי סמוך לחשכה הציתו בו את האור והיה דולק והולך עד סוף עשירי: Id est: *Die nono, paulo ante crepusculum flamma templo fuit admota, quæ concepta, ad finem usq; decimi diei, vires suas exeruit.* Atque notanter, & apposite, in Gemara, loco allegato porro additur: אמר רבי יוחנן אלמלא הייתי באותו הדור לא קבעתיו אלא בעשירי מפני שרובו של היכל בו נשרף ורבנן אתחלתא דפורענות עדיפא: Id est: *Dixit R. Jocha-*

Jochanan : Ego quidem, si vixissem illa ætate, decimo die, (excidii templi quotannis) *recolere jussissem memoriam, quia hoc demum major templi pars conflagravit. Sed, Rabbini, potius ad principium cladis attenderunt.* His ita præmissis, jam porro, ex occasione profiteri licebit, me sic existimare, hancque spem lactare animum meum, suppeditasse mihi locum quem sub initium attuli Talmudicum,

OBSERVATIONEM PALMARIAM

dignamque, quam Eruditioribus pensitandam proponam. Nempe, fit verisimile, esse in verbis prædictis magnum momentum, ad meditandum aliquid solidi de articulo temporis, quo Dominus Deusque noster, in hoc orbe a Virgine sanctissima nasci voluit, & quod hactenus ἀναμφισβητήτως nondum est definitum. Sed, res ab ovo repetenda est. Vulgo cognitum habetur, dierum festorum plerorumque, quos inde ab aliquot Seculis celebrat Ecclesia, ordinationem, sive eorundem statis mensibus diebusque anno Juliano recursum, pendere a tempore, quo creditum est, fuisse conceptum Johannem Baptistam. Quia enim priscis Patribus persuasissimum erat, Zachariam, Patrem Baptistæ, Pontificatu functum esse, & cum Angelo loqueretur, id munus peregisse, quod solis facere licet Pontificibus, quodque non fiebat nisi semel in anno, sacra scilicet Expiationis luce, cui decimus dies nostri Septembris respondet. Hunc igitur diem Veteres Epocham statuerunt, secundum quam reliquas supputationes componerent. Nam, hanc ob rationem, non modo Visitationis, quam vocamus, Mariæ, memoriam recolimus postridie Kalend. Sext. & Nativitatis ipsius Baptistæ VIII. Kalend. ejusdem mensis: Sed etiam, ex eodem fundamento, divinæ Servatoris conceptioni VIII. Kal. Aprilis, Nativitati, VIII. Kalend. Januar. ejusdem Circumcisioni, ipsas Kalendas Januar. Purificationi Mariæ, IV. Non. Febr. sacramus, & medium interjicimus adventum Magorum. Enim vero, ista omnia arenoso fundamento superstructa esse, nec posse consistere, pridem viri Docti agnoverunt; eo quod Lucas verbis apertissimis nos edocet, non Pontificem fuisse Zachariam, sed Sacerdotem octavæ Classis; functum esse eundem ministerio in suæ Classis ordine, &

post

post impletionem muneris abiisse in domũ suam; deniq;, non apparuisse Angelum ingresso in sacrosancta adyta, sed stanti ad dextram altaris thymiamatis, quod erat in templo exteriori. Tot tantisq; rationibus, cum vetus de die Nativitatis Domini nostri elevetur opinio, merito sublimis Vir ingenii, & Princeps eruditorũ, *Josephus Scaliger*, de alia via ineunda fuit solicitus, per quam ad tempus concepti Servatoris perveniret. Constat e 1. Chronic. c. XXIV. Davidem Regem, Sacerdotes posteros Aaronis, secundũ familias suas distinxisse in Classes XXIV. idque sorte, quæ primum locum Jehojaribo, octavum Abiæ, e cujus Classe Zacharias fuisse scribitur, tribuit. Succedebant hæ Classes sibi invicem, justo ordine, ita ut alia aliam non præverteret, aut ei præriperet liturgiæ officium: Cumque ultima finiisset ministerium, iterum prima subsequebatur, orbe perpetuo. Hujus functionis tempus quod unaquæque classis obibat, ἐφημερίαν S. Lucas, Josephus ἐφημερίδα appellat, incipiebatque Liturgia, feria septima, sive die sabbati oriente, ab instauratione panum propositionis, & desinebat sequenti sabbato, ante horum panum remotionem. Singularum itaq; Familiarum sive Classium munus diebus VII. absolvebatur, at integer Orbis omnium XXIV. ephemeriarũ conficiebat dies CLXVIII. Priore templo superstite, ob Regum nequissimorũ idolomaniam, cui multi se totos mancipabant, ordo iste aliquoties fuit turbatus. Nam hierarchiam, a Davide institutam, Ezechias restituit, antequam Pascha celebraret, 2. Chron. XXIX, 25. Idem & Josiam fecisse 2. Chron. XXXV, 4. traditur. At vero, post conditum templum secundum, hæ vices non nisi semel interruptæ sunt, idq; cum Antiochus Epiphanes templum profanaret, sacrificia cum omni divino cultu abrogans. Hæc autem vastitas, cum universum trieñium durasset, a Juda Maccabæo ejusq; Sociis, in pristinum statum restituta sunt omnia, sacerque cultus postliminio exerceri cœpit, qua de re 1. Maccab. IV. & Josephus l. 12 Antiq. c. 11. legendi sunt. Celebrata fuere hæc Maccabæi Encænia, ceu e Josepho colligitur, Anno Mundi 3785. die 24. Novemb. feria secunda; atque ab hoc tempore, ad templi usque supremum excidium, Ephemeriæ & functiones sacerdotales, nullam amplius vim aut intercapedinem, ne quidem bello maxime flagrante,

passæ sunt, sed inviolata semper fuit orbis hieratici revolutio. Ergo Scaliger, postquam demonstrasset, Christum natum esse Anno Mundi 3947. ab Encæniis Maccabæi supputationem instituit, & Ephemerias omnes ad annum usque mundi 3946. dinumerat. Ea calculatione colligit, Zachariam, qui fuit ex octava familia, Liturgiam suam inchoasse die XXI. Juli, feria septima, & absolvisse die ejus mensis XXVIII. post quem in domum cum reversus esset, uterum ferre cœpit Elisabeth. Unde consequens, Johannem Baptistam conceptum fuisse A. M. 3946. circa finem Julii, aut certe initium Augusti; a quo termino si numerentur menses fere sex, pervenitur ad tempus concepti Servatoris, nempe ad initium Januarii mensis Anno 3947. atque sic sancta nativitas incidit in mensem Septembrem. Hæc Scaligeri est observatio, quam in Append. ad Emend. Temp. & in Canon. Isagog. p. 297. pluribus proposuit, sane (quicquid etiam Petavius aliiq; obloquantur) docta multum & ingeniosa, uti sunt cætera tanti viri omnia. Quæ laus, etsi semper, quoad divinis ingeniis suus honos superest, hoc ἀγαθὸν εὕρημα manebit, tamen reperere Viri Docti, quod in eo desiderarent, quodque impediret, ne vel sic quidem Scaligero concedere se posse profiterentur, de tempore nativitatis Domini nostri, omnino, *& ex meris demonstrationibus, quibus contradici non possit*, ceu ipse jactitat, jam constare. Nimirum, scrupulum iis injicit, quod Scaliger pro certis reputat, quæ tamen extra dubitationis non sunt posita periculum. Vult enim ipse, cum a Maccabæo celebratis encæniis restituerentur cærimoniæ & sacrificia, familiam Jehojaribi, quæ prima in ordine fuit, primam quoque inivisse munus suum die XXII. Novemb. biduo ante Encænia: Hoc vero, quia nec Autor libri Maccabæorum, nec Josephus scriptum reliquerunt, ideo dicunt eruditi, probabile quidem esse, ita se rem habuisse, posse tamen fieri ut secus acciderit, & ut aut eadem illa familia, in cujus Ephemeria interruptus cultus est, aut quæ hanc excipiebat, initium liturgiæ postea faceret; aut, ut id faceret ea, quam tetigisset ordo, si non fuisset turbatus, supputatis scilicet vicibus, quæ triennii spatio exactæ erant, ut partes ministrandi devenirent ad Ephemeriam illam, cujus fuissent, nisi Antiochi scelus divinorum

rum

rum officiorum periodum, quiescere coëgisset. Addimus nos, illud quoque merito posse quem offendere, quod Scaliger eam præcipue Ephemeriam qua familia Abiæ die XXI. Julii ministrare cœperat, ad inveniendum tempus Dominicæ Nativitatis adhibuit. Nam, si semel tantum annuatim cyclus hieraticus singulas familias tetigisset, salva essent omnia, nec haberemus quod a Scaligeri opinione nos dimoveret. At in eodem anno 3946. (in quo quod Johañes Baptista conceptus fuerit, Scaligerum vere demonstrasse hactenus suppono) liturgiæ officium, etiam die 3. Febrruaii, Abiæ familiam adiisse, constabit, si a die XXI. Julii, dies CLXVIII. quos sacer ephemeriarum orbis complectitur, retroversus quis numeret. Ergo, causam afferret Scaliger æquum erat, quare potius, cum secunda, quam cum prima vice, Abiæ familia ministerio fungeretur, ἐυαγγελισμὸν Zachariæ factum esse arbitraretur. At vero, hoc tantum non fecit ipse, sed ad priorem familiæ Abiæ illo anno functionem, ne attendisse quidem videtur, quod tolerari nequit. Scilicet, breviter & accurate ita eam proponente Calvisio in Isag. Chronolog. p. 237. sic se habet tota Scaligeri collectio. *Christum natum demonstravimus anno Mundi* 3947. *Ergo Johannes Baptista conceptus Anno* 3946. *Ab anno Mundi jam* 3785. *quo templum repurgatum est, usq; adhunc annum* 3946. *incipientem, effluxerunt anni Juliani,* 160. *& dies* 39. *tot enim dies a vicesimo secundo Novembris*, (qui dies est repurgati templi) *usq; ad Calendas Januarii sequentis anni supersunt. Anni* 160. *Juliani redacti in dies, efficiunt in una summa dies* 58479. *qui si dividantur per* 168. *dies, tot enim consumebantur dies, priusquam ephemeriæ in orbem redirent, prodeunt orbes hujusmodi hieratici* 348. *& dies insuper quindecim, qui ostendunt anno Mundi* 3945. *die* 17. *Decembris feria septima, primam familiam Joarib, suam vicem iterum inchoasse, addatur adhuc unus orbis sive dies* 168. *ut propius ad conceptionem Johannis accedamus, hi pertingunt usq; ad diem* 153. *a Calendis Januarii, Anni* 3946. *sive ad* 2. *diem Junii, feria septima, ubi iterum familia prima Joarib suam vicem obivit. Porro Zacharias fuit ex familia Abiæ, ex familia octava in ordine; septem igitur familiæ præcesserunt, & vicem suam implerunt diebus* 49. *qui additi ad secundum diem Junii pertingunt ad diem* 202. *a Calendis Januarii, & ostendunt Zacha-*

riam inchoasse liturgiam suam die 21. Julii, feria septima, & complevisse dies officii die 28. Julii. Facile apparet, in ista collectione id incuriose fieri, quod ad inveniendum tempus in quo Abiæ familia Anno 3946. munus suum peregit, a die 17. Decembris, Anni 3945. integer ordo hieraticus numeretur, atque huic expleto addantur deinde dies 49. sicque statim transitus fiat ad diem XXI. Julii Anni 3946. Etenim, non animadvertit Scaliger, si diei decimo septimo Decembris, Anni 3945. jungantur dies 49. debiti ministerio primarum septem familiarum, jam liturgiam Abiæ in annum 3946. diemque 3. Februarii incidere. Atque in hoc termino subsistendum erat, nisi ratio longius ire compulisset. Quia igitur his difficultatibus premitur Scaligeri sententia, nobis visum est ad eas quantum licet effugiendas, paulo aliter instituere computationem. Nempe, nixi autoritate Talmudis, a familia Jehojaribi & die 9. mensis Ab, Ephemerias Sacerdotum, per annos LXXI. (quot inter templi excidium, & Johannis Baptistæ conceptionem intercedere supponimus) retrorsum numeramus, usque dum ad Abiæ Ephemerias delabimur. Atque hoc temporis intervallo, quia nulla sacri ordinis fuit turbatio, nullus utique error in calculo metuendus, & proinde de tempore concepti Johannis, quæque ab hac Epocha dependet, conceptione ac nativitate Servatoris nostri, vere magis pronunciare licebit.

Sic vero nos, rationem omnem inimus. Principio, tanquam certum mihi sumo, non falli Scaligerum, Calvisium, cæterosque communiter Chronologos, quando diem IX. mensis Ab, qui Hierosolymitano templo ultimum excidium attulerat, in illo anno quo hæc clades accidit, cum die X. Augusti, Julianæ supputationis, coincidisse asseverant. Novi equidem, esse qui diem Augusti IV. alios qui I. Septemb. malint substituere, nec minus perspectũ habeo, cum diem IX. Ab, his temporibus Judæi luctuose celebrant, tum nobis etiam a prædictis omnibus diversam illucescere. Sed, posterius dubium nihil me movet, longe enim aliter Judæi quondam años computabant, ac nunc id faciunt; ad prius vero quod attinet, fatebor candide, non me tantum profecisse in siderali scientia, & in embolismis illis dierum, mensiumque apud veteres Judæos numeran-

merandis, ut periculum facere queam, num Augusti IV. vel I. Septemb. aut alius quicunque dies, magis cum IX. die mensis Ab conveniat, quam ille quem Scaliger, quique eum sequuntur, assignarunt. Quando igitur rem intricatam expedire non possum, יש להלוך אחר הרוב plurium sententiam sequi cogor, quæ, si maxime erronea sit, tamen vel sic summa causæ nostræ nullum detrimentum patietur, & facile erit iis, qui melius rem tenent, calculi nostri errores emendare, nam ipsum medium quod dabimus ad verum perveniendi, semper salvum relinquitur. Porro, illud quoque meæ calculationi substerno fundamentum, inter excidium Templi Hierosolymitani, & nativitatem Domini nostri intercessisse annos LXX. qua in re pleriq; Veteres & Recentiores, quod sciam, consentiunt. Ut igitur pedem figere possim hanc sententiam pro vera amplector, ita tamen, ut si maxime quis docere queat aut citius aut tardius, quam septuagesimo post Christi θεανθρώπου nativitatem anno, Hierosolymas deletas fuisse, rursus modus supersit, nostram hypothesin ad illam opinionem accommodandi. Istud vero denique tanquam certum & extra omne dubitationis periculum positum mihi concedi postulo, in non eundem añum incidisse Christi nativitatem & Johañis Baptistæ conceptionem: quia enim Matrem Domini Sanctissimam, non nisi currente sexto mense postquam uterum ferre cœperat Elisabeth, sacer Dei Spiritus fœcundavit, utramque eodem anno peperisse fieri nequit. Jactis his fundamentis, nunc tandem reliqua superstruimus, atque sic facimus collectionem. Ex concessis, dubitari nequit, inter Conceptionem Johannis Baptistæ, & Templi excidium LXXI. annorum fuisse intervallum: Verum id παχυλῶς sic loquendo tantum verum est neque enim ipsa temporum momenta ideo sibi respondent, &, si maxime alia anni tempestate Hierosolymæ deletæ fuerint, alia conceptus Baptista sit, tamen adhuc recte dicimus, inter utrumque factum annos effluxisse LXXI. At, illud certum immotumque est, a die X. Augusti ejus anni, in quo desolatum templum fuit, ad diem usque X. Augusti anni quo conceptus Baptista est, ita computari annos LXXI. ut jam ipsa quoque tem-

porum momenta, & articuli exactissime conveniant. Hanc igitur constituo quasi Epocham, & accipiendo istos LXXI. annos, omnium & singulorum dierum summam ineo, deprehendoque efficere ipsos dies 25932. Nam LXXI. anni communes, habent dies 25915. inter hos vero quia XVII. sunt Bissextiles, quorum cum Scaligero nominatim habenda quoque ratio est, additis intercalariis 17. diebus, emergunt dies 25932. Nunc, numerum istum 25932. dividendo per 168. quot nempe dierum spatio, integer ordo hieraticus in orbem redibat, invenio cyclos hieraticos 154. integros, & insuper dies 60. Hoc est, id manifestum evadit, quod a X. die Augusti qui templo fatalis fuit, & quo, ceu ex Talmude docuimus, Jehojaribi classis officio functa est, ad diem usque X. Augusti in anno quo Johannem concepit Elisabeth, cyclos hieraticos numerando, 154. vicibus integer orbis fuerit absolutus, quodque ex novo & nondum completo cyclo adjiciendi insuper sint dies 60. Ex his 60. diebus, constat illum qui centesimum & quinquagesimum quartum cyclum impletum proxime excepit, ad liturgiam iterum vocasse Jehojaribi familiam, at eum, qui sexagesimus sive postremus numero deprehenditur, & in quo omnis calculatio desinit, cum X. die Augusti coincidere. Ergo ab isto decimo Augusti die, si retroversus iterum numeremus dies 60. non latere nos poterit quo mense, & quoto ejus die, Jehojaribi familia munus sacrum denuo exorsa fuerit. Id vero dum facimus, ad diem 9. Octobr. delabimur, quippe a die excidii Hierosolymitani nostra ortum traxit calculatio. Isto die invento, facile est, de die quo Abiæ familiæ quæ ordine octava fuit, ministrare cœpit, pronunciare, fuit enim 27. Novembris, qui sese offert, additis 49. diebus, quibus septem priores familiæ suo officio functæ sunt. Verum, nondum etiam hic acquiescere licet: serum enim est id anni tempus, & oportet in eodem hoc anno, jam semel munus suum obierit Abiæ familia. Atque ita se omnino res habet, idq; facere aggressa est die 12. Junii, quippe ad hunc denique delabimur si a die 27. Novembris, dies 168. retro computamus. Sic igitur Abiæ familia, in hoc anno quo conceptus Baptista est, bis, ceu demonstravimus, ad liturgiæ sacræ officium sese accinxit, nimirum,

tam

tam die 12, Junii, quam die 27. Novembris.

Utrique huic initiali termino, addendo dies septem, finem habemus ambarum ephemeriarum, atque die 19. Junii, dieque 4. Decembris, Zacharias Sacerdos ad penates suos est reversus. Proinde, post alterutrum horum dierum, mox conceptus fuit Baptista, etsi fortasse definire non licet, ecquem illorum conceptio proprie exceperit, nam, me quidem, & rationes, & conjecturæ deficiunt. Quæ res, quamdiu in dubio relinquitur, non nisi ambigue quoque de ipsa Servatoris nostri conceptione pronunciare possumus, illique assignare vel finem Novembris, vel Maji medium. Etenim, currente mense post Baptistæ conceptionem sexto, Beatissimæ mulierum a Gabriele nuncius allatus est, & continuo ipsa gravida in utero fieri cœpit. Gestando uterum per menses novem, consequitur, divinum suum partum, edidisse ipsam,

vel circa finem Augusti, vel Februarii medium,

anni ejus, qui illi quo Baptistæ facta conceptio, succedebat. Hæ nostræ sunt meditationes, quas, uti nec admodum venditamus, nec cuiquam obtrudimus, ita nemo cordatus, pios conatus reprehendet. Interim verum manet, per Ephemerias calculationem, in Josepho, in universa Judæorũ antiquitate, & in sacris literis utriusq; Fœderis, fundamentum habere firmissimum: Huic igitur si quid solidi superstrui possit, id longe fortius erit, quam, quod sola incerta nititur traditione, vel adeo falsa hypothesi. Quamobrem, digna hæc res est, in quam alii porro nervos intendant suos, videantque, num quid exactius, nos quam fecimus, possint eruere.

Enim vero, nostræ observationi, ipsique, quæ ejus ansam nobis præbuit, Talmudis asserto, vehementer incommodare videtur Josephi oculatitestis locus l. 7. de Bello Jud. c. 4. Τίτος ἐπέπυστο ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν· Interpres vertit: *Titus audierat eo die, qui erat mensis Julii septimus decimus, divinam observantiam, qua endelechismos vocatur, virorum penuria defuisse, eaq; re populum nimis dolere.* Hac freti autoritate, communi con-

ni consensu tradunt eruditi, jam XVII. die mensis Tammus, eo quod Sacerdotum nulla amplius esset copia, omne divini cultus exercitium, & ephemeriarum ministeria defecisse, neque ipse Scaliger, ab ea opinione fuit alienus. Quæ si ita se habent, nimis frustra nos fuimus, quod 9. diem mensis Ab, sive 10. Augusti, epocham computationis totius fecimus, quasi eo demum ephemeriæ cessaverint, omnisq; labor noster est de nihilo. At ego, & Scaligeri, & aliorũ autoritate salvis, nihil minus credere possum, quam illam quæ jactatur Sacerdotum inopiam. Ἀνδρῶν enim apud Josephum legitur, non ἱερέων, quæ vocabula apud illum in re simili, & cum nihil præcessit, quod discrimen faciat, nuspiam videas confundi. Deinde, quanta Sacerdotum ad extremum usque templi excidium superfuerit multitudo, vel ipse Josephus testimonium dicit. Ecce longo, post illa, quæ attulimus, intervallo, & postquam templum jam incensum fuisse narrasset, cap. 11. legimus : Τῶν δὲ ἱερέων τινὲς, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοὺς τε ὀβελοὺς, καὶ τὰς ἕδρας αὐτῶν μολίβου πεποιημένας ἀνασπῶντες, εἰς τοὺς ῥωμαίους ἠφίεσαν· Αὖθις δ' ὡς οὐτ' ἤνυόν τι, καὶ τὸ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἀνερρήγνυτο, ἐπὶ τὸν τοῖχον ἀναχωρήσαντες ὄντα ὀκτάπηχυν τὸ εὖρος, ἔμενον· *Sacerdotum autem nonnulli primum verubus, itemq; sedibus suis, quæ ex plumbo facta erant, avulsis, in Romanos pro missilibus utebantur : deinde cum nihil proficerent, ignisq; in eos evomeretur, in parietẽ secedentes octo cubitis latum ibi manebant.* De horum deinde fato, sequitur cap. 13. Τῶν δὲ ἀνὰ τὸν τοῖχον τοῦ ναοῦ ἱερέων διακαρτερούντων, παῖς διψήσας ἱκέτευε τοὺς φύλακας τῶν ῥωμαίων δοῦναι δεξιὰν αὐτῷ, καὶ τὸ δίψος ἐξομολογεῖτο· Τῶν δὲ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς ἀνάγκης οἶκτον λαβόντων καὶ δόντων δεξιὰς, καταβὰς αὐτός τε πίνει, καὶ ὃ φέρων ἧκεν ἀγγεῖον πλήσας ὕδατος, ᾤχετο φεύγων πρὸς τοὺς σφετέρους· Τῶν δὲ φυλάκων καταλαβεῖν μὲν οὐδεὶς ἴσχυσε, πρὸς δὲ τὴν ἀπιστίαν ἐβλασφήμουν· Κἀκεῖνος οὐδὲν ἔφη παραβεβηκέναι τῶν συνθηκῶν· Λαβεῖν δὲ δεξιὰν οὐ τοῦ μένειν παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῦ καταβῆναι μόνον καὶ λαβεῖν ὕδωρ, ἅπερ ἀμφότερα πεποιηκὼς, πιστὸς ἔδοξεν εἶναι· Τὸ μὲν δὴ πανούργημα διὰ τὴν ἡλικίαν μάλιστα τοῦ παιδὸς, ἀπεθαύμαζον οἱ πλανηθέντες· Πέμπτῃ δ' ἡμέρᾳ λιμώττοντες οἱ ἱερεῖς καταβαίνουσι, καὶ πρὸς Τίτον ἀναχθέντες ὑπὸ τῶν φυλάκων, ἱκέτευον τυχεῖν σωτηρίας· Ὁ δὲ τὸν μὲν τῆς συγγνώμης καιρὸν αὐτοῖς παρῳχηκέναι φήσας, οἴχεσθαι δὲ δι' ὃν εὐλόγως ἂν αὐτοὺς ἔσωζε, πρέπειν δὲ τοῖς ἱερεῦσι τῷ ναῷ συναπολέσθαι, κελεύει κολάσαι τοὺς ἄνδρας· *Ex his autem Sacerdotibus qui in templi pariete perduraverant, puer sitiens a Romanis custodibus pacem petebat, sitimq; fatebatur. Sed ubi illi tam ætatis, quam necessitatis miserti, dedere ei dextram, & ipse bibit, & quam secum attulerat,*

lagena

lagena repleta, ſurſum refugiens, abiit ad ſuos: nec eum quisquam cuſtodum aſſequi valuit, ſed ejus perfidiæ maledicebant. Ille autem nihil ſe, præter placita feciſſe dicebat. Dexteram enim ſibi datam, non ut apud ipſos remaneret, ſed ut tantum deſcenderet, atq; ut aquam acciperet: quæ cum fecerit, in fide manſiſſe. Aſtutiam quidem, propter ætatem maxime pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta vero die, Sacerdotes oppreſſi fame deſcendunt, & a cuſtodibus ad Titum perducti, ut ſalutem ſibi concederet, orabant. Ille autem veniæ quidem tempus illis præteriiſſe fatus, periiſſe vero id cujus eos gratia merito conſervaſſet, decere autem Sacerdotes interire cum templo, duci homines ad ſupplicium jubet. Ex iſtis videmus, ſatis Sacerdotum etiam incendio templi ſuperfuiſſe, & quot credimus in ejus expugnatione fuiſſe cæſos? in illa nimirum clade, quam cap. 10. Joſephus deſcribit. Quamobrem fieri nulla ratione poteſt, ut jam die decimo ſeptimo menſis Tammus, ob ſolam Sacerdotum penuriam, ſacer cultus ceſſare cœperit. Quid igitur dicendum? Non ſatis attenderunt viri docti ad verborum Joſephi ſententiam, & locus præterea certo certius in mendo cubat. Pro ἀνδρῶν enim indubie ἀμνῶν legendum eſt, & Ἐνδελεχισμὸς non ad omnem liturgiam, ſeu divinũ officium, verum unice ad קרבן תמיד ſeu ſolum *Juge ſacrificium*, quo Agni duo ſingulis diebus offerendi erant, attinet. Nihil nos pronunciaſſe nec temere, nec perperam, evincent iſta LXX. Interpretum in Num. c. XXVIII, 3. ſeqq. & noſtram emendationem interpretationemque palam confirmabunt Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτὺς· Ταῦτα τὰ καρπώματα ἃ προσάξετε κυρίῳ· Ἀμνὺς ἐνιαυσίυς ἀμώμυς δύο τὴν ἡμέραν εἰς ὁλοκάυτωσιν ἐνδελεχῶς, τὸν ἀμνὸν τὸν ἕνα ποιήσετε πρωὶ, καὶ τὸν ἀμνὸν τὸν δεύτερον ποιήσετε πρὸς ἑσπέραν· Καὶ ποιήσεις τὸ δέκατον τῦ οἰφὶ σεμίδαλιν εἰς θυσίαν ἀναπεποιημένην ἐν ἐλαίῳ ἐν τετάρτῳ τῦ εἶν· Ὁλοκάυτωμα ἐνδελεχισμῦ, ἡ γενομένη ἐν τῷ ὄρει σινᾶ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ· Proinde, id nobis narrat Joſephus, tantam Hieroſolymis fuiſſe famem, ut etiam ipſas aras invaderet, atque die decimo ſeptimo menſis Tammus juge ſacrificium amplius offerri non poſſet, quia nulla agnorum copia ſuppetebat. Interim hæc non impediebant, quo minus reliqua divini cultus officia, adhuc quæque Ephemeria perageret, imprimis vero, ut preces funderentur, quo Deus iratus, ex calamitoſiſſimo ſtatu gentem eripere dignaretur. Atque, ne ulla

ulla ſuperſit de veritate correctionis noſtræ dubitatio, Talmud omnino efficit. Id enim etſi die IX. menſis Ab, Ephemeriam Jehojaribi adhuc miniſtraſſe perhibet, tamen pariter, plane uti Joſephus, die XVII. menſis Tammus, Endelechismum ceſſaſſe teſtatur. Ergo certum eſt, ceſſante Endelechismo, non ſtatim ceſſavit omnis Ephemeriarum liturgia, ſed ad Templi fatale usque momentum fuit continuata. Prorſus, uti nunc quoq; Judæi, ſacrificiis omniq; Levitico cultu ſublatis, nihilo ſecius ſtatis temporibus, reliqua Divini cultus munera, quatenus licet, & poſſunt, peragere ſolent omnia. Sed ipſe locus Talmudis ex Taanit fol. 27. a. adducendus eſt, ut omnem ſcrupulũ eximamus: חמשה דברים אירעו

את אבותינו בשבעה עשר בתמוז וחמשה בתשעה באב בשבעה עשר בתמוז נשתברו הלוחות ובטל התמיד והובקעה העיר ושרף אפסטומוס את התורה והעמיד צלם בהיכל בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר:

Id eſt: *Quinq; infortunia accidere Majoribus noſtris, die XVII. menſis Tammus, & totidem ipſos manſerunt die IX. menſis Ab. Die XVII. menſis Tammus,* (a Moſe) *fractæ ſunt tabulæ,* (eodemque die, cum a Veſpaſiano obſiderentur Hieroſolymæ,) *ceſſavit Endelechismus, nec minus eodem die fiſſa urbs eſt, atq; Epiſtomos quoq; luce hac combuſſit Legem Divinam, & Idolum in Templo ſtatuit. Cæterum IX. die menſis Ab, decretum latum adverſus Majores noſtros* (in deſerto agentes,) *quod Paleſtinam intraturi non eſſent: eodem die bis captæ Hieroſolymæ ſunt, capta quoq; hac luce fuit Urbs Bitter, eiq; ſuperinductum aratrum.*

Quod reliquum eſt, uti nemo ſanus & ſobrius, de tempore, quo, ſaltem ſecundum Judæorum computũ, Endelechismus defecit, Templumque Hieroſolymitanum ſolo æquatum fuit, ob Joſephi τοῦ αὐτόπτου, & Talmudiſtarum exactiſſimum conſenſum, ullatenus poteſt, ambigere; ita pari modo, nec illud in controverſiam quis vocabit, circa Templi excidium, Jehojaribi familiam ſacris miniſteriis functam eſſe. Etſi enim ejus rei Joſephus mentionem facere neglexit

glexit, tamen hujus nudum silentium antiquissimæ traditioni nullum affert præjudicium, neque unquam efficiet, ut quæ continuis verbis de eodem negotio, nec inepte aut absurde in Talmude narrantur, partim vera, partim falsa esse, oriatur suspicio. Cui enim bono illud de Jehojaribi familia finxissent Judæi, si secus se res habebat? Quin potius, haud aliter ac supremi illi & fatales Endelechismi, Templique dies, in animo exulum Judæorum clavis velut trabalibus affixi hæserunt, posteritatique cum mœrore fuere traditi, sic infelicis quoque Sacerdotalis familiæ, quæ ultima munus peregit, memoria perennavit. Imo, ut hoc postremum unice omnique solicitudine fieret, summa flagitabat ratio, quo Templo (uti futurum sperabant) mox restituto, constaret, cujus familiæ partes essent, interruptum divinum cultum iterum exordiri, & officium sacrum repetere.

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα·

4. Neque Ros salutis descenderit.] Est enim Ros duplex, alius salutis & benedictionis, alius communis, & infructuosus. Priorem Deus, iis, quibus male cupit, subtrahere solet, ita tamen, ut nihilo minus posterior secundum consuetum naturæ ordinem obtingat. Est in eam rem elegans locus in Taanit fol. 3. a. תנא בטל וברוחות לא חייבו חכמים להזכיר ואם בא להזכיר מזכיר מאי טעמא אמר רבי חנינא טל ורוחות אינן נעצרין טל מ״ל דלא מעצר דכתיב ויאמר אליהו התשבי וגומר חי ה׳ אם יהיה השנים האלה טל ומטר וגו׳ וכתיב לך הראה אל אחאב ואתנה מטר על פני האדמה ואלו טל לא קאמר ליה למימרא דלא מעצר וכי מאחר דלא מעצר אליהו אשתבעוי למה ליה הכ״ל ה אפילו טל דברכה נמי לא אתי ולהדרי׳ לטל דברכה משום דלא מינכרא מילתא: Id est: *Sic habet traditio: Nullo Sapientum præcepto coguntur homines, Roris, & Ventorum* (in suis precibus, quas ad Deum fundunt,) *mentionem injicere*, (ut illa benigne concedere dignetur:) *Quod si tamen quis id faciat, nihil in eo vitii. Quæ istius rei ratio? Eam reddit R. Chanina; Quia Ros & Venti* (a Deo) *non cohibentur. De Rore id probat locus* (I. Reg. XVII, 1.) Et dixit Elias Thesbites &c. Ut vivit Dominus Deus, non est futurus annis istis ros, aut pluvia &c. *Cui jungere oportet* (capitis XVIII. comma 1.) Abi ostende te Achabo, & dabo pluviã in superficie terræ. *Quare enim in verbis his postremus, nulla, sicut in prioribus,*

bus, Roris injicitur mentio? Nimirum, id indicio est, Rorem non cohiberi. Atqui, si Ros non cohibetur, quamobrem igitur Elias, ejus cessationem jurejurando confirmavit? (Respondeo, sic capienda esse verba Eliæ,) *quasi dixisset, nullum etiam Rorem benedictionis, arva humectaturum.* (At, si hæc vera expositio, consequens est,) *Roris tamen benedictionis* (in loco I. Reg. XIIX, 1.) *injiciendam fuisse mentionem*, (eo quod hujus facta restitutio. Respondeo, ideo nullam ejus fieri memoriam,) *quia res sub aspectum non cadit.* Amplius supple: Quia enim interea temporis nunquam cessaverat Roris communis præsentia, credidissent Judæi, totum illud frivolum esse, si quid de reddendo rore, Elias fuisset pollicitus. Ad Rorem benedictionis attinet, quod sequitur mox in eadem Gemara fol. 4. a. אמר רב ברכיה כנסת ישראל שאלה שלא כהוגן והשיבן הקב״ה כהוגן דכתיב ונדעה נרדפה לדעת את יי׳ כשחר נכון מוצאו ויבא כגשם לנו וכמלקוש יורה ארץ : אמר לה הקדוש ברוך הוא בתי את שואלת דבר שפעמים מתבקש פעמים אינו מתבקש אבל אני אהיה לך דבר מתבקש לעולם שנ׳ אהיה כטל לישראל : Id est : *R. Berachia scitum dictum est: Congregatio Israëlis, preces suas imprudentius aliquando conceperat, sed Deus eas correxit*, (votis meliora concedens. Precata fuerat ipsa, Hos. VI. 3.) Cum scientia prosequamur ad cognoscendum Dominum: Tanquam Aurora præparatus sit exortus ejus, & veniat nobis ut pluvia, tanquam serotina & tempestiva terræ. *Respondit vero Deus: Filia carissima: Tu petiisti tibi rem, quam aliquando mortales* (tanquam proficuam) *sibi exoptare, &* (quam tanquam nocivam) *aliquando aversari solent. At ego me tibi præstabo rem quæ semper desideratur*, (& cujus nullum unquam terrigenas capit tædium. Nempe in hunc finem pollicetur, Hos. XIV, 6.) Ero quasi Ros Israëli. Cæterum, est hujus Roris tanta vis, ut non tantum herbas, plantas, stirpes, & reliqua quæ ex terra progerminant, fœcundet ac foveat, sed & idem ad mortuis vitam reddendam confert, hujusque interventu olim futura est resurrectio. En Israël fol. 49. col. 1. ex Berachot Jeruschalmi: אין המתים חיים אלא בטל Id est: *Mortui haud alio, quam roris beneficio reviviscent.* Consonat Talmud Babylonicum in Schabbat fol. 88. b. א״ר יהושע בן לוי כל דביר ודבור שיצא מפני הקב״ה יצתה נשמתן של ישראל שני נפשי יצאה בדברו ומאחר שמדבור ראשון יצאה נשמתן דבור שני היאך קבלו הוריד טל שעתיד להחיות בו מתים והחיה אותם שני גשם נדבות תניף אלהים נחלתך ונלאה אתה כוננת: Id est: *Autor est R. Josua F. L. ad unumquodq; verborum, quod ore Dei* (in Legislatione) *prolatum, Israëli-*

Iſraëlitas ad terram concidiſſe exanimes. Q.S.E. (Cant. V, 6.) Anima mea exivit, cum loqueretur. *Quodſi vero ad primum ſtatim verbum, Judæis interclusus fuit ſpiritus, quomodo poterant admittere ſecundum,* (& reliqua?) *Deſcendit ros, per quem olim revicturi ſunt mortui, eosq; vitæ reddidit.* Q.S.E. (Pſ. LXVIII, 10.) Pluviam liberaliſſimam ſtillabas, Deus; poſſeſſionem tuam, eamque defeſſam, tu inſtaurabas.

Nondum deſolato templo, id Numini præcipue curæ fuit, ut Regionem Judaicam ante alias Orbis regiones omnes, Rore benigno pluviisq; frugiferis ac fructuoſis irrigaret. Iterum in Taanit fol. 10. a. legimus:
תנו רבנן ארץ ישראל נבראת תחלה וכל העולם כלו נברא לבסוף שנ׳
עד לא עשה ארץ וחוצות ׃ תנו רבנן ארץ ישראל שותה בתחלה וכל
העולם כלו שותה בסוף ארץ ישראל שותה מי גשמים וכל העולם
כלו שותה מתמצית משל לאדם שמגבן את הגבינה נוטל ארת האוכל
ומניח ארת הפסולת ארץ ישראל משקה הקב״ה בעצמו וכל העולם כולו
משקהו על ידי שליח שנ׳ הנותן מטר על פני ארץ ושולח מים על פני
חוצות׃ Id eſt: *Sic tradunt Magiſtri: A Terra Judaica Deus fecit creationis ſuæ principium, poſtea conditus eſt reliquus orbis univerſus. Scriptum enim* (Prov. VII, 26.) Adhuc non fecerat terram, (*Iſraëlis*,) & quæ ſunt extra eam. *Amplius tradunt Magiſtri: Regio Judaica prima humorem imbibit, deinde imbibit eum reliquus orbis univerſus: Atq; Regio Judaica humectatur pluviis, ſed orbis reliquus earundem retrimento. Videlicet ſic ſe res habet, uti cum homo caſeum parans, lactis coagulum accipit, inſipidam quæ ſupereſt aquam miſſam faciens:* (Idem hic applica, & adde,) *quod ipſe Deus per ſeſe Regionem Judaicam irrigat, reliquas mundi partes irrigandi officium, Angelo commiſit: Quo ſenſu* S. E. (Jobi V, 10.) Qui dat ipſe pluviam ſuperficiei terræ (*Iſraëliticæ*,) & immittit (*per alium*) aquas regionibus quæ ſunt extra eandem. Atenim vero omnis hæc Regionis Judaicæ felicitas ſimul cum Templi excidio ceſſavit, & non tantum ille ſalutifer Ros, Miſchnæ noſtræ teſtimonio, ei plane eſt ademtus, ſed & ne imbribus quidem fœcundis porro conſpergitur, eodemque cum reliquis regionibus loco habetur. Bava Batra fol. 25. b. אמר רפרם בר פפא אמר רב חסדא מיום שחרב
בית המקדש לא הוגשמה רוח דרומית דכתיב ויגזור על ימין ורעב ויאכל
על שמאל ולא שבעו וכתיב צפון וימין אתה בראתם ׃ ואמר רפרם בר
פפא אמר רב חסדא מיום שחרב בית המקדש לא ירדו גשמים מאוצר
טוב שנאמר ופתח יי׳ לך את אוצרו הטוב בזמן שישראל עושין רצונו
של מקום ושר ויין בארצם גשמים יורדין מאוצר טוב ובזמן שאין שרויין
בארצם אין יורדין מאוצר טוב׃ Id eſt: *Nomine R. Chasda, dixit Rafram*

Papa filius: Inde, ex quo desolatum fuit Templum, nullas amplius attulit pluvias ventus Australis: Hunc in sensum scriptum (Es. IX, 19.) Et decernet ad dextram, & esuriet. Et comedet ad sinistram, tamen non saturabuntur. (Hæc verba satis clare indicant, eas quæ ab Oriente, & Occidente adveniunt, pluvias, parum esse proficuas.) *At* (Ps. LXXXIX, 13.) *dicitur:* Aquilo & Auster, quos tu creasti. *Amplius, idem ejusdem nomine dixit: Ab illo inde die, quo devastatum Templum est, nunquam porro descenderunt pluviæ* ἐκ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀποθήκης· *Scriptum est* (Deut. XXIIX, 12.) Aperiet tibi Dominus, thesaurum suum optimum. *Nempe, cum Judæi morem gerunt præceptis Divinis, suamq; regionem incolunt, pluviæ delabuntur,* ἐκ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀποθήκης· *Sed, cum sedibus patriis pulsi exulant, exinde neutiquam proveniunt.* De reliquo, miror, veteres, ceu ex dictis patet, Sapientes, sic existimasse, haud admodum opus esse, ut Roris in supplicationibus nfieret mētio. Nostri certe Judæi longe aliter animati sunt, & in prima die festi paschatos, multas prolixasq; hoc nomine concipiunt preces, iisque in Machsorim vocabulum טל in paginarum summitatibus superscribitur. Quin & illud insuper miror, quod Erpenius p. 225. Grammat. Ebr. autor est, *Judæos pro* לט *id est Triginta novem, scribere* טל *id est Novem & triginta, mali ominis vitandi causa, cum* לט *Maledictionem sonet,* טל *vero Rorem.* Nam, mihi quidem ejus rei exemplum, in nullo unquam Judæorum libro observare licuit, nedum ut recepta inter eos id ferat consuetudo. Finimus Dissertationem, Lipmanni in Nizachon pag. 159. loco, ut non Judæorum tantum, sed & quorundam (si modo verum is homo retulit) Christianorum, de Rore mysteria teneamus. הביאו הנוצרים ראייה על אמונתם כי אומרים שמי השמד שלהם אינם מסריחים והנה אם אמת הדבר זה מחמת מלח שמערבין בו כי לכל שמד לוקחים מלח וגם מתחדשין אותו תמיד במים אחרים לפי שממעטין בהואתן גם ידעתי שיש מהם שמבשלים המים תחלה במלח ויש שלוקחים מי טל שאינם מסריחים לעולם ואין לגלות זאת להם שלא ילמדו הדבר אותם מי שאינן יודעין ויחזיקו בו טעותם: Olim & nunc carissimus Schnellius noster vertit: *Adferunt etiam probationis loco, pro fide sua Christiani, quod aquæ perditionis* (forte lustrales apud Pontificios intelligit) *non redduntur fœtidæ. Ecce autem, si verum id est, est propter Salem, quem illis admiscent. Nam ad omne quo expiant, capiunt salem. Quin etiam renovant eas subinde aquis aliis, quia aspersione diminuntur. Novi quoq; esse inter eos, qui aquas primo cum Sale coquunt, sunt item, qui sumunt aquas roris, quæ nunquam fiunt putidæ. Sed hoc non debet aperiri*

illis

illis, ne doceant eos qui ignorant, confirmentq; hoc ipso in errore suo. Cum bona venia Manium pii Præceptoris, monemus, posse cui verisimile fieri, magis Ecclesiæ Romanæ Aquas Baptismatis in mente fuisse Lipmanno, quam ut de Lustrali Aqua ipse cogitaverit. Etenim, שמד Judæis communiter *Baptismus* audit, משומד *Judaeus apostata baptizatus*, Schmadden, hybrida voce dicunt pro *Baptizare*. Inde sacerrima illa asseverationis formula, quam ipse meis auribus nebulones proferentes audivi: Ich vvil mich Schmadden lassen, vven das nit vvahr ist. Tum vero, si Lustralis aqua vitium haud capiat, non id mirum est, quippe quæ secundum instituta Concil. Ravennat. 2. cap. 9. & Concil. Mediolan. 1. parte 2. tit. de Offic. Sacristæ, *omni Dominica benedicenda*, quamobrem hujus integritatem, nemo tanquam ostentum aliquod, Lipmanno potuit prædicare. At Aqua fontis Baptismatis, quia, ceu est apud Leonem IV. homil. de cura Pastorali, & in de Consecr. dist. 4. c. 126. non consecratur nisi in Sabbato Sancto, ideo quod hæ toto anno sinceræ & incorruptæ permanent, id quidem a Catholico quodam Romano, Lipmannus jussus est mirari, & suspicere. Quæ cum ita sint, contendat etiam fortasse quis porro, pro, *Ad omne quo expiant, capiunt Salem*; rescribendum esse: *In omni Baptismo adhibent Salem*: Nam id verum est, & sic facere jubet de Consecr. Dist. 4. c. 64. *Tunc datur in baptizando sal benedictum, in os, ut per sal typicum sapientia sale conditus, fætore careat iniquitatis; & nec a vermibus peccatorum ultra putrefiat, sed magis illæsus servetur, ad majorem gratiam percipiendam.*

5. Sapor fructibus ademtus &c. Pinguedinem fructibus ademtam] Sic solent Judæi fructus quos ipsorum regio quondam edebat, a dulcissimo sapore, & pinguedine insigni, summopere commendare. Cetubot fol. 112. a. אמר רב חסדא מאי דכתיב ואתן לך ארץ חמדה נחלת צבי למה נמשלה ארץ ישראל לצבי לומר לך מה צבי זה אין עורו מחזיק בשרו אף ארץ ישראל אינה מחזקת פירותיה ד״א מה צבי זה קל מכל החיות אף ארץ ישראל קלה מכל הארצות לבשל את פירותיה אי מה צבי זה קל ואין בשרו שמן אף ארץ ישראל קלה לבשל ואין פירותיה שמנים ת״ל זבת חלב ודבש שמנים מחלב ומתוקים מדבש: Id est: *Hunc in modum disseruit R. Chasda: Quis sensus verborum* (Jer. III, 19.) Dabo tibi terram desiderabilem, hæreditatem capreæ. Quare assimilatur Regio Judaica capreæ? *Nimirum, id docetur: Sicut Caprea* (præ aliis omnibus animalibus id proprium & peculiare habet, ut excoriata) *pelle sua tegi rursus non possit*, (sed pellis corpore

pore longe minor deprehenditur:) *Ita nec Regio Judaica capit fructus suos,*(præ nimia multitudine.) *Superest & alia expositio : Sicut Caprea omnia animalia velocitate superat, ita & Regio Judaica, pra omnibus aliis, fructus suos citissime maturat. Quod si quis porro colligere vellet : Sicut Caprea velocissima est, carnem vero habet macilentam, ita & Regionis Judaica fructus quidem sunt pracocis maturitatis, sed tamen carent quoq; pinguedine : Ad id pracavendum, alibi* (sæpe) *dicitur* : (Esse terram) fluentem lacte & melle. (Quorum verborum sensus; fructus quos Judæa edit) *lacte pinguiores, dulciores esse oleo.*

י״ג XIII.

רבי שמעון בן אלעזר אומר הטהרה נטלה את הטעם ואת הריח המעשרות נטלו את שומן הדגן וחכמים אומרים הזנות והכשפים כילו את הכל:

[1] R. Simeon Filius Eleasaris, vult, [2] Munditiei (*intermissionem*,) sustulisse [3] saporem odoremq; (*fructuum*): [4] Decimarum vero (*abrogationem*,) pinguedinē frugum (*impedire.*) Cæterū, Sapientes, illarum rerum defectum, ex stupris, & [5] veneficiis provenisse autumant.

ANNOTATA.

1. R. Simeon filius Eleasaris] Iste R. Simeon, autore R. Abrahamo Zacuto in Juchasin pag. 48. b. discipulus fuit τῦ R. Meir, & socius Jehudæ Sancti, qui Mischnam compilavit. Narrat deinde alia quædam de isto Simeone, petita ex Taanit fol. 20. a. sed in nostris tam Talmudis, quam En-Israëlis Codicibus, ibi, non שמעון בן אלעזר sed vero verbis plane inversis רבי אלעזר בן שמעון aut שמעון בר״ legitur. Utros erroris accusare debeam, nescio.

2. Munditiei intermissionem sustulisse &c.] Rationem reddit Bartenora : שבזמן שהיו ישראל טהורים ועוסקים בטהרה אף הקב״ה היה מטהר את הפירות מטעם רע וריח רע: Id est : *Quo enim tempore Israëlita impolluti erant, atq; munditiei sedulo studebant, tum quoq; Deus fructus a sapore acerbo, & odore tetro liberabat.*

3. Saporem odoremque] Nihilominus quantus adhuc sapor odorque, fructibus, etiam extra Terram sanctam productis, insit,

ſit, facile oſtendit hiſtoria, quæ narratur in Cetubot fol.61.b. הההוא רומאה אמר לה לההיא אתתא מינסבת לי אמרה ליה לא אזל איתי רמני פלי ואכל קמה כל מיא דצערי ליה בלעתיה ולא יהב לה עד דזג לה לסוף אמר לה אי מסינא לך מינסבת אמרה ליה אין אזל ואייתי רימני פלי ואכל קמה אמר לה כל מיא דצערי לך תוף שדאי תוף שדאי עד דנפק מינה כי חוצא דירקא ואיתסיאת: Id eſt: *Quidam homo Romanus, dicebat fœminæ alicui: Patere quæſo, ut uxorem te ego ducam. Quod cum ipſa admittere recuſaret, abiit, & attulit mala granata, eaq; diſſecta, comedit muliere inſpectante.* (Hæc res mulieris ſalivam admodum eliciebat,) *quam ipſa omnem cum reſorbuiſſet, nec ab homine quicquam impetrare poſſet, deniq; intumuit* (hydropica.) *Tandem ait illi* (procus:) *Num, ſi medicinam tibi ego facio, mihi nuptura es? Reſpondit ipſa, utiq;. Abit igitur homo, & rurſus mala granata afferens, ea coram muliere dividit, comeditq;, mulierem vero ſalivam omnem quam provocaturus eſſet, jubet exſpuere.* (Paruit ipſa monitis,) *neq; prius ſpuendi finem fecit, quam herbæ viridis quoddam genus,* (morbi ſui radicem) *ipſa evomuit.*

4. Decimarum vero abrogationem pinguedinem &c.] Quia enim cum de Decimis primis, Scriptura Num. XVIII. commate 12. agit, *Olei pinguis* mentio injicitur: Ideo harum Decimarum abrogatio, pinguedinem fructuum facit ceſſare.

5. Veneficiis] Iis quæ ſupra p. 529. ſeqq. fuſe, de Judæorum quorundam veneficiis & ſuperſtitionibus attulimus, addas licet, quod eſt apud Antonium Margaritam. (*Der Hausvatter zu* Schabbas *zu nacht vven er* Hafdala *gemacht,*) *ſchüttet ein vvenig Wein aus dem Kelch auf die Erde, und darnach trinckt er, und gibt ihn allen zu trincken, und nehmen alle von dieſem Wein, und ſtreichen ihre Augen und Puls damit. Seind auch viel unter ihnen, die mit dieſem Wein, und* (Hafdalas) *Kertzen, viel groſſe Zauberey brauchen, gehē nemlich mit dieſem brennenden Liecht und Wein, um alle Ecken der Bett und Kinder Wiegen, und gieſſen den Wein in alle Ecken.* Eodem pertinet, quod Erneſtus Ferdinandus Heſſen in Flagello Judæorum part. 2. c. 2. prodidit: *Es ligt die Frau,* (*Kindbettrin bey den Juden*) *es ſey ein Knäblein oder Mägdlein, ſechs Wochen in dem Bette, und alldievveil muß ein alte Zauberin alle Nacht ein bloſes ruſterigs Schvverd in die Hand nehmen, ſengt an einen Spruch zu ſagen vvie folgt:*

Ich mache einen Kreys,
Den Gott vvol vveis,
Aus und ein zu tragen,

Gott behüte Mutter und Kind für Schaden,
Gott behüt die Mutter und das Kind,
Sampt den gantzen Hausgesind,
Als mancher Ziegel auf dem Tach,
Als mancher Engel bey uns vvach,
Das vverde vvahr, in Gottes Nahmen, Amen.

Nec minus adjungi meretur locus, quem ex Additionibus ad librum יראים Eleazari Metensis, literatissimus Vir, Jacobus Gafferellus ad R. Leonem Mutinensem scribens, allegat : מלבישים אותם תכריכין תפורין בחוט של פשתן לבנים ואם מעט פה נפער קושרין לחייהם בחשר וגפיו כרמיון אות ש' והוא בחטי חוטין שלוקחין לוחשין בלחטיהם * :

* Lege בלחשיהם

Addit versionem : *Induunt (ipsa cadavera) involucris filo lineo consutis candido, quod si os vel tantillum hiat, alligant eorum maxillas fibula, cujus extremæ partes characteris ש similitudinem exprimunt, ipsaq; ex filis contexta nigris, quæ postea utuntur incantatores, suas ad necromanticas artes.*

יד

בפולמוס של אספסינוס
גזרו על עטרו' חתנים ועל ע
האירוס בפולמוס של טיטוס
גזרו על עטרו' כלות ושלא
ילמד אדם את בנו יוונית
בפולמוס האחרון גזרו שלא
תצא הכלה באפריון בתוך
העיר ורבותינו התירו שתצא
הכלה באפריון בתוך העיר:

XIV.

[1] ORto [2] Bello Vespasiani, [3] decreto publico abrogatæ sunt [4] Coronæ Sponsorum, [5] & tympana. Orto bello Titi, cautum de [6] Coronis Sponsarum, & [7] ne quis filium in Græcanicis erudiret. [8] Propter postremum Belli impetum, prohibebatur Sponsa in publicum prodire sub uranisco. Sed Magistris nostris visum est, [9] facultatem ejus rei indulgere.

ANNOTATA.

1. Orto &c.] Repetit istius decreti iterum Talmud mentionem in Gittin fol. 7, a.

2. Bel-

2. Bello Vespasiani &c. Orto bello Titi] De horum bellorum apparatu, vide, quæ ex Echa Rabbati adducit Raymundus in Pug. pag. 258.

3. Decreto publico abrogatæ sunt &c.] Habent id in more positum Rabbini, ut non tantum ad calamitatem aliquam depellendam, sed & tranquillitatis conservandæ causa, adversus luxum, & festivitates, decreta faciant. R. Gedaljah Abē-Jechajah in Schalsch. Hak. p. 55. a.
השר דון שלמה בן דון יוסף ן' יחייא היה בימים האלה בשנת כמו ד' אלפים תת״קנ במלכות פורטוגאל והוא דר ד' למשפחתינו ויהי איש חכם גבור מלחמה ופלוסוף גדול וישימהו מלך פורטוגאל לראש על כל חילו מהפרשים ורוכבי הסוסים ויהי בכל דרכיו משכיל ויאבוהו כל השרים הגם כי בקצתם היה קנאה עליו ויתעשרו ישראל בימיו מאד ויצו שלא ישאו היהודים עליהם בגדי משי ותכסיסי מלכות ושלא ירכבו על סוסים בעיר כדי שלא יתרבה עליהם קנאה: Id est: *Vir Illustrissimus, Don Salomo, filius Don Josephi Aben-Jechaja, eadem hac tempestate floruit, circa annum nimirum mundi 4950. in Regno Lusitaniæ, atq; hac familia nostra ætas quarta est. Iste vero* (Don Salomo) *fuit sapiens, bellicosus, & Philosophus excellens, eumq; Rex Lusitaniæ, universo suo exercitui, equestri Ducem præfecit. Gessit omnia præclarissime, & in magna apud universos Proceres erat existimatione, quidam tamen ei invidebant. Hujus auspiciis magnas opes contraxerunt Judæi, quare legem tulit, ne sericati, aut principali ornatu induti, incederent, & ne per urbes equis veherentur, quo minus in magnam invidiam hominum, odiumq; incurrerent.*

4. Coronæ Sponsorum] Variis quondam Sponsi utebantur coronis, quæ omnes videntur fuisse interdictæ. Nam sic Gemara annotat: אמר רב לא שנו אלא של מלח וגפרית אבל של הדס ושל וורד מותר ושמואל אמר אף של הדס ושל וורד אסור של קנים ושל חילת מותר ולוי אמר אף של קנים ושל חילת אסור: *Raf opinatur, tantum Coronas Salis & Sulphuris fuisse interdictas, sed Myrteis & Rosaceis licuisse uti. At Samuel contendit, interdictum pertinuisse etiam ad Coronas Myrteas & Rosaceas, concessasq; unice fuisse illas, quæ ex Cannis, aut Junco plectebantur. Cæterum Levi etiam has ipsas vetitas esse autumat.* Si tamen Bartenoræ fides est, ultra fas interdictum Levi extendit, & coronis e canna palustri, atque sic etiam junco, contextis, caput redimire, adhuc Sponsis conceditur. Ne vero quem illæ Coronæ Solis & Sulphuris sua forma suspensum teneant, sciendum ex R. Salomone: ענין עטרה עושין

מאבן של מלח שהוא צלול כאבן הבדולח וצובעין אותן כמין ציורין בגפרית כשם שעושין בכלי זהב וכסף: Id est: *Confectam olim fuisse (Sponsis) coronam, e sale fossili, quod Crystalli instar pellucidum esse solet, in eaq; colore sulphureo varias figuras fuisse depictas, plane uti moris est vasa aurea argenteis, argentea, aureis emblematibus variegare.* Causam, cur Sal & Sulphur, Sponsorum coronis materiem præbuerint, cum diu indagare non potuissem, tandem commodum subvenit Codex noster MS. quem Judæus pro Adversariis habuit, in eo legitur: הטעם לענין עטרות חתנים מגפרית ומלח יש להזכיר חטא סדום ועמורה ששינו את דרכם בניאוף אשת איש ובמשכב זכור ונענשו שנעשה ארצם גפרית ומלח וכדי לעורר לבב החתן שידבק באשתו ויא בשאינו מינו ע״כ עשים לו כתר ממלח וגפרית: Id est: *Ratio, quare Sponsorum Coronæ è Sulphure & Sale confectæ fuerint, in eo consistit, ut in memoriam iis revocaretur peccatum Sodomæorum & Gomorrhæorum, qui adulteriis & masculæ Veneri se totos præpostere mancipabant, & ideo eam pœnam tulere, ut terra ipsorum in Sal & Sulphur converteretur. Ergo, corona illa Salis & Sulphuris monebat Sponsum, sua adhæreret uxori, & a peccatis Sodomæorum sibi caveret.*

5. Et Tympana] In ipsa Gemara אירוס per טנבורא exponitur. Quod, ne cui fraudi sit, quasi Talmud vocem recentem Gallicam, Italicam, aut Hispanicam agnoscat, sci[...]n, nullam harum, sed Arabicam linguam verbũ טנבורא suppeditasse. Literatissimus Vossius, de Vitiis Serm. p. 292. Taburcinum, *tympanum, ex Gallico* Taborin, *vel* Tambour, *sive Italico* Tamborino, *pro quo Hispani* Tamburo. *Videntur Galli & Itali accepisse ab Hispanis, illi ab Arabibus, quibus cum conveniunt in hoc Persæ.* Atque, sic omnino se res habet, æque טנבורא Arabicum est, ac nomen טבלא per quod & ipsum verbi אירוס in Gemara fit explicatio. Prius verbum, Arabes suis literis طنبور & طنابير posterius vero, طبل itemque طبول solent scribere. Formam hujus Instrumenti, sic nobis depingit R. Solomo: אירוס הוא עשוי דפנותיו עגולות כעין נפה וקושרין בדפנותיו חוטין של ברזל ושוטחין על פיו עור כשהוא לח ומותח והוא מתייבש שם מאליו וכשמכין עליו במקל דק הוא מוציא קול צלצול ויש אומנין שיודעין להכות עליו מכה אחר מכה כסדרה עד שנשמע כמין שיר Id est: אירוס *instrumentum rotundum est, cribri adinstar*


pag 965

instar, cujus lateribus alligantur fila ferrea, & super os illius, pellis humefacta probe distenditur, quæ ibi exarescit. Id, tenui bacillo pulsatum instrumentum, sonum edit tinnulum, atq; sunt quidam ea peritia, ut ex arte ita modulari pulsus possint, quo sonus harmonicus exaudiatur. Quantum ex ista circumscriptione R. Salomonis assequor, videtur plane in mente habuisse illud instrumentum, quod Hispani promiscue tam in sacris quam profanis festivitatibus, tripudiantes etiamnum pulsare solent. Omnia enim reliqua ad amussim conveniunt, unum bacillum si excipias, quo ea gens, quod equidē sciam, non utitur, sed jam sola manu versatili, jam ad caput, cubitos aut genua tympanū allidendo, sonos edere solet. Fuit similis instrumenti usus, jam olim in sacris magnæ Deum Matris, ipsaque hæc Diva cum Corybante suo, id crepitaculum, sed annellis aut nolis æreis quæ nunc communiter ad latera alligantur, & quarum R. Salomo quoque mentionem facit, privum, manu tenent, apud Pignorium, in tabula, cujus exemplar spectandum propono. Libro dell' imagini de i Dei p. 111.

* * * * * * * * * * * * * * *

Possunt alia multa de isto instrumento videri apud Autorem libri Schilte Haggib. fol. 5. col. 1. qui nobis persuadere nititur, esse hoc, idem illud, quod Scriptura האיילת השחר vocavit. De qua opinione, etsi in præsentia controversari non lubet; illud tamen verbo monendum, pessime hunc Autorē & adversus leges Grammatices, ipsasque sacras literas, voci איילת quæ in suo regimine constituta, nuda comparere debebat, He ἐμφάσεως notam, sociasse. Præterea, idem in Sotæ nostræ loco, ארום pro אירוס legit male, & invitis Talmudis, En Jacob, Mischnæque Codicibus omnibus. De cætero, illud ex Schabbat fol. 10. a. colligere licet, interdictum hoc, de non pulsandis in nuptiarum festivitatibus tympanis, brevi cessasse, sic enim opus fuit, ut haud multo post, mortuo Raf revocaretur, etsi ne tum quidem usque quaque fuit observatum, quare in transgressorem, tandem cœlitus fuit animadvertendum. דכי נח נפשיה דרב גזר רב יצחק בר ביונא דלא לימטיה אסא וגידמי לבי הילולא וטבלא ואזל איהו אמטי אסא וגידמי לבי הילולא וטבלא טרקיה חויא ומית: Id est: *Cum diem suum obiisset Raf, vetuit R. Isaacus Bisnæ filius, myrti, aliarumq; arborum frondes gestando, & tympana pulsando, procedere ad domum nuptialem. At quidam Judæus* (insuper habito hoc præcepto) *in nuptiali pompa myrtum, aliosq; termites, & tympana adhibuit, quare eum serpens momordit, ita ut moreretur.*

6. Coronis Sponsarum] Longe aliis Coronis Sponsæ in solemni quondam Nuptiarum festivitate ornabantur, quam quibus Sponsos

ſos uſos fuiſſe, jam modo diximus. Quippe, Gemaræ noſtræ teſtimonio, Sponſæ Corona, erat עיר של זהב *Civitas aurea*. Hoc eſt, tali ex auro fuit forma, qualem, ne de vultibus multorum Imperatorum qui in Nummis ea ornantur, in præſentia quid dicam, geſtaſſe

Ipſa Deûm fertur genetrix, Berecynthia.

Et proinde eo diademate caput cincta, in Pignorii, quam modo repræſentavimus, tabula, merito depingitur. De voce עטרה obiter, quandoquidem occaſio nos huc deducit, notandum, eam uſurpari etiam de Regum Coronis, item, de genere illo Monetæ, quod nos vulgo *Coronatos* vocamus, Itali vero *Scudi* appellitant; & denique de Lege etiam Divina. Primæ ſignificationis exemplum eſt in Schalſch. Hak. pag. 11. ubi legitur: משה לקח העטרה מעל ראשו וישימה על ראשו: Id eſt: *Moſes ablatam Pharaonis capiti coronam, ſuo impoſuit.* Quin, & alterius, pag. 116. a. בשנת ה' אלפים שטו בהיות פאולו קרפא דנפולי פפה ברומה גזר א' בולה וכו' שבזמן ו' חדשים היהודים ימכרו כל בית ונחלות שהיה להם ונעשה חשבון שהיה שוה נחלות היהודים אשר היו במלכותו או יותר מתק אלף עטרות ונמכרו פחות מהחמשית: Id eſt: *Anno Mundi 5315. cum Paulus* (IV.) *Caraffa, gente Neapolitanus, Pontificatui Romano eſſet præfectus, Bullam quandam evulgat, qua præter reliqua imperavit, ut Judæi intra ſemeſtre, omnes ſuas ædes, & fundos venderent. Computatione facta, deprehenſum, Judæorum qui Statum Eccleſiaſticum incolebant, poſſeſſiones, ſuperare ſummam quingenties mille Coronatorum, quæ tamen, minus quinta æſtimationis hujus parte, fuere diſtractæ.* Lex quoque κατ' ἐξοχὴν עטרה dicitur, tum alibi, tum in Joma fol. 69. b. אנשי כנסת הגדולה החזירו את העטרה ליושנה: Id eſt: *Viri Congregationis magnæ, reſtituerunt Coronam, in antiquum ſtatum.* Hoc ſignificatu alias frequentius adhibetur vox כתר Unde ea vox, aureis literis, Voluminum ſacrorum armario, in Synagogis plerunque ſolet inſcribi: Cui rei iſta inſuper accedit cauſa, quod literæ כתר eam ſummam in calculatione conficiunt, quot Leges a Deo promulgatæ, ſunt numero. In Pirke Avot. c. 4. dicitur: ר' שמעון אומר שלשה כתרים הם כתר תורה כתר כהנה וכתר מלכות וכתר שם טוב עולה על גביהן: Id eſt: *R. Simeone iſta perhibente, tres ſunt Coronæ Una Legis, altera Sacerdotii, tertia Regni. Corona tamen bonæ famæ has omnes ſupereminet.* Ex his, explicandum hieroglyphicum, trium, & nonnunquam quatuor Coronarum, quæ in frontiſpiciis librorum Rabbinicorum, maxime vero eorum, qui Venetiis excuſi ſunt, creberrime compa-

comparent, & quarum dispositionem hic adumbrare, operæ pretium omnino nobis visum est.



Cedit reliquis, magnitudine, Bonæ Famæ Corona, sed tamen effert sese, easque post se relinquit. Nam Eruditum, Sacerdotem, Regem esse, autoritatem tantum conciliant, nec ultra æstimanda veniunt. At, si quis VIR BONUS dici mereatur, hæc demum propria, hæc solida, hæc perpetua hominis laus est. In hanc fere sententiam egregie disertissimus Lipsius in aureo de Constantia libello l. 2. c. 4. *Pulchra hæc laudatio. O virum Doctum! sed illa melior, O virum Sapientem! & ista optima, O virum Bonum! Has sectemur! & per tot labores, non Scire tantum velimus, sed Sapere & Facere.* Patet interim ex supra dictis, sine dubio, aliorsum intentam mentem habuisse Hottingerum, cum p. 151. Grammat. Chaldæo-Syr. scriberet: *Quatuor fere Coronarum fieri mentionem apud Chaldæos, Rabbinos tantum trium meminisse.*

7. Ne quis filium in Græcanicis erudiret] Equidem, non tam sapiens sum, ut possim conciliare Mischnam hanc, cum sua Gemara. Nam, quod Mischna Vespasiani demum tempore decretum esse memorat, id Gemara sic exponit, quasi jam Chasmonæorum ætate de ea re cautum fuerit; idemque iisdem fere verbis, in Bava Kama fol. 82.b. iterat. Locus integer afferendus est: ת״ר כשצרו מלכי בית חשמונאי זה על זה היה הורקינוס מבחוץ ואריסטובולוס מבפנים בכל יום ויום היו משלשלין דינר * בקופה ומעלין להם תמידין היה שם זקן אחד

* Lege דינרין

אחד שהיה מכיר בחכמת יווני׳ לעז להם בחכמת יוונית אמר להן כל זמן שעוסקין בעבודה אין נמסרין בידכם למחר שלשלו להם דינרים בקופה והעלו להם חזיר כיון שהגיע לחצי חומה נעץ צפורניו נזדעזעה ארץ ישראל ארבע מאות פרסה אותה שעה אמרו ארור אדם שיגדל חזירים וארור אדם שלמד בנו חכמת יוונית׃ Id est: *Sic tradunt Magistri: Cum Principes familiæ Chasmonæorum, de dominatu mutuo contenderent, erat Hyrcanus foris, Aristobulus* (vero frater,) *degebat intra* (urbem Hierosolymitanam. Cæterum, cum nulla agnorum esset ibi copia,) *solebant quotidie* (per mœnia,) *in corbe quadam demittere*, (ex arca sacra depromptos) *nummos, atq; agnos referre, quibus ad celebrandum endelechismum opus fuit. Forte erat ibi Senex quidam* (Judæus,) *sapientiam Græcanicam edoctus, is* (Græcis, Pompejanisque Hyrcano in oppugnanda urbe opem ferentibus,) *insusurrat Græco sermone, in hanc sententiam*: Quamdiu istos, sua sacra peragere conceditis, nō facient deditionē. *Ergo, cum die postero*, (Hierosolymitani pro more) *nummos in corbe demitterent: in locum repositus porcus est, qui cum ad medium mœniorum fuisset evectus, ungulas iisdem infixit, ex qua re tota Judaica regio, per universa quaqua patet quadringenta milliaria, contremuit. Tum natum scitum est*: Execrabilis esto, quisquis nutrit porcos: Exsecrabilis item esto, quisquis filium suum sapientiam Græcanicā edocet. Sed, fortasse pleraque hujus narrationis fabulosa sunt, etsi de simultatibus Hyrcani & Aristobuli, istaque, quam Gemara respicit, Hierosolymarum obsidione, est apud Josephum l. 14. antiq. c. 8. De agnis enim, per mœnia attractis, & porcino terræ motu, iste prorsus silet, quin potius, ea apud ipsum leguntur, unde omnem hanc historiam, aperte falsitatis convincas. Testatur namq; discrete, ne quidem illa die, qua captum templum est, endelechismum fuisse intermissum, nedum ut id prius accidere potuerit. Μάθοι δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν ὑπερβολὴν ἧς ἔχομεν περὶ τὸν θεὸν εὐσεβείας, καὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων, μηδὲν ὑπὸ τῆς πολιορκίας διὰ φόβον ἐμποδιζομένων πρὸς τὰς ἱερουργίας, ἀλλὰ δὶς τῆς ἡμέρας πρωΐ τε καὶ περὶ ἐνάτην ὥραν, ἱερουργούντων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καὶ μηδ' εἴ τι περὶ τὰς προσβολὰς δύσκολον εἴη, τὰς θυσίας παριέντων. Καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα τῆς νηστείας ἡμέρᾳ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων γαΐου ἀντωνίου, καὶ μάρκου τυλλίου κικέρωνος, οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες, ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ. Οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν ἧττον ἱερουργοῦντες διετέλουν, οὔτε ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς, οὔτε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἤδη φονευομένων ἀναγκασθέντες ἀποδρᾶναι. Πᾶν δ' ὅ τι δέοι παθεῖν τοῦτο παρ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι τοῖς βωμοῖς, κρεῖττον εἶναι νομίζοντες, ἢ παρελθεῖν τι τῶν νομίμων. *Facile autem est, vel hinc discere, quanta pietate Deum colamus, & quam observantes legum simus, quandoquidem oppugnationis terror nihil obfuit, quo minus solemnia peragerentur sacrificia, bis per singulos dies,*

dies, mane & circa nonam horam super altari immolantibus nostris Sacerdotibus, ac ne in extremo quidem discrimine sacra intermittentibus. Etenim capto templo, tertio demum mense, die jejunii, CLXXIX. Olympiade, C. Antonio, M. Tullio Cicerone Coss. hostis quidem irrumpens, jugulabat omnes obvios: illi vero, nihilominus sacris operabantur, neq; metu mortis, neq; jam cæsorum multitudine absterriti, passuri quicquid victori liberet potius, quam deserturi altaria, aut aliquid omissuri præscriptum patriis legibus. Quicquid vero sit de principio interdicti, quo Græcorum linguam ac Philosophiā discere vetabatur, illud tamen constat, non ei semper morem gestum esse. Sane, in Menachot fol. 99. b. habemus exemplum Rabbini, quem libido cœpit animum ad ea studia transferendi : שאל בן דמה בן אחותו של ר׳ ישמעאל את ר׳ ישמעאל כגון אני-שלמדתי את כל התורה כולה מהו שאלמד חכמת יונית קרא עליו המקרא הזה לא ימוש ספר התורה הזה מפיך והגית בו יומם ולילה צא ובדוק אי זו היא שעה שאינה לא מן היום ולא מן הלילה ולמוד בה חכמת יונית׃ Id est : *Dumæ filius, qui ex R. Ismaëlis sorore genitus erat, quæsivit ex hoc Avunculo : Num mihi, qui Legem sacram universam addidici, fas est studere artibus & literis Græcanicis ? Ibi inculcavit ei Avunculus dictum* (Jos. 1, 8.) Ne discedito liber iste legis ex ore tuo, sed meditaberis de eo interdiu ac noctu : (Subjungens deinde ; Heus, o noster!) *Adesdum, & tecum ipse reputa, quæ sit illa hora, quæ nec ad diem, nec ad noctem pertinet, atq; hac Sapientiæ Græcanicæ operam navare tibi licebit.* Simile responsum, cum de eadem re a quibusdam rogaretur, reddidisse R. Josuam, legitur in Pea Jeruschalmi, & exinde in Excerptis, apud Autorem Breviarii En Israël fol. 50. col. 4. Nescio, num isti a proposito absterreri se passi sint, scio tamen alios, quibus literis Græcis invigilare nulla fuit religio. Schalsch. Hak. fol. 34. a. שמואל היה ראש ישיבה בנהרדעא והיה חכם בתורה ובחכמת יונית׃ Id est : *Samuel Rector Academiæ Nahardeensis, in Lege Divina & Sapientia Græcanica fuit eruditissimus.* Item p. 39. b. ר׳ שלמה בן גבירול הנזכר במקומות רבים היה בדור הזה בסרגוסה ונפטר בבלינצה והיה חכם גדול ומדקדק ומשורר נפלא וחכם בלשון יון׃ Id est : *R. Salomo, Gabirolis filius, cujus crebra fit mentio, circa hæc tempora Cæsaraugustæ floruit, mortuus vero tandem est Valentiæ. Erat vir sapientissimus, Criticus, & Cantor incomparabilis, nec minus Græcæ linguæ fuit admodum peritus.* Et vero, levis utique est ratio, quam Judæi fingunt priscos Magistros induxisse, ut Græcarum literarum studia suæ gentis hominibus prohiberent, & nata ex solo casu. Supersunt sane longe graviores, quæ contrarium suadere poterant, sive ipsius lin-

guæ decus & elegantiam reſpexiſſent, ſive Sapientiæ, quæ illa traditur, originem. Prius, ne ipſum quidem Talmud Jeruſchalmi inficiari poteſt, ubi c. 1. Megillæ legitur : עקילס הגר תרגם התורה לפני רבי אליעזר ורבי יהושע וקלסו אותו ואמרו יפיפית מבני אדם שר״ל יופי של יפת שרומז על לשון יווני: Id eſt : *Aquilas proſelytus, ſacras literas præſcitu R. Elieſeris, & R. Joſua in Græcam linguam tranſtulit, quod ipſi factum collaudarunt, accommodantes huc, dictum* (Pſ. XLV, 3.) יפיפית מבני אדם *Quippe* יופי *ad Japhetum* (Græcorum progenitorem,) *linguamq; Græcam præbet alluſionem.* Quo facit, quod in ejusdem Jeruſchalmi Sota & Schabbat traditur: מותר לאדם ללמד את בתו יונית מפני שתכשיט הוא לה: *Fas eſt homini, filiam ſuam docere linguam Græcam, nam id gratiam ei conciliat.* Jam, quod ad ipſam Sapientiam Græcorum attinet, non eam contemnere debebant Judæi, quippe cujus ipſi ſe autores prædicant: nihil igitur æquius erat, quam ut ſuam rem vindicarent. Joſephus 1. contra Apion. autor eſt, Pythagoram plane noviſſe diſciplinam Judæorum, ejusdemque multa cupide eſſe amplexum. Rem eandem, apud Clementem 1. Strom. Ariſtobulus Judæus de Platone prodidit, addens alibi, Philoſophiam Peripateticam ἔκ τε τοῦ κατὰ Μωϋσέα νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἠρτῆσθαι προφητῶν *Ex Lege Moſaica, atq; aliis pendere Prophetis :* quæ teſtimonia, jam Cl. Seldeno l. 1. de Jur. Nat. & Gent. ſunt obſervata. His addere oportet, multa, quæ ex Rabbinis congeſſit Buxtorfius ad Cosri, p. 28. ſeqq. Ergo, antiquis, longe prudentiores ſe præſtiterunt Judæi Hiſpani, dum Philoſophiam Græcam diſcendi facultatem, ſaltem iis, qui adultæ ætatis ſunt, adimere, haud fuere auſi. Sic enim Autor libri Schalſch. Hak. p. 60. a. profitetur : ראיתי בספר מנחת קנאות כי בגזורות שעשו קהלות ברצלונה שנת ה׳ אלפים ס״ו שלא ללמד בחכמה יוונית עד שיגיע הלומד אל כ״ה שנים: Id eſt : *Legi in libro Minchat Kinot, inter cætera conſulta, quæ Barcinonenſes Judæi fecerunt, etiam illud fuiſſe, ne cui liceret Sapientiæ Græcanicæ diſcendæ ſeſe mancipare, prius XXV. ætatis annum quam attigiſſet.* Stupeo ad Maimonidis verba, quæ habet Hilch. Tphillin c. 1. §. 19. אין כותבין תפילין ומזוזה אלא בכתב אשורית והתירו בספרים לכתוב אף ביוני בלבד וכבר נשתקע יוני מן העולם ונשתבש ואבד לפיכך אין כותבין היום שלשתן אלא אשורית: Id eſt : *Ad Phylacteria & Schedas liminares* (deſcribendas,) *haud alios quam Aſſyriacos characteres adhibere licet, in Libris vero Sacris deſcribendis, literis etiam Græcis uti conceditur, ſed his ſolis,* (nec ullis aliis, ullarum gentium.) *At vero, pridem in deſuetudinem abiit lingua Græca, confuſa eſt, ac periit. Quamobrem hac ætate tam libri ſacri, quam Phylacteria uni-*

ria unice Characteribus Assyriacis exprimuntur. Certe, si de lingua Græca dici potest, nullam amplius esse superstitem, longe majori ratione idem quis de Hebraïca lingua affirmet, quod tamen nec Maimonides, nec quisquam Judæorum facile concesserit. Dicam Plura de interdicto discendi Linguam Græcam in Notis ad Massechet Purim, atque conferri interea loci possunt quæ differit Lipmannus in Nizach. p. 91.

8. Propter postremum &c.] Paulo ante laudatus Seldenus l. 2. Uxor. Hebr. cap. 15. locum hunc transtulit; *Temporibus bellicis, quæ sunt insecuta, decretum est, ne prodiret* (*in deductionem*) *Sponsa velamine obvoluta, intra Urbem. Sed Rabbini nostri postmodum permisere, ut etiam intra urbem velamine obvoluta prodiret.* Nobis, quid de vocis אפריון significatione quam ea hoc loco exigit, videatur, jam supra p. 260. professi sumus, & facit nobiscum Bartenora, dum אפריון diserte כמין אהל seu *tentorii speciem* habuisse asserit. Uraniscus, quia pompæ fastusque signum est, ideo ratio suadebat, ut Magistri, in illa Judaicæ politiæ panoletria, eodem Sponsas abstinere juberent. Ne Sponsa flammeo obtecta, in publicum prodiret, nihil video quid suadere potuerit.

9. Facultatem ejus rei indulsere.] Fortasse, quia inhumanum & impium videbatur, Sponsis, in nuptiarum solemnibus omnino omnem ornatum adimere, maxime cum ad eas exhilarandas, omnes sint obstricti, Deoque gratum præstetur obsequium, si huic officio satisfiat. In hanc rem pridem p. 45. aliqua diximus, quibus accedit Jesebelis Reginæ exemplum, de qua R. Elieser in Pirke cap. 16. היה ביתה סמוך לשוק וכל חתן שהיה עובר היתה יוצאת מביתה ומצלצלת בכפיה ומקלסת בפיה ומהלכת עשר צעד׳׃ Vorstius vertit: *Ejus domus vicina erat foro: Quicunque autem Sponsus transibat, tum egrediebatur ædibus suis, & pulsabat manibus suis cymbalum, atque laudes cantabat ore suo, progrediens decem passus* Item, quod est in Menachot c. 11. אגריפס המלך עבר לפני הכלה ושיבחוהו חול אמר אני נוטל כתר בכל יום וזו תטול כתרת שעה אחת׃ Id est; *Rex Agrippas, Sponsæ* (obviam factus,) *eidem loco cessit, quod factum Sapientes f. m. collaudarunt*, (& simul dictum, quo) *Ego, inquiebat, quotidie Coronam capite gesto, hæc autem, illâ utitur per horam.*

יה

משמת רבי מאיר בטלו מושלי משלים משמת בן עזאי

XV.

MOrtuo [1] R. Meir defecere [2] qui homines erudiebant (doctis)

בטלו השקדני משמת בן זומא
בטלו הדרשני משמרת רבי
יהושע פסקה טובה מן העולם
משמת רבן שמעון בן גמליאל
באא גובי' ורבו צרות משמת
רבי אלעזר בן עזריה פסק
העושר מן החכמים משמרת
רבי עקיבא בטל כבוד של
התורה משמת רבי חנינא בן
דוסא בטלו אנשי מעשה
משמרת רבי יוסי קטנותא
פסקו חסידים ולמה נקרא
שמו קטנותא שהיה קטנותן
של חסידים משמת רבן יוחנן
בן זכאי בטל זיו החכמה ם
משמת רבן גמליאל הזקן בטל
כבוד התורה ומתה טהרה
ופרישות משמת רבי ישמעאל
בן פאבי בטל זיו הכהונה
משמת רבי בטלה ענוה ויראת
חטא רבי פנחס בן יאיר
אומר משחרב ב"ה בושו ע
חברים ובני חורין וחפו ראשם
ונדלדלו אנשי מעשה וגברו

(*doctis*) [1] Parabolis. Mortuo [2] Asai filio, cessarunt [3] lucubrantes: Mortuo vero [4] Sumæ filio, [5] acuti Interpretes. [6] Mortuo [7] R. Josua, periit publica felicitas*. Mortuo [8] R. Simeone Filio Gamalielis, [9] venerunt Locustæ, & auctæ sunt calamitates. Mortuo [10] R. Eleasare Filio Asariæ, cessarunt eruditi esse divites. [11] R. Akiba mortuo, [12] decus legis evanuit. [13] R. Chanina Dusæ filio mortuo, cessarunt [14] viri Thaumaturgi. [15] R. Jose Parvo mortuo, defecere Religiosi: [16] quare vero Parvus cognominatur? Quia [17] minutal erat Religiosorum. Mortuo R. Jochanane Saccai F. disparuit splendor Sapientiæ. Mortuo [18] R. Gamaliele Sene, [19] evanuit honos legis, simulque munditics & sanctimonia, intermortuæ. [20] R. Ismaële Filio Pabi defuncto, occubuit splendor Sacerdotii. [21] Mortuo Rabbi (*Juda Sancto*,) [22] cessavit Modestia, & timor peccati. R. Pinchas F. I. ait: Diruto Templo, pudore suffusi sunt Sapientes pariter & Nobiles; [23] obnubuntq; capita: Liberales ad pauperiem sunt redacti, contra invaluere violenti, & calumniatores, [24] nec superest explicans, [25] nec quærens,

בעלי זרוע ובעלי לשון ואין
דורש ואין מבקש ואין שואל
על מי לנו להשען על אבינו
שבשמים רבי אליעזר הגדול
אומר מיום שחרב בית המקדש
שרו חכימיא למהוי כספריא
וספריא כחזנא וחזנא כעמא
דארעא ועמא דארעא אזלא
נדלדלה ואין שואל ואין
מבקש על מי יש להשען על
אבינו שבשמים בעקבות
משיחא חוצפא יסגא ויוקר
יאמיר הגפן תתן פריה והיין
ביוקר והמלכות תהפך
למינות ואין תוכחה בית וועד
יהיה לזנות והגליל יחרב
והגבלן ישום ואנשי הגבול
יסובבו מעיר לעיר ולא יחוננו
וחכמות סופרי תסרח ויראי
חטא ימאסו והאמת תהא
נעדרת נערים פני זקנים
ילבינו זקנים יעמדו מפני
קטנים בן מנוול אב בת קמה
באמה כלה בחמותה אויבי

rens, nec interrogans. Cui ergo innitendum est nobis? [26]Patri nostro cœlesti. R. Eliefer cognomento Magnus ait: Ex quo Templum devastatum est, [27] cœpere Sapientes similes esse Scribis; Scribæ, ædituis; Æditui, vulgo hominum; Vulgus vero hominum, in pejus indies ruit, nec quis rogans, aut quærens, superest. Cui ergo innitendum? Patri nostro cœlesti. [28] Paulo ante adventum Messiæ, [29] impudentia [30] augebitur. Et magna erit annonæ caritas: Vitis proferet fructum, sed [31] vinum nihilominus care vendetur. Summum in orbe imperium, obruetur opinionibus pravis, & nulla locum habebit correptio. [32] Synagogæ convertentur in lupanaria, [33] limites Judææ desolabuntur, & regio quanta quanta est devastabitur. Viri insignes oppidatim circuibunt, nec ulla humanitatis officia experientur. Fœtebit Sapientia Magistrorum, a delictis sibi caventes spernentur, & Veritatis magnus erit defectus. [34] Juvenes confundent ora Senum, Senes coram junioribus surgent. [35] Filius irritabit patrem, [36] nata insurget adversus matrem, nurusque contra

איש אנשי ביתו פני הדור כפני הכלב הבן אינו מתבייש מאביו ועל מה יש לנו להשען על אבינו שבשמים רבי פינחס בן יאיר או׳ זריזות מביאה לידי נקיות ונקיות מביאה לידי טהרה וטהרה מביאה לידי פרישות ופרישות מביאה לידי קדושה וקדושה מיבאה לידי ענוה וענוה מביאהלידי יראת חטא ויראת חטא מביאה לידי חסידות וחסידות מביא׳ לידי רוח הקדש ורוח הקדש מביאה לידי תחיית המתים ותחיית המתים בא על ידי אליהו זכור לטוב אמן:

contra socrum; denique suos quisque domesticos inimicos habebit. Scilicet, [17] Seculo isti canina facies erit, nec verebitur filius parentem. Cui ergo confidendum? Patri cœlesti! [18] *R. Pinchas F. I. ait: Providentia, causa Alacritatis; Alacritas, causa Innocentiæ; Innocentia, parit Puritatem; Puritas, Abstinentiam; Abstinentia progenerat Sanctitatem; e Sanctitate, provenit Modestia; atq; ex Modestia, Timor Sceleris; Timor Sceleris, deducit ad Pietatem; Pietas, causa est* (gratiæ) *Spiritus S. Spiritus S.* (fideles) *participes facit Resurrectionis mortuorum; Resurrectio mortuorum, obtinget interventu Eliæ, cujus memoria sacra esto, & sancta. Deus æternus benigne concedat, ut adventu illius, cito, & salvi saniq; fruamur. Amen!*

ANNOTATA.

I. R. Meir.] Est hic inter præcipuos Sapientes, qui post Templi secundi excidium floruerunt. Fertur, fuisse ipsum nepotem Neronis, Ducis exercitus Romanorum, qui ante Vespasianum Hierosolymas oppugnare cœperit, quiq; paganismo relicto, Judæorum sacra sit amplexus, quod sibi metueret, ne ipse, urbe sacra, cujus fatum imminere prævidebat, excisa, similiter pœnas Deo dare cogeretur. Sic est in Gittin cap. 5. quod exinde repetunt Baal Juchasin pag. 63. b. & David Gans in Zemach part. 1. p. 42. a. neque id vocant in controversiam. Est enim Vorstii grave παρόραμα, quando in versione τῶ Zemach p. 105. hoc posterioribus tribuit, quasi in suos libros admiserint: *R. Meirum fuisse filium thalami, seu le-*

seu legitimum Rabbenu a-Kodesch : nam ista profecto nunquam iis venerunt in mentem, sed dicunt : שרבי מאיר היה בחופי בנו של רבינו הקדוש: Id est : Τὸν *R. Meir* (tam diu vitam produxisse,) *ut interfuerit nuptiis, quas filius R.* (Jehudæ) *Sancti, celebravit.* Usus est R. Meir, præceptore R. Akibâ, dictusque principio fuit מאישא *Meischa*; postea vero ob insignem eruditionem illud nomen מאיר ei inditum שהיה מאיר עיני חכמים בהלכה *Quia oculos Sapientum in rebus dubiis illustravit*, prout legitur in Erubin fol. 13.b. Cæterum, videtur ejus doctrina magis ad fastum & ostentationem fuisse composita, quam ut eâdem aliis prodesset, quippe illo ipso loco, memoriæ proditum est : אמר ר' אחא ברבי חנינא גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שאין בדורו של ר' מאיר כמותו ומפני מה לא קבעו הלכה כמותו מפני שלא עמדו חבריו על סוף דעתה שהיה אומר על טמא טהור ומראה לו פנים ועל טהור טמא ומראה לו פנים: Id est : *Dixit R. Acha, filius R. Chaninæ : Perspectum & exploratum est, coram eo, quo jubente hoc universum extitit,* τὸν *R. Meir sua ætate parem non habuisse. Quare igitur decisiones secundum eum factæ non sunt? Nimirum, socii, summum acumen ejus non assequebantur, res enim immundas, ipse mundas pronunciabat, additis rationibus verisimilibus; contra, ex mundis rebus, ipse immundas faciebat, similiter argumenta probabilia allegans.* Oportet igitur, Sophista, & nugator merus fuerit R. Meir, magnusque veri contortor, ita ut quadrata, rotundis permutare posset, prout ei libebat. Longe melior Discipulo fuit mens, & corvus malus, bonum ovum edidit. Nam, sequitur in Gemara, aliis interjectis: תלמיד אחד היה לרבי מאיר וסומכוס שמו שהיה אומר על כל דבר ודבר של טומאה ארבעים ושמונה טעמי טומאה ועל כל דבר ודבר של טהרה מ"ח טעמי טהרה; Id est : *R. Meir habuit Discipulum, cui nomen Somchos. Is, rem quamq; immundam, talem esse, quadraginta octo evincebat probationibus, nec minus rei cujusq; mundæ puritatem, totidem argumentis adstruebat.* At vero, male cessit τῷ R. Meir, sua sophistice & ostentatio, iis enim tam exosum se reddidit, ut propemodum illius nominis memoria fuerit abolita. Schalsch. Hak. p. 32. a. בימיו היה ר' מאיר ורבי נתן ובקשו לבייש רשב"ג הנזכר להיותם יותר חכמים ממנו ונתגלה הדבר לר' שב"ג וגזר שלא יאמרו התלמידים הלכה בשמם זולתי יקראו לרבי מאיר בלשון חכמים אומרים או אחר ולרבי נתן בלשון יש אומרי' כנראה בסוף הוריות: Id est : *Æquales temporum* (R. Simeonis Gamalielis filii,) *fuerunt R. Meir, & R. Nathan, atq; hi, quod ipso eruditiores essent, confundere eum instituerant. Id, cum innotuisset laudato*

R. Sime-

R. Simeoni G F. decretum ipse fecit, ne Discipuli porro in afferendis horum Constitutionibus, Autorum nomina allegarent, sed, ut τὸν R. Meir per חכמים אומרים Sapientes dicunt, *vel per vocem* אחר Alius, *circumscriberent* : R. Nathan *vero, per* יש אומרים Sunt qui dicant, *indicaretur, prout ex fine Massichtæ Horajoth constat.* Uti vero, sic dicente Plinio l. 7. ep. 26. *Optimi solemus esse, dum infirmi sumus* : ita & R. Meir, cum æger aliquando decumberet, ingenium videtur mutasse, & nuncium misisse, illi quæ eum deceperat philautiæ. Colligas id ex Schabbat fol. 134. a. תניא אין טורפין יין ושמן לחולה בשבת ארש״ בן אלעזר משום ר״מ אף טורפין יין ושמן ארש״ בא פעם אחת חש רבי מאיר במעיו ובקשו לטרוף לו יין ושמן ולא הניח אותם אמרנו לו דבריך יבטלו בח״יך א״ל אע״פ שאני אומר כך וחברי אומרי׳ כך מימי לא מלאני לבי לעבור על דברי חבירי; Id est : *Vetus habet traditio* : *Non licet in hominis ægroti*, (haud lethaliter decumbentis,) *gratiam, vinum & oleum, die sabbato inter se commiscere*, (idque pharmacum ægro propinare.) *At R. Simeon F. R. E. autoritate τοῦ R. Meir, hanc commixtionem fieri posse, tuebatur. Interim narrabat idem* : *Accidit aliquando ut R. Meir* (die sabbato, gravi) *intestinorum dolore corriperetur, quare* (familiares & domestici) *oleum vino permiscendo, medicinam ei facere volebant, quod ipse fieri prohibuit* : *Ergo ad illum*, (quid hoc rei est?) *inquimus* : *Siccine scita tua, te vivo, irrita reddentur? Respondit ipse* : *Etiamsi ego & Socii diversas alamus opiniones*, (atque secundum meam sententiam, ista sint concessa,) *tamen nunquam ea libido pectus solicitat, ut Sociorum decreta violare præsumam.* De Beruria, istius R. Meir uxore, supra satis dictum est, præter hanc, aliam eum duxisse, ex Massichtæ Chullin principio, Baal Juchasin annotat.

2. Qui homines erudiebant &c.] Vox מושלים duas præcipue habet significationes. Una, eos notat, quibus datum est, ut apologis & comparatione similium, imperitioribus, res obscuras commode illustrare queant. Altera, Rectores, Duces, atque Imperantes innuit. Quin & tertiam nobis obtrudere conatur Christianus Gerson, in versione Germanica capitis Chelek p. 8. ubi habet : *Die* Moslim *fragten den* R. Josua Ben Chanania, *wo hast du her, daß der Heylige der gebenedeyet ist; die Toden wird lebendig machen, und weis was künftig geschehen wird?* In margine additur : Moslim *sind meines erachtens Esseer.* Sed, miror Gersonem non advertisse, Essæis locum hic nullum esse posse, eo quod de iis agatur, qui Resurrectionem mortuorum, & Dei futurorum scientiam vocant in dubium. Quare, ne ferendus quidem fuisset, si Sadducæos nominasset, nedum ut hoc illi concedamus, de Essæis sermonem haberi. Enimvero, nulla nova vocis *Moslim*, hic opus est interpretatione, sed secunda

cunda adhibenda erat: Nam, Romani innuuntur, qui Judæis imperitabant, unde quoque quos ille, quo Gerson usus est Codex, occulte מושלים vocat, diserte רומיים appellantur in Talmude Amstelod. p. 90. b. apud Cocc. in Sanhed. p. 370. & in editionibus En Jacob, quotquot ad manus nobis sunt, omnibus.

3. Parabolis] Quid משל sit, non male nobis explicat Ralbag, in sui, ad Proverbia Salomonis Commentarii, principio. הנה המשל הוא דבר נאמר על צד הדמיון פעם לתת ציור בדבר הנרצה לדבר בו ופעם להעיר על ענין הדבר אשר יבוין בו מצד שהוא מרוחק ימשיל אותו בדבר שיש לו בו קצת דמיון שהוא יתבאר בו: Id est: *Ecce* משל *est res quædam, quæ per similitudinẽ effertur, nonnunquam, ut exhibeatur forma ejus rei, de qua sermonẽ instituere volumus, nonnunquam ut fiat excitatio, ad intelligendum id, in quod mentem habemus directam. Quia enim utraq; hæc, ab intellectu sæpe sunt remotiora, ideo assimilantur rei, cum qua aliquam habent affinitatem, ut quandam lucem inde fœnerentur.* Priscum esse morem, homines per parabolas instruendi, ipse Livius l. 2. c. 32. autor est, atque, quam nihil ad res tenebrosas illuminandas aptius, nihil ad commovendos animos iis potentius sit, vel illud Menenii Agrippæ, quod ibidem subjicitur, exemplum, commonstrant. Unus enim apologus, ita mentes plebis Romanæ flexit, ut ab ira in Patres continuo desisteret. Extant multa passim in Alcorano, quibus eo docendi genere ipsum Deum admodum delectari, Muhammedes persuadere laborat. E versione Gallica, unum & alterum locum, adducemus in medium. p. 271. *Dieu est tout puissant, & sçait tout; il vous parle par parabole, tirée de vous mesmes* p. 309. *Dieu vous enseigne vne parabole.* p. 327. *Dieu donne des enfans fils et filles a qui bon luy semble, il sçait tout, & est tout-puissant, il ne parle a l' homme que par inspiration, & par parabole sans estre veu.* Item p. 340. *Les infidelles ont suivy la vanité, & les fidelles ont embrassé la verité envoyée de leur Seigneur, ainsi Dieu parle au peuple par parabole.* Fit quoque p. 330. mentio Parabolarum, quibus Christus Salvator noster, frequenter uti consuevit. *Le peuple n' a pas voulu escouter le Fils de Marie, lors qu'il a parlé paroboles, ils ont dit, nos Dieux nous sont plus utiles, que ses mensonges, & que ses questions.* Quod superest, cum Hebræa phrasi מושלי משלים quam Mischna nostra adhibuit, optime convenit Chaldaica מתלא מתלין vel, uti legunt, alii Codices, מתלין מתלייא Gemaræ in Pesachim fol. 114. a. usurpata. Adde his, quæ habet Cl. Lightfootus ad Matth. c. XIII, v. 3.

4. Tῷ Asai filio]. Causam, cur iste, & qui eum mox excipit Doctor, nullo proprio, sed solo parentis nomine memorentur, nos edocet

Baal Juchasin p. 56. b. inquiens : שלא נסמכו והיו בחורים קורים אותם על שם אביהם כמו בן בתירה שלא נסמך ואחר שנסמך הוא רבי יהושע בן בתירה כדאיתא בפרקא קמא דתענית: Id est : *Quia solemni ritu non fuere creati Doctores, & juvenes erant, genitorum suorum nominibus tantum designantur. Atq; sic, Josua Filius Betira, non ita, nisi post inaugurationem audiebat, nam ante eam, nude, Betiræ filius dicebatur: qua de re est in Taanit c. 1.* Nostri illi, integre vocandi erant רבי שמעון בן עזאי: רבי שמעון בן זומא: Simeonis enim nomen utrique fuit impositum. Scilicet, omnia propemodum istis duobus, videntur fuisse communia. Nomen, Ætas, Studia, fatum præproperum, imo & gratia qua apud Numen fruebantur. Hi enim ambo, quod mortalium paucissimis contigit, in terris degentes, ut Paradisi felicis amœnitates paululum lustrarent, digni sunt habiti. Chagiga fol. 14. b. תנו רבנן ד׳ נכנסו לפרדס אלו הן בן עזאי בן זומא ואחר ורבי עקיבא: Id est : *Tradunt Magistri, quatuor fuisse, quibus Paradisum intrare licuit : Suntq; Filius τȣ̃ Asai, Filius Sumæ,* (Apostata famosissimus Elisa) *Acher, & R. Akiba.* Cæterum, quod ad τȣ̃ Asai filium, speciatim attinet, de eo ex Juchasin p. 44. b. sciendum, ipsum despondisse sibi R. Akibæ sororem, quam tamen, morte, ceu credo, præventus, in thalamum haud deduxit. Ambiebat hanc affinitatem, tum ob amicitiam quæ ei cum R. Akiba intercessit, tum quia hunc solum inter omnes suæ ætatis viros doctos, alicujus momenti esse arbitrabatur, cæteri deridiculo ei erant. Nimirum, in fine cap. 2. Bechorot, hanc vocem, animi ferox, jactasse legitur : כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה: Id est : *Sapientes gentis nostræ universi, præ me, ne allii quidem corticis æstimandi sunt, uno hoc senecione calvo,* (& R. Akibam innuebat,) *excepto.* In Schalsch. Hak. p. 28. b. deprehendas, composuisse τȣ̃ Asai filium, Commentarium in Exodum, cæterosque, qui hunc excipiunt, Legis Divinæ libros, ad illius usque finem, quem ipse מכילתא vocaverit, & qui etiamnum extet. Si vera fabula est, oportet liber sit rarissimus, quippe cujus nuspiam alibi, memoriam observavi. Nam liber Mechilta, quo communiter utimur, R. Ismaëli, Discipulo R. Akibæ tribuitur, & est tantum Commentarius in Exodum, incipiens a Parascha בא & cum Parascha ויקהל desinens; nihil tamen crediderim deesse, quia proprie solum pertinet ad legales Exodi constitutiones.

3. Lucubrantes] Ii nimirum, qui rebus missis omnibus, interdiu noctuque, nunquam interrupto studio, literis se totos mancipabant. השקדנים שוקדין על דלתות בית המדרש לילה ויום inquit Bartenora.

4. Su-

4. Sumæ filio] Id, Sumæ filius, præ suo socio, nisi fallor, peculiare habuit, quod aliquando exercitus Spirituum, suis oculis est intuitus. Baal Juchasin p. 44. b. ex Berachot c. 9. בן זומא ראה אכלוסא שהם ששים רבוא בהר הבית ואמר ברוך שברא כל אלה לשמשני: Id est: *Sumæ filius vidit in monte, cui templum quondam erat superstructum, (* Geniorum *)* τὸν ὄχλον, *qua vox de haud paucioribus, quam sexaginta myriadibus prædicatur.* (Nihil vero territus:) Benedictus esto, inquiebat, qui omnes istos creavit, ut mihi inserviant.

5. Acuti Interpretes] Qui, cum Sumæ filio, Interpretes interciderunt, his Esra originem dedisse videtur. Schalsch. Hak. p. 101. b. אומרים הקרוניקי שעזרא היה הראשון שהתחיל לדרוש על הפירגולה ר״ל מקום גבוה: Id est: *Si Chronicis libris fides, primus Esra, e pergula* (seu potius pulpito,) *sive eminenti suggestu, docuit.*

6. Mortuo] Tantum Mischnæ separatim editæ Codices, ea agnoscunt, quæ a verbis משמת ר' יהושע usque ad העושר מן החכמים nunc porro sequuntur.

7. R. Josua] Intelligendus R. Josua Chananjæ filius, secundum regulam in Juchasin p. 33. b. כל ר' יהושע סתם במשנה הוא ר' יהושע בן חנניה: Id est: *Quotiescunq; in Mischna* ἄνευ προσθήκης *R. Josua nominatur, R. Josua Chananiæ filius innuitur.* Genus trahebat Josua iste, ex posteris Levi, & non Musices tantum, ceu ex Erachin constat, sed & Magicæ artis, videtur fuisse peritissimus: nam teste Gemara in Berachot c. 1. אמר שם ופרח באויר השמים *Prolato divino nomine ipse per aëra circumvolavit.* Erat tristis cultu, corpore macilentus, cadaverosus facie, teterque aspectu, qualis nempe solet esse forma, habitusque eorum, qui dæmone utuntur familiariter. Exprobravit ei deformitatem & vitia corporis, ipsa, sed nescio cujus, Cæsaris filia, quam tamen contumeliam non leviter ultus est, eamque egregie rursus excepit, hac enim confidentia illi uti licebat, ob Cæsaris indulgentiam, quam semper plenissimam experiebatur. Historia extat in Taanit fol. 7. a. & exinde narranda. אמרה לה ברתיה דקיסר לרבי יהושע בן חנניה אי חכמה מפוארה בכלי מכוער אמר לה * מלכא אבוך במאי רמי חמרא אמרא ליה במאני דפחרא אמר לה

* Depravatam Talmudis lectionem ex En Israel fol. 128. col. 4. emendavimus.

 כע

כע״ במאני דפחרה ואבוך במאני דפחרא אמרה ליה אלא
במאי נירמי אמר להכגון אתון דחשיביתו רמו במאני כספא
ודהבא אזלה אמרה ליה לאבוה רמי לחמריה במאני דדהבא
וכספא ותקיף אמר לה לברתיה מאן אמר לך הכי אמרה ליה
ר׳ יהושע בן חנניה ומאי אמרת ליה הכי והכי אמר ליה
קריוה לר׳ יהושע בן חנניה א״ל אמאי אמרת לה הכי אמר ליה
כי היכי דאמרה לי איהי הכי אמרי ליה והא איכא דשפירי
וגמירי אי הוו סנו טפי הוו גמירי׃ Id est: *Vah, inquiebat aliquando Cæsaris filia, R. Josua F. R. Ch. quam elegans sapientia, in fœdo vase conditur.* *Tum is,* (Domina,) *ait, tuus pater Imperator, in quibus vasis servare ipse vinum solet? Respondet ipsa: In figlinis. Atqui, excipiebat R. Josua, omnes promiscue vinum in vasis figlinis conditum habent, & tuusne parens idem facit? Quærit igitur Cæsaris filia, quomodo suam fortunam vinum condere conveniat? Respondet Josua: Vos, qui in summa dignitate collocati estis, vinum in argenteis aureisq; vasis servare decebat. Ibi filia patrem adiens, ut vinum in vasa aurea & argentea conderet, ei persuadet.* (Quod cum ipse fecisset, omne vinum) *exacuit.* (Eam rem indigne ferens Imperator,) *percontatur filiam, quis hoc consilium suggessisset? Regerit illa, id fecisse R. Josuam F. Ch. Quærit ulterius pater, qua occasione id factum sit? Tum ea, rem omnem prout gesta erat, narrare. Ergo, vocato R. Josua F. Ch. rogat eum Imperator, quare filiam sic sermone delusisset?* (At R. Josua, se id merito fecisse contendebat,) *eo quod verbis contumeliosis prior a filia fuisset petitus.* (Non poterat refragari Imperator, suo jure usum esse R. Josuam, quare, omnem hanc culpam tibi condono, inquit, sed illud interim nimis scire velim, quid ad id sis responsurus,) *quod multos formosos reperire est, qui egregios in Sapientia fecerunt profectus.* (Nihil cunctatus R. Josua, subjicit:) *Si iisdem illis deforme & horridum obtigisset corpus, fuissent facturi profectus longe majores.*

Dolia Veterum fictilia e terra fuisse testis Plinius l. 35. c. 12.

8. R. Simeone filio Gamalielis] Iste R. Simeon, Gamalielis filius, vixit templo secundo adhuc superstite, fuitque suæ gentis Princeps, & Doctorum antesignanus. Genuit R. Jehudam Sanctum, Mischnæ compilatorem, & a Romanis tempore excidii est interfectus. Vide Zemach Vorstii p. 90. & Schalsch. Hak. p. 31. b. Erat incredibili manuum corporisque agilitate, nec comparanda sunt nostrorum Ludionum ob-

num oblectamenta, & gesticulationes, ad ea, quæ ipse facere solebat. Quippe, prout in Succa fol. 53. a. legimus : אמרו עליו על רבי שמעון בן גמליאל כשהיה שמח שמחת בית השואבה היה נוטל ח׳ אבוקות של אור בידו אחד וזורקן כלפי מעלה וזורק אחת ומקבל אחת ואין אחת מהן נוגעת בחברתה וכשהוא משתחוה נועץ ב׳ גודליו בארץ ושוחה ונושק את הרצפה וזוקף מה שאין כל בריה יכולה לעשות כן וזו היא קידה לוי אחוי קידה קמיה דרבי ואיטלע: Id est : *Fertur de R. Simeone, Gamalielis filio, ipsum in solemni festivitate, qua olim in Templo celebrabatur, &* Domus Haustûs *vocata est, octo faces ardentes una manu tenuisse. Has, simul in altum cum projecisset, e decidentibus unam semper manu una excipiebat, & aliam manu altera sursum jaculabatur, neq; ulla unquam ex istis facibus sociam attigit Idem, corpus reverenter in sacris carimoniis inclinaturus, duos (* manuum *pollices solo infigebat, atq; sic sese demittens, solum osculabatur, & deinde rursus sese erigebat, quod factum, nemo mortalium potest imitari, eaq; corporis incurvitas proprie* קידה *appellatur. Voluit aliquando Levi presente Rabbi (* Jehuda *) hoc genus carimoniæ exprimere, sed luxatus membris recessit.*

9. Venerunt Locustæ] Cur Locusta Hebraice גוב dicatur, erudite nos docet eximius Bochartus to. 1. Hieroz. p. 69. & t. 2. p. 445. Sic vero solet Deus, cum iratus est, Locustis homines affligere, & hanc calamitatem sæpe cæteris superaddere. Excerpta En Israël ex Taanit Jeruschalmi fol. 190. col. 2. רבי אלעזר עבר תלת עשרי תעניין ולא נחת מטרא ולבסוף אתא גובאי: *R. Eleaser*, (cum magna aliqua [illegible] esset siccitas,) *tredecim jejunia instituit, neq; tamen cælum pluebat, sed ad postremum insuper Locustæ supervenerunt* Notemus sedulo, Deum R. Simeone filio Gamalielis mortuo, hoc est, simul ac Respublica Judaica cum Templo & urbe excisa fuerat, etiam ipsum solum locustis obruisse, quæ herbas & arborum folia depascerent, ut ne hilum cultus & decoris illi regioni superesset.

10. R. Eleasare filio Asariæ] Eleasar Asariæ filius, & ipse principatu inter suos functus est, idque tam solus, quam cum R Gamaliele collega. Juvabit consulere Zemach David p. 98. edit. Vorst. & Juchasin p. 38. b. itemque p. 51. a. imprimis vero quæ supra p. 604. attulimus. Quam dives & opulentus fuerit, facile ex eo datur intelligere, quod in Schabbat fol. 54. b. & Beza, fol. 23. a. proditum : תריסר אלפי עגלי הוה מעשר רבי אלעזר בן עזריה מעדריה כל שתא ושתא:

 Id est:

Id est : *Decima gregis, R. Eleasaris Asariæ filii, quovis anno, summam duodecim mille vitulorum, conficiebant.*

II. R. Akiba] De Akiba, si quis, pro hominis merito dicere vellet : לא יכיל ספר להגיד דבריו *Non sufficeret volumen integrum, ad res omnes percensendas* : Ita judice Zacuto, in Juchasin p. 66. a. quibus paria etiam p. 36. a. scripserat. Quare nos, eum laborem Judæis relinquentes, pauca quædam e multis, & quæ notare operæ pretium erit, delibabimus. Scilicet, natus est Akiba circa primum annum Christi, matre Judæa, patre alienigena, & qui ad Jabini Regis Tyrorum, Ducem Siseram, de quo Jud. IV. historia extat, genus referebat. Mature sacra Judæorum amplexus, duram initio vitæ habuit conditionem, nam ad quadragesimum usque ætatis annum, ruri degens, pascendis pecudibus vacabat. Transtulit tandem animum ad studia, occasioneque lapidis cujusdam, bonum omen captasse legitur in Avot R. Nathanis, his omnino verbis : כשהתחיל ר׳ עקיבה ללמוד היה בן ארבעי׳ שנה ראה אבן אחד חקוקה על הבאר אמר מי חקקה אמרו לו חבל של דלי שעומד תדיר עליה בכל יום ואז דן קל וחומר בעצמו ואמר רך פסק הקשה דברי תורה שקשין כברזל על אחת כמה וכמה שיחוקק על לבו שהוא בשר: Id est : *Cum R. Akiba discere inciperet, jam quadragesimum annum ætatis attigerat. Forte fortuna incidit in lapidem quendam, os putei munientem, qui excavatus erat, quare, quis eum excavasset ? interrogat. Tulit responsum, funem cui situla appensa, continua attrectatione id effecisse. Ergo* (lætus, eo exemplo,) *ad faciendum de sese comparativam collectionem, usus est. Quid enim, inquiebat, si mollis res duriorem atterere valet, annon verba Legis Divinæ quæ ferro duriora sunt, tanto magis insculpentur huic cordi carneo ?* Sic igitur lapis, ne de successu propositi desperaret, Akibam solatus est, sed causa, quæ ad discendas literas eum permovit, erat herilis filia, se illi nupturam pollicens, si gnaviter studiis incumberet. De hac pactione, cæterisq; , quæ eam consequuta sunt, non injucunda historia narratur in Cetubot fol. 62. b. quã ideo repetimus.

Zemach. p. 99. edit. Vorst.

רבי עקיבא רעיא דבן כלבא שבוע הוה חזיתיה ברתיה דהוה צניע ומעלי אמרה ליה אי מקדשנא לך אזלת לבי רב אמר לה אין איקדש ליה בצינעא ושדרתיה שמע אבוה אפקה מביתיה אדרה הנאה מנכסיה אזל איתיב יב״ שני בבי רב כי אתא איתי בהדי תריסר אלפי תלמידי שמעיה להוא סבא דקאמר

דקאמר לה עד כמה קא מדברת אלמנות חיים אמרה ליה אי לדידי צייח יתיב תרי סרי שני אחריני אמר ברשות קא עבידנא הדר אזיל ויתיב תרי סרי שני אחריני בבי רב כי אתא אייתי בהדירה עשרין וארבעה אלפי תלמידי שמעה דביתהו הוה קא נפקא לאפיה אמרו לה שיבבתא שאילי מאני לבוש ואיכסאי אמרה להו יודע צדיק נפש בהמתו כי מטיא לגביה נפלה על אפה קא מנשקה ליה לכרעיה הוו קא מדחפי לה שמעי׳ אמר להו שבקוה שלי ושלכם שלה הוא שמע אבוה דאתא גברא רבה למתא אמר איזיל לגביה אפשר דמפר נדראי אתא לגביה אמר ליה אדעתא דגברא רבה מי נדרת א״ל אפילו פרק אחד ואפילו הלכה אחת א״ל אנא הוא נפל על אפיה ונשקיה על כרעיה ויהב ליה פלגא ממוניה׃ Id est : *R. Akiba fuit pastor Calba Schvua*, (civis Hierosolymitani opulentissimi, & cui id nomen inditum, quia omnes pauperes, canum famelicorum instar ejus ædes petentes, inde saturi recesserunt.) *Hunc Akibam, cum herilis filia modestum & probum esse animadvertisset, quærit ex eo, nunquid si illi nubat, ipse in Academiam* (ad ingenii cultum capiendum,) *proficisci vellet? Annuente Akiba, herilis filia celebratis cum eo clanculum nuptiis, peregre ipsum ablegat. Interim pater, istis perceptis, filiam ædibus exturbavit, votumq. sancte fecit, ne hilum ex suis opibus eidem se concessurum. Cæterum, Akiba destinatum locum petens, universos annos duodecim Academiam frequentavit, & tandem redux, Discipulorum duodecim millia secum adduxit.* (Cum vero ad ædes, in quibus Conjux morabatur, appropinquasset,) *audit Senem quendam, huic dicentem : Quousq.* (inepta) *viduam vitam ages*, (& Mariti tui adventum frustra præstolaberis?) *Audit pariter, ipsam subjicientem : Si mihi morem gereret* (Maritus,) *alios insuper duodecim annos, in Academia moraretur.* (Quibus perceptis, bene est,) *inquit Akiba, ipsa veniam indulgente, sic facere licet, ac retro legens vestigia; denuo duodecim annos in Academia exegit. Postea reversus, viginti quatuor millibus Discipulorum stipabatur. Certior de adventu reddita conjux, ipsi obviam processit,* (laceros pannos induta,) *quare vicinæ eam hortantur, vestes aliquas mutuo*

mutuo peteret, easq; induendo, tegeret nuditatem. Verum ipsa, (missam me facite,) *inquit, Novit justus, etiam animum suæ pecudis. Cumq; ad maritum pervenisset, in terram vultu prono procidens, pedes ejus deosculari cœpit.* (At Discipuli, ægre ferentes, sordidam & sordidatam mulierem, tam familiarem se Magistro reddere,) *ipsam abigere moliebantur. Quod cum animadverteret R. Akiba, Sinite eam, inquit, omnis enim mea & vestra eruditio, huic accepta ferenda sunt. Interea temporis audit Socer, virum aliquem magnum adventasse, eapropter, Accedam illum, inquit, forsitan modum ipse reperiet, resacrandi voti mei religionem*, (nec enim amplius ferre possum, ultimam filiæ meæ miseriam & paupertatem, pœnitetque me jurisjurandi quod conceperam.) *Cum vero Akibam adiisset*, (& rem ordine narrasset,) *quærit iste : Num tu conditionem* (si maxime gener tuus) *vir insignis evaderet, sacramento tuo inclusisti*, (ita ut eo quoq; casu, filia omnibus tuis bonis priva esse debeat?) *Respondet* (Socer: Id vero absit a me longissime:) *Modo* (Divinæ Legis) *sectionem unam, aut unam Magistrorum constitutionem* (ipsum animo imbibiturum credidissem, nunquam filiam bonorum fecissem exortem.) *Ibi Akiba : Ego vero, inquit, is ipse sum: nec mora Socer in genua procidens, pedes ejus osculatus est, omnemq; suam substantiam, cum eo divisit.* In ista historia, nihil æque admiratione dignum, aut potius incredibile se offert, quam Discipulorum ille, qui Akibam comitatus esse dicitur, integer exercitus. Longe tamen mirabilius est, magisque omnem fidem superat; quod de illorum fato scriptum in Jebamot fol. 62. b. Eum locum quem supra p. 739. jam adduximus, oportet hic recolere. Sed, nondum etiam cessant Judæi, abuti credulitate nostra, & hoc insuper persuadere nobis postulat Autor libelli de Cippis, ab Hottingero editi, tot Discipulorum millia, prope Tiberiadem, ad radices montis cujusdam, in quo Akiba cum Uxore conditus est, eodem quasi monumento, fuisse sepulta. Tam simplex enim apud illum narratio instituitur, ut hoc illum intendere, verisimile evadat. Verba sunt : שם על שפת הים חמי טבריה קיימין ורוחצין בהם ובהר למעלה קבור ר׳ עקיבא ואשתו במערה ולמטה בהר ארבע ועשרים אלף תלמידיו שמתו כלם בין פסח לעצרת לפי שלא חלקו כבוד זה לזה: Vertit Hottingerus : *Ad littus maris sunt Thermæ Tiberiadis, in quibus se lavant, perpetuæ. Supra in monte sepultus est R. Aquiba, & uxor ejus in spelunca ; Infra vero in monte 24000. discipuli ejus, qui omnes inter Pascha, & Pentecostem, quia alii aliis honorem non detulerant, obierunt.* R. Akiba, post mortem prioris conjugis, uxorem Turni Rufi ad sacra Judæorum, & matrimonium secum ineundum pellexit, quod qua ratione peractum fuerit, quia pridem ex Nedarim c. 6. in Lexicon Talmudicum p. 916. retulit Cl. Buxtorfius, inde,

quibus

quibus commodum eſt, diſcere id licebit. Uſus fuerat Akiba, præceptore imprimis R. Gamaliele, & compoſuiſſe dicitur librum מכלתין itemq; alium, quem ספר יצירה vocavit. Poſterior eſt Cabbaliſticus, longe tamen diverſus ab eo, quem Joh. Stephanus Rittangelius cum verſione & Notis edidit. Qualis prior ſit, nequeo dicere, atque apud ſolum Baal Schalſch. Hak. p. 28. a. horum librorũ reperi memoriam. Huic ſi porro credimus, ad mentem R. Akibæ, inſuper libri: תורת כ הנים: ספרא: ספרי & תוספתא a Diſcipulis ejus compoſiti ſunt. Prodiit Akibæ temporibus *Bar-Cochba* impoſtor, Meſſiam mentitus, qui tam bene fabulam egit, ut ipſi Akibæ imponeret, eoque uteretur pro armigero, teſte Maimonide, quem Zacutus laudat in Juchaſin p. 35. b. At, notum eſt, quam male ea res autori, & facinoris ſociis ceſſerit, atque imprimis Akiba graviſſimo ſupplicio enectus periit. Nam, ut eſt in Berachot fol. 61. b. היו סורקין את בשרו במסרקאות של ברזל Id eſt: *Caro ejus pectinibus ferreis fuit dilacerata.* Vixit annos CXX. eoque die quo interemtus eſt, lucem R. Jehudas Sanctus aſpexit. Sic enim conſtat veritas dicto in Midraſch Kohelet: עד שלא ישקיע הקב״ה שמשו של צדיק הוא מזריח שמשו של צדיק חבירו: *Antequam permittat Deus occidere Solem juſti unius, facit oriri Solem juſti alterius.*

12. Decus Legis] Et cauſam hujus pronunciati, & ejus ſimul ſenſum, paucis declarat Bartenora: שהיה נותן לבו לדרוש על כל קוץ וקוץ וזהו כבוד תורה גדול שאין בה דבר לבטלה: Id eſt: *Akiba in eo animum occupavit, ut cujusq; apicis literarum ſacræ Scripturæ, rationem redderet. Atq; hoc Scripturæ ingens decus erat,* (conſtitit enim,) *ne hilum in ea fruſtra eſſe.*

13. R. Chanina Duſæ filio] Iſte, ſodalis fuit R. Jochananis Saccai filii, & vitam ad templi excidium usque produxit. Vide Juchaſin p. 56. b. Tot ac tanta, in Talmude miracula patraſſe narratur, ut apud ſolos Judæos, qui facile a ſe impetrant, ut quasvis ſuorum nugas pro oraculis venerentur, fabulæ illæ fidem invenire poſſint. Quasdam recenſebimus, ut Lectori ſimus oblectamento. Joma fol. 53. b. רבי חנינה בן דוסא הוה קא אזיל באורחא שדא מטרא עליה אמר לפניו רבון העולם כל העולם כולו בנחת וחנינה בצער פסק מטרא כי אתא לביתיה אמר רבון העולמים כל העולם בצער וחנינה בנחת אתא מטרא: Id eſt: *Cum R. Chanina Duſæ filio, aliquando iter faciente, perfudiſſet eum pluvia, Rector univerſi, ajebat, itane univerſus orbis quiete gaudebit, ſolus vero R. Chanina cruciabitur?* (Nec mora,) *illico pluvia ceſſavit. Idem vero*

vero in domum delatus, ajebat : Rector universi, itane totus orbis cruciabitur (ob siccitatem,) *& Chanina quiete gaudebit ?* (Vix sic effatus erat, & statim iterum) *cæpit pluere.* Repetuntur eadem in Taanit fol. 24. b. & sequuntur deinde alia magis incredibila : הורה רגילה

דביתהו * למיחמא תנורא כל מעלי דשבתא ושדייא אקטרא משום כסופא הוה לה הך שיבבתא בישתא אמרה מכדי ידענא דלית להו ולא מידי מאי כולי האי אולי וטרפא אבבא איכספ ועיילא לאינדרונא אתעביד לה ניסה רחויא לתנורא מלא לחמא ואגנא מלא לישא אמרה לה פלניתא פלניתא אייתי מסא דקא חריך לחמיך אמרה לה אף אנא להכא עיילי תנא אף היא להביא מרדא נכנסה מפני שלומדות בניסין אמרה ליה דביתהו עד אימת ניזיל ונצטער כולי האי אמר לה מאי נעביד בעי רחמי דניתבו לך מידי בעא רחמי יצתה כמין פיסת יד ויהבו ליה חד כרעא דפתורא דדהבא חואי בחלמא עתידי צדיקי דאכלי אפתורא דדהבא ראית ליה תלת כרעי ואית * אכלת אפתורא דתרי כרעי אמרה ליה * ניחא לך דמיכל אכלי כ״ע אפתורא דמשלם ואנן אפתורא דמחסר אמרה ליה ומאי נעביד בעי רחמים דנשקלינהו מינך בעי רחמי ושקלוהו תנא גדול היה נס אחרון יותר מן הראשון דגמירי דמיהב יהבי מישקל לא שקלי * חד כי שמשי חזייה לברתיה דהוות עציבת אמר לה בת אמאי עציבת אמר׳ ליה כלי של חומץ נתחלף לי בכלי של שמן והדלקתי ממנו אור לשבת אמר לה בתי מאי איכפת לך מי שאמר לשמן וידלוק הוא יאמר לחומץ וידלוק תנא היה דולק והולך כל היום כולו עד שהביאו ממנו אור להבדלה

* Legendum דביתהו

* Lege ואיהו

* Malo legere אמר ליה

* Supple יומא

ר׳ חנינה

ר׳ חנינה בן דוסא הוו ליה הנך עיזי אמרו ליה קא מפסדן אמר אי קא מפסדן ניכלינהו דובי ואי לא כל חדא וחדא תיתי לאורתא דובא בקרניהו לאורתא איתיי כל חדא וחדא דובא בקרנייה הוה ליה ההיא שיבבת דקא בניא ביתא ולא מטו כשורי אתיא לקמיה אמרה ליה בנית ביתי ולא קמטו כשוראי אמר לה מה שמיך אמרה ליה איכו אמר איכו נמטו כשוריך תנא הגיעו עד שיצאו אמה לכאן ואמה לכאן ויש אומרין סניפים עשאום רתניא פלימו אומר אני ראיתי אותו הבית והיו קורותיו יוצאות אמה לכאן ואמה לכאן ואמרו לי בית זה שקירה רבי חנינה בן דוסא בתפלתו׃

Id est : *Uxor* (R. Chaninæ Dusæ filii,) *solita erat semper pridie sabbati, in furno suo ignem excitare, & suffitum in eum conjicere,* (ut fumus ingens foris conspiceretur,) *idq; faciebat ex pudore.* (Etsi enim summa premebatur egestate, tamen hanc profiteri erubuit, volebatque eam de se gignere apud alios opinionem, quasi diebus sabbati, cum marito cœnet lautissime.) *Erat huic vicina nequam, quæ aliquando secum ipsa inquiebat : Quoniam penitus scio, nihil quicquam istos habere* (quod comedant,) *quid igitur semper sibi vult tantus* (fumus, quasi regales epulæ appararentur ? & certum est, rem totam explorare.) *Eum in finem confert sese* (ad ædes R. Chaninæ,) *& januam pulsat.* (Cæterum materfamilias, cum aperiens, vicinam præ foribus stantem animadvertisset,) *rubore suffusa, in cubiculum properat,* (ibi latitare volens.) *Interea loci fit miraculum, deprehenditq; vicina, furnum plenum pane, mactramq; massa repletam : Quamobrem, heus, heus materfamilias, clamat, affer mox palam, nisi mavis panem tuum aduri. Respondet ipsa,* (jam adsum,) *nam ad petendam palam, conclave fueram ingressa. Ita fert traditio, vere ipsam ivisse ad afferendam palam,* (sciebat enim hac opus fore, prævidebatque id eventurum, quod postea evenit,) *eo quod miraculis assueverat. Hæc ipsa R. Chaninæ conjux,* (ex paupertatis nimiæ impatientia,) *dicere cœpit marito : Quousq; in tanta miseria sic obambulabimus ? Subjicit maritus : Tu vero, quid esse facto opus censes ?* (Regerit ipsa : Deum) *rogaret, ut aliquid boni largiatur. Paruit consilio, nec mora, prodit e cælo, forma quadam manus, eiq; pedem aureum, mensæ cujusdam, porrigit. At, per quietem, videt* (R. Chanina,) *justos omnes futuræ beatitudinis hæ-*

 redes,

redes, epulari in mensis tres pedes habentibus, se autem accumbere mensa binis tantum pedibus instructa; quare ad uxorem conversus, Annetibi sic collibitum, inquit, ut quicquid beatorum est, mensis utatur integris, nos vero soli, mensa imperfecta accumbamus? Ibi uxor: Quid (miseri) faciemus? (Neque hoc satis placet, ac potius) Deo supplica, ut iste pes rursus auferatur. Morem gerente R. Chanina, ablatus iterum pes est, atq; sic vetus fuit opinio, posterius miraculum, majus priore fuisse, nam vulgo fertur, concedi quidem cælitus bona, sed nulla sursum repeti. (Idem R. Chanina) vidit aliquando Sabbato instante, filiam suam subtristem, quare ad illam, Mea filia, inquit, quare tristaris? Respondet ipsa: Lagenam aceti, imprudens, pro lagena olei accipiendo, acetum lucernæ sabbatinæ affudi, (quem errorem, cum ob sabbatum inchoatum, emendare non liceat, nunc in tenebris versari cogemur.) Tum vero R. Chanina: Mea filia, nihil id refert: Is qui oleo vim urendi concessit, idem velit, jubeatque, ut similem vim acetum habeat. Atq; constat, arsisse eam lucernam die integro optime, quoad Lumen Discriminationis inde accenderetur. Porro, cum R. Chanina D. F. Capras (in sylvis) aleret, a quibusdam ad eum delata querela est, ipsas damnum (agrorum satis) inferre. Respondit Chanina: Si meæ capræ quid damni faciunt, voranto illas Ursi: Sed, si a culpa immunes sunt, quæq; sub vesperam ursum cornibus suis ad me deferto. Occiderat Sol, & capræ omnes, ursos cornibus gestantes adventant. Forte quadam mulier vicina R. Chaninæ, domum condiderat, (cum vero tigna immittere vellet,) deprehendit illa justo esse breviora. Ergo R. Chaninam accedens, queritur, se domum exstruxisse, at nunc tigna nimis esse brevia. Ibi quærere R. Chanina, ecquod mulieri nomen esset? Respondit ipsa, se vocari Echo. Tum R. Chanina: Heus Echo! Tigna tua longiora sunto. Ajunt, tam producta fuisse tigna, ut extra utrumq; ædium latus, ulnam unam prodirent. Quidam tamen ad Chaninæ imperium tigna coaluisse, (atque hac ratione protensa fuisse) perhibent. Fertur vox τȣ̃ Plimo: Ego vidi domum illam, ejusq; trabes utrinq; ulnam unam, ultra parietes prodibant: dictumq; mihi fuit: Ista domus est, quam R. Chanina Dusæ filius, suis precibus contignavit. Adde his, quæ supra de eodem hoc R. Chanina in Annot. ad Exc. Gem. c. 3. §. 2. recensuimus. Quia vero paupertatis, & modici victus R. Chaninæ facta mentio est, illud adhuc ex Taanit loco allegato & Chullin fol. 86. a. docere convenit, quam angusta res, in ejus domo fuerit: Sic legitur utrobique בכל יום בת קול יוצאת ואמרת כל העולם כולו אינו ניזון אלא בשביל חנינא בני וחנינא בני דיו בקב חרובין מערב שבת לערב שבת: Id est: Singulis diebus (quondam) in cælo edita vox

ta vox

ta vox est, personans : Orbis Universus, haud ob causam aliam, quam ob Chaninam filium meum nutritur : Ipse vero Chanina filius meus carissimus, quavis hebdomade solo cabo ceratiorum victitat. Atque, quia haud alio cibo R. Chanina, ejusque uxor, quam ceratiis usi sunt, hinc sine dubio evenit, quod in illorum monumento ceratiorum arbor est. Nam Autoris libelli de Cippis Hebræorum, quem Cl. Hottingerus edidit, verba sequentia, ערבה שם קבורת ר' חנינא בן דסא ואשתו ע"ה ועליהם ציונים ואילן חרובין: Sic accipio, quasi ipse Latine dicere voluisset : *In Arba sepulchrum visitur Chanina Dusæ filii, ejusq; Uxoris f. m. cui cippi impositi, & juxta illos arbor ceratiorum consita est.* Nec enim probo versionem Viri Docti, quæ longissime ab hac sententia abit, dum habet: *Araba, ibi sepulchrum est R. Chanina fil. Dosa & uxoris ejus p. m. quibus supra, impositi fornices, qui tamen destructi sunt.* Et profecto, in ipsa figura istorum monumentorum, quam Hottingerus delineavit, palam additur ceratiorum arbor, quæ nostram translationem ab errore immunem præstat.

14. Viri Thaumaturgi] Verba אנשי מעשה ut *Viri Thaumaturgi*, interpretarer, non tantum permoverunt me, magna illa miracula, quæ Chanina Dusæ filius edidisse dicitur ut verisimile evaderet, id velle Mischnam, illam imprimis vim, res tam stupendas faciendi, hoc homine mortuo, simul cessasse. Sed & animum addidit Bartenora, dum אנשי מעשה de viris שעושים מעשים מופלאים *Qui faciunt opera mirabilia*, & ipse pariter accepit. Non me latet interim, alibi in Talmude, hæc verba, alio sensu adhiberi, ita ut viros qui virtutem factis exprimunt, & in vero labore sese occupant, innuat. Sic enim hac significatione cum אנשי מעשי fere semper etiam החסידים Id est : *Pii, & Fideles*, conjunguntur. Succa fol. 51. a. inf. החסידים ואנשי מעשה היו מרקדים לפניהם באבוקות של אור שבידיהם: Id est : *Viri pii, & virtuti dediti ibi saltabant, aureas faces tenentes manibus.* Et iterum, fol. 53. a. יש מהן אומרים אשרי ילדותנו שלא בישה את זקנותנו אלו חסידים ואנשי מעשה ויש מהם אומרים אשרי זקנותנו שכפרה על ילדותנו אלו בעלי תשובה: Id est : *Quidam ex illis cantabant:* Beatos nos, quorum adolescentia, senectuti nullum ruborem incutit : *Atq; hi erant viri pii, & qui tota vita rebus honestis studuerant. Quidam vero illorum cecinere* : Beatos nos, quorum senectus juventam expiat. *Atq; hi fuere, qui per pænitentiam ad frugem bonam se receperant.*

15. R. Jose Parvo &c.] Hunc, Baal Juchasin, p. 62. a. non יוסי sed יוסף vocat. Verum, jam supra notavimus, nomina יוסי & יוסף promiscue usurpari, igitur hactenus nihil peccatum. Cæterum, fuit hic Jose, gente Babylonius, eique cum R. Jehuda Sancto, vitæ & studiorum intercessit communitas, ita prodente Zacuto, in libri Juchasin, loco allegato.

16. Quare vero Parvus cognominatur?] Merito id quæritur, ut hac ratione cognominis reddatur causa. Nam, nisi hæc exposita fuisset, omnes credituri erant, ob staturæ corporis exiguitatem evenisse, ut Jose iste, Parvus vocaretur. Scilicet, ex illa re, alii hoc cognomen tulerunt, & quidem eadem pariter ætate. Schalsch. Hak. p. 33. b. בימיו היה ר׳ זירא והיו קוראים אותו קטינא חריך שקי וזה לפי שהיה קטן מאוד והיה נוהג לשים עצמו בכבשן אש: Id est: *Ejusdem* (cum R. Jehuda Sancto) *ætatis fuit R. Sera, qui vulgo* Parvus cruribus adustis, *vocabatur. Quæ appellatio inde nata, quod statura erat admodum parvus, quodq; frequenter in clibano ardente sessitare solebat.* Non possum exacte definire, mensuram corporis hujus R. Seræ, sed extat in illo ipso libro, p. 35. a. memoria Patjæ alicujus, qui & homo fuit, & adultus, & Sapiens, & Rabbinus, atque tamen, (Obsecro,

Spectatum admissi, risum teneatis amici,

si valetis,) iste talis, tantusque, קטן היה כשעור טפח *Haud major erat uno solo palmo.* Vah! mirificissime pumilio, tu quidem solus merebaris, ut,

Claudianus de Prob. & Olyb. Cons.

— Te cuncta loquatur
Tellus, te varius scribant in floribus Horæ,
Longaq; perpetui ducant in secula fasti.

17. Minutal erat Religiosorum] Cave sis credas, R. Josen fuisse minimum inter priscos Relgiosos, etsi hunc sensum, verba, in legentium animis progenerant, neque alio a R. Salomone fuere accepta. Potior enim esse debet R. Maimonidis autoritas, qui Josen, ideo קטנתן של חסידים dictum perhibet שהיה שרשם לפי ששרש הדבר והתחלתו קטן: *Quia erat Radix eorundem, sic enim radix alicujus rei, ejusq; principium, tenuia quidem sunt,* (vim tamen habent maximam.) Confirmat hanc expositionem Talmud Jeruschalmi, ubi Jose תמציתן של צדיקים ושל חסידים *Compressio piorum & religiosorum hominum;* seu ut Vulgus loquitur, *Quinta eorum essentia*, dicitur. Scilicet, voluit Natura, antequam

tequam religiosos creare desineret, adhuc experiri prius, quantum in pio homine producendo valeret. Idem Jeruschalmi, paulo post in verbis postremis Massichtæ nostræ, mire quoque celebrat quendam *Samuelem Parvum*, tanquam qui ipsius cœlestis oraculi pronunciato, dignus judicatus fuerit, quem Spiritus S. non minus ac veterum Prophetarum aliquem, inhabitaret. Hujus loci versio, quam Cl. Ligthfootus in Notis ad Matthæi c. XII, 39. adduxit, & verba ipsa Hebraica, quæ interseruit, aperte commonstrant, variare hic Codices, longe enim aliter ipse legit, ac in nostro habetur Cracoviensi, cujus verba repræsentamus : ר' יעקב בר אידי בשם רבי יהושע בן לוי מעשה שנכנסו זקינים לעלייה בית גריא בירחו ויצאת בת קול ואמרה להן יש ביניכם שנים ראוין לרוח הקדש והלל הזקן אחד מהן ונתנו עיניהן בשמואל הקטן ושוב נכנסו זקנים לעלייה ביבנה ויצאת בת קול ואמראת להן יש ביניכם שנים ראויים לרוח הקודש ושמואל הקטן אחד מהן ונתנו עיניהן בר' אלעזר בן הורקנוס והיו שמחין שהשכימה דעתן לדעת המקום Id est : *R. Jacobus F.I. nomine Josua F.L. retulit, Seniores, contulisse se aliquando in superius tabulatum, domus, qua in urbe Jericho ab Hædis nomen habet, ibi edita vox est, clamitans :* Sunt inter vos duo, digni quos Spiritus S. repleat, atque horum unus est Hillel. *Quamobrem oculos suos in Samuelem Parvum converterunt. Alia vice, cum Seniores in* ὑπερῷον *quod est in Urbe Jabne, se recepissent, edita cœlestis vox est, personans :* Sunt inter vos duo, digni quos Spiritus S. repleat, atque horum unus est Samuel Parvus. *Ibi omnium vultus in R. Eleasarem Hircani filium converterant, ac gaudere cœperunt* (Sapientes,) *eandem ipsis, qua Numini,* (circa R. Samuelem Parvum) *mentem fuisse.* Atque iste quidem R. Samuel Parvus, mortuus est paulo ante Templi secundi desolationem, &, si Autori Schalsch. Hak. pag. 26. b. credimus, tum ad differentiam Samuelis Prophetæ, tum ob summam modestiam, qua abjectissime de se sentiebat, *Parvi* cognomen ei fuit inditum.

18. R. Gamaliele Sene] R. Gamaliel Senex, Hillelis ex R. Simeone filio, nepos fuit, & pietatis ac doctrinæ laudibus, insigniter apud suos claruit. Hoc Præceptore usus est S. Paulus, ceu ipse profitetur, Act. XXII, 3. sibique id ducit honori. Facile concesserim Zacuto in Juchasin p. 53. a. non eum falli, dum conjicit, ideo Gamalielem istum Senem dictum esse, quod longævitate cæteros illius seculi Sapientes superavit : nam ejus mors octodecim tantum annos urbis desolationem præcessit, si David Gans in Zemach p. 36. b. rationem recte inivit. Idem de mo-

de morituro ex Schabbat c. 2. refert : הוא צוה קודם מיתו להוציאו לקבורה בכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי משי והיה הוצאת המת קשה לקרוביו יותר ממיתתו: Quæ Vorstius transtulit: *Jussit ante obitum suum, ut efferrent ipsum ad sepulchrum cum vestibus lineis, quia antea mortuos extulerant cum vestimentis sericis; atq; hac eductio mortui, gravior fuit propinquis ejus, quam ejus obitus.* In istis, si pro, *Atq; hac eductio mortui*, substituas, *Atq; hac funerum impensa*, tum sensus evadet clarior. Reliquit Gamaliel Senex, filium Simeonem, & nepotem sibi cognominem Gamalielem, ita tradente Zacuto, loco allegato. Longe ab istis diversa didiceram, cum apud Pisanos in Italia morarer, nam Basilicam ejus Urbis lustrando, incidi in altare quoddam, cujus inscriptio monebat, asservari ibidem, Gamalielis, Nicodemi, & Abibæ corpora, atque Gamaliele Nicodemum, Nicodemo Abibam esse genitum. Sic enim legebam:

GAMALIELIS NICODEMI ET ABIBÆ PATRIS FILII AC NEPOTIS UT ECCLESIA DOCET CIVIUM TERRENÆ AC COELESTIS JERUSALEM FOELICI TEMPORE PISANORUM TRADUCTA CADAVERA MARMORE SUB HOC NOVATO RECONDUNTUR.

Miretur fortasse quis nonnihil, istam Gamalielis familiam, quin &, quod de istorum æterna salute, tam serio pronunciatur : Illud vero maxime insolens alicui videri potest, quod ad latus altaris, tabella cum ferrea catena appensa, & in qua Senis alicujus grandævi, item hominis virilem agentis ætatem, & juvenis cujusdam, imagines depictæ sunt, , istis vota quoque nuncupare consulit. Nam, habet inscriptum:

EPITAPHIUM NOTABILE.

HOc in Sarcophago, requiescunt corpora sacra,
Sanctorum, (quorum nomina dicta)trium.
Sanctus Gamaliel, Abybas, & Nicodemus,
Insimul ipse Pater, Filius, atque Nepos.
Gamaliel, Divi Pauli Didascalus olim,
Doctor, & excellens Israëlita fuit.

Consi-

Consilii magni fideique per omnia cultor,
Narrat ut historiæ Scriptor Apostolicæ.
Nobilis Abybas, patris hujus filius almi,
Extitit angelica virginitate nitens.
Mosaicam Legem callens quoque sic adolescens,
Credidit in Christum cum genitore pio.
Magna in Evangelio præconia sunt Nicodemi,
Dum sepelit Christi corpus honorifice.
Hic est ille quidem, qui se debere renasci,
Audiit a Christo, denique martyr obit.
Hoc Epigramma legens, horum suffragia quære,
Teque recommendans, posce salutis opem.
Quatenus ad Christum dignentur fundere vota,
Ut Paradisiacis donet adesse choris.

19. Evanuit honos Legis &c.] Baal Aruch, teste Zacuto in Juchasin, ita locum hunc interpretatus est, quasi innuatur, cessasse post Gamalielis obitum בני ארם שמנבדין בעלי תורה Id est : *Illos homines, qui viros eruditos merito honore prosequuntur*. Non eo loco reperi verba in Aruch, ubi illa legi Zacutus indicat. Interim certum est, haud magni hanc explicationem faciendam esse, & merito a Zacuto rejici. Sensum enim genuinum verborum, ipsa Gemara nobis exponit in Megilla fol. 21. a. תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למידין התורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למידין תורה מיושב והיינו דתנן משמת רבן גמליאל בטל כבוד תורה: Id est : *Sic tradunt Magistri : A diebus Mosis, ad ætatem usq; R. Gamaliels*, (Discipuli) *non nisi stantes*, (a sedentibus Præceptoribus) *discebant Legem. At R. Gamaliele mortuo, morbi* (solito magis) *infestare cœperunt orbem, itaq; sedentes, Legi discendæ operam navabant. Unde in Mischna dicitur : Mortuo Gamaliele Sene, evanuit honos Legis.* Multa in hanc rem differit Doctissimus Petitus, l. 3. Observat. c. 2. atque accedo fere ejus opinioni, qua, ex verbis Pauli, Act. XXII, 3. Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος,

Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου· ſecus quam Viri Summi exiſtimant, id minime colligi poſſe arbitratur, quaſi jam ætate Pauli, Diſcipuli, projecti in ſolo, operam dederint præceptoribus ad eorum pedes, cum non niſi a morte Gamalielis, Magiſtri ejus, Diſcipuli ſtantes diſcere deſierint. Nimirum, ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, videtur omnino ad victum attinere, ut non tantum a Gamaliele literis & eruditione imbutus fuerit S. Paulus, quod verbis ſequentibus indicatur, ſed etiam in domo ejus, pro filio altus ſit & educatus. Favet huic expoſitioni, niſi quid me decipit, palam Syrus, ita ut inter nativitatem, educationem, & informationem Pauli, per copulationis & disjunctionis ſigna, etiam diſcrimen ſedulo faciat. Proinde nihil aliud viris Doctis impoſuit, ut integrum comma de Pauli ſtudiis acciperent, quam quia ellipſin earum particularum in Græco eſſe, haud adverterunt, quas Syrus non præter rationem ſupplevit. Sic habet illius translatio : ܐܢܐ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܝܗܘܕܝܐ ܘܡܝܠܕ ܐܢܐ ܒܛܪܣܘܣ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܘܐܬܪܒܝܬ ܕܝܢ ܒܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܠܘܬ ܪܓܠܘܗܝ ܕܓܡܠܝܐܝܠ ܘܐܬܪܕܝܬ ܓܡܝܪܐܝܬ ܒܢܡܘܣܐ ܕܐܒܗܝܢ ·:· Id eſt : *Ego vir ſum Judæus, & natus ſum in Tarſo Ciliciæ, nutritus vero in hac civitate juxta pedes Gamalielis : & eruditus fui perfecte in Lege Patrum noſtrorum.* Illud interim, apud me in dubio relinquitur, num verba ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ id proprie velint, *quod Paulus puer, ad lecti tricliniaris, in quo accumbebat Gamaliel, fulcra, id eſt, ad pedes,* conſederit, ceu idem Petitus explicat. Potius crederem, eſſe hanc modeſtam Pauli extenuationem, dum non arroganter Gamalielis ſe convictorem, & familiarem fuiſſe, ac ſacra & profana omnia communia cum eo habuiſſe, jactitat, ſed potius ad pedes quaſi magni Doctoris abjectum, ſic ſeſe cibum captaſſe, humiliter & demiſſe profitetur: Idque tanto magis, quia, cum iſta Paulus loqueretur, Gamaliel nuper demum diem ſuum obiverat, atque ſic ejus memoria, adhuc in ſumma apud omnes erat veneratione. Habent hoc Judæi in more poſitum, ut reverenter de aliis loquendo, ſe ad illorum pedes inſinuent. Locus elegans de Abigaile, eſt 1. Sam. XXV, 41. ותקם ותשתחו אפים ארצה ותאמר הנה אמתך לשפחה לרחוץ רגלי עבדי אדני׃ *Tum ſurgens illa, incurvavit ſe facie demiſſa ad terram, & dixit, ecce ancilla tua in famulam, ad lavandum pedes ſervorum Domini mei.* Eodem tendit, dictum celebre Joſe Joë-

se Joëseri filii, in Pirke יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם: Quod, ne quid eos juvaret, qui Paulo adhuc juvene, Discipulos, cum Præceptoribus auscultarent, jam in solo sedisse autumant, nescio annon admodum torqueat loco memorato, laudatus sæpe Petitus. *Referunt*, inquit, *Viri Summi ista verba* הוי מתאבק בעפר רגליהם luctator in pulvere pedum eorum, *ad hunc morem, quo discipuli in solo projecti, ad pedes Doctorum suorum iis dabant operam ; itaq; vertunt*, & pulveriza te pulvere pedum eorum. *Sed vox* התאבק luctatorum *est*, *&* luctari *significat* : *est autem* luctatorum τὸ κονίζεσθαι, καὶ τὸ κονίζειν ἀντίπαλον· Id autem fieri volebat Jose Joëzeri filius, *pulvere pedum Sapientum : metaphora igitur petita est a* luctatoribus, *quæ significabat, etiam in remissionibus & ludis (quemadmodum in compotationibus & conviviis, quod indicant sequentia* והוי שותה בצמא את דבריהם *& bibito cum siti verba eorum,) non esse remittendum quicquam de sapientia & doctrina, quam sibi compararunt ex assiduo Sapientum usu : vult enim uti Sapientibus adeo familiariter, ut frequentes domum ejus conveniant* יהי ביתך בית ועד לחכמים *Esto domus tua, domus, in quam conveniant Sapientes.* Enim vero, est illa, a luctatoribus petita translatio, ejusque ad institutum applicatio, duriuscula, & longe commodius utique commune interpretamentum fuerit, vel Judæis arbitris, qui in sua versione τῶν Pirke reddiderunt : *Und sey dich vvelgern in den Staub von ihre Füß.* Neq; tamen vel sic causæ nostræ quicquam decedit, aut admittere utrique cogemur, jamdum Jose Filii Joëseri ævo, hoc est diu ante Gamalielem, Discipulos humi sedentes, a Præceptorum ore pependisse. Haud enim alius dicti sensus, quam quem expresserunt Commentatores : והוי מתאבק בעפר רגליהם ר״ל הוי שפל ומשמש אתן תמיד: Id est : *Verbis*, Et voluta te in pulvere pedum eorum, *id imperatur : Esto humilis, & ministra Sapientibus assidue.* De reliquo, probe observat Petitus, ex ipso Evangelio constare, ita more apud priscos Judæos fuisse receptum, ut docentes sederent, eamque in rem affert dictum Matth. XXIII, 2. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι· Addi huic testimonio summopere meretur, quod est apud eundem Matthæum V, 1. de nostro Servatore : Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· Καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτούς· Nec minus, quod Lucas II, 46. de eo adhuc puero, a parentibus amisso, quæsitoque tradidit : Καὶ ἐγένετο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς· Atq; vero, non id tantum ex Divinis literis Novi Testamenti perspicue ostendere nobis licet, Præceptores sedisse ; sed & eædem, verbis clarissimis insuper monstrant, discipulos, & cæteros ; qui ab ore docentium pendebant,

bant, in pedibus stetisse erectos ; proindeque veteri Judæorum hac de re traditione, nihil potest esse verius. Sic est apud Matthæum XIII, 1. 2. 3. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι· Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει· Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς· Easdem has circumstantias, de Christo sedente, & Auditoribus adstantibus, dignas quoque S. Marcus credidit, quarum in illa ipsa historia describenda, rationem haberet, si Syri Interpretis autoritatem sequimur. Legitur cap IV, commate 1. apud Evangelistam. Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· Καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ· Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν· Hujus quidem dicti, verba postrema, Vetus Vulgatus, & Arabs, tam generalibus verbis transtulerunt, ut sessio Auditorum non excludatur: Nã prior habet: *Et omnis turba circa mare super terrã erat.* Posterior extulit:

وكانت الجموع كلها عند البحر علي الارض

Id est: *Et erant turba omnes secus mare super terram.* Sed, Syro, magis distincte & dilucide visum est reddere: ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ܀ Id est: *Et omnis turba stans erat super terram ad littus maris.* Exhibet imaginem Christi docentis, & Discipulorum circumstantium, pulcherrime, Onyx antiquissimus, quem in cimeliis habet Eminentissimus Bambergensis Episcopus. Cujus inæstimabilis gemmæ aspectus, quia nemini non summæ potest esse voluptati, & dubium relinquitur, utrum magis venerabilem Grajam antiquitatem, an vero sculpturæ insigne artificium, aut ipsius lapidis magnitudinem mirari conveniat, ideo ectypum cereum, quem impetravimus, æri incidere, & hoc emblemate, librum nostrum ornare instituimus.



Ne vero quid dissimulem, illud quoque tenendum, non semper Christi Discipulos, cæterosque Auditores, pedibus insistendo, dicentem attendisse, sed aliquando sessitasse etiam. Testem iterum damus S. Marcum, qui cap. III, 32. seqq. nunc quidem aperte, & sine verborum ambiguitate: Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· Εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε· Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου· Docuit igitur Servator sedens, assidente quoque turba ἐν κύκλῳ· Quam phrasin, non ita accipiendam existimaverim, quasi in medio ejus loci, ubi sermones sacro ore fundebat, cœlestis Doctor sederit, & ut undique & quaquaversum, ab auscultatoribus fuerit cinctus. Sed, nisi fallor, hemicyclum formabant Auditores כחצי גורן עגולה *Instar areæ orbicularis dimidiatæ*, (quæ, de Synedrii consessu, in Mischna Sanhedrin c. 4 §. 3. est locutio) neque ulli retro, a differentis tergo, adstabant. Talis docentium discentiumque sessionis forma, post Gamalielis tempora, deinde in mores transiit, atque de ea Maimonides, Hilchot Talmud Tora c. 4. §. 2. כיצד מלמדים: הרב יושב בראש והתלמידים מוקפים לפניו כעטרה כדי שיהיו כולם רואים הרב ושומעים דבריו: *Quomodo in Scholis fiunt* ἀκροάσεις? *Præceptor sedet in capite, discipuli circumsident instar coronæ, ut omnes Præceptorem intueri, illiusq; sermonem percipere possint.* Animi pendeo, an illud quod ex Marco modo attulimus, præjudicet Judæorum assertioni, qua ante Gamalielis obitum, Discipulos, sedentes suis Præceptoribus operam locasse, omnino negant, & citra exceptionem. Vix enim arbitror, de Pharisæorum & Scribarum Discipulis, exemplum posse afferri in contrarium, utpote qui summopere Præceptores superbissimos suspicere cogebantur, pervulgatumque ea ætate erat dictum, quod superest in Pirke Avot c. 4. יהי מורא רבך כמורא שמים *Præceptorem tuum non minus, quam cœleste Numen reveretor.* Servator noster, qui vere erat πρᾶος, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, benigne Matth. XI, 29. nonnunquam indulsisse videtur, ut auditores, postquam diutule steterant, fessa membra sessione refocillarent, atque porro tanto attentius præberent aures. Licebat Auditoribus hac in re morem gerere Magistro, neq; ullum in ea re vitium. At, illud neutiquam mihi probabile videtur, aliquando factum esse, aut etiam salva honestate vel fieri potuisse, ut cum Christus stans docebat, Discipulorum aliquis consederit. Interea loci, nihilo minus hanc rerum faciem, nobis depingunt tituli librorum quorundam, qui Romæ ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, prodierunt, ac sufficit nominatim appellare, ad Syntagma Linguarum Orientalium, in Georgiæ Regionibus receptarum, quod D. Franciscum Mariam Maggium, Clericum Regularem, habet autorem,

quodque Anno MDCXLIII. fuit excusum. Placuit, & illius picturæ imaginem exhibere, ut cum Bambergensi Onyche composita, quantum inter seclorum priorum, & hujus nostri Signa, intersit, liquido appareat.



Certum, credo, est, illa sedentis discipuli persona, haud alium quam S. Petrum innui, verum is, si quis alius inter Apostolos, sub isto incivilitatis schemate, prorsus immeritissimò figuratur. Novimus enim ex Joh. XIII, 8. quanta ante alios, erga Præceptorem fuerit reverentia, & cum cæteri, quia sic placuerat Domino, sine tergiversatione, ut pedes eorum lavaret, admisissent, ipse solus restitit, & non nisi comminatione æternæ damnationis, eo perduci potuit, ut suos pedes lavandos præberet. Tam
Philipp. II, 7. humilem & demissum, quia erga μορφὴν δούλου adhuc habentem Servatorem, sese Petrus gesserat, eccui unquam evadet probabile, aliter eum egisse cum exaltato per resurrectionem ad gloriam, suamque divinitatem pa-
Marc. XVI, 15. lam ostentante? Talis vero erat, cum illa, EUNTES IN MUNDUM UNIVERSUM, PRÆDICATE EVANGELIUM OMNI CREATURÆ, pronunciaret. Quin potius constat, ad extremum usque vitæ halitum, S. Petrum antiquam obtinuisse modestiam, unde, ut vetus habet Traditio, ad crucis supplicium damnatus, inversis membris eidem alligari voluit, metuens, ne si eadem specie, qua Dominus crucifixus fuerat, & ipse martyrium subiret, gloriam aliquam affectasse videri queat. Eam in rem eleganter Prudentius lib. Peristephan. Hymn. 6.

Prima Petrum rapuit sententia, legibus Neronis,
Pendere jussum præminente ligno.

Ille

Ille tamen veritus, celsæ decus æmulando mortis,
Ambire tanti gloriam Magistri;
Exigit, ut pedibus mersum caput imprimant supinis,
Quo spectet imum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen:
Hoc mente major, quo minor figura.

20. Ismaële Filio Pabi &c.] Ismaël Pabi filius, decem annis summo Pontificatu functus est, uti traditur in Juchasin p. 63. b. Existimo id Judæos velle, eo mortuo, summam hanc in sacris dignitatem paulatim eviluisse, & indies magis magisque detrimentum passam esse. Vide quæ de hoc Ismaële disserit Cl. Seldenus l. 9. de Successf. c. 11. Zemach David p. 23. a.

21. Mortuo Rabbi] R. Judas, R. Simeonis Gamalielis filii, filius, Autor Mischnæ, נקרא רבינו הקדש ונקרא גם כן רבי סתם *Aliàs*, Rabbi noster Sanctus, *itemq; simpliciter* Rabbi *vocari solet.* Prioris elogii, variæ redduntur causæ, quas Baal. Juchasin, p. 45. a. & Baal Schalsch. Hak. p. 32. b. percensent. Fuere enim, qui ideo Sanctum dictum asseruerunt, לפי שלא שלח ידו מאבנטו ולמטה אם לא במטלת עבה: Id est: *Quia haud unquam aliter manum suam, quam crasso linteolo tectam, subter cingulum demisit.* A quibus, haud multum discrepat illa ratio, in Jeruschalmi, שלא הביט לעולם במילתו *Quia nunquam eam corporis partem, quæ circumcisionem passa erat, oculis suis est intuitus.* Sed alibi, in eodem Jeruschalmi, hæc quoque causa appellationis affertur: שהיתה בעת לידתו שמד על ברית מילה וקדשו אביו לשמים במילה: Id est: *Quia sub nativitatem ejus, grave edictum promulgatum est, ne Judæi pueros circumciderent, atq; parens tamen ejus nihil veritus, natum infantem sacro fœdere initiavit.* Cæterum, *Rabbi*, κατ' ἐξοχὴν, Judas iste, sine dubio dictus est, ob insignem eruditionem, ושלא נמצא כמוהו שהרבין תורה בישראל: *Quodq; nemo fuit alius, cui plus Literæ inter Judæos debeant.* Scilicet, ipse Seculo post Christum natum secundo, veteres traditiones toto orbe conquisitas, in unum corpus Talmudicum redegit בסדר נאות ויפה ולשון צח כאשר הוא לפנינו *Ordine eleganti, & sermone terso, qui liber omnium teritur manibus.* Tantum opus perfecit, tum Antonini Pii Imperatoris indulgentia, tum propriis divitiis adjutus. Siquidem, facile largimur Judæis, utroque hoc R. Judam singulariter eminuisse, etsi multa fabulosa, quæ admiscent, merito aspernamur. Quis enim sanus credat, tantam isti homini rem fuisse, & su-

& ſuperfuiſſe, ut illius Equiſo, qui imperium in beſtias habebat, opibus ſuis Saporem Perſarum Regem longe vicerit? Aut, eo usque proceſſiſſe Cæſarem Antoninũ, ut admiſerit circumciſionem? Utrumq; tamen Judæis eſt proditũ. Ex Jeruſchalmi Chagiga, in En Iſraël fol. 192. col. 3. legimus:

אנטונינוס אמר לרבי מוכלני את מליתן לעלמא דאתי אמר ליה אין אמר ליה מן אימר פסחא לא אוכלתני ומלויתן לעלמא דאתי מוכלתני אמר ליה ומה נעביד לך באימר פסחא כתיב וכל ערל לא יאכל בו כיון דשמע כן אזל וגזר גרמיה אתא לגבי׳ רבי אמר ליה חמית גזירת אמר ליה בדידי לא אסתכלית מן יומוי ובדידך מסתכלת:

Id eſt: *His verbis Antoninus* (Cæſar,) *Rabbi* (Jehudam) *alloquutus eſſe fertur: Effice quæſo, ut poſſim frui epulis, quæ in vita futura* (juſtos manent) *ex Leviathane. Reſpondit R. Judas: Omnino:* (ſic eventurum recipio.) *Tum vero Antoninus: Atenim, ex agno paſchali nihil deguſtandum mihi præbes, &, Leviathane, in ſeculo venturo me paſces? Subjicit R. Judas: Et vero, quid vis ut faciam? De agno paſchali* (verbis diſertis, Ex. XII, 48. cautum eſt:) Nullus præputiatus veſcitor illo. *His auditis, abit Antoninus, & præputium ſibi amputat, reverſusq; ad R. Judam, ait: Oculis uſurpa, me eſſe circumciſum. Sed is reſpondit:* (Apage ſodes:) *Nunquam enim tota vita, mea genitalia conſpexi, & tua intuerer?* De Morbis quoque, &, immani dentium dolore, ac ſæviſſimis obſtructionibus, quibus cum R. Judas univerſos XIII. annos conflictatus eſſe dicitur, multa inepta traduntur, tam in Jeruſchalmi Berachot, & exinde in En Iſraël fol. 52. col. 2. quam in Bava Mezia fol. 85. a. quæ tamen ex loco poſteriore, recenſebimus. De occaſione morbi ſic perhibent:

דההוא עגלא דהוו קא ממטו ליה לשחיטה אזל תליא לרישיה בכנפיה דרבי וקא בכי אמר ליה זיל לכך נוצרת אמרי הואיל ולא קא מרחם ליתו עליה יסורין;

Id eſt: *Quidam vitulus, cum ad mactandum deduceretur,* (R. Judam qui ibi ante fores forte ſedebat,) *acceſſit, caputq; ſuum in ejus gremium reponens, flevit amariſſime.* (Sed R. Judas, nihil illius vicem miſertus,) *Abi, inquit, in hunc enim finem,* (ut macteris) *es creatus. Ergo* (in cœlo) *edita vox eſt*: Quia tam immiſericors eſt, occupent eum ægrimoniæ. Veriſimile fit, variis morborum generibus R. Judam fuiſſe cruciatum, ſed præ cæteris, ſecundum Jeruſchalmi, dentium dolores, vel potius, ſecundum Babylonicam Gemaram, immanes obſtructiones, & ventris tormina, illum accerbiſſime afflixerunt. Quippe, ſic iis, quæ modo attulimus, in Bava Mezia præmittitur: ארווריה דבי רבי הוה עתיר משבור מלכא כד הוה רמי כיסתא לחיותא הוה אזיל

קלא

קלא בתלתא מילי הוה מכוין דרמי בהתיא שעתא דעייל רבי לבית הכסא ואפילו הכי מעבר ליה קליה לקליהו ושמעו ליה ינחותי ימא: Id est: *Equiso R. Judæ, ditior erat ipsomet Sapore Rege*(Persarum,) *is, cum equis pabulum præberet, hinnitus eorum per tria milliaria est exauditus. Cæterum, operam dabat, ut R. Juda* τὸν ἀφεδρῶνα *petente, bestiis suis pabulum objiceret; atq; tamen* (R. Judæ dolentis) *vox, sonum hinnitus equorum superabat, ad ipsos in mari navigantes, pervadens.* Dum vero R. Judas tam misere excruciatur, omnes populares ex ea re commodum ingens perceperunt. Jeruschalmi: אמר רבי בון כל אותן שלש עשרה שנה דחשיש רבי בשיניה לא מתה חיה בארץ ישראל ולא הפילה עוברה בארץ ישראל: Id est: *R. Bon teste, universis illis tredecim annis, quibus R. Judas dentium dolore vexabatur, per totam regionem judaicam nulla puerpera in puerperio extincta est, nec ulla fœmina gravida, passa fuit abortum.* In Bava Mezia, adhuc amplius legitur: כולהו שני יסורי דרבי לא איצטריך עלמא למיטרא: Id est: *Per omne illud tempus, quod ægrotavit R. Judas, nunquam Orbis pluviæ inopia affligebatur.* Tandem, postquam tam diutina ægritudine maceratus fuerat R. Judas, iterum convaluit. Nimirum, & mentem prius mutavit, nec tam inclementi duroque, erga miseras bestias amplius erat animo. Nam, prout rursus est in Bava Mezia: יומא חד הוה קא כנישא אמתיה דרבי ביתא הוה שדיא בני כרכושתא וקא כנשא להו אמר לה שבקינהו כתיב ורחמיו על כל מעשיו אמרו הואיל ומרחם רחימן נרחם עליה: Id est: *Cum die quadam, ancilla R. Judæ, ædes verreret, incidit in pullitiem mustelarum, eamq;* (inter quisquilias) *everrebat.* (Quod, cum animadvertisset R. Judas,) *ait ancillæ: Tu vero parce.* (istis parvulis,) *nam sic,* (de Deo quoque Ps. CLV, 9.) *scriptum est*: Misericordia ejus, super omnia opera ejus. (Nec mora, in cœlo) *edita vox est*: Quia miseratione tangitur, prospera illi obtingant. Prolixe hunc R. Judam laudibus extollit Maimonides, in præfat. Seder Seraim, quem vide apud Cl. Pocockium in Porta Mosis p. 35. cui adde Zemach David p. 106. seqq. edit. Vorst. Nos, istis missis, quædam adhuc ex Jeruschalmi, de obitu R. Judæ, adducemus: צפוראי אמרי מ״ר לון דדמך רבי אנן קטלין ליה אדיק לון בר קפרא ברישיה מיכסי ומנוי מבזען אמר לון מצוקים ואראלים היו תופשים בלוחות הברית ונברה ידן של אראלים וחטפו את הלוחות אמרי ליה דמך רבי אמר לון

לון אתון אמריתון וקרעון ואזיל קלא דקרעון לגו פפתא מהלך תלתא מילין רבי נחמן בשם רבי מונא מעשה נסים נעשה באותו היום ערב שבת היה ונתכנסו כל העיירות להספידו ואשרוניה תמני עשרי כנישן ואחתוניה לבית שערים ותלה לון יומא עד שהיה מגיע כל אחד ואחד לביתו ממלא לו הבית של מים ומדליק לו את הנר כיון ששקע חמה קרא הגבר שרון מציקין ואמרין דלמא מחללינן שבתא יצתה בת קול ואמרה כל מי שלא נתעצל בהספדו של רבי יהא מבושר שהוא מבני העולם הבא בר מן קצרא כיון דשמע כן סליק לאגרא וטלק נרמיה ונפקת ברת קלא ואמרת אפילו קצרא:

Id est: (Cum lethaliter decumbenti R. Jehudæ, fatalis immineret hora, nimium mœsti) *Zipporenses, sermone divulgarunt: Quisquis tristem nuncium nobis afferet, R. Judam obdormivisse, eum vita privabimus.* (Ergo, cum R. Judas animam exhalasset,) *confert se ad eos Kaphraides, caput tectus, & lacerus vestimenta, atq; his eos affatur verbis:* (Orbis) *Cardines, Supernæq; Potestates, simul apprehenderunt Tabulas fœderis,* (& utrique eas sibi præripere volebant.) *Prævaluit vero vis supernarum Potestatum, & Tabulas abstulerunt. Ibi quærere Zipporenses, nunquid R. Judas obdormivisset? Respondit Kaphraides: Vos, illud dixistis,* (non ego. Ea voce percepta,) *sciderunt* (Zipporenses vestes suas,) *pervasitq; illius scissionis sonus, ad urbem usq; Paphtam, quod trium milliarium iter est. R. Nachman, nomine R. Munæ* (testatur,) *magnum mirum tum accidisse. Erat illa dies Sabbati parasceve, congregatiq; sunt omnium vicinarum urbium incolæ, ad plangendum R. Judam, ita ut decem & octo Synagogæ replerentur, contuleruntq; se Beth-Schearimum. Cæterum producta dies est, quoad quisq; ad propria reverteretur, dolium aqua,* (in usum Sabbati) *repleret, lucernamq; accenderet. Cum vero occubuisset Sol, galli gallinacei jam cantabant, quare Judæi mæsti esse cœperunt, dixeruntq;: Fortasse sabbatum profanavimus,* (ecce enim gallicinium, & jam modo a labore cessavimus.) *At, edita vox est cælitus, insonans:* Quisquis non segnem sese præbuit, in plangendo R. Judam, is certo sciat, se hæredem futurum æternæ vitæ: Quare, (*nominatim*) excipiendus iste fullo, (qui operi suo mansit intentus. Ibi fullo,) *hoc oraculo percepto, conscenso tecto, seipsum præcipitem dedit.*

dit. Tum rursus edita vox est : Etiam, vel fullonem (manet æterna beatitudo.)

22. Cessavit Modestia,& timor peccati.] Imo & Sanctitas omnis, cum eo exspiravit, quippe, adhuc amplius אותו היום שמת רבי בטלה קדושה: legitur in Cetubot fol. 103. b.

23. Obnubuntq; capita] Vox חפה cum de Capite effertur, sæpe vultus absconsionem confusionemq;, ac omnino talem habitum denotat, qualis eorum esse solet, quos malefactorum conscientia discruciat. Noster libellus Massechet Purim, c. ult. חזר לביתו אבל וחפוי ראש אבל שלא אבל סעודי פורים וחפוי ראש שכן צוה עליו רבי יום טוב אל תוסיף ראות פני: *Reversus est in domum suam, lugens, & obnuptus capite. Lugens, quia in Purim Genio non indulserat. Obnuptus capite, quia sic ei edixerat R. Jom Tob : Non visurus es amplius faciem meam.* Phrasi huic חפוי ראש opponitur altera תלוי ראש qua quis *suspensus capite*, esse dicitur; eaque, felices, beatos, ac sua sorte nimium lætos, denotat. Sic enim ii, quorum res secundæ sunt, extollere caput, cristasque solent erigere. Non advertit ad id animum, clari nominis Vir, Lud. Cappellus, eaq; res, ut non leviter deciperetur, ipsi causa fuit. Legerat in Bemidbar Rabba, in Seder אלה מסעי Paraſcha 23. dictum, quod est Ps. LXXVII, 21. נחית כצאן עמך ביד משה ואהרן: *Deduxisti instar gregis ovium, populum tuum, per manum Mosis & Aharonis*, varie exponi בנוטריקון hoc est, ita, ut singulæ verbi נחית literæ, vocem integram designent: atque inter cætera, cum sequentia quoque, ibidem invenisset: ר' יהושע אמר נפלאות עשית להם חירות נתת להם ימינך הושיע אותם תלוי ראש נתת להם ביד משה ואהרן: Istorum verborum, eam quam subjicimus, commentus est explicationem: R. Josua dixit, litera נ Nun vocis נחית notat vocem נפלאות *mirabilia*, & significat, *Deum mirabilia in populi sui gratiam fecisse.* Litera ח Heth, notat vocem חירות *libertatem*, & significat, *Deum eos asseruisse in Libertatem.* Litera י Jod, notat vocem ימינך *dextera tua*, & significat, *Deum dextera sua eos servasse.* Denique litera ת Tau, notat vocem תלוי *suspensum*, & significat, *Deum dedisse illis suspensum pro capite*, atque hæc omnia fuisse *per manus Mosis & Aharon.* Porro, postrema verba dicti hujus, injecere Viro docto suspicionem, cognitum olim fuisse veteribus Judæis, quod Christus ait apud Johannem III, 14. 15. Καθὼς Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· Ἵνα πᾶς

Vid. Walæū in Exc. ad Ioh. III. 14.

ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· Eapropter; *Jam vero*, inquit, *quis possit esse sensus, & mens horum verborum*, Deum dedisse Israëlitis in deserto Suspensum pro Capite, per manus Mosis & Aharon, *nisi hoc voluerit Rabbi ille, Messiam populi Dei Caput, significatum & adumbratum olim fuisse per Serpentem aeneum, a Mose & Aharone fabricatum, in altum sublatum, & de ligno veluti suspensum, adeoq; & illum esse Jesum Nazarenum Servatorem nostrum, quem Judaei solent per summam contumeliam vocare antonomasticῶs* התלוי Suspensum illum. *Ita, ut videatur R. ille Josua, fuisse ex eorum numero Judaeorum & Rabbinorum, qui Apostolorum tempore in Christum crediderant, sed Legis erant Zelotae, quiq; propterea magnae erant nihilominus inter Judaeos autoritatis, ita ut dicta eorum & sententiae, (quibus doctrinam de Christo Jesu obumbrabant) a posterioribus Rabbinis, istorum Discipulis, minus intellecta, excepta tamen fuerint & collecta, atq; scriptis mandata.* Hactenus Cappellus. Equidem, de ipsa ingenuitate & veritate, typi hujus, & antitypi, uti Theologi nostri loquuntur, idem mihi, Deo & Servatori meo gratia, qui Cappello & omnibus fidelibus animus est, & teneo monita, quae sanctissimus Praeceptor, nobis instillavit. Sed, paria juxta nobiscum R. Josuam persuasum fuisse, affirmare non sustineo, certe dictum illud Rabbinicum, nemini Judaeorum, ne male ea res vertat, ausim objicere. Potest enim omnino alius esse sensus, alia mens illorum, quae R. Josua dixit, quam quo sensu, mente que, a viro Docto sunt accepta, imo certum est, verbis, תלוי ראש נתת להם id voluisse eum dicere: Non sufficiebat tibi, Deus optime, ministerio Mosis & Aharonis, tot ac tanta miracula in Judaeorum gratiam edidisse in Ægypto, ipsosque asseruisse e servitute in libertatem. Etiam hoc insuper addidisti, ut eorundem Ducum auspicio, devictis circumcirca hostibus, deinde vere exporrigere frontem Judaei, capita in sublime efferre, & circumspectare oculis triumphantes possent, nihil porro formidantes mali. Quamdiu enim periculum supererat, non tollere capita audebant, sed sic adductis humeris, inclinatisque cervicibus in deserto obambulabant, uti nempe metuentes solent. Hanc expositionem, facile probabilem reddit, tota verborum συνάφεια: irrefragabilem vero eam praestat, alius locus in illo ipso Bemidbar Rabba, unde alter fuit depromtus, nec enim melior libros, quam per seipsos explicandi, datur ratio. Sic habetur in Parascha 1. וידבר ה' אל משה במדבר סיני אמר * לו שאו ראש אמר הקב"ה לישראל לא חיבבתי בריה יתירה מכם לכך נתתי לכם תלוי ראש ודמיתי אתכם לי שכשם שיש לי תלוי ראש על כל בא העולם שני לך יי' הגדולה כך לכם עשיתי להיות לכם תלוי ראש לכן נאמר שאו את ראש לקיים מה שנאמר וירם קרן לעמו וכן הוא אומר ונתנך

* In textu sacro est לאמר

ונתנך יי אלהיך עליון על כל גויי הארץ׃ Id eſt: (Legimus Num. I, 1. 2.) Et dixit Dominus ad Moſen in deſerto Sinai, illi dicendo: Tollite capita. *Nimirum, hoc videtur Deus dixiſſe Judæis: Haud aliam creaturam magis amo, quam vos, eamq; ob cauſam vobis conceſſi ſuſpenſionem* (ſive elationem) *capitis, vosq; mihi æquavi, ut quemadmodum ego ſuper viventes caput effero, prout S. E.* (1. Chron. XXIX, 11.) Tua eſt Domine magnitudo (&c. ut qui te extollis ſupra omnia in caput.) *Ita & efficerem, ut vobis eſſet capitis elatio: Ideoq; præcepi:* Tollite capita: *quo conſtet veritas dicto:* (Pſal. CXLIIX, 14.) Et effert cornu populi ſui. *Itemq; alteri:* (Deut. XXIIX, 1.) Et ponet te Dominus Deus tuus, ſublimem ſupra omnes gentes. De reliquo, pro תלוי ראש dicunt quoq; Rabbini, Chaldaica phraſi, דלוי ריש uti in Moëd Katon fol. 25. a. כי הוינן התם לא הוה לן לדלויי רישין מיניה׃ Id eſt: *Si ibi fuiſſemus, non eramus auſi præ eo tollere capita.*

24. Nec ſupereſt explicans] Quid igitur tandem Judæis facto opus eſt, & unde conſilium ſibi petent, ſublatis ſic e medio Sapientibus omnibus? Suggerunt aliquod ſolatiũ verba R. Jochananis, in Bava Batra fol. 12. b. ipſi viderint, num ſatis placeat: מיום שחרב בית המקדש ניטלה נבואה מן הנביאים ונתנה לשוטים ולתינוקות׃ Id eſt: *Ex quo exciſum fuit templum, vaticinandi gratia, ablata Prophetis, conceſſaq; eſt ſtultis & infantibus.*

25. Nec quærens] Nec id adeo mirum eſt. Illæ enim calamitates, quibus omnis Judæorum natio, poſt templi urbisque exciſionem, indies magis magisque immerſa fuit, non permiſere, ut gnaviter literarum ſtudiis poſſent eſſe intenti. At, qui diſcere volet, quod in animo firmiter ſedeat, vacuum a curis eundem afferat oportet, ne in diverſa diſtrahatur. Autor libri Schalſch. Hak. p. 35. a. לפי דעתי נקראו סבוראי לפי שנתגלגלו לישראל צרות משונות ולא היו יכוליי ללמד על מי מנוחות והיו מפלפלים על הבנת המשניות כפי הסברות׃ Id eſt: *Uti mea fert opinio,* Doctores Seboræi, (qui Gemaricos excipiebant,) *ita dicti ſunt, quia* (illorum ævo,) *cum in Judæos calamitates variæ devolverentur, non licebat iis quiete ſapientiæ ſtudiis vacare, quare de ſenſu Miſchnæ,* (non ſolide, & per demonſtrationes, ſed) *ex meris conjecturis diſſerebant.* Et vero, tam delicata eſt Judæorum eruditio, ut etiam vel aër leviter commotus, aut pediculi morſus, vel alia tantilla interturbatio, ineptam reddere mentem poſſint, ad ei operandum. Erubin fol. 65. a.

 מי

מר עוקבא ביומא דשותא לא נפיק לדינא אמר רב נחמן בר יצחק צריכא שמעתא צילותא כיומא דאסתנא אמר אביי אי אמרה לי אם קריב כותחא לא תנאי אמר רבינא אי קרצתן כינא לא תנאי מר בריה דרבינא עבדא ליה אמיה שבעה לבושי לשבעה יומי: Id est: *Mar Ukba, flante australi vento*, (qui cœlum in nubes crassescere facit, ac proinde ingenii quoq; aciem hebetat,) *nunquam processit ad judicandum. Atq; sic R. Nachman filius Isaaci, dixit, studia, illam serenitatem exigere, qualis esse solet, cum ventus Aquilonaris spirat. Abai testatus est: Si mater mea unquam mihi dixisset, cedo mulctrale*, (aut horum quid simile exequi jussisset,) *non tantos fecissem in literis profectus. Rafina professus est: Si momordisset me pediculus, non tam eruditus futurus eram. Eam ob rem, istius Rafinæ filio, mater, septem vestes paravit, ut singulis hebdomadæ diebus, aliam posset induere*, (& liber esse a pediculis.)

26. Patri nostri cœlesti] De Phrasi אבינו שבשמים vide erudite disserentem Lightfootum, in Hor. Talm. Matthæi VI, 10. Atenim, vereor, ut cœlestis Pater, Judæos admodum respiciat, & hanc quam in se collocant fiduciam, gratam habeat, atque acceptam. Neque vitio hanc suspicionem sinistram mihi vertent Judæi, modo recolant, quæ queruntur in Berachot fol. 20. a. אנן קא מצערין נפשנן ומצווח קא צוחינא וליח דמשגח בן: Id est: *Nos quidem, maceramus nos* (multis & diuturnis jejuniis,) *& indesinenter* (ad cœlum) *clamamus, verum, nemo est, qui ad nos attendat animum.* Nimirum, quod vere, ibidem fol. 32. b. dixit R. Eleaser: מיום שחרב בית המקדש נפסקה חומת ברזל בין ישראל לאביהם שבשמים שנ׳ ואתה בן אדם קח לך מחבת ברזל ונתתה אותה קיר ברזל בינך ובין העיר Id est: *A die, quo excisum Templum est, Judæi ferreo muro a Patre eorum cœlesti sejunguntur. Huc spectat illud* (Ezech. IV. 1. 3.) Tu igitur fili hominis, &c. accipe tibi sartaginem ferream, quam pones pro muro ferreo, inter te, & civitatem istam.

27. Cœpere Sapientes similes esse Scribis &c.] Id volunt, homines indies minus minusque sapere, nec comparandos esse posteriores Doctores, cum priscis illis, qui Sapientiæ topanta erant. En Israël fol. 179. col. 2. ex Schekalim Jeruschalmi. רבי חגי בשם רבי שמואל בר נחמן הראשונים חרשו וזרעו ועדרו וקצרו ועמרו ודשו וזרו ובררו וטחנו והרקידו ולשו וקטפו ואפו ואנו אין לנו פה לאכול רב אבא בר מנוח בשם רבי זעירה אם היו קדמאין מלאכים אנן בני אינש, ואם היו בני אינש אנן חמרין Id est: *R. Haggai, autore R. Samuele Nach-*

Nachmanide, dictum fuit : Prisci majores, ararunt, seminarunt, eruncarunt, succiderunt, manipulos colligarunt, triturarunt, ventilarunt, expurgarunt, moluerunt, cribrarunt, depsuerunt, massa partes abscissas efformarunt in panes, & deniq; eos in furno excoxerunt. At nobis, ne quidem os ad manducandum conceditur. R. Abba F. M. nomine R. Seera dicere solebat : Si prisci fuere Angeli, nos sumus homines, sed, si ipsi homines erant, nos sumus asini. Est in parte posteriore hujus dicti, sive in illa R. Seeræ sententia, non inelegans oppositio Angelorum, & Hominum, Hominum item, & pecudum ratione carentium, respectu Sapientiæ. Quanto enim Angeli, intellectu superant Homines, tanto bestiæ superantur ab Homine. Non igitur placet illa lectio, quam Cl. Buxtorfius in Floril. Rabb. pag. 27. admisit, quæque מלכים habet, pro מלאכים *Reges*, & *plebejos homines*, inter se committens. Quippe, cum hoc agere volunt Rabbini, semper, quantum memini, מלכים & הדיוטים nominant, nec unquam inter מלכים & אנשים fit oppositio. Comprehenduntur enim utique מלכים etiam sub genere ולגו אנשים nec magis sibi adversantur, quam Animal, & Homo, quæ tanquam Genus, (ut cum Dialecticis loquamur,) & Species, juxta consistunt. Quin, nec semper Reges, plebejis sapientiores deprehenduntur, & haud raro Heroum filii, uti noxa, ita & stupor merus sunt, Bonæ contra Mentis soror, Paupertas est. Præterea, editio Talmudis Amstelodamensis, in ipso illo loco Gemaræ Schabbat, quem Buxtorfius citat, מלאכים quoque legit, & errorem, quo fortasse alii Codices laborant, emendavit. Cæterum, ut ex diverticulo, redeam in viam, etsi sic fere semper Judæi posteriores, prioribus concedunt, & palmam iis præbent, observo tamen, Rabbam, & R. Papam tam immodestos fuisse, ut se suosq; Discipulos, priscis Sapientibus longe superiores reputaverint. Nam, de alterius in Taanit fol. 24. a. de alterius vero in Berachot fol. 20. a. iisdem quasi verbis, proditur jactantia, ideo unum locum adduxisse sufficit. רבה גזר תענית' בעא רחמי ולא אתא מטרא אמרי ליה והא רב יהודה בעא רחמי אתא מטרא אמר להו ומת אעביד אי משום תנויי אנן עדיפנן מינייהו דבשני דרב יהודה בולהו תנויי בנזיקין הוה ואנן קא מתנינן בשׁ״ס וכר הוה מטי רב יהודה בעוקצין האשה שכובשת ירק בקדרה ואמרי לה זתים שכבשן בטרפיהן טהורין אמר הויות דרב ושמואל קא חזינא הכא ואנן מתנינן בעוקצין תליסר מתיבתא: Id est : *Cum Rabba,* (ob siccitatem, quæ orbi gravis erat,) *imperasset jejunium, nec tamen pluisset, dixere illi* (mortales mœsti :) *Atqui,* (in casu simili, solo) *R. Juda precante,* (continuo) *venit pluvia,* (at nunc, nec tuæ, nec nostræ preces, quicquam valent.) *Respondit ipse : Et quid vultis, faciam?*

Si

Si eruditio quid confert, nos antiquos longe antecellimus. Ætate enim R. Judæ, omnes in uno tractatu Talmudis de Damnis, occupabantur, nos vero universos sex ordines ejusdem absolvimus. R. Judas, cum in Massichta Okazim, pervenisset ad locum : Mulier macerans brassicam in olla : *aut, ut alii volunt, cum pervenisset ad locum :* Olivæ quæ cum suis foliis macerantur, mundæ sunt : *exclamabat :* (Hui! ut hæc res intricata est!) *Offert sese difficultas, quales illa erant,* (quæ summos Viros,) *Raf, & Samuelem torquebant. At nos, Massichtam Okazin, in tredecim discimus Scholis,* (quarum quæque, multum ab alia diversos sensus, & rationes explicat.)

28. Paulo ante adventum Messiæ] Literatissimus Buxtorfius, in Lex. Talm. p. 1648. verborum præsentium בעקבות משיחא חוצפא יסגא : hanc affert expositionem : *In calcaneis, id est, fine dierum Messiæ, impudentia multiplicabitur.* Non eum sequimur, nec de tempore quo Messias pridem orbi dominatus est, (hoc enim, nisi fallor, Buxtorfio in animo fuit) sed de eo, quod illius adventum proxime præcedit, & quo pedes quasi ad iter ingrediendum jam promovet, locum accipimus. Nempe, hoc solum sese intelligere, alibi explicatius Rabbini enunciant, imprimis in Sanhedrin pag. 344. 345. & 353. edit. Coccej. cui jungendus R. Eliезer in Pirke pag. 71. Non igitur male R. Salomo in Glossa : בעקבות המשיח בסוף הגלות לפני ביאת משיח Id est : *Voces illæ* עקבות המשיח (quibus Messiæ calcanea proprie significantur,) *innuunt tempora postrema illius captivitatis, quæ Messiæ advenût præcedit.* Cæterum, eodem, quo Buxtorfius sensu, verba Mischnæ nostræ accepit quoq; Christianus Gerson, in Talmude pag. 199. ubi bene multa ex Mischna nostra allegat, quæ junctim hic afferimus. *(Es zeuget der* Talmud in Sota) *daß die Leut in Zeiten* Messiæ *gar unverschämt sein vverden, und viel zechen sollen, offentliche Huren-häuser haben, und der Wein vverde theur sein, und vverde sich niemand an eine Straffe kehren, und die gelehrten Juden, vverden von einem Orth zum andern verjagt vverden, und niemand vvird sich ihrer erbarmen, und daß der Schriftgelehrten Klugheit stincken, und die Gottfurchtigkeit verachtet vverden sol, die Warheit untergedruckt, und die gelehrten Leut abnehmen. Daß sich viel neue Gebot erregen sollen, daß in einer Statt regnen, und in der andern nicht regnen sol, und sol auch Theurung und Hungersnoth, Pestilenz und Sterben, vvie auch ander Jammer und Elend im schvvang gehen, der Sohn sol seinen Vatter, und die Tochter ihre Mutter verachten, und des Menschen Feinde sollen seine Tischgenossen sein.*

29. Impudentia] Vitium quod חוצפא hoc loco appellatur, aliàs עזות פנים vocare Rabbini solent, unde עזי פנים & חציפים quoq;, pro

pro iisdem habentur. Quæ, uti certa & nota sunt, ita non exploratum mihi, an unquam nuda vox עזות *Impudentiam*, aut עז *Impudentem hominem*, significent. Sane, non fuit alienus ab ea opinione, modo laudatus Buxtorfius, quippe dictum in Beza fol. 25. b. שלשה עזין הן ישראל באומות כלב בחיות תרנגול בעופות ויש אומרים אף עז בבהמות: ipse in Florileg. p. 126. & in Lex. Talm. p. 1592. vertit: *Tres impudentes sunt: Israëlita* (Judæus) *inter homines: Canis inter animalia: Gallus inter aves. Quidam dicunt, etiam Capra inter pecudes.* Enim vero, non tantum R. Salomonis Glossa Buxtorfio vehementer contradicit, utpote cui עזים sunt קשים לנצח hoc est, *res quæ difficulter superantur*, sive *res robustissimæ*: sed & majus præ illa Buxtorfii, in contextu Gemaræ, hæc expositio fundamentū habet: Ecce sic ibi legitur: תנא משמיה דרבי מאיר מפני מה נתנה תורה לישראל מפני שעזין הן שנ׳ מימינו אש דת למו דתנא דבי רבי ישמעאל אש דת למו ראויין הללו ליתן להם דת של אש איכא דאמרי דתיהם של אלו אש שאלמלא לא נתנה תורה לישראל אין כל בריה יכולה לעמוד לפניהם היינו דרבי שמעון בן לקיש ג׳ עזין הם ישראל באומות כלב בחיות תרנגול בעופות יש אומר אף עז בבהמה דקה וי״א אף צלף באילנות: *Fertur, quæsitum fuisse ex R. Meir, quare*, (præ aliis omnibus totius orbis Nationibus,) *Judæis tradita Lex sit?* (eumque respondisse, factum id,) *quia sunt robustissimi*, (atque proinde exegisse necessitatem, ut illorum robur, per Legem, paululum infringeretur.) Unde S. E. (Deut. XXXIII, 2.) A dextera ejus, ignis edictalis fuit ipsis. *Verba enim*, Ignis edictalis fuit ipsis, *R. Ismaël suis Auditoribus sic exponere solebat:* Isti merebantur, ut Legem igneam acciperent. *Alii efferunt*: Horum, jura ignea sunt: *Nisi enim Lex data fuisset Judæis, nulla creatura coram iis potuisset consistere. Atq; huc pertinet illud R. Simeonis F. L. affatum: Tria sunt robustissima: Judæi, inter mortales; Canis, inter bestias terrestres; Gallus gallinaceus, inter aves: Addunt quidam, etiam Capram ex minutis animantibus, itemq; nonnulli addunt Capparim, ex fruticibus.* Hac ratione, facile cuique apparet, de Impudentia sermonem ibi nullum esse, sed omnia ad robur & fortitudinem attinere, imprimis, cum quis id de Cappari cogitat. Nec enim profecto fieri potest, ut de Arboribus impudentia prædicetur. Interim tamen Buxtorfius, tam serio persuasus fuit, de impudentibus locum accipiendum esse, ut in Lex. Talm. pag. 1920. asserere sustinuerit, quod *Cappari apud Talmudicos adscribatur impudentia*: Glossamque R. Salomonis allegans, eam habere ait: *Non novi* מה עזות *quæ impudentia sit huic arbori.* At, si quæ in Glossa præcedunt, conferantur, constabit, invitæ admodum, & reluctanti, sensum impudentiæ tribui. Atque hinc Autor Excerptorum En Israël

quoque, qui ſationem quæ R. Salomonem circa Capparim fugerat, reperiſſe ſe arbitratus eſt, non in impudentia aliqua eam quæſivit, verum מפני שיש בו ג׳ מיני פירות קפריסין ועלין ואביונות : *Quia* (tanta illi frutici vis ineſt,) *ut tria fructuum genera ſimul edat: Putamina, folia, baccas.* Poterat tamen ſuperſedere iſte homo, ſua explicatione, & cum R. Salomone inſcitiam potius fateri, meras enim nugas agit. Veram & unicam cauſam, quæ quosdam Talmudicos permovit, ut Capparim in rerum robuſtarum numerum referrent, continet ſine dubio illud Plinianum l. 13. Hiſt. Nat. cap. 23. *Eſt Capparis firmioris ligni frutex.* Satis, ut opinor, comprobatum dedimus, quis dicti Talmudici in Beza genuinus ſenſus ſit. Interim, poſſet quis pro tuenda Buxtorfii expoſitione, cauſari, ſic in Rabbot fol. 157. col. 3. legi: אמר רב יקים ג׳ חצופים הם חצוף בחיה כלב בעוף תרנגול ובאומות ישראל: Atque hic jam neceſſe eſſe, ut vertamus, prout vertit Magnus Bochartus Tom. 1. Hieroz. pag. 689. *R. Jakimi Apophthegma eſt: Tres ſunt valde impudentes, in quadrupedibus canis, in avibus gallus, & in Gentibus Iſraël.* Equidem fateor, nec ipſe verba hæc aliter interpretando tractarem, ac Vir Literatiſſimus circa ea verſatus eſt, niſi quod epiphonema, ab illo additum; *Sic confitentem reum habemus, &* αὐτοκατάκριτον; num pariter ſubjicere debeam, paululum addubitarē. Video enim poſt illud apophthegma, ſtatim ſubjici in Rabbot: אר׳ יצחק בר רדיפא בשם רבי אמי אתה סבור שהוא לגנאי ואינו אלא לשבח או יהודי או צלוב: Id eſt: *Nomine R. Amme dixit R. Iſaacus Rediphæ filius: Tu credis, iſtud dictum ad Judæorum ignominiam attinere, ſed vero pertinet ad ipſorum laudem. Aut Judæus, aut Patibulum.* Atque iſta, emolliunt nonnihil ſeveritatem ſuperioris effati, nec jam ipſos Judæos adverſus ſeſe immitem ſententiam dixiſſe, nude amplius aſſerere poſſumus. Scilicet, ſi omnino apophthegma de Impudentia capiendum, ſaltem talem intelligere oportet, quæ cum virtute conſiſtit, & quam Græci ἄδειαν vel παῤῥησίαν non ἀναισχυντίαν vocarent. Ergo, negotium fere ad fortitudinem redit, quo etiam commentator τῶν Rabbot id pertrahere laborat. Quæ reſponſio, ſi cui pro noſtra, dicti illius ex Beza translatione defendenda, minus ſatisfacit, in promtu eſt ut dicam, Gemaræ & τῶν Rabbot toto genere diverſas ſententias eſſe, nec obſtare, quo minus pro varietate proprietatum, quibus res nominatæ præditæ ſunt, variæ quoque fiant comparationes. Nam, ſic binis iſtis ſententiis, tertiam ſuperaddere licet, quæ extat in Peſachim fol. 113. b. ג׳ שונאים זה את זה הכלבים והתרנגולים והחברין וי״א אף הזונות וי״א אף ת״ח שבבבל: Id eſt: *Tria ſunt, quæ mutua odia exercent: Canes, Galli gallinacei, & Collegæ. His addunt aliqui Meretrices, itemq; aliqui, Sapientiæ Studioſos in Babylonia.*

30. Au-

30. Augebitur] יספא habent Mischnæ separatæ Codices, cui ex Talmudis editionibus יסגא præferendum esse censeo.

31 Vinum nihilominus care vendetur] Multi enim passim reperientur,

Quorum summa boni est, uncta vixisse patella:

quare cados siccabunt cum fæce.

32. Synagogæ convertentur in Lupanaria &c.] Hæc, & reliqua, quæ de calamitatibus Judæos sub adventum Messiæ mansuris, Mischna queritur, videbis repeti in Sanhedrin pag. 344. & 345. edit. Coccej.

33. Limites Judææ desolabuntur, &c.] Cl. Coccejus in Sanhedrin, pag. 344. locum hunc transtulit : *Galilea desolabitur, Gabalene vastabitur, homines limitum oppidatim circuibunt, neq; obtinget illis miseratio.* Raymundus Martini, quibusdam demtis, aliter in suo Codice legisse videtur, ac nos legimus, nam, part. 3. Pug. Fid. dist. 3. cap. 16. §. 7. sic verba concipiuntur : הגליל יאשם ואנשי הגליל יסובבו מעיר לעיר ולא יחננו: Quæ vertit ipse : *Galilea desolabitur, & viri Galileæ circumibunt de civitate in civitatem, & nemo illorum miserebitur.* Sequatur hos, cui nostra translatio displicet, nec enim valde pro ea pugnamus, præcipue quando Glossa non auxiliatur, sed incertos nos dimittit. Ut tamen aliquam explicationis meæ causam allegem, profiteor, eam inde natam esse, quod in Aruch fol. 30. col. 4. ex Succa scriptum noveram: כל ארץ ישראל קרי גבולין לבד מירושלם: *Tota regio Judaica præter Hierosolymas* גבולין *vocatur* Atque secundum hæc, cum vocem הגבלן interpretationem admittere opinarer, גליל quoque significativum nomen feci, non proprium. אנשי הגבול *Viros insignes*, reddidi, quasi qui ad metam eruditionis ac doctrinæ pervenerunt, nec habent quo ultra progrediantur.

34. Juvenes confundent ora Senum] Est quoq; inter cætera, illud magnum infelicitatis alicujus seculi argumentum, si nulla in eo sit,

—— *Capitis reverentia cani.*

Nam אשרי הדור שהגדולים נשמעין לקטנים *O felix seculum, in quo adolescentes, majoribus natu obediunt* ; Legimus in En Israël ex Rosch Hasschana Jeruschalmi fol. 125. col. 2. Codex noster MS. Ez Hechajim Hilch. Kibbud Chach. cap. 2. זקן מופלג אע״פ שאינו חכם עומדין מפניו ואפילו תלמיד חכם אבל לא מלא קומתו אלא כדי להדרו ואפילו זקן גוי

גוי להדרו בדברים ונותן יד לסומכו שנ' מפני שיבה תקום כל שיבה במשמע: Id est: *Seni grandævo, etiamsi non sit eruditus, assurgendum est, idq; facere convenit etiam Discipulum Sapientum, non tamen ut plane erectus consistat, sed ut paululum sese attollens, corpus inclinet. Debet quoq; hoc honore affici senex aliquis τῶν ἔξω, eiq; titubanti porrigenda manus est. Scriptum enim* (Levit. XIX, 32.) Coram canitie assurgito. *Quæ verba Senes omnes simpliciter,* (nullo gentis habito discrimine,) *complectuntur.*

35. Filius irritabit patrem &c.] Plane hic Christi, de sese & suo adventu apud Matthæum cap. X, 35. sermo. ἦλθον διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς· Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ· Qui locus in Tiliano, & Munsteri (nam & hujus nunc, etsi sero, copia facta est) Evangeliis Hebraicis, utrobique his iisdem verbis, sic redditur. כי באתי להבדיל את איש מאביו ואת הבת מאימה ואת כלה מן חמותה ואויבי איש אנשי ביתו: Crederet quis, verba istius translationis, ex Mischna nostra esse depromta.

36. Nata insurget adversus matrem] Suavem risum mihi movit, Autor libri Brandspiegel, cum ibi cap. 16. in hoc dicto, vocem באימה de *Ancilla* ipsum accepisse conspicerem, turpi, in Judæo eruditionem professo, errore. Nam, de Ancilla si sermo esset אמתה non אימה dicendum fuisse, nemo tam leviter Hebræa literatura tinctus est, qui nesciat. Neque profecto aliter salvare potuit interpretationem insulsissimam is homo, quam ut omnem locum mire turbaret, & posteriora cum prioribus commutaret, ausu temerario. Videat mihi quis ineptias: *Das* דור *daß* משיח *sol kommen, da vverden die Junge verschämen den Alten ihr angesicht, und die alten Leute müssen aufsstehn für junge Leut:* Ein Haustochter muss aufstehn für der Dienstmeid, *und ein Schnur vvird anschreyen die Schvvieger: Ein Sohn vvird sich nit schämen für den Vatter und Mutter, und die Leut vverden* עזות *seyn as die Hund.*

37. Seculo isti canina facies erit] In Moëd. Katon fol. 9. a. simile quid enunciaturi, per εὐφημίαν פני שונאי דור *Vultus inimicorum seculi,* malunt dicere.

38. Pinchas ait &c.] Quæ nunc sequuntur, in solis, a Gemara sejunctis Mischnæ exemplaribus, offendas. Talmudis Codices non legunt hunc Soritem, nisi quod Amstelodamensis editio, extra orationis contextum, sub finem Massichtæ eum adjecit, fecitque lectionum varietatis indicium. Mihi verisimile fit, non esse hanc sententiam propriam hujus loci, sed ex Avoda Sara fol. 20. b. ubi similiter habetur, eam ob causam

causam in Mischnæ separatæ Codices transscriptam, ne inter media male ominata & infausta verba, liber desineret. In Talmude, quia Gemara sequitur, eapropter, ut eadem ibi admitterentur, necesse non erat, cum sic jam adversus fascinum sit prospectum. Dant vero id solicite operam Judæi, ut bonis verbis libri finiantur, atque in eo se Prophetas imitari ajunt, de quibus En Israël fol. 48. col. 3. ex Berachot Jeruschalmi: כן מצינו בנביאים שהיו חותמים דבריהם בדברי שבח ונחמות: Id est: *Reperimus, omnes Prophetas, libros suos verbis blandis & consolatoriis obsignasse.* Sic, quia Massechet Cetubot, & ipsa parum lætum cæteroquin finem habuisset, ideo additur, etsi minime cum orationis contextu cohærens, exodium אמר רב חייא בר אשי אמר רב עתידין כל אילני סרק שבארץ ישראל שיטענו פירות שנ׳ כי עץ נשא פריו תאנה וגפן נתנו חילם: Id est: *Autore Raf, dixit R. Chaja Assa filius:* (cum Messias aderit,) *omnes Judææ steriles arbores fructibus oneratæ conspicientur.* Q. S. E. (Joëlis II, 22.) Lignum feret fructum suum, ficus & vitis edent vim suam. Dicam plura in hanc rem, in Commentario, ad lepidissimum festivissimumque libellum Massechet Purim, sub cujus calcem legitur: אשריך מסכת פורים שנכנסת בסכלות ויצאת בזהב אשרי הסכלים הנמצאים ביום פורים חיברה יתירה נודעת להם שהתחיל בהם מסכת פורים אשרי מי שאין לו דעת בפורים כי הסכלות לסכלים בפורים נאה להם ונאה לעולם שכן אמר שלמה בחכמתו ולבי נוהג בחכמה ולאחוז בסכלות ולבי נוהג בחכמה בשאר ימות השנה ולאחוז בסכלות בפורים:

Id est: *O felicem te librum, qui de* Stultitia *principium, atq; de* Auro, *exitum verborum invenisti! Beatos illos, qui stulti deprehenduntur in Festo Sortium, nam iis hoc honoris concessum, ut exordium darent huic tractatui. Felices enim vero, qui in Festo Sortium ratione destituuntur, nam Stultitia in Festo Sortium decora est amentibus, & cæteris omnibus accepta. Hinc Salomo, pro Sapientia sua de se fatetur,* (Eccles. II, 3.) Animum meum docens in Sapientia, & apprehendens stoliditatem. *Prius:* Animum meum docens in Sapientia: *reliquum anni tempus respicit. Posterius vero:* Et apprehendens stoliditatem, *accipiendum est de Festo Sortium.* Quod superest, non negligendum, extare quoq; finalem Mischnæ nostræ Soritem, in Schir Hasschirim Rabba fol. 3. col. 3. nec spernendam penitus esse ejus translationem, in linguam vernaculam, quæ est in libro Hammussar p. 76. a. *Die* Gemara *gebt, er sagt* R. Pinchas Ben Jair, *einer der da lernt* תורה

der vverd gevvarnt, daß er מצות *thut, und der da gevvarnt is auf die* מצות *der vverd alle Tag thun die* מצות, *und der da eilt zu die* מצות *der bekommt reintlichen Sinn, und reintlicher Sinn bringt zu der Heiligkeit, und die Heiligkeit bringt zu Demüthigkeit, und Demüthigkeit bringt zu Gottesfurcht, Gottesfurcht bringt zu* חסידות *und* חסידות *brengt einen zu* רוח הקודש *der* רוח הקודש *brengt ein zu* תחיית המתים

38. Resurrectio mortuorum obtingit interventu Eliæ] Intellige non generalem illam omnium hominum, in magno & decretorio judicii die, sed aliam, qua, qui id merentur, sub Messiæ adventum in hunc orbem sunt reversuri, ut Regum Reges regaliores vivant. Quando tu, o felix regio Judæa:

Claud. lib. 1. de Rapt. Pros.


— Nullos patiere ligones,
Et nullo rigidi versabere vomeris ictu.
Sponte tuus florebit ager, cessante juvenco
Ditior oblatas mirabitur incola messes.

Sed enim vero, quia Judæi tantopere a fine tristi alicujus libri abhorrent, æquumne, ut ego in illorum somniis & nugis anilibus desinam? Non id faciam, & magis est ut Servatoris mei verba ex Matthæi XVII, 11. 12. Notarum agmen claudant:

Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε.



EXCER-



EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ט׃

CAPUT IX.

אגדה א׃

בּמאי קא מפלגי מר סבר
עיקר חיותא באפיה הוא ומר
סבר עיקר חיותא בטיבורא
הוא לימה כי הני תנאי מהיכן
הולד נוצר מראשו וכן הו׳ אומר
ממעי אמי אתה גזי ואומר
גזי נזרך והשליכי אבא שאול
אומר מטבורו ומשלח שרשיו
אילך ואילך אפילו תימא
אבא שאול עד כאן לא קאמר
אבא שאול התם אלאו לענין
יצירה אבל לענין נשמה דכולי
עלמא באפי׳ הוא׳ שנ׳ כל
אשר נשמת רוח חיים באפיו׃
ר׳ אליעזר בן יעקב אומר ממ
ממקום שנעשה חלל מצוארו
מאי טעמא דרבי אליעזר בן

EXCERPT. I.

IN quo cardo controversiæ (*inter R. Eliescerem & Akibam*) vertitur? Scilicet, alter virorum clarissimorum, vult vitam præcipue in Naribus, alter in Umbilico, residere. An igitur dicendum, (*horum disputationem coincidere,*) cum illa, qua inter alios Mischnicos disquiritur, Unde Fœtus formetur? A Capite, (*unus respondet,*) idque Scripturam testari, (*dicendo*: Psal. LXXI, 6.) [1] *A visceribus matris meæ, avulsor meus es.* Atque cum his conferendum esse locum: (Jer. VII, 29.) *Evelle comam tuam & abjice.* Abba vero Schaul ab Umbilico (*fieri formationis initium asserit,*) diffundique radices, quaquaversum. Enimvero, merito dici potest, eo usque sententiam Abbæ Schaul, non extendendam. Quippe Abba Schaul, illo loco, de nulla re alia loquitur, [a] quam de In-

יעקב דכתיב לתרת אותה על
צוארי חללי רשעים :

de Infantis formatione : Ad sedem vero Animæ quod attinet, [3] passim receptæ opinioni suffragari potest, in naribus eam esse; scriptum enim (Gen. VII, 22.) *Omne cujus in naribus halitus erat animæ vitalis.* (Dicitur in Mischna:) *R. Eliefer F. I. ab eo loco ubi quis jugulatur, nimirum a jugulo.* Qua ratione is subnixus est? Q. S. E. (Ezech. XXI, 34.) *Applicando te ad cervices confossorum ab improbis.*

ANNOTATA.

1. A visceribus matris meæ &c.] Oportet quis nimium sapientem sese fingat, si ex isto Psalmorum, quique eidem mox in subsidium datur, Jeremiæ loco, hoc velit eruere, quod nescio quis Mischnicus inde collegit, scilicet, a capite, in utero materno, infantis fieri formationem. Credo, omnes Logicorum filii, desperarent, de hac conclusione ex illis præmissis inferenda, & Mischnicum, *cum baculo in angulo*, male exciperent. Is Doctor tamen contra, sic sese, suique argumenti tueretur nexum: In loco Psalmi, verbum avulsionis attinet ad infantis formationem, idem verbum a Jeremia adhibetur, cum de crinibus & capite sermo est. Fit igitur a capite infantis formatio. Egregiam vero collectionem, & aptam, quæ Dialecticos, prorsus redigat ad insaniam.

2. Quam de infantis formatione] Post יצירה si vis, adde ex Talmudis editionibus : דכי מיתצר ולד ממצעתיה מיתצר: *Ut cum formandus est infans, a centro incipiat formatio.* Sic sensus evadet plenior.

3. Passim receptæ opinioni subscribere &c.] Post Dialectices, nunc Naturalis doctrinæ specimen sequitur, & verum est, Animæ sedem præbere Nasum. Ergo quid restat, quam ut cætera quævis animantia, dignitatis palmam Canibus tribuant? nec enim aliud reperitur, quod magis sagax nasum habeat. Non ipsi homines excipiemur, nisi Catulli consilio malumus obsequi, quo amico suaserat:

— Deos rogabis
Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

Enim vero, paulo magis sane & sobrie philosophatur R. Simeon Passi filius in Berachot fol. 10. a. הני ה׳ ברכי נפשי כנגד מי אמרן דוד לא אמרן אלא כנגד הקב״ה וכנגד נשמה מה הקב״ה מלא כל העולם אף נשמה

נשמה מלא כל הגוף מה הקב״ה רואה ואינו נראה אף נשמה רואה ואינה נראית מה הקב״ה זן את כל העולם כלו אף נשמה זן את כל הגוף הקב״ה טהור אף נשמה טהורה הקב״ה יושב בחדרי חדרים אף נשמה יושבת בחדרי חדרים יבא מי שיש בו ה׳ דברים הללו וישבח למי שיש בו ה׳ דברים הללו : Id est : *Quorsum attinet*, (quod David in Psal. CIII. & CIV.) *quinquies*, Benedic anima mea Domino, *iterasse deprehenditur ? Nimirum attinent hæc ad Deum, & ad Animam. Sicut Deus B. totum hoc universum replet ; ita replet Anima totum corpus. Sicut Deus B. videt, & non videtur ; ita & Anima videt, nec videtur. Sicut Deus B. nutrit orbem universum ; ita & Anima nutrit totum corpus. Sicut Deus B. purus est, ita pura est quoque Anima. Sicut Deus B. in adytis penetralibus habitat, sic habitat pariter anima, in adytis penetralibus. Ergo æquum est, ut Anima quinque proprietates cum Deo participans, eum laudet, cui illæ proprietates jure potissimo competunt.*

Sed vero, ut ad Judæos nasutos revertamur, illud aliquatenus in iis toleramus, quod haud certiora, vitæ in corpore superstitis, indicia, quam ex naso depromi posse asseverant, etsi fortasse hæc ex hypothesi, de Anima in naso sedem habente, tanquam fonte promanarunt. Atq; hinc, si quos homines ædium ruina in sabbato sepeliat, Judæis fodere licet illa ipsa luce, ad nasum usque postremi inter eos qui fuere oppressi, & facere explorationem, num quid spiritus supersit, penitus illum liberantes, si animam agere deprehendatur. Schulchan Aruch pag. 64. col. 3. כל פיקוח נפש דוחה שבת והזריז הרי זה משובח אפילו נפלה דליקה בחצר אחרת וירא שתעבור לחצר זו ויבא לידי סכנה מכבין כדי שלא תעבור : אין הולכין בפיקוח נפש אחר הרוב אפילו היו תשעה כותיים וישראל אחד בחצר ופירש אחד מהם לחצר אחרת ונפל עליו שם מפולת מפקחין כיון שנשאר קביעות הראשון במקומו חשבינן ליה כמחצה על מחצה אבל אם נעקרו כלם ובשעת עקירתן פירש אחד מהם לחצר אחרת ונפל עליו אין מפקחין עליו כיון שנעקר קביעות הראשון ממקומו אמרינן כל דפריש מרוב פריש : מי שנפלה

עליו מפולת ספק חי ספק מת ספק הוא שם ספק אינו שם ואפילו אם תמצי לומר שהוא שם ספק כותי ספק ישראל מפקחין עליו אף על פי שיש בו כמה ספיקות : אפילו מצאוהו מרוצץ שאינו יכול לחיות אלא לפי שעה מפקחין ומרקין עד חוטמו אם לא הרגישו בחוטמו חיות או ודאי מת לא שנא פגעו בראשו תחילה לא שנא פגעו ברגליו תחילה :

Horum ſententiam, in vernacula propemodum exhibet Autor libri Lev Tob fol. 72. col. 4. *Alle Sachen, vvas da is Leibsnoth, da is man* מחלל שבת *vvenn zu beſorgen is, die* נפשות *vverden umkommen, da is man* מחלל שבת. *As vven ein* שריפה חו אפילו *vver in einem andern Haus, thar man vvol löſchen, daß es nit vveiter kommt, ein itlicher, der ſich annimt, der darzu thut, und helſt, der is ſehr gelobt in die* חכמים *augen, und thut ein groſſe* מצוה *Wo Leibsnoth is, da geht man nit dem* רוב *nach, as vven da vvern neun* גויים *und ein Jud, und es vver ein Haus gefallen auf einen, und man vvüſt nit ob es vvär gefallen auf ein Juden, oder auf ein* גוי *noch is man* מחייב מחלל שבת *zu ſein, und zu raumen, bis man ihn gefind: Wievvol, daß es is ein* ספק *ob es ein Jud is, oder ob es ein* גוי *is. Und auch vielleicht lebt er noch, oder is er nun lang tod, noch is man* מחויב *zu raumen, und muß* מחלל שבת *ſein, vielleicht es ſey ein Jud, oder vielleicht lebt er noch. Ach aſo vven ein* ספק *vvär, ob das Haus auf imanz is gefallen, doch is man* מחויב *zu raumen, vielleicht is es jo auf imanz gefallen, oder vielleicht es is ein Jud, oder vielleicht lebt er noch,* אפילו *vven da vvärn ſolche viel* ספיקות *noch is man* מחויב מחלל שבת *zuſein, darum daß man nit geht nach dem* רוב *nach, vvo Leibsnoth is,* חס ושלום *Ach vven er findt zerquetſchte Leut, die da vvärn nun alle todt, noch is man* מחויב *fort hinvveck zu raumen, vielleicht leben die unterſten noch. Und vvenn er käm auf todte Leut, auf den hinterſten, da is man* מחויב *zu raumen bis man kommt an die Naas, daß man ſicht, ob er noch etvvas Othem hät. Und vvenn in der Naas kein* חיות *nit is, darnach thar man nit mehr erbeten.* Eſt tamen operæ pretium, noſtram quoque ſubjicere verſionem Latinam: *Omnis conſervatio animæ,* (ſive hominis,) *pellit ſabbatum, atq; quo quis ad eam rem promtior eſt, tanto majorem laudem meretur. Quamobrem, ſi ignis corripiat ædes alienas, atq; metus ſit, venturum ad ſuas, illaturumq; damnum, reſtinguere licet incendium, ne latius ſerpat. Cum de conſervatione animæ agitur, non attenditur pluralitas. Quamobrem, ſi ſimul in eodem conclavi congregati ſint Infideles

fideles novem, (quorum in gratiam sabbatum violare nefas est,) *& Judæus unicus, atq; horum aliquis surgens, conclave aliud ingressus, ibidem ruina obruatur, integro adhuc permanente cœtu illo hominum, fodere licebit.* (Nec enim est, ut quis dicat, quia novies majore numero sunt Infideles, oportet horum aliquis perierit, non vero qui solus aderat Judæus: quippe in hoc casu, ita se res habet,) *quasi fidelium & infidelium æquales sint dimidiæ:* (jam vero, cum pari numero esse finguntur utrique, tam ex his, quam ex illis, exeuntem esse potuisse, fit verisimile.) *At, si solvatur totus iste cœtus, & in hac separatione, unus conclave quoddam ingressus, ejus ruina sepeliatur, non licet fodere. Nimirum, jam illo cœtu soluto, locum habet id, quod vulgo dicitur:* Quisquis discessum facit, a majore parte discessum fecisse creditur. *Si quem ædes obruerint, & maxime dubium sit, num vivat adhuc an non vivat, aut, si sit dubium num hac ruina fuerit quis sepultus, aut non sepultus, imo, si maxime dubium sit, num ille obrutus, Judæus sit, an infidelis, fodere permittitur, atq; hoc etiam eo casu, quo plura ejusmodi dubia concurrunt. Si quis plane contusus reperiatur, ita, ut nisi per horam unicam vivere possit, tamen ex ruinis liberandus est. Cæterum, ad nares usq; fit scrutatio, quod si enim in illis nullum vitæ sit indicium, caret dubio, ruina oppressum, interiisse. Licet autem ad nares provehi fodiendo, sive maxime fossores primum in caput, sive in pedes incidant.*

ב

תניא אמר רבי יוחנן בן שאול מפני מה אם תורה הבא עגלה בנחל אמר הקב״ה יבא מי שלא עשה פירות ויערף במקום שאין עושה פירות ויכפר על מי שלא הניחוהו לעשות פירות: מאי פירות אי לימא פריה ורביה אלא מעתה אוקן ואסרים הכי נמי דלא ערפינן אלא אמצות:

II.

Traditio: Quærit R. Jochanan F. S. Quare Lex Divina præcepit: Offer vitulam in valle? Nempe dicere videtur Deus B. Veniat [1] (*vitula,*) quæ fructus nullos edidit, & decolletur in loco infructuoso, expietque eum, [2] quem (*Sicarii*) fructus facere non permiserunt. [3] Qui fructus (*hîc innuuntur?*) Anne dicendum, innui procreationem sobolis? Atqui hinc sequeretur, propter Senem, aut Spadonem (*cæsos, vitulam*) non decollandam. Quin igitur bona opera, (*fructuum nomine, hoc loco veniunt.*)

ANNOTATA.

1. Vitula quæ fructus nullos edidit] Id est: Vitula, annicula ætate, & quæ fœtum nullum edidit.

2. Quem Sicarii fructus facere non permiserunt.] Dum vita eum spoliant, ejusque fata prævertunt.

3. Qui fructus] הי פירות erat in Codicibus En Jacob, sed ex Talmude מאי פירות si rescriberetur, aptius esse censuimus.

ג

תניא היה רבי מאיר אומר
כופין ללויה ששכר לויה אין
לה שיעור דכתי' ויראו השומרי
איש יוצא מן העיר ויאמרו לו
הראנו נא את מבוא העיר
ועשינו עמך חסד ואמת וכתיב
ויראם את מבוא העיר ומה
חסד עשו עמו שכל אותה שה
העיר הרגו לפי חרב ואת
איש ואת משפחתו שלחו מש
שנאמר וילך האיש ארץ הח
החתים ויבן עיר ויקרא שמה
לוז : תנא היא לוז שצובעין
בה תכלת היא לוז שבא סנ
סנחריב מלך אשור ולא בל
בלבלה : בא נבוכד נאצר מלך
בבל ולא החריבה : ואף מלאך

III.

TRaditio: R. Meir testis': [1] Cogi quem ad alios comitandos; quippe mercedem quæ comitatui reposita sit, æstimationem omnem excedere. Q. S. E. (Jud. I, 24.) *Videntes autem Observatores illi, quendam exeuntem e civitate illa, dixerunt eis ostende nobis sodes ingressum civitatis, & exercebimus erga te benignitatem.* Deinde subjungitur (commate 25.) *Et ostendit ipsis ingressum Civitatis.* Quam vero benignitatem erga eum exercuerunt? Nimirum, totam illam civitatem percusserunt acie gladii, virum autem illum, cum universa familia sua dimiserunt. Additur mox, (commate 26.) *Et abiit Vir ille in terram Chittæorum, & ædificavit urbem, vocavitq; nomen ejus Lus.* Uti vetus habet Traditio, hæc illa Lus est, ubi [2] tingebant (*fila*) hyacinthina; illa Lus', quam

המורת אין לו רשורת לעבור בתוכה אלא זקנים שבה בזמן שדעתן קצה בהן מוציאין אותן חוץ לחומה והם מתים והלא דברים קו ומה כנעני זה שלא הלך ברגליו ולא דבר בפיו גרם הצלה לו ולזרעו עד סוף כל הדורות המדבר בפיו והמהלך ברגליו לא כל שכן אלא במה הראה להם חזקיה אמר בפיו עיקם להם רבי יוחנן אמר באצבעו הראה להם תניא כוותיה דרבי יוחנן כנעני בשכר שהראה להם באצבע גרם הצלה לו ולזרעו עד סוף כל הדורות: אמר רבי יהושע בן לוי היה מהלך בדרך ואין לו לויה יעסוק בתורה שנאמר כי לוית חן הם לראשיך וענקים לגרגרותיך: ואמר רבי יהושע בן לוי בשביל ארבע אמות שליוהו פרעה לאברהם נשתעבד בבניו ארבע מאות שנה אמר רב

[3] quam adveniens Assyriorum Rex Senacherib, non confudit; quamq; in expeditione sua Nebucadnezar Babyloniæ Rex, non devastavit; & adeo, [4] nec Angelo mortis fas est eam ingredi, verum decrepiti qui ibi (*commorantur*,) cum quando eos vitæ (*longioris*) tædet, foras educuntur extra mœnia, sicq; diem obeunt suum. Annon igitur ex loco Comparatorum argumentari licet? Quod si enim Cananæus iste, qui nec suis pedibus (*quoquam*) ivit, nec (*vel verbulum*) ore proloquutus est, sibi posterisque suis felicitatis æternæ causa fuit, annon loquenti ore, & comitanti pedibus, multo magis (*eadem obtingeret*?) Cæterum, quomodo tandem (*Cananæus iste aditum Urbis*,) illis ostendit? Hiskias vult [5] ipsum os distorsisse: R. Jochanan autem, illum digito monstrasse. Sed Traditio vetus pro R. Jochanane facit, (*sic enim habet*:) Cananæus ob illud bonum factum, quod monstratione digiti præstitit, sibi posterisque, nullis seculis terminandam felicitatem promeruit. Monet R. Josua L. F. Qui [6] incomitatus iter facit, [7] Legi operam navet: Q. S. E. (Prov. 1, 9.) *Nam*

comita-

יהודה אמר רב כל המלוה את
חברו אפילו ארבע אמות ב
בעיר אינו ניזוק: רבינא א
אלוייה לרבה בר יצחק א
ארבע אמות בעיר מטא לידיה
היזקא ואיתציל: תנו רבנן
הרב לתלמיד עד עיבורה של
עיר חבר לחבר עד תחום ש
שבת: תלמיד לרב אין לו ש
שיעור וכמה אמר רב ששת
עד פרסה ולא אמרן אלא דרבו
שאינו מובהק אבל רבו מו
מובהק ג׳ פרסאות: רב כהנא
אלוייה לרב שימי בר אשי מפו
נהרא עד בי צנייתא דבבל
כי מטו התם אמר ליה ודאי
דאמריתו הני בי צניית דבבל
איתנהו משני אדם הראשון
ועד השתא אמ׳ ליה אדכרתן
מילתא דרבי יוסי ברבי חנינא
מאי דכתיב ארץ אשר לא עבר
בה איש ולא ישב אדם שם וכי
מאחר דלא עבר היכן ישב וגו
ומאחר שלא ישב היכן עבר

comitatus gratiosus erit capiti tuo, & torques faucibus tuis. Idem porro ait: Ob quatuor ulnarum (*spatium, per quod*) [8] comitatus fuit Pharao Abrahamum, filiis ejus, [9] annos quadringentos pro servis usus est. Ait R. Judas, nomine Raf: Quisquis vel quatuor tantum cubitos, Socium per Civitatem deducit, (*hoc ipso efficit,*) ne lædatur. Rafina comitatus fuerat Rabbam F. I. quatuor ulnas per civitatem, cumque in periculum quoddam incidisset, illud evasit. Tradentibus Magistris, (*tenetur comitari*) Præceptor Discipulum, usque ad Suburbium: [10] Doctor Doctorem, per iter sabbaticum: Verum Discipulus Præceptorem quousque comitari debeat, [11] id exacte definiri non potest. Quousq; autem (*verisimiliter comitari Præceptorem oportebit?*) R. Scheschet ait, per milliare integrum. Atque hoc ipsum tantum capiendum de Præceptore minus claro, si enim iste Præceptor sit vir celebris, per tria milliaria (*deducendus.*) [12] R. Cahana comitatus fuerat R. Simi Assæ filium, ab Ostio Fluminis, usque ad locum [13] Palmarum Babyloniæ, cumque eo delati essent, ait illi;

אלא לומר לך ארץ שגזר
עליה אדם הראשון ליישוב
נתישבה ארץ שלא גזר עליה
אדם הראשו' ליישו' לא נתישב
רב מרדכי אלוייה לרב שימי
בר אשי מהגרונייא ועד בי
קיפאי ואמרי לה עד בי דורא:

Satisne verum est, quod jactatis, has Palmas inde a memoria Adami, primi hominis, ad hæc usque (*tempora*) durare? Respondet (*R. Simi:*) In mentem mihi revocasti dictum, R. Jose F. R. Ch. (*qui docuerat:*) Quis sensus ejus quod S. E. *Per terram quam non pertransibat quisquam, & ubi nullus habitavit homo.* Ierem.II,6. Atqui, si nemo homo illac transivit, quomodo ibidem habitasset? Et si nemo habitavit, quomodo transivisset? Scilicet, hoc intendit Scriptura: Illa terra de qua decrevit Adamus primus homo, ut habitaretur, habitabilis reddita; terra autem de qua id minime decrevit, inhabitata permansit. R. Mardochæus comitatus est τὸν R. Simi, Assæ filium, inde a Gerunja, ad Be-Kephai, vel, ut alii volunt, ad Be-Dura usque.

ANNOTATA.

1. Cogi quem ad alios comitandos] Id omnino exigunt Judæi, ut semper abituris præstetur aliquantisper comitatus. Liber Chasidim Num. LVII. כשם שמצוה להכניס כך מצוה ללותם שני ואברהם הלך עמם לשלחם: Id est: *Uti pietas jubet hospitio excipere viatores, ita eadem imperat, ipsos discedentes comitari. Unde de Abrahamo* (Gen, XIIX, 16.) S. E. Abraham ibat cum eis, ut dimitteret eos. Nolo plura addere, quia Gemara nostra verbose satis, hoc officium commendat.

2. Tingebant fila hyacinthina] Supra pag. 396. docui, quæ hujus tincturæ fuerit ratio.

3. Quem adveniens Assyriorum Rex &c.] A Senacheribi, & Nebucadnezaris expeditionum violentia, quæ orbi reliquo gravis erat, Civitatem Lus incolumem mansisse, ex eo colligunt Rabbini, quod Jud. I, 26. de hoc monstratore dicitur: שמה לוז הוא שמה עד היום הזה: Id est: *Nomen ejus Lus, quod est nomen ejus, usq. in hunc diem.* Est

em. Est enim Regula: כל מקום שנ' עד היום לע לם ולעולמי עולמים הוא: Id est: *De quocunq; loco prædicantur verba*: Usque in diem hunc: *is per omnem seculorum perpetuitatem salvus consistit.*

4. Nec angelo mortis fas est eam ingredi &c.] Ne quis hoc assertum in dubium vocet, confirmant id Magistri Salomonis autoritate, in Succa fol. 53. a. יומא חד חזייה שלמה למלאך המות דהוה עציב אמר ליה אמאי עציבת א"ל דקא מיתבעי מינאי הני תרי כושאי דיתבי הכא מסרינהו לשעירי אמר להו אמטונהי למחוזא דלוז כי מטו אבבא שכיבו למחר חזייה למלאך המות דהוה קא ברח א"ל אמאי קא בדיחת א"ל היכא דאיבעי מינאי התם שדרתינהו פתח שלמה ואמר רגלוהי דבר איניש אינון ערבין ביה לאתרא דמתבעי לתמן מובילין יתיה: Id est: *Die quadam, vidit Salomo Angelum Mortis subtristem esse, quare illi, quid tam tristis es? inquit. Respondet ipse: Istos duos Æthiopes,* (quos κατ' ἀντίφρασιν, præfiscine sic appellare libet, ne formosissimi mortalium fascinentur, Aulicos tuos,) *qui hic præsentes sedent, a me requirunt*: (At, cum extra locum iis fatalem degant, illis necem inferre non valeo, nec possum imperata perficere. His perceptis,) *commisit eos Salomo Faunis,* (quos ad nutum obedientes habebat,) *præcipiens*: *Hos mihi actutum deferte in Urbem Lus,*(ne Angelus mortis, quid gravius in eos possit statuere.) *At Aulici delati ad Urbis Portam, ibi animam exhalarunt. Postridie vidit Salomo Angelum Mortis gaudentem, ergo, quid sic lætaretur? quæritat Respondet*: *In eum ipsum locum,*(ubi Aulicos tuos) *fatum manebat, tu eos ablegasti. Tum vero Salomo ait*: *Pedes hominis, ejus vades sunt, quo fata vocant illuc a pedibus defertur.*

5. Ipsum os distorsisse] Scriptura enim non meminit, quicquam illum monstratorem loquutum esse, sed tantum refert, nude ipsum viam, qua ad urbem iretur, ostendisse, quod gestu solo peragere potuit. Miram vero illius hominis socordiam, qui quærentibus de via, haud aliter, quam os distorquendo, respondere dignabatur, & magna necesse sagacitas Judæorum fuerit, qui quid sibi iste gestus vellet, tam facile habuere perspectum. Sed, sic in Meila fol. 51. b. R. Simeon Jochai filius, ex sola distortione oris, de R. Eleasaris, comitis sui, eruditione, fecit conjecturam. Nam כשהיו מהלכין בדרך נשאלה שאלה זו לפניהם מנין לדם שרצים שהוא טמא עקם פיו ר' אלעזר בר' יוסי ואמר וזה לכם הטמא אמר ליה רבי שמעון מעקימת שפתיך ניכר שתלמיד חכם אתה; Id est: *Cum simul iter facerent, orta est quæstio, unde constaret, sanguinem reptilium esse immundum? Ibi os suum distorquens R. Eleasar F. R. I. respondet,*

ſpondet, (ſatis id colligi ex verbis Num. XI.29.) Atque hoc vobis immundum eſt. *Tum R. Simeon dicere : Ex iſta labiorum diſtortione manifeſtum fit, te eſſe Diſcipulum Sapientum.* Sæpe miratus ſum, illud apud veteres Pantomimorum artificium, qui ſola geſticulatione membrorum, quicquid collibitum fuit, indicabant. Theodoricus Rex, apud Caſſiodorũ l. 4. epiſt. ult. *Pantomimo, cui a multifaria imitatione nomen eſt, cum primum in Scenam plauſibus invitatus advenerit, aſſiſtunt conſoni chori, diverſis organis eruditi : tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibusdam literis, edocet intuentis aſpectum : in illaq; leguntur apices rerum : & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declaravit. Idem corpus Herculem deſignat, & Venerem, fœminam præſentat & marem, Regem facit & militem, ſenem reddit & juvenem : ut in uno credas eſſe multos, tam varia imitatione diſcretos.* Idem, apud eundem l. 1. ep. 40. ſcripſit : *Hanc partem Muſicæ disciplinæ* (Pantomimos intelligit,) *mutam nominavere Majores: ſcilicet quæ ore clauſo, manibus loquitur, & quibusdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcripturæ textu, poſſit agnoſci.* Veritatem horumdictorum, nemo vocabit in dubium, qui cogitat, Plutarchum in vita Ciceronis prodidiſſe, illum omnis eloquentiæ parentem, cum Roſcio Mimo familiari ſuo, ſolitum fuiſſe contendere, utrum ille ſæpius eandem ſententiam variis geſtibus effingere, an ipſe per eloquentiæ copiam, ſermone diverſo pronunciare valeret. Atq; ,extat egregium exemplum hiſtrioniæ pantomimicæ apud Apulejum in 10. Metamorph. Refero ad hanc, quod legitur in Chagiga fol. 5. b. רבי יהושע בן חנניה הוה קאי בי קיסר אחוי ליה ההוא מינאה עמא דאהדרינהו מריה לאפיה מיניה אחוי ליה איהו ועוד ידו נטויה עלינו א"ל קיסר לרבי יהושע בן חנניה מאי אחוי לך עמא דאהדרינהו מריה לאפיה מיניה ומאי אחוית ליה הכי והכי אמרו לו לההוא מינאה ומאי אחוית ליה אמר ליה עמא דאהדרינהו מריה לאפיה והוא מאי אחוי לך אמר לא ידענא אמרו גברא דלא ידע מאי מחוי ליה יחוי במחוג קמיה מלכא אפקוה לההוא מינאה וקטלוה: Id eſt: *R. Joſua Chananjæ filius, adſtabat aliquando Cæſari : Ibi quidam infidelis, geſtu ei ſignificabat : Vos eſtis natio, a qua Dominus ejus vultum ſuum avertit. At ipſe viciſſim ei ſignificavit* (verba Eſaiæ V,25.) Adhuc manus ejus eſt extenſa ſupra nos. *Quærit Cæſar ex R. Joſua, quid infidelis ei indicaſſet? Reſpondet, indicaſſe : Vos eſtis natio, a qua Dominus ejus vultum ſuum avertit. Quærit ulterius Cæſar, quid contra infideli ipſe ſignificaſſet? Ibi omnem rem ediſſeruit. Cæterum, quæſitum ſimiliter fuit, ex infideli, quid innuiſſet R. Joſua? Profeſſus eſt, ſe innuiſſe : Vos eſtis natio a qua Dominus*

ejus vultum ſuum avertit. Quæſitum porro : Sed quid ipſe tibi innuit? ibi fateri homo, ſe id ignorare. Tum (indignati qui aderant,) *anne, inquiunt, audere debebat homo, qui non aſſequitur, quæ nutu ei reſpondentur, coram Rege per nutus inſtituere ſermocinationem? nec mora, Infidelis palatio Cæſaris exturbatus, necíq; traditus eſt.* Confer excerpta ex Jeruſchalmi in En Iſraël fol. 178. col. 3.

6. Qui incomitatus iter facit &c.] Hoc dictum fuſe explicatur in libro Imre Schapher p. 132. a. ſeqq.

7. Legi operam navet] Sic enim a malis, & infortuniis, quæ eum manebant, liberabitur. Quod ſi vero id facere negligat, tanto majoribus ſeſe exponit periculis : Nam, ut eſt in Berachot fol. 5. a. כל שאפשר לו לעסוק בתורה ואינו עוסק הקב״ה מביא עליו יסורין מכיערין ועוכרין אותו: *Quisquis commoditatem habet diſcendæ Legis, nec eam diſcit, in hunc immittit Deus calamitates atroces, quæ ipſum conturbant.*

8. Comitatus fuit Pharao Abrahamum] Poſt לאברהם nequid temere dixiſſe videantur Magiſtri, ſupple ex Talmudis editionibus : שנ׳ ויצו עליו פרעה אנשים וגו׳ Id eſt : *Scriptum enim* (Gen. XII, 20.) Tunc dedit mandata de eo Pharao, certis hominibus &c.

9. Annos quadringentos pro ſervis uſus] Iterum deeſt in En Jacob, Scripturæ, ex Gen. XV, 13. teſtimonium, quod Talmudis editiones exprimunt.

10. Doctor Doctorem] De voce חבר per diligentiam inſignium virorum, Buxtorfii in Lex. Talmud. p. 703. & ſeq. Pocockii in notis ad Portam Moſis pag. 420. Empereril in notis ad Benjaminis Itiner. pag. 188. & Hottingeri in Theſ. Philol. pag. 57. ſeq. quod annotem, vix ſupereſt. Ne tamen plane ſim ἀσύμβολος, unum & alterum ab iis neglectum, adhuc monebo. Principio obſervo, fieri nonnunquam, etſi raro, ut ejus חבר quis dicatur, quem tamen ætate, eruditione, ingenio, ac ſanctitate longiſſime ſuperat. Nam, ſic Jonathan Uſielides, quem parum abeſt quin Judæi Prophetis æquiparent, tamen Jochananis Saccai filii, חבר vocatur, in Schalſch. Hak. pag. 26. a. שמונים תלמידים מעולים מהאחרים היו לו להלל גדול שבכלן היה יונתן בן עוזיאל אשר האריך ימים עד שבבחרותו קבל מן חגי זכריה ומלאכי הנביאים ובזקנותו היה מחברי רבן יוחנן בן זכאי: Id eſt : *Octoginta Diſcipuli fuere Hilleli, qui præ cæteris laudem merebantur, atq; horum præſtantiſſimus fuit Jonathan Uſielides : ætatem is diutiſſime produxit, quippe juvenis ab Haggai,*

Zachariæ, & Malachiæ Prophetarum ore pependit, & senex, fuit ex Collegis R. Jochananis Saccai filii. In Cosri pag. 19. edit. Buxtorf. Apostoli Servatoris nostri, ejus חבירים appellantur, atque hunc in modum quidam Christianus loquens introducitur : אנחנו הולכים אחרי דברי המשיח וחביריו מבני ישראל שנים עשר: *Nos ambulamus secundum verba Messiæ, & Duodecim Sociorum ejus, e filiis Israël.* Sed, hoc pravum esse existimo, & contra morem cæteroquin loquendi Judæorum. Nefas enim habetur, exprimere nomen חבר ejus respectu שלמד רוב חכמתו ממנו: Id est : *Cui eruditionis suæ maximam partem alter debet*, prout in MS. nostro Ez Hechajim, Hilch. Kibbud Chach. c. 1. docetur, quod fundamentum habet in Gemara Bava Mezia fol. 33. a. Ergo, quia Apostoli, solo Christo præceptore usi fuerant, non aliter quam ejus תלמידים vocari possunt ac debent. Atque hanc locutionem, altera saniorem esse, vel ipsius Christi apud Joh. XIII, 13. comprobamus suffragio, cum Apostolis ait : Ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος, καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ· Veteres Rabbini, quam iniquo tulerint animo, si חברים salutarentur, produnt ea, quæ ex Cetubot supra pag. 109. fuere allata. Quibus accedit, quod de R. Cahana, etiam mortuo, memoratur in Bava Kama fol. 117. a. in f. רבי יוחנן על לגבי מערתא חזא דהוה הדרא ליה עכנא אל' עכנא עכנא פתח פומיך ויכנס הרב אצל תלמיד ולא פתח יכנס חבר אצל חבר ולא פתח תלמיד אצל הרב פתח: Id est: *R. Jochanan adiit cryptam,* (ubi conditus erat R. Cahana,) *offenditque eam cingi a Serpente: Quamobrem, Heus serpens, tibi dico serpens, inquit, aperi os tuum,* (& da locū,) *ut ingrediatur Præceptor ad discipulum. Serpente nihil se movente, ait: ut ingrediatur Socius ad Socium: Cumque ne sic quidem Serpens morem gereret, dixit : ut ingrediatur Discipulus ad Præceptorem ; ibi Serpens intrandi fecit facultatem.* Menasse Ben Israël, vocem חברים Hispanice loquutus retinet, inscripsitque Partem tertiam sui Conciliatoris, *A los Nobles y Magnificos Señores Haberim de su illustre Jesiba.* Exprimit deinde nomina singulorum, atque in ipsa epistola Dedicatoria, inter cætera, sic eos affatur : *Us. Ms. instituyeron con grande aplauso una Jesiba, en la qual explico cada dia, un capitulo del sagrado Texto, sobre el qual despues, questionan y discursan Us. Ms. con tanto ingenio, y prudencia, que bien se echa de ver, tiene aun mas fuerça para la doctrina, el oydo, que la vista.*

11. Id exacte definiri non potest] Phrasin אין לו שיעור adhibere Rabbini solent, cum quid magnum, & cui modus facile præscribi non potest, enunciare volunt. Exempla passim offendas, atque jam præcesserat aliquod circa hujus Pericopes initium. Chaldaice dicunt לית ליה שיעורא quæ formula adhibetur in Cetubot fol. 17. b.

12. R. Cahana comitatus fuerat &c.] Habes, eandem hanc narrationem integram, in Berachot fol. 31. a.

13. Palmarum Babyloniæ] Palmis frequens est Babylonia, sed Dactyli quos edunt, minus salubres videntur esse, præ iis, qui in Judæa nascuntur. Cl. Coccejus in Sanhedr. pag. 340. indicat, *Talmud, Dactylos Babylonis, non uno loco traducere ob amarorem, qui illis vel aquarum, vel soli vitio insit.* De amarore, non succurrit nunc autoritas, insalubres esse, colligo ex Taanit fol. 9. b. עולא איקלע לבבל חזא פלא צנא דתמרי בזוזא אמר מלא צנא דדובשא בזוזא ובבלאי לא עסקי באורייתא בליליי צערוה אמר צנא דסכיני בזוזא ובבלאי עסקי באורייתא: Id est: *Ula contulerat sese Babylonem, cumq; vidisset corbem plenam Dactylorum vendi asse, exclamabat: In hac regione corbis melle plena, venditur asse, & Babylonii non student Legi? At, cum sub noctem tormina cierent, tum vero vociferari: In hac regione, corbis plena malorum, asse venditur; & tamen Babylonii student Legi!* Paucis mutatis, idem legitur in Pesachim fol. 88. a. Potest tamen fieri, ut sola Ulæ in Dactylis comedendis intemperantia, hanc ei noxam dederit, & ut nullo vitio Dactyli Babylonici laborent. Atq; hanc quidem conjecturam vehementer firmat, Petri de la Valle, Patricii Romani exemplum, cui plane idem in Persia, Babyloni finitima regione, accidit. Sic enim de sese tom. 2. literar. part. 1. p. 331. *Questo giorno io hebbi a morire in Ciuciululiòn di dolori atrocissimi di ventre, con premiti, per una stitichezza grande, cagionatami, come credo, dall' hauer più giorni mangiato a merenda dattili secchi con biscotto, che assai mi piaceuano.*

13. Illa terra de qua decrevit Adamus &c.] Facile erat Adamo, hæc decreta facere, habebat enim ipse omnium terrarum qualitates perspectissimas, atque sic, quid cuique conveniret, ordinavit. Eccur enim minus de Adamo verú sit, quod de posteris ejus prædicant in Schabbat fol. 85. a. ראשונים היו בקיאים בישובה של ארץ שהיו אומרים מלא קנה זה לזית מלא קנה זה לגפנים מלא קנה זה לתאנה וחורי שמריחין את הארץ וחוי אמר רב פפא שהיו טועמין את הארץ כחויא: Id est: *Antiqui mortalium, magna erant sapientia præditi, circa ea, quæ ad orbem excolendum attinebant. Nimirum, pronunciabant: Hoc decempeda spatium Vitibus, istud Ficui, serendis, aptum. Atq; hinc* Choræorum, (quorum Gen. XXXVI, 20 mentio fit,) *nomen: nam olfactu explorabant terram: Hinc item secundum R. Papam* Chivæorum (qui ejusdem capitis commate 2. memorantur,) *nomen, quod Serpentum instar, ex gustu de terra judicare possent.* Neque vero solis Veteribus sensus tam acres erant, etiam posteriorum admiratione digna est sagacitas. Nam, sic in

Bava

Bava Batra fol. 73. b. proditur : אמר רבה בר בר חנה זימנא חדא הוה קאזלינן במדברא ואיתלוי בהדן ההוא טייעא דהוה שקיל עפרא ומורח ליה ואמר האורחא לדכתא פלן והאא אורחא לדכתא פלן אמרי' ליה כמה מרחקינן ממיא ואמר לן הבו לי עפרא יהבינן ליה ואמר לן תמני פרסי תנינן ויהבינן ליה אמר לן דמרחקינן תלתא פרסי אכפית ליה ולא יכילית ליה: Id est : *Dixit Rabba, Channa nepos : Cum aliquando* (in comitatu aliorum,) *per desertum iter facerem, consociavit se nobiscum quidam mercator Arabs : Is homo, sumta gleba, eaq; naribus admota, dicebat : Hac via, ad urbem N. Ista, ad urbem N. perducit. Quæsivimus ex eo, quam procul ab aqua abessemus? Petiit sibi dari glebam. Hac oblata, octo milliaribus inquit.* (Processeramus aliquamdiu) *& iterum periculum facere volentes, novam glebam porreximus :* eam, cum naso pertentasset, ab aqua) *tribus milliaribus nos distare asseveravit. Ibi commutavimus glebas,* (illam priorem, quam clam nobiscum tuleramus, offerentes,) *sed frustra fuimus,* (credendo , nos eum decepturos , nam de ista gleba , idem quod ante dixerat, rursus pronunciabat.) Sciunt eruditi, Rabbæ istius narrationibus , non multum fidei tribuendum esse . Nam, si quis alius , hic certe egregius in Talmude deprehenditur fuisse mentiendi artifex ; neque alio , quæ de immensæ magnitudinis pisce, aveque , & de maris, nescio cujus, infinita propemodum profunditate , vulgo omnes rident , quam hoc ipso autore tradita sunt. Et vero , etiam ista, quæ nunc attulimus , cum cæteris fabulis, explodenda olim censui , sed tamen , ut nunc mitius de his sentiam, paulo ante laudatus Petrus Valleus, vir nobilitatis, & perigrinationum laude conspicuus, movet, dum, quid sibi Arabiæ deserta peragranti, acciderit, his omnino verbis renunciat : *Andauamo di giorno in giorno, cercando l' acqua, essendo guidata la carouana da piloti pratichissimi : li quali sono huomini del paese , che come quelli del mare a punto, fanno questo mestiere ; non solo di condur carouane, ma anche , persone particolari quando bisogna, e portar lettere inanzi ed indietro; e sanno tutti i luoghi a mente, le acque, le strade diuerse, più corte, e più lunghe, e con osseruar la notte le stelle, e'l giorno certi loro contrasegni nel terreno, di più alto, o più basso, del colore dell' herbe che produce , e quello che più mi fece marauigliare, dell' odore, ritrouano benissimo tutte le strade che vogliono. E certo mi fecero stupire in questo, della loro pratica; perche i pozzi dell' acqua, che si andauano cercando, per posarci presso a quelli, erano semplici fosse in terra, senza parapetti ne altro, onde vn poco di lontano, non si poteuano nè scorgere ne conoscer , e con tutto ciò, quei piloti gli trouano ogni giorno tanto per a punto, che quando pareua a loro tempo di fermarsi, si fermauano sempre, o sopra i pozzi medesimi, ò in luogo dondi i pozzi si vedeuano, ò non vedendosi, donde, cercandosi vn poco intorno, si trouauano subito, non mai tanto lontano , quanto è lunga* Parte I. de' Viaggi pag. 370.

in Napoli la strada della Incoronata. E se in mare si stima tanto la pratica di quei piloti, che sanno riconoscer bene le terre di lontano alla vista, hauendo essi per segni montagne grandi, ò isole, ò seni, ò promontorii, ò altre cose così fatte assai riconoscibili; e quando anche fallano ne i luoghi di dieci e venti miglia, non pare in loro gran cosa; quanto più per certo si dee stimar la pratica di questi piloti terrestri de i deserti dell' Arabia, i segni de i quali son così picoli, e così poco riconoscibili? ed essi nondimeno senza fallar mai, vanno così sicuri, per quelle vie, e così certi a luoghi destinati.

ד

אמר רבי יוחנן משום רבי מאיר כל שאינו מלוה כאלו שופך דמים שאלמלא ליווהו אנשי יריחו לאלישע לא גירה דובים בתינוקות שנאמר ויעל משם בית אל והוא עולה בדרך ונערים קטנים יצאו מן העיר ויתקלסו בו ויאמרו לו עלה קרח עלה קרח גו' שהקרחת עלינו את המקום: מאי נערים ומאי קטנים אמר רבי אלעזר נערים שהיו מנוערין מן המצות קטנים שהיו מקטני אמנה במתניתא תנא נערים היו ובזבזו עצמן כקטנים: מתקיף לה רב יוסף ודילמא על שם מקומן מי לא כתיב

IV.

PRodidit R. Jochanan, nomine R. Meir: [1] Quisquis non comitatur (*decessurum*,) is videtur patrare cædem. Quod si enim comitati fuissent incolæ Jerichuntis Elisam, non concitasset Ursos, in pueros. Ceu S. E. (2. Reg. II, 23.) *Et ascendebat inde Bethelem. Ipso autem ascendente via illa, pueri parvuli egressi e Civitate illa, illudebant ei, dicentes ei: Ascende Calve: Ascende Calve.* Calvum (*vocitarunt*, [2] *quasi illi exprobrantes*:) Calvescere fecisti nobis istum locum. Quare vocantur Pueri? & quare Parvuli? R. Elieser ait: [3] Pueros vocari, quia mandata Dei excusserant. Parvulos vero, quod [4] essent, ὀλιγόπιστοι. In constitutione exotica traditur, Pueros fuisse, & seipsos contemtos reddidisse, quasi essent parvuli. Objecit R. Joseph: Forsitan a nativo loco (נערים *sunt*

וארם יצאו גדודים וישבו ב
מארץ ישראל נערה קטנה
וקשיא לן קרי לה נערה ג
וקרי לה קטנה ואמר רבי פדת
קטנה דמן נעורן התם לא
מפרש מקומה הכא מפרש
מקומן : ויפן אחריו ויראם ד
ויקללם בשם ה' מאי ויראם
אמר רב דראה ממש כדתניא
רשב"ג אומר כל מקום שנתנו
חכמים עיניהם בו או מיתה
או עוני ושמואל אמר ראה
שנתעברה מהן אמם ביום
הכפורים ור' יצחק נפחא אמר
בלורית ראה להן כגוים רבי
יוחנן אמר ראה שאין בהם
לחלוחית של מצוה : ודילמא
בזרעייהו הוא אמר רבי א
אלעזר לא בם ולא בזרעם עד
סוף כל הדורות : ויקללם ב
בשם ה' ותצאן שתים דובים
מן היער : רב ושמואל חד אמר
נס וחד אמר נס בתוך נס מאן
דאמר נס יער היה דובים לא

appellati.) Añon enim alibi (cap. V, 2. *in hunc sensum*) dicitur: *Et Syrii turmatim egressi, captivam abduxerunt e terra Israëlis, Virginem parvulam?* Hic, cum scrupulum nobis injecisset, quod Scriptura eam & Virginem vocat, & Parvulam; docuit R. Pedat: Parvulam fuisse, e Nuran (*oriundam. Sed respondeo:*) Illic Patriam (*aliam Puellæ*) non exprimi: Hic vero (capite scilicet, II, 24.) diserte puerorum patriam esse expressam. *Et cum retrospiciens videret eos, dixit illis in nomine Domini.* Quis Sensus, τοῦ *Videret eos?* Ait Raf, simpliciter actum aspectus denotari: Sic enim habet Traditio, dixisse R. Simeonem G.F.[6] In quemcunq; Sapientes obtutum figunt, illum aut mors, aut paupertas (*occupat.*) Cæterum, R. Samuel vult vidisse eum, quod concepti fuerant a matre, in die Expiationis. R. Isaac Faber, censet[4] eum antias in illis vidisse, (*quas aluerant*) more Gentilium. R. Jochanan autem, vidisse eum contendit, quod nullo humore pietatis (*imbuti essent.*)[8] At, forsitan e semine illorum (*boni quid prodire potuisset:*) Sed testatur R. Elieser, nec in iis,[9] nec in semine eorum, per omnes

הוו : ומאן דאמר נס בתוך נס
לא יער הוה ולא דובים הוו :
וליהוי דובים ולא ליהוי יער
משום דבעיתי :

omnes futuras ætates, (*quicquam boni comparuisse.* Dicitur v. 24.) *Et maledixit eis in nomine Domini, quapropter egressi duo ursi e sylva illa.* Raf, & Samuel, (*hîc in diversa abeunt:*) Alter enim unum tantum, alter geminatum miraculum evenisse contendit. Qui unum tantum admittit, sylvam pridem extitisse arbitratur, Ursos neutiquam. Qui pro geminato pugnat, nec Sylvam, nec Ursos prius extitisse autumat. (*At posteriori Sententiæ, hoc obstare videtur;*) quod ursi soli produci poterant, non producta Sylva. (*Sed, respondebit, qui eam fovet; sylva omnino*) ad [10] immittendos ursos, (*opus fuisse.*)

ANNOTATA.

1. Quisquis non comitatur &c.] Talmudis editiones legunt כל שאינו מלוה ומתלוה כאלו שופך דמים At ego vocem ומתלוה pro supervacanea habeo, & inutili.

2. Quasi illi exprobrantes, calvescere fecisti &c.] Id explicans R. Salomo, ait: שכשהיו המים הרעים היתה פרנסתן להביא מים ולמכור: Id est: *Cum aquæ Hierichuntinæ malæ essent, incolæ urbis Bethel, suas Hierichuntem deferendo, ex earum venditione faciebant quæstum.* Enim vero, quæ ad has ineptias confutandas, profundæ eruditionis vir, ocellus Musarum Orientalium, Samuel Bochartus, tom. 1. Hieroz. pag. 818. doctissime disseruit, flagitium esset, si afferre negligerem. *Rabbi* inquit, *Salomo, Prophetam, Calvum a pueris dici nugatur; quia locum decalvaverat, seu denudaverat, iis ademtis, quibus oppidi incolæ vitam hactenus sustentaverant. Nam, si Magistris credimus, antequam Hierichuntinas aquas sanasset Eliseus, aqua urbis ex oppido Bethel Hierichuntem deferebatur, non sine magno incolarum quæstu. Quod ridiculum, & absurdum est. Neq; enim unquam fando auditum est, aliquem ideo Calvum appellari, quia oppidum necessariis ad vitam præsidiis decalvavit, & denudavit. Nec opus fuit, ut Hierichuntini aquas e Bethele peterent, cum a Jordane fluvio, cujus aquæ sunt saluberrimæ, non nisi LX. stadiis distet Jericho. Josephus libri quinti capite quarto de bello Jud.* Ἀπέχει δὲ Ἱεροσολύμων μὲν σταδίους ἑκατὸν πεντήκοντα, τοῦ δὲ Ἰορδάνου ἑξήκοντα· *Quin, alii propiorem faciunt. Eugesippus, de distantiis locorum terræ sanctæ pag. 107. In quo* (Jordane) *Chri-*

Christus a Johanne præcursore ejus, tertio lapide a Jericho baptizari voluit. Willebrandus ab Oldenborg in Itinerario terræ sanctæ : Distat Jericho a Jordane duo parva milliaria; nempe Gallicana : sequitur eum: ab Hierusalem, quindecim milliaria Gallicana. Brochardus: A Jericho per duas leucas versus Jordanem est sacellum, exstructum in honorem S. Johannis Baptistæ, ubi putatur Dominus in eo baptizatus. At Bethelem, ab Hierichunte distare duplo longius, nullo negotio probaverim, si tanti esset. Calvum igitur Prophetam pueri Bethelenses non alia de causa vocarunt, quam ut calvitii deformitatē illi exprobrarēt. Hactenus Bochartus præclarissimus, qui deinde multa, de honore capillitii, & calvitiei apud veteres contemtu, pro inexhausta sua lectione, subjicit. Nos, ne penitus sileamus, locū subobscurum, ex Schabbat fol. 152. a. qui ad rem facit, & R. Josuæ Korchæ filii, cum Eunucho quodam rixas, dum hic illi Calvitiem, iste Eunucho evirationem, exprobrant, continet, explicandum sumimus : אל הה א גוזאה לרי יהושע בן קרחה מהכא לקרחינא כמה הוי כמהכא לגוזינא אל מינאה ברחא קרחא בד אל עיקרא שליפא בתמניא חזייה דלא סיים מסאני אל דעל סוס מלך דעל חמור בן חורין ודמנעלי ברגלוהי בר איניש דלא. הא ולא הא דחפיר וקביר טב מיניה אל גוזא גוזא תלת אמר׳ לי תלת שמערת הדרת פנים זקן שמחת לב אשת נחלת יי׳ בנים ברוך המקום שמנך מכולם אל קרחא מצויינא אל עיקרא שליפא תוחכרה ; Id est : *Quidam, & Eunuchus*, (& infidelis existens,) *R. Josua Korchæ filio*, (ob calvitiem illusurus,) *ait illi :* Quantum intervallum hinc, ad urbem, cui nomen Calvina? (Respondet Josua:) tantum, quantum usq; ad urbem Eunuchinam. *Pergit infidelis : Capra calva*, (utpote velleribus carens) *venditur assibus quatuor. Regerit Josua : Radix evulsa*, (sive Vervex,) *venit assibus octo. Interea loci animadvertit Infidelis, R. Josuam nullis indutum esse calceis, quare ait : Qui equo vehitur, Rex est; qui Asino, Nobilis; qui calceos pedibus gestat, homo; Qui nihil horum habet, ei satius foret, si in terram defossus & sepultus esset. At contra R. Josua: Eunuche, Eunuche, tria mihi dixisti, oportet tria quoq; ex me audias.* (Sic vulgo ajunt :) Decus faciei, est Barba. Gaudium cordis, est Uxor; (Atq; ex Ps. CXXVII, 3.) Hereditas Domini, sunt liberi. *Sit Deo laus, qui te omnibus istis privarit. Tum Infidelis: Tune calve, mecum contenderes? Sed R. Josua: Tune contradiceres mihi radix evulsa?*

3. Pueros vocari, quia mandata Dei &c.] Etiam has allusiones laudatus Bochartus, modo loco allegato, merito frigidas vocat, & monet probe, Pueros Parvos hic dici διαχειτικῶς, uti 1. Sam. XX, 35.

 Et ma-

Et mane exiit Jonathan in agrum ונער קטן עמו *& puer parvus cum eo.* Et Ef. XI,5. *Simul erunt vitulus & leo &c.* ונער קטן נוהג בם *& puer parvus deducet eos.* Quippe cum Hebræa phrasi נערים cæteroquin etiam adulti vocentur, uti Josephus tricenarius Gen. XLI, 12. & Roboam quadragenarius 2. Paral. XIII,9.

4. Essent ὀλιγόπιστοι] Non enim credebant, illa aquæ negotiatione sublata, nunc aliud ad vitam tolerandam superesse medium. Sic R. Salomo.

5. Puerorum patriam esse expressam] Hierichuntinos pueros fuisse, Scriptura diserte asserit.

6. In quemcunq; Sapientes obtutum &c.] Crebro hoc dictum in Talmude repetitur, idem enim etiam legas in Nedarim fol 7. b. & alibi. Atque, ne id temere pronunciasse videantur, non desunt rei exempla. In Bava Batra fol. 77. a. & Sanhedr. pag. 393. edit. Coccej. verbis fere iisdem proditum est : רבי יוחנן דריש עתיד הקב״ה להביא אבנים טובות ומרגליות שהן שלשי׳ על שלשים וחוקק בהם עשר בתם עשרים ומעמידם בשערי ירושלים שנ׳ ושמתי כדכד שמשותיך ושעריך לאבני אקדח וגו׳ ליגלג עליו אותו תלמיד השתא כביעתא דצלצלתא לא משכחינן כולי האי משכחינן לימים הפליגה ספינתו בים חזא מלאכי השרת דקא מנסרי אבני׳ טובות ומרגליות שהם שלשים על שלשים חקק בתם עשר ברום עשרים אמר להו הני למאי אמרי ליה שעתיד הקב״ה להעמידן בשערי ירושלים אתא לקמיה דרבי יוחנן אמר ליה דרוש רבי ולך נאה לדרוש כאשר אמרת כן ראיתי אמר לו ריקא אלמלא לא ראית לא האמנת מלגלג על דברי חכמים אתה נתן עיניו בו ונעשה גל של עצמות: Cocceji versio erudita habet : *Cum R. Johannes aliquando doceret, fore, ut Deus exhibeat gemmas & uniones triginta cubita quaquaversum in qualibet superficie habentes, de quibus decem excidat altitudine viginti cubitorum, collocetq; in portis Hierosoly-*
Ef. LIV, 12. *morum* Q. D. Et disponam pyropo specularia tua, & portas tuas lapidibus carbunculi &c. *illum irrisit quidam discipulorum, inquiens : Nunc, cum non reperiantur quæ ovum turturis exæquent, tum tanta reperiri? Post aliquanto navi, in qua erat, in altum provecta, vidit angelos ministerii gemmas & margarita secantes. Rogavit, cui usui ista destinata essent? Responsum tulit, collocanda illa esse in portis Hierosolymorum. Redux, invenit R. Johannem docentem pro more : Cui ille : Expone, Præceptor, inquit : Nam id te decet. Ita, ut dixisti, vidi. Ad quem ille: Nebulo, inquit, nisi*

vidis-

vidisses, non credidisses? Tune sannis exciperes dicta Sapientum? Conjecit in illum oculos, atq; effecit, ut in cumulum ossium redigeretur. Credo, esse hunc eundem R. Jochananem, de quo jam grandævo, postquam in Bava Kama fol. 117. a. narratum fuit, R. Cahanam, nimia sua in disputando subtilitate, magnum ei negotium facessivisse, sequitur deinde: רבי יוחנן גברא סבא הוה ומסרחי גביניה אמר להו דלו לי עיני ואחזיה דלו ליה במחלתי דכספא חזא דפריטא שפוותיה סבר אחוכי קמחייך ביה חלשא דעתיה ונח נפשיה: *R. Jochanan admodum senex erat, habebatq; palpebras ob suam redundantiam deciduas: Quare, tollite mihi, inquit, palpebras, ut* (antagonistam) *videam. Has, cum fuscimula argentea elevassent, vidit ipse R. Cahana labia esse bifida. Tum existimante R. Jochanane illum sese ridere, & indigne id ferēte, mox R. Cahana fuit exanimatus.* Pertinent hæc, ad ea, quæ supra de vi fascini ex Menasse Ben Israel prolixe sunt allata, nec omnia penitus contemnenda esse, vel illud quod immortali Peireskio, adhuc infanti accidit, persuadet, sic enim de illo Cl. Gassendus in vita, pag. 5. *Vix erat bimestris, cum ferunt anum maleficā ingressam in cubiculum, projecisse coram matre securim, quam manu tenebat, ajebatq; se reddere; atq; ex eo tempore tum ademtam matri vocem, & ploratum infantulo; tum depressum utriq; caput in alterum humerum, ea rigiditate, ut flecti non posset. Addunt, patruum, re cognita, vapulare anum jussisse, quæ & ipsa detorto collo sub camino inventa est; ac illam, cum primum caput extulit, ut satis plagarum esse diceret, renunciasse id, quod fuit, matrem infantemq; valere.* Addit deinde Gassendus: *Res plane mira, si vetula, cum deflexerit ipsa caput, ea nervorum contentione evibrare spiritus possit, ut distantis caput perinde deflectat, & pari vehementia, qua suam, alterius linguam cohibeat: neq; seu caput relaxetur seu lingua solvatur, donec rigorem ipsa remittens, distentas, sed insensiles veluti chordulas, laxarit.* Sed & aliud recens, magisque dictum Rabbinorum confirmans exemplum, reperire est apud Maidalchinum testem oculatum de Natur. Mirabil. §. 15. pag. 170. Narrat enim, Calabrum hominem, in oppido Gulianensi, non paucos aspectu necasse viros, & canem etiam, cum iratus oculos in illum contorsisset, & paulisper obfirmasset: quod tamen non nisi cum occidendi animo inspiceret, contigerit. Addit, illum hominem Neapoli denique in carcerem conjectum esse, quod Episcopum Alarinensem eodem maleficii genere interemisse diceretur, atq; ibi periisse.

7. Eum antias in illis vidisse] Videsis Danielis Heinsii, Viri, quem Musæ, & triplex Charitas, valde amarunt, Exercitat. Sac. ad Nonnum, c. 4. Item, quæ notat perdoctus Coccejus ad Sanhedr. p. 182 nec de horum sensu admodum laborabis.

 8. At

8. At forsitan e semine eorum &c.] Ob frugi enim posteritatem quæ ex istis pueris prodire potuit, debebat iis parcere Elisæus, more supremi Numinis, de quo in Sohar ad Genes. XXVI, 1. הקב״ה אריך רוגזיה עם רשעיא בגין דיפוק מנהון גזעא טבא בעלמא: Id est: *Deus Benedictus differt iram suam adversus impios, ut ex ipsis germen bonum in hoc mundo proliciat.* Unde Juris Hebræorum constitutio est, ex Bava Batra cap. 8. אין מעבירין נחלה אפילו מברא בישא לברא טבא דלא ידעינן הי זרעא נפיק מיניהו: Id est: *Non cuiquam hominum* (sua adimenda) *& in alium transferenda est hereditas, atq; ne quidem a filio nequam transferenda est in filium probum, non enim constat, quale semen ex eo sit proditurũ.*

8. Nec in semine eorum per omnes futuras ætates] Non negant Magistri, potuisse pueros istos suscipere sobolem aliquam, sed, malorum corvorum, semper, omnibusque seculis, mala ova futura fuisse, asseverant. Aliter verba accepit Melchior Palantrotti, in Farragine Italica errorum Judaicorum pag. 83. etsi in cæteris satis mentem Magistrorum est assequutus. *I Rabbini si marauigliano, come vn huomo, come Eliseo per causa cosi leggera maledisse quei putti, pero dicono, che li maledisse, perche haueuano dispreggiato il nome di Dio, e così li guardò con occhio fiero, e morirono, questo è detto de Rabbini, che quando i Sauii guardano con occhio sdegnato, sempre partoriscono afflitione o morte. Altri dicono, che la causa fù, perche le madri loro s' erano fatte impregnare il giorno di Chippur, il che è prohibito in quel giorno. Altri dicono, che portauano vn fiocco di capelli alla turchesca, in mezzo la testa. Altri dicono, che non doueuano hauer successione, però li maledisse, che fussero leuati del mondo.*

9. Ad immittendos ursos opus fuisse] Nam, si nulla sylva adfuisset, tum pueri simul ac ursos e longinquo adventantes conspexissent, quæsivissent latebras, aut fuga sibi consuluissent. Ergo, ad occultandos ursos, omnino opus fuit sylva, ut ibi ex insidiis ad puerorum adventum attenderent. Nimirum, sic Judæis quoque persuasum est, quod vulgo Theologi nostri urgent: *Miracula præter necessitatem non esse multiplicanda.* Scilicet!

ה

ותבקענה מהם ארבעים ושני ילדים: אמר רבי יוסי ברבי חנינא בשביל מ״ב קרבנות ש

V.

(Legitur. 2. Reg. II, 24.) *Et discinderunt ex eis quadraginta duos pueros.* Ait R. Jose F. R. Ch. Propter XLII. Sacrificia, quæ obtulit

שהקריב בלק מלך מואב ט׳׳ו הובקעו מישראל מ׳׳ב ילדים: איני והאמר רב יהודה אמר רב לעולם יעסוק אדם בתורה ובמצות אף על פי שלא לשמה שמתוך שלא לשמה בא לו לשמה שבשכר מ׳׳ב קרבנות שהקריב בלק מלך מואב זכה ויצתה ממנו רות שיצא ממנה שלמה שכתיב ביה אלף עולות יעלה שלמה ואמר רבי יוסי בר חנינא רות בתו של עגלון בן בנו של בלק מלך מואב היתה: תאותו מיהא לו לקללה הואי: ויאמרו אנשי העיר אל אלישע הנה נא מו׳ מושב העיר טוב כאשר ארוני רואה והמים רעים והארץ מו׳ משכלת וכי מאחר דמים רעים והארץ משכלת מאי מושב טו׳ העיר טוב אמר ר׳ חנין חן מו׳ מקום על יושביו:

obtulit Balak, Rex Moabitarum, discerpti sunt XLII. pueri Israëlitici. Ain tu (*hoc illum reportasse pramium?*) At vero dixit R. Juda, nomine Raf. Æternum studeat homo Legi & bonis operibus, etiamsi minime eadem propter seipsa sectetur.: Nam, ex eo, quod alterius rei causa illa expetit, tandem ad id deveniet, propter seipsa, eadem ut expetat: Etenim, ob XLII. Sacrificia quæ obtulit Balak Rex Moabitarum, meruit, ut ex se prodiret Ruth, e qua[1] ortum traxit Salomo, de quo S. E. (1. Reg. III, 4.) *Mille holocausta obtulit Salomo.* Videlicet, testis R. Jose F. R. Ch. Ruth, filiam fuisse Eglonis,[2] nepotis Balak,[3] Regis Moabitarum. (*Respondeo,*) tamen desiderium ejus,[4] ad imprecandum tendisse. (Memoriæ proditum, 2. Reg. II, 19.) *Et dicebant homines illius civitatis Elisa, ecce habitatio hujus Civitatis bona esset, quemadmodum Dominus meus videt: Sed aquæ malæ sunt, & regio facit abortum.* Atqui,[5] si aquæ malæ erant, & Regio abortum faciebat, quæ illa habitationis in Civitate bonitas? Nempe ait R. Chanin, suam cuique, quam incolit, Civitatem esse carissimam.

ANNOTATA.

1. Ortum traxit Salomo] Supple post ista: *Quo nemo mortalium plures victimas Deo obtulit, &c.*

2. Nepotis] Secundum Talmudis lectionem, Eglon non nepos fuit Balaki, sed filius.

3. Regis Moabitarum] Iterum supple: *Ergo hoc præmium Balak, non prius, suis sacrificiis retulisse videtur.*

4. Ad imprecandum tendisse] Id est: Volebat ipse perdere Israëlitas, aut saltem eorum numerum imminuere, atque hoc fine obtulit sacrificia. Illud votum, nunc eventus consequutus est.

5. Si aquæ malæ erant &c.] Ingens loci vitium, si aquis salubribus careat, nec enim sine iis commode vivitur. Maimonides in Hilch. Deot c. 4. §. 23. paucis verbis complectitur omnia, quibus instructam civitatem esse debere opinatus est, ut commodam præbeat habitationem; כל עיר שאין בה י׳ דברים האלו אין תלמיד חכם רשאי לדור בתוכה ואלו הן רופא ואומן ובית המרחץ ובית הכסא ומים מצויין כגון נהר ומעיין ובית הכנסת ומלמד תינוקת ולבלר וגבאי צדקה ובית דין מכים וחובשים: Id est: *Nefas est viro Sapienti, commorari in urbe, quæ aliqua, e rebus sequentibus decem, destituitur. Sunt vero: Medicus; Opifices; Balneum; Cloaca; Aquæ perennes, veluti fluvius, aut fons; Synagoga; Pædagogus; Scriba; Eleemosynarum collector; Deniq. Magistratus, habens potestatem animadvertendi in reos.* Hoc demiror, cur nihil de soli circumjacentis fertilitate, aut de æqua venditione earum rerum, quibus ad vitam tolerandam opus est, addiderit: Imprimis, cum nosset, diserte legi in Erubin fol. 55. b. כל עיר שאין בה ירק אין ת״ח רשאי לדור בה: Id est: *In quacunq. civitate nulla sunt olera, hanc Discipulo Sapientum incolere non licet.*

ו VI.

אמר רבי חנינא ג׳ חנות הן חן מקום על יושביו וחן אשת על בעלה : וחן מקח על

Docet R. Chanina, tria esse carissima. Nimirum [1] Civitatem ab Incolis, [2] Uxorem a marito, & rem emtam [3] ab emtore

מקחו : תנו רבנן ג׳ חלאים
חלה אלישע אחד על שגירה
דובי׳ בתינוקות ואחד שדחפו
לגיחזי בשתי ידיו ואחת שמת
בו שנ ואלישע חלה את ע
חליו אשר ימות בו:

emtore diligi. * Magistris ita tradentibus, ter ex morbo laboravit Elisa. Semel quia Ursos in pueros concitaverat; deinde, quia utraque manu (*ministrum*) Gehasi abs se repulit: Denique, cum fato fungeretur. Q. S. E. † *Et Elisa ægrotavit morbo suo, quo mortuus est.*

ANNOTATA.

1. Civitatem ab incolis] Sic se res habet omnino: Nemo non arcano quodam vinculo patriæ suæ obstringitur, & ut quisque vir est, pro ea mori, nihil ambigit. *Est enim*, uti eleganter ait Lipsius 1. de Constant. c. 10. *quadam vis laciendi, & attrahendi in natali illo solo, quod primum corpore isto pressimus, pedibus institimus: cujus aërem hausimus: in quo infantia nostra vagiit, pueritia lusit, juventus exercita & educata est. Ubi familiare oculis cælum, flumina, agri.* Eadem, ante ipsum Poëtæ mens, cujus noti versus sunt:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sint esse sui.

Nobilissimus, & literis elegantioribus, usu, ac peregrinatione cultissimus Vir, JOHANNES CRAMPRICH A KRONENFELD SS. Mauritii, & Lazari Eques, Regis Daniæ quondam apud Cæsarem, nunc Cæsaris, apud Fœderati Belgii Ordines, Legatus Residens, Fautor noster e primis, & cum quo per annos complures, suaviter una simul fuimus, sæpe narrare nobis solebat, Fridericum III. Daniæ Regem, Pium, Sapientem, quosdam agrestes, qui ex Islandia usque Hafniam advecti erant, molliter curare jussisse, ita ut nihil earum rerum, quas nos votis expetere solemus, iis deesset. Verum illi, nec Aulæ splendore, nec urbis elegantia, nec cibi, lectorumque deliciis, vel tantillum capiebantur, nihil nisi haras & cubilia sua animo & cogitatione volventes; quæ ut repeterent, nimium lætis tandem fuit concessum.

2. Uxorem a marito] Nam, sæpe & qui deformes duxerunt, eas egregie caras habere solent, haud ipsas, si daretur optio, cum formosissimis commutaturi.

3. Ab

3. Ab emtore diligi] Ratio flagitabat, ut istis tribus quartum quoque adderetur, Ars nimirum, vel Opificium. Quod si enim quid aliud, certe cuiq; sua placet ars, quam didicit. Veritatem asserti, etsi non hoc loco, tamen in Berachot fol. 43. b. his verbis Rabbini agnoscunt: כל אחד ואחד יפה לו הקב״ה אומנותו: Id est: *Nemini non Deus suum opificium reddit gratissimum.* R. Salomo, in Glossa, ad rem confirmandam, addidit: ואפילו בורסקי נאה בעיניו ועשה הקב״ה כן כדי שלא יחסר אומנותו מן העולם: Id est: *Nam etiam cerdoni sua videtur ars pulcherrima. Atq; hoc facit Deus, ne quod opificium inter mortales pereat.*

4. Magistris ita tradentibus &c.] Offendes dictum hoc integrum, etiam in Bava Mezia fol. 87. a. & in Sanhedr. p. 416. edit. Cocc.

5. Elisa ægrotavit morbo suo, quo mortuus est] Ex verbo *ægrotavit*, primam, ex voce *morbo*, alteram, denique ex istis, *quo mortuus est*, tertiam ægritudinem, pro summa sua sagacitate Magistri colligunt.

ז

תנו רבנן לעולם תהא שמאל דוחה וימין מקרבת לא כאלישע שדחפו לגיחזי בשתי ידיו ולא כיהושע בן פרחיה שדחה לאיש ההוא בב׳ ידים: אלישע מה היא דכתיב ויאמר נעמן הואל קח ככרים וגומר וכתיב ויאמר אליו לא לבי הלך כאשר הפך איש מעל מרכבתו לקראתך העת לקחת את הכסף ולקחת בגדים וזתים וכרמים וצאן ובקר ועבדים ושפחות ומי

VII.

[1] PRæcipiunt Magistri, ut semper Sinistra repellat, Dextra vero arcessat; nec imitandũ esse Elisam, qui abs se repulit Gehasiũ ambabus manibus, nec Josuam Perachiæ filium, qui eodem modo, [2] Virum illum, (*non nominandum nobis,*) abegit. Quid istud de Elisæo est? Scriptum (2. Reg. V, 23.) *Et dixit Naaman, acquiesce, cape duo talenta.* &c. Et subjungitur (v. 26.) *Dixit vero ei, non abierat animus meus, cum converteret se vir a curru suo, obviam tibi; num tempus est accipiendi argentum, aut accipiendi vestes, aut oleas, aut vineas, aut gre-*

שקל כולי האי כסף ובגדי
הוא דשקיל א"ר יצחק באותה
שעה היה אלישע עוסק בש
בשמונה שרצי' בא ועמד לפניו
אל"ל רשע הגיעה עת שאתה
מבקש ליטול שכר שמנה ש
שרצים וצרעת נעמן תדבק בך
ובזרעך עד עולם ויצא מלפניו
מצורע כשלג: וד' אנשים היו
מצורעים א"ר יוחנן זה גיחזי
ושלש בניו ויבא אלישע דמ
דמשק למה הלך א"ר יוחנן
שהלך להחזירו לגיחזי בתשובה
אל"ל חזור בך אל"ל מקובלני ם
ממך כל החוטא ומחטיא את
הרבי' אין מספיקין בידו לעשו'
תשובה מאי עבד איכא
דאמרי אבן שואבת תלה לו
לחטא' ירבעם בן נבט והעמיד
בין הארץ ובין השמים ואיכא
דאמרי שם חקק לה על
שפתה והיתה אומרת אנכי
ולא יהיה לך וא"ר רבנן מנע
מקמי אלישע דכתיב ויאמרו
בני הנביאי אל אלישע הנה

aut greges, aut armenta, aut servos, aut ancillas? Atqui, [3] num isthæc omnia accepit? Utique [4] argentum & vestes tantum accepit. Scilicet, ait R. Isaac, tum temporis discebat Elisa [5] *(caput Talmudicum, quod incipit:)* Octo species reptilium. Venit igitur Gehasi, & illi adstitit. Tum Elisa ad eum: Sceleste, inquit, adest tempus, quo [6] desideras mercedem referre, Octo specierum reptiliũ. (Legimus ibidem v. 27.) *Et lepra Naamanis adhærebit tibi, & semini tuo, in Seculum. Sic egressus est a conspectu ejus, affectus lepra, sicut nix.* (Scriptum vero quoq; 2. Reg. VII, 3.) *Erant autem quatuor homines leprosi.* R. Jochanan autor est, fuisse illos τὸν Gehasi, ejusque tres filios. (Dicitur c. VIII, 7.) *Et venit Elisa in Damascum.* Quare eò se contulit? Nempe, perhibente R. Jochanane, ivit, ut reduceret Gehasium per pœnitentiam [7] *(ad frugem:)* Ideo dixit ei: Redi ad temet. Verum respondit is: A te ego didici: [8] Quisquis peccat, aliosque multos ad peccandum inducit, ei non conceditur facultas agendi pœnitentiam. Quid igitur commisit? Sunt qui dicant, [9] eum lapidem tractorium suspendisse

נא המקום אשר אנחנו ישבים
שם לפניך צר ממנו מכלל דגר
האידנא לא הוו דחיק יהושע
בן פרחיה מאי היא כד הוה
קטלינהו ינאי מלכא לרבנן
שמעון בן שטח אטמרתיה
אחתיה יהושע בן פרחי ערק
ואזל לאלכסנדריא של מצרים
כי הוה שלמא שלח ליה שמעון
בן שטח מני ירושלם עיר
הקדש לך אלכסנדריא של
מצרים אחותי בעלי שרוי
בתכוך ואני אשב שוממה
אמר שמ״ הורה ליה שלמא
תניא ר״ש בן אלעזר אומר
יצר תינוק ואשה תהא שמאל
דוחה וימין מקרבת:

super terriculum Jeroboami filii Nebat, atque sic [10] effecisse, ut inter terram & æthera suspenderetur. Non desunt tamen, qui dicant, eum [11] Nomen (*mysticum*,) labiis illius insculpsisse: atque tum istud (*terriculum*) enunciare cœpisse: *Ego* (sum Dominus Deus tuus.) Et: *Non sunto tibi*, (Dii alieni coram me.) Alii volunt, ipsum prohibuisse Magistros, [12] accessu ad Elisam. Scriptum enim: (cap. VI, 1.) *Dixerunt autem filii Prophetarum Elisæo: Ecce jam hic locus ubi nos considemus coram te, angustior nobis est.* Consequitur ergo, [13] illum ad id usque tempus [14] non fuisse angustum. Quid istud de Josua filio Perachiæ? Cum trucidasset Rex Janai Magistros, occultavit R. Simeonem filium Schetach, Soror illius: Josua vero Perachiæ filius aufugit, Alexandriamque in Ægypto petiit. Cæterum tranquillitate restituta, in hæc verba Simeon F. Sch. (*Josuæ Perachiæ F.*) rescripsit: Hierosolymæ civitas Sancta, tibi Alexandriæ Ægypti, (*Salvere.*) Soror mea & maritus meus in medio tui degunt, atque ego desolata sedebo? Tum is, hinc, inquit, [15] colligo, tranquillitatem redditam esse. Traditio R. Simeonis F. E. nomine circumfertur: [16] Cupiditatem, rei Venereæ, [17] Infantem, [18] & Fœminam, sinistra abigendos, dextra vero arcessendos esse.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Præcipiunt Magiſtri &c.] Multa hujus Pericopes, aliis quibusdam immixtis, repetuntur in Sanhedrin pag. 415. Cocc. edit. Debebant repeti omnia, verum Coccejus mutilo En Jacob Cracovienſi uſus eſt, in quo quædam reſecare Judæos metus juſſit. Hinc illa Lacuna. Quædam quoque abſunt a Gerſonis Chelek, quia huic caſtratum Talmud Baſileenſe ad manus fuit.

2. Virum illum] Quis hic innuatur, in progreſſu videbimus. Interim nota, pro איש ההוא quod ſic eſt in Codicibus En Jacob Pragenſis Editionis, Gemaram Amſtelodamenſem, in Sota noſtra legere להנוצרי Sed alibi, legere לישו nempe in Sanhedrin fol. 107. b.

3. Num iſthæc omnia accepit] Octo enim diverſa genera munerum Scriptura enumerat.

4. Argentum & veſtes tantum accepit] Cum ſic legatur 2. Reg. V, 23. *Dixit Nahaman, acquieſce cape duo talenta: Inſtitiq; apud eum, ut ligaret duo talenta argenti, in duobus loculis, & duas mutandas veſtes, quæ tradidit duobus pueris ſuis, ut ferrent ante illum.*

5. Caput Talmudicum &c.] Eſt in Maſſechet Schabbat decimum quartum numero.

6. Deſideras mercedem referre &c.] Id eſt: Tu ob illud Caput quod didiciſti, jam mercedem tuam in hoc orbe ſcias te accepiſſe. Amſtelodamenſis Gemaræ editio, uti paulo ante בא ועמד לפניו ita nunc verba שאתה מבקש omiſit.

7. Per pœnitentiam ad frugem.] Poſt בתשובה addit Gemara Amſtelod. ולא חזר quod ſi non vitioſum, certe inutile eſt, nam ſine eo, oratio magis cohæret.

8. Quisquis peccat &c.] Idem dictum inculcant Magiſtri in Joma fol. 87. a. ita, ut rationem ejus ſimul allegent, illa in eo conſiſtit: שלא יהא בג"ע ותלמידיו בגיהנם שנאמר אדם עשוק בדם נפש עד בור ינוס אל יתמכו בו Id eſt: *Ne iſte* (ſeductor pœnitens,) *in paradiſo agat, discipuliq; ejus in gehenna crucientur. Quo ſenſu dicitur* (Prov. XXIIX, 17.) Homo oppreſſus propter ſanguinem hominis, ad foveam usque fugiet, nemo ſuſtentabit eum. Sic igitur conſtat veritas

ritas illi in Rosch Hasschana sol. 17. a. שחטאו ושהחטיאו את הרבים כגון ירבעם בן נבט וחביריו יורדין לגיהנם ונידונין בה לדורי דורות: Id est: *Qui peccant, & Jeroboami filii Nebat, sociorumq; ejus instar, complures ad peccandum inducunt, ad inferos detruduntur, ibiq; æternis torquentur suppliciis.* Cæterum, non solis tantum seductoribus, omnis veniæ præclusa spes est, sed sunt alii quoq; quos Autore Baal Chasidim, Num. XIX. in eundem censum revocare oportet. יש דברים שהם עון גדול והעושה אחד מהן אין הקב״ה מספיקו לעשות תשובה לפי גודל חטאו אלו הן המחטיא את הרבים ובכלל עון המעכב את הרבים מלעשות מצוה המדריך את חבירו מדרך טובה לדרך רעה כמו מסית ומדיח הרואה בנו בתרבות רעה ואינו מוחה בידו ובנו ברשותו ואילו היה מוחה בידו היה פורש נמצא מחטיאו ובכלל עון זה כל שיש בידו למחות באחרים בין רבים בין יחידי ולא מיחה אלא הניח בידו בכשלונו והאומר אחטא ואשוב אחטא ויום הכפורים מכפר: Id est: *Sunt quædam malefacta, quæ flagitium ingens continent, quorum si quis quod patret, et Deus ob sceleris istius magnitudinem, ut pœnitentiam agat, non concedit. Puta: Si quis plures ad peccandum inducat: quo pertinet quoq; is, qui aliquammultos bonum opus peragere impedit. Item, si quis socium a via recta ad viam pravam seducat, malum suasorem aut impulsorem se præstando. Item, si quis videat filium vitiis se tradere, nec id prohibeat, habens eum in potestate, suisq; monitis ipsum a luxuria ad virtutem revocare valens, quippe filio peccandi autor videtur. Huc referendi omnes, qui alios sive multos, sive singulos, a peccando abstrahere possunt, nec id faciunt, sed illos impingere patiuntur. Haud quoq; veniæ locus conceditur ei, qui præfracte peccat, addens, jam expiaturam hoc crimen pœnitentiam, aut expiaturum id solemne jejunium.*

9. Eum lapidem tractorium suspendisse &c.] Nisi me fallunt omnia, cum in contextu nostro præcedat מאי עבר *Quid fecit?* ideo verbum תלה quod sequitur, τὸν Gehasi respicit, & ita vertendus locus est, prout expressimus. Buxtorfius tamen in Lex. Talm. pag. 15. aliter transtulit תלה ad ipsum idolum referens, quando אבן שואבת תלה לחטאת ירבעם והעמידה בין שמים לארץ ipse reddidit: *Lapis attrahens suspendit peccatū Jeroboami, constituitq; ipsum inter cælum & terram.* Nempe, content₉, sæpe fuit Vir Doctus, (quod tamē citra ejus contumeliā dico,) testimonia, prout in Aruch extant, convertere, nec contextum Gemaræ adhibuit in consilium, quod hoc sane loco fecisse deprehenditur. Interim si cogitasset תלה masculinum verbum esse, facile agnovisset illud

cum

cum fœmininæ notionis אבן שואבת non congruere. Sed, sic labimur, in ejusmodi minutiis frequenter omnes, nec solus Buxtorfius, circa hunc locum humani quid passus est. Nam, & Athanasius Kircherus, rerum variarum scientia celebratissimus Societatis Jesu presbyter, cum lib. 1. cap. 5. de Arte Magnet. hoc Magistrorum commentum tractaret, non in solo תלה sed pluries impegit, ita, ut lucubranti plane somnum obrepsisse credam, cum scriberet: *In Thalmudicis Tract. Senedrin cap. 3. dicitur, Jeroboamum vitulis aureis Magnete suspensis in aëre, hoc inusitato spectaculo homines ad idololatriam excitasse.* אבן שואבת תלה לה לחטאת ירבעם Lapis Magnes, suspensum in eo peccatum Jeroboam. *Et in Gemarah c Aegel* אבן ששואבת הברזל ומשכתו אצלה שם לנגדו של עגל ירבעם ושאב את עגל והעמידו באויר: *Lapis qui trahit ferrum, appositus e regione vituli Jeroboam, traxit Vitulum, eumq; suspendit in aëre.* Nescio enim, cur in istis inter tractatum *Sanhedrin* & deinde *Gemaram c. Aegel* fiat oppositio, nam ista fabula etiam in Sanhedrin, haud alibi quam in Gemara legitur. Quin adeo, in libro 2. part. 4. probl. 9. ejusdem operis, Kircherus sui immemor, Tractatum Sanhedrin, & caput (uti nunc scribit) Hegel conjungit, inquiens: *Jeroboamum quoq; vitulos aureos Magnete in aëre ad deceptionem hominum suspendisse, Thalmud Hebræorum tract. Sanedrin c. hegel docet; cujus in primo libro mentionem fecimus.* Porro, in superioribus, pro undecimo capite Sanhedrin, male allegatur tertium: Nec est profecto in universo opere Talmudico, caput ullum sive *Aegel*, sive *Hegel*. *Egla Arufa* dicendum erat, si præsens Sotæ caput, *Chelek*, si undecimum ex Sanhedrin, Kircherus indicare voluit. Sed vero, in neutro istorum, verba quæ adducuntur, non tantum non comparent, sed nec extant alibi, in tota quanta quanta est Gemara. Scilicet, sunt ea omnino, ipsissima verba τοῦ Baal Aruch, apud quem reperiuntur, fol. 3. col. 1. in med. Denique, non de Jeroboamo ipso, sed de Gehasi, Talmudistæ, suam narrant fabulam,

10. Effecisse ut inter terram & æthera &c.] Et veteribus fuit persuasum, & vulgo quoque apud nos creditum est, fieri posse, ut Magnetis vi, statuæ, aut alia ejus generis, in medio aëre suspensa teneantur. Balthasaris Bonifacii in Histor. Ludic. l. 13. cap. 16. verba sunt: *Ferri trahax Magnes, edocuit Ægypti Reges, ut fallaci miraculo rude vulgus eluderent. Nam Ptolemæo Philadelpho gratificaturus Dinocrates, architectus Alexandrinus, Arsinoës templum Magnete concameravit, ut in eo simulachrum ejus e ferro pendere videretur. Similiq; impostura usus postea Mahometes, Agarenorum pseudopropheta, eodem lapide fornicem delubri construxit, cadaverq; suũ ferreo sepulchro inclusum, mandavit illic collocari, quod suapte sponte in sublime elevatum, nulloq; adminiculo suffultum*

tum stolidis hominibus miraculo est. Quod de Dinocrate refert, est apud Plin. l. 34. Hist. Nat. cap. 14, quanquam, non *concameravit*, apud eum legitur, sed *concamerare inchoaverat*, itaque certum est, etsi cœptum id opus ab artifice, non tamen fuisse perfectum, nam & sequitur apud Plinium: *Intercessit mors & ipsius* (Dinocratis,) *& Ptolemaei, qui id Sorori suae jusserat fieri.* Illud, de Mahometis Sepulchro, in ore est omni populo, & proditum quoque Laonico Chalcondyla autore, qui scripserat: *Sepulchrum ejus compertum habeo exstructum esse ex lapidibus pretiosissimis, & sublime pendere in medio templo.* Enim vero, etsi constans hæc fama, falsa tamen est, nec Mahometis sepulchrum, in Medina Talnabi (nam ibi non Mecchæ ceu vulgo creditum, visitur,) in aëre aut est suspensum, aut unquam Turcæ rem ita se habere, crediderunt. Ad liberandos nos errore communi, operæ pretium est adscribere relationem, qua in Itinerario Orientali part. 2. c. 21. omnem formā sepulchri Mahometis, oculis quasi contemplandam, accurate proponit, Nobilissimus Tevenotius, carum nobis nomen, ob Illustrem Virum, Patruum ejus, qui Christianissimi Galliarum Regis, apud Genuenses Legatione quondam functus est, nunc vero Lutetiæ, Naturalis Philosophiæ, ac Geographiæ studia, incredibili diligentia, sumtibus maximis, in generis humani salutem, feliciter promovet, quiq; favore & humanitate qua nos præsentes complexus est, æternā apud nos inivit gratiam. *Medine est grande comme la moitié de la Mecque, mais elle à vn fauxbourg qui est aussi grand que la ville. Environ vers le milieu de la dite ville il y à vne Mosquée, dans vn coin de laquelle est le Sepulchre de Mahomet, couuert de la mesme façon, que celuy des Empereurs Turcs a Constantinople. Ce sepulchre est dans vne tourette, ou bastiment rond, couuert d' vn dosme, que les Turcs appellent Turbé. Ce bastiment est tout ouuert depuis le milieu iusques au dosme, & tout a l' entour il y a vne petite gallerie, dont la muraille de dehors est percée de plusieurs fenestres qui ont des grilles d' argent; & celle de dedans, qui est celle de la tourette, est parée d' vn grand nombre de pieres precieuses, a l' endroit ou répond la teste de Sepulchre. Il y a aussi des richisses, d' vne valeur inestimable, envoyées là par les Roys Mahometans, depuis tant de siecles, qui sont attachées dans cette gallerie, tout autour de ladite tourette; entr' autres il y a au susdit lieu où répond la teste du sepulchre vn grand diamant, long comme la moitié du doigt index, & large de deux doigts, au dessus duquel se void le diamant, que Sultan Osman fils de Sultan Ahmed y envoyá, & qui est pareil a celuy que portent au doigt les Empereurs Othomans. Ces deux diamants n' estoient autres-fois qu' vn, que ledit Sultan Osman fit scier par le milieu: Plus bas il y a vne demie l' vne d' or, ou sont enchassés des diamants d' vn tres grand prix. Les Pelerins ne voyent point le sepulchre de Mahomet, d' autant que cette tourette ou bastiment où il est enfermé n' á point de fene-*

fenestres, estant seulement ouuert par le haut, comme il a esté dit cy-dessus, mais ceux, qui resident quelque temps a Medine, le voyent, ayant le loisir, d'entrer dans la tourette ou Turbé, lors qu'il n'y a point de confusion d'estrangers, c'est a dire trois ou quatre mois apres le despart desdits pellerins, qui ne voyent que ladite gallerie, & les richesses qui sont dedans, par les fenestres & grilles d'argent, dont nous auons parlé. Ceux doncques qui entrent dans ledit Turbe, voyent que le Sepulchre n'est point suspendu en l'air, comme plusieurs ont escrit faussement; & qui plus est, ne l'á iamais esté, mais il est à platte terre, releué & couuert comme celuy des Empereurs & Bachats Turcs, Tout autour du dit Turbé, il y a vne tapisserie d'estoffe de soye rouge & blanche, comme de Damas, qui couure toute la muraille par dehors, excepté a l'endroit où sont les gros diamants, dont il a esté fait mention, car là elle est retroussée de deux costez, pour ne pas couurir lesdits diamants. Tout autour de cette tapisserie sont escrites en lettres d'or, les paroles susdites: La Illah Illallah, Mouhammed resoul Allah. *Cette couuerture ou tapisserie, est renouuellée de sept en sept ans, par les Empereurs Othomans; si ce n'est qu'il y ait vn Empereur nouueau, deuant que les sept ans soient accomplis; car en ce cas ledit Empereur la renouuelle aussi-tost qu'il est éleué a l'Empire. La porte par où l'on entre par ladite gallerie est d'argent, aussi bien que celle, par où l'on entre de la gallerie dans le Turbé.* Ergo, nec in Dinocratis specimine, nec in Muhammedis sarcophago, quicquam præsidii est, ad confirmandam receptam opinionem, quod quædam res, Magnetis hinc & hinc trahentis virtute, in aëre possint suspensæ teneri. Profert quidem Kircherus l. 2. art. Magnet. part. 4. problem. 9. alia insuper exempla, quæ sententiæ receptæ favent, uti quod Ruffinus l. 2. hist. Eccles. c. 23. & Isidorus lib. orig. 16. c. 24. narrant, Alexandriæ in Serapidis fano, quadrigam ferream, in aëre suspensam, cunctis stuporem attulisse, ac veluti divinum prodigium ab omnibus habitum fuisse. Hoc vero, cum quidam Dei servus intellexisset, Magnetem statim a fornice subtrahi curasse, ac protinus omne id ostentum cadens, confractum comminutumque ostendisse, divinum non esse, quod mortalis homo firmaverat. Item, quod Beda tom. 3. de natur. rer. lib. de 7. mundi mirac. asserit: Equum Bellerophontis ferreum, inter duos Magnetes eo artificio fuisse libratum, ut in medio aëre, sine fulcro pendulus, expansisque alis, quasi volitans videretur. Sed, & his testimoniis, Kircherus deinde fidem derogat, concluditque tandem, nihil horum, nec factum unquam fuisse, nec fieri adeo posse. Argumentis ad hanc causam tuendam, utitur non contemnendis, urgens principio, illam ferri tam exactam, & ad punctum, inter duos pluresve magnetes librationem, qui tantopere parilis virtutis sint, ut ne hilum alter alterum excellat, sed unus tantum sursum trahat, quantum alter deorsum, es-

sum, esse omnino impossibilem. Quod si tamen casu id fiat, ejusmodi æquilibramentum non posse consistere nisi per momentum temporis, quavis minima aëris commotione, ferrum e statu æqualitatis disturbatum, vel sursum vel deorsum cedere cogente. Tum vero serio nobis affirmat, nihil se intentatum reliquisse, ut unam solam aciculam inter duos magnetes suspenderet, sed semper in vanum se laborasse, & nulla spe operis perficiendi. Atque his quidem, Vir multiscius, nobis plane mentem suam persuadet, facitque, ne multum tribuamus, illis de quadriga in Serapidis templo, aut Bellerophontis equo sic in aëre sine ligamine pendentibus, historiis. Omnium vero minime Talmudistas moramur, quippe, qui & prius nos docere debebant, ecquis ille lapis sit, qui aurum attrahit, nam hoc metallum, Vitulis Jeroboami materiem præbuisse, non audebunt utique negare, adversus clarum Scripturæ 1. Reg. XII. 28. testimonium. Nimirum, illa de Gehasi, tam vera est fabula, quam quod in Sanhedrin p. 331. edit. Cocc. nugantur: אמר אבישי שם אוקמיה לדוד בין שמיא לארעא; *Abisai, pronunciato Nomine fecit, ut David cælum inter & terram teneretur.* Aut, quod alius inter Judæos homo hominum perditissimus, in nefando libro Toldos Jeschu, qui MS. conditur, de Servatore nostro sacrilege blasphemavit, ut hac S. Augustini voce uti mihi liceat. Nihil acturus sum contra officium pietatis, quam illibatam Deo meo semper ut præstem, ipsus me adjuvet, si locum afferam. Expedit Christianis, nosse Judæorum errores, mendacia, amentiam: unde & Theologorum nostrornm apex, religioni sibi non duxit, etiam in vernacula, maximam partem probrorũ, qnæ in Divinam Majestatem libellus, quem nominavi famosus, jacit, Operibus suis inserere.

ויאמר ישו הלא עלי ניבא ישעיה ודוד זקיני יי' אמר אלי בני אתה היום ילידתיך וגו' ועוד פסוק אחר אמר נאם יי' לאדוני שב לימיני ועתה אעלה אל אבי שבשמים ואשב לימינו ועיניכם רואות ואתה יהודא אל תבא שמה ויפרוש ישו את שם הגדול ויבא הרוח ויוליכנו בין שמים וארץ ויפרש יהודא גם כן את השם ויבא הרוח ויולך אותו גם כן בין שמים וארץ והיו פורחים באויר העולם ויתמהו כל הרואים מאד ויבא יהודא ויזכור את השם ויתפוש את ישו להשליכו לארץ וישו זכר גם כן את השם ובקש להשליך את יהודא לארץ והיו נאבקים זה עם זה וכראות יהודא שלא יכול לקלקל את מעשיו של ישו השתין על ישו ויטמאו שניהם ונפלו לארץ ולא יכלו עוד להשתמש בשם המפורש כי נטמאו עד שיטבלו: Id est: *Et dixit Jesus; Annon de me vaticinati sunt Esaias, & David, proavi mei?* (atque norum postremi verba sunt:) Dominus dixit mihi, tu es filius meus hodie genui te, &c. *Item alio loco*

loco: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam. *Nunc vero ascendam ad Patrem meum, qui in cœlo degit, sessurus ad ejus dextram, quod oculis vestris videbitis, tu vero Juda,* (qui mihi hactenus, miracula æmulando, semper adversatus es,) *haudquaquam illò pertinges. Sic igitur pronunciavit Jesus Dei nomen ἀνεκφώνητον, nec mora adfuit ventus, qui eum inter cœlum & terram stitit. Enunciavit idem quoq; nomen Judas, atq; similiter a vento medius inter cœlum & terram constitutus est. Hac ratione uterq; in aëre circumvolitabat, omnibus, qui hæc intuebantur, stupentibus. Cæterum Judas, iterum prolato divino nomine, Jesum prehendit, ut illum in terram deturbaret, verum Jesus idem faciens, Judam præcipitem dare satagebat, atq; sic invicem colluctabantur. Cum vero videret Judas, non posse se infirmare opera Jesu, aqua impura illum conspurcavit, atq; sic ambo immundi redditi, in terram ceciderunt nec prius quam sese lustrassent, Divino nomine amplius uti poterant.* Utrum majore odio, an misericordia Judæi digni sint, qui talibus ab ipso Dæmone confictis mendaciis fidem adhibent, equidem incertus sum.

11. Eum nomen mysticum &c.] Non recte accepit locum hunc Melchior Palontrotti, in farragine errorum Judaicorum p. 84. existimans de Jeroboamo sermonem esse, deque eo affirmari, quod verba, *Ego sum Dominus Deus tuus* :&: *Non habebis Deos alienos coram me*, juxta cum Divino Nomine, in vitulorum suorum ora indiderit. *Alcuni dicono, che Jeroboam haueua posto nella bocca de i vitelli in Dan, e Bethel, il nome di Dio, colle parole: Jo sono il Signore Dio tuo, non haurai altri Dei auanti di me.*

12. Accessu ad Elisam] Cum enim Gehasi, Elisæ famulus esset, igitur hunc, sine illius venia, nemo accedere poterat.

13. Illum ad id usque tempus &c.] Multas, in re nihili variantes lectiones, quas notare licebat, data opera, uti fert consuetudo nostra, missas fecimus, sed tamen hic loci, pro מכלל דמציקרא לא הוו quod in Codicibus En Jacob est, maluimus ex Talmude edere מכלל דעד האידנא לא הוה דחיק Etsi profecto, etiam prior lectio tolerari poterat.

14. Non fuisse angustum] Ob paucitatem Discipulorum, quibus permittebat Gehasi, ut Elisam accederent.

15. Collige tranquillitatem redditam esse.] Post verba, quæ his respondent, Hebraica, in En Jacob Pragensis Editionis, videas subjici : וכו׳ ועיין שם בגמרא Id est : *Et reliqua : Consule porro Gemaram.* Nimirum, sequitur porro historia, de quodam Jesu, Josuæ Pe-

rachidæ Discipulo, quam Judæi qui illi editioni præfuerunt, non ausi sunt exprimere. Ne tamen res notatu, ut videbatur, oppido digna, vulgo ignoraretur, & ut aliqua nihilo minus ratione, mala mens, malus animus sese exsereret, hinc illa nota fuit apposita. Ergo, tria nobis agenda sunt: Principio, ex Gemara Amstelodamensi, quæ tam hic, quam in Sanhedrin integra est, & propemodum plane iisdem, utrobique verbis utitur, Codicum En Jacob supplere oportet defectum. Deinde, dispiciendum de verborum sententia; & denique, in eo laborandum, quis ille sit, de quo loquantur. Postrema duo non carent difficultate, primum nullo negotio præstabimus. Sic habet locus in Sota: כי אתא איקלא להההוא אושפיזא קם קמייהו ביקרא שפיר עבדי ליה יקרא טובא יתיב וקא משתבח כמה נאה אכסניא זו אמר ליה רבי עיניה טרוטות א״ל רשע בכך אתה עוסק אפיק ארבע מאות שיפורי ושמתיה כל יומא אתא לקמיה ולא קבליה יומא חד הוה קרי קרית שמע אתא לקמיה הוה ברעתיה לקבוליה אחוי ליה בידיה סבר מירחא דחי ליה אזל זקף לבינתא פלחא אמר ליה חזור בך אמר ליה כך מקובלני ממך כל החוטא ומחטיא את הרבים אין מספיקין בידו לעשות תשובה דאמר מר בישף והסית והדיח והחטיא את ישראל: Atque nunc demum, succedit illud, quod Pericopen nostram claudit, R. Simeonis Eleasaris filii apophthegma. Quod ad sensum istius narrationis attinet, observo, tres ejus hactenus prodiisse explicationes, non ad amussim concordantes, etiam in iis, quæ maxime ad causam rei pertinent, leviores enim circumstantias, non curamus admodum. Una Galatini est, in lib. de arcan. Cathol. verit. pag. 25. quam, quia sic ratio flagitat, adducimus etiam cum iis, quæ illi præmittuntur. Sic habet: *Ad secundum vero dico, concedendum utiq; esse, mala atq; turpia in Talmud de Jesu Nazareno dici. Non tamen ea de Jesu nostro Salvatore, sed de alio quodam referri. Nam, ut Talmudistæ narrant historiam cap.* חלק *Helek, stante templo secundo, regnante Hyrcano Machabæo, Simonis Machabæi filio, quidam* Rabbi Jehosuas filius Perachiæ, eo itinere, quo ex Alexandria Hierusalem repetebat, hospitium una cum discipulis ingressus, domumque intuens, quam pulchra est, inquit. Quidam autem ex ejus discipulis, Jesus nomine, qui & Nazarenus erat, credens verbum illud de hospitis uxore Præceptorem suum procu-

protulisse, respondens ait: Vere pulchra est, ni oculos profundos haberet. Rabbi ergo rapida in eum ira accensus, Impie, inquit, de hujusmodine tam nefario facinore cogitas? Quo dicto, illico eum a suo suorumq; consortio anathemate dejecit. Quare Jesus ipse se hujuscemodi contemtu atque opprobrio affectum conspiciens, lapidem erexit, ipsumque pronus adoravit, ac plurimos idiotarum ad ipsius idoli cultum adduxit. Qui & magus erat, & tandem sua ob scelera suspensus fuit. Altera interpretatio est Cl. Seldeni, l. 4. de jur. nat. & Gent. juxta discipl. Ebr. cap. 9. quam & ipsam non sine præfatione, imo & epilogo, (cujus instituti causa, deinde patebit) adscribimus. *Sed vero*, inquit, *habetur in corpore Talmudico narratiuncula, de ipso Jesu Christo excommunicato, Alexandria Ægypti, ab Josua Ben Perachia Synedrii magni Principe, qui illuc ut comes, cum eo (sic illi) fugerat, ab Jannai tyrannide. Quasi vero Jannæus (sive Alexandrum cognominem, sive Johannem Hyrcanum, ut nonnulli, intelligas,) Christo esset coævus, qui centum seu plurimis ante annis Rex & Pontifex Judæorum ad plures abierat. Sed rarum non esse, tempora illius seculi Ebræis confundi, aliterq; multo atq; a Christianis putari, sciunt qui Chronica eorum salutarunt. Verba sunt Gemara Babylonia:* אזל רבי יהושע בן פרחיה וישו לאלכסנדריא של מצרים Descendit Rabbi Josua Ben Perachia, & Jesu, Alexandriam quæ est Ægypti. Dein ajunt R. Simeonem, Ben Sahtach, sive Patrem, sive Principem Synedrii, cujus Soror, quæ Jannæo uxor fuit, (sic volunt) illuc etiam descenderat, a Perachiade, qui Præceptor ei fuerat, petiisse, ut ipsam hospitio exciperet. Advenientem autem salutasse Jesum, ac de ea dixisse כמה יפה אכסניא Quam pulchra hospes hæc? Adjecisse vero Perachiadem עיניה טרוטות oculos ei fuisse teretes seu rotundos. Jesum reposuisse, רשע בכך אתה עוסק Improbe, rebus ejusmodi tu occuparis? Oculis ejus caperis? Ob quod dicterium veluti probrosum, nec impune in legis Magistrum celebrem emittendum אפיק ארבע מאות שיפורי ושמתיה produxit quadringentas buccinas, (nempe R. Josua ben Perachia) & excommunicavit eum. *Quo spectat, quod paulo ante in eadem Gemara legitur de Jesu utraq; manu a Perachiade depulso. Dominum autem nostrũ Jesum Christum ibi Talmudicis intelligi palam est. Nam simplici illo nomine* ישו *eũ eis denotari, est solenne. Et de eo capiunt, qui locum integrum, non aliam ob causam, e Talmude Babylonico editionis Basileensis, cum aliis non paucis expurgando deturbarunt.* Hactenus Seldenus. Christianus Gerson in

Ad tit. Sanhedrin. cap. 11. fol. 107. b.

Chelek p. 255. ſic vertit locum integrum : *Was trug ſich zu, mit* R. Joſua Ben Perachia ? *Als* Janai *der* (Sadduceer) *König, die* (*Phariſaiſche*) Rabinen *tödten lies, vvandelte* R. Joſua Ben Perachia *und* (*ſein* Diſcipel) Jeſus *gen* Alexandria *in Ægypten. Da nun Fride gevvorden vvar, entbot ihnen* Simeon Ben Schotach *alſo zu: Aus mier* Jeruſalem *der heyligen Stadt, zu dier meiner Schvveſter* Alexandria *in Ægypten: Mein Herr vvohnet in dier, ich aber ſitze vvüſte. Da machte er ſich auf, und kam in jene Herberge, da thaten ſie ihm groſſe ehre an, er ſprach, dieſes iſt gar eine ſchöne Herberge, da ſprach er zu ihm, lieber Schubneiſter, deine Augen ſeind rund. Er ſprach zu ihm : Geheſt du Gottloſer damit um ? Und zog vierhundert Hörner heraus, und blieſs ihn in Ban, da kam er viel mal fur ihn, ſprechende : Nim mich an, aber er kehrte ſich nichts dran, an einen Tag las er. Höre Iſrael* &c. *Da kam er fur ihn, und er vvolte ihn annehmen, und vvinckete mit der Hand, da meinte er,* (Jeſus) *er vvolte ihn verſtoſſen, gieng hin, und richtet ein mahl auf, und betete es an. Er ſprach zu ihm : Bekehre dich. Er ſprach zu ihm. Ich habe es alſo von dier empfangen, ein jeder der da sündiget, und auch andre sündigen macht, dem gibet man nicht raum Buſſe zu thun. Aber* Mar *ſprach,* Jeſus *hat gezaubert, und verfüret, und Iſraël verſtoſſen.* Cæterum, non efficiunt omnes iſtæ interpretationes, quo minus etiam noſtra locum inveniat, eſt enim in ſingulis aliquid quod deſideres, Reddendo igitur, ſolito more noſtro, citra ſermonis elegantiæ curam, verbum verbo fideliter, & ſupplendo, ubi oratio nimis conciſa eſt, quæ intelliguntur, hæc evadit expoſitio. (R. Perachides certior ita redditus, de fine perſecutionis, ſecum conſtituit, Alexandria deſerta, Hieroſolymas repetere:) *Ergo, itineri* (cum Jeſu aſſiduo ſectatore & diſcipulo) *ſeſe committens, delatus eſt ad quandam mulierem hoſpitam, quæ ſeſe egregie ornata ſiſtens, omnibus honoris officiis Joſuam proſequebatur. Tum ſedens* (Joſua, & diverſorii commoditate captus, illud) *laudare cœpit,* (inquiens:) *Quam pulchrum eſt hoc hoſpitium.* (Sed, diſcipulus de hoſpita ſermonem accipiens,) *mi Magiſter inquit,* (vere hoc abs te dicitur, ſed tamen ejus) *oculi, quos limos habet,* (aliquid venuſtati demunt. Ibi ira commotus Magiſter,) *exclamare : Sceleſte, tune huic rei intentus es,* (atque alienam conjugem ſpectas intentius : Nec mora,) *produxit tubas quadringentas, eumq;* (claſſicum canendo,) *diris omnibus devovit.* Cæterum, Diſcipulus miſer,) *quotidie adibat Magiſtrum, obſecrans, ſeſe denuo reciperet, verum ipſe id facere recuſavit. Die quodam, poſt recitatam lectionem,* Audi Iſraël &c. *accedit* (Jeſus,) *pro more Perachidem,* (qui mitior factus,) *animo propoſitum habebat illum admittere, quare manibus ei annuit.* (At Jeſus, hoc ſignum, quod manibus Præceptor faciebat, non ſatis, quid ſibi vellet, percipiens,) *credebat ſeſe repelli & abigi,* (proin-

(proinde veniam desperans) *abit, & suspendens laterem, divino hunc cultu prosequutus est,* (aliisque, ut eandem secum idololatriam committerent autor fuit. Hac re percepta, isti malo occurrere volens Perachides, veterem discipulum accedit,) *hortatus, ad bonam frugem se reciperet.* (At ipse, jam de se & sua salute penitus actum esse credens,) *respondit* : (Enimvero, pridem, cum supplex tibi fierem, recipere me debebas in gratiam. Sed, quia te exorari passus non es, nunc, post cœptam hanc & propagatam idololatriam, nulli usui mihi foret pœnitentia.) *Sic enim a te ipso didici : Qui peccat, & complures ad peccandum inducit, ei non conceditur facultas pœnitentiam agendi. Atq; hoc est, quod Vir quidam celebris testatur, istum Perachida discipulum factum esse magum, seductorem, pravum impulsorem, & corruptorem Israelitarum.* Verbo defendenda hic est nostra interpretatio, qua עיניה טרוטות *Oculi quos limos habet*, libuit exponere. Non enim accipio de *oculis teretibus & rotundis*, quia hos vulgo commendare solemus, tanquam qui vim formæ contineant. At עינים טרוטות dicuntur proprie עינים שאין יפות *Oculi qui non sunt pulchri* : Unde in eodem dicto Talmudico, Massichtæ Taanit, Gemaram Amstelodam. fol. 24. a. videas priorem, at Codices En Israël fol. 137. col. 3. posteriorem locutionem expressisse. Nam, quod uno loco est : כל זמן שעיני כלה יפות אין כל גופה צריכה בדיקה עיניה טרוטות כל גופה צריכה בריקה: Id est : *Cum Virginis desponsandæ oculi pulchri sunt, non opus est, reliqui corporis facere explorationem*, (nullum enim dubium, esse bene compositum.) *Sed cum oculi sunt* טרוטות *oportet explorationem instituere.* Id alio enunciatur : בזמן שעיני כלה יפות אין כל גופה צריך בדיקה ובזמן שאין עיניה יפות כל גופה צריך בדיקה; Hæc, postquam ita sumus interpretati, illud nunc restat, ut videamus, quis tandem sit is Jesus, de quo hic, & alibi, Talmud sermonem instituit. Scilicet, ista non tam expedita esse, ac opinari quis posset, vel ea satis ostendunt, quæ ex Galatino, & Seldeno, paulo ante produximus, & e quibus nemo non perspicit, plane contrarias illorum circa hanc rem fuisse opiniones. Sane, non me latet, Galatinum inclementius sæpe a Viris Doctis fuisse tractatum, quod ausus est tueri confidenter, ea quæ in Talmude de Jesu extant, non attinere ad nostrum Servatorem, atq; vulgo dicam eapropter impingunt illi grandem. Sed, desinamus Galatinum insontem, vel alios e quibus sua hausit, probris afficere, difficilis hæc res est, & sunt inter ipsos Judæos, qui idem quod Galatinus, sentiunt, imo qui multis in medium allatis rationibus, id probare sategerunt. Baal Schalschel. Hakkab. p. 24. b. יהושע בן פרחיא ושמעון בן שטח קבלו מיהודה

טבאי ונתאי הארבלי שנת ג' אלפים תרכא לבריאה שהיא שנת ריג לבנין הבית זה יהושע אינו המלמד תורה לתלמיד הרמז כמו שחשבו קצת האנשים אבל היה אחר בימי תלמידי הלל ושמאי כמו ע' שנים קודם חרבן הבית שבימיו היו החדושים ההם: Id est : *Josua Perachides, & Simeon Schetachi filius, Juda Thabai filio, & Nethao Arbelita, Praeceptoribus usi sunt, circa annum ab Orbe condito ter millesimum sexcentesimum & vigesimum primum, qui est annus conditi Templi, ducentesimus & tertius decimus. Iste Josua non erudivit Discipulum illum, [quem velim, omnes intelligunt,] ceu quidam sunt opinati, sed iste fuit alius, vixitq; circa tempora Discipulorum Hillelis & Schamai, LXX. annis ante Templi nostri excidium, tum enim ista mira acciderunt.* Est locus iste notabilis, at integram R. Salomonis Zeui Offenhausensis, hoc de argumento dissertationem, si, prout piissimus literatissimusque Schnellius, ex impresso libro *der Jüdische Tiriack* eam sibi descripsit, porro insero, non utique malam merebor gratiam, possidetur id scriptum a paucissimis, nec unquam illius mihi obtigit copia: Audiamus hominem:

Ich hab groß Müh und Fleiß fürgevvendet, und mehrer theils den Talmud *durchgangen, und hab zehen* עדים נאמנים *gefunden, daß der* Jeschu *davon unser* Talmud *an etlichen orthen meldung thut, nit dieser* Jesu *sein kan, an den die Christen glauben, und mus vor diesem noch einander gevvest sein, der* Jeschu *geheisen, und von den Jüden getödtet vvorden is; das vvil ich dir fleissig darthun. Kanst du mier dar vvider bevveisen, so vvvill ich mich gern geirret haben.*

Erstlich bekennen alle Völcker, und bezeugen alle Chronicos, *daß das* בית שני *vierhundert zvvanzig* שנים *und etliche* חדשים *gestanden sey, bis* Titus *und* Espasianus *die Römer solches* חריב *gemacht haben. So schreibt* סדר עולם *förderst der* Talmud *und alle* ספרים *daß* ר' יהושע פרחיה: *der Rebbi von* ישוע נוצרי *gevvesen is. Dieser R.* Jehoschua Ben Perachja *und* שמעון בן שטח *die haben gelebt im Jahr* ג' אלפים ו' מאות *und* כ"א שנים לבריאת עולם *nach der* Jehudim חשבון *nach, und* רל"ג שנים *nachdem das* בית המקדש *gebaut is vvorn. Dieser ist der* Rebbi *von dem* Jeschu, *der im Talmud geschrieben steht.* Jeschua Nozri *aber, an den die Christen glauben, is vermög ihres* Evangelium *in Zeiten deß König* Herodes *geborn vvorden. In denselben Zeiten haben gelebt* Hillel *und* Schammai, *vvol hundert und dreissig Jahr nach den obgemelten* Jehoschua Ben Perachia *vvelcher des* Jesu Rabbi *gevvesen, der im* Talmud *steht. Das vvil ich dier den* דורות *und Geburt-Linien nach bevveisen.*

Sieh פרקי אבות c. 1. *steht* שמעון הצדיק *der vvar einer aus der* כנסת גדולה

גדולה *es vvar einer aus der grossen Versamlung die mit* Esra *aus* Babel *gezogen seyn, gen* Jerusalem, *dieselben haben unser* תפילה *gemacht. Dieser* שמעון הצדיק *hat gelebt in Zeiten* Alexander Mokedons, *vvie* Josippon *schreibt, in dem* Josephos *der Römern. Den* שמעון *hat* Josippon *und* Alexander Mokedon Jdo *geheisen, und is hoch gehalten gevvesen, vvie alle* Chronicos *schreiben. Das vvar ein* דור *oder Geburth.*
Das ander דור *und Geburthlini vvar* Antigonos *von* Socho. *In seinen Zeiten haben die verfluchten* Zaddukim, *die die Volcker und auch die Christen im* Evangelio Sadduceer *nennen, angefangen.*
Das Dritte דור *oder Geburth vvar* Jose Ben Joëser *einer von* Zarida, *und auch* Jochanan *einer von* Jeruschalaim.
Nach ihnen vvar Joschia Ben Perachia, *dieser vvar der* Rebbi *vom* Jesu, *davon der* Talmud *schreibt. Das is das vierdte Geburth, das vvar 207. Jahr vor dem* חורבן בית שני
Das fünft Geburt Juda Ben Tabai *und* Schimon Ben Schetach.
Das sechste Geburth von שמעון ואבטליון
Das sibende Geburth von Hillel *und* Schamai. *Diese haben gelebt in den lezten Zeiten des König* Herodes. *In den Zeiten vvird geborn* Jeschua Nozri *zu* Betlechem *in Juda; damit sein Juden und Christen einig. Also befindet sich daß zvvey* דורות *oder Geburth zvvischen den* Jehoschua Ben Perachia, *vvelcher deß Jesu* Rebbi *gevvesen is, und bis auf* Hillel *und* Schamai, *auf die Zeit* Herodis. *In derselben Zeit erst ist der Christen* Jeschua *geborn, und unter* Pontio Pilato *getötet vvorden, und ist der Rechnung nach über 130.* שנים *von* R. Jehoschua Ben Perachia *des Jesu* Rebbi, *bis auf* Jeschu *der Christen* Maschiach *Geburth: So müst* Jeschua Nozri *über 130. Jahr alt sein gevvesen, vvie er* נירון *vvorden is, daß doch jederman vveis, er nit älter als 33. Jahr alt gevvesen is. Das is nun ein starcke Bevveisung, daß der* Jeschu, *von dem der* Talmud *schreibt, ein andrer* Jeschu *gevvesen ist.*
Zum andern sagt התלמוד Sanhedr. דף 44. *da er redt von dem* משיח *und* מורח *es sey einer gevvesen, der habe Jesu geheisen, den hab man mit ersten versteinigt, und darnach aufgehenckt. So is doch* Jeschua Nozri *lebendig* לפי דברי Evangelion *aufgehenckt vvorden.*
Es steht im gemeldten Orth, man hab 40. Tag ausgeruffen, man vverd Jeschu *versteinigen; vvelcher ihm ein* זכות *oder* טובה *zusuchen, oder ein vvarhaftig Zeugnus zu sagen vveis, der soll kommen, und dasselbig anzeigen. Der* Jeschua *aber, an den die Christen glauben, is in eyl ohn Verzug gefangen, und am andern Tag getödt vvorden, vermög* Evangelion, Matthæus, Marcus, Lucas.

Das

Das viert עדות *schreibt* התלמוד *an gemeldten Orth in* Sanhedrin, Jeschu *hab fünf* Talmidim *gehabt. So hat doch* Jeschu Hannozri 12. Talmidim *gehabt.*

Die fünfte עדות *Dort nennt er die fünf* Talmidim *mit nahmen. Der erst hat geheisen* מתי *der ande* נקאי *der drit* נעצאר *der viert* בוני *der fünft* תודה *Die* Talmidim *von* Jeschu Nozri *haben keine solche Nahmen gehabt, sondern* Jochanan, Peter, Paulus, Lucas, Martin, Judas וכו׳

Das sechst עדות *Es schreibt bemeldter* Talmud, *daß man zu* Jerusalem *alle fünf besagte* Talmidim *hab* דן *gevvesen, auf anklag der Juden* נידון *Aber die* Talmidim *von* Jeschu Nozri *sein hin und vvider gevvesen, von den heidnischen* מלכים *vvie in den Apostel Geschichten zu finden is.*

Dort schreibt der Talmud *auch, daß man* Jeschu דן בדין תורה *sei gevvesen, man hat ihn versteinigt, und darnach aufgehenckt. Aber* Jeschu Hannozri, *der unter dem Gevvalt* Pontii Pilati *gericht vvorden is, der vvar ein Stattpfleger zu* Jeruschalaim, *von den Römern gesezt, derselbig hat* Jeschua Nozri *vvieder* דין תורה *und aller Juden gevvonheit, richten lassen, und lebendig an das* צלם *gehenckt, das is dem* דין תורה *schnur stracks zu vvieder. Denn vvir haben mehr nit als* ארבע מיתות *mit dem man hat* דן *gevvesen in der* תורה *geschrieben:* היינו סקילה שרפה הרג וחנק *Das is, Steinigen, verbrennen,* * *und ervvürgen, oder mit dem Strang richten. Weil vvir aber dazumal unter der Römer Gevvalt gevvesen sein, haben ihn die Römer nach ihrer gevvonheit lebendig an das* צלם *geschlagen, vvelches bey ihnen gar gemein gevvesen, vvie* Josippon *schreibt, und sagt, vvie er einmal sey fürgereist, und hab etlicher seiner Bekannten am* צלם *hangen gefunden, die noch gelebt haben. Die hab er ledig gemacht. So kan ja dieser* Jeschu, *von dem die* Gemara *schreibt, der Christen* Messias *nit sein.*

*Videtur deesse, tödten mit dem Schwerdt.

Zum achten: In vielbenannten Talmud Sanhedrin daf 66. *steht geschrieben, daß* Jeschu *zu* Lud *in einer Statt, die also geheissen hat, gefangen, und* נידון *vvorden,* Jeschua Nozri *aber is zu* Jeruschalaim *nit pas und* נידון *vvorden, vvie Juden und Christen bekennen.*

Zum zehenden, so steht im Talmud Sota daf 47. Jeschu *hab einen Zigelstein für ein* עז *aufgestelt, und sich dazu geneigt, und demselbigen gedient. So finden mir aber nirgends, daß* Jeschu, *der Christen* Maschiach, *Abgötterey gedient hat, oder anders einem zugeruffen hat, dann dem Vatter. Also daß die zehen Unterschied zvvischen den* Jeschu *daß der* Talmud *schreibt, und der* Nozrim Maschiach *is, und kan bey mir unmüglich gefunden vverden, daß dieser der* Jeschu *is, an den die Christen glauben. Und vvann nichts vvär als der erst Zeug, vvelcher bevveist, das* Jeho-

schua

ſchua Ben Perachia, *und* Schimon Schetach *in der* Chaſchmonim *Zeiten geweſen ſein, welche die Chriſten* Maccabeer *nennen, zu der Zeit war auch* Eſra *und ſein Geſellſchaft, der unſer* Tephilla *gemacht hat, nit lang nach der* geulah *von* Babel, *in Zeitē* Schimon hazzaddik, *das bezeuget* Joſipon *und alle* נאמנים סופרים *So iſt der* Jeſchu, *davon die* Gemara *ſchreibt, in ſelben Zeiten geweſen wol 130* שנה *vor dem* Jeſchua Nozri *der Chriſten* Maſchiach, *welcher erſt in Zeiten* Herodes, Hillel *und* Schammai *nit lang vor den* Chorban *geborn worden. Drum ſag ich nochmal vor mein Perſon, daß unſer* Talmud *von einem ander* Jeſchu *geſagt hab. Alſo finden mir nichts von ſeinen Geſchichten, allein was* Joſephus *in dem Buch daß er den Römern gemacht hat, geſchrieben, da er von* Johannes *den Tauffer was meldung thut. Daß aber unſre Eltern ſo gar nichts von* ישוע *der Chriſten* Maſchiach *ſchreiben, is die Urſach, daß keinem Juden nichts mit gedient is. Das Wiederſpiel aber, es möcht leicht einer geſchrieben haben, daß uns zu unſtatten und zu argen ausgelegt wird, wie leider uns täglig geſchicht. Denn unſre Eltern und* Talmudijim *haben geſehen, daß ſich die Chriſten* Religion *von tag zu tag ſtärckt, ſo haben ſie ſo viel ſie gekönt haben, ingehalten.*

Quid ergo dicendum? vincitne his argumentis iſte Judæus, & anne fateri nobis imposterum oportebit, nullam omnino de Servatore noſtro, in Talmude extare mentionem, nuspiam ei Magiſtros dixiſſe contumelias? Equidem, propemodum hæſitare occipio, ſed tamen magis inclino in illam Seldeni, ſive communem, tam veterum, quam recentiorum eruditorum ſententiam, non de alio, quam de noſtro DOMINO DEOQUE JESU CHRISTO Talmudiſtas loquutos eſſe, atque reddituros illos olim in decretorio die, gravem rationem, mendaciorum & maledictorum, quæ adverſus ſacro-ſanctam ejus majeſtatem ſceleratiſſime effutiverunt. Atque, huc non admodum me impellit, illorum, (cui Seldenum tamen quid tribuiſſe apparet,) autoritas, qui Baſileenſe Talmud expurgarunt, nam Chriſtiani erant, nec ſatis ſuam mihi probant induſtriam, etiam in perficiendo labore, quem fuere aggreſſi. Illud multo maximum eſt, ipſos Judæos, ultro, in Codicibus quibusdam En Jacob, multa quæ de Jeſu dicenda occurrebant omiſiſſe, nunquam id facturi, ſi alium quam noſtrum Servatorem innui crediđiſſent. Accedit deinde, concors Judæorum noſtræ ætatis, pro recepta opinione ſuffragium, nec memini me unquam cum quoquam contuliſſe, qui aliter fuerit animatus. Tum vero ex antiquioribus, eos quoque in eandem rem allegare poſſumus teſtes, qui magna pollent autoritate, & adverſus quos non R. Salomo Zevi tantum, ſed nec ipſe R. Gedalia, autor libri Schalſchelet Hakkabbala, ſi darentur, auderent hiſcere. Unus eſt Abraham Zacutus in Juchaſin pag. 16. b.
וקבלתם אמרת שאותו האיש היה תלמידו [של יהושע בן פרחיה]

*Non est dubium, quædam hic quæ ad Christianorum ignominiam pertinebant, deficere.

וזאת היא הכת וכו׳ * והאמת שנולד אותו האיש בשנת ד׳ למלכות ינאי השני הוא אלכסנדר והוא שנת רסג לבנין הבית ושנת נא לחשמוני׳ שהוא שנת ג׳ אלפים ותרעא ליצירה אף על פי שהם אומרים שנולד בזמן הורדוס עבד החשמונים שנת תש״ס ליצירה ושנתלה לה׳ שנים קודם החרבן כן לב״ שנים כוונתם לבזותינו ולומר כי מיד בסהרה קודם מ׳ שנה נחרב הבית בעון מה שעשינו לו:

Id est: *Vera est Traditio Majorum, illum Virum,* (quem nominare nolo) *discipulum fuisse Josua Perachidæ. Atq; hæc est Secta * * * Tenendum igitur, omnino Virum illum natum esse, anno quarto regni Jannai secundi, qui & Alexander dicitur, hoc est, anno ante excisum templum CCLXIII. & anno LI. regiminis Chasmonæorũ, qui est annus Orbis cõditi supra ter millesimum sexcentesimus septuagesimus & unus.* (Nec discedendum ab hac opinione,) *etiamsi ii* (qui ejus nomen profitentur perhibent) *ipsum imperante Herode, servo illo Chasmonæorum, anno post orbem conditum* (ter millesimo) *& supra septingentesimum sexagesimo natum esse, fuisseq; suspensum annis XXXV. ante templi excidium, cum ageret ætatis annum XXXII.* (Nàm, hæc ipsi ita effinxerunt) *eum in finem, ut nobis illudant, dicantq;, ob scelus quod adversus eum patravimus, illico quadragesimo anno post, Templum nostrum fuisse excisum.* Alter, est ipse Abenesra, qui ad Danielis XI, 14. sic annotat: ובימים ההם יקומו פרוצים מישראל ואלה היו בימי האדם שהוא אלהי הערלים ואל תסמוך על דבריהם שהיה בימי הורודוס כי חכמים הצדיקים אמרו שהיה בימי שמעון בן שטח והיא האמת: Id est : (Propheta vaticinatur,) *prodituros circa hæc tempora inter Judæos, homines temerarios. Nimirum, hoc accidit ætate illius Hominis, quem suis præputiis abominandi, pro Deo colunt. Neq; est ut illorum verbis fidem adhibeas, dum contendunt ipsum vixisse imperante Herode, nam Sapientes nostri, viri veritatis amantissimi, testantur ipsum temporum Simeonis filii Schetach, fuisse æqualem : Atq; hoc ratum esto.* Enimvero, quid nunc fiet, de tot tantisque rationibus, quas magno studio, ut alia omnia persuaderet, congessit R. Salomo Zevi? Fateor, conficerent rem quodammodo, si aliæ Talmudistarum Historicæ narrationes, cum genuinis monumentis, & Chronologica supputatione semper convenirent. Sed, uti homines isti in reliquis, creberrime paucis verbis, immiscent multa falsissima, & metachronismos committunt tam ridicularios, ut vel pueris nostris desipere viderentur. Ita mirum non est, si in illis de Christo nugamentis, ex stultis prorsus insanos fuisse redditos apparet. Adde, quod fieri potuit, ut Salomo Zevi magis ex hypothesi Christianorum mera, quam sui animi sententia isthæc scripserit, atq; eo sensu accipi velit,

velit omnia, quasi diceret: Si vera sunt, quæ de Christi nativitate, discipulis, & ejusdē supplicio, in Novo Testamento narrantur, eo casu fit verisimile, non unum, sed Jesum fuisse duplicem, atque iis, qui illi libro fidem adhibent, est tantisper probe satisfactum. De nobis vero Judæis, aliter longe se res habet. Cum enim unice admittere cogamur, quæ veteres Sapientes de Jesu prodiderunt, rejicere, quicquid iis adversatur, non laboramus admodum de Christianis & ipsorum Novo Testamento, sed clausis oculis Duces nostros intrepide sequimur, credimusque, non fuisse nisi Jesum unicum, & circa eum accidisse quæ Magistri narrant, non quæ Christiani. Sane, uti quisque bonus est, ita non animadvertit in alios sinistris suspicionibus, verum hanc non esse temere conceptam, iis manifestum evadet, qui ea quæ Vorstius ad Zemach pag. 270. observat, consulunt. Nam deprehendent, sic & Lipmannum modo asseruisse de nostro Jesu in Talmude mentionem fieri, modo id negasse. Quod, non tam ex inconstantia versatilis ingenii, ceu Vorstio visum est, profectum fuit, sed quia modo fucum facere Christianis voluit, modo serio agit, & levato velo.

16. Cupiditatem rei Venereæ] Id est: Nemo res Venereas in tantum aversari debet, ut quandam, quam Philosophus vocat, *ἀναισθησίαν* sibi conciliet, atq; debito propagandi generis humani, ad quod omnes ex æquo obligamur, satisfacere supersedeat. L. 3. de moribus c. 14.

17. Infantem] Non nimis inclementer tractandi liberi sunt, ne aufugiant, atque sic pereant planissime. Idem suadet S. Paulus ad Coloss. III, 21. *Οἱ πατέρες μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν.*

18. Et Fœminam] Nec erga Fœminas nimiam severitatem exercere oportet, ne ægre id ferant, atque ex malis, fiant praviores. Sunt enim, (quod est apud Comicū,) mulieres fere ut pueri, levi sententia,

ח

משרבו בעלי הנאה
נתעוותו הדינין ונתקלקלו
המעשים ואין נוח בעולם
משרבו רואי פנים בדין בטל
לא תגורו ופסק לא תכירו
פנים ופרקו מהם עול שמים

VIII.

1 Auctis Voluptariis, perversa sunt Judicia, & corrupta bona Opera, neque Mundo (*Deus*) amplius delectatur. Postquam multi *προσωπολῆπται* in judicio orti, cessavit illud (Deut. I, 17.) *Ne metuitote* (*&c.*) Desiitq; (*alterum*: *quod est eodem*

ונתנו עליהם עול ב״ו משרבו
לוחשי לחישו בדין רבה חרון אף
ונסתלקה שכינה שנאמ׳ בקרב
אלהים ישפוט משרבו אחרי
בצעם לבם הולך רבו האומרים
לרע טוב ולטוב רע משרבו
האומרים לרע טוב ולטוב רע
הוי הוי בעולם משרבו מו
מושכי הרוק רבו היהירים
ונתמעטו התלמידים והתורה
חוזרת על לומדיה משרבו
היהירי׳ התחילו בנות ישראל
להנשא ליהירים שאין דורנו
רואין אלא לפנים איני וה
והאמר רב מרי האי מאן דם
דמייהר אפילו אאנשי ביתיה
לא מתקבל שנ׳ ואף כי היין
בוגד גבר יהיר ולא ינוה אפ
אפילו בנוה שלו אין מתקיים
מעיקרא קפצי עלייהו ולבסוף
מתולי עלייהו משרבו מטילי
מלאי על בעלי בתים רבו
השוחד והטיית המשפט ופ
ופסקה הטובה משרבו מקבלני

dem loco:) *Ne suscipite Personam*: (&c.) Excusserunteque (*iisdem*) jugum Dei, & sibi imposuere jugum mortalium. Postquam magna copia judices præjudiciis occupantiũ emersit, auctus est æstus iræ (*divinæ,*) & insuper [2] ejusdem singularis præsentia subtracta fuit: Nam S. E. (Psl. LXXXII, 1.) *In medio judicum judicabit.* Ex quo eorum numerus auctus est, quorum cor quæstum sectatur, etiam illi [3] aucti sunt, qui malo boni, bono vero mali, nomen indunt. Cæterum, istis auctis, jam (*nulla voces, præter*) Heu! Eheu! mortalibus in ore sunt. Ex quo aucti [4] trahentes sputum, aucti sunt Superbi, & imminuti Discipuli, Lexque (*divina ostiatim*) obambulat, se discentes (*quærens.*) Ex quo aucti Superbi, cœpere puellæ judaicæ his nubere. Seculum enim nostrum, tantum ad præsentia respicit. Ain' tu? Atqui dixit R. Meri: Hominem Superbum, etiam Domesticis suis non esse acceptum. Secundũ illud (Habac. II, 5.) *Quin etiam cum vino perfidiosus sit, vir superbus non manebit in habitaculo.* (*i.e.*) Nec in proprio tabernaculo consistet. Nempe (*dicendum*:)

Prin-

טובותיך ומחזקני טובותיך
רבו אשר היש בעיניו יעשה
שפלי הוגבהו וגבוהים שו
השפלו ומלכות אולא ונולא
משרבו צרי עין רבו טורפי טרף
ורבו מאמצי חלב וקופצי ידים
מלהלוות ועברו על מה שכתוב
בתורה השמר לך פן יהיה
דבר עם לבבך בליעל משרבו
מקבלי מתנות נתמעטו הימים
וקצרו השנים משום שנ׳ ושונא
מתנות יחיה משרבו זחוחי
הלב רבו מחלוקת בישראל
משרבו תלמידי שמאי והלל
שלא שמשו כל צרכן רבו ס
מחלוקות בישראל ונעשית ט
תורה כב׳ תורות:

Principio quavis ratione illis (*maritis*) potiri satagunt, tandem vero horum eas tædet. Postquam magna cœpit esse multitudo illorum (*judicum*,) qui suas res [f] patribus familias [6] vendendas largiuntur, [7] munerum, depravatique juris, uberrimus est proventus, felicitasque defecit. Ex quo numerosissimi sunt ii, qui sese beneficia recipere, illorumque meminisse velle (*asseverant*,) simul longe plurimi sunt eorum, qui [8] quod animo collibitum est faciunt, (*mortalium*) postremi extolluntur, & præcipui deprimuntur, [9] Majestasque Regia evanescit, & conspurcatur. Auctis invidis, aucti sunt prædones, immisericordes, & manus ad mutuo dandum occludentes, ac delinquitur adversus illud, quod in lege (Deut. XV, 9.) scriptum est: *Cave tibi, ne sit res nequam in animo tuo.* Multiplicatis iis, qui munera captant, imminuti sunt dies, annique abbreviati: Scriptum enim: (Prov. XV, 27.) *Qui odit dona, victurus est.* Simul cum [10] Sciolis, augeri cœpere controversiæ inter Judæos. Imo, [11] cum multi Discipuli sectarentur Hillelem, & Schamajum, neque omni industria, in studium Sapientiæ incumberent, tum augeri cœpere dubia inter Judæos, & Lex Divina quasi [12] gemina reddita est.

ANNOTATA.

1. Auctis voluptariis perversa sunt Judicia &c.] Illis enim delicatis id unum negotium est, ut se molliter curent, quare cum

cum quædam controversia decidenda, cum solvendum circa licita aut vetita dubium est, non solicite scrutantur, quid æqui, quid iniqui, veri aut falsi contineat, nec ingenii nervos intendunt: Sed, causa nondum discussa temere eam definiunt. Ex illa re, id porro consequitur, ut bona opera corrumpantur, transeunt enim istæ sententiæ in rem judicatam, atque ad eas, homines actiones suas componunt.

2. Ejusdem singularis præsentia subtracta est.] Jam supra quædã notavimus, de Divinæ illius præsentiæ recessu, & diversis stationibus, quas habuit, ante orbem quã plane desereret. Etsi vero eadem mortalibus longum vale dixit, tamen non sic illam se subduxisse credendum est, ut nunquam deinde amplius cuiquam adfuerit, nam subinde ad quosdam ipsam revisisse deprehendimus. En Israël fol. 138. col. 4 רבי אלעזר בן פרת הוה דחיק׳ ליה מילתא טובא עבד מילתא ולא הוה ליה למטעם אשכח ברא דתומא שדא לפומיה חלש ליביה ונים עיול רבנן לשיולי ביה חזיוה דבכי וחאיך ונפק צוצית׳ דנורא מאפותיי כי אתער אמרי ליה מ״ט בכה מר וחאיך ונפק צוצית׳ דנורא מצפותיה אמר להו דחזאי שכינה: Id est: *R. Eleasari F. P. res admodum angustæ erant. Cum secasset aliquando venam, nihil quicquam habuit, quod comederet, repertoq; allii putamine, illud in os conjecit. Cæterum, animo graviter mœrens, obdormivit, adventantibus vero* (interea temporis) *Rabbinis ad eum visitandum, viderunt ipsum modo flentem, modo ridentem, atq; scintillas igneas prodire ex naso ejus. Cum evigilasset, percontantur: Quare, Domine, flevisti, & risisti, & quare scintillæ igneæ ex ore tuo prodiverunt? Respondit ipsis: Vidi singularem divinam præsentiam.* Non dissimulandum, in Taanit fol. 25. a. unde locus est excerptus, pro דחזאי שכינה legi דהה יתיב עמי הקדוש ברוך הוא *Quia assedit mihi Deus Benedictus*: Etsi res eodem recidit, tamen si quem moveat lectionis varietas, huic dabimus aliud testimonium, ubi in Talmudis quoque Codicibus שכינה legitur. Habetur in Megilla fol. 29. a. אבוה דשמואל הוה יתיב בכנישת׳ דשף ויתיב בנהרדעא אתיא שכינה שמע קיל ריגוא ולא נפק; Id est: *Pater Samuelis, consederat in Synagoga Schaf Vejetiv quæ est Nahardeæ, cũq; adfuisset Divina majestas, audivit ipse sonitum impetuosum, verum non exivit.*

2. Aucti sunt, qui malo boni, bono &c.] Hoc est: Illi, qui sontes absolvunt, innocentes condemnant, sunt magno numero.

3. Trahentes sputum] Quia in textu diserte habetur מושכי הרוק & R. Salomo præterea verbum מושכי per מאריכי exposuit, visum fuit, potius reddere, *Trahentes sputum*, quam imitari Cl. Coccejum qui in Notis ad Sanhed. pag. 343. præsens dictum vertit: *Ex quo creverunt, qui sa-*

qui salivam longe ejacularentur, creverunt superbi, discipulorum vero numerus diminutus est, & lex circuit, ut inveniat discentes. Scilicet, est quædam nota superbi, & in pares fastidiosissimi hominis, si sputum inter screandum producat.

5. Patribus familias] Callidis puta ad quæstum, & negotiationum peritis.

6. Vendendas largiuntur] Supple: Ut tanto majus lucrum referant.

7. Munerum] Quanta solicitudine Judicibus δωροδοκίαν Magistri vetent, quamque omne vel levissimum officii genus, eo verbo complectantur, abunde docuit laudatus Coccejus ad Sanhed. pag. 152. seq.

8. Quod animo collibitum est, faciunt] Non enim verentur Magistratus, quippe quos beneficiis expugnaverunt.

9. Majestasque Regia] Id est: Suprema inter Judæos potestas.

10. Sciolis] Qui se jam ad sapientiam pervenisse putant, nec opus habere, ut porro Præceptoribus se erudiendos tradant, aut, ut quæ ab iis acceperunt, ruminentur.

11. Cum multi discipuli sectarentur &c.] Idem hoc dictum extat quoque in Sanhedrin cap. 10. Quod exinde allegans Josephus Voisinius, in Procem. Pug. Fid. pag. 24. col. 2. vertit: *Ex quo multiplicati sunt Discipuli Schammai & Hillelis, qui non quantum oportebat instructi erant ad ministerium suum obeundum, multiplicata sunt schismata in Israële, & facta est Lex, quasi lex duplex.*

12. Gemina reddita est.] Post ista, in sola Gemara Amstelod. subjicitur: משרבו מקבלי צדקה מן הנכרי׳ הי׳ ישראל למעלה והן למטה ישראל לפנים והם לאחור; Nam, nec Talmud Basileense, nec Codices En Jacob, hoc dictum agnoscunt, cujus rei causa est in promtu. Credo, sensu contrario fieri debere expositionem, & verba ob εὐφημισμὸν, tantum ita concepta esse. Ergo, vere dicere volunt: *Ex quo aucti sunt, qui a* τοῖς ἔξω *accipiunt eleemosynas, Judæi deprimuntur, οἱ ἔξω extolluntur. Isti* (apud Deum) *posteriore, hi priore sunt loco.*

ט

תנו רבנן ונקה האיש מעון והאשה ההיא תשא את עונה

IX.

TRadunt Magistri, (*explicaturi locum: Num. V, 31.*) *Et immu-*

בזמן שהאיש מנוקה מעון שם המים בודקין את אשתו אין האיש מנוקה מעון אין המים בודקין את אשתו ואומר לא אפקוד על בנותיכם וגומר מאי ואום וכי תימא עון דידיה אין דבניה ודבנתיה לא תש״ לא אפקוד על בנותיכם כי תזנינה וכי תימא עון דאשת איש אין עון דפנויה לא תש״ כי הם עם הזונות יפרדו ועם הקדשו יזבחו ועם לא יבין ילבט אמר ר׳ אלעזר אמר להם נביא לישראל אם אתם ס מקפידי׳ על עצמכם מים בודקין נשותיכם ואם לאו אין מים בודקין נשותיכם:

immunis erit Vir ab iniquitate, mulier vero feret iniquitatem suam : Quandocunque Maritus * sceleris purus fuit, tum aquas Uxorem explorasse, sin minus, easdem nequaquam illam explorasse : Vocantes in subsidium dictum (Hos. IV, 14.) *Non visitabo filias vestras quia scortantur, &c.* Cur alium Scripturæ locum vocant in subsidium? Ne forte dicas : Concedo utique (*aquas non explorare,*) si Vir peccati reus sit, sed idem ad filios filiasque non (*extendendum*:) Itaq; adverte animum, (*dici*:) *Non visitabo filias vestras quia scortantur.* Quod si crederes, id tantum de adulterio, non vero stupro valere, adesdum, & audi sequentia : *Quia ipsi cum scortis separantur, & cum meretricibus sacrificant : imo populus non intelligens conturbabitur.* Nempe autore R. Eliesere, hoc ait Propheta Israëlitis : Si vobis ipsis sedulo (*ab illicita Venere*) cavebitis, tum aquæ uxores vestras explorabunt, sed, si id facere neglexeritis, neutiquam in iis explorandis facient officium.

ANNOTATA.

* Sceleris purus fuit] Adulterii nimirum. Nam, ab omni omnino crimine nisi maritus liber esse crederetur, non instituere licebat explorationem. Sed, de Sota plus satis diximus, nec opus est ut illam crambem recoquamus.

Com-

ו

פיסקא משבטלו סנהדרין
בטל שיר שנאמר בשיר וכו׳
ומ״ל דבסנהדרין כתיב אמר רב
הונא בריה דרב יהושע דאמר
קרא זקנים משער שבתו בחורים
מנגינתם אמר רב
אודנא דשמע זמרא תעקר
אמר רב זמרא בביתא חורבא
בספא שנ׳ קול ישורר בחלון
חורב בסף כי ארזה ערה מאי
כי ארזה ערה אמר רבי יצחק
אפילו בית המסוכך בארזים
מתרועע ואיכא דאמרי אפילו
בית המסוכך בארזים עיר
הוא אמר רב אשי שמע מינה
כי מתחיל חורבא בסיפא מתחיל
שנאמר חורב בסף ואי
בעית אימא מהכא ושאיה יכות
שער אמר מר בר רב אשי
לדידי חזי לי ומנגח כתורא
אמר רב הונא זימרא דנגדי
ודבקרי שרי דגרדאי אסיר רב
הונא בטיל זימרא קם מאה

X.

COmmentatio. *Ex quo cessavit Synedrium, cessarunt Cantica: secundum id, quod S. E. Cum Cantico &c.* Unde vero constat, isthæc Synedrium respicere? Rationem reddit R. Huna F. R. I. Quia Scriptura dicit (Thren. V,14.) *Si Senes e porta, cessant juvenes a modulatione sua.* Imprecatus est Raf: Exstirpetur auris, audiens canticum. Nam, ut idem ait: Quando canticum in domo, excidium est in limine: Q. S. E. (Zeph. II,14.) *Vox cantabit in fenestra, excidium in limine, cum opus cedrinum ejus nudaverit.* Quis sensus verborum: *Cum opus cedrinum ejus nudaverit?* R. Isaac exponit: Etiam domus cedris obtecta, diruetur. Alii explicant, de domo cedris obtecta, ab inhabitatoribus vacua relinquenda. (*Igitur*) dixit R. Asse: Colligo hinc, quod si quando domui imminet excidium, a limine ejus fiat initium. Scriptum enim: *Excidium in limine.* Aut, si mavis, dicam, idem, ex loco (Es. XXIV, 14. patescere:) *Vastitate atteretur porta.* Retulit Mar, F. R. A. Sibi visum esse (*Dæmonem, devastandis*

אוזי בזוזא ומאת סאוי חיטי
בזוזא ולא איבעין אתא רב
חסדא וזלזל ביה איבעי אווזא
בזוזא ולא אשתכח אמר רב
יוסף זמרן גברי ועניין נשי פ
פריצותא זמרן נשי וענו גברי
כאש בנעורת למאי נפקא מ
מינה לבטולי הא מקמי הא
אמר ר׳ יוחנן כל השותה יין בא
בארבעה מיני זמר מביא חמש
פורעניות לעולם שנאמר הוי
משכימי בבקר שכר ירדופו
וגו׳ והיה כנור ונבל תוף וח
ויין משתיהם מה כתיב אח
אחריו לכן גלה עמי מבלי דעת
שגורמין גלות לעולם וכבודו
מתי רעב שמביאין רעב לעולם
והמונו צחה צמא שגורמין
לתורה שתשתכח מלומדיה
וישח אדם וישפל איש שגורמין
שפלות לשונאו של הקדוש
ברוך הוא ואין איש אלא
הקבה שנאמר ה׳ איש מלחמה
ועיני גבוהים תשפלנה מ

diis domibus præfectum, eumq;) cornibus petere, adinstar bovis. R. Huna perhibet; [1] cantum Remigum, & [2] Agricolarum licitum, [3] Textorum vero, prohibitum esse. Cum [4] R. Huna canere vetasset, prostabant centum anseres drachma, nec non centum modii tritici, drachma, [5] neque emtores reperti. At, cum succedens R. Chasda,[6] (*hoc interdictum*) sprevisset, (*unum solum*) anserem, drachma emere desiderabant, nec ejus dabatur copia. R. Joseph censet, indecens factum esse, si Viri præcinant, Mulieres vero succinant: Quod si mulieres præcinant, succentantibus viris, id perinde esse, quasi ignem admoveas stupæ. Quo fine hæc adducuntur? Ut, (*si alterutrum fieri necesse sit,*) [7] istud potius, quam hoc admittam. R. Jochanan ait: Quisquis bibit, dum quatuor generum instrumenta musica pulsantur, quinque calamitates mundo infert. Q.S.E. (Es. V,11.) *Væ surgentibus summo manê, ut potum inebriantem sectentur &c.* (v. 12.) *In quorum conviviis est Cythara, Nablium, Tympanum, Tibiaq; ac Vinum.* Quid autem (v. 13.) subjungitur? (*Scilicet:*)

שגורמים שפלות לשונאיהם של ישראל ומה כתיב אחריו לכן הרחיבה שאול נפשה וגו׳:

cet:) *Id circomigrat Populus meus, quod expers est Scientiæ.* Constat igitur, exilii in mundo causam esse. *Et honoratissimi ejus homines sunt famelici.* Ergo famem afferunt. *Ac multitudo ejus, aret siti.* Nempe efficiunt, ut ii qui legem divinam didicere, ejus obliviscantur. (Dicitur v. 15.) *Ita deprimitur homo plebejus, & demittitur Vir præstans.* (*i.e.*) Deum ipsum quasi abjectum reddunt. Nomine *Viri* enim, Deus B. venire solet, prout in illo (Ex. XV, 3.) *Dominus est Vir Bellator:* (Legitur porro Es. V, 15.) *Oculiq; celsorum deprimentur.* (*i.e.*) Israëlitas contemtui exponunt. Quid tandem ait Scriptura, his eventurum? [8] (Nimirum, huc pertinet v. 14.) *Idcirco dilatat Infernus seipsum.*

ANNOTATA.

1. Cantum Remigum] Nam Remiges, haud alio fine canunt, quam ut laborem durissimum, tanto alacrius aggrediantur, ejusque molestiam nonnihil fallant.

2. Agricolarum] Agricolæ ideo tantum canunt, ut ad recte ducendum sulcos, stimulentur boves.

3. Textorum vero prohibitum esse] Textores enim, ex sola cantant petulantia, ut risum moveant.

4. R. Huna canere vetasset] Supple: Tam in ædibus privatis, quam in Popinis.

5. Neque emtores reperti] Scilicet, præ abundantia.

6. Hoc interdictum sprevisset] Id est: Passus esset, homines agere contraria impune.

7. Istud potius quam hoc admittam] Nempe, uti est in Glossa: העונה מטה אזנו לשמוע את המזמר לענות אחריו ונמצאו האנשים נותנין לבם לקול הנשים וקול באשה ערוה כדכתיב השמיעני את קולך ומבעיר את יצרו כאש בנעורת אבל זמרי גברי ועניין נשי קצת פריצות יש דקול באשה ערוה אבל אין מבעיר יצרו כל כך שאין המזמרים מטין אזנם לקול העונין: Id est: *Qui succinit, aurem*

 (ani-

(animumque) *intentum habet, ad audiendum præcentorem, ut poßit respondere.* (Quod si igitur præcinentibus fœminis, viri succinant,) *necesse est, ut hi ad fœminarum vocem, animi attentionem dirigant. Atqui vero Fœminæ vox,* (ceu Sapientum in Kidduschin fol. 70. a. dictum est,) *habet quiddam impudicum:* (credentes, non abludere, illud, quod Cant. II, 14.) S. E. Fac ut audiam vocem tuam. *Incendit enim libidinem, uti ignis solet succendere stipulam. At, cum viri præcinunt, succinunt fœminæ, est hæc aliqua quidem inhonestas, semper enim fœminæ vox quid impudicum habet, non tamen ita libido irritatur, quia præcinentes, ad succinentes haud solent attendere.* Multa, quæ his addere poteram, Commentationi in Massechet Purim sunt reservanda, ubi idem hoc, nostræ Gemaræ dictum, repetitur.

8. Idcirco dilatat infernus &c.] Id est: Postquam omnes illas calamitates in mundum induxerunt, hic tandem finis eos manet, ut æternis apud inferos torqueantur cruciatibus.

יא

פיסקא משמתו נביאים
הראשונים בטלו אורים ותומים
מאן נביאים הראשונים אמר רב
הונא שמואל ודוד ושלמה רב
נחמן אמר בימי דוד זימנין
סליק וזמנין לא סליק שהרי
שאל צדוק ועלתה לו אביתר
ולא עלתה לו שנ׳ ויעל אב
אביתר מתיב רבה בר שמואל
ויהי לדרוש אלהים בימי זכ
זכריהו המבין בראות האלהים
מאי לאו באורים ותומים לא
בנביאות ת״ש משחרב מקדש
ראשון בטלו ערי מגרש ופסקו

XI.

COmmentatio. *Simul ac Prophetæ priores fato functi sunt, oraculum pectorale desiit.* Quinam sunt illi Prophetæ priores? R. Huna notari vult Samuelem, Davidem, & Salomonem. R. Nachman ait, Davidis ætate, Oraculum pectorale aliquando futura prædixisse, aliquando non prædixisse. [1] Zadok enim illud consuluerat, responsumque retulit. Abjathari (*vero consulenti,*) nihil responsum; prout S. E. (2. Sam. XV, 24.) *Et remotus est Abjathar.* Objecit Rabba S. F. (*locum*, 2. Chron. XXVI, 5.) *Et fuit intentus quærendo Deo, diebus Zachariæ, informantis in rebus pertinentibus, ad*

אורים ותומים ופסק מלך מב מבירת דוד ואם לחשך אדם לומר ויאמר התרשתא להם אשר לא יאכלו בקדש של הקדשים עד עמוד הכהן ל לאורים ותומים כאדם שאומר לחברו עד שיחיו מתים ויבא משיח בן דוד אלא אם רב נחמן מאן אינון נביאים של הראשונים לאפוקי חגי זכריה ומלאכי דאיקרו אחרונים ד דתני משמתו נביאי האחרונים חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקדש מישראל ועדין היו משתמשין בבת קול וכו׳:

bus, ad videndum Deum. Verisimile enim fit, hæc de Oraculo pectorali exponenda esse. Minime vero gentium, sed simpliciter dè Prophetia ((*sermo est:*) quod insuper (*ex illo vulgato,*) evincam: Ex quo devastatum est primum templum, [2] sublata sunt Suburbia, & [3] cessavit Oraculum pectorale, desiitque esse Rex e domo David. Si vero quis contrarium evincere conetur, ex illo (Nehem. VII, 65.) *Edixit iis Hatirsatha, ut non comederent de sacro-sanctis, donec existeret Sacerdos, cum oraculo pectorali:* (*Respondebis, hunc modum loquendi,*) esse similem illi, quo homo Socio dicit: Quando mortui resurgent, & Messias Davidis filius aderit, (*tum hac evenient.*) Bene igitur monet R. Nachman, Prophetas priores hîc dici, ad excludendos tantum Haggæum, Zachariam, & Malachiam, qui posteriores nuncupantur. Nam,[4] ut habet Traditio: [5] Prophetis posterioribus, Haggæo, Zacharia, & Malachia mortuis, recessit Spiritus S. a Judæis; adhuc tamen [6] cœlesti Echo fruebantur.

ANNOTATA.

1. Zadok enim illud consuluerat &c.] Monet Raschi, extare traditionem, confirmatam in סדר עולם Davidem, cum ab Absalome filio, regno pulsus esset, imperasse Abjathari Pontifici, oraculum pectorale consuleret, num spes quædam restitutionis supersit? Cum vero is responsum nullum ferret, jussisse Davidem, rem tentaret Zadokus: Huic quia successit negotium, ideo exautorato Abjathare, Zadocum a

Davide constitutum esse Pontificem. Vix est, ut credam, multum huic traditioni tribuendum esse, non enim a Davide, sed Salomone demum Abjatharem loco motum, in eundemque Zadocum surrogatum fuisse, Scriptura 1. Reg. II, 25. 26. & 35. nos edocet.

2. Sublata sunt suburbia] Supple: Quæ ex Dei Numer. XXXV, 4. instituto, Levitis concessa fuerant. Nec enim post reversionem ex Babylonica captivitate, Levitis suburbia sunt restituta.

3. Cessavit oraculum pectorale] Fuit quidem etiam Pectorali indutus, in Templo secundo Pontifex, verum ornatus tantum causa, nec enim oraculi vicem amplius præstabat. Maimonides Hilch. Bet Habbech. cap. 4. §. 1.
אורים ותומים שהיו בבית שני לא היו משיבין ברוח הקדש ולא היו נשאלין בהן שנאמר עד עמוד כהן לאורים ותומים ולא היו עושין אתון אלא להשלים שמנה בגדים לכהן גדול כדי שלא יהא מחסר בגדים:
Id est: *Pectorale, quo in secundo templo amictus erat Pontifex, non edidit responsa per Spiritum S. nec fuit consultum: Unde &* (apud Nehem. VII, 65.) *legimus*: Donec existeret Sacerdos cum oraculo pectorali. *Non igitur in alium finem parabatur, quam ut octonarius numerus vestium, quibus indui oportebat Pontificem, esset integer, &, ne quid debiti ornatus deficeret,* Iterum, in Hilch. Kele Hammik. c. 10. §. 10.
עשו בבית שני אורים ותומים כדי להשלים שמנה בגדים ואף על פי שלא היו נשאלין בהן ומפני מה לא היו שואלין בהן מפני שלא היתה שורה שם רוח הקדש וכל כהן שאינו מדבר ברוח הקדש ואין שכינה עליו אין נשאלין בו:
Id est: *Paratum fuit in Templo secundo Pontifici Pectorale, ad complendum octonarium numerum vestium,* (quibus ex mandato Dei indutus esse debet,) *etsi in consulendo nullius erat usus. Sed, quare non fuit consultum? Quia defecerat Spiritus S. Scilicet, Sacerdos, qui ex Spiritus S. afflatu non loquitur, quiq; Divinitatem non habet præsentissimam, de futuris non consulitur.*

4. Ut habet Traditio: Prophetis &c.] Petita est Traditio ex Sanhedrin cap. 1. extatque in editione Coccejana pag. 156.

5. Prophetis posterioribus, Haggæo &c.] De tempore, quo isti Prophetæ vixerint, sic legitur in Megilla fol. 16. a.
ברוך בן נריה ושריה בן מעשיה ודניאל ומרדכי בלשן וחגי זכריה ומלאכי כולן נתנבאו בשנת שתים לדריש:
Id est: *Baruch Neriæ filius, Scharja filius Maasjæ, Daniel, Mardochæus, Balschan, Haggæus, Zacharias, & Malachias, omnes vaticinati sunt anno secundo Imperii Darii.*

6. Cœ-

6. Cœlesti Echo] Iterum recipio, de בת קול ad Massechet Purim acturum me, si Deus volet, prolixe & diligenter.

יב

פיסקא בטל השמיר ת"ר שמיר שבו בנה שלמה בית המקדש שנאמר והבית בהבנותו אבן שלמה מסע נבנה ונומ' דברים ככתבן דברי ר' יהודה א"ל רבי נחמיה וכי איפשר לומר כן והלא כבר נאמר כל אלה אבנים יקרות במדות גזית ומגוררות במגרה מבי' ומחוץ אלא מאי לא נשמע בבית בהבנותו שהיה מתקנן מבחוץ ומכניסן מבפנים אמר רב נחמן נראין דברי ר' יהודה באבני מקדש ונראין דברי ר' נחמיה באבני ביתו ולר' נחמיה שמיר למה לי לאבני אפוד כדתניא אבנים הללו אין כותבים עליהם בדיו משום שנ' פתוחי חותם ואין מסרטין עליהם באיזמל שנא במלואותם הא כיצד כותבין עליה בדיו ומביא שמי' ומראה

XII.

Commentatio. *Periit Schamir.* Nempe, ita tradentibus Magistris, ille Schamir,[1] quo usus Salomo in condendo templo, prout S. E. (1. Reg. VI, 7.) *Domus autem cum ædificabatur, lapide integro, ut fuerat advectus, ædificabatur &c.*[2] Verba prout scripta, (*sunt accipienda:*) hæc R. Judæ est sententia. Cui R. Nehemias: Fierine potest, ut hæc sententia obtineat? Annon enim pridem dictum (cap. VII, 9.) *Omnia hæc (erant) e lapidibus pretiosis, secundum dimensiones cæsi lapidis, sectis serra intrinsecus, & extrinsecus.* (*At dices:*) Quis sensus verborum (cap. VI, 7.) Non exauditum est in illa domo cũ ædificaretur, (*aliud, quãm confirmet sententiã meam? Enimvero, respondeo,*) foris illum (*lapides*) præparasse, atque sic (*confectos,*) intulisse. R. Nachman dixit, videri sibi R. Judæ sententiam veriorem, quod quidem ad lapides Templi attineat: Sed quod ad Lapides Regii Palatii spectat, præferre se opinionem R. Nehemiæ. Cæterum, si R. Nehemiæ assentiendum, quid

להם מבחוץ והן מתבקעות מאליהן כתאנה שמתבקעת בימות החמה ואינה חסרה כלום וכבקעה זו שמתבקעת בימות הגשמים ואינה חסרה כלום : ת״ר שמיר זה ברייתו כשעורה ומששת ימי בראשית נברא ואין כל דבר קשה יכול לעמוד בפניו וכיצד מצניעין אותו כורכי׳ אותו בספוגין של צמר ומניחין אותו באיטוני של אבר מלאה סובין של שעורים:

quid profuisset Schamir? (*Usum suum præbuit, in sculpendis*) lapidibus amiculi humeralis, (& *Pectoralis*.) Nam, vult traditio, in istos lapides nihil atramento descriptum fuisse: dicitur enim (Ex. XXIIX, 11.) *Sculpturis sigilli*. Nec tamen scalpro quid fuisse incisum: Quippe S. E. (v. 20.) *In plenitudinibus suis*. Quomodò igitur hæc conciliabimus? Scilicet, atramento in iis depictæ sunt (*literæ*,) allatusq; Schamir, & extrinsecus admotus fuit: (*E vestigio*,) sua sponte, (*lapides juxta literarum ductus*) diffissi sunt, ficus in modum, quæ in diebus æstivis diffinditur, nec quicquam ei decedit: Aut, sicut vallis aliqua, pluvioso tempore hiat, nec quicquam deperdit. Tradunt Magistri, Schamir Creaturam esse, (*magnitudine*) grani hordeacei, inque primo hexaëmero fuisse conditum, neque rem ullam etsi durissimam, adversus eum consistere. Quomodo autem asservatur? Involvitur spongiis laneis, & reconditur in pyxidem plumbeam, plenam furfure hordeaceo.

ANNOTATA.

1. Quo usus Salomo] Extat narratio in Gittin fol. 86. b. qua, Salomonem Templum condere volentem, vermiculum Schamir petiisse docetur. Recenseamus eam, quippe, est mediocris, festiva & lepida magis, quam, uti Buxtorfius in Lex. Talm. p. 2456. vocavit, *prolixa & impia fabula*. Neque enim profectò satis ejus argumenti meminit, perperam asserens, illam narrare, *qua arte Salomon Templum ædificaturus, consilio & ope Sapientum ab Asmodæo dæmoniorum Principe*, vermiculum Schamir *impetrarit*. Res longe aliter gesta est, argumen-

& quidem hac omnino ratione: Nimirum, Salomon ædificaturus Templum, atque perspectum habens, necesse esse, ut ex haud cæsis lapidibus fabrica fiat, solicitus fuisse dicitur, quomodo rem aggrederetur. Comodum monuere Sapientes, extare vermiculum quendam Schamir, solo contactu lapides durissimos findentem, atq; hoc Mosen quoque usum esse, cum Humerali Pontificis, nomina XII. Tribuum committeret; hujus beneficio, opus absolvi posse. Quærente vero Salomone, ubi sit ille vermiculus? suam professi sunt ignorantiam Sapientes, interim suadendo, ad se vocaret dæmones, atque per tormenta ab iis exploraret, quid de Schamir haberent compertum. Paruit consilio Salomo, sed negabant serio dæmones, quicquam sibi de Schamir constare, Principem tamen suum, Asmodæum, ejus quandam habere notitiam, opinabantur. Ergo, mittitur Benjahu Jehojadæ filius, qui catena, cui Divinum nomen insculptum, Asmodæum vinciret, adduceretque. His ita traditis, sequuntur quædam de Asmodæi captura, & paradoxis, quibus finitis, porro inquiunt Talmudistæ ridiculi: לראש תלתא יומי ע"יל לקמיה שקל קניא ומשח ארבעה גרמידי ושדא קמיה א"ל מכדי כי מיית ההוא גברא לית ליה בהדין עלמא אלא ארבעה גרמידי השתא כבשתיה לכ"ע ולא שבעת עד דכבשת נמי לדידי א"ל לא קא בעינא מנך מידי בעינא דאיבניה לבית המקדש קא מיבעי לי שמירא א"ל לדידי לא מסר לי לשרא דימא מסיר ליה ולא יהיב ליה אלא לתרנגולא ברא דמהימן ליה אשבועתיה ומאי עביד ביה ממטי ליה לטורי דלית בהו יישוב ומנח להו אשינא דטורא ופקע טורא ומנקיט מייתי ביזרני מאילני ושדי התם והוי ישוב והיינו דמתרגמינן נגר טורא בדקו קינא דתרנגולא ברא דאית ליה בני וחפויה לקיניה זוגיתא חיורתי כי אתא בעי למיעל ולא מצי אזל אייתי שמירא ואתביה עילויה רמא ביה קלא שדייה שקליה אזל חנק נפשיה אשבועתיה: Id est: *Tertio* (post die, quam fuit adductus Asmodæus, cum prius ob crapulam, & intemperatissimam comestionem, ex quibus laborabat Salomon, non admitteretur,) *ad Regem intravit, ibi sumta pertica, spatium ulnarum quatuor,* (quot scilicet longus erat Salomo,) *dimensus est. Post, projecta in medium pertica,* (Salomonem innuens,) *ait: Iste homo, cum nihil post obitum ex hoc mundo sibi habiturus sit, præter ulnas* (telluris, ubi monumentum fodietur,) *quatuor, tamen subjugato orbe universo, nondum satiatur, nisi me quoq; subjuget. Respondet Salomo: Nihil tui ego desidero: Solo Schamir, ad exstructionem sacri Templi mihi opus est. Subjicit Asmodæus: Meæ custodiæ creditus non fuit, sed tenet eum Sara-Dima,* (qui Oceano, Undisque præfectus est Angelus,) *nec eum cuiquam credit, nisi soli Gallo sylvestri, cujus jurijurando fidem adhibet.* (Quærente vero Salomone,) *quid Gallus sylvestris faceret cum vermiculo Scha-*

lo Schamir? (Respondit Asmodæus: Iste Sylvestris Gallus;) *defert vermiculum ad montes petrosos, nullo gramine, nullisq; arboribus vestitos, quorum cacuminibus dum eum imponit, ut findantur efficit. Postea collecta arborum semina, illuc projicit, unde montes sylvescunt: Atq; hinc Gallus Sylvestris, Montium Faber solet appellari. Proinde, quæsitus fuit nidus Galli Sylvestris, qui pullos excluserat, eum nidum, una cum pullitie, vitro albo obduci curavit Salomo. Reversus Gallus Sylvestris, cum intrare nidũ conaretur, nec posset, abiit, & vermiculum Schamir afferens, eum vitro imponere volebat. Ibi vero* (ii, quos ablegaverat Salomo,) *clamorem ingentem edunt,* (quo ille perterritus, vermiculum) *decidere passus est, quem isti sustulerunt.* (At Gallus sylvestris,) *abiit, & se suspendio necavit, ob jurisjurandi religionem.* De tempore, quo creatus a Deo sit Schamir, est in Pirke Avot cap. 5. & Pirke R. Eliesеris pag. 42. edit. Vorst. item in Pesachim fol. 54. a. Cæterum, ei, qui fabulis missis, sana & sobria de Schamir discere postulat, adeundus est rarioris literaturæ impense doctus vir, Samuel Bochartus, part. 2. Hieroz. l. 6. cap. 11. Nobis, hoc, quod obiter in mentem venit, adhuc superaddere liceat. Illam enim Magistrorum narrationem de Asmodæo, catena quadam, cui Dei nomen insculptum erat, ligato, referens, cogitare cœpi, de Hexagonis, quæ vulgo *Sigilla Salomonis* appellant, & quibus, si in amuletis scribantur, vim magnam adversus Dæmonas tribuunt. Quæro adhuc causam, quare ea triangulorum figura, Salomoni accepta feratur, atque cum in Hispania, apud Granatenses, Montis, quem vocant, Sancti, templum lustrarem, magna admiratione, illud Sigillum, in Suggestu, Calicibus, vestibus Sacerdotum, atque omni reliquo sacro apparatu, vicibus innumeris, vidi expressum. Ipsa quoque laquearia, & parietes, undique nihil præter istud Hexagonum referebant, ita tamen ut sæpe una major figura, minores plurimas, suo ambitu complecteretur. Depinxi mihi quædam schemata, ut aliis ea ostenderem, quod equidem nunc facio ac libens.

* * * * * * * * * * * * * * *


2. Verba prout scripta, sunt accipienda] Ut scilicet ex lapide integro, prout advectus erat, quique ferri cæsionem passus non fuit, Templum conditum esse intelligatur.

3. In plenitudinibus suis] Id est: Ut nihil quicquam iis adimatur.


י״ג XIII.

פיסקא ופסקו אנשי אמנה:
מאי אנשי אמנה א״ר יצחק


Commentatio. *Defeceruntq; viri fideles.* Quinam sunt illi






IESUS
CHRISTUS


ΙΗΣ



אלו בני אדם המאמינים בהקב״ה: תניא ר׳ אליעזר הגדול אומר מי שיש לו פת בסלו ואומר מה אוכל למחר אינו אלא מקטני אמנה והיינו דא״ר אלעזר מאי דכתיב כי מי בז ליום קטנות מי גרם לצדיקים שיתבזבזו שלחנם לעתיד לבא קטנות שהיתה בהם שלא האמינו בהקב״ה רבא אמר אלו קטני בני רשעי ישראל שמבזבזין דין אביהם לעתיד לבוא אומר לפניו רבש״ע מאחר שאת עתיד ליפרע מהם למה אתה הקהית שיניהם בהם:

illi Viri fideles? Nempe R. Isaaco explicante, [1] sunt viri in Deum B. credentes. Traditio est, quod R. Eliesér cogn. M. dixerit; [2] Quicunq; adhuc buccellam in canistro, residuam habet, dicitque; Quid cras comesturus sum? Is est ex numero [3] parvorum fide. In hunc sensum dixit R. Eleasar; Quomodo capiendum illud (Zach. IV,10.) *Nam quis rapuit diem? Parvitas.* (Nempe hoc innuitur:) Quid in causa fuit, [4] ut diriperetur Mensa justorum in cœlo? Animi abjectio, quæ inter illos dominabatur, quod scilicet in Deum fiduciam non collocarunt. Cæterum, Raba opinatur, intelligi hic parvulos improborum Judæorum, qui olim, sententias in parentes latas, [5] deprædabuntur, dicendo; Mundi Arbiter, quandoquidem ultionem de iis sumturus es, [6] quare dentes eorum obstupefecisti?

ANNOTATA.

1. Sunt viri in Deum credentes] Retineamus lectionem, quam ex Codicibus En Jacob exhibuimus. Quod enim in Talmude בני אדם שאין מאמינין contrario prorsus sensu legitur, id vitiosum esse, quisque intelligit. Videlicet, ipsomet R. Salomone, in Glossa, autore, oportet hic intelligere viros, שבוטחין בהקב״ה לוותר ממונם לנוי הידור מצוה ולצדקה והוצאת שבת וימים טובים: *Qui Deo in tantum confidunt, ut opes suas in honorem & decus Praceptorum, eleemosynas, ac Sabbatorum & dierum festorum impensas, profundant.*

 2. Qui-

2. Quicunque adhuc buccellam &c.] Quo, hoc dictum, eodem tendit & divina Servatoris nostri exhortatio, Matth. VI, 25. seqq.

3. Parvorum fide.] קטני אמנה Sacris Novi Testamenti Scriptoribus, una voce dicuntur ὀλιγόπιστοι, atque ad hoc verbum designandum, merito priorem phrasin semper adhibuit Vetus Matthæi interpres Tilianus. Sic, ubi Matth. VI, 30. legitur : Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; ipse vertit: ואם את עשב השדה שוש * היום ומחר ישלח בתנור אלהים כן לובש כל שכן אתכם קטני אמנה: Similiter, pro eo, quod est cap. VIII, 26. Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι, dixit : למה אתם יראים קטני אמנה Item verba cap. XIV, 31. Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; transtulit : קטון אתה באמונה למה הסתפקתה * Dicunt aliàs Rabbini quoque, fere simili ratione מחוסרי אמנה *Deficientes fide*, sed extra sacrum argumentum, in Bava Mezia fol. 49. a.

* Legendũ שיש

* Lege הסתפקת

4. Ut diriperetur mensa justorum &c.] Id est: Ecquæ causa esse potest, quod Pii, non perfectam illam, & omnibus numeris absolutam mercedem, quæ iis in cœlo reposita erat, referunt?

5. Deprædabuntur] Id est : Enervabunt, irritas reddent.

6. Quare dentes obstupefecisti?] Id est: Quare effecisti, ut præmaturum nostrum obitum, ad mentis exitium usque sese tristando, lugere ac deflere cogerentur? Utique jam satis pœnæ pro suis peccatis tibi dederunt.

י״ד

אמר רבי אלעא בר ברכיה אלמלא תפלתו של דוד היו כל ישראל מוכרי רבבשנ שיתה ה' מורה להם ידעו גוים אנוש המה סלה : ואמר רבי אלעא בר ברכיה אלמלא תפלתו של חבקוק היו שני ת"ח מתכסים בטלית אחד ועוסקין בתו

XIV.

Ait R. Ela B. F. Absque precibus Davidis fuisset, omnes Judæi [1] ad vendendam pinguedinem, redacti fuissent, Namq; precatus est David (Psal. IX, 21.) [2] *Injice Domine iis timorem, ut agnoscant Gentes, se mortales esse, Sela.* Idem R. Ela, ait; Absque precibus Habacuci fuisset, [3] duo Discipuli Sapientum, uno sese obtexis-

בתורה שנאמר ה׳ שמעתי שמעך
יראתי ה׳ פעלך בקרב שנים
חייהו אל תקרי בקרב שנים
אלא בקרב שנים ואמר רבי
אלעא ברבי ברכיה שני ת״ח ש
המהלכין בדרך ואין ביניהם ד
דברי תורה ראויין לישרף שנ׳
ויהי המה הולכים הלוך ודבר
והנה רכב אש וסוסי אש וג׳
ויפרידו בין שניהם ויעל אליהו
בסערה השמימה וכו׳ טעם
דאיכא דבור הא ליכא דבור
ראויין לישרף: ואמר רבי אלעא
בר ברכיה שני ת״ח הדרין בעיר
אחד ואין נוחין זה לזה בהלכה
אחד מת ואחד גולה שנאמ׳
לנוס שמה רוצח אשר ירצח את
רעהו בבלי דעת ואין דעת אלא
תורה שנאמר נדמו עמי מבלי
הדעת: אמר רבי יהודה בריה
דרבי חייא כל העוסק בתורה
מתוך דוחק תפלתו נשמעת
שנאמר כי עם בציון ישב ב׳
בירושלם בכו לא תבכה חנון
יחנך לקול זעקך וגומר וכתיב

obtexissent pallio, atque ita Legi operam dedissent. Sunt vero istæ Habacuci preces (c. III, 2.) *O Domine, audiens pronunciatum tuum timeo. Opus tuum in medio annorum vivifica.* Pro בְּקֶרֶב שָׁנִים (*i. e. In medio annorum*) Legatur: בְּקְרוֹב שְׁנַיִם (*i. e.*[4] *duobus simul convenientibus.*) Ejusdem Elæ, dictum est: [5] Duo Discipuli Sapientum, qui iter faciunt, neque inter se de Lege divina colloquuntur, digni sunt, qui comburantur: Uti (2. Reg. II, 11.) S. E. *Fuit itaque ipsis pergentibus ambulando colloqui, ut ecce currus igneus, & equi ignei, separationem facerent inter utrosque: sic ascendit Elias turbine in cœlum.* (*Ergo, quod illæsi fuere,*) ejus rei causa, quia de lege sermocinati; quod si vero [6] de ea verba non contulissent, mansisset eos combustio. Pergit idem [7] R. Ela, Berachiæ filius: Si duo Discipuli Sapientum, in eadem Urbe morentur, neque se invicem in studiis Talmudicis exerceant, tum eorum alter mortem obit, alter urbe pellitur: Q. S. E. (Deut. IV, 42.) *Ut confugiat illò homicida, qui occidisset proximum suum, præter mentem.* Mentis autem no-

בתריה ונתן ה' לכם לחם צר
ומים לחץ רבי אחא בר חנינא
אמר אף אין הפרגוד ננעל
לפניו שנאמר ולא יכנף עוד
מוריך : רבי אבהו אמר אף
זוכה ומתקבל פני שכינה
שנאמר והיו עיניך רואות את
מוריך :

mine, Lex venit, uti in illo (Hos. IV, 6.) *Exscindetur populus meus, eò quod mente carent.* R. Juda F. R. Ch. dicere solitus: [3] Quisquis legi vacat, paupertate coactus, ejus preces exaudiuntur. Q. S. E. (Es. XXX, 19.) *Nam populus Zione habitabit Hierosolymis: Porro non flebis, omnino gratiam faciet tibi, ad vocem clamoris tui:* Deinde subjungitur (v. 20.) *Et dabit vobis Dominus panem angustiæ, & aquas oppressionis.* R. Acha F. Ch. addit: Etiam coram tali [4] velum non obduci. Q. S E. (ibid.) *Non includetur angulo amplius, ullus docentium te.* R. Ashu eundem mereri perhibet, fruitionem divinæ majestatis: Q. S. E. (eodem loco:) *Et oculi tui, videbunt doctores tuos.*

ANNOTATA.

1. Ad vendendam pinguedinem redacti fuissent] Id est: Redditi fuissent pauperrimi, loquendo sic per Synecdochen. רבב היא דבר מאוס כמו חלב ושומן ונדבק בבגדיהם ונמאסין ואין לך אדם מתעסק בהם אלא עני : Inquit R. Salomo in Glossa. Id est: *Pinguedo, uti adeps, aut oleum, res sordida est, vestibus, eam tractantium adhærens, ob hanc igitur spurcitiem, soli pauperes, eam faciunt negotiationem.*

2. Inspice Domine &c.] Hæc, est Precationis illius sententia: O Domine, ita fiat quæso, ne, ceu jam modo precatus sum, paupercu lis Judæis plane pereundum sit. Quin potius concede iis opes, & honorem, ut οἱ ἔξω illos venerentur, nec sibi persuadeant, se Numinum instar esse, solosque divitiis & potentia frui debere.

3. Duo Discipuli Sapientum uno sese obtexissent pallio &c.] Etiam hæc, Paupertatis est periphrasis. At, fuit profecto tempus, cum ex paupertate nimia, non duo tantum, sed universi sex Discipuli Sapientum, uni pallio sese involverent, atque sic studiis suis operarentur. Sanhedrin fol. 20. a. אמרו עליו על רבי יהודה ברבי אילעאי שבזמנו היו ששה תלמידים מתכסין בטלית אחת ועוסקין בתורה

Id

Id eſt : *Ferunt, ætate R. Judæ F. R. E. Senos Diſcipulos, unico ſe obtexiſſe pallio, & ſtuduiſſe.* Dubium relinquitur, utrum magis mirari quis debeat extremam paupertatem iſtorum hominum, an vero impigrum in diſcendo ſtudium. In hos ſolos, vere quadrabat illud :

Multa tulit, fecitq; puer, ſudavit & alſit.

4. Duobus ſimul convenientibus] Eſt igitur harum precum ſenſus : O Domine, id obſecro præſta, ut, cum duo ſimul, ad tuum opus peragendum diſcendumque conveniunt, ſemper habeant, unde vivant, unde ſe veſtiant.

5. Duo Diſcipuli Sapientum, qui iter &c.] Repetunt hoc dictum Magiſtri, in Taanit fol. 10. b. Commendatum id habuere Sapientes, unde in Sohar, ad Seph. Bemid. fol. 59. col. 1. רבי יצחק ורבי יהודה הוו אזלי מאושא ללוד אמר רבי יהודה נימא מלין דאוריתא ונזיל : Id eſt : *R. Iſaacus, & R. Judas, relicta Uſa, ſimul urbem Lud petebant : Ait igitur R. Judas : Agedum, dicamus quid de rebus ſacris, atq; ſic inceptum iter perſequamur.* Sed, non tantum, cum duo in itinere, verum &, cum in urbe conveniunt, de Lege Divina ſermocinandum eſt. Pirke Avot. c. 3. שניהם שיושבין ואין ביניהם דברי תורה הרי זה מושב לצים : Id eſt: *Duobus ſimul conſidentibus, nec agentibus de Lege Divina, is conſeſſus vocatur Irriſorum.*

6. Si vero de ea verba non contuliſſent] Ergo, quærat quis, quid tandem Elias atque Eliſæus, tum temporis ſint colloquuti? Res enim mira, niſi id Judæi ſciunt. Vero ſciunt. Nam, ſic eſt in En Iſraël fol. 48. col. 4. ex Jeruſchalmi Berachot : רבי אחא אמר בק״ש היו עוסקין רבי יודן אמר בבריאות עולם היו עוסקין רבי יודן בריה דרבי אבין אמר בנחמות ירושלים היו עוסקים רבנן אמרי במרכבה היו עוסקין Id eſt : *R. Acha autor eſt,* (Eliam atque Eliſæum, paulo ante poſtremam ſeparationem,) *contuliſſe inter ſeſe, de Sectione* Audi Iſraël. *R. Judan voluit, de Creatione mundi, ipſos inſtituiſſe ſermonem. Alius R. Judan F. R. A. aſſeruit, ipſos egiſſe de futura reſtitutione Hieroſolymarum, poſt excidium. Sed, Magiſtris placet, de ſummo myſterio Quadrigæ Ezechielis, ipſos veniſſe in collocutionem.* Nemo horum temere ſic opinatus eſt, ſed nixus Scripturæ aliquo argumento, quæ ego adducere nolui, quia ita cum placitis iſtorum hominum cohærent, uti ſolent male teſſellata pavimenta.

7. R. Ela Berachiæ filius] Neſcio, an operæ pretium ſit monere, pro ברכיה ſemper יברכיה legi in Talmudis editionibus. Quid enim refert, ſive hoc, ſive illo nomine, vocatus fuerit tenebrio ?

8. Quis-

8. Quisquis legi vacat, paupertate coactus &c.] Nonnemo apud Arbitrum, neſcire ſe profitetur, quare Bonæ Mentis Soror, Paupertas ſit. Ego vero cauſam ſcio, didicique eam ex Peſachim fol. 50. b. aliosque eandem edocebo : תר״ כ״ד תעניות ישבו אנשי כנסת הגדולה על כותבי ספרים תפלין ומזוזות שלא יתעשרו שאלמלא יתעשרו אינן כותבין: Id eſt : *Teſtantur Sapientes, Viros Congregationis Magnæ,* (quos inter Haggæus, Zacharias, Malachias, Eſra, Nehemia &c. principatum ducebant,) *vicies & quater jejunaſſe, eam ob cauſam,* (ut vellet Deus, juberetque,) *ne unquam ii, qui libros ſacros, Phylacteria, aut Schedas liminares ſcribunt, diteſcerent, nam ſi diteſcant, metus eſt, ut nolint ſcribere.* Fuit ſine dubio, iſtius inediæ, qua viri ſanctiſſimi ſe macerarunt, tanta vis, ut effectum, non Librarii tantum inter Judæos, ſed & plerique fere, qui & apud illos, & usquam gentium, ſapientiæ ſtudiis ſe manciparunt, ac mancipabunt imposterum, pridem ſenſerint, & ſint ſenſuri deinde, nam ad hos, cauſa jejuniorum, etiam magis, quam ad Librarios attinet. Atque, hinc illæ lacrumæ, hæc noſtri fundi calamitas! Proinde, nihil reſtat, quam ut quisque ſuum malum patienter ferat:

Fatis agimur: cedite Fatis.
Non ſolicitæ poſſunt curæ.
Mutare rati ſtamina fuſi.

9. Velum non obduci.] De voce הפרגוד multa utiliter congeſſit Buxtorfius, in Lex. Talm. p. 1797. Quibus addimus, ita nobis videri, tum hic, tum alibi in Talmude, idem omnino per הפרגוד indicare velle Magiſtros, quod S. Apoſtolus Epheſ. II, 14. Τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ appellavit. Elegans eſt Translatio, cum quædam quaſi Cortina, inter Deum, hominesque aliquos, ſtatis temporibus obduci fingitur, a Regibus & Sponſis deſumta. Notat enim הפרגוד ita rem eleganter exponente Autore libri Aruch, fol. 124. col. 4. hoc ſenſu proprie וילון שיש לפני כילת חתנים ולפני פתחי המלכים: *Velum, quod eſt ante Sponſorum thalamum, vel Regum Januas.*

יה — XV.

פיסקא: אין יום שאין בו קללה וכו׳ אמר רבא כל יום ויום מרובה קללתו משל חברו

COmmentatio. *Nulla dies affulſerit ſine plaga* &c. Ait Raba : [1] Semper poſtridie majores plagæ ſunt, quam pridie. Q. S. E.

שנא׳ בבקר תאמר מי יתן ערב
ובערב תאמ׳ מי יתן בקר הי׳
בקר אילימא בקר דלמחר מי
ידע מאי הוי אלא דחליף
ואולא ואלא עלמא אמאי קא
אקידושא דסדרא ואיהא
שמיה רבא דאגדת׳ שנאמ׳ ארץ
עיפתה כמו אופל צלמות ולא
סדרים ותפע כמו אפל הא
יש סדרים תופיע מאופל:

Q. S. E. (Deut. XXVIII, 67.) *Sub diluculum dices: O quis dabit vesperam? & vesperi dices, o quis dabit diluculum?* Quodnam diluculum hic intelligitur? Anne diluculum diei proximi? At, quomodo scire quis potest, quid futurum sit? Igitur, quod præteriit, atque exactum est, (*notatur.*) [2] Quid vero Mundo dat stabilitatem? Recitatio trisagii, ad unamquamque Sectionem Legis; & verborum: [3] *Sit nomen ejus magnum &c.* finitis lectionibus Talmudicis: Q. S. E. (Job. X, 22.) *Terram obscurissimam, similem caligini umbræ lethalis, & expertem vicissitudinum, cum splendet, similem caligini.* Quamobrem,[4] cum Sectiones suas habent, splendent e tenebris.

ANNOTATA.

1. Semper postridie majores plagæ sunt, quam pridie] Nec id mirum: Nam, inter Judæos pariter,

Damnosa quid non imminuit dies? Hor. l. 3.
Ætas parentum, pejor avis, tulit Carm. Od. 6.
Hos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

2. Quid vero Mundo dat stabilitatem?] Merito sic quærunt, Nam, in tantis cladibus, & malorum iliade, nihil supererat, quam ut quisque vere auguraretur illud Aristophanæum:

— Τὰ δ᾽ ὑπέρτερα νέρτερα θήσει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης·

3. Sit nomen ejus magnum &c.] Adde מבורך *Benedictum*, & habebis integram acclamationem.

4. Cum Sectiones suas habent &c.] Id est: Quoad Judæi, quavis hebdomade, suam e Lege Paraſcham meditabuntur, addentq; Chaldaicam Paraphraſin, ſemper adhuc quædam bonæ fortunæ ſcintilla micabit, nec metuendum,

Ut fractus illabatur Orbis.

יז XVI.

פיסקא ולא ירד טל לברכה וניטל טעם הפירות תניא ר״ש בן אלעזר אומר טהרה בטלה טעם וריח וידוי מעשר ביטל שומן דגן רב הונא אשכח תמרתא דהנוניתא כרכיה בסודריה אתא רבה בריה א״ל קא מורחנא מינך ריחא דהנוניתא א״ל בני טהרה יש לך יהבה ניהליה אדהכי אתא רבא בריה שקלה יהבה ניהליה א״ל בני שמחת את לבי והקהית את שיני דאמרי אנשי רחמי דאב אבני ורחמי דבני אבני דהוו להו רב אחא בר יעקב איטפיל ביה ברב יעקב בר ברתיה כי גדל א״ל אשקיין מיא אמר להו אטו ברך אנא בר ברתך אנא והיינו דאמרי אינשי ר בר ברתיך אנא:

Commentatio. *Neq; Ros ſalutis deſcendit, &* [1] *ſapor fructibus ademtus.* Sic tradunt, R. Simeonem F. E. dixiſſe: ([2] *Intermiſſionem*) purificationis, ſuſtuliſſe ſaporem odoremque (*fructuum; confeſſionis*) decimarum vero, [3] pinguedinem frumenti. R. Huna invenit [4] dactylos pinguiſſimos, eosque in pallium recondidit: Adveniente Rabba, filio ſuo, & dicente, olfacere ſe dactylos pinguiſſimos, ait illi: Mi fili, [5] mundities in te eſt, eosdemque illi exhibuit. Dum hi ita inter ſe (*colloquuntur,*) venit Raba, (*filius Rabbæ, nepos Hunæ, huic pater dactylos*) dono dedit. Tum ait (*R. Huna:*) Fili, [6] cor meum exhilaraſti, ſed dentes meos ſtupefeciſti. Vulgi quoque ore circumfertur: Amor patris in liberos (*propendet:*) amor autem liberorum, in liberos a ſe procreatos. R. Acha I. F. educavit R. Jacobum, ſuum e filia nepotem.

tem, cumque adolevisset, illique (*R. Acha*) dixisset : Da mihi aquam ad bibendum : Respondit ei : Nunquid ego filius tuus sum ? 7 Nepotem tantum e filia me esse scias. Atque hoc in proverbium abiit, ut vulgo dicant : Heus Magister, heus inquam, nepos tuus e filia sum.

ANNOTATA.

1. Sapor fructibus ademtus] Enim vero, non fructibus tantum sapor est ademtus, sed & rei alii, Magistrorum potius, ex Sanhedrin, p. 289. edit. Coccej. quam meis verbis efferendæ. מיום שחרב בית המקדש ניטלה טעם ביאה וניתנה לעוברי עבירה: *Ex quo tempore templum destructum est, ablatus est sapor Veneris, datusq; est peccatoribus.*

2. Intermissionem purificationis &c.] Nam, cum Judæi sese mundarent, & sanctimoniā colerent, Deus quoq; terræ frugibus, omnē adimebat impuritatē, ut sapidissimi & odoratissimi essent, efficiens.

3. Pinguedinem frumenti] Ratio est, quia Num. XVIII. ubi de Decimis sermo, v. 12. חלב יצהר *Oleum pingue*, commemoratur

4. Dactylos pinguissimos] Etsi non Talmudis tantum, verum & Libri En Jacob Codices, inter se concorditer congruunt, leguntq; תמרתא דחנוניתא eaque lectio tolerari potest, cum exponere liceat, *Dactylos, quibus magna est gratia* : Tamen mihi placuit דהנ ניתא rescribere, quod a דהן *Pinguescere*, inflexum est vocabulum. Nempe, sic Raschi videtur legisse, atque sic legit alibi ipsum Talmud, in Cetubot fol. 61. a. Ubi notat Glossa : תמרתא דהנוניתא תמרי שמינ׳ כמו קריב לגבי דהינ׳ ואידהן; Id est : תמרתא דהנוניתא Dactylos pingues *(interpretari oportet, & vocis* דתניניתא *significationem petere ex illo trito* קריב לגבי דהינא ואידהן *quod explicari aliter nequit, quam:) Accede ad pinguem, & pinguefies.* Sunt Dactyli, quos Judæa edit, longe meliores iis, qui alibi terrarum nascuntur. Neque id Plinium latuit, unde l. 13. Hist. Nat. c. 4. *Judæa vero inclyta est, vel magis Palmis.* Causa, nisi fallor, est illa, in hac regione, Justino l. 36. hist. c. 3. teste, *tepidi aëris naturalis quædam, ac perpetua apricitas* : Qualis cœli temperatura, Palmis alendis, mire conferre videtur. Juvat credere, illam cujus Jud. IV, 5. mentio fit, ante alias arduam, & umbrosam fuisse. Eaque, quod obiter notamus, libro Cabbalistico titulum deinde dedit. Quem non recte accipiens, eruditus cæteroquin Vir, Joh. Henricus Hottingerus, in Biblioth. Orient. p. 32. תאמר דבורה scripsit, vertit vero *Dixit Debora*; cum debuisset scribere תמר דבורה vertere, *Palma Deboræ.* Ex dictis, patet ratio, quare in

 Vespa-

Vespasiani nummis, quibus JUDÆÆ VICTÆ memoria, æternitati consecrata est, Palma præcipue fuerit adumbrata. Scilicet, nihil æquius erat, quam ut, cum de Judæa triumphandum, arbor exprimeretur, quæ illam regionem nobilitabat vel maxime. Tum vero, nihil aptius, nihil elegantius, in Victoriatis Nummis esse poterat, quam, ceu Ovidius l. 10. Metamorph. fab. 2. vocat:

— *Lentæ victoris præmia Palmæ.*

Non sunt mihi ulli veterum nummi, quos parare licuit, majori in pretio, quam isti quos innui: Imo, meo judicio, liquido debetur his Palma, præ reliquis, quotquot extant universis. Nunquam illos aspicio, aspicio autem sæpissime, quin me sacra religio occupet, ut cœlestis Providentiæ consulta, & veritatem vaticiniorum, quæ tum Prophetæ veteres, tum imprimis Servator meus, adversus Politiam Judaicam ediderunt, in iis agnoscam, & religiose venerer. Hos sæpe Judæis exhibui, ut viderent faciem, illius, ad cujus nomen penitus horrent, Vespasiani: Semper addens, cogitarent, inde a cusis istis nummis, ab his tropæis erectis, gentem suam toto orbe, sine aris, sine focis, sine Duce, imo sine Numine, hac illac circumcursare, omnium mortalium ludibriis & injuriis exponi, nec vel tandem, post tot longa secula, de libertate ac meliori fortuna, *σκιᾶς ὄναρ καὶ τούτου οὐδαμινώτερόν τι* (ut S. Chrysostomi verba, mea faciam,) adesse. Ergo, cum tantum momentum ad pietatem, & ad urendos Judæos, Nummi, de JUDÆA VICTA, afferant, est omnino operæ pretium, tam eorum, quos nos possidemus, quam quos apud alios, imprimis vero Cl. Patinum, in Numismat. Imperat. p. 141. vidimus, effingere scalpturas ectypas, haud minorem, ipsi nummi quam habent, vim, in Bonorum animis exercituras. Tales qui estis, has mihi e regione, intuemini:

* * * * * * * * * * * * * * *

Istæ, sunt proborum Nummorum, de quibus sermonem fecimus, quotquot ex iis nobis videre licuit, effigies. Dedit adhuc aliam, & eam quidem multum ab his diversam, præclari nominis Theologus, Hornbeckius, in Præfatione libri, quem de Convincendis Judæis, scite composuit, quam & ipsam exprimere visum est,






IMP CAES VESPASIAN AVG P M TR P P P COS III


IVDAEA CAPTA
S C


IMP T CAES VESP AVG P M TR P P P COS VIII
IVD CAP
S C
R F


IMP CAES VESPASIAN AVG P M TR P P P COS III
IVDAEA CAPTA
S C
R F


IMP CAES VESPASIANVS AVG P M TR P COS II
IVDAEA CAPTA
S C
R F


IVDEA CAPTA
S C


IVDEA CAPTA
S C


VICIS TI CAES
S C



etsi non omnino præ se ferre videtur ingenuitatem. Quid enim illa stans togata figura, quid istud nescio quod animal, sibi velint, non satis intelligo, & mirum, ni nummus, qui inter verorum ejusdem lineæ tres illos majores, medio loco conspicitur, præ vetustate, ut satis agnosci non posset, exesus, cum ei chalcographi quoque incuria accederet, sic male fuit adumbratus.

5. Mundities in te est] Sagax nasum habes; quod tua tibi præstat innocentia, & morum sanctitas.

6. Cor meum exhilarasti, sed dentes meos stupefecisti] Id est: Delectatus sum vehementer, postquam odoris in te accerrimum sensum esse animadverti, inde de vitæ tuæ integritate faciens conjecturam. Sed illud interim animi discrucior, quod majore affectu liberos ex te natos, quam me patrem prosequeris.

7 Nepotem tantum e filia me esse scias] Supple: Nec teneri ad ea obsequia præstanda, quæ filius debet præstare patri.

יך

פיסקא משמת רבן יוחנן וכו׳ ת״ר משמת רבי אלעזר נגנז ס״ת משמת ר׳ יהוש׳ בטלה עצה ומחשב׳ משמת ר׳ עקיבא בטלו זרועי תורה ונסתתמו מעינו׳ חכמה משמת ורבי אלעזר בן עזריה בטלה עטרת חכמים שעטרת חכמים עשרם משמת רבי חנינא בן דוסא בטלו אנשי מעשה משמת א אבא יוסי בן קטינתא בטלו חסידים ולמה נקרא שמו אבא יוסי בן קטינתא שהיה מקטני

XVII.

Commentatio. *Mortuo R. Jochanan &c.* Sic fertur: Mortuo R. Eleasare * Lex divina condi cœpit. Mortuo R. Josua, evanuit consilium, & prudentia. R. Akiba fato functo, periere brachia Legis, obstructique fontes Sapientiæ. Cum R. Eleasar, F. A. inter vivos esse desiit, corona Sapientum ablata: Corona vero Sapientum sunt divitiæ. Mortuo R. Chanina F. D. cessarunt thaumaturgi. Abba Jose Parvo mortuo, defecere Religiosi, Parvus autem dictus est, quia minutal erat Religiosorũ. Mortuo Assai filio, cessarunt lu-

חסידים משמת בן עזאי בטל׳ השקדנין משמת בן זומא בטל׳ הדרשנים משמת רשב״ג עלה גובאי ורבו צרות משמת ר׳ הוכפלו הצרות משמת ר״ם בטלה ענוה ויראת חטא א״ל רב יוסף לתנא לא תיתני ענוה דאיכא אנא א״ל רב נחמן בר יצחק לתנא לא תיתני יראת חטא דאיכא אנא:

cubrantes. Mortuo Sumæ filio, acuti interpretes: Mortuo R. Simeone F. G. venere Locustæ, & auctæ sunt calamitates. Mortuo Rabbi, duplicata sũt infortunia. (*Addunt alii:*) Rabbi mortuo, simul modestiam, timoremque sceleris periisse. Cæterum huic Doctori Mischnico, dixit R. Joseph: Non referre debebas inter res amissas, Modestiam, ego enim supersum. Similiter R. Nachman F. I. eundem Doctorem revocare jussit, quæ de timore sceleris dixerat: Nam se salvum adhuc esse.

ANNOTATA.

* Lex divina condi cœpit.] Eadem phrasis, in Pesachim, ubi fol. 62. b. ajunt, מיום שנגנז ספר יוחסין תשש כוחן של חכמים וכהה מאור עיניהם Id est: *Ex quo condi cœpit Liber Juchasin, debilitata est vis Sapientum, & lumen oculorum eorundem passum est caliginem.* Credo, eandem expressam esse, in inscriptione Hebraica, quam in magno marmore, quod parietibus Ecclesiæ Metropolitanæ, apud Hispalenses insertum, legi testatur Rodericus Caro, in Antiquitatibus ejus Urbis l. 1. c. 23. & cujus hanc affert sententiam:

TESTIMONIO DESTE TUMULO Y DESTA LOSA, POR SEÑAL, Y POR MEMORIA, VEIS AQUI ESCRITA. QUE AQUI FUE ENTERRADO EL THESORO DE TODOS LOS VASOS DE CUDICIA,

CIA; POR LA LEY Y POR TESTAMENTO, Y CON LA SABIDURIA. DEL NOMBRE DI DIOS ALLI HABLO MARAVILLAS, Y CON EL FUE ENTHESORADO EL LIBRO DE LAS MEDICINAS, ARBOL DE LA SABIDURIA FIEL. O MAESTRO MISERICORDIOSO, RECTO Y CONSTANTE, Y FIEL RABI SALOMON HIIO DE RABI ABRAHAN, HIIO DE GAIS, HIIO DE BARUC: FUE ACOGIDO A SU PUEBLO. ANDAVA EN SU PERFECION EL MES SIVAM AÑO DE CINCO MIL Y CIENTO Y CINCO.



BONUM FACTUM!

HÆc habui, Mi Lector, quæ in præclariſſimum Talmudis de Sota Librum, commentarer. Non te detineo diutius, & miſſis nobis, alios nunc convenire tibi licebit. Sed vero, ut noſtri memor vivas, ſeparatio facienda, ex lege inſtitutoq; Sapientum Hebræorum, cujus ſupra aliquando mentionem injecimus, hoc eſt, מתוך דבר הלכה *Inter media verba de Sapientia.* Hujus quidem dicti, duplicem ſenſum eſſe, olim Rabbinus quidam, me edocuit. Unum. ultimo ſermone, denique abrumpenda verba eſſe, & ſcrupulum aliquem injiciendum ſocio, qui eum moleſte urgeat, & ita ſe in animum illius inſinuet, ut exinde exturbari nequeat. Alio, moneri nos, ſcitum, ſapiens, quodque in pectus condi meretur, dictum, ſemper ſupremam vocem eſſe debere colloquentium. Utrum quis faciat, occurritur ſane oblivioni; ſed nobis, placet prior expoſitio. Ergo, Bone Lector, morem gerentes, ne noſtri memoriam abjicias, crucem nunc tibi figimus, apponimusq; cum ſua icone, Inſcriptionem, quam, in candido marmore, Oſſuarium, quod eſt juxta Ratisbonenſem Baſilicam, habet expreſſam. Facito, Sodes, periculum, num ea, quæ Hebraicis ruſticis, uti vocant, literarum characteribus, celantur, legere queas, ac interpretari. Fortaſſe faceſſo tibi negotium, nec a me tam breviter expedies. Enim vero: Quid ego primam Talmudici dicti expoſitionem commendo? Imo, paululum ad me dum redeo, alteram longe præferendam judicans, id nunc ſerio, & bona fide te volo, Mi Lector,

DISCE MORI.



A·D·M·D·L·XXX·IIII·D·M·N·XVI·OBŸT·
IN DÕ·⊓ ⊔ ⌈ ⊐·⊓F ⌋⌊·⊓ ⌋L F ⊔ ⊔ ⊡·
⌋⌈⊔⊔⌈ ⊐⌈ ⊐·DIÃC·RÃT·ETÃ·SVE·
D̃·VI·CVIV9 AÑI·DEO·VIVAT·AM·
EN·RQ̃E „ SC̃I·Ĩ PC̃E·



MANTISSA

CONTINENS

TUM

INTERPRETATIONEM

EORUM, QUÆ IN ANNOTATIS EX LIBRIS EXOTICIS

ALLEGANTUR; ET QUÆDAM

ADDENDA AUT EMENDANDA:


TUM

CORRECTIONES

LIPMANNIANAS.

NUnquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies:

Quod mi evenit nunc.



ANTONIO MAGLIABECHIO
Viro Clarissimo, & Magno Hetruriæ Duci a consiliis,

JOH. CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS S. P. D.

PRo benevolentia tua, ANTONI MAGLIABECHI, VIR CLARISSIME, quam ego, ab illo inde tempore, quo te primum cognoscere, tuamq; virtutem, ac eruditionem vereri, concessum fuit, promtam & expositam semper expertus sum, non indigne, sat scio, feres, quod huic Mantissæ; notum Orbi, quaqua patet, literario, Nomen tuum, præfigitur. Quemadmodum enim, in Optimo Virorum, tuo, meoq; CAPELLANO, Genio Hospitalis Galliæ, qui tam benignũ munemq; se mihi præstitit, si non ex merito, majoribusq; victimis, saltem pie, & mola salsa, litare institui; ita, quando sacrum hoc referendæ gratiæ munus, jam semel cœptum est, nec Deorum Italiæ Præsidum, quoniam & ipsi, libentes volentes mihi olim faverunt, immemorem me præstare debeo. Eam ob rem, apud hos, te, o Noster, Sequestrum deposco,

cujus fidei hæc Notarum oblivia, & fragmentorum exoticorũ interpretationes, una cum Lipmannianis Correctionibus, veluti thuris quasdam micas, sacrificandas concredo. Et vero, magis carum acceptumq; iis Numinibus Sacerdotem, haud credo reperissem alium, si maxime cuncta apud vos fuissem rimatus. Illam enim solertem vim ingenii tui, infinitæ lectionis penum, & omnigenæ doctrinæ peritiam, deniq; morum illam integritatem, hoc est, te, & tua omnia, quanti faciant, facile ex eo assequimur, quod Summos, qui ipsorum loco sunt Principes, in tantum tibi propitiarunt, ut nemo iis clementioribus utatur. COSMUM III. dico Ducem, non Magnæ solum Hetruriæ, sed saluti universorum mortaliũ, quasi quadã fatorum industria, sanctioribus auspiciis præfectum; & cui consensus ac conspiratio quædã præcipuarum, quas ipse non ita pridẽ omnes adivit, Europæ nationum, vitam, salutem, gloriam, inter quotidiana vota precantur. Dico item hujus Patruum, LEOPOLDUM CARDINALEM, omnium Principum, quotquot Sol, Mundi oculus intuetur, longe eruditissimum, & quem hoc magis nomine, quã ob liberalissimas largitiones, quibus Reip. Literariæ emolumenta vehementer promovet, cunctasq; præclaras animas, munificentiæ suæ vectigales reddit, omnes quibus bonarum honestarumq; rerum scientia aut sensus inest, loquuntur. Nimirum, sic placuit cœlesti Providen-

videntiæ, ut æterna MEDICEORUM familia, postquam in Græcia, Herculis, conditoris sui, memoriam renovando, Gigantes ac Monstra domuerat, in Italiam translata, ibi ad clavum sederet, ac Reipublicæ perpetuo FLORENTIS pulcherrimum exemplar efformando, haberet semper ac daret, Eximios Principes, in quibus vetusta gloriarum insignia collectim repeti, ac nova in posteros cumulate possent dimitti. Quæ cum ita sint, non miramur jam amplius, illud felicitatis culmen, ad quod hæc Propago inclyta, in non multorum seculorum decursu, domi forisq; apud nos provecta est; quin potius, ceu facere publica Pietas jubet, gaudemus & triumphamus in nova AUGUSTA nostra, quæ, ex singularis exempli Principe ANNA, COSMI Ducis Amita, LEOPOLDI CARDINALIS Sorore, Maternum sanguinem trahens, AUSTRIACÆ, & MEDICEÆ Domus Divinam indolem, & cœlestia decora, uno consummatissimo Naturæ procreatricis specimine, ipso vultu, notisque corporis illustribus, referre dicitur, &, quæ talis profecto futura nunquam erat, nisi decrevisset DEUS, hujus potissimum sobole, almam AUSTRIACAM Stirpem, reddere numerosiorem, imo, quod omnes Boni ominamur, perpetuam. Tu vero macte interim, fortuna tua, horumque Principum indulgentia, MAGLIABECHI PRÆSTANTISSIME, atque in istis secundis, retine veteres erga me

 affectus

affectus, & fave donario, quod tibi committimus. Fateor, levidenſe eſſe, ſi animum demas, ſed is, quoniam divelli ſe non patitur, non tu hæc unquam foras quaties. Cum primum ad Sotæ Commentarios ſcribendos, me accinxiſſem, non erat animus, quæ ex Gallis, Italis, aut Hiſpanis libris inſerebam, Latino ſermone interpretari, ratus, nulla explicatione opus eſſe, cum fere quisque humanior, in his linguis eatenus profecerit, ut quæ legit, intelligat. At, parte libri excuſa, monuerunt Amici, quibus ſpecimen videndum exhibueram, longe melius me facturum, ſi Fragmenta exotica Latine converterem, atque vel aliquibus ea re prodeſſem. Non ſoleo ego bene monentibus immorigerum me præbere, idcirco ad finem perducto reliquo opere, promte ſum exequutus, quæ illi ſuadebant. Eadem ſimul occaſione, quædam, paulo incogitantius dicta, emendavi, etiā quædam omiſſa adjeci, velut neglectas in meſſe ſpicas, ne quid periret, ſervare poſtulans. Hinc nata prior hujus Mantiſſæ pars, & quæ jure quodam, velut δίδακτρον, tibi, MAGLIABECHI MI, debetur, qui, pro fiducia amoris, roganti mihi a te conſilium & auxilium ad Italam Linguam diſcendam, tum modum qua omnium optime ejus notitiam pararem ediſſeruiſti, tum libros quoq; in ſubſidium donaſti benigniter. Non arbitror, ulli apud vos peregrinantium, ad elegantiſſimum Regionis veſtræ idioma, meliorem obtigiſſe

Magi-

Magiſtrum, quam quem mihi fauſta ſidera objecerunt. Tu enim, inter cæteros, celebratiſſimæ De la Crusca Academiæ, genere doctrinaque Nobilisſimos Sodales, qui indefeſſo ſtudio, vernaculam ab omni minimo furfure repurgatis, & ad eum nitorem redigitis, qui eſſe ſolet farinæ floris candidiſſimi, tuo merito inſigniter emines, nec alio apud tuos pretio haberis, quam, quo apud Romanos, quondam fuiſſe Varronem ſcimus. At, fortaſſe hæc reticenda erant, ne, ſicubi tu, Vir Celeberrime, me in interpretando hallucinatum deprehendes, tui te Diſcipuli pigeat, pudeatque. Nolim tamen, tale quid, de te, valde ſuſpicari, nam, apud quem ignoſcendi meis erratis locus dabitur, ſi tu graviter in me animadvertere inſtituas? Quin igitur potius, & tibi primum, & deinde aliis, quod potes, excuſabis, ſi quid peccavi; idq; non tam de translatione Italicorum dictorum, quam reliquo univerſo Sotæ Commentario, accipere te ego velim. Humanum eſt offendere, ſolet fieri. Cæterum, ad alteram Mantiſſæ partē quod attinet, ea, Emendationes, quibus Lipmanni librum Nizachon ex MSS. noſtris, a vitioſis lectionibus pæne innumeris, multisq;, quibus hiat, lacunis, vindicamus, complectitur. Manet ſua laus, profanam Latinam Criticen; &, ſi quis locum unum Plauti corrigat, aut Feſti, alibi literulam aut ſyllabam reſtituat, alibi ejiciat, illi habemus gratiam. Ergo, debetur & mihi quædam, qui, quod

vix

vix unus aut alter ante nos fecisse deprehenditur, ad istam difficillimam, circa Hebræorum reconditos libros exercendam, animum appuli, & emendationes non manu spargo, sed, quod Græci proverbio dicunt, ὡς ἐν θυλάκῳ· Verum enim vero, quid alii de his sensuri sint, non admodum morabor, modo tibi, MAGLIABECHI CLARISSIME, instituti mei ratio probetur, cujus ego judicium limatum, ac divinarum humanarumque rerum scientia probe instructum, nunc propalam apello, & ætatem reverebor. Vale, & me, quod certo facis certius, ama. Scrib. Altdorphi Noricorum a. d. XXVI. Novemb. Anno Christi Redemtoris CIↃ IↃC LXXIII.

In Præfat.

RAbbi Moses de Egypto &c.]Id est: Rabbi Moses Ægyptius, Medicus Saladini, composuit librũ Medicinalem, quem, Flores Galeni vocavit, item Moretum in Theologia, atque in Talmud multa est commentatus.

L' on dit que ceux &c]Id est: Ajunt, illos, qui in Arca morabantur, multũ incomodasse excrementa animalium, ea res permovit Noachum, ut Elephanto colaphum impingeret: istius virtute sternutavit Elephas, ejecitq; Porcum, qui excrementa cœpit consumere. Ajunt pariter, cum eosdem Arcæ incolas, Mures incommodarent, Noachum Leoni colaphum impegisse, atque hunc sternutando edidisse Felem, Mures absumentem. Alii perhibent, has Historias delectationis tantum causa esse inventas, nec attinere ad Fidem, quia fundamentum non habent.

Pag. 13. lin. 32. aut addant fidem] Deprehendimus nunc vero, Cl. Lightfooti sententiam excussisse ac confutasse, Reverendum Virum, & qui unus, instar omnium nobis est, *Sebastianum Schmidium*, Theologum apud Argentoratenses primarium, & olim hospitem nostrum, in Dissertatione, quam de *Clavibus Ecclesiæ* inscripsit: In cujus erudito judicio, nos quidem acquiescimus.

Pag. 36. Mando y otorgo &c.]Id est: Mando & edico, ne quisquam eorum, qui alienæ religioni fuit addictus, aut qui hæreseos suspectus est, vel qui Ordinem (*sacrum*) deseruit, aut publice est excommunicatus, unquam in ulla Porta sedeat.

Pag. 46. lin. 6. post לוחות הברית *fol. 71. b.* Adde: Nescio an fallar, sit tamen quodammodo verisimile, uti Sota capillis passis judicium subibat, ita eodem corporis habitu, quondam apud Majores nostros, stetisse fœminas, quæ reæ fiebant in judicio clanculario, *in dem Vehemgericht, oder Freystuel.* Sic enim habet decretum Ludovici Marchionis, Ducis Bavariæ, & Comitis Tirolensis, A. C. 1349. Oenoponti promulgatum, apud Hundium, in dem Bayrischen Stammbuch fol. 410. Wir Ludwig rc. verjehen / daß wir mit unserm Rath / und mit unserm Dienstleuten überall zu rath worden seynd / daß wir unserer Herrschaft zu Tyrol / so gethan / neu Recht setzen nnd befestigen wollen. Wo ein schädlich Mann oder Frau ergriffen werden / ist er ein sogtan Mañ daß ihme zu glauben ist / der ihn berechten will / der soll dargehen / und ihm ein zween Finger in den Schopf legen / und der Frau in die Scheitel / und soll ein Aid schweren / daß er das Wahrs wisse / daß er ein schädlich Mann sey Land und Leuten / und die Frau ein schädlich Frau / Land und

Leuten / da sollen sechs dargehen / und sollen ihre Händ legen auf deß Ersten Arm / und die sollen auch Biderleut sein / und sollen schwören / daß der Aid rein sey / und nit main: damit soll man ein schädlichen Mann und ein schädliche Frau übersagen.

Pag. 50. Ho voluto per &c] Id est: Placuit, delectando Lectori, apponere Stropham octonam, quam annos XVII. nec amplius natus, composui, in obitum cujusdam mei Praeceptoris, qui Moses vocabatur. In ea, non interpretando, sed communes invicem reddendo, Latinam & Italam, tam diversas linguas, quae de eadem re, cum iisdem vocibus enunciantur, specimen omnium memoria dignum, carmenque argutissimum enatum; id nimirum, quod sequitur:

Qui nascitur, moritur, Vae mihi! quā passus acerbus!
Colligitur (i.e. θερίζεται) homo, sic ista ordinavit Coelum.
Moses mortuus est, Moses, olim carus eloquio.
Sanctus sit omnis homo, cum puro Zelo.
Nam, ad medietatem aliquando, haud quicquam reservans,
Pertingit homo. Sed, cum pili mutantur, apparet,
Quem finem habeamus. Quippe ad coelum verum amoenum
Vadit homo, sive multum, sive parum vivat.

Pag. 66. No le da &c.] Id est: Haud aliter dat Deus homini uxorem, quam secundum ejus opera.

Pag. 71. זה יצירת הולד] Observo nunc, pleraque hujus Dissertationis, libro אבקת רוכל esse inserta. Eum, Judaeus nuper hac transiens, nobis reliquit pro memoria.

Pag. 72. De pietate & impietate nihil decernit.] Sic Stoici quoque, in cujusque potestate situm esse credebant, seipsum bonum efficere, aut malum. Horat. lib. 1. ep. 18.

Haec satis est orare Jovem, quae donat & aufert:
Det vitam, det opes, aequum mî animum ipse parabo.

Seneca ep. 41. *Facis rem optimam, & tibi salutarem, si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem; quam stultū est optare, cum possis a te impetrare.*

Pag. 82. lin. 4. Post: Der als verderbt: *Adde*: Et vide eam explicantem doctissimum Drusium in Adag. Ebraic. pag. 41.

Pag.

Pag. 87. Je suis estonné &c.] Id est: Stupeo, virum tam eruditum, qualis erat Cl. Bochartus, passum esse, sibi imponere famam communem, de Cane in SS. Innocentium * cœmeterio, ita ut operi suo hanc Narrationem tanquam veram inseruerit, ipsam Anni 1660. exprimendo circumstantiam, cujus rei veritas tam facile perquiri poterat. Sed, id inde evenit, quia Cadomi vivebat, quodq; quidam Normannus ex urbe Lutetia hæc illi significavit, famam, quæ circumferebatur, sequutus. Ego, ut explorarem omnia, illius rei gratia, hac ipsa die conveni Presbyterum dictæ parœciæ, qui mihi testatus est, jam XXXII. annos se eidem præesse, atque cum plus quatuor vicibus hæc fabula per suum cœtum esset sparsa, se, ut de veritate redderetur certior, semper adiisse illud cœmeterium, verum nunquam aut canem vidisse, aut quid simile.

* Sic quoque Bocharto scribendum erat.

Mox, post, non temere credere, *Adde:* Interim, ne quis a Viro docto se deceptû queratur, nos, ad illum excusandum, substituimus in locum, istam, non multum absimilem, optimi Gassendi, quam in l. 2. de vita Peireskii retulit, certam, uti opinor, & exploratam historiam. *Nescio* (inquit,) *an dici debeat, quod demirata tota urbs* (Aquensis) *est, fidissimum defuncti* (Claudii Fabricii) *canem, affectatione perpetua circumstitisse feretrum, non potuisse per plureis dies amoveri a tumulo, & postquam domum reductus fuit, coram icone diu constitisse.*

Pag. 88. lin. 8. Raccolta &c.] Id est: Farrago multorum errorum, & Chimærarum, quas Talmudistæ in expositione Bibliorum somniarunt, quasque præcipue retulit R. Salomo.

Ibid. lin. 11. Pregò la donna &c.] Id est: Rogavit Hera, ut Josephus secum dormiret. Dicit R. Salomo, etiam sine peccato, & ut moraretur cum ea, etiam in seculo futuro.

Pag. 93. O vous qui &c.] Id est: O vos credentes, nolite preces vestras fundere, cum ebrii estis, donec sciatis quæ dicitis, neque etiam cum polluti estis, nisi inter peregrinanandum id fuerit, donec prius laveritis. Cum laboratis ex morbo, aut iter facitis, aut ventrem onere levastis, aut uxores cognovistis, & nulla aquæ ad lavandum vobis copia, manum arenæ immittite, atque eâdem faciem ambasque manus detergite. Deus est clemens, & misericors, erga creaturas suas.

Pag. 126. Mitior est Strangulatio] Conferendus Chaskuni ad Deuter. XXI, 19.

Pag. 183. Audivi in lingua Arabica &c.] Id, quod verum, audivit R. Salomo, est enim نقرس Arabibus *Arthritis*, & quidem Cl. Golio in Lexico teste, *ea peculiariter, quæ cum tumore in manuum & pedum articulis est conjuncta.* Hoc egregie facit ad R. Salomonis institutum, illi enim, quibus manus tument, nullo modo eas possunt extendere, sed ita treme-

tremuli tenent, uti ſolent, qui elephanto ſtipem porrigunt. Aliam, citra tumorem Arthritidem, fortaſſe Arabes وجع & وجع الملول المفاصل vocant, quæ verba, ſuppeditat Dominicus Germanus de Sileſia, Monachus Ord. Min. de Obſerv. Reform. Autor operis, quod *Fabricam Linguæ Arabicæ* inſcripſit, & cum quo, in Scorialienſi Cœnobio, ubi Summi Pontificis juſſu degebat, ut MSS. Codicibus, quæ in illa Bibliotheca magno numero aſſervabantur, adjutus, accuratam Alcorani Latinam verſionem componeret, contraximus notitiam.

Pag. 193. Deſtituor enim Textu Hebræo.] Poſt maximam libri partem jam excuſam, obtigit mihi deſideratum exemplar Hebraicum Capitulorum R. Elieſeris, ut nunc illorum, quæ non niſi Latina ex Vorſtio attulimus, verba originalia quoque liceat proferre, idque tam hoc loco, quam deinceps, quoties Vorſtiana verſione uſi ſumus, decretum eſt exequi.
בששה בסיון נגלה הקבה על ישראל בהר סיני וממקומו נתלש הר סיני ונפתחו השמים ונכנס ראש ההר בשמי׳ וערפל מכסה את ההר הקבה יושב על כסאו ורגליו עומדות על הערפל:

Pag. 109. Anchora ch' il numero &c.] Id eſt: Etiamſi Octonarius numerus, parum dignus memoria ſit, nihilo minus reperitur, octo eſſe Ventos principales, & octo eſſe Beatitudines, quas Deus promittit Electis ſuis, in Evangelio.

Pag. 12. Poſt, *dum in lib. de Mont. Sina*, Subjice: Si is modo Cyprianum habet autorem. Sane, Cl. Buxtorfius, in Abbrev. Hebr. p. 33. illum librum Cypriano tribuit, atque eum incogitans, ſum ſequutus. Sed ſuccurrit, ſuppoſititium eſſe librum, nec ſtylum Cypriani dictionem redolere, ab Eraſmo & Bellarmino pronunciatum fuiſſe, quorum judicio pleriq; ſubſcribunt. Eſt interim liber antiquus, atque placuit multis, illud de nomine Adami, quod exinde adduximus, myſterium. Gloſſarium vetus MS. Cœnobii Heilsbronnenſis: *Et vocavit nomen ejus Adam ſignificans, quod dominaturus eſſet quatuor mundi partibus, in quorum capitibus quatuor literæ nominis hujus inveniuntur.* Anatole, Dyſis, Arctos, Meſembria. *Quod eſt Latine*: Oriens, Occidens, Septentrio, Meridies. Alibi, in eodem libro: *Quatuor ſunt Evangelia, propter quatuor Elementa, quibus mundus conſtat. Sive propter quatuor partes Orbis, ſive quia nomen Adam ex quatuor conſtat literis, quæ in capitibus nominum earundem partium Orbis apud Græcos inveniuntur:* Anatole, Dyſis, Arctos, Meſembria.

Pag. 120. El cuydado que tuieron &c.] Id eſt: Curam quam adhibuerunt Sapien-

pientes, in excusando Salomone, eandem adhibent quoque circa Rubenem, filios Eli, & Davidem. Atque adeo dicunt, Rubeni nequaquam turpem concubitum intercessisse cum Bilha, sed quod tantum, (prout ait Jacobus) profanaverit lectum, convolvendo eum, & e suo loco removendo, in gratiam Leæ matris. Quod filii Eli tantum detinebant mulieres extra ipsarum ædes, impediendo conjugalem concubitum, & quod David peccatum adulterii non commisit, quia ii qui castra sectabantur, in more positum habebant, ut scriberent Get, sive repudii libellum, suis uxoribus. Sunt tamen & alii, qui in his omnibus, plane diversas alunt opiniones, sed ego iis insisto, quæ dixi, arbitrando (id quod bene ponderatur in Consultationibus R. Levi Aben Habib) esse rem justissimam, itemque proprium animi inclinantis ad virtutem, mitigare facta quæ videntur austera, eaque interpretari in favorem bonorum, est enim actio magis nobilis & proba, excusare, quam accusare, id quod animorum pessimorum, & vitia sectantium, est proprium.

Pag. 136. Il n'y a partie &c.] Id est: Non est ulla pars corporis, quæ non admittat fucum, & aliquem colorem : Oculus solus, animæ proprietates, cujus ipse speculum est, servans, nulli coloris affrictui est obnoxius. Atque merito Natura eum ab ista re immunem esse voluit, ne præjudicio occuparetur, cum ipse veræ pulchritudinis arbiter sit.

Pag. 137. En Turquie les femmes &c.] Id est: In Turcia fœminæ communiter sunt pulchræ, corporibus decoris, & carentibus vitio. Sunt insuper coloris candidissimi, raro enim prodeunt in publicum, & tum quoque cum prodeunt, velantur. Adjungunt vero artificium naturali pulchritudini, pingunt enim supercilia & palpebras colore fusco, quem Surmé vocant, quemque ipsæ gratiam conciliare opinantur. Tingunt quoque ungues colore hysgino, eum El Hanna appellant.

P. 139. lin. 12. Post : Non sanus juret Orestes : *Adde* : Potest interim quodammodo se tueri, quisquis fuit ille Commentator, autoritate ipsorummet Talmudistarum, qui in Schabbat, loco quem indicavimus פג"ל & כומז sub generali nomine תכשיטין sive *Mundi muliebris*, complectuntur.

Eadem pagina lin. 18. nunc existimo satius esse, si tollantur verba, *typi in quibus efformantur*. Itemque si tollantur e lin. 21. ista : *typum in quo formatur*. Nam cogitanti mihi paulo magis, fit admodum verisimile, בית הדדים nude tantum *Mammas* significare, uti בית הרחם nihil notat, præter *muliebrum uterum*.

Pag. 140. Und fält von einander.] Reperio integræ comparationis, quam de pœna talionis Sotæ, Gemara nostra instituit, translationem paraphrasticam, in libro Miscellarum Historiarum, a Judæis, ante paucos hos menses

ses in Wulmersdorf, (Comitum Hohenloicorum is pagus est,) edito. Illam afferre nihil prohibet.

מעשה, *Man find in der Gemora, vvie ein Mensch misset auf dieser Welt, das meint, vvie er handelt auf der Welt, handelt er recht oder unrecht aso bezahlt ihm Gott vvieder, as mier ach desgleichen ach finden bey der Sota das heist ein abkehren, die bey einen andern Mann ligt, vvie die thut, aso thut man ihr vvieder. Den ein Frau, vven sie vvil* מזנה *sein, aso stelt sie sich auf die Thür, daß man sehen sol vvie sie hüpsch is, daß jdermann sol Lust zu ihr haben, desgleichen thut man ihr vvieder, vven man sider vveis, daß sie bey einen Mann gelegen is, da stelt man sie auf die pfort von* בית המקדש *das da hat geheisen* נקנור *dervvarten, daß jderman ihr schand sol sehen. Darnach geht die Hur hin, und thut sich vveissen Schleyr auf ihr haupt, auf daß man ein lust zu ihr sol haben. Dergleichen geht der* כהן *hin, vven er ihr die bittern Wasser zu trincken gibt, daß sie aufschvvellen sol, noch reist er ihr die Schleyr vvieder ab von haupt, daß sie vor iderman barhauptig muß stehn. Darnach geht ein Hur hin, und machs ihr* פנים *hüpsch. Derhalben vvert ihr* פנים *ach geel, vven sie die bittern Wasser trinckt. Sie geht ach hin und schmiert guten Wasser in ihr augen dervvarten daß sie vvol schmecken sol. Derhalben dringen ihr die augen zum Kopf einraus, vven sie die bittern Wasser trinckt. Sie flecht ihre Haar hüpsch ein, daß sie vvol sol geziert seyn, derhalben vven der* כהן *ihr die bittern Wasser zu trincken gibt, so flecht man ihr die Haar vvieder auf. Sie vvinckt einem mit ihrem Finger, daß einer sol zu ihr kommen, derhalben vven sie das Wasser trinckt, so fallen ihr die Negel ab. Sie thut ein hüpsche Gürtel und Schlüssel an, den ein hüpsche Gürtel ziert ein Menschen. Derhalben geht der* כהן *hin, und nimmt ein hären Seyl, und knüpft es über ihre Brüst, daß ihr gar vvehe thut. Wen sie bey einen ligt, aso spreit sie ihre füß gar vveit von einander, derhalben fallen ihr die füß vvieder aus. Sie legt einen auf ihren Bauch. Derhalben vven sie das Wasser trinckt, aso geschvvelt ihr der Bauch. Sie gibt ihren* זנאי *allerley gute speiß zu essen, derhalben is ihr* קרבן *das sie brengt, ein essen-Speiß von einer* בהמה *dasselbig is ein maas Gersten. Sie gibt ihren* זנאי *den besten Wein, den sie finden kan, in den schönen silbern Becher und güldenen Becher, derhalben gibt ihr der* כהן *bittre Wasser zu trincken aus irdenen* כלים *Sie läst nimands zusehen vven imand bey ihr ligt, derhalben thut Gott * ihr das* פנים *geel vvird offenbarlich, daß es iderman sicht.*

*Fortasse addendum daß

Derhalben ihr lieben Weiber, secht an die Geschicht,
Und daß kein Frau die Sach übersicht,
Daß sie bey ein frembden Mann vvölt ligen,
Den es bleibt nit lang verschvviegen.

Non

Non debent quem movere, quæ de unguento odorifero oculorum, & funé villoſo hic habentur : Nam, peccavit Interpres, non tantum imperitia veterum morum, ſed & inſcitia.

Pag.142. Certes Dieu &c.] Id eſt: Certe, Deus non mutat ſtatum Nationis alicujus, niſi prius ſeipſam immutaverit.

Pag.157. lin.32. Poſt : κινεῖσθαι ἢ ἰέπλεφον, Adde: Plinius tamen l.11. hiſt. nat. c.47. ſcriptum reliquit, *viſos fuiſſe ſerpentes anſerinis pedibus.* Atque, ſi Scaligero, Exerc. 183. adv. Cardan. credimus, *Octonum pedem Serpentes ſunt in Malabar, aſpectu horribiles : innoxii tamen, niſi irritentur.* Sunt item Cardano, cujus ibi verba Scaliger adducit, teſte, *in Calicut Serpentes, capite & craſsitudine ſuilla, quadrupedes, cauda longa, glabri, ſine veneno.* Placuit quoque, patrum memoria, Stephano Botſcaio, in nummis aureis, Serpentem, ſuam mordentem caudam, exprimere quadrupedem, quæ res, quia fortaſſe aliis æque mira videri poteſt, ac nobis, cum nuper ejus commatis moneta objiceretur, viſa fuit, ideo figuram ſubjicimus.





Pag. 166. Vero è che nomen &c.] Id eſt : Verum eſt, *Quod nomen ſit conſequens rei.* Atq; expertiſſimi Practici Criminaliſtæ, ideo quotidie hoc dictum in effectum deducunt. Quippe, a pulchro, & currente nomine aut cognomine, illationem perfectam, aut optimam conjecturam arceſſunt, ſupponuntque : De informi vero, & horriſono, oppoſitum judicant & ſentiunt, petendo inde præſumtionem animi perverſi.

Pag.167. Spazza croce. Id eſt : Verrens crucem.

Te ſpazzero la cervice. Id eſt : Verram tibi cervicem.

Boſco hora brugera te. Id eſt : Ligna, nunc te cremabunt.

Si toſt que je fus &c.] Id eſt: Quamprimum ad eum admiſſus ſum, atq; literas meas exhibueram, ipſe eas legit, & ſic poſtea verba fecit. Per veritatem, inquiebat, ecquod tibi nomen eſt ? Tum ego inquam : Eſt mihi nomen Biſec. Quid ſignificat, ſubjecit ipſe, hoc miſerum verbum ? Neſcio, Domine inquiebam. Ibi ille : Tune neſcis quid ſignificet nomen quod geſtas, quidque habeat in receſſu ; & quomodo capax eſſe poſſes, bene obeundi munus Legationis ? Scias Biſec, niſi ita ferret conſuetudo Regum, non lædere Legatos ; niſi id jus conſtitutum eſſet per veteris ævi Prin-

Principes, observatumque ab Imperatoribus, quorum ego vestigiis insistere, illorumque res bene gestas imitari decrevi, ego te tractarem, uti convenit. & tibi darem, quæ mereris.

Pag. 170. Nel libro de' Giudici &c.] Id est: In libro Judicum dicitur, Deum prosperasse Simsonem. Inquirunt Rabbini, quam ejus rem prosperaverit, & in quo sita fuerit hæc prosperitas, aut, quam gratiam singularem illi Deus tribuerit? Responsum vero dant turpe, & planissime abominandum.

Pag. 181. Sex similes facti sunt &c.] Ipsa R. Eliesferis verba sunt: ששה גרמי לארם הראשון נבלן נהרגו ואלו הן שמשון בכחו ונהרג בכחו שאול בקומתו ונהרג בקומתו עשהאל במרוצתו ונהרג במרוצתו יאשיהו בנחיריו ונהרג בנחיריו צדקיהו בעיניו ולכך עורו עיניו אבשלום בשערו ונהרג בשערו: Satis ad hæc quadrat versio Vorstiana, & contrarium immerito sum suspicatus.

Pag. 182. Nel Trattato Sotha &c.] Id est: In tractatu Sota, cap. 1. *(legitur:)* Deus creavit quinque homines, in aliqua re sibi similes. Samsonem in robore, Saulem in colli pulchritudine, Absalomem in capillis, Zedekiam in oculis, Asam in pedibus, atque in illis ipsis rebus, quibus Deo similes fuerunt, supplicium luerunt. Itaque Deum faciunt invidiosum: Veluti, Asa redditus est claudus, Absalom pependit ex capillis, Zedechiæ eruti fuerunt oculi.

Pag. 187. Nelle case de' Samaritani &c.] Id est: In ædibus Samaritanorum, vidi aliam rem notatu dignm; hoc est, in latere cujusdam conclavis, juxta murum, humi culcitram laneam complicatam, & circa eam undique, ubi murus non erat, multos lapides minutos, in terra per seriem sic dispositos, qui culcitræ quasi sepimentum faciebant. Quærebam, quid hoc sibi vellet? Et respondebant, in hoc loco, ex consuetudine inter ipsos recepta, fœminam cum menstrua patitur, morari, nec inde discedere, atque hoc tempore nefas illis esse, eam attingere, aut ad eam accedere: Quin adeo, pro immunda habent omnem rem quam contrectaverit. Ideo cogunt eam degere in illo loco separatam, quem nemo propius, quam ubi lapides signum faciunt, accedit. Atque solet fœmina sic ibi degere per octiduum, quod si vero intra hoc tempus non cessent purgationes, per aliud octiduum ibi morari debet, idque donec deficiant.

Pag. 192. Locus facetus e Midraschim hac de re, est in Schalschelet Hakkabbala.] Oblitus fueram, hanc fabulam integram, jam Hebraice & Latine ex eo libro nobis narrasse, Virum, cui multa debent hæ sanctiores literæ, Joh. Henricum Hottingerum, in Smegmate Orientali p. 290. seq. Quamobrem, mei me laboris, quo actum egi, fere pœniteret pigeretque, nisi sal-

nisi saltem aliqua ex ספר הישר supplevissem, quæ egregie, & omnino ad rem faciunt, atq; in Schalschelet Hakkabbala male fuere omissa.

Pag. 199. Nel Salmo XVI. &c.] Id est: In Psalmi XVI. Titulo *Michtam*, Rabbini *Machtam* explicant *Rupturam integram*, quia David natus est circumcisus.

Pag. 201. Tout homme &c.] Id est Quisquis homo, propositum aliquod habet, neque ejus executionem cum Dei laude incipit, is aut mutus est, aut minime capax, cœpta perficiendi.

Ibid. Le fils de Lahigue &c.] Id est: Filius Lahigæi nobis commemoravit, tanquam rem perceptam ab Habiræi filio, cui eam Abutemimus Chisaniensis dixerat, qui audiverat Gamruium Gale filium, his verbis loquentem. Quidam Sociorum Apostoli Dei, cui Deus pacem concedat & misericordiã, mihi dixit, se audivisse Prophetam, cui Deus pacem concedat & misericordiam, sic verba facientem: Deus omnipotens & optimus, vobis præter precationes ordinarias, adhuc unam præcipit. Facite eam intra illud tempus, quod inter occasum Solis & Auroram intercedit. Hæc retulit Abunasre Gopharienfis.

Pag. 203. Quia primi hoc non indicamus &c.] Commodum, in locum Galatini, substituere quoque pulchre licet Antonium Margaritam, qui omnia cum Galatino habet communia, originem judaicam, agnitionem deinde salutiferæ veritatis, jactantiam peritiæ πατρώων νόμων, & nomen inter Christianos tam olim, quam nunc, ob doctrinam celebre, denique turpissimum ineptissimumque circa Sotam nostram errorem. Scilicet, in libello quem de Fide Judaica, in vernacula nostra Antonius Margarita edidit, & cui apud nos pretium est, sed, quem non nisi his diebus ob raritatem perlustrare contigit, sæpenumero quidem Talmud crepat, illud tamen eum hominem, nunquam suis vidisse oculis, Jovem lapidem ego jurarem. Nam, quæ in eodem Sotæ nostræ loco, & apud nos supra pag. 88. & 89. leguntur, ipse citat, tanquam quæ habeantur in libris plane diversis. Imo, quod satis ridere nemo unquam potest, integram Massichtam Sotæ, unicum Caput Talmudicum, a verbo סוטה incipiens, esse credidit. Ne quis nos insontem calumniari putet, edendum est testimonium. So es um essens zeit/ist sol er (der Jud) die Hände vor waschen / schreibt Rabi Jose im *Thalmud*, daß wer Brod mit ungewaschenen Händen esse/sey als viel/ als ob er bey einer Mätzen lege / probiret es aus *Proverb. 6.* Denn um einer Huren willen / kömt einer / daß er nicht mehr den ein Laib Brods hat/rc. Das ist die Schrift wolgeführt / es bleibet ihnen doch / wie S. Paulus schreibt/der Umhang vor der Schrift / daß sie nicht darein sehen kunden / was sie wollen. Die Meinung Salomonis ist / daß sich einer für bösen Weibern hüten soll / sein Gut und Haabe nit mit ihnen schändlich verthun / rc. Schreiben weiter in einem Capitel / daß sie כוטה Soto nennen / daß ein jeder / der

 ohn

ohn Waschung der Hände/und Segen das Brod isset/sey wie einer / der unrein Brod esse. Wie geschrieben steht. Ezech. 4. Also sollen die Kinder Israel ihr Brod unrein essen ꝛc. Wol citirt / aber übel getrennt. Est ita, ut dicit Margarita, bene citant suas autoritates Judæi, sed male interpretantur. Ipse vero, versa rerum vice, bene interpretatur, citat vero pessime.

Pag. 220. lin 2. Densitas terræ &c.] Propria R. Elieseris verba sunt: עוביה של ארץ מהלך ששים שנה:

Ibid. lin. 12. Septem Portas &c.] Suo rursus ore loquentem inducamus R. Elieserem. שבעה פתחי לגיהנם נכנס אבשלום עד המש׳ פתחים של גיהנם ושמע דוד והתחיל מילל ומספד וקרא על אבשלום חמשה בני בני שנאמר וירגז המלך ויעל על עליית השער בני אבשלום בני בני החזירו מחמשהו פתחים והתחיל מהלל ומשבח ליוצרו:

Pag. 221. l. 1. L' Enfer &c.] Id est: Inferno septem sunt portæ, & quæq; portarum, proprium quid habet, & peculiare.

Ibid. l. 9. post, Capitibus immittunt: Adde & hoc, e libro אבקת רוכל pag. 21. a. testimonium: יש לך לדעת כי גיהנם של מטה בארץ כדוגמת גיהנם של מעלה: Id est: *Sciendum tibi, esse Infernum quendam subtus terram, ad exemplar Inferni superioris.*

Ibid. l. 33. La Sepulture d' Absalon &c.] Id est: Sepulchrum Absalomis, decem aut duodecim passus distat ab hoc parvo ponte Kidronis, situm parumper ad latus ejus viæ, quæ ducit Bethaniam; est ταμιεῖον, seu ædicula tota quadra, octo circiter passus longa lataque, nec structa, sed fabrili scalpro excisa, in magnæ molis caute, & separata undique a monte, qui ita circum circa accisus est, ut relinquatur via sex aut septem pedes larga, quo operis excellentia spectari & considerari possit. Facta est ædicula ex uno & solido lapide, quantum ad corpus ejus, & quadraturam, usque ad coronidem attinet. Sed tectum excipiendum, quod formam habet pyramidatam, estque altum admodum latumq; cum urcei florum quadam specie, quæ omnia, quatuor aut quinque orgyjas altitudine exæquant. Foris ambitus ornatur decem aut duodecim semicolumnis, ex eodem lapide. Pars interior, est quasi quoddam conclave solidum, in quo, pariter uti foris, nihil spectare est, præter magnam copiam lapidum, quos prætereuntes tam Christiani quam Infideles, huc conjiciunt, in detestationem perfidiæ & rebellionis, qua iste Princeps juvenis, genitorem afflixit.

Pag. 223 Les Hebreux &c.] Id est: Hebræi, ita referente S. Hieronymo, dicunt, Absalomem cum paulo ante obitum applicuisset manum lapidi, e quo sepulchrum conditum, figuram manus ibi mansisse expressam. Interim hæc nota tam parum apparet, ut non existimem quenquam illam observasse.

Pag.230. Pharaon Roy d' Egypte &c.] Id eſt: Pharao Rex Ægypti, fuit nanus, aut homo parvus, nec erat niſi ſeptem palmos longus. Alii dicunt, ipſum longum fuiſſe tres ulnas, barbam vero ejus duarum ulnarum exæquaſſe longitudinem, ſic, ut cum ſeſſum caperet, ulnam ejus unam, per ſolum, ante ſe traheret. Ipſe contorquebat myſtacem, eumque ambabus auribus imponebat. Cum aqua Nili, tempore Moſis in ſanguinem eſſet commutata, Pharao bibebat ſuccum foliorum citri, cui ſaccharum purum erat inſperſum. Quidam dicunt, fuiſſe ipſum ſtaturæ humilis, notatumque maculis albis, atque inceſſiſſe ſuper barba, tam promiſſa enim erat. Abubecre, veritatis ſtudioſiſſimus, cui Deus pacem concedat, retulit, Pharaonem omnes amiſiſſe dentes ſuos. Alii dicunt, ipſum genus duxiſſe ab Amalekitis. Alii contendunt, craſſa & carnoſa ipſum fuiſſe facie.

Pag. 234. Il Bua pervenuto &c.] Id eſt: Simul ac Bua *(quod verbum Tunchinenſium lingua Regem notat)* pervenit in campum apertum, illico deſcendit de ſolio. Poſtea ſacrificat cœlo, & quia ibi paratum eſt aratrum, ſatis artificioſe confectum, dextra manu illud prehendit, ſtimulatiſque bobus, qui illud regunt, format eodem brevem ſulcum in campo. Hæc actio a populo tanquam ſacrum conſilium, & monitum infallibile acceptanda eſt, quo ſibi perſuadent, hoc anni tempore non amplius locum concedi otio, ſed ab iis requiri, ut nunc agros ſtudioſe colant.

Pag. 246 lin.23. poſt : Rabbot fol.117. col.2. Adde : Philo Judæus, *in libro, Quis rer. div. her. ſit :* Ipſis Rabbinis, longius, originationes horum nominum petit, inquiens : Τάυτας μοι δοκεῖ τὰς ἀρετὰς Μωσῆς αἰνιξάμενος, μαίας Εβραίων ὀνόμασε, Σεπφώραν τε καὶ Φουάν. Η' μὲν γὰρ ὀρνίθιον, φουὰ δὲ ἐρυθρὸν ἑρμηνεύεται· Τῆς μὲν οὖν θείας ἐπιστήμης, ὄρνιθος τρόπον, τὸ ἀεὶ μετεωροπολεῖν ἴδιον, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης, αἰδῶ καὶ σωφροσύνην, ἐμποιεῖν ὥστε ἐρυθριᾶν, ἐφ' οἷς δεῖγμα ἄξιον ἐναργέστατον· Vertit Interpres : *Has virtutes opinor Moſes ſubindicans, obſtetrices Hebræorum* Sepphoram *&* Phuam *nominat : quarum altera* Avicula, *altera* Rubor *interpretatur. Siquidem divinæ ſcientiæ proprium eſt, ſublimia petere : humanæ vero, modeſtiam & pudorem indere, quem erubeſcentia maxime indicat.* Enimvero, manifeſtum eſt, Philonem nomen שפרה quod obſtetricis erat, cum nomine צפורה quo Moſis conjux vocabatur, confudiſſe ; Huic enim poſtremo, convenit a צפור deductum etymon, non priori. Haud igitur probamus, quod hoc loco, ſed bene, quod l. 2. de Cherubin, ſcripſit : Σεπφώρα δὲ ἡ Μωϋσέως, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀναδραμοῦσα, καὶ τὰς ἐκεῖ θείας καὶ εὐδαίμονας φύσεις κατανοοῦσα· Καλεῖται δὲ ὀρνίθιον· *Sephora, Moſis conjux, a terra ſurſum in cœlum currens, & divinas illic feliceſq; naturas conſiderans. Vocatur autem Avicula.* Nomen Φυὰ niſi quid me fallit a פוך quæ *Fucum* vox ſignificat, Philoni arceſſere placuit: id nec ipſum ſatis mihi probatur, quia פועה verum nomen eſt.

Pag. 249. Quand quelqu' une &c.] Id eſt : Si quædam illarum eſſet gravida, atque partus dolores eam in via occupaſſent, recedebat nonnihil a comitatu, & de jumento deſcendens, onere ſe levabat. Hoc involuto, ſtatim rurſus conſcendebat jumentum, & accepto intra brachia infante, ſectabatur reliquas.

Pag. 261. Si riducono li Spoſi &c.] Id eſt : Recipiunt ſe Sponſi in Aulam, aut Conclave, ſub Uraniſcum, ad ſonum inſtrumentorum Muſicorum. Quidam, pueros, manibus tædas accenſas tenentes, cantantesque, adhibent.

Pag. 272. Poſciache condotto &c.] Id eſt: Poſtquam conduxiſſent infelicem Judæum recidivum ad flumen, eum interrogabant, num admittere vellet *Tevilà*, id eſt: Balneum, ſive ablutionem, in profluvio aquæ currentis? Annuente vero miſero, dicebat Præfectus cæremoniarum : Baal Teſſuua id eſt: *Revertere a ſtatu peccati* : & interea temporis, exutum omnibus veſtibus, nudum lavabat aquis calidis, Judæi miniſtri vero, fricabant totum corpus arena, maxime frontem, pectus, manus, & omnes partes, quæ ſacro chriſmate fuerant unctæ. Poſtea abradebant omnes pilos ejus corporis, reſecabant manuum & pedum ungues, ad ſanguinis usq; emiſſionem, atque ſic raſi & acciſi caput, ter aquæ currentis fluminis immergebant, orantes, dicentesque : *Benedictus ſit Dominus Rex cælorum, qui præcepiſti nobis, ut ſanctificaremus nos hac aqua aut balneo Tuuila.* Lotum induebant novis veſtibus, oſculabantur, & novo nomine, aut veteri, quo ante baptiſmum vocabatur, ſalutabant. Interim miſer ille, profitebatur legem Moſaicam, promittebat ſe eam obſervaturum, defenſurum, victurumque ſecundum iſtius præſcripta : Solemniter abjurans, & blaſphemans fidem Chriſtianam, ritusque & inſtituta Chriſtianorum : De his omnibus facta fide per publicum inſtrumentum, admittebant denuo miſerum ad ſacra Judæorum.

Pag. 273. l. 10. Poſt: *Ut lavaret in fluvio* : Adde: *Suis vero verbis dixit:* והיתה בתי' בת פרעה מנוגערת בנגעים קשים ולא היתה יכולה לרחוץ בחמין וירדה לרחוץ ביאור:

Ib. lin. 20. Dieu enſeigne vne &c.] Id eſt : Deus docet aliquod verbum eos, qui ſequuntur legem ſuam. Sumite exemplum ab Uxore Pharaonis, ipſa rogavit Deum, dixitque : Domine, ædifica mihi domum in Paradiſo; libera me a Pharaone, ab ejus operibus, & ab hominibus iniquis.

Pag. 274. lin. 7. La Civilità &c.] Id eſt : Civilitas etiam apud inferos grata eſt. *De Deo, in Alcorano legitur p. 89. edit. Gall.* Dieu aime la ciuilité, la clemence, & l'humanité. *Id eſt: Deus amat civilitatem, clementiam, & humanitatem.*

Pag.

* *Pag..277. lin. 23. Post : Propheta efficitur : Adde.:* Habetur in Pesachim fol. 66.a. historia non valde aliena a proposito, quam lubido est explicare.

תני רבנן הלכה זו נתעלמה מבני בתירה פעם אחת חל ארבעה עשר להיות בשבת שכחו ולא ידעו אם פסח דוחה את השבת אם לאו אמרו כלום יש אדם שיודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו אמרו להן אדם אחד יש שעלה מן הבבל והילל הבבלי שמו ששימש שני גדולי הדור שמעיה ואבטליון ויודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו שלחו וקראו לו אמרו לו כלום אתה יודע אם הפסח דוחה את השבת אם לאו אמר להן וכי פסח אחד יש לנו בשנה שדוחה את השבת והלא הרבה יותר ממאתים פסחים יש לנו בשנה שדוחין את השבת אמרו לו מנין לך אמר להן נאמר מועדו בפסח ונאמר מועדו בתמיד מה מועדו האמור בתמיד דוחה את השבת אף מועדו האמור בפסח דוחה את השבת ועוד קל וחומר הוא ומה תמיד שאין עונש כרת דוחה את השבת פסח שעונש כרת אינו דין שדוחה את השבת מיד הושיבוהו בראש ומינוהו נשיא עליהם והיה דורש כל היום כולו בהילכות הפסח התחיל מקנטרן בדברים אמר להן מי גרה לכם שאעלה מבבל ואהיה נשיא עליכם עצלות שהיתה בכם שלא שמשתם שני גדולי הדור שמעיה ואבטליון אמר * לו רבי שכח ולא הביא סכין מע"ש מהו אמר להן הלכה זו שמעתי ושכחתי אלא הנח להן לישראל אם אין נביאים הן בני נביאים הן למחר מי שפסחו טלה תוחבו בצמרו מי שפסחו גדי תוחבו בין קרניו

* Malo legere אמרו prout est in En Israël fol. 92. col. 4.

 ראה

ראה מעשה ונזכר הלכה אמר כך מקובלני מפי שמעיה

ואבטליון: *Id est:* Tradunt Magistri, Betiræ filios, (*qui Principatu inter Judæos fungebantur,*) aliquando magnû habuisse dubium. Inciderat decimus quartus dies (*mensis Nisan, quo Paschalis agnus mactandus est,*) in Sabbatum, ibi non recordabantur amplius, nesciebantque, num Pascha pelleret sabbatum, (*ita ut ea die, agnum paschalem parare liceret,*) an vero contra, (*num Sabbato pascha cederet.*) Igitur, percontati sunt, num quis esset, qui hoc dubium posset decidere? Dictum eis fuit, est hic quidam, qui ex Babylonia adventavit, &, qui Hillel Babylonius vocatur, is, cum viris suæ ætatis maximis, Schemajæ, & Abtaljoni a ministerio fuerit, perspectum habet, num Sabbatum paschati, an vero hoc, illi, loco cedat. Quamobrem, missi sunt, qui eum interrogarent: Tune scis, an Sabbatum Paschate, an vero num hoc, ab illo pellatur? Respondet ipse: Siccine vero unicum tantum Pascha, (*aut aliquid quod pari cum eo passu ambulat,*) Sabbatum pellit, & annon plura ducentis paschatis annuatim habemus, quibus Sabbatum pellitur? Quæsiverunt, quomodo id probaret? Respondit: Verbum מועדו (*quod Statutum tempus significat, adhibetur Num. IX. plus vice simplici,*) cum de Paschate sermo instituitur: idemque usurpari legas, (*in ejusdem libri Numerorum c. XXVIII, 2.*) apud Endelechismi ordinationem. Idcirco, sicuti verbi מועדו respectu endelechismi ea vis est, ut (*jugis sacrificii mactatio*) sabbatum pellat: proinde consequitur, idem verbum, eandem vim exercere respectu paschatis, (*ut nimirum & hujus celebrationi, sabbatum cedere cogatur.*) Insuper, sic a comparatis institui potest collectio. Quod si enim endelechismus, cujus intermissio tamen excisionis reatum non involvit, Sabbatum propulsat: Quanto magis hoc efficiet Pascha, cujus celebratio (*Ex. XII, 19.*) sub excisionis comminatione præcipitur? (*Mirata multitudo, hominis prudentiam,*) Caput & Principem eum constituit, atque ipse tota die de ritibus paschatis disserebat. Cæterum, (*inter sermocinandum,*) sæpe eos tetigit, inquiens: Quid effecit, ut ego ex Babylone adventans, Princeps vester crearer? Nimirum, vestra inertissima segnities in causa est, eo quod viris duobus præcipuis, Schemajæ & Abtaljoni, obsequium non præstastis. At, orta quæstio fuit, rogabantque: Heus Magister, quid juris, si quis oblitus sit deferre pridie Sabbati secespitam suam (*in templi atrium; anne die sabbato hanc petere licebit? Scilicet, satis ostendisti, agni paschalis mactationem praverti non posse, sed hanc, ipso paschatis die, etiamsi cum sabbato concurrat, omnino instituendam esse: Sed vero, nondum arguitur ideo permitti, ut secespita in sabbato deferatur, nam hæc quidem, pridie ejus diei*

in Asaram portari debuit. Hic vero pigere cœpit Hillelem conviciorum, quæ Israëlitis dixerat, (sensit enim sibi hærere aquam,) & memini, inquit, me didicisse scita Magistrorum circa hoc dubium, sed ea memoriæ exciderunt. At, sinite facere Judæos, si Prophetæ non sunt, sunt tamen Prophetarum filii, (*quare, non deerit qui ex ista difficultate se expediat.*) Postridie, ii, qui agno Pascha celebrare volebant, secespitam in vellera indebant, at hœdo officium peracturi, intra cornua eam deposuere. Quod cum vidisset Hillel, recordatus eorum quæ didicerat, dixit: Sic rem (*ab iis qui secespita obliti sunt,*) instituendam esse, a Schemaja & Abtaljone acceperam.

Pag. 293. Esta ciudad se llamó &c.] Id est: Hæc Civitas vocabatur קרית א־בע *Civitas τῶν quatuor*, quia quatuor eam sorte obtinuerunt. Quippe, principiò tota civitas comprehensa fuit intra terminum Tribus Judæ; deinde partem ejus acquisivit Calebus, campum scilicet, cum suburbanis; quod supererat, per sortem, civitas refugii, Levitarumque evasit, denique singulatim, ex omnibus selecti fuerunt Sacerdotes filii Aaronis. Atque hinc prout dictum est, vocabatur Civitas τῶν quatuor.

Ibid. Noë fit porter &c.] Id est: Noachus curavit transferri loculum, in quo conditum erat cadaver Adami, in Cavernam vetustatis, quæ est Mechæ, atq; eum ibi reliquit.

Pag. 294. lin. 14. Post: *literas contractus æternas.* Adde: *Ipsa Elieseris verba sunt*: ולקח עשו כל מה שהניח אביו וארץ ישראל ומערת המכפלה נתן ליעקב וכתבו כת׳ עולם ביניהם:

Pag. 295. lin. antepen. *Post*: Se mihi reddit suspectam. *Adde*: Postquam ipsorummet Pirke R. Elieseris mihi facta copia est, hunc locũ cupide perquisivi, atque sane illud, *de subjugandis sideribus*, reperi contra opinionem. Scriptum enim ibi: מה עשה יוסף שלח נפתלי לכבוש במזלות ולירד למצרים ולהעלות כתב עולם שהיה בינם: Ergo, fateor, non perfunctorie me fatigavit, ecquis tandem in ista locutione sensus esset, atq; nisi animus fallit, non perdidi penitus operã, sed quæ R. Elieseri mens fuerit, felici conjectatione sum hariolatus. Juvarunt me verba לכך נאמר נפתלי אילה שלוחה quæ statim subjiciuntur, in iis existimo vocem אילה non de *Cerva* seu *Caprea* cũ Gemaricis nostris, sed illo sensu, quo in Titulo Psalmi XXII a quibusdam & Veterum & Recentiorum accipi consuevit, quibusq; *Auroram* significat, a R. Eliesere fuisse acceptam, ut ita ex illius opinione, τὸν Naphthali cum Aurora Jacobus in supremis verbis comparaverit, & ideo, per ipsas æthereas plagas eum iter Josephus jusserit festinare.

Pag. 310. Ce n'est pas a dire &c.] Id est: Non tamen ideo affirmo, quod non pluat in Ægypto, ceu multi deliri nobis persuadere conantur in Eu-

in Europa, torquendo sese in reperienda ratione, rei, quam sola ratio effinxit Nam, pluit vehementer Alexandriæ, & Rosettæ, sed Cairi, quæ urbs editior est, minus frequenter pluere solet, nihilo minus expertus ibi sum annuatim pluviam densam, per biduum in mense Decembri. Intonuit quoque eodem tempore tam valide, ut nocte decimi sive undecimi diei illius mensis, a tonitru necaretur homo in Arce, etsi nemo fando acceperat, unquam antehac tonitru quenquam Cairi extinxisse. Friget quoque ibidem mense Decembri, idque ipse expertus sum, non tamen tam intensum frigus est, ut quem calefieri necesse sit. Cæteris anni temporibus, & imprimis Æstate, calor est maximus.

Pag. 302. I' ay leu cent liures &c.] Id est: Pervolvi centum Commentarios in legem Mosaicam, & in uno eorum reperi, septem Orbis climata, Deum quotannis cum lachrymis & gemitu precari, dicendo: O Domine, fœcunda Ægyptum, & jube fluere ejus Nilum.

Ib. Le Nil d' Egypte &c.] Id est: Nilus Ægypti, est Fluviorum Princeps. Deus cogit omnia flumina inde ab Oriente ad Occidentem usque, ei servitium præstare, in tempore quo exundat. Ipse illa derivat in ejus alveum, augetque hujus fluenta illorum aquis. Quando Deus vult, ut Nilus Ægypti, in commodum incolarum ripas egrediatur, cæteri fluvii ei commodant aquas suas, & Deus illi novos fontes e terra facit scaturire. Quando cursus aquarum ejus intumuit ad eum gradum, quem Deo visum est, præcipit omnibus aquis, ut origines suas repetant.

Ib. Au nom de Dieu &c.] Id est: In nomine Dei clementis, & misericordis. Deus prosperet Muhammedem ejusque familiam. Nomine Gabdollæ Omaris filii Chettabe, Præfecti Fidelium, ad Nilum Ægypti. Postea. Si hactenus non fluxisti, nisi per propriam tuam virtutem, ne fluas amplius. Sed, si id fuit Deus unus, & omnipotens, qui te fluere fecit, nos precamur magnum Deum, unum, & omnipotentem, ut te porro fluere jubeat. Deus concedat pacem & misericordiam Muhammedi Prophetæ idiotæ, ejusque familiæ.

Pag. 305. Je demanday a cette &c.] Id est: Rogavi Virum hunc Excellentissimum, de Nili origine quædam referre dignaretur, atque ecce tibi ea quæ narravit. Origo Nili, est fons, in magna & multis arboribus referta planitie, e terra scaturiens. Iste fons vocatur Ouembromma, situs in Provincia Ago. Efficit ibi locum amœnissimum, quia aqua varie in altum salit. Dictus Legatus mihi asseveravit, se plus duodecies cum Rege Æthiopiæ ad oram hujus fontis complures dies egisse, atque eum distare a Gontar, metropoli Æthiopiæ, itinere duodecim dierum. Iste fons, aquas versus Septentrionem ablegat, per longa terrarum spatia, & postquam cataractas septem, quæ sunt loca altissima, ubi aqua cum impetu labitur, sonumque magnum inter labendum edit, transivit, atque

totam

totam Ægyptum permeavit, sese in mare mediterraneum per ostia duo, Rosettam & Damiettam, exonerat. Sed vero, causa illius statæ, quæ æstivo tempore fit, exundationis, non est alia, quam quod cum Æstas est in Ægypto, hyems regnat in Æthiopia, atque tum ibi per tres menses, continuæ cadunt pluviæ, proinde aquæ factis torrentibus undecunque se huic jungunt scaturigini, quam summopere augent, & tamen haud ulli montes eidem sunt vicini, nam, qui maxime proximi sunt, vocantur montes Judæorum, distantes viginti dierum itinere. Falsum igitur est dicere, hunc fluvium originem trahere ex scaturigine incognita, item, quod ii qui circa Nili cataractas habitant, sint surdi, quin & , quod quidam prodiderunt, Turcarum Imperatorem tributum pendere Regi Æthiopiæ, ut Nilo, per consuetū alveum fluere concedat, nec enim id potest impedire.

Pag. 307. Schilucham & Bethesdam multum distinctas Piscinas, imperite confudit.] Atque, ex hac confusione, totum illud Syri glossema, quod in MS. Bibliothecæ nostræ comparet, unice enatum. Quippe, desero nunc conjecturam, quam proposueram, postquam ex S. Dorothei Tyri Episcopi, de vita & morte Prophet. Synopsi, quæ habetur Tom. 7. Biblioth. SS. Patrum, didici, sic vere veteres Orientales fuisse persuasos, corpus Esaiæ juxta Schilucham esse conditum, & ibi miracula edere. Verba Dorothei sunt : *Esaias Hierosolymitanus erat. Mortuus est autem Hierosolymis, sub Rege Manasse, sectus in duas partes, conditusq; sub quercu, quæ est prope fontem Rogel, juxta transitum aquarum, quas Ezechias Rex pulvere obstruxerat. Et monumentum Siloham Deus per hunc Prophetam operatus est. Nam, cum spiritus ejus, antequam moreretur, deficeret, aqua potum petiit, qui & confestim ei ex hoc torrente missus est. Quapropter Siloam vocatus est, quod missum sonat, si interpreteris. Et sub Ezechia, antequam is lacus & colymbethras faceret, per orationem Esaiæ modicum aquæ emanavit. Nam erat populus in campestribus Moabitarum & alienigenarum. Et ne civitas periret, tanquam aqua destituta (sciscitati namq; fuerant hostes, unde biberent, & urbe aggere cincta, torrentem Siloam obsidebant,) quando orabant cum Esaia Judæi, egrediebatur aqua. Propterea etiam in hodiernum usq; diem, continua promanat, ut ostendatur magnum hoc mysterium. Et quoniam per Esaiam fuerat hoc factum, memoriæ gratia populus Judæorum prope Siloam illum accurate & cum honore sepelierunt, ut per sanctas illius preces, etiam post mortem ejus, consimili modo aquæ hujus beneficio frui liceret. Erat enim illi oraculum etiam datum, ut hoc faceret.* Nolo nunc inquirere, quantum hæc veri contineant, attamen, ex sola ista traditione provenisse, ut quidam inconsideratus, qui inter Schilucham & Bethesdam piscinas discrimen non fecit, sanationem mirificam quæ in posteriore fiebat, Esaiæ lipsanis acceptam ferret, patet ad oculum.

Ibid. Aviendo llegado a la puerta &c.] Id est : Cum pervenitur ad portam S. Stephani, quæ olim Porta Gregis vocabatur, juxta ipsam hanc portam, ab interiore mœniorum parte, offendere est probaticam Piscinam, hoc est eam, ubi Christus Dominus noster sanavit paralyticum, qui triginta & octo annos hic hæserat, quod non haberet, qui opem ei ferret, ad intrandum aquam, quando angelus veniebat, & illam movebat. Hanc Probaticam Piscinam, spectare licet conscendendo murum quendam, qui est in eadem platea, atque centum & sexaginta circiter passus porrigitur in longitudinem, in latitudinem triginta, habetque porticus quinque, harum duæ sunt versus Occasum, & videntur, reliquæ Septentrionem respiciunt. Aquas hujus Piscinæ dicunt eas fuisse, quæ promanabant ex Templo Salomonis.

Pag. 310. Involucra cadaveris pauperis] Liber Brandspiegel cap. 75. *Unsre* חכמים *meinen ein tods das niemand hat, das mit ihm umgeht, das heist man* מת מצוה Hæc significatio videtur militare in verbis Maimonidis, est tamen cœteroquin certum, מת מצוה alibi commode exponi *cadaver inventum*, idque pagina deinde 903. ipse feci. Incideram nuper in S. Epiphanii ex Epistola ad Johannem Hierosol. locum, qui admodum me delectavit, & Maimonidis dictum, illico revocavit in animum. Non igitur abs re est, si illum afferam : *Cum vidissem*, inquit, *in Ecclesia Christi, contra autoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis consilium dedi custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent, atq; efferrent.*

Ibid. Despues de expelidos &c.] Id est : Postquam Anno 1482. Judæi fuere expulsi, hæc pars urbis vocari cœpta est Civitas nova; Porta Carnis, vocabatur Judaica, & Minjoaris, ob Judæum divitem, qui ibi prope habitabat. Foris, extra urbem, in campo vicino, qui Hebræorum dicebatur, ubi nunc caupona est, & nova quædam ædificia excitata sunt, habebant sua sepulchra, quorum multa scitissime facta erant. Ea, plebs egena Hispalensis, Anno 1580. cum annonæ magna esset caritas, otiosa existens, evertere cœpit. Repererunt in sepulchris, corpora cum peregrinis vestibus, ornamenta aurea & argentea, & in aliquibus invenerunt libros Hebraicos, quos Doctori Ariæ Montano obtulerunt.

Pag. 313. Num sola interpretis inconsiderantia &c.] Excusari potest Vorstius, quia fortasse ad manus ei tantum fuit editio Veneta, in qua sane Jacobus audivisse dicitur, & locus integer sic habet : רבי ישמעאל אומר עשרה פעמים אמרו בני יעקב ליוסף עבדך אבינו שמע יעקב את הדבר ושתק ושתיקה כהודייה דמיה לפיכך נתקצרו מחייו עשר שנים: Interim, merito pronunciavi, vitiose nomen Jacobi hic irrepsisse, idque

præter

præter ipsius contextus *συνδέσμων*, adhuc amplius confirmat Lublinensis editio, in qua שמע יוסף non שמע יעקב legitur.

Pag. 315. La plus part des Officiers &c.] Id est: Major pars Ministrorum Imperatoris Turcici, qui in Palatio ejus habitant, sunt Eunuchi, & propemodum omnes nigri. Sufficiebat olim, ut testibus essent exsectis, sed, quidam Imperatorum, cum aliquando inter deambulandum notasset, cantherium inire equam, domum reversus, continuo abscindere & radere Eunuchis jussit, id quod supererat: Atque ex eo deinde tempore, semper observatum fuit, ventre tenus resecare virilia, idque fit, cum octavum aut decimum agunt annum. Sane certum est, multis eam rem afferre exitium, sed Præfecti Regionum, quæ Abeschuæ, & Æthiopiæ sunt vicinæ, aliarumque provinciarum, quas nigri inhabitant, tanto numero homines castrare solent, ut abunde iis supersint, tam, quos cæteris formosiores, Imperatori dono dent, quam quibus ad propria servitia, circa uxores suas, utantur.

Pag. 316. Io stupisco come sia facile &c.] Id est: Stupeo, quam facile sit in his regionibus, resecare hominibus, virisque ætatem agentibus, membra genitalia, aut, ut melius dicam, omnia privata utensilia, citra tamen vitæ periculum. Est hæc pœna, quæ frequenter adhibetur, in quibusdam rei Venereæ delictis, ut, si quis fœminis vim inferat, aut simile quid faciat; prorsus, uti Diodorus Siculus autor est, olim in Ægypto amputata fuisse virilia ei, qui fœminas ingenuas violenter compresserat. Et vero, non moriuntur, sed feliciter convalescunt, cum solo & nudo cinere, facientes medicinam.

Pag. 324. Parsa efficit milliaria quatuor] At Arabibus الفرسخ quod, ipsum Rabbinorum est פרסע non nisi ثلثة لمبال hoc est *Milliaria efficit tria*, ceu constat ex Nomenclatore Ægyptio-Arabico, quem Kircherus, in Lingua Ægyptiaca restituta, exhibet, pag. ibid. 147, Eam assertionem, uti minime vocamus in dubium, ita cum porro eodem loco, ex mente Alghuari dicitur, الفرسخ aut Parsam, continere الف واربع ماية ذراعا *mille & quadringenta brachia*, sive, qud idē sit ثلثة الاف خطوة (nam sic vox postrema scribenda, apud Kircherum corrupte excusum حظوة) hoc est *Passus ter mille*, in his prior explicatio, errore laborat manifesto. Scilicet, Mille & quadringenta brachia, sive cubiti, (nec enim inter hæc discrimen est, & ipse Kircherus

 loco

loco citato ذراع modo Brachium, modo Cubitum interpretatur] haud unquam idem ſpatium efficiunt, quod eſt ter mille paſſuum, ſed poſtremum hoc intervallum, plures utique, quam cubitos ter mille continet. In noſtris dimenſionibus, cæteroquin Paſſus Communis, cubitum unum cum dimidio, Geometricus, duos cubitos & ſemiſſem exæquat. Eadem menſura, etſi fortaſſe apud Arabes aut Ægyptios non obtinet, tamen id certum eſt, non fieri veriſimile, ut ipſi rerum naturæ vim inferre voluerit Alghuari, & Paſſum cubito dimidio facere breviorem. Atque ſane, ibidem ea mox ſequuntur, quibus priora jugulantur, & noſtræ ſententiæ de loci corruptione, fides accedit. Dicitur enim porro, interprete Kirchero: *Et paſſus cubitus unus, & una quarta, & una ſexta, & una octava, & ſeptima pars Kirat ex brachio:* Quæ, etſi obſcuriora ſunt, quam ut ego ſenſum plane aſſequar, illud tamen manifeſto conſequitur, Brachium Paſſu minus eſſe, etiam ſecundum Alghuari hypotheſin. Subjicitur vero, deinde alia expoſitio, qua, *Milliare 4000. & Paraſanga Cubitos 12000.* continere dicitur, atque hæc videtur eſſe optima, eamque Cl. Golius in ſuum Lexicon Arabicum pag. 1781. admiſit.

Pag. 234. En eſte verſo: No hagays &c.] Id eſt: In verbis: *Non faciatis mecum. Deos argenteos, & Deos aureos non faciatis vobis:* Prohibetur, conſtituere interceſſores inter Deum & hominem. Id enim ſi maxime concedatur cauſa prima, eſt idololatriæ ſpecies. Atque integer contextus habet: *Vos vidiſtis, quod de cœlo vobis loquutus ſum. Non faciatis mecum. Aram terream mihi facies, atq; ſuper illa ſacrificabis &c.* Quaſi diceret: Ii qui quærunt interceſſores in mundo apud Principes, id ideo faciunt, quia non facile poſſunt impetrare eos alloquendi poteſtatem. At, hæc ratio, apud me non obtinet. Vidiſtis, quod de cœlo vobis loquutus ſum, ideo non faciatis mecum alios interceſſores. Id eſt, non adjungatis mihi alia media, verum enim medium, quod habetis ad favorem meum obtinendum, eſt ſolum illud Sacrificiorum. Facite igitur aram, & ſacrificate &c. ſpem unice in me reponentes, nec in aliam ullam creaturam.

Pag. 339. l. 17. Id munus in ſe ſuſcipiunt.] Multum confert egregius iſte Maimonidis locus, ad recte intelligendum hunc Johannis cap. XI, 31. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' ἀυτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ ϗ παραμυθούμενοι ἀυτὴν &c. Conferunt ad eandem rem, quæ adducimus pag. 735.

Pag. 340. Tunica quam confecerat &c.] R. Elieſeris verba ſunt:
הכתונת שעשה הקב"ה לאדם ולאשתו היתה עמם בתיבה וכשיצאו מן התיבה לקחה חם בן נח והוציאה עמו והנחילה לנמרוד ובשעה שהיה לובש אותה היו כל בהמה חיה ועוף באין ונופלין לפניו כסבורין שהוא מכח גבורתו לפיכך המליכוהו עליהם מלך:

Ibid.

Ibid. Esau frater Jacobi videns &c.] עשו אחיו של יעקב ראה את הכתנת שעשה הקדוש ברוך הוא לאדם ולחוה על נמרוד וחמד אותה בלבו והרגו ולקח אותה ממנו ומנין שהיו חמודות בעיניו שנ׳ ותקח רבקה את בגדי עשו בנה הגדול החמודות וכשלבש אותה נעשה בהם גם הוא גבור שנ׳ ויהי איש יודע ציד וכשבא יעקב מאת פני יצחק אביו אמו אין עשו ראוי ללבוש הכתנת הללו וחפר וטמני שם שני טמון בארץ חבלו:

Pag. 364. lin. 4. Post *Introire permittebatur*: Adde. Est insuper certum exploratumq; omnibus, Helenam Reginam, in templo secundo vixisse, hoc est illa ætate, qua nec vera Arca fœderis, nec urna Mannæ, nec Baculus qui effloruerat Aaronis, amplius supererant, vel ipsis Judæis testibus. Joma fol. 52.b. משנגנז ארון נגנז עמו צנצנת המן וצלוחית השמן המשחה ומקל של אהרון בשקידה ופרחיה וארגז ששלחו פלשתים דורון לי״י אלהי ישראל: Id est: *Cum* (sub excidium primi Templi) *occultaretur Arca, simul occultabantur Urna manna, Lecythus olei unctionis, Baculus Aaronis cum suis amygdalis & floribus, itemq; Arcula, quam miserunt Philistai donum Domino Deo Israëlis.* Fieri igitur nulla ratione potuit, ut Helenæ tabula, simul & in eodem loco, cum sacris lipsanis asservaretur, quippe quæ nulla isto ævo fuisse, caret controversia.

Pag. 373. lin. 33. conficiendo fit accommodatior:] Ex quo Tolephot Gittin consului, parum abest, quin quicquid autoritatum est in contrarium, cum proprio vadimonio deseram. Vetant enim diserte שרף de Gummi accipere, suppeditantque explicationem aliam, nec absurdam, nec improbabilem, quando verbis כל השרפים יפים לדיו ושרף קטף יפה מכולן subjiciunt: ההיא שרף לאו היינו גומי דאין דרך לחת גומי אלא בדיו של עפצים אלא אומר ר״ת דשרף הוא להלוחית קליפת העץ שעושין ממנו דיו: Id est: *Per illud* שרף *non notatur Gummi, nec enim Gummi usus est, præterquam in atramento, quod ex Galla confectum. Sed vero, ita docente R. Tam,* שרף *est humor corticum illius arboris, ex qua fit atramentum.* Propemodum igitur autor sum, ut ubi ego *Gummi* interpretatus sum, Lector *Succum corticis nigræ arboris*, qualis est Hebenus, accipiat, idque eam maxime ob causam, quia hæc significatio magis ad Mischnam nostram quadrare videtur, nec enim si quis cum Gummi scribat, literæ indelebiles emergunt; at, de talibus ibi sermo est.

Pag. 374. Costumano nelle Indie &c.] Id est: Utuntur in India atramento nigro, composito ex terra bituminosa conglutinata, & efformata in pastillos, aut rotellas orbiculares, quæ notantur figuris, aut literis, more Sinensium, ita, ut cum hac materia in pulverem trita, & aquæ permixta, scripturam efforment.

Pag 379. lin. 34. Mecum reputans risi.] Facit huc, quod est apud Eusebium de Marci Hæretici asseclis : *Hebraica nomina, ad pavorem audientium, super quos initiant, terribiliter obloquuntur.*

Pag. 387. Observan los Antiguos &c.] Id est : Observant Antiqui, quod, quando Deus creabat Evam, ipse dixerit : *Non est bonum hominem esse solum, faciam ipsi* עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ *auxilium contra eum.* Quæ duo verba, videntur repugnantia, sed conciliantur, quia זכה עזר לא זכה כנגדו *si merebitur, erit ei auxilium, si non, erit ei contraria.* Hæc veritas, in ipsis eorundem nominibus significatur, nam איש *Vir*, & אשה *Mulier*, continent duas literas nominis Divini יה *Jah.* Semotis istis, remanent nomina tantū cum aliis duabus, quæ componunt vocabulum אש *Esch, Ignis.* Quia aut præsens iis est, cum unanimes vivunt, Deus, aut Ignis, cum in dissensione & discordia agunt ætatem.

Pag. 391. Hoc præceptum verbis paucissimis Levit XVII, 13. promulgatum est.] Verba supremi Legislatoris sunt : איש איש מבני ישראל ומן הגר הגר בתוכם אשר יצוד ציד חיה או עוף אשר יאכל ושפך את דמו וכסהו בעפר׃ Vetus Vulgatus, Latine reddidit : *Homo quicunq; de filiis Israël, & de advenis, qui peregrinantur apud vos, si venatione atq; aucupio ceperit feram vel avem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem ejus, & operiat illum terra.* Habent igitur Judæi, ipsius Dei jussum, de operiendo sanguine Avium, & Ferarum, quæ comesturæ cedunt, nec proprie ea res a Magistrorum stoliditate proficiscitur, etsi lato hoc præcepto, insanisse deinde circa illud deprehenduntur. Quamobrem, vix est, ut probare ego queam, vel saltem excusare, quod scripsit Antonius Margarita in libello Germanico de Fide Judaica : Wen die Juden einen Vogel ab thun/nehmen sie ein Hand vol Aschen / machen ein Grüblein darein / und lassen das Blut also darein lauffen / nach dem scharret er das Blut mit dem Aschen zu/ und spricht: Gelobet seyest du / ein GOtt / ein König der Welt / der du uns gebotten hast/daß wir Blut in den Aschen zudecken sollen. Ich muß das unbilde ihres Verstands anzeigen/woher sie es nehmen / daß sie der Vögel und nit der Thier Blut zudecken. Schreiben in ihrem Thalmud / da die Rebecca den Isaac das erste mal anschauet/da sagt der Text daselbst/wie sie von ihrem Kamelthier fiel/sey sie blöd worden / und da sind die Vögel kommen/und haben solches Blut zugedeckt/ damit daß der Rebecca Schand zugedeckt würde / und von solcher Gutheit der Vögel haben sie verordnet / daß man ihr Blut auch zuscharren solle / daraus mag man doch bescheidenlich mercken / wie sie in der heiligen Geschrifft umgehen. Scio Rabbinorum fabulam, de Avibus τὰ ἔμμηνα Rebeccæ operientibus, sed nescivit Antonius Margarita turpiter, principio quid Deus præceperit, tum nescivit Rabbinos id simul commentos fuisse, Cervum, Avibus, in tegendo Rebeccæ sanguine, fuisse adjumento,

mento, atque ſic cum cæteris, quas comedere licet, feris, meruiſſe, ut & illarum ſanguinem Deus operire juberet. Quin imo penitus ignoravit, ferarum mundarum cum a Judæis ad comeſtionem mactantur, ſanguinem tegi. Nimirum, cum Judæus eſſet, Boves, Oves, Gallinasque & Anſeres tantum mactari viderat, Cervi, Damæ, Capreoli, aut aliæ ejus generis feræ, quomodo tractandæ eſſent, nunquam tota vita audivit. Nam, is rarus cibus eſt in Judæorum noſtræ regionis menſis, eo quod nec vivaria habent, nec ipſi venatum ire & vivas feras capere poſſunt: a venatoribus autem interfectas comedere, reputant piaculum. Proh! tam parva etiam pleroſque celebriores, qui ad nos a longa memoria tranſiverunt Judæos, fuiſſe eruditione, ut ne in rebus levibus quidem, & culinaribus, iis tuto fidem habere liceat! Anne igitur tam fatui, fungi, & amentes erimus, ut cum iis in tenebris micemus?

Pag. 425. lin. 31. Aſſeruit incogitans.] Et vero, ipſa Scriptura, ob verba, וכתב את האלת האלה הכהן בספר ומחה אל מי המרים: Quæ LXX. bene tranſtulerunt, Καὶ γράψει ὁ ἱερεὺς τὰς ἀρὰς ταύτας εἰς βιβλίον, καὶ ἐξαλείψει εἰς τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ· Hottingeri aſſertioni locum non relinquit.

Pag. 431. Mulieres ullas in templo habitaſſe &c.] Vel illam ſuſpicionem, mulieres unquam ſacris miniſteriis vacaſſe, a Templo prorſus amotam vult Lipmannus, Num. CCCXL. Nam, ad locum Nehem. VII, 67. ולהם משוררים ומשוררות מאתים וארבעים וחמשה: *Et erant eis Cantores & Cantatrices ducenti quadraginta quinq.*: annotat: ולא תטעה שתהא האשה משוררת בבית המקדש הלא אפילו בעלמא אר"ל קיל באשה ערוה: ומכ"ש שלא הוכשרה לעבודת השיר לא בפה ולא בכלי; אלא כמו שאשת ישראל נקראת ישראלית כן אשת המשורר נקראת משוררת: ואל תתמה שמנה הנשים שהרי אפילו השפחות והבהמות מנה כמו כן: SchnelliusBeatus, vertit: *Ne erres, ac ſi foret mulier, quæ in templo cecinerit. Annon enim communiter ajunt Doctores noſtri f. m. ignominioſum eſt fœminæ ſi ſit vocalis? Verum, uti conjux Iſraëlita dicitur Iſraëlitis: ſic uxor Cantoris* eine Cantorin. *Nec mireris (Scripturam) numerare mulieres. Nam vel ancillas & jumenta, pariter numeravit.* Fateor, non ſatis placet iſta Lipmanni expoſitio, nec fortaſſe nimis abſurdum eſt, ſi quis aſſerat, in Atrio Mulierum, Mulieres quaſdam voce & fidibus Dei laudes quandoque in Templo decantaſſe. Nihil enim in ea re vitii, & præiverat ſuo exemplo Mirjam Ex. XV, 20. 21. Interim tamen, illud haud ulla illatione ex verbis Nehemiæ inferri poteſt, pro Dei ſervitio votivas Virgines, in templo habitaſſe. Quippe, quod iterum dicimus, vix ulli Levitæ, Sacerdotes, Cantores, ſacrique cultus Miniſtri reliqui, in templo habebant domicilium, nedum ut fœminis hoc conceſſum fu-

ſum fuiſſe credam. Sequitur in eodem capite, commate poſtremo apud Nehemiam, וישבו הכהנים והלוים והשוערים והמשררים ומן העם והנתינים וכל ישראל בעריהם: Quæ Vulgatus tranſtulit : *Habitaverunt autem Sacerdotes,& Levitæ,& Janitores, & Cantores, & reliquum vulgus,& Nathinæi,& omnis Iſraël,in civitatibus ſuis.*

Pag.437. Vix memoratur Judæorum antiquiorum fœmina &c.] Floruit etiam Seculo XII. poſt natum Servatorem noſtrum, mulier quædam literarum gloria inter Judæos Orientales inſigniter, & in tantum, ut eas publice doceret. De illa ſic eſt in Itinerario R. Petachiæ Ratisbonenſis, qui illa ætate peregrinationem inſtituit,& quem nos libellum per hos dies MS.nacti ſumus,quem tamen conſtat, quoq; extare excuſum. ור' שמואל יש לו ספר היחס שלו עד שמואל הרמתי בן אלקנה ואין לו בנים אלא בת אחת והיא בקיאה בקריאה ובתלמוד והיא מלמדת הקריאה לבחורים והיא סגורה בבניין דרך חלון אחד והתלמידים בחוץ למטה ואינם רואים אותה; Id eſt : *R. Samuel*, (Princeps Judæorum, qui in Perſica urbe Bagdat,vicinisque agunt regionibus,) *librum habet genealogicum,quo ejus ſtirps ad Samuelem Ramathaum, Elkanæ filium*, (Prophetam ſanctiſſimum) *deducitur. Caret is filiis,filiam tamen habet unicam, ea ſacrarum literarum & Talmudis eſt peritiſſima, atq; Sanctam Scripturam Adoleſcentibus prælegit. Sedet vero occluſa in conclavi, juxta feneſtram, Auditoribus,foris inferne conſiſtentibus, nec ejus intuentibus faciem.*

Pag. 445.lin.4.& 11.pro Cruris,*melius dixiſſem* Armi.

Pag.453. Una fanciulla picciola &c.] Id eſt : Puella parvula,quæ minor eſt decem annis, orba patre, aut ſi habeat patrem, & jam fuerit viduata, cum alicui matris aut fratrum voluntate deſponſata eſt,idque ei diſplicet, quoad veſticeps facta, quod anno duodecimo & die uno exactis, fieri intelligitur,poteſtatem habet rejiciendi illum maritum, dicendique, non ſe eum velle. Hujus rei duos teſtes vocat,qui iſtam Repulſam literis mandant, atque ſic fas huic, ſegregandi ſe ab eo,& ex animi ſententia matrimonium ineundi.

Pag.464. כפר גנם *memorantur.*] Adde,a nobis obſervatis ejusmodi nominibus, quæ collegit,Reverendus noſter Saubertus, in Variis Lectionibus textus Græci Matthæi,p. 113.

Pag.481. Un jour eſtant monté &c.] Id eſt : Cum die quodam jumento meo veherer,iter meum recta perſequens, atque Pyramides Ægypti præteriens,notavi turmam Equitum, quorum pars Equis, pars Camelis vehebatur, itemque pedites quosdam,qui cum iis procedebant, atque utrique ordine circumibant Pyramides. Hinc ego ipſe mecum dicere: Ecqui ſunt iſti, qui longo ordine Pyramides ſic circumeunt,tempore hoc meridia-

meridiano ? Annon hæc fiunt propter negotium aliquod,quod in urbe noviter accidit ? Simul viam ad eos ita affectans, ut prope accederem, ipsos contemplari cœpi. At vero, illos cominus intuendo,deprehendi, nec staturam,nec formam communium hominum illis esse, idemque judicium de equis & camelis ipsorum faciebam. Ea res me movit,ut Deo me committerem,postea ipsos salutavi,qui cum me resalutassent, in hæc verba mihi loquebantur : Nos sumus turba Musulmannorum Dæmonum, qui Deum ejusque Prophetam verentur. Quando Dæmones quem hominem resalutant,ipse securus esse potest, nihil sibi ab iis periculi metuendum. Ergo,cum offendis creaturas,quæ homines tibi non videntur, saluta ipsas : Nam,si te resalutant,scito fideles,si non resalutant, scito infideles esse, itaque Deo te commendabis, ut te adversus eas tueatur, nam hac ratione, ipsæ non poterunt tibi nocere.

Pag.482. Apres cela ils partirent &c.] Id est : Postea abibant,quasi ad propria reversuri,atque unus,cum Vale mihi dixisset, addebat : O homo,id cura, ne tempore meridiano iter facias : dormi potius circa meridiem,Dæmones enim non dormiunt.

Ibid. L' on dit qu' entre &c.] Id est : Ajunt, inter res alias pretiosissimas,quas Gebire reperit,fuisse cistellam auream, signatam signo incognito, quam cum aperuisset, offendit ibi pyxidem, ex gemma rubra confectam,plenam pulveris viridis,referentis collyrium, ejus pyxidis epistomium,obturabatur smaragdo itidem viridi, cistellæ vero fuerat inscriptum: QUISQUIS UTETUR, HOC COLLYRIO RECIPIET FACIEM AC VIRES JUVENILES, CRINES ILLIUS REPETENT COLOREM NIGRUM, EIUSQUE VISUS TANTOPERE ILLUSTRABITUR, UT POSSIT INTUERI QUASVIS SPECIES SPIRITUUM.

Pag. 528. EN EL NOMBRE &c.] Id est : IN NOMINE DEI POTENTIS, LAUDES DIVINÆ SINT SUPRA MUHAMMEDEM ET SUPRA EIUS DISCIPULOS, SIT EIS SALUS PROPTER SALUTEM DEI IN QUEM CONFIDO, ET IN MUHAMMEDIS CLIENTELAM ME COMMENDO.

HOC EST ACROATERIUM DOMINI MARUAN, DEUS SUAM NOBIS CONCEDAT GRATIAM, QUISQUIS EIUS TEMPLUM AC SACELLUM INTRABIT, ET QUADRAGIES AC SEPTIES PRECABITUR, ILLI DEUS CONDONABIT PECCATA. ROGANTO PRO CONDITORE, UT ILLUM DEUS IN MANU SUA TENEAT.

Pag. 575. Non extare ullam amplius &c.] Video idem prorſus placere, Viro, judicio & eruditione inter noſtrates, maximo, *Hermanno Conringio*, dum lego Epiſtolam, quam ad Joh. Henricum Hottingerum ſcripſit, quæque inter cæteras p. 413. comparet. Ejus inſignis autoritas, opinionem noſtram vehementer commendabit.

Pag. 593. Au pays de Tamerlan &c.] Id eſt: In regione Tamerlanis, fœminæ ſunt ex numero rerum inhoneſtarum, & quarum nomina exprimere non licet. Non auderent enunciare vocabulum Fœmina, aut Fœmella, ſed in eorum locum alia ſubſtituunt, a prioribus magna circumſpectione abſtinentes. Cum ſignificare volunt, eſſe cui natam filiam, dicent, eſſe ei natam Velatam, aut Matremfamilias, aut Abſconditam, aut quid ſimile.

Pag. 597. Extra omne dubitationis conſtituitur periculum.] Fateor, hoc aſſertum calidum eſſe nimis, & paulo magis dum cogito, offerunt ſeſe quædam in Tiliano Matthæi Evangelio, quæ mihi ſcrupulum injiciunt, num ſatis rem acu tetigerim, dum illud, ex una veteri Vulgata Matthæi translatione, expreſſum eſſe, citra hæſitationem, ſic pronuncio. Ecce enim, ut unum exemplum, quod mentem in diverſa diſtrahit, allegem, cum apud Evangeliſtam cap. VI. commate 11. in Græca veritate eſt: Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· Ibi Vulgatus vertit incommode: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*: Sed Hebræus iſte Interpres, ſcitiſſime tranſtulit: את לחמנו תמידי תן לנו היום *Panem noſtrum jugem da nobis hodie*, quam interpretationem, omnium optime ſenſum difficilis vocis ἐπιούσιος exprimere, aliàs oſtendam. Quamobrem, amplius de tota re deliberandum eſt, etſi ab iſta interim ſententia me dimoveri non patior, hactenus erraſſe hunc, quisquis tandem ipſe fuerit, Interpretem, quod Chriſti Domini noſtri nutricium, Ferrarium Fabrum exhibet. Fateor, eſt quoque Græca vox τέκτων ambigua, & inconſideratius dixi, eam potuiſſe Interpreti Hebræo præſidio eſſe, ne deciperetur. Nam, Heſychio τέκτων dicitur πᾶς τεχνίτης *quivis artifex*. Ut proinde *Faber Ferrarius* non excludatur. Attamen, præter ea quæ de contraria acceptione, jam adduximus, accedit inſuper S. Juſtini Martyris, Patris antiquiſſimi autoritas, qui in Dialogo cum Judæo Tryphone, inter cætera ei dixit: Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὤν, ἄροτρα καὶ ζυγά· Διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων καὶ ἐνεργῆ βίον) τὸ πνεῦμα οὖν τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς προέφην, ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπέπτη αὐτῷ· *Et cum ad Johannem veniſſet Jeſus, & Joſephi fabri lignarii filius haberetur; informis videlicet, quemadmodum Scriptura annunciaverant, apparens, faberq; adeo & ipſe putaretur eſſe; (fabrilia namq; cum in hominibus eſſet, faciebat*

ciebat opera, aratra & juga conficiens; per hac & justitia docens signa, & vitam non ociosam) simul Spiritus S. propter homines (prout antea dixi) in specie columba in eum devolavit. Nec aliud persuasus fuit Interpres Arabs, cum τέκτονος υἱὸς per ابن النجار reddidit, quod idem est, ac si diceres Hebraice, non בן נפחא sed בן חרש עצים Id est: *Filius fabri lignorum*, quam posteriorem phrasin quoque, in loco illo Matthæi XIII, 55. afferendo, adhibuit Autor virulentissimi adversus Christianos libri חזוק אמונה qui non nisi MS. extat, & a nobis possidetur.

Pag. 599. L'on raconte d'vn des &c.] Id est: Narrant de quodam Jurisconsulto Ægyptio, cui Deus misericordiam præstet, illum dixisse: Audivi quendam referentem in tentorio Ducis fidelium Gamru filii Gases, cui Deus pacem præstet, aut ex ejus tentorii regione, tanquam rem acceptam a Mecdade filio Magdaquerbes Zebidiensis, Prophetam, cui Deus misericordiam & pacem præstet, sic loquutum fuisse. Nemo quicquam melius in hoc orbe manducare potest, quam id quod manducat de labore manuum suarum. Nam Propheta Divinus David, victitabat labore manuum suarum. Ajunt Baram, cui Deus pacem præstet, de hac materia sic verba fecisse. Prophetæ, piique homines, semper id operam dederunt, ut victum lucrarentur mediis licitis. Adamus, cui Deus pacem præstet, fuit agricola; Seth, fuit textor; Edrisse, fuit Sartor; Noë, faber lignarius; Cadar, Mulio; David, ὁπλοποιὸς; Abraham, Seminator; alii dicunt fuisse textorem byssi: Saliche, mercator; Moyses, & Saguibe, atque Mahomet, cui Deus pacem præstet ac misericordiam, fuerunt pastores; Locman fuit Sartor; Jesus Mariæ filius, Viator; Abubecre & Omar, itemque Othman, nec non Gali, quin & Gabdotrachmam filius Guphes, atque Talche vendiderunt byssum; Maimune filius Meharami, & Mahomet Sirinis filius, itidem bysso quæstum fecerunt; Zebire filius Gauames, & Gamru filius Gases, itemque Gamer filius Carires, serico mercaturam fecerunt; Jobus, pellio, vendebat coria caprina; Sagad filius Abuuacases vendebat glastum; Othman filius Mahometis, Lachamiensis, fuit Sartor; Malike filius Dinares, fuit Scriba.

Pag. 608. En la Gemara de Sotá &c.] Id est: In Gemara Sota, movetur ista contradictio, eamque R. Eliéser hoc modo conciliat: Bis mille cubitorum spatium tribuebatur civitatibus Levitarum, foris extra civitatem faciendo mensionem. Ex his, mille, suburbium præstabant civitati, ornatus causa, atque in iis nec domos condere, nec vineas plantare, nec sementem facere licebat, sed tantum gregibus alendis inserviebant. Atque ideo mox textus dicit: Ut sint pro jumentis eorum, & pro omnibus animalibus eorum, & pro facultatibus eorum. Et vero dicunt Antiqui, ne quidem

 licuis-

licuisse illis ibi sepelire mortuos suos. At in cæteris mille, fas erat condere domos, plantare vineas, villas, & ædificia facere: ordinavitque Deus, ut vitandæ molestiæ causa, prope civitatem greges suos haberent.

Pag. 616. Non id verisimile videri &c.] Possum nunc perspicue docere, quanta olim fuerit morum cærimoniarumque compositio, saltem Judæorum Babyloniorum, in sua Synagoga, ex Itinerario R. Petachiæ Ratisbonensis, quod nuper mihi obtigit. לא ידבר אחד עם חבירו בבה״כ ועומדים בתרבות והכל בלא מנעלים בבה״כ יחפים וכשלומדים וטועים עצמם בניגון מראה להם ראש הישיבה באצבע ומבינים היאך הוא הניגון ויש בחור שלו קול נעים ואומר מזמור בקול נעים בחולו של מועד אומרים המזמורים בכלי שיר: Id est: *Nemo intra Synagogam cum socio verbum colloquitur, sed stant modestissimi, omnesq; sunt discalceati. Cum vero preces canendo adversus melodiam a cœtu peccatur, digito signum facit supremus Antistes, atq; confestim ipsi intelligunt, quomodo vocem modulari conveniat. Adest ibi puer, cui vox sonora, is psalmum Davidicum cantillat suaviter: at in Diebus profano-sacris, ad instrumentorum Musicorum sonum Psalmi decantantur.*

Pag. 622. Dice Isaia Profeta &c.] Id est: Ait Esaias Propheta: *In omni tribulatione eorum ipse non se tribulat*: Quasi vellet dicere: Ipse non curat illorum afflictiones; patiantur quantum volunt, non eapropter tangitur. Aut, *ipse non est tribulatus*, hoc est impeditus, aut constrictus, ut non possit eos liberare ex illa afflictione, si velit. Atque hic est verus sensus istius loci. Sed Rabbini, pro more ipsorum, ut ex Scriptura probent suas fatuitates, haud verentur eam depravare & corrumpere, ut illam ad ipsorum sensum pertrahant, prout hoc loco faciunt, qui cum negationem contineat, dicaturque lingua Hebræa לא *Lo*, ipsi id immutant, & substituunt לו quod similiter valet *Lo* quantum ad sonum externum vocis attinet, & significat, *Ipsi*, ita ut hic sensus emergat: *In omni illorum tribulatione, ipsi est tribulatio*: Id est: *Ipse est tribulatus.* Sed, veritas illa est, quam diximus, quod legendum sit cum negandi vocula, unde & Chaldaica Paraphrasis negationem adhibet, & adeo ipse R. Salomo, in explicatione supra Esaiam, hunc locum cum particula negandi interpretatur. In omni ipsorum tribulatione non est tribulatio: Id est: Non sunt tribulati, prout merentur ipsorum opera. Sed postea in Talmude, ut stultam suam doctrinam confirmet, verbis, ajendi sensum affingit.

Pag. 633. Si quel' qu'vn voit en songe &c.] Id est: Cum quis per insomnium, videt rem, quæ ipsum terret: aut quæ ipsi displicet, oportet expergefactus claudicet sinistro pede, & ut Deum precetur, tueatur se adversus Sathanam. Fert opinio, hoc consilium autorem habere Prophetam, cui De-

cui Deus pacem & misericordiam præstet, atque id sufficit ad impediendos effectus infaustissimorum quorumque somniorum. Sequens dictum, est ejusdem Prophetæ, cui Deus pacem & misericordiam præstet. *Somnium* ajebat, *primum sequitur Interpretem.* Unde ajunt, aliquando fœminam quandam, cujus maritus peregre aberat, consulisse Prophetam, cui Deus pacem & misericordiam præstet, atque in hæc verba loquutam esse; Somniavi tignum domus meæ esse fractum. Ei Propheta, cui Deus pacem & misericordiam præstet, respondit: Maritus tuus revertetur, atq; tu paries filium. Succedente tempore, cum iterum maritus profectionem instituisset, ipsaque idem vidisset insomnium, ea de re certiorem reddens Prophetam, cui Deus pacem præstet & misericordiam, idem retulit responsum: nam & maritus reversus est, & ipsa peperit filium. Ex intervallo, rursus proficiscente marito, idem mulieri objectum est somnium, accessitque Prophetam, cui Deus pacem & misericordiam præstet, ut id renunciaret. Sed vero, non reperit eum domi, solamque ibi offendit Gaisen, cui cum somnium narrasset, respondit ipsa: Maritus tuus morietur, atque tu paries filiam. Ajunt, Prophetam, cui Deus pacem & misericordiam præstet, mox continuo adfuisse, eique mulierem somnium suum recensuisse, una cum interpretatione, quam Gaise, cui Deus pacem præstet, dederat. Ibi Propheta, cui Deus pacem & misericordiam præstet, subjecit: An tu nescis somnium primum sequi Interpretem? Omnia evenient, prout ipsa tibi dixit.

Gaise conjux Mahometis. Videndus Mazine An. 7. 13.35.36.

Ibid. Gli Hebrei prestano &c.] Id est: Judæi magnam fidem præstant insomniis; Jacobi, Josephi, Pharaonis, Nebucadnezaris, Danielis, aliorumque, quæ in Scriptura leguntur, permoti exemplis, & insuper illo Jobi *c. XXXIII. Per somnium &c.* Atque tanti hæc faciunt, ut si quis triste aliquid somniet, quod animo molestiam affert, aut speciatim unum ex quatuor generibus somniorum, quæ Rabbini declarant, objiciatur, prodesse existiment, atque sic usu receptum sit, ut quis jejunium sibi indicat, ea lege, qua reliqua jejunia peraguntur. Atque adeo, ipso Sabbato die, quo cæteroquin ullam aliam ob causam a cibo abstinere nefas est, tamen ob somnium infaustum jejunare licet, atque quod de Sabbato, idem valet quoq; de reliquis Festis diebus. Cæterum, vesperi, finito jejunio, priusquam cibus attingitur, vocantur Amici tres, atque ὁ ἐνυπνιαστὴς septies ait: *Bonum esto Somnium quod vidi;* ipsique ad quamque horum verborum prolationem, subjiciunt: *Esto Bonum, & Deus id faciat bonum.* Porro aliquibus Prophetarum dictis, vitam, redemtionem, & pacem ominando, finiunt illo apud Ecclesiasten cap. 9. *Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum &c.* Sic igitur mensæ ὁ ἐνυπνιαστὴς accumbit.

Opinor, rem gratam me præstiturum Lectori, si non omnino suspensum eum hic dimittam, sed per occasionem explicem, quæ sint illa tam infausta so-

sta somnia, eam incutientia formidinem Judæis, ut die festivitati & epulis unice dicata, inedia se macerare sustineant, atrox, Dii boni, & pæne incredibile facinus. Ergo, notetur ex Schulchan Aruch, parte Orach Chajim Hilch. Schabbat Num. CCLXXXIIX. מותר להתענות בשבת
תענית חלום כדי שיקרע גזר דינו וצריך להתענות ביום
ראשון כדי שיתכפר לו מה שביטל עונג שבת ואם תשש
כחו ואינו יכול להתנות שני ימים רצופים לא יתענה ביום
ראשון ויתענה אחר כך : יש אומרים שאין להתענות חלום
בשבת אלא על חלום שראוהו תלת זימני וי״א שבזמן הזה
אין להתענות תענית חלום בשבת שאין אנו בקיאים בפתרון
חלומות לידע איזה טוב ואיזה רע והעולם אומרים שנמצא
בספרים קדמונים שעל שלשה חלומות מתענים בשבת : ואלו
הן : הרואה ספר תורה שנשרף או יום הכיפורים בשעת
נעילה או קורות ביתו או שיניו שנפלו ויש אומרים הרואה
יום הכפורים אפילו שלא בשעת נעילה ויש אומרים הרואה
שקורא בתורה ויש אומרים הרואה שנושא אשה והא דרואה
שיניו שנפלו דווקא שיניו אבל הרואה לחייו שנשרו חלום
טוב הוא דמתו היועצים עליו רעה ונראה לי שהחלומות
שאמרו בפרק הרואה שהם רעים גם עליהם מתענין בשבת :

Id est : *Fas est, jejunium sibi indicere die sabbato, ob somnium sinistrum, ut fatorum decreta rescindantur. Sed,* (eo casu,) *postridie Sabbati quoq; a cibo abstinendum est, ut expietur peccatum, intermissi in Sabbato oblectamenti. Quod si quis debiliorum sit virium, ita ut non queat duorum continuorum dierum perferre jejunium, non die Solis, sed eo qui sequitur, jejunium instituito. Sunt, qui contendunt, non cui licere jejunium Sabbato sibi indicere, nisi ob somnium quod ter fuit objectum. Alii, hoc tempore, jejunia, quæ somniorum causa in Sabbato instituuntur, prorsus damnant, quia nunc in somniis interpretandis parum valemus, ut bona a contrariis possimus distinguere. Cæterum, pleriq; ajunt, sic scriptum esse in libris antiquis, quod tres sint somniorum species, ob quas die Sabbato jejunium suscipiendum*

piendum sit. Sunt vero: Si quis videat Sacra Legis librum comburi: Aut videat diei Expiationis postrema temporis momenta, (cum cœlum jam occlusum est, nec ultra preces mortalium admittit:) *Aut videat Tigna adium suarum ruere, vel Dentes sibi excidere. Quidam huc referunt somnium, quo cui Dies Expiationis, etiam nondum occluso cœlo, objicitur. Alii addunt somnium, quo quis in Lege Divina sibi legere videtur. Itemq; alii huc referunt etiam illud, quo quis uxorem se ducere somniat. Atenim, quod de Dentibus qui excidere videntur, dictum est, hoc unice & proprie de Dentibus capiendum, nam si cui maxillas sese amittere appareat, id faustum est somnium, atq; peribunt qui prava adversus talem ineunt consilia. Et vero, mihi videtur, propter omnia somnia, quæ in cap. IX. Tractatus Berachot infausta esse dicuntur, in Sabbato jejunium licite suscipi.*

Pag. 635. Salomon a esté heritier &c.] Id est: Salomo fuit hæres Davidis, dixitque populo: Nos intelligimus linguam avium, nos intelligimus omnia, quæ intelligi possunt, quod ingens Dei munus est. Exercitus Salomonis convenerat aliquando coram illo, ex hominibus, dæmonibus & avibus compositus, quem, cum ipse ad vallem Formicarum deduxisset, quædam formica, cæterarum Regina, vociferari cœpit: O Formicæ subite vestras ædes, ne Salomo ejusque turmæ, ignari, vos pedibus obterant. His verbis perceptis, Salomo aliquandiu mutus hæsit, sed tandem subridens, ajebat: Domine, adjuva me, ut gratiam retribuam benefactis tuis, & muneribus, quæ parenti meo tribuisti. Si bona facio, id gratum erit advorsum te: Præsta mihi per misericordiam tuam, ut in illorum numero sim, qui tuam gloriam extollunt. Cæterum, de Upupa quæstionem instituit, aitque: Quare non video Upupam? Estne in numero absentium? Ego illam castigabo, & morte mulctabo, si non habeat legitimam excusationem? Haud multo post ipsa coram Salomone se prostrabat, qui eam percontabatur, unde venisset? Subjicit ipsa: Id equidem hactenus vidi, quod tu non vides. Venio ex regno Saba, unde tibi certas affero relationes. Reperi fœminam, ipsorum Reginam, cui omnia suppetunt, quibus Regi opus est. Habet thronum sublimem & splendidum, deprehendique ipsam & subjectos ejus adorantes Solem. Diabolus ipsorum institutum illis reddebat acceptum, ipse eos seduxit a recta via, seductique manebunt donec adorabunt unum solum Deum, qui pluviam cœlo demittit, quique facit ut terra suas plantas & herbas producat, qui novit omnia, quæ sunt in corde hominum, & omnia quæ loquuntur. O Bone Deus! Non est nisi unus Deus, Dominus Universi. Ad quæ Salomo: Brevi cognoscam, num tu veritatem dicas, aut num sis inter mendaces. Vade, & perfer illi hanc epistolam, atque animum adverte ad ea, quæ ipsa, ejusque pop[illegible] respondebunt.

Pag. 647. l. 23. Aliud cogitans, scripsi Priores, *vocem* Utrique *supplere debebam.*

Pag.

Pag. 652. Nell' antico tempo, quando &c.] Id est: Temporibus antiquis, quando Maritus Zelotypia corripiebatur adversus mulierem, deducebat eam ad Sacerdotem, qui certam aliquam aquam ei bibendam porrigens, si innocens erat, recessit salva, si nocens, media crepuit, uti Numer. V. memoriæ proditum est. Hac vero ætate, si quis mulieri edixit: *Cave sis, te cum isto imposterum videam*: atque eam cum ipso deprehendat, aut fama publica loquatur ipsam peccare, aut suppetant certa & sufficientia indicia, tantoque magis, si ab ipso reperiatur αὐτόφωρ, cogunt Rabbini maritum ut mulierem repudiet, aut perpetuo a se segreget, atque ipsa sic repudiata, cum quocunque matrimonium ineundi jus habet, solo eo excepto, qui, quod cum ea rem habuisse, aut suspicio fuit, aut constitit, divortio præbuerat occasionem.

Ad Pag. 655. Nescio, quomodo animo exciderit, monere, fuisse inter Judæos opinionem vetustissimam, quod vituli a Mose comminuti pulvis, quemque ipse aquis inspersum, Israëlitas bibere jussit, eandem vim ac efficaciam in potantium corporibus exercuerit, quæ Sotæ aquis inerat. Addatur itaque coronidi nostræ, quam Sexto Capiti Mischnæ subjunximus, iste velut apex. Sic vero memoriæ consignatum habetur in Avoda Sara fol. 44 a. ויזר על פני המים וישק את בני ישראל לא נתכוין אלא לבודקן כסוטות; Id est: (Ex. XXXII, 20. dicitur:) Sparsit (Moses vituli comminuti pulverem) in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israël. *Nimirum, non id aliam ob causam factum, quam ut eos, quasi Sotas, explorationi subjiceret.* Abenesræ, ad eundem Scripturæ locum, commentatio est: הם מי נחל יורד מן ההר וצוה שישתו כל ישראל מאלה המים וזה היה כמו ומן העפר אשר יהיה בקרקע המשכן יקח הכהן ונתן אל המים והנה המים חדשו אות בעובדי העגל בפניהם או שצבתה בטנם כי לולי זה איך הבינו בני לוי עובדי העגל מי היו: Id est: *Aquæ*, (quibus Moses pulverem vituli comminuti inspersisse dicitur) *capiendæ sunt de torrente, e monte promanante, præcepitq; Moses, ut omnes Israëlitæ eas potarent. Est vero hujus rei par ratio, cum illo* (ubi Deus Num. V, 17. mandat:) Et de pulvere qui erit in solo tabernaculi accipiens Sacerdos, indet in aquam illam. *Cæterum, aquæ istæ*, (a Judæis potæ,) *signum aliquod, in idololatrarum vultu produxisse, aut ventrem ipsorũ turgidum reddidisse videntur, nisi enim hæc ita se haberent, quomodo Levitæ idololatras agnoscere potuissent*, (atque eos occidere?) Non exprimit Abenesra, quale illud vultus signum esse potuerit, sed, alios Rabbinos processisse longius, atque explicate id definire voluisse, fidem faciunt versus Petri Rhemensis, Scriptoris antiqui, quos Cl. Seldenus in egregio de Dis Syris Libro, Syntag.

I. c. 4.

1. c. 4. ex Bibliotheca Cottoniana, nobiscum communicavit, & quos ab eo mutuamur.

Descendit Moses, tabulis infixa duabus,
Scripta Dei digito, jussa beata ferens.
Aure choros populi ludentis percipit; Iram
Concipit; Os Vituli conspicit; Inde fremit.
Excussit Tabulas; Excussas fregit; abegit
Fractas; in vitulum sævit, eumq; rapit.
Comminuit; commiscet aquis, potum dat Hebræis
Exeat ut fœdus, per loca fœda, Deus.
Denotat hic Auri cor Hebræi potus avari,
Qui sitiens, aurum, primitus ecce bibit.
Consonat hic; Crassi titulo quod corde sitisti
Vivens, hoc aurum mortuus ore bibis.
Hebræi tradunt Moysen fecisse quod audis,
Ut sciret solos hac ratione reos.
Nam rutilans auro monstrabat Barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.
Aurum quod fudit Aaron descendit eorum
In Barbas tantum, qui coluere Bovem.
Nequitiæ plumbum, Barbæ monstratur in auro,
Et culpæ pondus, aurea barba notat.

Non sum nunc solicitus, num quid verisimile insit, in illa de rubris Barbis fabula; interim, id opinor, non ob aliam, quam quæ Abenesræ placuit caussam, commentum inventum esse, ut nimirum isto indicio, veri & ex destinatione idololatræ, de plane insontibus, aut qui imprudentes tantum seduci se passi fuerant, distinguerentur, nec aliorsum utique pertinet illud:

Ut sciret solos hac ratione reos.

Paulo alium sensum istis inesse Seldenus arbitratus est, qui sic mentem Hebræorum, Poëtæque accepit, quasi ex potione contusi pulveris, non tantum Barbas rubras in ipsis illis qui scelus patraverant, sed & in posteris eorundem enatas fuisse contendant, quod, tum ob rationem allatam, tum quia rufi rufis non semper generantur, mihi secus videtur. Cæterum, est inter Scripturæ δυσνόητα, quomodo comburendo, tundendoque, Aureus vitulus in pulverem redigi potuerit, nam, id artificium vulgo incognitum habetur, solique Chymici ejus scientiam jactitant. Si tamen A-

Ddddddd beneſræ

benesræ fides, non magna opus est arte, ad eam rem parandam, quippe יש דבר שיושם באש עם הזהב ומיד ישרף ויהיה שחור ולעולם לא ישוב זהב וזה דבר מנוסה ואמת הוא: *Est res quædam, quæ juxta cum auro, igni imposita, facit ut illud comburatur, & in* (pulverem) *nigrum conversum, nunquam ad pristinam auri naturam reduci possit. Atq; hoc verum est, expertumq;.* Male sit Abenesræ, si scivit qualis ea res esset, & tamen nos illius nomine fraudavit!

Pag. 663. Se muore un fratello senza &c.] Id est: Si quis frater moriatur, non relictis liberis, ex conjuge quam habet, aut ex alia, (*quæ ante eum fato concessit,*) & superstites sint fratres ejus, tum vidua obligatur cognato, atque ipse decernit, utrum conjugem eam ducere malit, an vero liberare, secundum illud *Deut. XXV. Quando habitaverint fratres simul, unus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus &c.* Quod si defunctus plures relinquat conjuges, tum, si cognatus unam ducat aut liberet, omnes cæteræ ipsi fiunt prohibitæ, &, si plures superstites sint fratres, a natu maximo fit principium, sufficitque, si unus liberationem faciat. Matrimonium cum fratria, vocatur *Ibum*, quod est ducere cognatam, unde si eam Levir conjugem adsciscere vult, haud opus esset aliis Sponsalibus; sed ex Rabbinorum decreto, Sponsalia intervenire oportet. Omnes defuncti fratris facultates, cedunt Leviro, atque dotem quoque accipit mulieris, ipsa vero legitimæ uxoris illi loco est. Olim, magis in laude ponebatur, ducere fratriam, quam liberare, sed his temporibus, aucta hominum improbitate, dum propter fines profanos, formæ, aut dotis, de fratriis obventuris, in antecessum spes & consilia formantur, paucissimis conceditur, ut eas ducant, imprimis apud Germanos & Italos, verum id operam dant, ut fiat liberatio. Ista liberatio *Chaliza* vocatur, quod est exuere calceum, nam sic constitutum in prædicto Deuteronomii loco, ut cognato fratriam ducere recusante, ipsa coram viris primariis, calceũ ei detraheret, & coram eo exspueret. *Accedit mulier ad eum coram Senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetq; in faciem illius, & dicet &c.* Idque hoc modo peragitur. Rabbini tres, & alii duo, testium loco futuri, pridie dispiciunt de loco, ubi facienda cærimonia; postridie, mane, post publicas in Synagoga preces finitas, ibi concurrit populus, ubi Rabbini cum testibus consident. Comparent deinde Cognatus & Cognata, qui, postquã dixerunt, se venisse liberationis causa, Rabbinorum præcipuus, post varias interrogationes, hortatur Cognatum, ut Fratriam uxorem ducat. Animadvertens vero, non eum id velle, peractisque aliis quæstionibus, induit Levir calceum, quem in eum finem habent, quique omnibus aptus est, mulier vero accedens cognatum, edocta a Rabbino, profert citati capitis comma 7. verbis Hebraicis: *Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israël*

Iſraël, nec me in conjugium ſumere, atque id viro explicat; qui reſponſi loco ſubjicit comma 8. *Nolo eam uxorem accipere.* Tum ipſa ſe inclinans,& ſolvens ac exuens calceum, illum in terram projicit, ac coram eo exſpuens,iterum a Rabbino edocta,ſermone Hebraico dicit : *Sic fiet homini,qui non ædificat domum fratris ſui,& vocabitur nomen illius in Iſraël Domus diſcalceati.* Idque ter, totidemque vicibus circumſtantes acclamant. *Exutus eſt calceo.* Quibus peractis, Rabbinus mulieri ſignificat, poſſe eam continuo novum contrahere matrimonium, atque ſi hujus rei geſtæ teſtimonium ipſa petat, conficiunt Rabbini inſtrumentum. Omnes iſtas,multasque alias rituum minutias,quæ in hoc caſu adhibentur, ex ſupra citato Deuteron. cap. XXV. petitas eſſe conſtabit, ſi quis animum advertat. Et vero,quia in hoc Leviratus caſu, mulier dotem ſuam ſervare, & ſine liberatione novas nuptias facere nequit, cognatos offendere eſt, qui ut argentum ex fratriis extorqueant ,eas cruciant, & moras trahunt. Quamobrem multi,nuptum elocando filiam,viro,cui fratres ſunt, id curant, ut jam ſtatim fratres recipiant, ſeſe ſi Leviratus caſus accidat, eam liberaturos. Alii polliceri cogunt ſponſum , ſe, ſi quando in morbum medicorum judicio lethalem, inciderit , divortium facturum cum conjuge, ne Leviro ipſa fiat obligata.

Pag. 670. l. 27. Deſcendit Sanctus Ben.&c.] Propriis verbis dixit R. Elieſer: וירד הקדוש ברוך הוא ושבעים המלאכים הסובבים כסא כבודו וכלבל את לשונם לשבעים גוים ולשבעים לשון כל אחד ואחד גוי וכתבו ולשונו ומנה מלאך על כל אומה ואומה וישראל נפל בחלקו וחבלו ועל זה נאמר כי חלק יי׳ עמו:

Pag. 672. Continuo cæcitatem ſibi imminere.] Eſt operæ pretium adſcribere,quæ de hac ineptiſſima perſuaſione, omnique Benedictione Sacerdotum,literis conſignavit Antonius Margarita, quoniam ea,quæ nos annotavimus, magis declarant, confirmantque. Die Juden heben (am langen) Tag/wol drey mal die zehen Gebot aus und ein / und ſingen daraus / und kommen auch die כהנים Cohenim, das iſt die Prieſter / barfus / und gehen zu ידוכה Jeducho,das iſt bekennen und loben/den kommen die Leviten, und waſchen den Prieſtern die Hände/und dies thun ſie auch auf Oſtern/ Pfingſten und der Lauberhütten. Und wenn nun die Prieſter gewaſchen ſind/gehen ſie für die Archa und ziehen des Tales her/für die Augen/wenden das Angeſicht gegen den Volck / breiten ihre Hände auch gegen den Volck aus / ſehen mit den Augen unter ſich / und dürffen nicht auf ihre Händ ſehen / auch das Volck nicht / ſagen alſo den Segen Num. 6. über das Volck. Das gedenck ich wol / das ich zur ſelben Zeit der Meinung war /daß wann ich den Prieſtern auf die Händ geſehen hätte/ hätte ich gemeint/die Augen weren mir bald ausgefallen/ denn alſo ſagen die alten Juden den Jungen für. Warum ſie aber den Prie-

stern alsdenn nit dörffen auf die Händ sehen/ ist das die Ursach/ das sie sprechen/ die Engel und der Geist Gottes ruhen alsdann auf ihren Händen / darum soll mans nicht ansehen. Es ist auch zu wissen/ daß sie solches nehmen Cantic. 2. do der Text spricht: Nun dieser stunde hinder unsern Wändē/ sehe von den Fenstern/ und gucket durch die Gucklöcher/ aus dem schliessen die Juden/ daß wenn ihre Priester das Volck segnen/ thun sie die zwo Händ aneinander ausgebreit/ und thun die Finger voneinander / daß sie durchsichtig seind / und ziehen den obgemelten Vers hieher und sprechen/ Gott stehe hinter ihren Wänden / und gucke durch die Fenster und Löcher/ welche die Priester machen mit ihren Händen und Fingern / so sie das Volck segnen / und von dieser Ursach wegen / darf ihnen niemands auf die Hände sehen. Confer Appendicem, quæ subjuncta est iteratæ editoni Synagogæ Judaicæ Buxtorfii, ubi multa præclare de Benedictione Sacerdotum disseruntur; sed, illud omnino secus se habet, cum traditur, *ita divaricare digitos Sacerdotes, ut quinq; inter eos spatia seu intervalla faciant; nempe quatuor inter singulos digitos, & quintum inter duos pollices.* Nam, Sacerdotes cum benedicunt, non ita divaricare digitos, ut inter horum singulos intervallum fiat, sed certo certius eam formam manibus effingere, quam nos in Comentario delineavimus, non tantum Judæi omnes, sed vel ipsi cœmeteriorum lapides, utensilia, & annuli signatorii dicant testimonium. Neque vero capio ego, quomodo inter divaricatos utriusque manus omnes digitos pollicesque, quinque tantum intervalla numerarit Buxtorfius, cum plura utique emergant. Equidem, non sum nescius, sic tradere Judæos, observari in Sacerdotum benedicentium manibus, Intervalla quinque, ipsi חמשה אוירים *Quinq; Aëres* vocant: At, ea sic numerare oportet, ut illa nuda spatia quæ sunt inter utriusque manus digitum medium & annularem, itemque ea, quæ inter pollices & indices digitos intersunt, faciant intervalla quatuor, quintum vero constituat illa vacuitas, quæ est foris, inter medios sese mutuo per supremos ungues attingentes pollices. Etiam hæc res omni caret dubio: Schulchan Aruch Hilchot Nesiut Kappajim Num. CXXVIII. §. 12.

מגביהין ידיהם כנגד כתפותיהם ומגביהים יד ימנית קצת למעלה מהשמאלית ופושטים ידיהם וחולקים אצבעותיהם ומכוונים לעשות חמשה אוירים בין שני אצבעות לשני אצבעות אויר אחד ובין אצבע לגודל ובין גודל לגודל ופורשים כפיהם כנגד הארץ ואחורי ידיהם כנגד השמים:

Id est: (Sacerdotes benedicturi,) *elevant manus humeris tenus, ita tamen, ut dextra parumper præ sinistra emineat. Postea manus extendunt, digitos divari-*

divaricant, efficiuntq; quinq; aëres, quorum unus est inter geminum par digitorum, alius inter indicem & pollicem, rursus alius, inter duos pollices. Cæterum, volæ, versus terram, aversæ manuum partes, cælum versus sunt protensæ.

Pag. 681. lin. 8. Illi ex Scripturis allato loco, adde etiam hunc: ܕܝܢܐ ܕܚܝܠܐ ܝܬܒ ܥܠ ܒܐܡܐ ܕܝܠܗ ܘܢܦܩܝܢ ܩܕܡܘܗܝ. ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܕܢܕܘܢ ܐܢܘܢ ܘܗܘ ܦܣܩ ܕܝܢܐ ܥܠ ܥܘܠܐ ܘܥܒܪܝ ܢܡܘܣܐ ܀ *Judex tremendus insidet tribunali suo. Atq; prodeunt in conspectum ejus, omnes Gentes, ut judicet eas, ipse vero sententiam pronunciabit adversus impios & prævaricatores.* Sic est in ingenti Codice Ms. Syriaco, Liturgiam plenissimam continente, quem ab Excelso Avo, qui solemni & augustissima Cæsaris ad Portam Ottomannicam Legatione olim functus erat, ex Oriente allatum, nobis donavit, muliebris sexus flos, omnibus animi & corporis decoribus excellentissima, ac sine pari Heroina, ELISABETHA, S.R.I. COMITISSA DE SINZENDORF, cujus nomen ob æterna in nos merita, quibus fortunæ nostræ plurimum debent, sine religione nunquam possumus cogitare, nedum proloqui.

Ibid. lin. 18. Exuit ipsa leviro calceum?] Adde. Sed vero, vox בימה apud nostros Judæos, in desuetudinem abiit, quippe cathedram, sive suggestum, ex quo nunc in Synagogis Legis Mosaicæ publica fit prælectio, non בימה ipsi amplius vocant, sed, אלמימר in vicem substituerunt. Suspicor, prius vocabulum ideo displicere cœpisse, quia cum במה quod rem iis nefandam, *Excelsum* scilicet, *Sacellum*, *Aramq; idolorum*, notat, maximam habet affinitatem, ita ut imperitior quis, eas voces facile potuisset confundere, imprimis, quia & sensus utriusque convenit, ac locum editum ambæ significant. Cæterum, quod ad vocem אלמימר attinet, ejus originem Buxtorfius in Synag. Jud. pag. 287. *novæ edit.* ignotam esse asserit. Memini, aliquando ex Rabbino me petiisse vocabuli אלמימר explicationem, atque id responsi tulisse, significari eodem proprie, *locum in quo sermo, concio aut prælectio habetur*, quod אלמימר ex אל & מימר sit compositum. Displicet hæc opinio multimodis. Etenim, haud in more positum habent Judæi, ut ex duabus simplicibus vocibus, faciant compositam: Tum non animadvertit is homo אלמימר literam א non ע habere initialem, contra quam fieri debebat, si ejus expositioni locus erat relinquendus. Interim, mallem nihilo secius, ipsum sequi, quam cum Antonio Margarita, etymon a Gallis petere, estque ridiculum, cum ait: Nun merck

merck was Almemor sey / Almemor ist mitten in der Kirchen ein viereckicht Gebäu/wie ein Altar seyn möchte/daran etliche Stuffen gemacht/auf welchen man hinauf steiget / diesen Bau haben sie aus Ezech. am 46. Ist aber das Wörtlein Almemor ein Frantzösisch Wort/welches von dem Latein kommt Memoria, welches auf Teutsch ein Gedächtnus heist. Et, post alia interjecta: Die Juden haben sehr viel frembder Vocabel /die nicht Hebreisch noch Teutsch sind / sondern Frantzösisch / denn alle Juden in Teutscher nation, und voraus die am Rhein wohnen/seind alle aus Franckreich vertriebē worden/und haben solcher Wort noch viel bey ihn behalten/wie den hernach folgen wird / auch ein Wort Mappa genannt/und Ertron/und viel andere. Und darum sage ich gewieslich/das dies Wort Almemor/auch ein Frantzösisch Wort ist/und das ist zu probieren aus ihrem Talmud, aus dem letzten Capitel/das da redt von der Lauberhütten / da schreiben sie von diesem Almemor/und der Text nennt den Almemor Bima scheletz בימה שלעץ ein höltzerne Altare/darauf schreibt ihr commentator Rabbi Salomon / welcher nicht Deutsch sondern Frantzösisch kündt hat/es sey ein Almemor/das ist auf Deutsch/darauf man memoria hält. Nolo in istis confutandis tempus terere, quis enim non videt, quam infirma sit collectio, qua Margarita concludit: R. Salomo Gallus בימה per אלמימר exponit, est ergo אלמימר vox Gallica. His accedit, quod verbo אלמימר R. Salomo, ne quidem unquam usus esse deprehenditur. Non observavi nisi tria Talmudis loca, in quibus vox בימה fuit adhibita, ea sunt Succa fol. 51. b. Avoda Sara fol. 17. a. & iste præsens Sotæ. Hic vero semper R. Salomo, talem Cathedram nos accipere jubet, qualis ea est quam nunc *Almemor* judæi appellāt, sed ipse aliter vocat, &, quod mirere, nulla apud eum constans est lectio. Nam in Succa אלמימברא habent Codices, in Avoda Sara אלמגררא & in Sota אלמברא Quid hic vero cœpto opus erit? Tam certo persuasus sum, me, id quod verum est hariolatum esse, ut hac vice intrepide audeam pronunciare: Errant Judæi qui nove, & longe aliter, quam R. Salomonis ævo factum est, אלמימר vel אלמימרא enunciant; quin & hujus Scriptoris, omnia corrupta sunt loca. אלמנבר aut אלמנברא enunciari debet, & debet rescribi. Tenemus enim puram putam vocem Arabicam, المنبر quæ *Suggestum, Pulpitum*, designat.

Pag. 684. l. 8. Promeruisseq; ea re laudem eximiam.] Adde. Notemus sedulo, ipsum Servatorem nostrū, hactenus morem majorum servasse, illumq; honorem Legi sacræ detulisse, ut eam stans acciperet, stans ex ea prælegeret, nec prius sessum caperet, quam prælectionem ipse finiverat, suam Explicationem orsurus. Scelus profecto inexcusabile esset, nisi vel hic saltem,

tem, etsi tardiuscule, locum integrum e Lucæ cap. IV. comate 16. seqq. qui ex Mischna nostra tantam lucem accipit, cum ea componere juberemus. Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲθ, οὗ ἦν τεθραμμένος· Καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, εἰς τὴν συναγωγὴν· Καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι· Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει· Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν· Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε· Καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ· ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς· Ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν· Vetus Interpres transtulit : *Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in Synagogam*, & surrexit legere. *Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et, ut* revolvit librum, *invenit locum, ubi scriptum erat : Spiritus Domini super me : propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum* plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. *Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cæpit autem dicere ad illos : Quia hodie impleta est hæc scriptura, in auribus vestris.*

Pag. 690. lin. 29. Vernichtung ihres Eidschvverens.] Adde. Evolvendo librum ילקוט חדש nuper didici, non hanc omnium Rabbinorum, constantem esse opinionem, quod Angeli Syriacæ linguæ rudes sint, sed fuisse qui longe alia erant persuasi. Quia hoc nemini nostratium, quod sciam, observatum est, juvat locum afferre : והקשה על זה היאך אמרי שהמלאכים אינן מבינים לשון תרגום א״כ היאך למד גבריאל ליוסף שבעים לשון ותרגום הוא חד משבעים לשון ומתרץ אין נזקקין אמרינן מידע ידעי אלא דלא משגיחין עליה דמאים הוא לגבייהו וכי תימא הואיל דמאים הוא למה תרגם אונקלוס התורה בזה הלשון ויונתן המקרא ומתרץ מאים לגבייהו קאמרינן באמת אינו מאים דהא מצינו הרבה פעמים שדברה התורה בלשון ארמי אלא דלגבייהו מלאכים מאים הוא ולכן תרגמו התורה בזה הלשון שלא יתקנאו המלאכים

על התורה; Id est: (In libro Sohar) *movetur quæstio: Quomodo ajunt, Angelos linguam Chaldaicam non intelligere? Nam, hæc si ita sunt, qua ratione poterat Gabriel Josephum edocere linguas septuaginta? est enim lingua Chaldaica, una ex illarum numero.* (Atqui id tamen factum esse, ex Sota constat.) *Solvitur deinde difficultas,* (contenditque Autor, non eam fuisse Veteribus mentem, quasi Angeli linguam Syriacam prorsus non intelligant, sed,) *hoc ipsos voluisse, nō libentes volentes adesse* (Angelos iis, qui Chaldaice precantur, nec illorum vota ad Deum deferre;) *nam intelligunt utiq; eam linguam, verum haud libenter animum illi advertunt, quoniam ipsis est fastidio. Quia vero quis dicere posset, si tam fastidita est ista lingua, quare Onkelos Pentateuchum, & Jonathan Scripturam universam, eâdem hac expresserunt? ideo huic dubio occurrit, causando, tantum Angelos eam fastidire, sed revera, nec turpem, nec fastidio dignam esse, quippe reperimus multis in locis, ipsam Scripturam hoc idiomate uti. Solis igitur Angelis hæc lingua nauseam facit, atq; ideo maxime in hanc conversa Scriptura sacra fuit, ne Angeli Legis Divinæ felicitatem hominibus inviderent.*

Pag. 707. Omnes vectes transversarios faciens.] Transversarios scilicet ex obliquo, & in formam geminatæ crucis S. Andreæ, ceu vulgo loquuntur.

Pag. 712. Les eaux de la Seine &c.] Id est: Aquæ Sequanæ, & fluviorum, qui in illam se exonerant, cum intumuere, meo judicio, quatuor circiter milliaria die uno conficiunt. Nam, Monasterioli in Normannia, ubi hæc scribo, habemus rivum, qui ex illorum numero est, cujus aucti aquæ, a quatuor milliarium intervallo proveniunt, etsi cæteroquin consuetus ejus fluxus, non nisi e Fonte Ternantio dimanat, solo milliari & dimidio a nobis remoto. Quando rivus iste derepente ob subitam aliquam tempestatem turgescere incipit, quod sæpe, & nonnunquam ipsa æstate accidit, aquæ una sola die Monasterioli tumescunt, quod indicio est, postremum venientes, diem unum in conficiendis quatuor milliaribus unde proveniunt, insumsisse. Alius rivus oppidum Cernieres, quod ab eodem loco haud ultra dimidium milliare distat, interluit, cujus aquæ ab altero tanto intervallo profluunt, unde per biduum ibi turgescunt, cum Monasterioli non nisi die uno auctæ deprehenduntur. In postrema exundatione Sequanæ, quæ, circa finem hyemis, hujus anni 1665. satis magna & repentina accidit, ob magnam nivis copiam pauxillo tempore dissolutam, observavi, Lutetiæ primum auctas esse aquas die XIIX. Februarii, idque continuasse ad finem usque illius mensis, post hæc, imminuebantur notabiliter, usque ad decimum diem Martii. Hinc apparet, postremas, viginti dierum itinere, a locis ubi nix, quæ earum causa erat, dissolvebatur, provenisse. Illa loca, mea opinione LXXX. milliaribus distant a Lutetia, atque sic illæ aquæ, similiter quatuor milliaria in singulos dies confecerant

Pag.

Pag. 720. On raconte, que dans le &c.] Id est: Memorant, Tamerlanem in expeditione, quam cum copiis suis in Indiam susceperat, offendisse arcem, sitam super rupe altissima. Machinæ bellicæ, per ejus turres dispositæ, videbantur esse quasi quædam inaures. Tela, quæ ex iis mittebantur, crederet quis stellas cadentes ex summo æthere. Mars ejus vertici superstans, quendam vigilem agentem excubias, Saturnus vero circa medium noctis, speculatorem stationum repræsentabat. Sol ad summa evectus, apparebat quasi fax rutilans in mœnibus. Pluvia ex nubibus decidens, videbatur in his esse collecta ex scaturiginibus subter ejus fundamenta promanantibus; nives cæteris leviores, magisque in altum elevatæ, quas radiorum reflexio rubicundas exhibet, erant quasi quædam tentoria expansa supra illius turres, & virentes circum vicini campi, in oculis ex istarum altitudine despicientium, tapetia prasina referebant, extensa super solo, ad oblectandum visum.

Pag. 722. Noé avoit prié Dieu &c.] Noë precatus fuerat Deum, Massaris aut Mizraimi nomine, suam illi impertiretur benedictionem in ejus regione, illiusque liberis post ipsum. Hinc solum fertile & ferax redditum est, Nilus exundavit, omnes plagæ fœcundæ factæ sunt, pecudes multiplicabantur, metalla latentia se prodebant, arbores dactylos edebant columnarum magnitudine; grana frumenti, crassitie æquabant ova gallinarum, mollitie butyrum, mel dulcedine.

Pag. 723. lin. 24. R. Jehuda dicit &c.] Propria R. Eliesferis verba sunt:
רבי יהודה אומר מיום שחרב בית המקדש ארץ אומללה מרעת יושביה כאדם שהוא חולה ואין בו כח לעמוד כך הארץ אומללה ואין בה כח ליתן את פירותיה שנ' והארץ חנפי תחת יושביה:

Pag. 724. Aun estando oy como esta &c.] Id est: Etiam hac ætate, qua Judæa ab istis barbaris gentibus possidetur, omnia vilissimo venduntur pretio, magnaque rerum est abundantia. Cum ego essem Procurator Hierosolymitanus, frequentissimum erat, emere triginta perdices nummo Imperiali, & columbas quadraginta, eodem pretio. Fuit, cum emerem pullos triginta & tres, nummo Imperiali; Gallinam, quatuor obolis Hispanicis. Paravi aliquando ova triginta duobus obolis, carnis vervecinæ libras sex obolis quatuor, vitulum anniculum, nummis imperialiabus duobus, atque secundum istam proportionem res cæteras. Cumque Regio alta & arida sit, alimenta, tam bona, sapida ac nutrientia sunt, uti illa Hispaniarum.

Pag. 735. Li parenti stretti del morto &c.] Id est: Cognati propiores defuncti, hoc est, pater, mater, liberi, maritus, uxor, fratres, sorores, si quando mutuo iverunt exequias, domum reversi, in solo considunt, calceosque exuunt, tum submitti solent vinum, panis, & ova dura, ipsique

comedunt & bibunt, secundum illud, *Prov. XXXI. Date Siceram morientibus, & vinum iis, qui amaro sunt animo, bibant & obliviscantur &c.* Atq; unus recitat preces, solitas comestioni præmitti, & quædam addit consolatoria. In Oriente, multisque locis receptum est, ut cognati & amici, vesperi ac mane per omne illud septiduum copiosa cibaria, & alimenta, sumtuosi convivii in modum, necessariis defuncti transmittant, atque sic eos adeant, & cum illis cœnent, illosque solentur. Continuo ac cadaver ædibus elatum est, lecti ejus recurvantur culcitræ, stragulæque complicatæ eidem spondæ insternuntur, atque ad hujus caput lucerna locatur, ardens per universum septiduum. Qui propinqua sanguinis cognatione defuncto juncti sunt, de quibus supra dictum est, per septiduum intra ædes se continent, quotidie in terra sedentes, atque sic captantes cibum. Tantum Sabbato, comitati, Synagogas petunt, atque ea die solito magis ab amicis visitantur, crebrioresque consolationes accipiunt. Atque toto hoc septiduo, nefas iis est negotiari, aut ullum opus peragere, vel conjugalem torum conscendere. Interim vesperi & mane conveniunt decem numero, ut cum lugentibus preces consuetas recitent, qui domo non exeunt. Quidam, precibus subjiciunt *Psalmum XLVIII. Audite hæc omnes gentes &c.* Et intercedunt pro defuncti anima.

Pag 741. Conforme consta del Jeos. &c.] Id est: Uti constat ex Josuæ cap. III. v. 7. præcepit Dominus Sacerdotibus, ut simul ac ripam Jordanis subintrassent, quieti persisterent, sic enim ait: *Cum ad oram aquarum Jordanis perveneritis, in Jordane subsistetis:* atque hoc eo usque, quoad universus populus Israëliticus transivisset, ceu ex v. 17. constat. Quæ si ita sunt, tum Arca & Sacerdotes retrò post populum fuere relicti: Quomodo igitur deinde dicit, quod cum absolvisset populus trajicere, Arcam populum præcessisse? Prisci Sapientes, in Gemara Sota, quodque exinde in Bemidbar Rabba refertur, hinc inferunt, in isto casu magnum accidisse miraculum, atque modo sequenti verba Scripturæ interpretando, ajunt, quando in textu dicitur: *Cum ad oram aquarum Jordanis perveneritis:* id accipiendum, quod Jordanem subintrantes, ibidem juxta ripam mandato Dei restitare & subsistere debeant, donec totus populus in ulteriorem partem transivisset. Secundum hæc exponunt illa cap. IV. vers. 18. *Et fuit cum ascenderent Sacerdotes portantes arcam fœderis Domini ex Jordane, plantaq; pedum Sacerdotum siccam humum calcare cœperunt.* Hæc innuunt, mox, postquam populus ulteriorem ripam Jordanis attigisset, Sacerdotes terram repetiisse, in illa ipsa parte, ubi descenderant, nec mora, egressis iis ex flumine, aquæ cum impetu decidebant, & sicut pridem, alveum operuerunt. Ea ratione Israëlitæ constituebantur ab una parte fluminis, & Sacerdotes ab altera. Videntes postea Antiqui, difficultatem præsentis commatis, in quo dicitur, quod simul ac absolverat populus trajicere, mox arca eos antecesserit, cum id sub ista dispositione impos-

impossibile esset, prodiderunt, fuisse hic ingens miraculum. Scilicet, post transitum Israelitarum, Sacerdotes, qui cum Arca in citeriore ripa stabant, per aërem supra Jordanem fuisse raptatos, atque ante populum constitutos, virtute ipsius Arcæ. Et vero, quia cum scissione Jordanis etiam istud concurrebat miraculum, ideo dixit Josua, multitudinis numero: *Cras faciet vobis Dominus miracula.* Sic igitur Arca suos bajulos bajulavit, atque sic solvunt difficultatem. Hanc opinionem multis rationibus confirmat R. Salomo Lanjadi, in libro quem Keli Chemda inscripsit.

Pag. 763. El mal de ojo llamaron &c.] Id est: Damnum, ab oculo malo illatum, Latini vocant *Fascinationem*, prout observat Ambrosius Calepinus. Atque, etsi Hieronymus, & Lorinus, illud fascinare, pro ridiculo habent, est tamen veritas, tale quid accidere, idque Experientia, Ratione, & Autoritatibus comprobatur. Principio, quod ad Experientiam attinet, videmus sensibus, & experimur quotidie, casus notabiles evenisse multis, qui istud malum oculorum fuere perpessi. Legatur Petrus Mexia, atque patebit exemplis evidentissimis, quosdam solo obtutu arefecisse floridos campos, alios demersisse naves, ac oculis fecisse damna insignia. Ratio clara est: Etenim, principio, oculi sunt index affectuum animi, cum lætus est animus, rident, dolorem non dissimulant, metu turbantur, ira incenduntur, in curis conquiescunt, cum quis incidit in amicum, annunciant affectum benevolum, cum in inimicum incidit, molestiam & indignationem; in amore blandiuntur, in odio vim faciunt maximam. Quæ, cum ita sint, facile fieri potest, ut radii qui emittuntur, tanquam sagittæ inficiant & lædant totum aliquod corpus, nec enim oculi vident per reflexionem, attrahendo ad se objectum, sed per emissionem, secundum Platonem, foràs ablegando radios visivos ad objectum. Atque ex isto argumento, sequitur confirmatio hujus nostri dubii. Porro sciendum, ob unam harum trium causarum, damnum illud posse accidere: Scilicet, quod aut corpus infirmum, aut animus, aut ob qualitatem & proprietatem quorundam naturalem. De Morbo, res perspicua est: Prosiliunt enim illi spiritus visivi infirmi, atque sic ibi morbum concitant, quo perveniunt, unde Marsilius Ficinus, & Thomas Aquinas, in variis locis dicunt, viris & mulieribus interdiu evanescere sanguinem, ejusque partes subtiliores, meliores, & nobiliores, ab iis consumi; subsidit igitur sanguis, & crassescit, atque qualis ipse est, tales etiam sunt spiritus visivi, quos subministrat: ii pervadentes in oculos, per eos cum virtute visiva egrediuntur, & venenant, ac lædunt eos, quos prope vident, si talis effectus recipiendi sunt capaces. Ex eadem causa provenit, quod fœminæ quæ consueta menstrua patiuntur, venenant & offendunt, quosquos intuentur, nam sanguinem habent frigidum & turbatum, & proinde oculos quoque,

 nocivis

nocivis ſpiritibus refertos. Similiter, quando Animus affectus eſt aut odio, aut invidia, quia anima inſtrumento oculorum videt, ideo Animo male ſe habente, non poſſunt non ſpiritus eſſe damnoſi. Atque ſic, (quod optime notavit Taſſus in ſuo Nuncio) erumpit venenum intrinſecum per oculos, radiique petunt & venenant quibus invident, aut quos averſantur: atque iſti ſunt, qui ex accidenti quandoque faſcinant. Sed vero, reperitur aliud genus hominum, cui proprie illud vitium ineſt, quales ſunt qui duas habent pupillas in alterutro oculorum, aut pupillas duas in unoquoque, aut in quorum pupula forma Equi vel Canis exprimitur, quas res memoriæ prodiderunt Pineda & Valleſius: Ovidius vero in libro de Arte Amandi, hos expreſſit verſus:

— Oculis quoq; pupilla duplex
Fulminat, & geminum lumen in orbe manet.

[*Ipſe Menaſſes, cum illa ſcriberet, non videtur a faſcino plane liber fuiſſe, id enim ei glaucoma ob oculos objecit, ut tam corrupte Ovidii locum adduceret. Legitur apud hunc:*

— Oculis quoque pupula duplex
Fulminat: & geminum lumen ab orbe venit.

Vel, ceu aliqui Codices, poſtremum repræſentant verſum:

Fulminat: & gemino lumen ab orbe micat.

Quin, nec in libris de Arte Amandi, offendere verba eſt, ſed in 1. Amorum. Eleg. 8.]

Atque hæc tria genera hominum, viſu lædere ſolent, præcipue vero pueros, & mulieres adoleſcentulas, quibus tener eſt & delicatus ſanguis, item novellas pecudes, prout dixit Virgilius, in iſto verſu:

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

At, dicat quis: Quomodo fieri poteſt, ut iſtud malum ex longinquo producatur, non intercedente contactu phyſico? Huic reſpondeo, fieri id omnino per iſtum contactum. Radii enim viſivi, cum illis vaporibus craſſis emanant, & in objectum quod proponitur, incurrentes, operantur in eo hoc malum, poſtquam allidendo ad objectum, magis fuere condenſati. Et vero, ſi Magnes, nullo contactu attrahit ferrum, ſi cæpæ lacrumas ex oculis eliciunt, ſi piper ſternutationes provocat, &, ſi, (ſecundum Lucanum) cum miles quidam mucrone lanceæ ſerpentem interemiſſet, totum illius corpus peſtiferum virus occupavit, quantum damni ſpiritus illos viſivos quoque producere poſſe, credendum eſt? Certe, conſtat de ea re inter omnes, & dicente ita Pineda, nemo doctus iſtud morbi genus inficiatur: quodque magis eſt, Ælianus prodidit, multa animalia noviſſe, nocere ſibi oculos malos, idque operam dare, ut nidis indendo herbas aliquas, aut arborum folia, iſtam peſſimam calamitatem arceant, atque id faciunt Milvi, Palumbæ, Corvi, Turtures, Harpæ, aveſque aliæ multæ, autore Plinio. Etiam Plutarchus hac de re tractat, & pro remedio adverſus

ſus id malum dictat, reſpicere Chaladrium * avem, quæ ſecundum laudatum Plinium, ea eſt, quam Galgulum vocant : Interim medium maxime expertum, eſt Lupi caput. Olim infantum collis Priapus appendebatur, atque nunc in ejus locum utuntur Ficu. Cauſam rei perſequitur Cl. Laurentius Ramirez del Prado, in commentario ſuper Martialem, & Valleſius in Sacra Philoſophia, eamque melius voce explicare, quam ſcripto licet. Tandem, præter omnia dicta, confirmationis loco accedit Autoritas, relinquendo enim Algazelem medicum Arabem, & Avicennam, hæc pro veriſſimis habent ipſi Talmudiſtæ, in variis locis Talmudis. Quin alicubi dicunt, ſemini Joſephi id peculiare privilegium conceſſum fuiſſe cœlitus, ne oculo malo offenderetur : & R. Jochanan hanc ob cauſam affirmavit, nihil ſe ab eo periculi metuere. Similiter dicunt, ex hominibus qui diem obeunt, nonaginta & novem, malum oculorum, mortis cauſam habuiſſe : Hinc quoque, cum Deus pollicetur ſe ablaturum a populo Iſraëlitico *Omnem morbum*, id interpretantur זה עין הרע *Hæc capienda de oculo malo :* perſuaſi, ablata iſta malignitate, præcipuam morborum tolli occaſionem. Atque, quia Invidia, hoc malum plurimum provocat, ideo conſulunt, ne quis agros emat vicinos urbi, ad evitandum nimirum faſcinum continuum incolarum. Vetant itidem diu morari in campo alterius, cum agrum limitat, ne ſævus illius obtutus ſibi noceat. Quin & addunt, Benedictionem non habere locum, niſi in rebus quæ adverſus oculos occultantur, itaque ſuadent, ne quis ad cœnam invitatus, filios ſecum adducat, ut ab oculo malo immunes ſint. Noviſſime viri Synagogæ Magnæ, inter cæteras precationes, quas ſcriptas reliquerunt, unam nos edocuerunt, qua petimus : *Liberet nos Deus Benedictus ab oculo malo.* Ex quibus omnibus manifeſte concluditur, certum eſſe id mali genus, nec, ceu quidam exiſtimant, joculare. Non debuit negligere Menaſſe, Plutarchi l. 5. Sympoſ quæſt. 7. locum, nec enim ullus alius magis appoſitus reperiri poterat, ad illius ſententiam confirmandam. Καί τοι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Θιβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ φύλαρχος οὐ παιδίοις μόνον ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι· Καὶ γὰρ τὸ βλέμμα, καὶ τὴν ἀναπνοὴν, καὶ τὴν διάλεκτον αὐτῶν παραδεχομένους τήκεσθαι καὶ νοσεῖν· *Phylarchus ſane refert, Thibios, qui olim circa Pontum habitaverunt, non infantibus modo, ſed adultis etiam exitium attuliſſe : Obtutu enim eorum, ſpiritu ac ſermone adfectos, tabuiſſe & ægrotaſſe.*

* Etiam hanc vocem corrupit Menaſſe, χαράδριος eſt apud Plut. l. 5. Sympoſ. q. 7.

Pag. 779. Ubi tranſtulit Vorſtius &c.] R. Elieſer ſcripſerat : בכל חכמתו חשתו אשתו של פוטיפרע וכשבקש להרגיל דבר ערוה ראה דיקנו של אביו וחזר לאחריו וכבש את יצרו : שלשה כבשו יצרן לפני יוצרן ואלו הן יוסף ובועז ופלטי בן ליש והיה ראוי לעמוד מיוסף י״ב שבטים שנאמר ויפוזו זרועי ידיו נשתייר שם שנים מנשה ואפרים :

 Pag.

Pag. 780. lin. 15. Inhorridisco a spiegarlo] Id est: Hæc explicare exhorresco.

Pag. 786. Sono vietati gli giuramenti &c.] Juramenta vana sunt prohibita, & adeo, nefas est, vel ullum, ex multis, quæ habentur Divinis nominibus, temere proferre, qua de re in Decalogo, Exodi cap. XX. & Deuter. V. extant interdicta: Tantoque minus falso, & per mendacium (*sacramento se obstringere licet*,) secundum illud, *Levit. XIX. Non perjurabis in nomine meo.* Pariter nec Votorum conceptiones laudantur, sed si fiant, observari debent. Nihilo minus Maritus, irrita reddere, ac infringere potest Vota uxoris, ob quamcunque causam suscepta, etiamsi ipsa nolit, verum intra spatium XXIV. horarum, ex quo in ejus notitiam res pervenit. Eadem potestas Patri, circa vota filiæ virginis, prout pluribus Num. XX. legere est. Interim traditione acceptum tenent, quod quando quis vir aut mulier, votum aut juramentum fecit, qualecunque id tandem sit, modo alteri præjudicium exinde non nascatur, si eum sufficientem ob causam pœnitentia capiat, tum posse Rabbinum quendam, qui autoritate pollet, aut alios tres, etiam plebejos, solvere ipsum religione, & jusjurandum illi condonare. Sic igitur is, qui liberationem desiderat, istum, aut hos accedit, qui postquam rationes suæ pœnitentiæ perceperunt, & approbarunt, ter illi dicunt: Solutum tibi esto &c. atque sic liber evadit.

Pag. 788. Nel Talmud trattato Baua Bathrà &c.] In Talmudis Tractatu Bava Batra, Capite Hammocher eth Hassephina, scribunt, quod Rabbinus quidam, per montem Sionis transiens, audiverit vocem dicentem: Væ mihi, quod juravi! & quis me solvet juramento? Reversus domum Rabbinus, & postea Academiam, ubi cæteri Rabbini disserebant, intrans, narrabat iis, quæ auribus perceperat. Ibi Rabbini eum reprehendere, dicendo, audita voce simili, ipsum respondere, & dicere debuisse: Domine, hujus jurisjurandi ego te absolvo. Respondit Rabbinus: Ego ipsum absolvissem, sed verebar, ne Deus intelligeret illud jusjurandum, quod fecerat Noacho, promittens, non se inducturum porro orbi diluvium: Hujus enim jurisjurandi nunquam ipsum absolvissem, ne iterum universum hoc, aquis inundaret. Commentator hujus loci Talmudici, qui est R. Salomo, dicit, jusjurandum quod Deus fecerat, cujusque absolutionem petebat, fuisse illud de ablegandis in captivitatem Judæis. Atq;, quia in ipsorum captivitatis communionem ipse venit, eandemque captivitatem experiri dicitur, adducente Rabbi Salomone, in testimonium verba Prophetæ Esaiæ, cum de eo ait: *In omni ipsorum tribulatione, ille est tribulatus:* prout ipsi exponunt; ideo petebat jurisjurandi absolutionem. Consideret quisque, num major, istâ, in orbe reperiri possit cæcitas: hæc enim quæ dicunt, plures errores quam verba continent. Error

gravis

gravis est affirmare, quod cum Deus juravit, eum pœnitentia capiat jurisjurandi facti, prorsus quasi jurasset, facere rem, quam difficulter, aut nullo modo præstare posset. Porro, stultitia est asserere, ipsum desiderasse jurisjurandi absolutionem, ab homine, quasi ipse solus non satis potens esset, ista religione se solvendi, aut hominem, magis ipso valere, quod vel cogitare insania est. Sed vero, quomodo tantum cæcutire possunt, ut credant se ipsius Dei solvendi facultatem habere, ii, qui seipsos laqueis & catenis cum quibus a Stygio Dæmone constricti tenentur, solvere neque valent, neque norunt ? Fierine potest, ut major dementia ac impietas reperiantur, quam si quis credat Deum id malum pati, quod patiuntur Judæi, cum degunt exules ? idque ne patiatur, perhibent ipsum Deum absolutionem jurisjurandi petiisse; ecce igitur Deum infirmitatibus obnoxium faciunt, quæ ingens est blasphemia.

In Pag. 792. exscribendo Vorstii verba, hactenus peccatum esse fateor, quod per incuriam neglexi verba : *Sed retrocedebant, metuentes, ne aquæ reverterentur super illos* : quæ, post, *veniendo ad mare algosum*, inseri debent. At, in eo peccatum nihil est, quod ipsius versionis ingenuitatem vocavi in dubium, non enim frustra me fuisse, sed semel iterumque cespitasse interpretem graviter, patebit, si quis ista R. Ellesferis conferat: עקיבא אומר הלכו ישראל לבוא אל ים סוף וחוזרים לאחוריהם יראים שמא ישובו המים עליהם ושבט בנימן רצה להכנס שנאמר שם בנימן צעיר רודם יורדים התחילו שבט יהודה רוגמין אותם שנאמר שרי יהודה רגמתם וקפץ נחשון תחלה לים וקדש את שמו הגדול לעיני הכל ובממשלת יד בני יהודה נכנסו אחריהם כל ישראל לים שנאמר היתה יהודה לקדשו ישראל ממשלותיו: Sic posset emendari Vorstii versio : *R. Akiba inquit : Processerunt Israëlitæ, perveniendo ad mare algosum ; retrocedebant, metuentes ne aquæ reverterentur super illos. Voluit autem Tribus Benjamin prima ingredi. Sic dicitur :* Ibi Benjamin parvus in illos dominabatur : *Cum vero sic descendere vellent, Jehudæ tribus eos petere cœpit lapidibus : secundum illud :* Principes Jehudæ lapidationem illorum moliebantur. *Interim prosiluit Nachasson primus in mare, atq; Dei magnum nomen in conspectu omnium sanctificavit. Postquam vero superior evasit manus filiorum Judæ, post illos ingressi sunt omnes Israëlitæ in mare, sicuti dicitur :* Juda factus est in sanctitatem ejus, & Israël dominia illius. Hoc modo concepta translatione,

tione, non est inter Gemaram nostram, & R. Elieserem pugna, sed suaviter conspirant.

Pag. 810. Poiche sono assisi usano &c.] Id est: Cum accubuerunt (*Judei,*) solent plurimùm recitare Psalmum (*qui secundum veterem Vulgatam est*) XXII. Dominus regit me &c. Postea paterfamilias accepto pane integro, & recitata benedictione, illum frangit, atque cuique una discumbentium, particulam, quæ olivæ magnitudinem æquat, exinde distribuit, postea comedunt, quantum iis libet, & cum quisque prima vice bibit, recitat benedictionem. Multa præcepta, attinentia ad civilitatem & modestiam, quæ inter prandendum servari debent, a Rabbinis tradita sunt. Sic cavendum, ne panis aut cibus calcetur, vel in solum projiciatur, ne Dei dona vilipendantur. Finito prandio, lavant manus, & a mensa cultros removent, dicunt enim Mensam Altaris figuram referre, cui ferrum imponere nefas erat. Multis in more est, recitare Psalmum LXVI. Deus misereatur nostri &c. Atque, si tres, aut plures, una simul comederunt, unus ipsorum poculum lavare jubet, quod vino impletum, a mensa sustollit, voceq; clara ait: Domini mei, Benedicamus eum, cujus benignitate comedimus. Ibi cæteri respondent: Benedictus sit is, cujus benignitate comedimus, & cujus bonitate vivimus. Sic porro pergit, gratias agendo Deo, qui cuique victum suum suppeditat, qui dedit priscis Majoribus terram promissionis, rogando eum, restituat Hierosolymas, & benedicit patremfamilias, petit quoque pacem, atque istis finitis, cuique parum vini ex suo vase bibendum porrigit, quin & ipse bibit, ac deinde mensa tollitur. *Atq; ista quidem optime se habent, & sic tenenda sunt, nam Buxtorfium lapsum esse, & ritus, quo Sabbati, a profesto die fit separatio, cum Mensa moribus confudisse, nuper hac transiens Judaus, me edocuit.*

Pag. 891. lin. 14. Jalkut legi mendose] Adde. Atque mea conjectura fert, פפי ex Græco πάππας derivandum esse, nam & literarum elementa, & significatio quæ a Rabbinis voci פפי tribuitur, conveniunt. Nec enim centum πάππαι sive *Patres* unius infantis, aliud esse possunt, quam centum *Concubini vel Adulteri.*

Pag. 882. Gebire le Mutaphe &c.] Id est: Gebirus Mutapha, ejusq; frater Gebrinus, duo gigantes fuerunt, ex Gaditarum reliquiis. Quando Gebirus in plano solo super arena sedebat, ab iis qui in medio mari erant, conspiciebatur. Habebat vannum, cujus ambitus XXX. erat ulnarum, ea cibis cumulabatur, quos ille omnes vorabat; mox eandem vino repletam, totam ingurgitabat: &c. Habebat in comitatu quatuor millia Gaditarum, quorum quisque portabat saxum, ejusdem cujus Nilus Ægypti fluvius, est latitudinis. Tamdiu per regiones varias circumibat, quoad in Ægypti confinia

nia delatus est, atque ibi loci eam regionem adiit, ubi reginæ (Charobæ) id maxime placere animadvertit. In nulla enim re, Reginæ adversabatur, idque agebat, ut Regina sibi nuberet, eaque ratione Regem se constitueret Ægypti. Quod si id facere nollet, obturaturus erat istis lapidibus Nili fluenta, & derivaturus in aliam regionem, ut Ægyptii fame & siti perirent.

Pag. 899. lin 24. & 26. Pro voce *Junix*, substitue, *Vitula*, si mavis, quia eo verbo in hoc negotio alias semper usus sum. Nihil tamen in priore appellatione vitii, & Lutherus pro עגלה in translatione Bibliorum dixit, ein junge Kuh.

Pag. 949. Pleriq; Veteres & Recentiores, quod sciam, consentiunt.] Non consentiunt tamen omnes, & quidam, etiam Veterū, abeunt in contrarium, quod observat, Vir summus eruditione, Samuel Bochartus tom. 1. Hieroz. p. 820. *Patres*, inquit, *Elisæum volunt fuisse Christi figuram, cui Judæi illuserint, ut pueri sancto Prophetæ, & dixerint, Ascende calve, hoc est, Ascende in Crucem, in Calvariæ loco erigendam. Et ultos esse hanc vesaniam, Ursos duos, in nefariam gentem a Deo immissos, Titum, & Vespasianum, per quos subversa fuerit Jerusalem, anno a Christi morte quadragesimo secundo. Ita ut etiam annorum numerus respondeat numero puerorum, quos ursi dilacerarunt. Hujusmodi Allegorias texunt Hieronymus in Sophoniam tomo quinto, & Commentario in Psalmos XLV. & LXXXIV. si vere est Hieronymi. Et autores Mirabilium Scripturæ l. 2. c. 23. & Sermonis 204. De Tempore, sub Augustini nomine.* Hactenus Bochartus. Sequutus est horū vestigia, Autor, nescio quis, *Glossarii super Vetus & Novum Testamentū*, quod MS. extat in vicini Cœnobii Heilsbronnensis Bibliotheca, ubi legi: Pueri parvi, *id est Judæi*, egressi sunt &c. *quia exprobrabant Christo in calvariæ loco.* Tunc egressi sunt duo ursi: *Titus & Vespasianus*: & laceraverunt quadraginta duos pueros: *Quadraginta enim duo anni fuerunt de passione Domini usq; ad tempora vastationis Vespasiani & Titi.* Sed, Septuagesimo anno post natum Servatorem, Hierosolymas deletas esse, tuentur, & Veterum aliquorum autoritate, & accuratiore computatione nixi, Scaliger, Cappellus, Calvisius, alii. Ex Judæis Baal Schalschelet Hakkab. pag. 24. b. cujus verba pag. 1053. nostro Commentario sunt inserta.

Pag. 959. Toto anno sinceræ & incorruptæ permanent] Græcis recentioribus persuasum est, nunquam corrumpi illam aquam, quam in die Epiphaniæ, cum laudibus & precibus Deum venerantes, benedicunt. Atq; refert Cl. Leo Allatius, in lib. de Octava Syn. Phot. pag. 478. Stephanum Gradium, collegam suum, illa die guttulum aqua ejusmodi, Romæ in Græcorum templo implevisse, quæ per annos XXX. incorrupta manserit.

Pag. 977. Dieu est tout puissant &c.] Id est: Deus est omnipotens, & omniscius: Ipse vobis loquitur per parabolas, de vobis ipsis desumtas.

Deus vos edocet parabolam.

Deus largitur liberos tam filios quam filias, cui eos dare placet, ipse est omniscius, & omnipotens, non loquitur hominibus nisi per inspirationem, & per parabolas, sine tamen ut conspici queat.

Infideles sequuti sunt vanitatem, Fideles vero amplexi sunt veritatem, a Deo iis missam, sic enim Deus gentibus per parabolas loquitur.

Populus noluit audire Filium Mariæ, cum parabolas proferret: Dixerunt, nostra Numina, nobis plus utilitatis conferunt, quam ejus mendacia, & quæstiones.

Pag. 1032. עזות *sein as die Hund*] Non præjudicat hic locus, iis, quando supra pag. 1009. in dubium vocaveram, an nuda vox עזות ad *Impudentiam* designandam adhibeatur. Nam, de libris mere Hebræis mihi sermo, non de Judæis in vernacula nostra loquentibus, qui sæpe Hebræas voces quas immiscent, & male accipiunt, & corrumpunt quoque, unde pro Impudentia, non עזות tantum dicunt, sed & *Assiuskeit*, hibrido vocabulo. Adhibent tamen quandoque Judæi, veram phrasin עזות פנים etiam cum Germanice scribunt, unde alibi legas: *Unsre* חכמים *schreiben, als Saul sprach zu* Jonathan, *du bist ein grosser* עזות פנים *als vvie deine Mutter ist auch eine* חצופה *gevvesen.*

Pag. 1027. A los Nobles &c.] Id est: Nobilibus & Magnificis Dominis Haberim, illustris suæ Academiæ.

Us. Ms. instituyeron &c.] Id est: Vos Domini, instituistis cum magno applausu Academiam, in qua quotidie explico Pericopen sacri textus, de cujus argumento, Vos Domini, postea disquiritis & differitis, tanto cum ingenio, & prudentia, ut facile appareat, magis conferre discentium profectibus auditum, quam visum.

Pag. 1028. Questo giorno io &c.] Id est: Illo die, in Ciuciululiòn propemodum extinctus sum, ob ventris dolores atrocissimos, cum torminibus & magna obstructione conjunctis, quod, ceu credo, inde provenit, quia per dies complures, in merenda, cum pane biscocto, dactylos siccos comederam, qui mihi gratissimi erant.

Pag. 1029. Andauamo di giorno &c.] Id est: Peregrinabamur quotidie, quærentes aquam, atque ducebatur caterva itinerantium, a naucleris expertissimis, qui sunt homines illius regionis, prorsus uti maritimi illi, hoc officium exercentes. Neque solum integras catervas deducunt, sed & cum opus est, homines singulos, portant etiam ultro citroque epistolas. Tenent memoria omnia loca, aquas, vias diversas, breviores nimirum, longioresque, & observantes noctu stellas, interdiu vero certa quædam signa in solo eminenti aut depressiore, coloris, herbarum quas producit,

ducit, aut, quod maxime mirabar, odoris, optime inveniunt omnes vias, quas desiderant. Et sane, in stuporem me dabant, hac sua experientia, nam, fontes aquarum, qui quærebantur, ut juxta eos requiesceremus, erant nudæ fossæ in terra, sine lorica, aut re simili, unde ex modico intervallo non poterant conspici, aut dignosci. Nihilo minus, isti naucleri, tam exacte eos quotidie reperiebant, ut, quando ipsis tempus esse videbatur subsistendi, subsisterent semper, aut circa ipsos fontes, aut loca, unde fontes conspiciebantur, aut si non conspicerentur, ibi, ubi paululum circumspectantes, eos illico reperiebant, nec unquam tam procul ab iis remoti erant, quanta esse potest longitudo plateæ, quæ Neapoli *Incoronata* vocatur. Et vero, si in mari tanti æstimatur experientia illorum nauclerorum, qui aspectu, ex longinquo regiones probe cognoscunt, quibus tamen montes magni, aut Insulæ, aut sinus, aut promontoria, aut aliæ res ejusmodi, multum in sensus incurrentes, pro signis sunt, atq; cum maxime circa loca aliqua designanda, in decem aut viginti milliaribus falluntur, non id tantopere iis vitio vertitur. Quanto igitur plus profecto æstimanda experientia istorum nauclerorum terrestrium, per Arabiæ deserta, quorum signa tam exigua sunt, & tam parum apparentia ? & tamen ipsi, sine quam ut unquam aberrent, tam securi per eas vias ambulant, tamque certo petunt loca destinata.

Pag. 1036. I Rabbini si marauigliano &c.] Id est : Rabbini mirantur, quomodo homo, qualis Elisæus erat, ob causam tam levem maledixerit pueris illis, atque dicunt, ideo eum ipsis maledixisse, quia Dei nomen profanaverant, unde is oculo fero illos intuens, ut morerentur causa fuerit. Atque est dictum Rabbinorum, quod, quando Sapientes oculo immiti tuentur, semper pariant afflictionem, aut mortem. Alii dicunt, causam fuisse, quia matres ipsorum se passæ erant gravidari in die Chippur, quod eo die est prohibitum. Alii dicunt, ipsos portasse antias more Turcarum, in medio capite. Alii dicunt, non debuisse ex iis prodire successionem, ideo ipsum illis maledixisse, ut tollerentur e mundo.

Pag. 1046. Medine est grande comme &c.] Id est : Medina, dimidiam Meccham magnitudine fere exæquat, sed habet suburbium, æque magnum, ac ipsa urbs esse deprehenditur. Prope in medio dictæ urbis, Fanum quoddam conditum, in cujus aliquo angulo sepulchrum est Muhammedis, eo modo tectum, quo tegitur tumba Imperatorum Turcicorum Constantinopoli. Illud sepulchrum est in turricula quadam, sive fabrica rotunda, fornice obtecta, quam Turcæ Turbé appellant. Hæc fabrica tota aperta est, inde a medietate, usque ad fornicem, atque ambit eam parvum peribulum, cujus murus exterior perforatus est multis fenestris, qui habent cancellos argenteos: Pars vero interior, sive quæ facit turriculam in ea regione, quæ capiti Tumbæ respondet, magno gemmarum ornatur

 numero.

numero. Sunt quoq; ibi opes, pretii inæstimabilis, illuc missæ a Regibus Mahometanis, per tot secula, quæ sunt affixæ in hoc peribulo, circumcirca turriculam. Inter cætera, in dicto, capiti tumbæ, respondente loco, Adamas ingens est, longus medium digitum indicem, & latus duos digitos, supra eum cernitur Adamas, quem Imperator Osman, Imperatoris Achmedis filius, illi loco consecravit, ac qui æqualis est ei, quem Imperatores Ottomannici in digito gestant. Isti duo Adamantes, olim tantum unum constituebant, quem, dictus Imperator Osman medium secare jussit. Paulo inferius, pendet Luna falcata, aurea, cui inserti Adamantes pretiosissimi. Peregrinantibus sacris, non conceditur videre sepulchrum Muhammedis, nec enim hæc turricula aut fabrica, cui includitur, fenestras habet, sed in parte superiore tantum lumen admittit, prout supra dictum est : At, per tempus aliquod Medinæ morantibus, illud spectare conceditur, habentq; commoditatem intrandi turriculam aut Turbé, cum nulla amplius adest peregrinantium multitudo, hoc est, quatuor aut quinq; menses, post discessum dictorum peregrinantium, qui nihil vident præter peribulum, & divitias quæ ibi sunt, per fenestras & cancellos argenteos, quorum supra mentionem fecimus. Ii igitur qui in Turbé intrant, vident, sepulchrum non esse suspensum in aëre, prout plures falsò scripserunt, & quod magis est, nec unquam fuisse, sed est in plano solo, elevatum, & tectum, prout esse solent monumenta Imperatorum, & Bassarum Turcicorum. Circumcirca turriculam peristromata pendent serica, quasi ex tela Damascena floribus picta, rubri albique coloris, quæ operiunt omnem muri exteriorem partem, eo loco excepto, ubi sunt magni illi Adamantes, quorum mentionem fecimus, nam, ibi utrinque explicata panditur, ne dictos adamantes obtegat. Circumcirca hæc peristromata, literis aureis inscripta sunt verba : *La Illah Illalah, Muhammed resul Allah.* Hoc operimentum, sive peristromata ista, quovis septennio renovant Imperatores Ottomannici, nisi cum novus Imperator regnare incipit, nondum completo septennio : Nam, hoc casu, Imperator ea statim renovat, simul ac Imperatoriam consequitur dignitatem. Porta, per quam in peribulum patet introitus, est argentea, non minus ac illa, per quam e peribulo transitur in turriculam

Pag. 1048. Expedit Christianis nosse &c.] Hoc nomine, Ernestus Ferdinandus Hessen, e Judæo Christianus proselytus, in suæ gentis Flagello part. 1. c. 3. serio obtestatur omnes Christianos Magistratus, id enixe operam dent, quo illum fœdū & horribilem librum, quemq; tantopere, Judæi tegunt, e suis latebris possint protrahere. Diese jetzt erzählte Fabel (loquitur de illa ipsa, quam in Annotatis, cum veniæ erga Servatorem præfatione, ad miserrimorum Judæorum dementiam cognoscendam, narravimus,) bekennet ihr (*Juden*) vor keinen Christen / und liesset euch lieber erwür-

gen/

gen / ehe ihr sie einen Christen offenbar machet / wolt auch euren Kindern hie- von keine Wissenschaft thun. Ich hab einsmals gehört von meiner Mutter Schwester / die einen einigen Sohn / den sie lieb hat gehabt / und ihm erzählet diese Dinge / da ich von gesagt / darneben hätte sie ein klein Büchlein / etwan bey vier Bögen Papier begriffen / so geschrieben war / das nennet sie Doldus Jeschu, das ist / von der Geburt Jesu / aber nach diesem Büchlein habe ich die Tag meines Lebens viel Mühe und Arbeit angestelt / aber nirgends zu sehen bekomen / dann es bey den Juden so heimlich gehalten wird / daß auch der hun- derst Jud kaum dasselbe mag zu lesen kriegen / und das Büchlein soll aller Laster voll seyn / die sie lügenhaft von JEsu Christi Geburt / Leben und Wandel ge- schrieben haben. Ich bitt hiemit Geistlich und Weltlich Obrigkeit / alle die so Juden unter ihrem Gebiet wohnend haben / daß sie dieselben mit grossem Ernst dahin halten / und zwingen lassen / daß sie dieses Büchlein herfür geben müssen / dann nach meiner behaltnus / würde man viel Secreta / und verborgene Heimlichkeit finden.

Pag. 1049. Alcuni dicono &c.] Id est: Aliqui dicunt, Jeroboamum indidisse ori Vitulorum in Dan & Bethel, Dei nomen cum verbis: Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me.

Pag. 1081 l. 16. Expertem vicissitudinum] Animadverto, ad mentem Judæorum, vertendum mihi fuisse; *Expertem Sectionum*, nec enim alio sensu quadrat ad propositum.

Pag. 1086. TESTIMONIO DESTE &c.] Id est: TESTIMONIUM HUIC TUMULO HUICQUE CIPPO IN SIGNUM ET MEMORIAM HIC VIDES INSCRIPTUM. NAM HIC SEPULTUS EST THESAURUS OMNIUM VASORUM CUPIDITATIS ERGA LEGEM ET TESTAMENTUM CUM SAPIENTIA. DE DEI NONINE IBI LOQUEBATUR MIRABILIA, ET CUM EO FUIT RECONDITUS LIBER MEDICINARUM, ARBOR SAPIENTIÆ FIDELIS. O MAGISTER MISERICORS, BONE ET CONSTANS FIDELISQUE RABBI SALOMO, FILI RABBI ABRAHAMI, NEPOS CAISI, PRONEPOS BARUCI. COLLECTUS EST AD SUUM POPULUM. IBAT AD SUAM PERFECTIONEM MENSE SIVAM ANNO QUINQUIES MILLESIMO, CENTESIMO ET QUINTO.



ÆQuum a te postulo, Mi Lector: Da veniam, tum erroribus, quos ipse agnovi, tum & iis maxime, qui meam effugiunt notitiam. Ajunt, in omni malo punico, oportere aliquod esse granum putidum, & in optima segete, aliquod spicum nequam. Facilem quoque te præbe Typographo meo, pro quo simili ratione intercedo; atque, ne ejus peccata fraudi tibi sint, sic illa corrigito:

Pag. 4. lin. 33. Lege שוביב p. 8. l. 4. L. נכנסה p. 10. l. 7. L. 2651. ib. l. 21. L. וחוה p. 13. l. 12. L. ἐὰν λύσῃς p. 22. l. 15. L. כותב p. 26. l. 22. Samuel L. Salomon. p. 27. l. 15. L. אלהיך p. 28. l. 15. L. ומשהרין l. 19. L. אומר p. 30. l. 4. L. מקום p. 35. l. antep. כ״ג vitiose bis iteratur. p. 47. l. 8. L. varietate. p. 58. l. 6. L. Morte. l. 31. L. המתנה p. 67. l. 26. L. שמתחלקין p. 71. l. antep. L. שהקב״ה p. 73. l. 8 L. העולם p. 76. l. 9. L. ותצא p. 77. l. 20. L. זמנו למות p. 86. l. 21. illis L. ipsis. p. 87. l. 27. L. estonné. p. 89. l. 3. L. המולזל p. 95. l. ult. L. בו p. 96. l. 5. L. לבבך l. 7. L. הכא p. 99. l. 22. L. מהכא l. 24. L. תשכח p. 103. l. 20. L. statuatur. p. 108. l. 16. post *si* adde *id*. p. 111. l. 32. L. כורעים p. 125. l. 10. L. ἐυφημισμὸν. p. 126. l. 25. L. האדם p. 132. l. 24. L. alter p. 137. l. 25. L. Turquie. p. 138. l. 34. Ex. XXX, 50. L. Num. XXXI, 50. p. 141. l. antep. L. בה p. 143. l. 11 L. Israëlitidibus. p. 169. l. 14. L. ולנכרי p. 171. l. 22. L. ista. p. 172. l. 14. L. המזוזות p. 179. l. 28. L. servitute. p. 185. l. 6. L. הר l. 26. L. Eleaser. p. 194. l. 24. L. גבריאל p. 211. l. 19. L. בעמק p. 218. l. 5. L. eum. p. 230. l. 20. L. moustaches. p. 235. l. 12. L. *ἀπροσδοκῶν*. p. 237. l. 24. L. רבי p. 242. l. 12. L. *Köstlichen*. p. 243. l. 19. L. כלה p. 245. l. 11. L. נפתלי p. 251. l. ult. L. זה p. 258. l. 14. L. הזכרים p. 264 l. 15 L. מבפני p. 269. l. 29. Aaronis L. Pharaonis. p. 289 l. 12. L. חברון p. 293. l. ult. L. locum p. 295. l. 30. L. Capreæ. p. 296. l. 23. L. הלך p 301. l. 22. L. affirmant. p. 303. l. 5. L. encore. p. 304. l. 19 L. redundat. p. 313. l. 5. L. אצמגניני p. 316. l. 18. L. ויאמר יי p. 321. l. 8. L. *ἀνθρωποπάθειαν* l. 20. L. לעונותיהן p. 324. l. 12. L. רחוקה l. 19. L. itineris. l. 25. L. *δισχιλίους*. p. 325. l. 19. L. *προσθήκαις*, p. 328. l. 24. L. abditiore. p. 330. l. 18. L. solatur. p. 334. l. 4. *dele* i. f. l. 15. L. לבן l. 25. L. היה p. 344. l. antepen. L. שיחזרו p. 346. l. 11. L. למועד p. 343. l. 8. L. decimam. p. 351. l. 17. L. ולבונה l. 25. L. הותירה l. 33. L. אתבה l. 34. L. בשנחת׳ l. 36. L. זכות p. 354. l. 10. L. הסובין p. 355. l. 5. L. ושבע׳ p. 355. l. 6. L. מגביהה p. 359. l. 31. L. שהמים p. 366. l. a fine 8. L. שקורין item ועושים p. 367. l. 32. L. *διφθέρας* p. 378. l. 13. L. אינו p. 381. l. 8. Pro. ביך לא enim ut בך אם אל reponatur. L. Pro ביך לא יארע לו ut בך אם לא יארע לי reponatur. p. 388. lin. ult. L. illum. p. 389. l. 15. L. ואנבי p. 390. l. 1. L. תכלת p. 393. l. 2. L. יבא p. 396. lin. antep. L. ומביאין l. pen. L. ונותנין p. 397. l. 6. L. falso

L. falso. p. 398. l. 21. *L.* כאורך l. 22. *L.* מקוצי p. 405. l. 31 ter *L.* semel. p. 412. l. 10. יי *L.* יו p. 415. l. 1. *L.* פי l. 18. *L.* עולם p. 422. l. 12. *L.* לדבריהם p. 430. l. 29. *L.* lotionis. p. 433. l. 17. *L.* כנגד l. 22. *L.* שהיא p. 436. l. 4. *L.* מאה l. 8. Pesachim *L.* Berachot. l. 11. *L.* ההוטאים l. 15. L. מאי p. 438. l. 8. L. מארק p. 440 l. 8. *L.* אומר l. 17. L. והולכת p. 445. l. 25. *L.* הזהיר p. 447. l. 18. L. הגיע p. 449. l. 27. L. היה l. 30. *L.* אמר p. 462. l. pen. dele vocem דכתיב p. 464. l. 25. *L.* ואז p. 468. l. 2. L. והתניא p. 469. l. 16. דואג *L.* דואג & *in Versione*, Doëg. p. 471. l. a fine 5. *L.* potiores. p. 475. l. 29. *L.* עלך p. 484. l. 30. post בשרו adde מעלה p. 488. l. 21. *L.* וכבר pag. 491. lin. 7. מכל *L.* יותר מן p. 493. lin. 22. l. המיוחדת p. 503. lin. 14. l. שחרות p. 505. l. 11. l. ירד p. 515. l. 20. l. Græcæ. p. 523. lin. 5. l. citatis. l. 20. l. וכו p. 527. l. 16. l. הכנסת p. 528. l. 26. l. צאצאי p. 530. l. 25. l. Gotes. p. 537. l. 11. l. כך p. 547. l. 27. l. את p. 552. l. 1. כחבתן p. 553. l. 24. post פתחו repete iterum פתחו p. 559. l. 15. l. γραμμάτων l. 20. l. μετέχειν. p. 565. l. 17. l. וירדתי p. 568. l. ult. l. כיוצא p. 569. l. antep. l. בדרך p. 573. l. ult. l. יעל p. 580. l. a f. 7. l. לחזור p. 582. l. 20. l. התחילו p. 584. l. 1. l. ἐντύχοι p. 585. l. 16. l. שקינו l. 26. l. לו l. לא p. 598. l. ult. l. המחזיר p. 600. l. 17. l. differebat. p. 602. l. 6. l. יהושע p. 603. l. 1. l. מילי p. 606. in marg. *Lev.* *L.* Num. p. 607. l. 20 XVII. l. VII. p. 608. l. 3. l. a las. p. 609. l. 25. l. שידו אומרים p. 610. l. a f. 5. dele עשה p. 618. l. a f. 10. l. בדברי p. 623. l. 16. l. לאלף p. 635. l. 7. l. יהושע p. 643. l. 10. l. illibatam p. 657. l. 29. l. המשנה l. 33. l. Collegæ p. 659. l. 4. l. בלשון p. 660. l. 12. l. נותנים l. a f. 4. l. urbem. p. 661. l. a f. 6. l. Encæniorum. p. 665. l. 6. l. והלוים p. 671. l. 18. post *foris* adde *extra*. p. 687 l. antepen. l. familiarium. p. 691. l. 1. l. אשר עברך l. 10. l. ולא p. 694. l. antep. l. עוד p. 696. l. 6. l. הלילה p. 706. l. 7. l. היא l. 11. l. צ״ p. 710. l. 8. l. Kephar. l. 30. l. הזה p. 713. l. 22. l. בעיני p. 714. l. 13. dele alterum *enim* l. 18. & 19. l. Vopsi. p. 716. l. ult. l. legitur. p. 718. l. antepen. l. בחיי p. 726. l. 27. l. εἰ p. 73?. l. 6. l. חשבוה p. 755. l. 23. l. כנענים p. 757. l. antep. l. והמותי p. 803. l. 23. l. כלו נפש p. 869. l. 29. l. patrata. p. 872. l. 3. l. וארור p. 873. l. 11. l. שחרית p. 898. l. 5. l. Germaniæ. p. 906. in marg. l. sic enim habet. p. 916. l. 1. l. בין p. 939. l. 5. l. חזרו p. 943. l. 16. l. Augusti. p. 947. l. 9. l. Februarii. p. 957. l. pen. l. ושרוין p. 958. lin. antepen. l. diminuuntur. p. 959. l. 29. l. מחוקת p. 980. l. 2. l. לה כגון p. 986. l. 8. l. דחזיא p. 1004 l. 8. l. התלוי p. 1007. l. 27. bis dele particulam *de*. p. 1015. l. 8. l. נוצר p. 1033. l. 18. l. א״ל p. 1041. l. 17. l. עבר p. 1042. l. 2. l. ודער l. 11. l. בתוכך p. 1056. l. 17. l. תורה p. 1061. l. 2. l. איש הישר p. 1064. l. 7. l. דבניה p. 1071. l. ult. l. מביא p. 1072. in fine dele *argumen*.

PEccatum alibi pluries est, in distinctionibus commatum, accentibus, literarum inversionibus, aliisque minutiis, quæ facilem veniam merentur. Sed vero, grave tædium, quod ex correctione tot errorum, apud te, MI LECTOR, non potuit non o-

riri, tibi demet, ſat ſcio, rurſus, eruditiſſima Epiſtola, quam Optimus Amicus noſter, Vir de Divinis Humaniſque literis, præclariſſime meritus, & cujus judicio plurimum tribuo, cum noſtrum Commentarium, ei legendum emendandumque exhibuiſſem, reſcripſit.

JOH. CHRISTOPHORO WAGENSEILIO

suo

CHRISTOPHORUS ARNOLDUS

S. D.

AUſus ecce ſum, AMICE, hortatu Tuo, hoc ad Te literarum dare, & indoctas acceſſiones meas (quoniam ita viſum eſt) in comune conferre; quas olim participavi Tecum, poſtquam nobile hoc opus legi, ac relegi. Ab eruditione enim & induſtria Tua, nil niſi exactum ac elaboratum mihi promiſeram: Quare aliorum quoque judiciis, ubi liber ille prodierit, animo libentiſſimo ſubſcribam; nec enim in iſto ſtudiorum genere, *quod vaſtæ ac diffuſæ eſt lectionis*, judicare audentiùs præſumam. Profectò ſatis Tibi in Te præſidii eſt; nec opus, ut Te extrà quæras: Nullus etiam dubito, quin rectè noris illa, quæ ſcire à me exigis, nec alio fine hæc exigere Te arbitror, niſi ut videas, quàm idem Tecum ſentiam. Magis igitur, ut morem amico geram, quàm quod opera mea fructuoſa ei eſſe poſſit, aliqua ſubjungam; ſed breviter, ut ad peritos decet.

CAP. I. pag. 5. Effractis omnibus naturalis pudoris repagulis] In mentem nunc eſt, quod *in Sanhedrin, cap. VII. n.* 4. de Lapidatione, quarto ſupplicio capitali legitur, quod eſt: Qui הבא על האם ועל אשת האב ועל הכלה *rem habet cum matre, uxore patris ſui, aut nuru.* Ubi poſt paulò: *Qui rem habet cum matre ſua, duplici nomine tenetur, quia cum matre, & cum uxore patris ſui. R. Jehuda ait: Non tenetur, niſi quod mater ſit duntaxat. Qui rem habet cum uxore patris, duplici nomine reus eſt, quod & patris uxor, & maritata eſt:*

tata est : Sive patre vivo, sive eo defuncto; sive duxerit eam (pater) domum; sive desponderit sibi, nihil refert. Qui rem habet cum nuru sua, duplici item respectu tenetur, quod cum nuru, quod cum maritata : Perinde autem est, sive vivat filius, sive obierit, sive duxerit, sive desponderit. Coccejo interprete, qui ibidem è commentario Maimonidis hæc refert : *Quidam Rabbi, quoties ex oratorio domum rediret, chirothecis aut etiam manibus sororis suæ osculum figebat. Is destitit tandem, postquam vidit, nullo respectu licitum esse.* Instar Claudii, ut opinor, qui detractum Messalinæ *socculum* dextrum, inter togam tunicasque assiduè, nonnunquam *osculabundus*, gestavit. *Suet. in Vitell. cap. 2.* Incestum hujusmodi amorem *Frid. Wilhelmus*, Hebrææ Linguæ, in Rintelensi Academia Professor, è *Kidduschin fol.* 81, 1. recutitæ genti, ceu probrum Talmudicum, objectat; ubi *R. Mejer* infit : *Observate me, nec me solum relinquite cum filia mea; quoniam nec mihi fido.* Præterea *R. Tarphon* dixit domesticis suis : *Attendite mihi, nec solum me cum nuru relinquite.* In libello Germanico, Greuel der Verwüstung des H. Jerusalems / durch den Jüdischen Talmud / pag. 94. Paucis abhinc annis rem atrocem Amstelodami incidisse ferunt, ubi Judæus aliquis Lusitanus, *Cordera* dictus, Rabbini cujusdam conjugem (quæ tamen *sanguine* impurum hominem istum *contingebat*) effusis impudentiæ habenis amans, castitatem illius (quando maritus, sacra Synagogæ peragens, à domo aberat) crebris quidem blandimentis, sed frustrà tentaverat : Cùmque expugnare illam non posset, acerrimè minantem insuper, se indicium viro facturam suo; ædes ejusdem per triduum evitans, nautam, holosericа veste indutum, ducentis florenis Belgicis ad homicidium conduxit; ut maritum, de Synagoga exeuntem, ictu sclopeti interficeret : Atque sic scelus istud commissum est. Sed latro iste nauticus, mercede proditoria Magistratui detectus, & ad supplicium raptus fuit : Mœchus verò in Brabantiam evasit, & perfidiam suam cum fide Christiana, nefas! permutavit. Nil istos moramur, qui præputio pariter ac pudore carent; sed dolendum sanè, Lusitanos, hoc est, Christianos, in India Orientali, turpissima hac libidine incensos esse. Fidem *Joh. Hugenii à Linschoten* testor, cujus hæc, Belgicè loquentis, propemodum verba sunt : *Nullos ma-*

res, inquit, *etiamsi eos propinqua cognatione contingant, ubi annum ætatis quintum & decimum jam excesserunt, in ædibus, habitare patiuntur, in quibus uxores & filias suas custodiunt; vel ipso etiam filio excluso: Quare propinqui inferius, aut è regione, conclavia sua habent; aut alias ædes colunt, ad quas alimenta corporis illis submittuntur. Haud rarò enim patruelis cum patrui sui uxore deprehensus fuit; vel frater sororem iniit; quales ipse noveram, istius turpitudinis reos: Uxores item cum necessariis adulteris suis, in ipso furto, vindice mariti dextra occisos.* Hæc ille, in suo *Itinerario, cap.* 31. Similem improbitatem Lusitanorum, in urbe Goa, refert oculatus testis, *Georg. Andersonius, lib. I. Itin. Orient. cap.* 15.

Ibidem pag. 6. Ne Genium occiderent; secus enim Orbi universo paratam vastitatem] Is ipse Judæorum Genius, qui ad Venerem homines pellicit, veterum Græcorum juxta ac Romanorum Deus esse videtur, Ἔρως & Cupido dictus; *haud interficiendus scilicet, citra mundi ruinam.* Quare? nihil aliud, dicit *Natalis Comes*, esse Cupidinem antiqui senserunt, nisi illud, quod Empedocles, vim similium divinam coire & coalescere cupientium; quæ has ipsas motiones ipsi naturæ inducat. Idcircò alii, cùm *primum illum apparuisse in mundo architectando* putarint, ex illa informi materia natum dixerunt: Alii Veneris filium crediderunt, cùm Venus sit *desiderium procreandi in rebus naturalibus*, quod nascitur *è symmetria corporum, & ex aëris temperie*. Hîc deinde ab universa rerum natura, ob effrænatam singulorum appetentiam, quasi personatus inductus est. *Lib. IV. Mythol. cap.* 14.

Ut utroq; oculo effosso, Genium à se dimitterent.] Cæcus enim, neque inter vivos (ceu Imperatores aliquot Græculorum) nec mortuos censetur. Hinc somniator iste, Artemidorus: *Visus est sibi quis, dicere ipsi aliquem, Mortem quidem ne timeas, vivere autem non potes.* Τυφλὸς ἐγένετο, *cæcus factus est. Rectè & juxta rationem hoc ipso eveniente:* Οὐκ ἐτεθνήκει μὲν γὰρ παρόσον ἔζη, οὐκ ἔζη δὲ παρόσον τὸ φῶς οὐκ ἔβλεπε. *Non moriebatur enim, quatenus vivebat; non vivebat autem, quatenus lucem non videbat.* Nic. Rigaltii versio hæc est, *lib. V. Oneirocr. num.* 77. Mirificè hæc (Pricæum sequar) *Apuleji* locum *lib. IIX. Metam.* illustrant: *Vivo tibi morientur oculi, nec quicquam videbis, nisi dormiens. — Lumen certè non videbis; manu comitis indigebis*

bis; — nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis : Sed incertum simulacrum errabis inter Orcum & Solem. Adhæc, *utroq; oculo effosso*, iste libidinis Genius nonne Cupidinem rursus denotat; cui tam deformis oculorum cæcitas data est ab antiquis Poëtis (Natali rursus judice) ad exprimendam libidinis hominum insaniam? Cæcus is dicebatur, *ob turpitudines*, quæ ab hominibus dignitatis (addo, & necessitatis) suæ oblitis, committuntur: Si cæcitas illa ad libidines hominum transferatur, quo pacto non rectissimè excogitata est? Qui *legibus naturæ posthabitis, ad impuras voluptates* stultè feratur, quæ visum debilitant, nonne & cæcus & infans est existimandus?

Pag. 13. Illum loci apud Matthæum sensum esse] Idem &, ante *Joh. Lightfootum*, alius quoque Theologus Anglus, *D. Henr. Hammond, Tom. II. Oper. Tract. Of the povver of the Keyes, or of Binding and Loosing*, id est, *De potestate clavium, sive de Ligatione & Solutione, cap IV. sect. 6. & seqq.* egit, & contra Buxtorfium, (ceu videtur) seriò ac diligenter monuit, vocem, Rabbino-Talmudicam, אסור & איסור hoc est, *ligatum*, non tantum significare *illicitum* sive *prohibitum*; sed *decretum* potiùs sub *pæna*, cum *potestate* quadam *censuræ*, contra resistentes, conjunctum: Vel breviùs, *pænalem prohibitionem*. Sententiam hanc probat, inter alia, insigni pericope, *Danielis VI, 7, 8, 9.* ubi *decretum imperatorium*, rursus iterumq; repetitum אֱסָרָא appellatur, quasi dicas, *ligatio prohibitiva*, judicialem actum innuens, qui exercetur in excommunicato; id enim verba nos docent sequentia: *Ut omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocunq; Deo & homine, usq; ad triginta dies, nisi à te, Rex, mittatur in lacum Leonum vers. 7.* Hæc ipsa missio in foveam leonum, inquit, pœnam exprimit ligationis.

Pag. 17. Instituta in minore judicio quædam ἀνάκρισις] Per gradus nempe res gerebatur, velut hodiè apud Græcos; qui prima vice adulteras suas minori Patriarchæ judicio subjiciunt. Hujus jussu in carcerem aulæ patriarchalis conjiciuntur, in plantis pedum, ad sanguinem usque, virga percutiuntur, severa atque vehementi objurgatione superaddita; ut scilicet peccare

desinant. Quodsi verò iterent adulterium, tunc Patriarcha majori, hoc est, Turcici Imperatoris judicio istas exhibet puniendas; & Vizirio transmittit, ut, more Turcico, super asino equitantes & per urbem circumductæ, stercoreum uterum, pro operculo, in capite gestent: Hoc ipso enim teguntur sat benè. Hæc mihi retulit Græcus Constantinopolitanus, cui nomen erat *Georg. Philippinus*, Patriarchæ Parthenii quondam servus, nunc *Athanasii Germona*, è monte Sancto Archimandritæ, interpres, & itineris, nuper in Germaniam comes.

Pag. 23. Licet describere nomen divinum super ea, quæ rasa.] R. Henoch Levi, exul nunc Viennensis, Vir admirandæ eruditionis, & singularis modestiæ (quo Tecum, in vico Fürthensi, per literas & πρὸς στόμα, familiariter uti soleo) novissimè mihi narravit; quantæ curæ sibi sit ea res, in describendo Pentateucho, quem manu sua in quadraginta quinque, vel septem, membranarum pellibus descriptum, Synagogæ isti consecrabit: Accidit, inquam, ut divinum aliquod nomen omitteret; invento tamen exiguo adhûc inter duas vicinas voces spatio, id ipsum inseruit: Aliàs enim vel eradere illas debuisset, vel, deficiente spatio, integram cortinam tollere. Sed nomen DEI, ait, eradere, nobis religio est: Unde & Judæi volunt, interdictum esse (argumento *Deut. XII, 3, 4.*) ne quis cultro scindat nomen Divinum, in membrana scriptum; observante id *Coccejo*, in annotationibus suis, ad *Sanhedrin, cap. VII. §. 5. not.* 10.

Pag. ead. Ab opere non nihil cessare volentes, custodituri.]Idem quoq; Rabbinus de Pentateucho suo valdè sollicitus, in suprema repositorii librorum parte, linteo opertum, diligenter custodit; ut ne quis fortè in hypocausto corpus suum nudans, membranas illas intueatur. Quodsi verò hæc divinæ legis volumina, è scriniis in alium locum transferantur, ab injuriis militum fortè custodienda; erigi debent, nec deponi: Vel si ea deponere opus sit, tunc requiritur, ut pugnis decem à terra distent, & spatium interjacens vacuum sit. Cæterum in conclavi, vel cubiculo custodiri

ſtodiri debent, in quo non decumbant conjuges; neque alibi cubitum eant; ut ne corporis partes quædam aperiantur, quibus ſacroſancta illa volumina (judicio iſtorum) profanentur. Pia omninò hæc ſollicitudo eſt, quam R. Henoch, in nuperis turbis, per filium ſuum haud indoctum, R. Elchananem, mihi ſignificabat.

Pag. 41. Si rumpantur veſtes.] Hæc veſtium laceratio in mentem mihi revocat morem, ſive legem potius, modernorum Græcorum; qua Sacerdos, ſi grave peccatum admiſerit, primò veſte ſpoliatur; inde, *lacerata ejus* (quaſi ſpiritualis adulteri, ita ego interpretor) *tunica*, ſolemni ritu dignitate ſacerdotali exuitur; ac tunc, ut infamis, punitur. *Cruſius lib. II. Turcogr. annot. in Hiſt. Eccleſ. Eman. Malaxi, fol.* 200.

Pag. 44. Gothofredus, in ſua, de Imperio maris.] Hanc emendationem ſuam, ceu ἐυςόχως repertam, anxiè defendit idem *Gothofredus* in ſingulari diſſertatione, *de velandis mulieribus, deq; exuvia* (ſive ἐξεβία) *capitis*; ad Carolum Labbæum, adverſus *Cl. Salmaſium*; qui familiari primùm ſermone, poſtea *Tract. de Coma, pag.* 694, 695. ideò illam reprehendit, quia tota antiquitas, etiam ultima, vulgarem lectionem tuetur; omneſque interpretes eam agnoſcunt: Deinde quia vox *Exuvia*, Latina non eſt; cùm *Exuviæ* tantùm dicantur, numero multitudinis. *Theophilus Raynaudus* (quem auctorem nominat *Phil. Labbæus*, in Mantiſſa ſua, ad *Bibliothecam Biblioth. pag.* 387.) in Tractatu *de Pileo, cæteriſq; capitis tegminibus, tam ſacris quam profanis, Sect. V.* inter alia ſic ſcribit: *Mulierem quia propter virum ſacta eſt, eiq; reverentiam & obedientiam debet, par eſt, habere caput obductum, ſive* (*ut Apoſtolus loquitur*) *poteſtatem*, ἐξουσίαν *ſupra caput habere*, propter Angelos, *id eſt*, ut malos Angelos *inter orandum & de ſpiritu concipiendum, ea ſigni ſubjectionis ſuæ oſtentatione confundat; ut S Paulinus Epiſtola 4. ad Severum ſcitè & piè admodum disſerit.* Hæc ille Raynaudus, ſive alius; niſi Raynaudus ſe ipſum allegat, dum porrò ait: *Quanquam de ſenſu, qui magis literæ inhæret, actum plenè in tractatu de ſobria ſexus mollioris per ſacras homines frequentatione, à Theoph. Rayn.* Sed aliis judicium relinquo.

Pag. 49. Deferre litem, ad ſupremum in urbe Hieroſoly-

rosolymitana Magistrum.] Litem hanc R. Henoch Levi, pro famosa quadam fabula, prima vice, cum ipsi narrata esset, habuit; nec quicquam certi de illa affirmare sustinet. Si tamen fabula vera sit, Magistrum Hierosolymitanum fuisse existimat *R. Jeschajahu* Hallevi (ר' ישעיהו sive, ut alii volunt, ר' ישעיה) qui, ut in terra Canaan moreretur, anno ætatis suæ octuagesimo ex Europa Hierosolymam profectus, librum theologiæ practicæ, cui nomen est שני לוחות הברית Schne Luchos Habberis, id est: *Duæ Tabulæ Fœderis*, paratu difficillimum, inibi conscripsit; variorumq; de pietate ac humilitate scripta, velut in epitomen, redegit. Vixerat is olim in Polonia, & Bohemia, ac Pragensis Synagogæ fuit Antistes, ejusque ex fratre filius, autor est libri Juridici recentis ספר בית לוי dicti, qui ante annos octo Venetiis prodiit. Præter hunc, inquit ille, nullus ob doctrinam celebris Judæus Hierosolymæ posterioribus vixit temporibus; reliqui enim tenuioris & sortis & judicii homines, ingravescente jam ætate, in urbem sanctam transeunt; ne oporteat istos, instar morientium in peregrinis regionibus, per occulta & latentia foramina, terræque cavernas tamdiu volutari; donec in terram promissam venerint. *Buxt. in Synag. cap.* 49. *Theod. Dassovius*, in accuratissima Disputatione sua, *de Resurrectione Mortuorum, Memb. V. num.* 2..3 Ὡς ἐν παρόδῳ addam, quod ditissimorum, apud Amstelodamenses, Lusitanorum cadavera, in cœmiterio Judaico, tantisper cum cura reponantur; dum naves scilicet, mercibus Judæorum onustæ, in terram Israëlis contento cursu proficiscantur: In qua Jacobus etiam sepeliri voluit, quia omnes ibi debeant resuscitari. Verùm, contineo me.

Pag. 50. Vocabula Hebraica in Itala lingua.] Quàm anxiùs & quàm operosus in his *Adrianus Scrieckius* est, ut vocabula Hebraica, & totas sæpiùs locutiones, in Belgica ostendat lingua, *lib. I. Adverss. cap. 1. usq. ad cap.* 16. Pleræque autem vocum allusiones detortæ sunt, & vim aliquam patiuntur. Integra quoque carmina nuptialia, Hebraicis & Germanicis vocabulis aliquando ab otiosis Judæorum ingeniis, componi, R. Henoch me docuit; sed, linguæ sanctitatem venerans, petulantiam ingeniorum vocavit, &

serio

ſeriò improbavit. Simili quadam alluſione Judæi verba, *Pſalmi XXXII*, 9. (ne ſitis) *ſicut equus, ſicut mulus*, כְּסוּס כְּפֶרֶד in medium proferentes, oſtendunt, quod vocabulum סוּס id eſt, *Equus* ſtatim poſt ſe habeat verſionem, aut ſignificationem Germanicam פֶּרֶד, *Fered*, quaſi *Ferd*, ſive *Pferd*. Pergin' argutarier? ais: Sic eſt. Saulus optimis gregibus *ovium* apud Amalekitas, contra præceptum, pepercerat; quærit igitur Samuel מֶה קוֹל, *Meh Kol*, id eſt: *Quæ vox* hæc eſt gregum, quæ reſonat in auribus meis? *I. Sam. XV*, 14. Nempe balantes oves מֶה *Meh*, hac ipſa vocula furtum iſtud prodidere. Qualis ſcilicet vox in auribus furis iſtius Anglicani ſemper reſonabat, qui (*Perkinſio* teſte, apud *Nehem. Rogers*, *on the Parable of a Friend at Mid-night*, *pag.* 382.) in precibus ſuis nulla frui quiete poterat; donec confeſſus eſſet crimen, & furtum reſtituiſſet. Verum, nunc è diverticulo revertar in viam linguæ Italicæ; cujus ſignificationes quis aſſuebat literis, ex Græca lingua petitis, hunc in modum:

Nella φ δ φ ῥ ρ la β.
Nella fideltà finirò la vita.

Sed, ubi veteres Dani, in lingua Runica, rem quampiam modulis poëticis decantabant, cui latentem ſenſum ſubeſſe, ac ænigmaticè aliud quippiam, quàm id, quod prima fronte occurrebat, indicare voluerunt, *nudas literas vocum loco* poſuerunt; quæ etiam haud raro *integræ ſententiæ vices* ſupplebant. Hujus artificii varia extant præcepta in libro, *Scalda* dicto, Poëſeos Danicæ vetuſtiſſimæ promtuario ingenioſo; & unicum præterea exemplum, ex antiquo Legum volumine produxit *Ol. Wormius in Danica Literatura*, *cap.* 18. *fol.* 95. Multum argutiarum ac venuſtatis habet egregia illa inſcriptio, quam in Chalcedone THRASYMACHI Sophiſtæ fuiſſe, Neoptolemus Parianus ait; ut *prioribus literis nomen* conſcriptum eſſet. Diſtichon, veræ ſcripturæ reſtitutum, *Marcus Meibomius*, familiaris olim Hâgæ Comitis amicus meus, appoſuit in præfatione, ad *antiqua Muſica Auctores*:

Tἅν.

Τοὔνομα θῆτα. ῥῶ ἄλφα. σὰν ὖ. μῦ. ἄλφα. χῖ. οὖ. σάν.
Πατρὶς χαλκηδών. ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Nomen theta,rho,alpha,ſan,y,my,alpha,chi,u,ſan:
Patria Chalcedon; ars mihi ſed Sophia.

Pag. 87. Canis, qui domini ſepulti tumulo jam bene trienniumincumbit.] Non omittendum eſt, quod Michaël Voſmerus, apud *Phil. Camerarium, Cent. I. cap.* 24. de fidelitate,&,ſi liceret dicere,pietate canum refert: Mirum,inquit,quod de canibus venaticis tradunt annales,qui,dum caperetur herus(is fuit Florentius V. Hollandiæ & Selandiæ Comes qui inter venandum plus viginti vulneribus confoſſus fuit) teſtes ipſi aderant, captum comitabantur in arcem Mudam,avectum inde,atque in fuga à proditoribus ſeu conjuratis trucidatum mœſti cuſtodiebant. Demum amicis corpus urgentibus, ut Alcmariam deferrent,in eandem navem canes conſcendebant, ab omni cibo & potu mordicus alieni. *Funus* in templum elatum *proni venerabantur, ibiq; aſſiduo deſiderio ſui domini*, donec vi abſtraherentur, *ægrè vitam ſuſtinebant.* Simile exemplum fidelitatis Corſici canis venatici erga Dominum ſuum recenſet *Julius C. Scaliger, de Subtilitate, exerc.* 202. *num.* 6. ubi addit: Huic equidem cani mauſoleum cum elogio libentiùs condiderim, quàm Sultano Solymanno! Tale exemplum *Mart. Schoockius, Tract. de Anima belluarum, Diſp. IX. th.* 21. habet de Servii cane, qui ab eo die, quo Servii germanus frater Spoleto Romam profectus fuit, *mærens*, auribus demiſſis, *afflictus & ab omnium conſuetudine abhorrens*, in angulo domus perpetuò ferè dormitabat; & à cibo penè omni ſeſe abſtinebat.

Pag. 198. Vultu velato, foras prodirent meretrices.] Idem de meretriculis Sinenſium refert *Neuhofius, in generali deſcriptione Sinæ, cap. 3. fol.* 242. quæ à lenonibus circumvehuntur, *velato capite*; donec ad emtorem perveniant, & velum una cum pudore exuant.

Pag.

Pag. 199. Circumcisus natus.] De quasi circumciso Mose nato agitur inferius, *num.* 38. *pag.* 265. de his autem quid mihi videatur, dicam si licet: Similes ferè videntur vitulo, quem in utero vaccæ, ceremonia Judaica, jam mactatum, curiosis hospitibus suis Maimonidem apposuisse, narrant: Nec enim opus is habuit, ut modo legali, mactaretur, quia mater in utero gestans in ipsa mactatione benedictionem antè acceperat: Quare illum comedere, quod subdolis ejus convivis illicitum videbatur, haud nefas erat. Da veniam, quæso, jocanti.

Pag. 202. Petrus Galatinus aliena scrinia.] Franciscanus iste Monachus, quæcunque habet toto libro suo Arcanorum, non surripuit à *Raymundo Martino* (uti existimavit *Jos. Scaliger*, *Epist.* 241. falsò etiam *Raimundum Sebon* vocans) fratre Dominicano; sed quæcunque habet (*Joh. Morino* Judice) à *Porcheto* Carthusiano desumsit; *nec Porcheti vel de nomine mentionem fecit*: Et ea, quæ Galatinus scripsit, apud Porchetum reperiuntur *omnia*, *eodem modo*, *iisdem verbis*, *nec plura*. Porchetus quidem à Raimundo permulta mutuatus est, sed *mutuum* grato animo, in præfatione, *non diffitetur*. Fusiùs de his scriniis alienis *Joh. Henr. Hottingerus*, *Part. V. Hist. Eccl. Sect.* 3. ubi fraudem hanc integram recenset, Thomasii, τῦ θαυμασίυ, plagio literario certè dignissimam.

Pag. 213. Nazaræorū more] Quem quoq; Græci Monachi, in monte Sancto sollicitè observant, barbam alentes & comam sæpius, usq; ad genua; ceu *Dan. Castrensius*, Hieromonachus, ex insula Pathmo, sive Palmossa, mihi narravit: Qui quidem, ex Anglia redux, correcta hinc inde barba, apud me invisit; meque id ipsum observante, negavit, Nazaræorum morem olim summis laudibus commendans. Quando autem Calogeri, sive Monachi isti in oppida Turcarum proficiscuntur, quicquid est capillorum, sub Asiatico illo capitis tegumento, non sine metu, abscondunt.

Pag. ead. Ponderabat capillos capitis sui.] De capillorum pondere agit, *Pinto in Itinerario suo*, *cap.* 49 quod peccatores, qui non habent in ære, luunt incæsarie; nam in monte templi

Tinagogensis, inquit, conduntur isti à sacerdotibus, ubi cumulos capillorum videre est; quos ad pondus trutinant, atque appendunt: Hos dein sacerdotes, Grepos dicti, in ordinem redigunt, & vincula nectunt, quæ venduntur abeuntibus, qui peccata sua gravi lance redemerunt.

Pag. 219. In Talmude Amstelodamensi, Typographi oscitantia inexcusabili, omissum est.] Talmudis Amstelodamensis duplicem exstare editionem; hoc est, rectam, & corruptam, Judæus aliquis Lusitanus jamdudum apud me fassus est. Fides ipsi debetur experientiæ. Hanc parvi pretii editionem primam esse innuebat, cujus tanta superfuerit copia, ut, ob nimium contemtum, integra mercatorum horrea (Augiæ stabulis dignior) tunc impleric. Neque altera correctior suis caret lacunis, quæ Christianos attinent.

Pag. 220. Portas habet Infernus.] Sicut apud Hebræos *Mare porta Inferni est*, ita & apud Japonenses *lacus* ferventis aquæ, qui ab istis *Singock*, nostro sermone *Infernus* appellatur, ad radices præcipitis cujusdam montis; in cujus verticem attractos Christianos, fidem suam deserere recusantes, desuper in ferventem lacum præcipitarunt. *Varenius de Relig. in regnis Japon. cap.* 11. Meminit præterea *Caronius in Descript. Japon. cap.* 2. aliàs *cap.* 29. ejusdem, nî fallor, vel haud longiùs fortè ab illa distantis speluncæ (è qua aquæ etiam calidæ erumpunt) sitæ ex adverso excelsi montis; cujus os est circiter decem pedum in ambitu: Tenebricosa apparet, sed partibus orificio propioribus, quantum inspicere licet, tam superiori quàm inferiori latere acutis lapidibus, quasi brevibus crassisque elephantis dentibus obsita, mira aspectu; nec absimilis piscis, qui galeus dicitur, hianti palato, vel picturæ, qua *Inferni introitum* solent repræsentare. Hæc ille.

Pag. 221. Gehennam supra cœlum.] Talem Homerus intra infernum statuit, *barathrum* appellans, & *tartarum*, in hisce versiculis, *Iliad.* 8.

Ἠμιν

Ἤ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα
Τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον·
Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς,
Τόσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Aut ipsum prehensum projiciam in Tartarum caliginosum,
Procul admodum, ubi profundissimum sub terra est barathrum;
Ubi & ferreæ portæ, & æreum pavimentum,
Tantum infra Infernum, quantum cælum distat à terra.

Memorat hoc loco *ferreas portas*, & tale pavimentum, hoc est, Infernum *infra Infernum*. Ex hoc versu Τόσον ἔνερθ' ἀΐδεω, Scholiastes (fortasse præter mentem Poëtæ) philosophatur de sphærica mundi figura, hunc in modum: Τοσοῦτόν φησι τὸν τάρταρον ἀφεστάναι τοῦ ᾅδου, ὅσον ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς· διὰ δὲ τούτου σφαιροειδῆ τὸν κόσμον συνίστησι, κέντρου λόγον ἐπέχουσαν εἰσάγων τὴν γῆν, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς ἐκβαλλομένας εὐθείας εἰς ἑκάτερα τὰ πέρατα ἴσας λέγων εἶναι· Sic verò Homeri mentem *Virgilius lib. 6. Æn.* expressit:

Bis patet in præceps, tantum tenditq́ sub umbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

Plures esse terras, plura inferna, pluresque cælos.] Ante biennium hoc *R. Mejr, Fürthensis* Ἀρχισυνάγωγος, senex viridis animo ac vigens, & cum corpusculo suo colluctans, librum MS. mihi ostendit, Caballisticis pariter ac mathematicis figuris refertissimum; cujus auctorem Constantinopoli vixisse tradunt: Titulus libri hic erat, סדר לאברהם Dividitur in sectiones septem, agens de *septem terris*, & totidem *cælis*. Terras, festinante calamo, tunc exscripsi, numeris ac nominibus hisce distinctas; quæ quidem eadem serie in ספר הזוהר recensentur:

עליונה	תבל
שניה	ציה
שלישית	נשיה
רביעית	גיא
חמישית	ארקא
ששית	ארמה
תחתונה	ארץ

Interrogavi tunc facilem ac promtum senem, quinam terrarum septem incolæ forent? Nos superiores, ait, omnium sumus perfectissimi; paullò inferius imperfectiores creaturæ (*die unvollkommenere Beschaffnissen*) subsequuntur; velut *bicipites*, vel etiam *naso carentes*, & alii. Credat Judæus Apella! Similiter & Indorum Bramines *septem* sive *mundos subcælestes*, sive *cælos septem* potiùs animabus beatorum, ex sententia sapientis Barthrouherri, tribuunt; qui à summis præsidibus suis, hunc in modum, denominantur: *Indre locon* (sive *Devvendre locon*) *Agni locon, Niruti locon, Wajouvia locon, Cubera locon, Isan-ja locon, & Warrouna locon.* Hæ beatitudinum sedes tanta scilicet abundant felicitate, ut eò commeantes, majorem sibi ne voto quidem fingere possint, aut velint: Quælibet enim anima locum suum pro beatissimo habet. Præter hos *septem cælos*, qui omnes sub uno nomine (*Devvendre locon*, sive *Surgam*,) continentur, melior ac superior adhuc est *Bramma locon*, ubi Numen istorum Bramma habitat, haud multum infra cœli ipsius fastigium: Ex hac immortalitatis sede non datur reditus in terras; ex illis verò septem revocant gradus suos, varia rursus corpora repetentes, donec longinquitate certi temporis mitigatæ, cœlum ipsum ingrediantur. Super hæc *duo Inferna* Brachmanes isti condidere: *Jamma locon*, è quo animæ, post varias pœnas, in hunc mundum revertuntur; & *Antàm táppes*, sive barathrum, à densissimis tenebris ita dictum, unde superas ad auras rursus evadere non licet; sed descensus iste inferni æternus est, cujus cruciatus spinæ, cornices ferreis rostris præditæ, canes item mordaces, & morsicantes muscæ (quarum nempe rex est Baalzebub) nec non conclamatum frigus (ut cum Macrobio sic appellem) cumulant atque adaugent. *Abr. Rogerius* (Germanica veste pridem à me indutus) *Part. II. Ostii, ad Gentilismum reserati, cap. 21.*

Pag. 222. 223. Figuram manus suæ expressisse.] Elegans fabella hæc, *de manu Absolomis*, propè accedit ad pedes, aut *vestigia Adami*, in insula Indiæ Orientalis *Zeylan*, sive *Seylon*; ubi mons est, qui à Muhammedanis *Sarandib*, à Lusitanis verò (ob rupis similitudinem) *Pico de Adam* vocatur. In hoc igitur monte

vagran-

vagrandia Adami vestigia ostenduntur, manu ejusdem lapidi incisa; postquam scilicet (Muhammedicum istud commentum est) è Paradiso cum costa sua expulsus, in montem illum altissimum confugit. Quare & incolæ religiosam quotannis peregrinationem illuc instituunt, Rexque ad fidem Christianam conversus, Don Joan, mensuram vestigiorum Adami in urbem *Candy* transtulit. *Joris van Spilbergen, in primo Itinere suo, pag.* 41. Idem affirmat recentior testis, *Alb. Herport, in Itiner. Orient. pag.* 173. montem hunc *Hacman* appellans; in cujus fastigio, haud procul à templo, multis ardentibus lucernis fulgentissimo, præter illa vestigia, terream Adami imaginem, insanæ magnitudinis, conspici jacentem perhibet.

Pag. 234. Dipoi sacrifica al Cielo.] Videtur Rex Tunchmensis *&* *Cælo* *&* *Terræ* sacra facere, si pensiculatius ea æstimemus, quæ *Gio. Filippo de Marini, Part. I. delle Mißioni del Giappone, e Tunchino, lib. I. cap.* 12. tradit de sollemni more illo: *Il Re ancor' esso accompagna l' oratione de Mandarini, con tacite preghiere: e queste finite, com' in atto di prenderne commiato fa* al Cielo *riuerente inchino. E riuoltosi* alla Terra, *prende egli l' aratro in mano di bello, e vago lauore, e con esso la fende e tira alcun sulco, ricordandole, ch'* ella, come madre feconda, *renda il seminato cresciuto in copiose raccolte.* Venerationis hujus causam videtur innuere, quoniam terra (velut natura) secunda parens, sive mater est; cui, ceu magnæ Matri, sive Telluri, sacra eadem fiunt. Sed omnium clarissima verba sunt, quæ sequuntur: *In fine al Re è portata acqua da lauarsi le mani, se a sorte le hauesse contaminate più tosto, che consacrate con le offerte superstitiose,* che fece al Cielo, & alla Terra, *cosi finita si tornano a sparare tre pezzi di artiglieria.* Videsne, ut in proverbio sit ovorum similitudo?

Pag. 240. Recordamur piscium—alter de scortatione ista explicat.] Unde etiam Astrologi (observante *Lud. Nonnio lib. III. de Re Cibar. cap. 7.*) deditos fore *libidini* præsagiunt, qui *pisces* in horoscopo habent. *Manilius lib. 4. Astronomicon* sic infit:

Scilicet in piscem *sese* Cytheræa *notavit,*
Cum Babylonicas submersa profugit ad undas,
Anguipedem alatos ungues Typhona ferentem;
Inseruitq; suos *squamosis* piscibus ignes.

Quare & antiquis persuasum erat, marina omnia salaciora esse, quod è mari sit orta Venus; atque ut Oribasius, Paulus Ægineta, aliique Medicorum docent, mollis carnis pisces, ac testacea omnia, inter ἀφροδισιακὰ, maximas vires habent. Hinc peritè senex amator, *in Plauti Casina, a. II. sc.* 8. (ubi de nuptiis Olympionis nempe & Casinæ loquitur) potissimum jubet *emi sepiolas, lepadas, lolligunculas.* Cibos nominat, qui novo marito, ad Veneris sacra benè obeunda, magis conducunt. Non ignoravit hoc eruditissimus ille rei culinariæ, apud Antippum Comicum:

—— —— ——— *Μειράκιον ἐρωμένην*
Ἔχον, τὴν πατρῴαν οὐσίαν κατεσθίει
Τούτῳ παρέθηκα σηπίας, καὶ τευθίδας·

—— —— —— *Si quis adolescens amicam*
habet, & patrimonium dilapidat,
huic appono sepias, ac lolligines.

Mollia sunt piscium genera, quæ Græci μαλάκια vel μαλακόδερμα nuncupant, nec squamas, nec asperam cutem, aut testaceam, sed mollem, instar humanæ carnis, habentia; cujus generis sunt *sepiæ* & *lolligines.* Diphilus apud *Athenæum lib. VIII.* refert, *sepiam* esse teneræ carnis, & ori gratam. Sepiæ affinis est *lolligo*, major & minor: Apud lautos, præsertim in calidioribus regionibus, in honore sunt; minores præcipuè, quæ citius coctionem admittunt, quàm sepia. Ex testaceis verò est *lepas*, pari cum ostreis facultate, & conchæ marinæ genus; ceu *Nonius Marcellus* nos docet. Cæterum *pisces marinos in nuptiis adhibitos* fuisse, inter Græcos testatur *Epicharmus*, nobilis Poëta, cum nuptias Hebes describit: Idem facit in Timone *Antiphanes.* Inter Latinos *Varro*, in fragmento Satyræ Sexagesis: *Tum nuptiæ videbant ostreas lucrinas.* Itemque *Plautus*, *in Aulularia, a. II sc.* 9. ubi de Euclionis filiæ nuptiis:

Dromo

Dromo, desquama pisces, *tu Machario*
Congrum, muræmam *ex dorsua, quantum potes.*

Quid? quod *pisces, libidines*, & *meretrices*, à veteribus haud raro conjunguntur; ceu fomes, scintilla, & ignis: Demosthenes Rhetor, apud *Athenæum lib. VIII.* Philocratem ob lasciviam carpit & gulam, postquam ex auro proditionis *meretrices piscesq;* coëmit. Ita *meretrix* quædam, apud Eundem, *lib. IV.* cum frugi & sobriis Philosophis expostulat: *Nullus vestrum, ô viri, barbam collectam habentes*, piscem *comedit.* Referamne, quam vix referri fas est, turpiorem Tiberii infamiam? Hic quasi pueros primæ teneritudinis, quos *pisciculos* vocabat, instituit, ut *natanti* sibi *inter femina* versarentur. *Suet. cap.* 44. Cæterum ad piscationem amatoriam piscator iste, Cyrtion, rogatus à virgine, suam vestem uti servet, dum abluitur mari, apud *Aristænetum lib. I. epist.* 7. alludit his, inter alia, verbis: Τῷ ἀγκίστρῳ προσπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν ἀνασπῶντι, ait προσῆλθέ τις εὐπρόσωπος κόρη· *Dum pulcherrimum piscem traho, ecce, accedit decora virgo.* Καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἔφη· Ἑτέρα πολλῷ βελτίων τῆς προτέρας ἐμπέπτωκεν ἄγρα· *Tum ego mecum: Alia incidit captura, longè potior.* Et ubi satias istam cepit marinæ lotionis, dixit, visa exeunte è fluctibus virgine: Οὕτω τῆς θαλάττης τὴν Ἀφροδίτην εὐπρεπῶς προϊοῦσαν γράφουσιν οἱ ζωγράφοι· *Ad hunc modum decorè pingunt Venerem, emergentem se è mari.* Pertinere huc possunt illa *Hygini in Poëtic. Astron.* quodam tempore Venerem cum Cupidine ad flumen Euphratem venisse, & eodem loco repente (quod anteà dixit Manilius) Typhona giganta apparuisse; Venerem autem cum filio in flumen se projecisse, & ita figuram *piscium forma* mutasse; eòque pacto periculo esse liberatos. Itaque postea Syri, qui his locis sunt proximi, *pisces duos* pro Diis habuere; ita enim *Germanicus*, in Aratæis: *Syriæ duo numina pisces*, quæ erant *Venus* & *Cupido*. Atque hæc ipsa Venus *Derceto*, *Atergatis* (cujus ὕψωμα, sive exaltatio est *piscium* dodecatemorion, quod Chaldæi, Zodiacum dispertientes, ei tribuerunt) vel dea *Adirdaga* (Hebraicè enim אדיר דג, *Adir dag*, nihil aliud quam *magnificus*, seu potens *piscis* est) item *Dagon*, sexu & sensu masculo (ne loquar impurius) rectè exponitur à *Jo. Seldeno, Synt. II. de diis Syris, cap.* 3. Erat enim eadem ipsa, qua Dagon, sub Odaconis & O-

annis

annis fabula intellectus, figura; hoc est, *semipiscis*, sive homo *piscem* referens. Testis *Lucianus*, qui dimidiam mulierem vidit, & observavit curiosius: Ἡμισέη μὲν γυνή, τὸ δὲ, ὁκόσον ἐκ μηρῶν εἰς ἄκρους πόδας, ἰχθύος ἀποτείνεται· Idem scribit *Diodorus Siculus lib. II. Biblioth.* de statua *Dercetûs*, in Ascalone sacrata: Τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικός· Τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος· Quàm apta autem (pergit *Seldenus, cap.* 4.) fœcundo & promiscui generis Numini huic marina illa figura Dagonis fuerit, ostendunt & priscæ fabulæ, quæ *spuma marina* (hæc Oppiano εἴκελος ἀφρῷ ἰχὼρ, *similis spumæ sanies* dicitur) ortam Venerem cantant, *spumigenam* à Martiano Capella appellatam; & Philosophorum placita, queis nullum terrestre aut volatile animal tam fœcundum, quàm unumquodque marinorum esse memoratur. Hæc ipsa, ni fallor, fœcunditas causata est *filios*, sive *nepotes*; quorum causam se nescire fatetur ferè *Edoardus Baro Herbort. lib. de Relig. Gentil cap.* 8. sic enim ait: *Piscis quoq; inter Orientales, sed præcipuè Assyrios, divino honore cultus fuit; cui sive* filios, *sive* nepotes *tribus*, nescio quo figmento, *videre est apud Germanicum Interpretem, & Hyginum.* Numerosam hanc *filiorum* & *nepotum* sobolem, quæ ovorum conceptione gignitur, ab ipsa quasi natura studio impediri, ne scilicet maria ac stagna in angustias redigantur; satis indicat *Grapaldus lib. I. de Part. Ædium, pag.* 95. hunc in modum: *Sed non omnibus contingere in tanta copia, ut fœtum educant, manifestarium; alioquin replerentur maria, & stagna,* cum singuli uteri innumerabilia *contineant.* Rem ipsam loquitur *Oppianus lib. I. de Piscat.* ℣. 498.

—— —— Πολλὴ γὰρ ἐν ἰχθύσιν ἐστ' ἀφροδίτη,
Οἰστρός τε, ζῆλός τε, βαρὺς θεός, ὅσσά τε τίκτει
θερμὸς ἔρως, ὅτε λάβρον ἐνὶ φρεσὶ κῦμα ὀρίνει·

—— —— *Copiosa enim inter pisces est Venus*
Stimulusq;, & Zelus, gravis Deus, & quæ (alia) *parit*
Calidus amor, quando vehementem in animis lasciviam excitat.

Inde & *lib. II. de Venat.* ℣. 394. molli subo (in duobus degenti elementis) ὑπείροχα φίλτρα, *modum excedentes illecebras,* prout vertit Cl. Rittershusius; vel, ut M. Piccartus Latino carmine expressit, *insoli-*

insolitosq; furores, v. 602. tribuit. Hinc *filii*, inquam, & *nepotes*, piscis illius Orientalis; hinc delphini, ἠΰτε κοῦροι Ἠΐθεοι στείχουσι, νέον γένος (rursus *Oppiani lib. I. de Piscat. vers.* 674. 675. verba hæc sunt) *tanquam adulescentes Juvenes incedunt, novella soboles*: Hinc denique respectu *nepotum, senes*, & (quod Rittershusius, in commentariis, probè monuit) *senectus* quoque *venerabilis* piscium, *lib. eod. vers.* 683.

Πρεσβύτατοι· γῆρας γὰρ ἐναίσιμον ἄνδρα τίθησιν·

Senes: senectus namq; venerabilem virum reddit,

Verùm ne sacerdotes ἰχθυομάντεις, apud Suram, Lyciæ vicum, imitari videar, qui ex vario piscium motu, accessu recessuve, non secus ac Tiresias, aut Polydamas, ex avium volatu, futuros eventus prædicebant; & ne nimis ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν, quod ajunt; nunc tandem (promissi memor) ad carceres redeo, ac loci illius *Num. XI, 5.* explicationem pergo urgere: *Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis.* Proprio sensu verba hæc exposuit *Pinto Ramirez, in Spicilegio Sacro, Tract. I. cap.* 39. *&* 41. deque abundantia & excellentia piscium accepit, quos Nilus emittebat; quibusque capiendis, dulcibus & carnosis, pars magna gentis illius impendebatur, quæstui faciendo. Facit huc *Esaias cap. XIX.* ubi pœnas Ægypto infligendas fusè describit; deinde *à vers.* 8. ita ad rem præsentem: *Et mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent. Confundentur, qui operabantur linum, plectentes & texentes subtilia; & erunt irrigua ejus flaccentia; omnes, qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.* Dolebant igitur carnales Israëlitæ, suavissimos Nili pisces, vilique, sive gratis comparatos, sibi eripi; quos sciebant apud alias gentes carissimo id temporis stare, vixque aliquid pretiosioris alicujus pisculenti, nisi ad viros ditissimos, devenire. Sed novi ego, cum Symmacho, quid valeat adagio, Sus Minervam.

Pag. 241. Hortus clausus, ad servatam fidem conjugalem.] Hic sensus est, nî fallor, Græci istius apologi apud *Heraclitum* (quem Leo Allatius Excerptis variis Græcorum Sophistarum ac Rhetorum præmisit) *de Incredibilibus cap.* 20. ubi Hesperidum *hortus* & *mala*, & *horti custodia* rem pariter ac fidem muliebrem

 brem

brem denotare mihi quidem videntur : Τοῦτον διαπρεπεῖς ἐθήρευσαν γυναῖκες, καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιθυμίαις ἐνδήσασαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, εἰς τὸ λοιπὸν ὑπηρέτην ἔσχον, καὶ φύλακα τοῦ κήπου. *Illum* (hominem, nomine Draconem) *mulieres egregia forma ceperunt, & amatoriis devinctum illecebris, in posterum servum possederunt, hortiq; custodem.* Quidnam vero aliud sunt χρύσεα μῆλα, quàm ipsæ ἐρωτικαὶ ἐπιθυμίαι? quid κῆπος, quàm τὸ ἐφήβειον τῶν γυναικῶν, ceu Hesychius exponit? *Aristanetus lib. 1. epist.* 10. conjungit etiam *hortum* cum *pomo*, hunc in modum: τοῦ κήπου τῆς Ἀφροδίτης κυδώνιον ἐκλεξάμενος μῆλον, *in horto Veneris cydonium decerpens malum*, & quæ sequuntur. Vulgi verbio Germanorum *hircus* horti custos, sive *hortulanus*, ipse adulter appellatur. Et potest illud proverbiale huc alludere, ceu monet Scaliger, in Priapejis: Γλυκεῖ ὀπώρᾳ, φύλαξ ἐλλειπέστατος. Apud Diogenem Laërtium Stilpon negabat, Minervam deam esse, quia fœmina esset; quem ita irrisit Theodorus Cyrenaicus: Ἦ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; *An retecta & sublata veste ejus hortum contemplatus est?* In hac significatione *Hortum* (ut *genitale arvum*, Virgilius) honesta metaphora, Ovidius in Metamorphosi usurpavit:

> Fœmineos hortos *in olentes vertere menthas*
> *Persephonæ licuit.*

Euripides quoque, Cyclope, λειμῶνα sive *Pratum* vocat: Sic apud Græcos Νάπος, sive *Saltus* usurpatur. Hesychius, νάπος, γυναικὸς αἰδοῖον. Plautus, Casina: *Ubi illum* saltum *video obseptum.*

Pag. 249. Si les douleurs de l'enfantement la surprenoient en chemin.] Quod scriptor Arabs, Vattierio interprete, de fœminis, Tamerlanis castra secutis, tradit; idem & Græcus ille Constantinopolitanus, *Georgius Philippinus*, D. Gabrielis, Metropolitæ in urbe Philippopoli, minister olim & cubicularius (quem aliquot abhinc annis in religioso ad Jordanem itinere sequebatur) retulit mihi de fœminis Arabum, qui *Cafires* vulgò appellantur, calogerorum illuc proficiscentium custodes pariter ac duces; illorum enim vel unum latrones in metu habent. Quid factum in tempore? Cafirem tunc ex more vagæ istius gentis, uxor quoque sequebatur, ceu patrem hædorum,

quocum

—— —— —— quocum sua læta capella est,
& mas quocunque est, illi sua fœmina juncta, &c.

Maritus illam longioris viæ sarcinam aliquoties expectans, ut servaret vestigia, seriò adhortatus est: Fœmina, velut ipsi necessitati quàm occultissimè parens, capite infantis ex utero sine mora protracto, fœtum in ulnas recepit, ad viatores admiratione obstupefactos statim rediit, & tolutim badizavit.

Hæc gens bestiæ assimilata est.] Velim, nolim, *ex Annotationibus meis ad Epist. I. Busbequii*, nostro, idiomate conscriptis, & ante decennium hoc ferè, in lucem editis, nonnulla repetere & dilucidè magis explicare, opus est. *Bestias* nimirum, sive *feras morum* esse *characteres*, funebris Servianorum ritus (quem Busbequius in pago Jagdona, viderat) haud obscurè innuit: *Erant in cœmiterio,* ait, *erectæ in palos aut longurios pleraque* cervorum *&* hinnulorum, *&* similium ferarum *de ligno dedolata* effigies: *Cumque causam quæreremus, ajebant, maritos vel patres eo monumento voluisse testari,* conjugum *aut* filiarum, *in obeundis domesticis officiis,* celeritatem *& diligentiam.* Neque fortean absurdum fuerit existimare, etiam hunc ritum Græcis familiarem fuisse; quoniam in Diogenis Cynici sepulchro *Canis*, in Philagri *Corvus* lapideus, & in Isocratis *Aries* fuit. *Kirchman. lib. III. de Fun. Rom. cap.* 8. Quid? quod Magi etiam Persarum, inquit *Porphyrius lib. IV. de Abstinentia*, §. 16. τὴν κοινότητα ἡμῶν τὴν πρὸς τὰ ζῶα αἰνιττόμενοι, διὰ τῶν ζώων ἡμᾶς μηνύειν εἰώθασιν· *Nostram cum animalibus convenientiam subinnuentes, eorum nominibus nos indigitare solebant. Ita eorundem sacrorum participes symmystas.* λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας, ὑαίνας ὑπηρετοῦντας κόρακας, leones *vocabant*, *fœminas verò* leænas; *subministrantes autem* corvos. *Leænas* I. Valentinianus transtulit ὑαίνας, autoritate Kircheri, ceu monet in annotatiunculis ad Porphyrium. Pergit hic: *Et in patrum memoria idem mos obtinuit*: Ἀετοὶ γὰρ καὶ ἱέρακες οὗτοι προσαγορεύονται· ὁ τε τὰ λεοντικὰ παραλαμβάνων, περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς· *Hi enim* aquilæ *&* accipitres *nominantur: qui autem illis sacris, quorum symbolum est leo, initiatus est,* omnimodis animantium figuris *induitur.* Ad eandem cum animalibus convenientiam, meritò referri debet *Lupa* ista in Capitolio Romano, de qua *Lactantius lib. I. de Falsa Relig. cap.* 20. id affirmat:

Romuli nutrix Lupa *honoribus est adjecta divinis. Et ferrem, si id* animal *ipsum fuisset, cujus figuram gerit*; *auctor est Livius, Laurentiæ esse* simulacrum, & *quidem* non corporis, *sed* mentis *&* morum. Egregiè (exclamat *Justus Rycquius, in Comment. de Capitol. cap.* 24.) parentis sui & conditoris honori consuluere Romani, cùm dissimulatis fortuitæ, sed impuræ ejus nutriculæ officiis, *sub* artificioso excogitati *animalis schemate* rem pudendam obtexerunt. Ob hanc ipsam convenientiam Romani homines appellati fuere his nominibus: *Leo, Ursicinus, Catullus, Lupus, Leporius, Aper, Apronius, Caninius, Castor.* Hinc illa etiam Germanorum nomina, hodieq; usitatissima: *Leopoldus, Leonhardus, Wolfgangus, Lambertus, Bernhardus, Ursula*; quæ nihil aliud quàm *Leonis, Lupi, Agni, Ursi,* vel *Ursæ,* proprietates denotant. Simillima & maximè gemina cognominatio Hebræorum est; hi enim *Leones,* & *Cervi,* & *Ursi,* & *Lupi* & *Oves,* in Germania quidem (*Lövv, Hirsch, Beer, Wolf, Schaaf,*) nuncupantur; & quod magis mirum videri debet, Hebraicum juxta ac Germanicum nomen, licet idem significans, in simul conjungi solet à Judæis, tali modo: צבי *Zbi*, sive, *Zevi Hirsch*; item, ארי *Ari Lövv.* Imprimis verò geminum hoc nomen præ cæteris amant, quoniam tribus *Juda Leoni*, & terra sancta *Cervo* in sacris rectissimè conferuntur. Unde & Hebræo illi apud Amstelodamenses, doctissimo, mihique olim (ob perfectissimam è ligno templi Salomonis structuram) notissimo, nomen pariter ac cognomen, idem ferè significans: *Juda Leon.* Anni superioris æstate Judæus ille Polonus, *Ari Lövv*, vir haud indoctus, in Germaniam venit; cujus nunc commentarius practicus in V. T. Wülmersdorfii, cum hoc lemmate, ארי לב *Ari lev*, id est, *Cor leonis*, imprimitur. De *Cervo*, glossema Rabbinorum illud est: Sicut corium, ajunt, cervo semel detractum, nunquam ossibus ita induci potest; quin æquor illud (ut Agelli verbis utar) cutis irrugetur: Ita & terra sancta, adinstar cervi à Turcis excoriata, nunquam habitum formamque pristini status recipiet, quin sulci fiant rugarum. Præterea notus est. *R. Isaschar Beer*, id est, *Ursinus*, auctor מקור חכמה Id est, *Fontis Sapientiæ*, in quo breviter & perspicuè explicat (Buxtorfium testor in Bibliotheca) sensum rerum, quæ in *Zohar* tractantur. *R. Benjamin,*

ואב

זאב *Seef*, sive *Lupus*, qui, eodem teste, שאלות ותשובות, & (quod Tu nuper *Hinckelmannum nostrum* docuisti) אמרות טהורות, hoc est, librum, difficiliora vocabula, in *Zohar*, quoque explicantem composuit: Atque *Bosnensis* iste fuit. *Pragensis* ex Italia novissimè, per aspera & devia, erepsit, & huc adventavit, *R. Benjamin Wolf* dictus, qui bimulus lumina oculorum amisit quidem, sed ad cætera non caligat; vir stupendæ memoriæ, & concionator facundissimus, quem Veneta simul ac Fürthensis Synagoga summis laudibus extollit: Pragæ ultra centum discipulos sæpè erudit, disputat; &, quod gloriatione dignum est, *magistrum in Tosephos*, hoc est, additionibus Talmudicis, seipsum coràm jactitat. Verùm hæc ὡς ἐν παρόδῳ· De cætero eximius restaurator iste regni Judæ & Israëlis, *Sabethai Zevi* (è cervo scilicet *canis* ostiarius, ac *Phylax* ad portam Ottomannicam factus) *sapientes* quatuor, vel quinque Hebræorum (quos *chachamim* vocant) Smyrnæ, animo irato & percito, quod ipsum contemnerent, è Synagoga exturbavit; & singulis impurorum animalium nomina imposuit, *Cameli*, *Leporis*, *Porci*, & *Cuniculi*: Malum hoc etiam præminatus, viderent, ipsos prohibitas eorundem carnes esse epulaturos. Scripsit, quod vidit, *Thomas Cœnen*, Evangelii tunc Minister Smyrnensis, *in't Historisch Verhael van Sabethai Zevi*, *pag.* 37. Hæc de nominibus Judæorum dicta sufficiant: Siti arentem Tantalum ad ספר שמות *R. Gersonis Haccohen* ulteriùs remitto, ut ex illo fonte plura hauriat. Nunc verò ad nostram cum animalibus convenientiam Porphyrii revertar: *Æsopus* in Græcis, *Phædrus* in Latinis, *Locmannus* in Arabicis fabulis, *R. Barachias Nikdanus* in Hebraicis vulpium parabolis, hac intentione, de moribus loqui inter se, fingunt animalia. אגרת בעלי חיים liber est, in quo colloquuntur *homo*, *fera*, *jumenta*, *aves*, *reptilia*; *& vires*, *virtutes*, *vitia*, *proprietates*, *ac natura singulorum*, explicantur; Ex Græco dicitur conversus esse in linguam Arabicam; ex Arabico transtulit eum R. Kalonimus. Quare & *morum à brutis* institutionem petiit *Ant. Balinghemius*, juxta ordinem alphabeticum virtutum ac vitiorum. Hac fini etiam Anglus ille πολιτικώτατος, *Jac. Hovvel*, sub finem *Discursuum Historico-Politicorum* (quos præclarus ac nobilis interpres vertit Germanicè) *magnum*

ceu vocat, *avium Senatum* convocavit; de rebus Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ diu multumque consilia agitantium. Præterea Delphicum illud Oraculum, *Hugo Grotius*, Delphensis, *lib. V. de Relig. Christ.* tùm primùm autumat Deum quædam animantium genera (cum nempe populus in Ægypto pravis superstitionibus ejus gentis imbutus esset) edi vetuisse; quod, *in lege illa umbratica, certis animantium generibus certa hominum vitia* notarentur. Vestigia, credo, *Barnabæ, in Epistola Catholica* secutus, qui ait: Οὐκ ἔστιν ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ, τὸ μὴ τρώγειν· Μωσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησε, τὸ ὗν, χοῖρον, πρὸς τοῦτο εἴρηκεν· οὐ μὴ κολληθήσῃ, φησὶν, ἀνθρώποις τοιούτοις οἵ τινες ὅμοιοί εἰσι χοίροις· *Non præceptum Dei propriè est, hoc vel illo non vesci, sed in spiritu dixit ista Moses. De porco hoc est, quod voluit; nolite conglutinari cum hominibus illis, qui porcis sunt similes. Haud aliter de aquila, corvo milvio, hyæna, mustela,* cæterisque animalibus impuris judicat. Sed verba legis divinæ propriè accipienda sunt? *Hugo Menardus*, in notis & observationibus suis ad Barnabam, prudenter monuit: *Verba S. Barnabæ ita accipienda sunt, quod etsi Deus vellet mandatum observari; tamen potiùs desiderabat, ut ea, quæ spiritaliter lex desiderabat, facerent.* Easdem etiam leges sic *Novatianus*, *libro de cibis Judaicis* (atque ex hoc *Isidorus cap. 9. Comment. in Leviticum*) mysticè interpretatus est: *Quid enim vult sibi lex, cum dicit: CAMELUM* (quibus nominibus Sabethai Zevi Sapientes, sive Rabbinos Smyrnenses vexaverat) *non manducabis; nisi quoniam de exemplo animalis vitam damnat enervem, & criminibus tortuosam. At cùm SUEM cibo prohibet assumi, reprehendit utiq; cænosam, & luteam, & gaudentem vitiorum sordibus vitam, bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem: Aut cùm LEPOREM, accusat reformatos in fæminam viros.* Idem ex antiquis Ecclesiæ Doctoribus judicavit *Augustinus*, si nimirum *D. Ludovico Rabus*, qui *Tom. I. Conciliationum, Loc. XI.* de mundis & immundis, *ex lib. VI. contra Faustum Manichæum, cap. 6. & 7.* hæc, inter alia, collegit, credimus: *Fortasse, quod est in rerum figuris* porcus, *hoc est in rerum genere* stultus; *& tam illud animal, quàm ista duæ syllabæ, quod dicitur stultus, quiddam unum idemq; significat. Immundum quippe illud animal in lege positum est, eò quòd non ruminet. Sunt autem* homines, *qui per hoc* animal *significantur*, immnndi, *proprio vitio, non natura; qui cum libenter audiant verba sapientiæ, postea de his omninò non cogitant.* Fallor, *R. Isaac Abravanel* unum atque idem sentit?

R. Mena-

R. Menachem per impura iſtæc animalia *Lev. XI.* gentes intelligit Babylonicas, Medicas, Perſicas, Græcas, & Romanas. In hunc maximè modum *animalia quatuor* totidem monarchias *Dan. IIX.* nobis non ſignificare ſolùm, ſed etiam declarare arbitror. *Baal Hatturim* in gloſſemate ſuo *ad Deut. XIV.* vetitas feras de *infidelibus* accipit, qui impuris animalibus aſſimulantur. *Henr. Ainsvvorth* hæc in Leviticum doctiſſimè commentatus eſt, quæ de Britannicis verſa, ſic habent: *Comedere, communionem ſignificat, ceu, quando Deus Petrum per viſionem vocat, ut evangelium cum gentibus communicet, dicit: Surge Petre, occide, &* manduca. *Act. X, 13. Surge itaq́, & deſcende,* & vade cum eis, *nihil dubitans. v. 20. Dixitq́ ad illos: Vos ſcitis, quomodo abominatum ſit, viro Judæo* conjungi *aut* accedere *ad alienigenam. v. 28.* Quadrupedia *terræ, &* beſtiæ *denotant* homines. *v. 12. Neq́ id infrequens eſt in SS. Scripturis, Eſa. XI, 6, 7. 8. Ezech. XXXIV, 31. Zeph. III, 7. Matth. VII, 15. ubi* oves, *nec non* lupi rapaces *commemorantur.* Hæc toto quidem diviſus orbe, ſed non mente Britannus. *Chryſoſtomus Homil. XXIII. in Gen.* animum hominis inconſtantiſſimum deſcribens, eum modò ſe habere inquit, *tanquam* pullum onagri, *Job. XI, 12. modò ſicut* equum & mulum, *Pſal. XXXII, 9. modò ut* canes *impudentiſſimos neſcientes ſaturitatem. Eſa. LVI, 10.* Cæteraque, quæ ſunt generis ejuſdem. Hinc Pythagoræ, qui ſanè Hebræis doctoribus multa debet, dogmata de cibis: *Melamiros ne guſtes.* Quo ſymbolo monere voluit auditores ſuos (ſic enim Plutarchus explicat) ne cum improbis commercium haberent: Et noſtri quoque ſcriptores, malos & improbos, nigros & atros vocant. *Non edendus erythinus,* quo nos à ſanguine & vindicta abſtinere monet; imitatus Hebræos, quibus ideò præceptum eſt, ne ſanguine veſcantur. *Animalia unguicurvia non nutrienda,* hoc eſt, rapaces homines fugiamus, néve inter familiares & domeſticos habeamus; quoniam rapiendi deſiderio inſatiabilique aviditate omnia confundunt, & & conturbant. Fuit etiam Hebræis religio, veſci iis avibus unguicurvibus. De his *Lil. Gyraldus Tom. II. Operum, fol. 474 478.* ulteriùs videri poteſt:

Sed longus fio, dum brevis eſſe volo.

Pag. 271. Stercoraria idololatria.] Pharaonis filia Ægyptiaca ſuperſtitione imbuta; dubio procul Iſidis imagunculas co

per nuntios suos *non* quæsiverit *de ratione* baptismi, *sed de autoritate* baptizantis: *Non quid* sibi vellet baptismus, *sed unde* licentia illa ita baptizandi? *Joh. I,25.*

Pag. 286. Manus osculum, honoris est, & reverentiæ.] *Qui adorant*, inquit Hieronymus, *solent deosculari manum, & capita submittere.* Manum igitur per contemtum ac fastum Cænidi, patris concubinæ, sed uxoris loco habitæ, osculumq; (ut assueverat) offerenti, Domitianus osculandam porrexit. *Sueton. cap.* 12. Nam manum osculari, inquit Torrentius, summæ reverentiæ erat indicium. *Plutarchus*, de Catone Uticensi: *Ejus abitum ægrè ferentes milites, vestes suas, qua iturus erat, sternebant, & manus deosculabantur.* Hinc illa, in literis Gallorum, formula, sub finem: *Je vous baise les mains.* Nec non Hispanorum salutantium. *El beso las manos*; de quo ritu, eruditè, ceu solet, *Seb. de Cobarruvias, Tesor. de la Lengua Castellana*, in voce *Besar.*

Pag. 305. O utinam brevi is detur: quantam & quam solidam apud omnes bonos inibit gratiam!] Datur is, inquam, eandem apud Te, Vir optime, quam apud omnes initurus gratiam, *D. Jobus Ludolfus*; cujus laus (nihil auribus do) major est, quàm ut manu mea attentari debeat. Is ipse (quid cesso veritati nomen suum reddere?) se mihi dedit, in literis, *d.* 15. *Nov. a.* 1673. *Altenburgi* (cum ex aula Suecica & Danica modò reversus, esset occupatissimus) exaratis; ad quæstionem meam, de tabula illius Æthiopica: *Tabula mea*, inquit, *Geographica Æthiopiæ, seu (ut magis propriè, sive specialiter loquamur) Abissiniæ, nondum typis excusa est, MStam tantum nonnullis Magnatibus, scilicet Regi Daniæ FRIDERICO III. Electori Palatino CAROLO LUDOVICO, & aliis quibusdam Principibus viris concessi. Imprimere verò propterea distuli, quò aliquandò perfectior prodeat; simulq; Orbi literato ostendat* veros Nili fontes, *ejusq;* cursum, *per mare, sive potius lacum* Tzana, Bahr-Tzana *dictum, planè in amplum gyrum; donec innumeris fluminibus auctus, partim* versus Septentrionem *In Ægyptum, servato* Nili *nomine; partim* in Occidentem, *ad Nigritas fluat; ibiq;* Niger, *mutato nomine, sed natura sua per omnia servata, vocatur. Illius autem loci, ubi divisio duo-*

 rum

rum Nilorum *contingit*, *Dominus*, *est Rex*, *sive Imperator Abissinorum*: *Unde* Abissini *se jactant*, *posse à se* dextrum *Nili* alveum *obstrui*, *omnesq́; ejus aquas* in Occidentem *derivari*; *ut non nisi* fluvii, inferiùs paulò *illabentes*, in Ægyptum *perveniant*: *Quæ res toti Ægypto exitio futura esset.* *Id non tantùm ex Abissinis meis intellexi*, *sed jam pridem* divisionem *Nili* in duos *ingentes* alveos, docuit *Geographus Nubiensis*, *Arabice*: *Quem locum exscripsit Athanasius Kircherus*, *in Oedipo suo*, *sed non intellexit*, *nec verum sensum animadvertit*: *Atq; sic Nili cursum* in rudi *sua* tabula *geographica descripsit*, *ut si eum* in Ægyptum *deducere velit*, duos circulos *constituere opus habeat. Ut ferè illi, qui ingenii sui fœtus nimis festinanter in lucem producere amant, minus accurati esse solent. Nam si descriptionem Geographi Arabici, & relationes sociorum Jesuitarum, quas allegat, & exscribit, probè ponderasset*, verum *ex illis* schema cursus *Nili facile proponere potuisset*; *quod illis nullo negotio liquere potest, qui descriptiones illas cum mea tabula conferunt.* Hæc Ille, qui novit, quid distent æra lupinis; & cui pectus sapit. Nec verò laude sua privari debet *Isaacus Vossius*, qui *Nili originem* commodissime commentatus est. Idem quoque præstitit *P. Hieronymus*, Jesuita Lusitanus, *in nova descriptione Æthiopiæ*, & imprimis *Abissinæ*; cui *Origo Nili* subjungitur: De Anglico non ita pridem, in urbe nostra, à Viro Nobilissimo, quique eruditionem de facie novit, hæc omnia Germanicè versa sunt.

Pag. 310. In effossione sepulchrorum Judaicorum libri quandoque reperiuntur.] R. Henoch Levi, qui Morenu à suis meritò appellatur, tres mihi causas illius consuetudinis indicavit: Prima quidem est voluntas mortuorum; nisi enim defuncti in testamentis suis expresse id præmandârint, cum libris, haud sepeliuntur: Altera verò est manuscriptorum potius, quàm impressorum cura; illos auctor plerunque tollit, & secum aufert in conditivum. Verbi gratia, si quis in arte Cabbalistica, singulari quodam studio, multa conscripserit arcana, tumulo mandat; ne fortè incertus ac imperitus lector aliquis, plus damni ex istis contrahat, quàm magnum fructum capiat: Facile enim sacrosancta Dei nomina profanari credunt. Ante annos quatuordecim, in vico Fürthensi, è vita excessit Rabbinorum doctissimus,

mus, cui R. Meir titulum רבינו *Rabbenu* contulerat, dictus aliàs רבי מן *Rabbi Man* (quod nomen etiam effertur per מנחם, *Mechem*, ut apparet ex *Sepher Schemos, pag.* 50.) is, inquam, Lexicon illud melioris notæ, *Aruch* dictum, & plurimis in locis propria manu adauctum, ſepeliri ſecum voluit. Quæ, malum! iſta voluntaria optimi libri perditio? Res indigna atque intoleranda videtur mihi, quoties jacturam illam cogito! Tertiò hoc cauſæ ſumunt, quod ſpiritus hominis (id eſt, anima) in extremo die ad corpus reverſurus, Creatori ſuo demonſtrare debeat, cui negotio in hac vita ſeſe alligârit: Quapropter ut habeat, quod oſtendat, libro hujusmodi, velut adminiculatore ac teſte futuro, utitur; qui nempe ſocius & conſors glorioſi laboris fuit. Hæc in memoriam mihi revocant, quæ auctor libri, *de vita & morte Moſis*, ex gentis ſuæ ſententia ſcribit; Moſis jam *morituri librum* Gabrielem Angelum accepiſſe, inque Superos delatum, palam omnibus oſtentaſſe. *Gilb. Gaulmyn. lib. II. Notarum, cap.* 5. At vero, Chriſtianis meritò probatur, quod *Bernardus lib. de inter. domo, cap.* 28. ſentit: *Anima*, inquit, *cùm de corpore egredietur, nullum alium, præter conſcientiæ ſuæ librum ſecum portare poterit; atq; in illo cognoſcet, quò debeat ire, & quid debeat recipere.*

Cap. II. Pag. 352. Iſta conficiebatur ex hordeo.] Hordeum ferè *cibum pœnalem* dixerim, in pœnis irrogandis aliàs quoque uſitatum; ſic eum *R. Moſes Mikkotzi, Præcepto* 105. *affirmativo*, ubi de judiciis *Deut. XXV*, 2. agitur, & cibatione rei, donec ei rumperetur venter: *Docet* (lex) *quod non percutiunt eum, neq; ſtantem neq; ſedentem, ſed inclinatum; & quomodo flagellant ipſum? Miniſter Synagogæ apprehendit in veſtibus ejus, ſi ſcinduntur, ſcindantur: donec aperit cor ejus: Non percutit eum ſuper veſtes ejus, & lapis quidã poſitus à tergo ejus, quo miniſter ille percutiens ſtat ſuper eo; & lorum vituli in manu ejus, & longitudo ejus, ut eſſet pertingens ad corpus ejus, & percutit manu ſua una, omni ſua potentia quadraginta vicibus* (à Judæis, quinquies, quadragenas, una minus plagas accepi, inquit Apoſtolus 2. Cor. XI, 24.) *una minus. Is, qui flagellatur, ob interdictum exterminii, ſecunda vice, non percutiunt eum; ſed introducunt in caveam, eſt illa locus anguſtus, juxta ſtaturam ejus, & ipſe non poterit accumbere in eo; & dant ei panem anguſtiæ, donec ægrotet: Et poſtea*, מאכילין אותו שעורים עד שכריסו נבקע *cibant eum hordeis, donec venter ejus ſcindatur.* Verba hæc ſunt

 erudi-

eruditissimi ac fidelissimi Præceptoris nostri, *B. Hackspanii*, quæ ipse nobis in Collegio (ceu vocant) Hebræo-Rabbinico, A. 1646 habito, familiariter prævivit; &, ut obiter dicam, *πρὸς τοῖς* tum temporis adjecit: *Hodieq; Judæi flagris percutiunt suos, quod paucis abhinc annis, in Synagoga Amstelodamensi, Saducæo, resurrectionem mortuorum neganti, à Pharisæis, usq; ad vitæ finem factum esse, ipse Judæus scripsit: Ut nempe Christianos non lateret, quomodo hodiè sceleratos tractarent.* Sed velim, nolim, dum in diverticulo sum, triplicem cum Vestalium pœna similitudinem, breviter hîc commemorare opus est. Primò harum negligentia si fortè sanctus ignis fuisset exstinctus, *flagris* à Pontifice maximo cædi jubebantur; Judæi, prima vice *flagellabant* etiam reos suos: Deinde impudica Vestalis ad *parvam cavernam subterraneam*, per foramen, in scalis descendebat; altera peccans vice Judæus introducebatur in *caveam, & locum angustum*, juxta staturam ejus: Tertiò apponebatur Vestali, in caverna, *panis, lac, oleum*, ne fame interiret; haud aliter Judæo, in cavea & loco angusto, *panem angustiæ* dederunt. Verùm ex hac caverna ad *cibos pœnales*, de quibus antea dixi, nunc revertamur: Ita & Sacerdotes Siamensium in causis dubiis (qualis est Sotæ) *massam oryzæ*, diris imprecationibus infectam, coram judicibus ac populo, in publico loco, non sine multis ritibus & cæremoniis, exhibent litigantibus comedendam. Qui *sine vomitu eam deglutire* potest, causam obtinet; pro quo etiam judices, purgatione hac cognita, statim sententiam dicunt, & absolvunt; isque ab amicis, cum ovatione, domum deducitur: Improbus autem actor, vel qui factum negaverit in criminalibus causis, capitali pœna afficitur; sed in civilibus quæstionibus, mulctatur, vel ad carceres condemnatur. *Jod. Schoutenius in Descript. Regni Siam. pag.* 249. Bern. Varenio interprete. Denique Æthiopes Africani, per Sacerdotes Fetissonem suum interrogant, & in consilium adhibent, quæ edulia accusato parari debeant? Hic enim *cibus probationis* tantum habet efficacitatis in eo, ut si morbo affligatur, certissimum hoc argumentum sit, atque indicium sceleris. *Mich. Hammershamius, Norimbergensis, in Itinere suo*, quod in India Occidentali, ab A. 1639. usque ad 1645. confeceratt.

Pag. 360. Ingrediantur hæ aquæ, maledictionem illaturæ, in viscera tua, ad tumidum reddendum ventrem, & ad efficiendum femur cadivum.] Imaginem *tumidi ventris*, & *femoris cadivi*, video in excommunicatione Græcorum; qua hodienum prævaricantes ab Ecclesiæ consortio removent, & Sathanæ tradunt: Episcopus enim, aut Sacerdos, sive intra, sive extra templum, in conspectu suo, sive vir, sive *mulier* fuerit, jubet consistere; & vigore potestatis, quam Christus Apostolis suis concessit, in nomine SS. Trinitatis excommunicat, addens: Vita hac defunctum, nisi resipuerit, in cineres redire non posse. Quod si igitur interea mortuus fuerit, anno uno elapso, ejus sepulchrum effodiunt; corpusque adhuc integrum, ac *tumidum* in editiore loco, nemine fulciente, collocant; ut erectus stet, solidi instar ligni: Si verò aliquis ventrem ipsius percutiat, *sonum* edit, *veluti tympanum* aliquod; qua de causa etiam τυμπανιαῖος, sive *Tympaniticus*, barbarè *Burcolacca*, dicitur. Hæc ipsa tandem cadavera τυμπανικὰ, ad *tympani* morem *turgentia* (nam quasi ex *firmissima pelle* constant, per omnes sui partes *intumescunt*, & ita *extenduntur*, ut vix flecti aliqua sui parte possint) à Sacerdote, venia rursus impetrata, & orationibus aliquot lectis, statim in cineres resolvuntur. Plura de his, apud *Christ. Angelum, lib. de Stat. & Rit. Eccles. Græc. cap. 25. & Georg. Fhelavium* in pereruditis *Annotatis* suis. In epistola mea ad D. Eliam Vejelium (quem pariter atque insimul eximia charitate diligimus) Refutationi Allatianæ præmissa, ex ore doctissimi Calogeri, *Joseph. Logotheta*, a. 1664. me invisentis, retuli; quod ipse, quater vel quinquies, velut oculatus testis interfuerit, & præsens viderit, quomodo in publica via, *coram omni hominum cœtu*, falsi testimonii confictores, item fures, solemni formula commonefacti, post mortem τυμπανιαῖοι exstiterint; eorumque cadavera tam nigra, inquit, quàm vestis mea, inventa sunt. His congruens pœna quoque fuit, quam Cayri Pasias, sive Princeps, Judæo, Christianos Græcos, ob fidem montes transportantem, deferenti, dictavit; ut aquam in poculo, à Patriarcha exhausto, restantem evacua-

ret : *Corpore* is illicò *diſtento*, confeſtim *ruptus* eſt. *Chriſt. Angelus loc. cit.* An verò etiam *venter* iſtis *intumuit*, qui aureum vituli pulverem, à Moſe pincerna propinatum, biberunt ? Affirmat hoc quidem *Johan Lightfoot. in the Handfull of Gleanings, of Exodus, Sect.* 29. reorum ſcilicet impietatis iſtius *ventres*, aquis hauſtis, *tumidos* extitiſſe, ut viſibilis delinquentium nota eſſet, ac ſignum : Adhæc Moſem conſtituiſſe Levitas, ad occidendos eos, quibus corpus intumeſceret. Quod judicium tanto rigore, tamque conſtanti Zelo ac ſinceritate ab illis peragebatur, ut ne ipſis quidem patribus, vel fratribus ſuis, ſi reos cognoviſſent, ullatenus pepercerint. Verùm, quid ad hæc ὁ πάνυ, *Sam. Bochartus* ? Nihilo verius eſt, ait, quod additur, iis, qui has aquas biberant, aut *ventrem intumuiſſe*, aut barbas fuiſſe auro concolores : Nam hoc quoque falſo fundamento nititur, nempe *Moſem*, & *Levitas*, cum in idololatras promiſcua cæde graſſati ſunt, habuiſſe notam aliquàm διακριτικὴν, qua vituli cultores à fidelibus dignoſcerent ; ne pro illis hi cæderentur. Neque enim tali nota fuit opus, cum כל העם, *univerſus populus* reus fuerit; ut diſertè habetur, *Exod. XXXII,3.* Fuit nempe tàm generalis hæc defectio, ut inter tot idololatras, ſi qui in veri Dei cultu perſtiterint, ii conſpicui non fuerint, in tanto prævaricatorum numero: Itaque cum ℣. 28. eos, qui Deo adhærebant, ad ſe convenire juſſit *Moſes*, præter *Levitas*, nulli adfuerunt. *Part. I. Hieroz. lib. II, cap. 34.*

Pag. 367. Diphthera.] Rabbinis quoque דיפתרא ſive דפתרא *Diphtheram* eſſe uſitatam innuis; cui & *Davidus Cohen de Lara, in Convenientia Vocab. Rabb. cum Græcis aliisq.* meminit, modò *membranam*, modò *codicem* denotantis. Addo, & Arabibus in uſu eſſe, & Perſis; in Arabica enim *Tamerlanis Hiſtoria* legitur دفتر ديوانة *Dephter divan*, id eſt, liber ordinis militaris. Ita expoſuit fideliſſimus olim Præceptor meus, *Jac. Golius*, quem hiſtoriam illam publicè prælegentem, audivi. Addebat is, دفتر *Dephter*, ſive *Defter*, album matricula; vox Perſis uſitatiſſima, quæ omnino Græca eſſe videtur. Hæc ille.

Pag. 372. Ad ſcribendum uſus Gummi.] Tale antiquo-

tiquorum fuit scriptorium atramentum tertiæ speciei, quod ex *Dioscoridis lib.V. de Medica materia, cap. ult.* recenset, & diligenter describit *Petrus Maria Canepariu, lib. de Atramentis, Descr. IV. cap.* 3. adhibuisse nimirum veteres *fuliginem* rasæ, aut tædæ, additis tamen *gummi*, & glutine tauri, ad invicem subactis. At multò magis distinctam atramenti illius scriptorii descriptionem tradidit *Oribasius lib. XIII.* hoc sequenti exemplo : Sumitur pictorum *fuliginis* mina, *gummi* sesquilibra, glutinis tauri uncia una, oboli duodecim, atramenti sutorii denarius, & oboli tres. Hæc omnia simul componebant veteres, & ita suum constituebant atramentum librarium; quo inde utebantur ipsi ad scribendum, & pingendum. Præterea *Vitruvius lib. VII. cap.* 10. constructionem furni explicans, *fuliginem* resinæ, aut picis, inde colligi asserit; & servari pro duplici usu : Nam si ex *gummi* subacto componatur, præstat atramenti librarii usum ; at si glutino admiscetur, tectores ea in parietibus utuntur.

Pag. 379. Amen, Amen.] Contra Fullerum scitè per quam atque enucleatè disputavit *D. Elias Vejelius* in singulari Dissert. *de vocula Amen, thes.* 8. Ex nostratibus magni nominis Theologis, Chemnitio, Gerhardo, Dieterico, Avenario, Glassio, affirmantibus, quod vox *Amen*, vigorem jurisjurandi obtineat. Cæterum illud nos admonet Glassius, distinguendum esse inter sollemnem jurisjurandi formam, sive inter *juramentum formaliter*, & propriè sic dictum; & inter firmam asseverationem, *jurijurando* ratione veritatis & firmitudinis *æquipollentem*. Atque in hunc sensum dixisse Augustinum addit, τὸ *Amen, Amen, dico vobis*, quodammodò si dici fas sit, *jurationem Dei esse.*

Pag. 394, Aurum, cujus ramenta verè pulveris nomine veniunt.] De vitulo aureo, in pulverem redacto, χρυσοτοιοὶ nimia mira memorant ; quomodo autem ex auro pulvis fit factus, ænigma numero Platonis obscurius est. Versio Judæorum Germanica vetus (quam Tibi, Vir amicissime, acceptam refero) annorum plus minus octuaginta, cum Germanicis Raschi commentariis, *Exod. XXXII, 19.* sic ait : *Und er verbrant es in Feuer, und er malt es, bis es vvard klein.* Itemque alibi, *Deut. IX, 16, 21.* perspicuè ma-

cuè magis loquitur : *Und euer Sünde, das ihr hat gemacht das Kalb, ich hun genomen, und ich hun vorbrant im Feuer, und ich ſtis in gemalen vvol, bis das es vvar klein, zu Aſch, und vvarf es zu dem Bach.* At enim verò, ſolus, pro more ſuo, *Bochartus Part I. Hieroz. lib. II. cap,* 34. planiſſimè explicat, quomodo in pulverem molendo Moſes contriverit; cum aurum molendo, vel atterendo, in pulverem poſſe redigi negetur: Sunt, inquit, è noſtris, qui, neſcio cujus, herbæ vi, aurum ſolvi dictitant, & in cineres redigi. Sed neque hanc herbam nominant, neq; Moſem eam noviſſe, aut in illo deſerto ad manum habuiſſe, probant. Quid quod ſententia hæc ſtare non poteſt cum verbis Moſis; nam ſi vi medicaminis aurum, in ignem conjectum, ſolutum, atque in cineres redactum eſt poſt combuſtionem, quid fuit opus, illud molere & conterere, ut abiret in pulverem; quod Propheta factum aſſerit ? Itaque (quod *Aben Ezra* rejicit) veriſſimum eſt, hunc vitulum à Moſe non aliter *combuſtum* dici, quàm *auri* illius *fuſione*, ex quo conflatum fuerat. Quamvis enim vituli materia, id eſt, aurum, in igne non perierit; tamen forma, & *ſpecies* externa ſic *abolita* eſt, ut hoc haberi potuerit pro *vera combuſtione.* A quo loquendi genere Romanos non abhorruiſſe ſuadet, quod *uſtrinam* vocabant *locum, in quo metalla conflantur.* Sic nos Germani hodiè, *Meſſing brennen*, id eſt, *orichalcum urere*, ſive *conflare.* Super hæc, ſi ſequimur Syrum interpretem, & *Chaldæos*, & *Arabes*; ex horum mente Moſes lima vitulum elimavit, atque in tenuiſſimam ſcobem attrivit : Hinc moluiſſe dicitur, quia auri ramenta tam minuta fuere, quàm quæ in piſtrino ſunt commolita. Antecedens pro conſequente. Hactenus ille, qui apud nos rarior eſt. Exſtat in catalogo Manuſcriptorum *G. Hornii Tract. de aurei vituli combuſtione Moſaica*, in quo explicatur, quid ſit Aben Ezræ, *Dabar.* Plura de hoc vitulo, & pulvere ejus, *Kircherus in Oedipo Ægypt. Synt. IV. cap.* 10. *Seldenus de Diis Syris, Synt. I. cap.* 4. *Jo. Henr. Urſinus, in Quinquagena feſtali, cap.* 48.

CAP. III. Pag. 421. Receptam in ſacris agitationem.] Simile quid innuit Pythagoras, hoc ipſo ſymbolo : Προσκύνει περιφερόμενος. *Circumactus adora.* Plutarchus quidem id non Pythagoræ, ſed Numæ Regi adſcribere videtur; qui & multa in vita Numæ,

de ver-

de vertigine in sacris, cognitione digna affert. Ità & Gentiles olim, in salutandis Diis stantes, capite aperto, corpus *ad dextram in orbem circumagebant*, cujus ritus auctor est *Suetonius, in Vitell. cap. 2.* de Lucio enim adulatore perhibet, quòd primus C. Cæsarem *adorari ut Deum* instituerit; non aliter adire ausus, quam capite velato, *circumvertensq; se*, deinde procumbens. *Plinius lib. XXVIII, cap. 2.* de eodem ritu: *In adorando dextram ad osculum referimus, totum corpus circumagimus; quod in lævum fecisse, Gallia religiosiùs credunt.* Proinde apud *Plautum, Curcul. act. III. sc. 1.* cùm Phædromus dixisset: *Quò me vertam, nescio*; festivè Palinurus, in ea verba alludens, subjicit: *Si Deos salutas, dextroversum censeo.* Neque abs re *Ovidius lib. III. Fastorum*, de eadem loquens rotatione: *Atq; aliquis modò tunc visa jam vertitur ara.* Nonnulli verò existimant, vertiginem hanc ea causa institutam, quod sacrificantes imitari cœlum quodammodo videantur; quod continua vertigine agatur: Vel, quod ea cœli circulatione terrena averti viderentur. Eximium *Gyraldi*, de ritu missæ, testimonium, hoc loco adducam: *Nam & ad dextram*, ait, *& sinistram diversa ratione, dum missam facimus, circumagimur, ut ritualibus libris nostris continetur. Et apud Gentes*, inquit, *observatum legimus, ut peractis sacris, antequam populis missio fieret, sacerdotem sese ad dextram circumagere solitum; manumq; priore digito in erectum pollicem residente, ori admovere; demum sedere: Id scilicet innuentem, Deos rata sacra & preces habuisse.* Postremò, ad Pythagoricum circumagendi ritum, etiam mos iste Turcarum attinet, qui non nisi tempore Quadragesimali, & die festivo Jovis, ab hora nona noctis usque ad duodecimam, orant; atque *inter orandum* corpus *continuo agitatu* & vociferatione mirè affligunt, ut mulieres sæpius viribus & animo defectæ, in terram procidant; & si aliqua ab eo tempore se gravidam senserit, Spiritus S. gratia imprægnatam esse, confirmat: Sic & oratione ac cantu virorum peracto, incipit Sacerdos, cum toto populo, submissa voce cantare, *quassando corpus in latus*, nihil aliud præter hæc verba, *La illah illelah*, id est, *Non est Deus, nisi Deus*, sive, unus Deus! Sic media ferè hora personat, ac *movetur*; teste, annis tredecim captivo, & septies venundato, *Barth. Georgjeviz, in Epit. de Turc. Mor. pag.* 12. 13.

Pag. 435. Eundem prorſus, cum Sotæ potione, habuiſſe effectum.] Interpres Hebræo-Germanicus, *Zennorenna*, Exod. XXXII. eodem modo exponit: *Und darnach nam* משה *dieſelbigen Waſſer, und gab ſie zu trinken* ישראל · כלומר · *das ſol ſein die* עבודה זרה, *zu* טינוף *durch irem leib. Und nach ein* פשט *is:* משה *vvar verſuchen, vvelcher der da hat mit ganzem herzen gedient dem* עגל, *gleich as man verſucht ein* סוטה, *die man hat* חושד *gevveſſen, ſie hab* זנות *getrieben; da hat man ir geben Waſſer aus dem* מקדש *zu trinken*. Hoc ipſo ſcilicet ritu ſpirituale explorabatur adulteriũ, quo aliàs corporale; quem indicat magnæ Britanniæ maximum decus, *John Lightfoot, in the Handfull of Gleanings out of the book of Exodus*, hoc eſt, in Manipulo explicationum è libro Exodi, *Sect.* 29. verbis hiſce ſimillimis: *Moſes maketh the People drinke. Here ſpirituall fornication commeth under the ſame tryall, that carnal did. Num. V, 24.*

Pag. ead. Haud alia præditæ ſunt ſapientia mulieres, quàm ad nendum] Eadem Græcorum triſtis auſteritas eſt, qui & mulierculas ſuas indignas reputant, ut ſtudiis operam dent: Nam ſatis & abundè eſſe credunt, ſi legere tantùm norint; ſcriptionem vix probant. Quas enim turbas, dicebat olim *Dan. Caſtrenſius*, ſexus iſte, procaciſſimi apud nos ingenii, concitare poſſet, vel literis ſaltem ad complices ſcribendo, quibus integræ civitates, opera Turcarum, disperderentur: Imò ſuis ſtudiis eccleſiam pariter ac religionem profligarent. Judæi quidem elegantem literarum ſcriptionem, quam ipſe vidi, in fœmellis laudant, atque oſtentant; ſed liber Legis, quem ſcripſit mulier, profanus eſt, & per ſepulturam abſconditur: Teſtimonio id confirmat *Schickardus* R. Moſis F. Maym. in Halach. Tphillin, *Tract. de Jure Regio cap. II. theor.* 5. Sepulturam iſtius in vaſe vitreo, & ſtola ceu mortuo confecta, ex Sepher Tora, indicat *Guil. Vorſtius, in notis* ſuis, ad ejusdem Majmonidis *Fundam. Legis, cap. VI. ſect.* 10. *§.* 16. Æmilius Probus vitas excellentium Imperatorum, quarum auctor eſt Cor. Nepos, partim ſua, partim *matris manu ſcriptas*, Theodoſio obtulit: Inde & error provenit, Æmilii eſſe Probi, quod librario id fuerit nomen.

Voſſius

Vossius lib. I. de Hist. Lat. cap. 14. Solet jam in mentem venire illius rationis, quam dudum *Jo. Faber Emmeus Juliacensis, in Epist dedicatoria* (Adamo, Cœnobii D. Petri, in sylva Hercinia, Abbati inscripta) *ad D. Aponii libros VI. in Cantica*, Friburgi a. 1538. editos, subindicavit: *Olim in cœnobiis, bono revera instituto, ut religionis tyrones, ac PUELLÆ SANCTIMONIALES minus otio torpescerent, fortiusq; Satanæ tentationibus obsisterent, in transcribendis autoribus vehementer exercebantur; ita sanè, ut nemo non aliquid scribere cogeretur. Atqui ex hoc bono (ut sunt res mortalium) quando plerique indocti erant, statim id mali ingruit, ut cum inscitia describentium, tum correctorum oscitantia, multa perperam scriberentur, multa temerè corrumperentur.* Hæc ipsa commonefaciunt de Monialis Norimbergensis, *Margaretha Kartheiserin*, octo vel decem voluminibus; quæ manu sua pro cœnobio S. Catharinæ (missales enim sunt) unâ cum Bibliis Latinis, minore forma ac litera, purè nitide exaravit. In principio Tomi primi hæc leguntur: *Nach Christigeburth* CIↃ CC CC, *in dem LVIII. Jahr, hat geschrieben diß Buch, Schwester Margaretha Kartheiserin, zu Nutz ihrem Kloster zu S. Katharina in Nürnberg, Prediger Ordens, bitt Gott vor sie.* Additi sunt anni singulis *Tomis octo*, quibus eos descripsit. Hos, velut in tabula, hîc exhibebo:

Tomus I. Anno 1458.	*Tomus II. Anno 1459.*
Tomus III. Anno 1460.	*Tomus IV. Anno 1461.*
Tomus V. Anno 1465.	*Tomus VI. Anno 1467.*
Tomus VII. Anno 1468.	*Tomus VIII. Anno 1470.*

Hi, inquam, in *Bibliotheca Norimbergensi*, adhuc conspiciuntur; qui peregrinatoribus, sæpè miraculo sunt; nec immeritò: Exstant ibidem *Tomus IX. & X.* sed sine monialis illius nomine, quamvis eodem chractere.

Pag. 439. MAGDALENA SCUDERIA.] Charitum triga me hortatur, quæ ad conjunctionem congregationemque hominum sunt natæ, ut *Rondanini*, & *Cornara*, societatem cum Heroina illa, solitudinem perosa, faciant, ac magna fide gerant: Nummorum enim supellectile ac peritia *Romæ* celebrem, *Feliciam Rondanini*, Parentis & Filii purpura, sed ingenii, sapientiæ, & eruditionis dotibus longè magis fortunatam, honorificentissimè laudat, implens ipse orbem terrarum nominis sui gloria, *Ezech.*

Spanhemius (in cujus familiaritatem apud Batavos olim veni) *Dissert. I. de Præst. & Usu Numism. pag.* 25. Eandem præstantissimam Matronam vocat, *pag.* 42. Inter illustres Venetorum virgines ac dominas *Elena Cornara*, Jo. Bapt. Cornari Piscopiæ, Procuratoris S. Marci, filia, ob varia *Philosophia*, *Theologia*, & *Linguarum* studia A. 1669. celebratur *à Jac. Fiorello*, Provinciali Patrum Augustinianorum *lib. V. de' Detti e Fatti de Veneti, cap.* 8. Verborum, autem maximè aptorum ea est magnificentia, ut meis exprimi non queat: *Chi, nel vedere Verginella di tenerissima età unire assieme le* filosophice, teologiche, *e* matematiche *scienze*, *e con compassi si piccioli calcolare, e misurare le Sfere, che sono sì grandi, non stupirà? Sentirla, a guisa d' Oracolo parlare ne' più nobili idiomi*, Latino, Italiano, Greco, Ebraico, Spagnuolo, *e* Francese, *non stimarà di godere in un' ELENA sola i Cittadini nobili di tante Regioni?* Hanc postea major natu soror, *Cath. Cornara*, alacri æmulatu in studiis quoque secuta est; ita ut duæ veluti Stellæ in uno luceant cœlo. Neque etiam hæc Charitum triga, *Charitatem* nostram, à sororia societate excludet, aut segregabit; de familia *Pirckheimerorum*, Sanctimonialem Ordinis S. Claræ, Norimbergæ professam, & cœnobii ejus Abbatissam. *Virgo, Romana benè docta lingua*, inquit *Conradus Celtis*, in carmine suo ad eandem; & post nonnulla:

> *O Soror, nostris meritò Camœnis*
> *digna, & æterno mihi victa amore*
> Charitas, *lingua mihi dans Latina*
> *candida verba.*
> Docta *tu doctum sequeris* parentem,
> *qui fuit Legum, Canonum & peritus,*
> *Præsulum charus Ducibusq; nostris*
> *sæpè patronus.*
> Docta *tu* fratrem *Vilibaldum in urbe*
> *Norica doctum sequeris pudica,*
> *Græca qui claro ingenioq; miscet*
> *scripta Latinis.*

Quamobrem & *Christophorus Scheurlius*, Studii Bononiensis tunc Syndicus, in titulo epistolæ suæ, A. 1506. exaratæ, illam *Reverendam & Eruditam matrem* salutat; atque in ipsa epistola laudando

extol-

extollit, his verbis: *Contulisti te, exemplo majorum tuorum, ad bonas literas; voluisti pro lana librum, pro fuso calamum, stilum pro acu tractare: Donec supra ingenii muliebris captum ad tantum literarum fastigium pervenisti, ut epistolas scribas, & orationes componas, subtiles, elegantes, Latinas, eruditas, & quanquam virginali quadam gratia dulcissimas, tamen etiam mira sententiarum gravitate refertas.* Haud igitur erravit, *Joh. Cochlaeus*, tum temporis ob pestem Francofortianam Norimbergæ diutius degens, & B. Fulgentii Opera (quæ ex codice Pirckheimeri fratris pervetusto, Longobardicis ac insuetis literis perscripto, desumserat) ex Bibliothecis *S. Laurentii & S. Ægidii* supplens; dum epistolam suam, ad eandem Dominam A. 1519. datam, ac supplemento isti præmissam, hac elogii gemma obsignavit: *Benè vale, mater doctissima.*

Pag. 442. Illa morte.] Ob ipsam omninò *imprecationem*, dum mulier, quam adjurabat Sacerdos, maledictionibus ejus, non sine perjurio respondit: *Amen, Amen!* Cum qua Codicis sacri pericope, versiculos illos *Homeri Iliad. XIX.* Regius & egregius reverà Græcæ Linguæ Professor, *Jacobus Duportus*, in *Gnomologia sua*, benè comparavit, atque sic exposuit:

Εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
Πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν, ὅτις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας·

Quòd si quid horum perjurium sit, mihi Dii mala dent
Multa admodum, quæcunq; dant ei, qui ipsos offenderit jurando.

Solebant jurantes devovere se, & capiti suo diras ac mortem imprecari, si pejerarent. Quare *Plutarchus in Rom. Quæst*: Πᾶς γὰρ ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας· *Demosthenes Orat. adversus Conon.* Εἰ τ' ἐπιορκῶ, ἐξώλης ἀπολοίμην αὐτός τε, καὶ εἴ τι μοι ἐςί· In Smyrnæorum & Magnetum, sive Magnesiæ incolarum (hos enim civitate donârant Smyrnæi) fœdere, quod extat in *Seldeni Marmoribus Arundell. pag.* 28. hanc legere est imprecandi formulam: Εὐορκοῦντι μὲν μοὶ, εὖ εἴη· Ἐπιορκοῦντι δὲ, ἐξώλεια καὶ αὐτῷ, καὶ γένει τῷ ἐξ ἐμοῦ· Sed & hujusmodi diræ etiam Christianis olim, ante Justiniani ævum, in *Novella* 8. usitatæ erant ac sollemnes; ut in tremendo scilicet die Judicii perjurus haberet *portionem Judæ, lepram Gehezi, & tremorem Caini.*

Pag. 446. Vir (*leprosus*) se nudat (*vestemq;*) discindit; neutrum facit fœmina.] Non leprosæ quidem, sed adulteræ *sinus denudatur*; ceu suprà annotatum, *pag.42.* Quantum auguror conjectura, fœditatem mulieris adulteræ flagitiosam inde colligas; quæ notas albicantium vitiliginum multis modis superat: Psoras & lepras emendare licet, adulteria non item. Hæc denudantur in fœmina, ne lateant libidines ejus istæ tenebricosæ; quas fronte & supercilio contegebat: Sed illæ frontis & corporis integumento occultantur. Aliqua nunc subjungo, de ritu *denudandi* adulteram, & *crines* ejus *explicandi*: De justitia Turcarum, apud cives, *Barth. Georgieviz* tradit, mulierem hujuscemodi super asinam vicatim & plateatim duci, flagrisque *cadi denudatam.* Haud absimilis veterum quoque Germanorum mos à *Tacito, lib. de Germania, cap. 19. §. 2.* describitur: *Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.* Expreßè vocat *nudatam*, nec non, *accisis crinibus*; fermè ut nos Germani hodienum de adultera, ab uxore mœchi subito deprehensa, dicimus: *Einer die Zöpfe abschneiden*, id est, *capillorum cirros abscindere.* Intricata omninò res est, crines explicare; quod Sacerdos tunc peragebat: Sic solent hodieque Japonenses; nam Caronius suæ procurationis tempore accidisse scribit, quod vir quidam uxorem suam, in adulterio à se deprehensam, feralibus dein vestimentis indutam, & *capillo passo*, cubiculum, in quo cognati & affines ad conviviũ tàm viri quàm fœminæ, frequentes convenerant, ingredi; & in capsula dapes, hoc est, mœchi interfecti genitalia, flosculis quibusdam infixis exornata, convivis apponi jusserit; eique in animi deliquium incidenti, caput mox amputârit. Si Braminum uxores vivi comburium, cum mortuis maritis suis, velut ultimum conjugalis fidei testimonium recusent; *accisis* etiam *crinibus*, instar adulterarum, non sine ignominia ac dedecore, reliquam ætatem agunt. *Abr. Rogerius Part. I. Ostii ad gentilismum reserati, cap.20.* Quid verò causæ sumunt Hebræi, quod adulteræ crines resolvunt, & explicant? Conjectura ducor ad suspicandum, fortè hoc rationis habuisse: Sicut ipso nuptiarum die spon-

sponsam in pulchro sedili collocant, crinem ei pectunt, capillosque eleganter in elegantes cirros & cincinnos distribuunt; atque in hoc capillorum comtu (verba *Buxtorfii* hæc sunt, *in Synag. cap.* 39.) singularis mulierum lætitia est: Ita capilli olim in cirros distributi, quia uxor esse desinit, nunc solvuntur & explicantur; ut nempe factum infectum fiat. Verbo, si possum, edisseram: Nexus capillorum nexam; dissolutio solutam denotat. Similiter & scissæ istius vestes fluitant, quas cingulum nuptiale sponsæ à sponso missum, aliàs continebat. Hæc mea quidem conjectura est; sed bona venia, ceu spero, haud indigna.

Pag. 489. Non enim ante adventum in terram promissam.] Nimirum decimæ non pendendæ erant, nisi in Palæstina, jam inter novos incolas divisa: Unde *Seldenus in the Historie of Tithes*, sive Historia decimarum, *cap.* 2. *num.* 8. rectè monet, post secundi templi destructionem, & dispersionem Judæorum, cessasse simul legem illam de fructibus ac decimis; quæ tantùm in terra Israëlis solvebantur. Quamvis inter ipsos Judæos ingeniosa exceptio ventiletur regionum *Senaar*, *Moab*, *Ammon*, *&* *Ægypti*; prima enim Palæstinæ maximè vicina est, in quam plurimi Israëlitarum secesserant; tres verò reliquæ velut ἐν κύκλῳ terram olim promissam undique cingunt: Nihilo tamen minus absolvuntur isti ab omni solutione, qui fructus terræ, *Cutheanos* inter & *Samaritanos*, veteres Judæorum hostes, percepere. De quibus decimarum casibus lectorem remittit ad *Rabbi Ben Maimon, in Jad Chazeka, tract. de Therumah, cap.* 1. *& Mikotzi in Pracep.* 133. Haud etiam Judæi, qui hodieque in terra Israëlis degunt, præceptum illud amplius observant; quia sacerdotio simul ac templo carent: Neque cæteri, in variis terris dispersi, quicquam decimarum solvunt, tum ob hanc ipsam finiti apud ipsos sacerdotii rationem, tum ob terram Canaan, in qua tantùm lex illa erat servanda, *Deut. XIV*, 24. 25. Quæsivit aliquando ex Judæis *Jos. Scaliger*, num, si rursus templum instaurarent (ceu post captivitatem fecerant) leges ipsorum de sacrificiis, fructuum primitiis, & decimis, quoq; reviviscerent? Pernegarunt id Judæi, hac ratione superaddita; quod

quod ipsis templi instauratio parum esset profutura, quia legitimo careant sacerdotio: Nullum enim probare aut plane docere posse, quod revera sit *Levita*; licet plurimi de hoc nomine glorientur, atque etiam se ipsi inferant; &, velut ceremoniarum ac sacrorum antistites, intrudant. Exemplum haud vulgare addit *Seldenus*, ex Anglorum historia; quorum Reges summum quasi Sacerdotem, sive Presbyterum Judæorum, in Anglia tunc degentium, si non ipsi constituebant, at confirmabant saltim, ad dies vitæ. Ita enim *Richardus I.* nec non *Johannes*, Angliæ Reges, in patentibus literis suis: *Rex omnibus fidelibus suis, & omnibus Judæis, & Anglis salutem. Sciatis, nos concessisse, & præsenti Charta nostra confirmasse,* Jacobo *Judæo* de Londoniis, Presbytereo *Judæorum*, Presbyteratum omnium Judæorum totius Angliæ, *habendum & tenendum, quamdiu vixerit, liberè & quietè; & honorificè; & integre: Ita quod nemo ei super hoc molestiam aliquam, aut gravamen inferre præsumat. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod eidem* Jacobo, *quoad vixerit*, Presbyteratum Judæorum, per totam Angliam, *garantetis, manu teneatis, & pacificè defendatis; & si quis ei super eo foris facere præsumserit, id ei sine dilatione (salva nobis emenda nostra) de forisfactura nostra emendare faciatis, tanquam* Dominico Judæo nostro; *quem specialiter in servitio nostro retinuimus. Probibemus etiam, ne de aliquo ad se pertinente ponatur in placitum; nisi coram nobis, aut coram Capitali justitia nostra, sicut Charta Regis* Richardi *fratris nostri testatur. Teste S. Bathoniensi Episcopo &c. Dat. per manus H. Cantuariensis Archiepiscopi, Cancellarii nostri, apud Rothomagum, XXXI. die Julii, anno Regni nostri primo.* Huic autem Jacobo, infert Seldenus, decimæ tunc nullæ persolvebantur. Verùm *Rich. Mountagu*, sive, *Montacutius in Diatribis* suis, *upon the first part of the late Historty of Tithes*, hoc est, *super primam partem Historiæ illius de Decimis* (in quibus tria priora Seldeni capita, more suo, accuratè ac diligenter examinat) prorsus contrarium statuens, haud obscurè innuit, *Jacobum* illum fuisse *Judæum conversum*, & Novi Testamenti Sacerdotem factum; cui Rex potestatem concessit in Judæos quoque conversos, qui eidem, non ut *Pontifici*, neque ut *Sacerdoti* Judæorum (nam *Presbyter* solùm in charta regia vocatur) ex Evangelica, nec Mosaica lege, decimas tum temporis Ecclesiasticas solverunt. Montacutii vestigia dein legens *Steph. Nettles*, SS. Theol. Baccalaureus, Seldeno eandem insuper

litem intendit, *in Responso ad Judaicam Seldeni partem*; cui titulum fecit: *An Ansvverto the Jevvish part of Mr. Seldens History of Tithes.* Catapultis Rabbinicis illum, decimas cum Levitico sacerdotio desiisse statuentem, impugnat: ut modernorum Melchisedeci Sacerdotum, in Anglia, jus, de quo *Hebr. VIII*, 8. defendat ac tueatur.

Pag. 490. Virosque operiuntur, donec ex Academia redeunt.] Sicut uxores Æthiopum Occidentalium, qui religionem Muhammedis colunt; &, quando è majore templo, *Giamma gheber*, redeunt, istas domi operientes, nec molestè, quod à sacris illis virorum excludantur, ferentes, habitæ concionis verba ac fidem edocent. *Lancelot Addison, in Part. II. Occidentalis Barbariæ* (de Anglico in Germanicum ab interprete Nobilissimo versæ) *cap.* 9.

Pag. 505. Si fœmina in undis periclitetur.] Simile quid *Olearius in Itin. Pers. fol.* 147. editionis primæ, de Russicis fœmellis refert, quæ postquam Astrachani è balneo essent reversæ, ob refrigerium captandum, in fluvio Wolga sese rursus lavabant, pariter ac lusitabant: Cùm verò una ex illis quatuor, in profundo periclitaretur, Legationis Holsaticæ miles, insimul lavans ac natans, illam levavit rursus, & remigio pedis sui, quem arripere jubebatur, è mortis periculo liberavit: Cæteris, tunc fidem Germani collaudantibus, quæ magnis eum clamoribus in auxilium vocaverant.

Pag. 521. Audi Israël.] Formula ista precandi, & averruncandi, tam usitata est Judæis, quàm Christianis, licet ex prava consuetudine, *Jesu*! vel *Jesu*! *Maria*! Ceu Lusitani duo Judæi, in circumcisione sua, Hamburgi & Amstelodami, sectionis dolore conciti, exclamarunt; & ingenti mulcta, Synagogæ debita, longoque jejunio, verba per consuetudinem elapsa, libenter expiarunt: Antea enim sectæ Murranicæ, hoc est, Semi-christiani erant, baptismate per vim conspersi. Horundem, inquam, uxores, se per imprudentiam sæpe ac suos prodidere in Lusitania, ob rem subitam fortè exclamantes: *Schmo Iisraël*! Non mora: Ad vivicomburium, jure Lusitanico, statim rapiuntur, & opes istorum fisco ad-

 sco ad-

ſco addicuntur. Aliàs quoque Judæi, noctu, lamiarum incubo presſi, hac ipſa formula utuntur; ac ſpectra abigunt. Unde & *in Excerptis Gemaræ Sanhedrin, cap.* 11. *num.* 16. Rabbina, interprete Coccejo, de metu perculſis ait: *Quòd, qui terrore conſternatur, licet ipſe nihil videat ipſius tamen Genius aliquid videat. Quid autem remedii? Saltet de loco ſuo quatuor ulnas; ſive recitet illum verſum: Audi Iſraël.*

Pag. 529. Ii, quos noſtra hæc ætas fert, non penitus immunes ſunt ab illa ſuſpicione.] Veneficii nimirum & magiæ practicæ; quam per divina nomina exercent. Hinc etiam negant, id eſſe veneficium, vel magiam, ſi appellent aliquod שם *Schem*, ſive *nomen Dei*, cujus virtute & effacia miracula fieri tradunt. Vulgaris Judæus hanc mihi narravit fabulam, quod ipſe nocturnis aliquando conviviis interfuerit, deficiente vino: Non mora; *Schem* conviva aliquis pronuncians, & cultrum infigens parieti, illicò effecit, ut, tantum vini efflueret, quantum ſatis erat; & quidem ex Judaici cauponis dolio: In cujus gratiam magus iſte à reliquis convivis juſtum exegit pretium, idque die altero illi reſtituit, pro tot ac tot menſuris; quæ in dolio ſuo deeſſe deprehenderet. Idem quoque, mihi retulit, quod Studioſos aliquot Judaicos, quos בַּחוּרִים *Bachurim* vocant, ex oppido Würzburgenſi tunc adventantes, hoſpitio Fürthi exceperit: Hi igitur, ut hoſpiti ſuo delicias pro victu redderent, artemque ſuam (cujus arrogantia ſe efferunt) in vicem gratitudinis oſtentarent; majora menſæ ſaxa, quater centena pondo, impoſuere: Jubentes inſuper, ut ſpectatores ſervi aſcenderent, vel brachiis quoque innicerentur. Nihilo tamen minus menſa in altitudinem ſublata, vi nominis divini, rurſus demittebatur. Quod ubi viritim percrebuiſſet, interdictum iſtis fuit, ne artes ſuas inibi exercerent ulteriùs. Ex abundanti Judæus iſte adjecit, eodem quoq; artificio, formoſiſſimas quasque, imò ipſam Sabæ Reginam, quam communiter *Sbo*, nuncupant, in medium produci poſſe, decorè admodum & delicatulè obambulantes; ſed ſi ſpectatorum aliquis vel verbulum locutus fuerit, iſtum de capite ſuo periclitari, & ſibimet damnum dare, aut malum. At ego hoc ex contrario contendebam, malos hoſce ſpiritus

tus esse, cum quibus sancti homines, (quales Israëlitæ videri volunt) nullum habere commercium debent. Toto capite tunc annuebant Judæi aliquot, ne nutu quidem infirmantes, malos omninò spiritus esse; sed quorum quilibet Dominum superiorem ac bonum Angelum habeat, qui istis imperitet. Hos ergo bonos Genios, ajunt, invocamus, ut malis mandata dent, ad hæc, vel alia bona ocyùs perficienda. Imò tantum abest, ut Sacrosancti Numinis honorem his artibus violari concedant, ut potiùs omni nobis asseveratione affirment, hoc modo divini nominis gloriam promoveri: Dum mali videlicet spiritus, dicto obedientes esse jubentur, ut bonum exinde eveniat. Similitudinem quandam gerit speciemq; hujus sententiæ *Philippus Boskhierus*, Franciscanus Obs. Provinciæ Flandriæ Sacerdos, Prædicator, Confess. & S. Theologiæ Professor, *in Legato Apostolico, seu Concion.* (de Johannis Baptistæ, adversus incestum Herodis, libertate) *XX. pag.* 584. 585. Ubi solicitè hoc agit, quomodo multa speciem quidem habeant, rem non habeant. Verba illius recensere haud piget, tædetvè: *ANTIDIUS EPISCOPUS Turonensis usus est opera Dæmonis, ut celeritate summa Romam deferretur.* O, speciem mali evidentissimam! *At audi. Sed* jussit Dæmonem servire *homini contra Dæmonem; & peccati incentorem, contra peccatum militare. Ad Zozimum Pontificem monendum convertendumq;* gestari se volebat, *scilicet*, ab eo ipso, *quem gestientem viderat; quod Pontificem septennio solicitatum, tandem ad stuprum committendum impulisset.* (Marulus lib. III. Exemp. cap. 2.) *ANASTASIUM MONACHUM, nescio quem ex priscis illis*, usum *ferunt* Dæmonibus *circiter* centum ancillatoribus, & fabris. *Sed audi. Dæmones Deo contra se ipsos cogebat militare. Ipsorum enim operis monasterium capax* centum monachorum, *cum officinis omnibus, crucis Christi, scilicet scholam, erigebat; aquamq; procul, per ductus subterraneos, deducebat, Dei cultui servituram. Ut mancipiis & damnatis ad metalla aut triremes, sic Dæmonibus utebatur. Et erat hoc illi divinitùs repensum victoriæ pretium, quam de* centum *illis ipsis* Dæmonibus *retulerat, qui se totos* quatuor annos *junctis viribus variè tentaverant.* Hactenus ille. Hi verò ancillatores spiritus & fabri, mancipiis & ad metalla damnatis simillimi, de historiola Corani me admonent, *Surata* 34. quæ Dæmones etiam servos ac fabros Salomonis facit, in convehẽdis lignis ac lapidibus; donec templum illius esset absolutum: Imò *non constitit istis de*

 morte

morte ejus, continuo adhuc labore vexatis; *nisi tunc bestiola terræ* (mus nempe) *corrosisset baculum ejus. Et cùm cecidit, judicaverunt Dæmones* (quos Deus Salomoni, unà cum vento, ad hoc negotium, dederat.) *Quod si fuissent cognoscentes* (cognovissent Arab.) *absconditum, non permansissent in pœna ejus contemtibili.* Sic enim vertit B. Hackspanius noster, cùm fidem & Leges Mahommædis privatim nobis, solita dexteritate, exponeret. Proximè ad ancillatores etiam istos accedere videtur Cabbalistarum גּוֹלֶם *Golem*, aliàs quidem massam sive materiam rudem & informem quamlibet, nondum elaboratam, & ad formam recipiendum aptam, inquit *Buxtorfius in Lex. Talm. fol.* 442. tunc verò *hominem rudem & stupidum, quasi forma rationis & intellectus elegantiori destitutum* significans. Hunc, post certas preces ac jejunia aliquot dierum, secundum præcepta Cabbalistica (quæ hîc recensere, nimis longum foret) ex argilla, vel limo fingunt; atque ut vivat, divinis nominibus efficiunt: Quamvis sermone careat, sermocinantes tamen, ac mandata eorundem satis intelligit; pro famulo enim communi in ædibus suis Judæi Polonici utuntur, ut quosvis labores peragat: Sed è domo egredi haud licet. In fronte istius nomen scribitur divinum אֱמֶת *Veritas*; quoniam verò majus indies homo iste incrementum capit, & omnes, tandem domesticos statura sua, licet ab initio parvulus, facilè exsuperet: Quare potentiam istius, domesticis metuendam rursus destructuri, primam vocis אֱמֶת literam subitò exstergunt ac delent; ut monosyllabica vox מֶת *Mortuus est*, tantùm supersit. Quo facto, *Golem* iste statim concidit, atque in pristinum limum resolvitur. Hominem hujuscemodi, Judæum quempiam in Polonia fecisse ferunt, cui nomen fuit *Elias Baal Schem*; nam בַּעֲלֵי שֵׁמוֹת *Baale Schemos* appellãtur magistri practici, quos divinis nominibus abuti diximus. Is, inquam, ancillatorem suum, in tantam altitudinem excrevisse intelligens, ut frontem ejus non amplius liceret esse perfricanti; hanc excogitavit fraudem, ut servus dominum suum excalcearet: Sic enim fieri posse credebat, ut corpus & caput inclinanti, primam nominis divini literam, *Aleph*, in fronte, digito deleret. Dictum, factum: Sed homo luteus, in rudem materiam

citò

citò resolutus, corruente mole sua, quæ insanùm excreverat, dominum in scamno sedentem humi prostravit; ut fatis ac luto pressum caput non erigeret. Talis nempe, & longè quidem prudentior figulus erat, *magnus subitusq; Prometheus*, ceu ipsum *Juvenalis sat. IV. v.* 133. vocat; qui *ex limo hominem finxit* (quæ *Jo. Britannici* verba sunt) *inanimatum & insensibilem*; sed, beneficio Minervæ, in cœlum assumtus, ignem ex radiis solis furatus est; eumque pectusculo hominis applicans, *animatum reddidit*. Cæterum, qui apud Judæos voluerit videre Dæmonem, afferant, *secundinam felis nigra, cujus mater nigra* fuit; *primogenitaq; sit primogenitæ matris*, & cremet eam igne, & contundat eam, ponatque paululum super oculos; tunc videbit eum. Versio hæc est, *Aug. Pfeifferi*, è Berachos, *Dissert. Philol. I. de Talm. Jud. th.* 27. Judæus verò Amstelodamensis olim magiam hanc mihi enarravit, de integra fele, in cinerem redigenda; qui in ferrea quadam fistula, sive calamo conservatur, & ferreo quoque sigillo infrà ac suprà, obsignatur; ne Satanas ex illo quicquam auferre, nedum pulvere istoc mortalibus malè facere possit: sibimet ipsis enim persuadent, quicquid *numeratum, permensum & perlibratum, vel obsignatum* sit; ex eo Dæmonem nihil decidere, vel asportare. Quodsi quis verò ipsum intueri haud sustineat, accipiet cinerem, & in cubiculo circa lectum suum dispergет; tunc manè videbit pedes Dæmonis, quasi galli gallinacei. Videtur, inquam, hæc aliqua esse τεφραμαντεία, de quo divinationis genere *Steph. Stephanius, Not. in lib. XIV. Hist. Dan. Saxonis Grammatici, pag.* 321, 39. Magiæ practicæ opus esse, quis neget, dum nomine divino אגלא *Agla*, quod *scutum Davidis* vocant (de hoc vide *Schickardum, in Procem. ad Tarich, pag.* 54.) pani, vel parieti inscripto, incendia exstinguere, haud verentur. Hunc verò abusum S. Scripturæ, & divinorum nominum, *Morenu R. Henoch Levi* coram me seriò improbabat, ex patre suo sæpiùs se audivisse perhibens, pios ac sanctos homines artem hanc parum decere; sed potiùs Judæorum ultimos, & inæstimabiles viros. Imò pater meus, inquit, cum mortis oppetendæ tempus instaret, inter cætera vitæ honestioris monita, id quoque filiis suis accuratissimè commendavit;

vit; ut ab istiusmodi artibus ac studiis, per omnem vitâm, sedulò sibi caverent. Alio autem tempore idem clariùs ostendit, ac probavit ex *Sepher Chasidim*; cujus auctor sanctissimus talia etiam morborum remedia disfuadet, absterretque ægrotos, ne sacris literis ac nominibus, in alium usum à DEO prolatis, abutantur; sed exitum morbi DEO potiùs permittant, & toleranter dolorem patiantur. Ad ultimum *Christiānus* iste *de Pomus* (cui frigidam frustrà suffudimus) hæc cùm maximè testificabatur, tantam librorum istorum, de magia cabbalistica, MSStorum, cumprimis verò in Polonia, copiam redundare; ut hospitale cubiculum, in quod erat deductus, istos haud caperet. Sed de magia satis est, & affatim prorsus!

Pag. 546. Eo remedio non utatur, nisi cum summa necessitas id efflagitat] Venæsectione scilicet, sive crebra missione sanguinis: Cujus redundantiam longiore jejunio Bramines imminuunt, & à venæsectione prorsus abhorrent; velut à re impia & exsecranda. *Rogerius Part. I. Gentilismi reserati, cap. 19.*

Pag. 551. Dotem Sponsus ut constitueret, necesse erat; nihil in vicem rependente Sponsa.] Ita *Tacitus*, de matrimoniis Germanorum. *Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert, cap. 18.* Conferatur *Berneggerus quæst. 92. & 93.* Olim & Sponsus par boum parenti Sponsæ dederat, quo eam sibi comparavit. *Strabo lib. XV.* Dotem etiam apud *Græcos* Sponsus constituebat, de quibus *Aristot. lib. II. Polit.* Eundem morem *Thracibus* usitatum fuisse, scribit *Solinus. cap. XV.* nec non *Turcis*, teste *Ant Gaufræo, in Aula sua Turcica, lib. II.* Idemq; de *Arabibus* perhibet *Volaterranus lib. III. cap. 34.* Nec non *Casp. Balbi* de barbaris, in *Pegu* degentibus. Item de *Sinensibus*, qui Sponsæ dotem offerunt, *Conf. Mendoza lib. II. de Regn. Sin. cap. 9.* Braminum gens, sive secta, quam *Sudra* vocant, hoc ipso utitur jure sponsaliorum; dum pater filiam proco haud despondet, nisi pro certa pecuniæ summa, quam ipse denominaverit: Ita venditioni quàm desponsationi actus iste, longè similior est;

or est; velut apud Judæos, qui aureo annulo sponsam bonæ mercis instar, ceu justo pretio mercantur: Quare nec die sabbati, aut festo, nuptias celebrant; quia uxoris ductio est species emtionis: Bramines verò *munus*, nec *pretium*, pecuniam istam dotalitiam appellant. Neque apud istos insolens res est, ut, ipso nuptiarum die, Sponso, ubi egeno scilicet & pauperculo socero suo (tales enim plerunque sunt Sapientes isti Indorum) non satis pecuniæ pro filiola dederit, Sponsam rivalis aliquis, spectatum veniens, rursus eripiat; & cum præda ista aufugiat: Haud resistente patre, quia plus à novo amatore accipit. *Rogerius Part. I. Gentilismi reser. cap. 11.*

Pag. ead. Dotem antiquam virginum fuisse denarios ducentos] Sermo est de dote *virginis*, quæ erat *ducentorum zuzorum*, ceu aliàs vocantur à *Seldeno*; nam *viduæ*, aut vitiatæ, dos erat *Zuzorum centum*, sive siclorum viginti quinque. *Lib. I. de Successʃ. in Bona Def. cap. 2.* Usitata hodiè quidem summa dotis est, CCCC. Imperiales, sive *floreni sexcenti*, majoris, ceu vocant, ponderis in Franconia; minoris, in vicinia nostra: Pro diversa nempe regionũ, quas Judæi incolunt, ratione ac diverso etiã valore monetarum. Atq; hæc emtionis sum̃a in quolibet scribitur dotali, & sub nuptiali conopeo publice prælegitur; ne aliqua virginum Judaicarum disparitas, aut, contemtus aliquis inde oriatur. Imò Sponsorum pauperrimus (ceu servi, aliique solent) hanc ipsam dotem, spe aurei velleris, opumq́ue futurarum, conjugi suæ, fide publ ;a pollicetur: Quam tamen Irus solvere aliquando haud tenetur, nisi Crœsus sit factus. Additamentum verò (de quo opulentiores Soceri, ipsa copulationis hora, in ædibus Sponsi, utrinque adhuc disceptant inter se; ut in chartam prius, propinquis præsentibus, illud conjiciatur) plerunque *tertiam* summæ communis *partem* haud excedit; quare *sexcentas Imperiales* in universum constituunt. Denique discrimen hoc observandum, quod communes dotis literæ in *membrana*, additionis verò in *papyro* tantùm exarentur.

Cap. IV. Pag. 555. Pontificem apud Hebræos id

pro-

proprium & peculiare habuisse.] De fœmina summo Pontifici ducenda, valdè circumspecta ac solicita erat gens Hebræorum; more etiam Romanis usitato. Sic enim *Plinius in Panegyrico, cap. 83. §. 5.* de Plotina, conjuge Trajani, posteà Pontificis demum facti: *Tibi uxor in decus & gloriam cedit: quid enim illa sanctius? quid antiquius? Nonne, SI PONTIFICI MAXIMO DELIGENDA SIT CONIUNX, aut hanc aut similem (ubi est autem similis?) elegerit?* At curiosè hæc non quæro, ait *Lipsius* in notis. Utinam verò in his fuisset curiosior; debebat enim: Cumprimis, ubi de *toro* sive *Flaminus*, sive *Pontificis* maximi (tale Tertulliano bis terque, ait, scribente) agitur. Quicquid verò sit, simiam Dei in hoc etiam sacros Hebræorum ritus imitatam fuisse, persuasum prorsus habeo. Ad hæc ex undecim lætitiis, sive pompis Talmudicis nuptiarum, *tertia* nunc quoque in mentem est: Portarunt ante Sponsam poculum vini, quod vocarunt כוס תרומה *poculum Trumæ*; per id denotantes, non indignam esse eam, ob *puritatem virginitatis*, quæ *nuberet Sacerdoti*, & comederet de *Trumah*, hoc est, de oblatione separatorum fructuum pro Sacerdote; quæ Hebræis vocata est oblatio magna. *Lightfoot in Hor. Rabb. Johannis Evangelio, cap, 2. v. 1.*

Pag. 569. Quam maritus aquas amaras bibere vetat.] Imprimis si injuriam hanc, ab uxore sibi illatam, vel parum curet, vel ipse etiam occultet, & dissimulet. Nimirum ita Bramines solent, qui uxores suas, quamvis adulteras, eximia vel nimia potiùs charitate diligunt: Harum lascivia ac scelus à maritis plerunque tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur; hac scilicet fini, ut amoribus earundem diutiùs perfrui liceat. Quod si verò adulteria sole ipso clariora, compertaque sint; ita ut honestiores domum mariti fugiant: Apparatur convivium, in quo stans adultera invitatis Braminibus servit; è cujus manu si cibum accipiant, idem & reliqui convivæ faciunt: Atque sic in fidem ac thalamum rursus recipitur, velut uxor omnium honestissima. *Rogerius Part. I. Gentilismi reser. cap. 13.* Christianorum adulteræ in Græcia, cùm manifestò tenentur, jure Turcico suffocantur in aquis, appenso lapide

pide in collo : Quod si verò maritus istam servare velit, concedunt id quidem; hac tamen conditione interposita, ut certam *pro cornuto multam* judici solvat : Qua de re olim Hieromonachus ille, *Dan. Castrensius*, de quo aliàs. *Demosthenes, in Orat. contra Nearam*, pro inhonestis esse habendos censet, qui adulteras suo sinu complexuque recipiunt. Quæ verò de tali muliere, & gratia viri, sententia in utroque jure valeat, hanc tradi ajunt *Caus. 32. quæst. 1. c. 1. sicut & c. 3. si vir. X. de adult. L. 2. & L. 9. C. ad L. Jul. de adult. L. 29. ff. eod.* Sed manum de tabula simul, ac messe aliena!

Pag. 570. Aquarum usus locum tantùm habet in casibus dubiis, & cùm aliunde de veritate non constat.] Ulysses ille Norimbergensis, ac diu miles in castello de Mina, *Mich. Hemmersamius in Itin. pag.* 29. simillimum gentis istius barbaræ judicium describit : Si uxor aliqua, inquit, adulterium commiserit, de quo tamen incertus vir sit; ipsi sal comedendũ tradit, cum multis execrationibus numinis sui, quod *Fetisso* ab illis dicitur. Conscia recti si fuerit uxor, id non recusat; at malè sibi conscia, refugit, ac deprecatur periculum; præ metu perjurii, cujus pœnam *Fetisso* nempe ab illa sit exacturus.

Pag. 571: Aliam insuper uxorem quis ducere potest, ex qua sobolem suscipiat] Digamiam hodiè, in regionibus Europæis, non esse ampliùs inter Judæos usitatam, neque etiam permissam, *Buxtorfius* quidem filius in *Synag. cap.* 39. negat; sed *Paul. Colomesius, in Cimel. Liter. cap.* 10. pro singulari eruditione ac diligentia sua, benè eundem monuit, de loco *Seldeni, in Uxore Ebraica, lib. I. cap.* 9. Hodiè nimirum apud Europæos Judæos, veluti qui in *Italia* ac *Germania* degunt, *infœcundæ uxori*, aliam, *prolis gratia*, idque non sine *Pontificis Romani indulto*, interdum *superinduci*. Quod ex R. Leonis Mutinensis, Venetiis Archisynagogi, de moribus Hebræorum libello, seu *Historia de gli Riti Hebraici part. IV, cap. 2. § 2.* didicisse se fatetur. Et licet in codice, Parisiis A. 1637. impresso, id, quod de *Pontificis Romani indulto* hîc habetur, consultò (ut videtur) sit dispunctum; in ejusdem tamen archetypo, fideliter in Italia

 trans-

transscripto, ita se habebat : *Gl' è lecito pigliar più d' una, è quante moglie vonno, pure in Italia è Alemagna, non usano pigliare più d' una, se non in caso, che non habbia con la prima figlioli, che si conosca che lo faci per questo, e in Italia hanno usato chiederne licenza, e pigliare dispensa del Papa.* Ad hanc objectionem, de simultanea Judæorum polygamia, in Italia, nuper mihi respondit R. Henochus, è Torah, pariter ac Talmudistis constare, quod uni marito *quatuor*, imò *sex* quoque *uxores*, ad summum, insimul ducere permissum fuerit : Sed Rabbenu Gersonem pro Judæis quibusdam civilem hanc legem constituisse, ut *unica* posthac *uxore* essent contenti ; sub pœna excommunicationis altissimæ. Quam constitutionem Judæi *in Bohemia, Moravia, Austria, ac* Polonia recepere quidem ; cœteri verò, eandem, alibi locorum, prorsus neglexerunt : Hinc ista Italicorum, aliorumque, licentia.

Pag. 576. Omnes sive Siclos, sive alterius notæ nummos Judaicos, opus recens.] *Ὁ θαυμάσιος, Carolus Patinus* (cũ quo ego quoq; me magna familiaritate, per dies quinq;, in urbe nostra conjunxi) omnes Hebræorum Siclos supposititios quidem vocat; *Schikardus tamen in Purim, pag.* 20. illos *ex ruderibus Palæstinæ adhuc effodi* scribit. De cætero nummos Hebræorum, abs te meritò rejectos, pro *genuinis* habet *Hotting. in Biblioth. univ. pag.* 114.

Pag. 585. Impuberem eum, qui minor est annis IX. & die uno.] *Georg. Philippinus*, Græcus ille Constantinopolitanus, de Zelotypia Turcarum mihi retulit, quod *puer octo annorum* in balneum muliebre haud admittatur : Si verò clàm fuerit ingressus, ab illis occidatur.

Pag. 593. Illud de gente Tatarorum, ex historia Tamerlanis.] Apud Timurum scilicet, atque Tataros, feminas in vitiosarum rerum numero esse. Egi ea de re, in Commentariolo meo, ad *Val. Catonis Diras* ỳ. 108. & nunc moneo, emphatica Arabis verba sic habere : من العيوب واكبر non solùm turpe, sed pro piaculo etiam duci ; adeò quidem (*Golii* mei verbis utar)

utar) ut nullam efferant vocem (ceu equa, cerva, &c. omniã enim analogicè, & figurata voce, ab ipsis denominantur) mulieris. Ita, si cuidã nata sit femella, est illis vel مخدرة *muchedera*, idest, *velata* (sic enim feminæ in Alcorano quoque appellantur) à verbo خدر *chadara, velare*: Vel مستورة *musetera*, id est, *tecta*, à verbo, ستر *satara, tegere*: Vel, ربات الحجال *rabbet, elheschlon*, armillis prædita. Hîc ربت, *rabbet*,] idem est, quod Hebræorum בעל, & حجال *heschlon*, propriè *albus circulus*, in inferiore parte pedis equi, *circa ungulam*: illa autem parte virgines solent armillis ornari.

Pag. 595. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat.] Ita *Ulpianus* injustitiam Legum Romanarum ipse clàm accusat, & improbat. Sicut *Nazianzenus*, εἰς τὸ ῥητὸν εὐαγγελίου, apud *Conr. Rittershusium*, *lib. VIII. Sacr. Lect. cap. 1.* Ὁρῶ τὸν νόμον αὐτῶν (τῶν ῥωμαίων δηλαδή) ἄνισον καὶ ἀνώμαλον· Τί δέ ποτε γὰρ τὸ μὲν θῆλυ ἐκόλασε, τὸ δὲ ἄῤῥεν ἐπέτρεψε· *Video legem ipsorum (Romanorum) inæqualem & disparem: Cur enim femininum quidem sexum pœna affecit, masculino autem impunè permisit adulterium?* Et post paullò: Οὐ δέχομαι ταύτην τὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἐπαινῶ τὴν συνήθειαν· Ἄνδρες ἦσαν οἱ νομοθετοῦντες διὰ τοῦτο κατὰ γυναικῶν ἡ νομοθεσία· *Non amplector hanc legislationem, non laudo talem consuetudinem: Viri fuerunt hujus legis conditores; & hinc est, quod contra feminas tantùm lex lata est.* Saniores certè Hebræi, qui castitatem mariti quoque observarunt; is enim eadem, si impurus esset, quæ adultera bibens, patiebatur mala ventris contabescentis, & cadivi femoris. Hinc *Rittershusius*, pietatis juxta ac justitiæ Sacerdos sanctissimus, Sanctos Patres, *Nazianzenum*, *Chrysostomum*, *Lactantium*, *Ambrosium*, *Augustinum*, *Hieronymum*, *Innocentium*, in hoc consentientes strenuè urget, hac usitis epicrisi: *Quamvis jus civile Rom. inter marem & feminam, in violatione lecti genialis, faciat discrimen; tamen Jure Divino illud non est receptum, sed uterq; æquè grave scelus committit.* Et

 meritò

meritò; nam præceptū de non mœchando pariter ad utrumq; sexum pertinet: Οὐ μοιχεύσεις Si fabula vera est, quam olim Judæus ipse mihi narravit, *Moses de Pinto*, Lusitanorum Judæorum, olim apud Amstelodamenses, ditissimus, brevioris staturæ homuncio, (quia sterile uxoris suæ littus araverat) in postica ædium parte, tres ex Æthiopia servas, nigerrimi (i.e. pulcherrimi) coloris, magno pretio redemtas aluit, notissimæ libidinis suæ ministras: E quibus decem, flavi, sive mixti coloris filios, suscepisse fertur; quos educationi pariter ac institutioni opificum, ut operas eorundem discerent, suis sumptibus clam tradidit; amaris scilicet aquis & mulctis (quas toties Christiano Magistratui persolvit) longè dignissimus.

CAP. V. Pag. 695. Apud gentes reliquas viri doctissimi, obscuris & egenis parentibus orti.] Adde, fortissimi ac potentissimi: *Agathocles*, qui *figulo* patre natus erat, ad magnum pervenit imperium; de cujus virtute *Vossius lib. I. de Hist. Græc. cap.* 12. M. Antonius, in epistolis suis, ætate Suetonii adhuc extantibus, libertinum *Augusto* proavum exprobrat *restionem*, apud *Sueton. cap.* 2. Puto, ait Casaubonus, ea ratione *restionem* audisse proavum Octavii, qua pater *Ciceronis* dictus *fullo*, *Demosthenis* μαχαιροποιὸς; quòd familias haberent, eorum artificiorum peritas; ex eaque re ipsi, ut moris erat, quæstum facerent. Cassius Severus, & alii, auctorem generis *Vitelliorum* prodiderunt *Sutorem veteramentarium*; cujus filius ex muliere vulgari, hoc est, se vulgante, Antiochi cujusdam, *furnariam* (negotiationem) exercentis, καμινεύοντος, filia, Equitem Rom. genuerit; apud *Sueton. cap.* 2. Jactatum etiam est à quibusdam, Titi Flavii Petronis (cui gens *Flavia*, & *Vespasiani*, originem suam debent) patrem fuisse *mancipem operarum*, quæ ex Umbria in Sabinos, *ad culturam agrorum*, quotannis commeare solerent. *Suet. in Vesp. cap. I.* Operarum autem manceps, Vespasiani progenitor (Casaubono rursus interprete) solitus erat, in Umbriam profectus, operas (sive viles homunculos, qui domi quod agant, nihil habent) vili pretio conducere, & præsente pecunia; quas in Sabinos, certo anni tempore, perductas, mercede majore elocabat: Ceu Longobardis, & Sabaudis, & Lemovicibus referta est, per

æstatem,

æstatem, Gallia; qui *caminos* purgant, *puteos* mundant, aut *ædificia* construunt: Neque etiam Germanis opera eorundem incognita est. *Leo Isaurus* (de quo Cedrenus & Zonaras) adeò obscuri nominis fuit, ut *sedentariam artem, opificis instar*, exercuerit; sed cùm in bello multa egregia facinora perpetrasset, tandem ad imperii fastigium evectus est. *Michaël Paphlago* (de quo Curopalates videndus) arte *argentarius*, fratres habuit belluinos & insolentes; qui *apud porcos* (inquit Manasses) ætatem exegerant, & *bubulci opilionesq;* fuerant, *hircum* redolentes, *glandium* & aliorum sylvestrium fructuum *collectores*. Nobilis quidam Anglicanus, *Skelton*, facetus juxta ac prodigus, prædium, domos centum continens, nuper vendiderat; cum novo comitatu in aulam Regiam venit, hoc ambitu verborum usus: *Nonne vir potens ego sum, qui domos centum post me traho?* Quæ cùm audivisset Cardinalis *Volsæus*, statim regessit: *Pecuniam hanc melius paternis debitis impendisses!* Non mora; respondit is: *Revera, Domine, tu rectè mones! nam Dominus parens meus debet adhuc Magistro patri tuo sesquiobolum, pro vitulino capite: En, tibi diobolum, cum fænore!* Qua ridicula & salsa dicacitate Cardinalem tetigit, quòd pater ejusdem *lanio* Ipswichensis fuisset. *In the Remaines, concerning Britaine*, hoc est, *Reliquiis Britanniæ, cap. de sapienter dictis, p. 219.* Quæ quidem magno tribui *Camdeno* vulgò solent. Hoc denique sensu, novus iste Protector *Cromvvellus*, à plerisque, per jocum *Braxator*, sive *Cerevisiarius* nominabatur, quia è lupulo salictario quæstum olim in prædio suo fecerat; quod (ostendente, tunc *Abr. Wheloco*, Bibliothecario, mei amantissimo) Academiam Cantabrigiensem attingebat. Quapropter Regia soboles, in Anglia adhuc relicta, quam artem, more nobilitatis Anglicanæ, addiscere vellet, à novis Parlamentariis interrogata; Comitis (cujus fidei & educationi erat commissa) datu atque (si fabula vera est) instinctu, prudenter, nec sine jocatione tamen, respondisse fertur: *Ars Cerevisiariorum præ cæteris mihi arridet; quoniam his fortuna faculam lucrificam hodiè allucet.*

Pag. 624. Quam artem (*de somniorum expositione sermo est*) olim mortalium sapientissimos profiteri non piguit.] Hinc *Artemidorus*, in præfatione sua, qua Cassio Maximo *Onei-*

mo *Oneirocrita* nuncupat : Σχεδὸν γὰρ οἱ μικρὸν ἡμῶν πρεσβύτεροι δόξαν συγγραφικὴν ἀπενέγκασθαι βουλόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο ἡγούμενοι μόνως ἔνδοξοι ἔσεσθαι, εἰ συγγράμματα καταλίποιεν ὀνειροκριτικὰ, ἀντίγραφα ἀλλήλων πεποίηνται· ἢ τὰ καλῶς εἰρημένα ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐξηγησάμενοι, ἢ καὶ ὀλίγοις τῶν παλαιῶν πολλὰ προσθέντες οὐκ ἀληθῆ· *Ferè enim omnes paullò ante ætatem nostram, laudem ex scribendo ferre cupidi, & PER HOC SOLUM SE CELEBRES FORE sperantes, si de somniorum interpretatione scripta relinquerent; exemplaria inter se contulerunt, aut ea, quæ à veteribus rectè dicta sunt exponentes; aut etiam paucis ex veteribus acceptis, multa non vera apponentes.* Et post paullò recentioribus Oneirocriticorum scriptoribus id vitio vertit, quod aliqui somnia retractare ausi fuerint, οὐ πᾶσιν ἐντυχόντες τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις· Ἔνια δὲ αὐτοὺς διὰ ἀρχαιότητα σπάνια ὄντα καὶ διεφθαρμένα διέλαθεν· *Non omnes veterum libros indepti: Aliqui verò eos ob vetustatem rari & corrupti penitus latuerunt.* Tandem hanc περιαυτολογίαν subjungit : Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὅ, τι [sic enim legit Rigaltius] βιβλίον οὐκ ἐκτησάμην ὀνειροκριτικὸν, πολλὴν εἰς τοῦτο φιλοτιμίαν ἔχων· *Ego verò partim quidem magna animi contentione, nullum non mihi librum, de somniorum interpretatione conscriptum, comparavi.* Oneirocritica autem, *ante Artemidorum*, notante Rigaltio, scripsere, *Artemon Milesius, Antiphon, Apollodorus Telmissensis, Apollonius Atallensis, Aristander Telmissensis, Aristarchus, Alexander Myndius, Cratippus, Demetrius Phalereus, Dionysius Rhodius, Epicharmus, Geminus Tyrius, Hermippus, Nicostratus Ephesius, Phœbus Antiochenus, Philochorus, Panyasis Halicarnasseus, Serapion, Strato.* Artemidori præterea libris, adtexitur *Astrampsychi*, qui non admodū vetus est auctor, *Oneirocriticon*, versibus constans jambicis; sicut *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, secundum *ordinem alphabeti.* Similem olim, *de somniorum diversitate, secundum ordinem Abcharii Danielis Prophetæ*, Codicem MS. Anglosaxonicum, cum interlineari versione Latina, è *Bibliotheca Cottoniana* (utinam post Londinense incendium adhuc superstite; haud enim liquet) *Seldenus*, ὁ μέγας, per septimanas aliquot mihi deintegro fermè describenti, communicârat, in 298 *sectiones*, sive paragraphos, juxta *ordinem* quoque *alphabeti* divisum; sed in *litera S.* desinentem. Denique Rigaltius addidit *Achmetem*, sive *Achamatem* (de interpretamentis somniorum, quibus *Indi, Persæ, Ægyptiiq;* utuntur) Medicum Arabem; nec alium ab eo, cujus libros septem de Medicina recenset Gesnerus in Bibliotheca : Non Arabicè quidem, sed Græcè, satis antiqui interpretis, è duobus Bibliothecæ

Regiæ

Regiæ codicibus. Hunc Latinum quidem edidit *Jo. Leunclavius*, sed plerisque partibus imminutum & mutilum, ac perperam *Apomasaris* nomine nuncupatum; ut ipse posteà, *in Annalibus Turcicis*, admonuit.

Cap. VI. Pag. 635. Cum amatore secretò egisse.] Sicut uxores Japonensium, si vel *secretum cum aliquo habuisse sermonem* constet, morti obnoxiæ fiunt. Si maritus uxorem suam *in clauso cubiculo*, vel *janua non patente*, cum alio viro versantem deprehenderit, utrique mortem inferendi potestatem habet. *Varen. descript. Reg. Japon. cap.* 13. Ad uxores Judæorum quod attinet, de his actum est superiùs, *Pag.* 8. si nempe cum amatore *in secretius conclave ingressa*, tantam ibi moram fecerint, &c.

Pag. ead. Ædibus illam exturbare potest.] Quod innuitur unica hac voce, יוציא, propriè, *exire faciet*. Benè: Nam ab eadem radice יוצאת לחוץ *Egrediens foras*, scortum denominatur; & simpliciter יוצאנית *Exiens*, scilicet *extra ædes*, *Vagatrix*; quales alibi *Peripatetica*, vocantur. *Buxtorf. in Lex. Talm. f.* 970. Num verò *exturbatio* ista *ex ædibus* ore vel manu, hoc est, verbo vel verbere sit facta, non liquet: Apud majores certè nostros, nudatam (de qua re paullò antè) *expulit domo maritus*, ac per omnem vicum *verbere egit*; teste Tacito, de moribus *cap.* 19. §. 2. Quos etiam, in levioribus causis, secuti videntur Scoti, uxores quoq; suas alapis *docendo*, & *castigando* eas *bono Zelo*; & hoc ipsum erat, eas *maritali affectione pertractare*, ceu habet *Ver. 1. cap.* 16. *Statutorum Davidis Secundi*, quæ una cum reliquis veteribus Legibus & Constitutionibus, ex Archivis publicis, *Jo. Skenæus*, *in Regia Majestate Scotiæ*, ceu vocat, simul edidit. Casum singularem, qui *ibidem Ver.* 2. & 3. recensetur ac judicatur, hìc apponam, quia rarior est. *Casus super hoc contigit tempore Regis* David, *quòd quidam vir, boni testimonii, uxori suæ, quæ fuit ex bona prosapia, bono zelo eam castigando, tantummodò unam alapam ei dedit. Quæ indignatione viri sui, à die illo, in posterum, nec manducare nec bibere pro aliquo voluit; quousq; viam universæ carnis est ingressa: Amici verò mulieris, virum coram Rege, de morte suæ uxoris appellaverunt. Et quia notorium fuit, quòd vir ejus eam non interfecit; nec*

plagam

plagam aliquam dedit, de qua mortua fuit : Sed eam docendo & castigando percussit, *ac etiam usq; in diem prædictum suæ migrationis*, affectione maritali eam pertractavit; *Rex eum quietum clamavit omninò, & istam assisam hac de causa fecit.* Annotavit ad *Ver. 2. Skenæus* sequentia : Maritus potest uxorem immorigeram *castigare* & *emendare*, modò id leniter faciat, & non atrociter. *Porc. in §. 2. Instit. de patr. potest. Dd. in Authen. sed novo jure. C. de repud. & in leg. unic. C. de emend. propinq.*

Pag. 639. Servo ac ancillæ in tantum fides habita.] Potestas mortem inferendi utrique, peregrè profecto marito, vel domi si sit absens, patri, fratribus, & aliis *consanguineis* in Japonia, *competit*; imò *servis* illud *permissum est. Varen. l.c*

Pag. 644. Etiamsi duo isti fratres ejus sint, aut frater paterque illius.] De nefaria istac impuritate, in prima statim nota, ad *Pag.* 4. pluribus egi; nunc incestæ istius libidinis pœnam subjungo, quæ crimen istud, Judæis forte non inusitatum, in purgatorio diluere solet, ac potest. Sic enim *Gerson in Talmude suo, cap. 33.* sub finem infit : *Treibt ein Jude Blutschande, so muß er in das Fegfeuer; vvo er nicht so schvvere Busse vvirket, die ihm so sauer, als der Todt, ankömt.*

Pag. 654. Sine pudoris insigniis, sicut mos est in omnibus controversiis capitalibus.] *Philo* denudationem, quæ ab ipso omissa videri potest, per *pudoris insignia*, obscurius subindicare videtur : Sed, ut verum fatear, tantum γεγυμνωμένη τῇ κεφαλῇ, his verbis, innuitur. De *sinu* mulieris *denudato* pariter, ac *detecto capite* actum est superius, *Pag.* 42. & 447. De scissione vestium, quæ ad pœnas pertinent, hæc addo; fuisse illud, ex veteri suppliciorum (sive, ut Philo hic loquitur, controversiarum capitalium) more apud Romanos, ut noxiorum corpora scissis, & à lictoribus laceratis, vestibus nudarentur. Ita enim *Seneca lib. I. de Ira, cap. 16.* de hac ipsa lictorum opera : *Quid si ille vidisset desilientem de tribunali Proconsulem, & fasces lictori auferentem, & sua vestimenta scindentem, quia tardiùs scindebantur aliena?* Similiter & *Suetonius in Vitellio, cap. 17.* de ipso Vitellio, qui ignorabatur : *Religatis*

gatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forum tractus est. Plutarcho, plurimis in locis: Περιεχίσαι ἢ περιἐῤῥηγυῖναι dicitur. Et in *Actis Apostol. XVI, 22.* Οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, *Duum viri Philippenses,* sive *Pratores, scissis,* vel *disruptis, eorum* (Pauli & Silæ) *vestibus,* jusserunt eos virgis cædi. Plura desiderantem remitto ad *H. Grotium,* & *Lud. de Dieu* in hunc locum; nec non *P. Fabrum lib. II. Semestr. cap.* 10. Haud aliter jus Hebræorum de flagellandis statuit, si *Mikkotzium* audiamus *Precept.* 105. (*ad Deut. c. XXV, 2.*) ita disserentem: חזן הכנסת באוחז בגדיו אם נקרעו נקרעו עד שמגלה ארת לבו שאין מכהו על כסותו: Id est: *Magister Synagogæ apprehendit in vestibus ejus, si scindantur, scindantur; donec aperit cor ejus, quia non percutit eum super vestes ejus.* Idem præterea legitur in *Mischna, lib. Maccos, cap.* 3. simili quidem, sed mutata parumper formula: נקרעו ועם נפרמו נפרמו L. de Dieu vertit: *Nihil morans, lacerenturne, an dissuantur.* Prorsus ut Sacerdos solet, in denudanda Sota, superius *cap. I. sect. 5. num. 8.* sed plenius: אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו *Si maximè finderentur, aut dissuerentur.*

Pag. 656. Quacunque lingua proferri possunt.] Sicut Estheræ historia, quæ *legi* etiam potest *quavis lingua*, quam quidem (ait *Buxtorfius*) legens *intelligat*; quia ejus lectio *non ob alium finem* instituta est, *quàm ut sciatur*, & memoria illius miraculi celebretur: Si quis *peregrina lingua* legat, quam *non intelligit*, non satisfecit officio suo. *Synag. Jud. cap.* 29. Hæc ipsa, inquam, causa est, ob quam scilicet Pentateuchus Constantinopoli, unà cum Haphtaros & quinque Megillos, *Hebraicè, Gracè,* & *Hispanicè* editus est; addito etiam Targum Onkeli, & commentario R. Salomonis. Nam (scribit *D. Ant. Legerus*, per aliquot annos ibidem commoratus) Constantinopolitani Judæi, ex iis oriundi, qui ante multa secula eò migrarunt, *Gracè* S. Scripturam legunt; & sunt ferè Caraitæ: Qui autem non ita pridem eodem ex Hispania sedes transtulere (qui plerique omnes Rabbanitæ sunt) *Hispanicè* S. Scripturam lectitant. In Taurica verò Chersoneso, Theodosiæ habitantes, *Turcicè* Sacros libros legunt, ut Arabisantes *Arabicè*, & in Perside *Persicè*. Ubique tamen in peregrinis linguis exprimendis

 Hebrai-

Hebraico charactere abuti consueverunt. *Buxt. in Append. ad Bibl. Rabb pag.* 444.445. Amstelodamenses Judæi tamen Pentateuchum *Lusitanicum* literis *Latinis* & consuetis imprimi curarunt. *Gerson in Talmude, cap.*11. id ipsum quoque innuit, permissu Talmudico, Judæis *Græca* quoque *Biblia* esse concessa; quia *Gen. IX*,27. scriptum legimus ; *Persuadeat Deus ipsi Japhet, & habitet in tabernaculis Sem.* Quoniam verò inter alias *Semi* linguas *Græca* omnium præstantissima est, Biblia in eadem scribi posse, conceditur. *Lightfoot in Evang. Matth. II*, 1. linguæ Græcæ encomia asseverantiùs affirmari posse, monet ex verbis *Midras Tillin*, ad hoc dictum R. Jochanan respicientis : *Tres sunt linguæ; Romana ad prælium, Græca ad orationem, Assyriaca ad preces.* Exemplum vernaculæ *Græcæ*, לשׁן יווני in *Hieros. Sota, fol.* 21.2. habetur, de R. Levi, Cæsaream veniente; qui audiit quosdam *recitantes Phylacteria* אלוניסתין *Helleuisticè.* Cæsareæ floruerunt scholæ Rabbinorum (qui memorantur apud utrumque Talmud) celeberrimæ; at inter hos tamen, quasi *vernacula* usurpatur lingua *Græca*; idque in recitandis *Phylacteriis*, quæ præ omnibus aliis rebus *Hebraicè* recitanda, in Judæa meritò opineris. De cætero Judæos in Germania à Megalandro demum didicisse, ait Gerson Germanicam *Pentateuchi*, *Psalterii*, & *librorum* aliquot *historicorum* versionem. Postremò hæc ipsa *intelligendi* ratio nos docet, cur sacra Christianorum in ea, quam intelligunt, lingua peragi debeant ! Apostolus 1. *Cor. XIV*, 19. 11. haud obscurè id jubet his verbis : *Vos per linguas nisi manifestum sermonem dederitis, quomodò scietur id, quod dicitur ? Eritis enim in aëra loquentes.* Item : *Si ergo nesciero virtutem vocis, ero, ei, cui loquar, barbarus; &, qui loquitur, mihi barbarus.* Sapere aude: Incipe!

CAP. VII. Pag. 664. Calcei, quem Fürtenses Judæi exhibent.] Alium adhuc penes se habet *R. Henochus*, & subtilioris quidem formæ; quo non solùm pater ipsius, *R. David*, Rabbinorum acutissimus, in Hungaria, sub Comite Esterhasio, Eisenstadii degens, usus est : Ac anno superiore, Furthi, filius eodem utebatur : Rabbinis enim plerumque, post actum legalem dono dantur. Quali etiam Archisynagogus *R. Meir Leo*, me muneravit ; in hoc

hoc autem (licet jam usurpato) improbavit *R. Henochus* ligamenta, sive vincula, ex suillo corio (quod quidem in compacturis librorum Hebraicorum haud respuunt) facta; in duabus literis, *d.7.* nec non *d.31. Oct. a.* 1672. ad me missis, cum cura hac de re mecum agentis. Prioris epistolæ verba hæc sunt: *Was anlangt den* מנעל חליצה *muß solcher von einem solchem Viehseyn, von selbigen, als vvir essen dürfen; und fundirt sich solches aus dem 5. Buch der* תורה; *Capit.25.* ואנעלך תחש וחלצה נעלו *Item stehet in* נביא יחזקאל *Capit.16.* תחש [Taxus, Melis.] *haben vvir vvol essen dürfen; vvie geschrieben in dem 2. Buch der* תורה *Capit. 25. da sie das* משכן *gebauet, und darzu gebraucht vverden* ערת תחשים [Pelles taxeæ.] *Und vveil vvir den* תחש *nicht haben können, als soll der* מנעל חליצה *auf das vvenigste von einem solchen Vieh seyn, so vvir essen dürfen.* De sutura verò istius calcei, quæ in altera tantùm (nec in utraque, de quibus erat quæstio) parte apparet, hæc, ex sententia Rabbinorum in posteriore epistola ad me perscripsit: *Warum der* נעל חליצה; *nicht auf beeden seiten dürfe genehet seyn, ist die Ursach: Es stehet in der* תורה *im 5. Buch,* וחלצה נעלו מעל רגלו *das ist, der* נעל *soll von dem Fuß (ohne einzigen Unterscheid, zvvischen Fuß und* נעל) *abgezogen vverden. Daher, vvann müglich vvere, daß solcher* נעל *könte in einem Stuck gemacht vverden, damit er gar nicht genehet dürfte vverden, vvere es am besten: Allein vveil sich solches nicht thun läßt, als vvird die Müglichkeit gebraucht, und nicht mehres, als von nöthen ist. Derentvvegen muß alles mit Riemen geneht vverden, dervveilen die Riemen auch von Leder sind: Damit nichts anders (vvas nicht von Leder ist) einen Zvvischenscheid* (i.e. Unterscheid) *geben soll.* Hæc ille, in cujus Bibliotheca, fidei meæ, ob militares turbas nuper concredita, exstabat etiam סדר גטין וחליצה ממהרר יעקב מרגליות: Id est, *Seder Gittin,* sive divortiorum, *& Chalizæ, auctore Morenu Haraf Rebbi Isaac Margarita.* Præclaram quoque operam præstitit *M. Joh. Clodius*, in dissertatione Academica, *de ritu excalceandi, in contractibus olim usitato*, occasione *Ruth. IV,7.*

Pag. 668. Respondebant, Amen.] Hoc est, *subjiciebant.* Quare notandum censuit *Joh. Leightfoot, Hor. Rabb. in Johan. cap.* I. ℣. 52. quòd cùm frequentissimè adhiberetur ab omnibus *Amen* in *fine* orationis, aut sententiæ; non adhibeatur *in initio*, nisi *à solo Christo*, qui ipse est *Amen*, *Apoc. III*, 14. & אלהי אמן *Esa. LXV*, 16. Nec decuit os cujusvis mortalis, *Amen* proferre in initio sententiæ, eo modo, quo Christus: atque ipsi quidem Magistri traditionum, qui videbantur esse oracula gentis, dixerunt באמת & הימנותא *In veritate dico*, at non, *Amen dico.*

Pag. 669. Succinentes sibi invicem, ab alteris dicta comprobantes.] Velut in acclamationibus Senatus Rom, & Synodorum quoque ecclesiasticarum, moris erat: de quo *Casaubonus Not. in Vulcatii* Avid. Cassium: *Non temere autem*, ait, *quid quisq; vellet, acclamabant; sed, ut in choris, erat aliquis, cujus vox cæteris præiret: Hic formulam acclamationis concipiebat; reliqua turba nihil nisi acceptas ab eo voces reddebat. Ars verò adhibita, & in concipiendis acclamationibus; quas ideò Plinius Secundus* cantica *appellat; & in acclamando.* Modulatione *enim quadam utebantur*, canentibus *non dissimiles. Atq; in rusticis quibusdam* cantilenis *fieri videmus, ut idem repetatur sæpiùs; sic, qui acclamabant, non semel aut iterum, sed sæpiùs eadem verba resonabant.* De Nerone *Tacitus lib. XVI. Annal. cap.* 4. §. 4. cum carmen in scena recitaret: *Plebs personabat certis modis, plausuq; composito.* Acclamationes istas cum modulis & quodam velut cantu fuisse, *Plinius in Paneg. cap.* 2. §. 6. indicat, dum de populo Romano, hujusque Principibus sic ait: *Concentu formosum alium, hunc fortissimum personat.* Græci vocant ἐπιβοήματα, dicunt & κρότους, & κροτεῖν, ἐπιβοᾷν vel ἐκβοᾷν, & ἐπιφημίζειν, & ἐπικραυγάζειν·

Pag. 672. Imò & libris, quos edunt.] Ipsi nimirum typographi (neque auctores) librorum, sacerdotalem ostentant ex Aaronis gente, originem suam, simili *manuum benedicentium* figura; quæ plerunque inferiùs, in titulo libri, ligno vel æri incisa, conspicitur. Talis est liber ille, cujus meminit *Buxtorf. in Biblioth. pag.* 315. מקור חכמה dictus, & à typographo *Pragensi*, editus. Id ipsum enim nos docent verba hæc, inferiùs apposita: ע' משה

בן מהרר בצלאל כ״ץ ז״ל מחוקק Id eſt, *per manus Moſis Filii Morenu Raf Rebbi Bizlel*, כ״ץ, ſive כהן צדק *Sacerdotis juſtitiæ, cujus memoria ſit in benedictione, typographus.* Eadem figura extat etiam in altero libello, אמרי בינה qui priori plerunque additur. De ritu benedictionis ſacerdotalis, ad illuſtrandum locum, *Num. cap. VI*, 23.27. exercitationem Academicam accuratiſſima diligentia conſcripſit *M. Jo. Hen. Hanerus.*

Pag. ead. Omnes Chriſtianos, cum ea peragitur, procul eſſe jubent.] Nec non pueros ſuos, quos interea foribus excludunt, ubi ineptias & ludicra tractant. Interfui autem ego, cum *novi anni* ſolemnia celebrarent, unà cum conjuge, liberis, & amicis; cum bona Judæorum venia: Rectis oculis has manus duorum Sacerdotum horrendo ululatu aures fatigantium, nobis intueri licuit; clauſa Synagogæ janua. Finitis verò ſacris, Judæus aliquis cœcitatem quoque (vel caligantes ſaltem oculos) blaterabat; Chriſtianis tamen haud metuendam, inquit, ſed Iſraëlitis tantùm, hoc eſt, populo DEI ſanctiſſimo. Statim gratulabar mihi juxta ac meis, de viſu pariter ac fide, quæ & oculis & animabus ſalutaris eſſe ſolet. Quodſi quis autem Chriſtianorum, clauſis jam portis venerit, dum ipſa ſcilicet benedictio, peragitur; oſtiarius neminem admittit; quod mihi, ad *Tabernaculorum feſtum* ſeriùs redeunti accidit.

Pag. 676. Convoluta Lege.] *Nic. Trigautius de Regno Chin. cap.* 11. memorat, Judæos, in provincia *Honan*, in ejus metropoli *Chaifamfito*, quinque libros Moſis, *voluminibus involutis*, magna veneratione *annos* tunc *quingentos*, aut *ſexcentos*, aſſervaſſe. Tale etiam eſt *volumen Eſther*, in lata membrana, ligno tereti circumvoluta, inſcriptum; quod in feſto Purim, addita benedictione explicatur, & finita lectione honorificè iterum convolvitur. Neque hiſtoriam illam, ex impreſſo libro, legere fas eſt; ob peculiarem nempe ſcriptionem iſtius, de qua *Bux torf. in Synag. cap.* 29. & rationem tum expreſſam in ipſiusmet libri Eſtheræ fine, dum dicitur ונכתב בספר id eſt, ceu Rabbini exponunt, *ſcribatur ſicut* ספר תורה

תורה tum alias quoque quæ in fine voluminis, variis ut plurimum coloribus, mirisq́ue picturis variegati, subindicantur.

Pag. 679. Josephus Voisinius.] *Vicini* hujus elogium, simul ac judicium, de *Pugione Fidei*, è literis amicissimi olim in Batavis *G. H. Vorstii*, *d.* 1. *Mart.* *A.* 1652. ad me exaratis, ni grave sit, quæso, accipe: *Jam intellexeram, Voisinum*, Pugionem Raimundi *è vagina eduxisse, atq; communi usui exposuisse; sed si ista arte expoliverit Pugionem, qua usus est in conflanda* Theologia Judæorum, & Lege Divina; *tùm sanè præstitisset, si ferrugine obductus, semper in vagina reconditus mansisset: Passim enim spuria, mutila, & incrustata Hebræorum testimonia* bonus Vicinus *promit; ut iis etiam portentosa qualibet commenta fidei suæ statuminet. Certè magnopere dolendum est, viros eruditos ejusmodi imposturis fucum facere rudioribus.* Hactenus ille.

Pag. 684. Exstillabant oculi lacrymas.] Ex *tristitia* Regis Agrippæ; quales aliàs ex *lætitia* Augusti, quem Senatus consentiens cum Populo Rom. consalutabat Patriæ Patrem. *Sueton. cap.* 58. Sic Trajanus ad voces dilaudantis populi, & fausta comprecantis, *lacrymis etiam & multo pudore suffundebatur*, inquit *Plinius in Paneg. cap.* 2. *& cap.* 73. idem repetit: *Vidimus humescentes oculos tuos.*

Pag. ead. Non tantùm bis, sed etiam tertiùm sic acclamatum.] Nimirum: *Frater noster es! Utiq; frater noster es!* Semper etiam, in Actis publicis apud Romanos annotatum (notante rursus *Casaubono in Vulcatium*) quoties quidq́; , in acclamando, fuisset repetitum; quod ne Historici quidem neglexerunt: Nam legimus sæpè in istis libris, *dictum quinquies, dictum decies, dictum vicies*, & similia. *Trebellius* verò, in *Claudio*, etiam *sexagies* atque *octuagies* idem acclamatum observat. Vetus dein Ecclesia & acclamandi morem usurpavit; his formulis populus in sacris conventibus utebatur; his & patres ipsi in Synodis suis: Atque ut Senatorum acclamationes in Acta publica relatæ, *numero etiam annotato*, quoties quidque dictum fuisset: Sic & Ecclesia cum in Acta synodica, tum in alia gesta Ecclesiastica habitas acclamationes, per notarios suos, pari diligentia referebat. In Actis ordinationis *Eradii*, cum eum B. Augustinus jam senex, apud clerum & populum, successorem sibi dixit; post ista Augustini verba, *Presbyterum Eradium mihi successo-*

ceſſorem volo, ſequuntur iſta : *A populo acclamatum eſt : Deo gratias, Chriſto laudes!* dictũ eſt vicies ter. *Exaudi Chriſte, Auguſtino vita!* dictum eſt ſexies decies. *Te patrem, te epiſcopum!* dictum eſt octies.

Pag. 689. Angeli Syriacam linquam non intelligunt.] Inter alias rationes hæc etiam apud Judæos valet, cur *Danielem*, Prophetis haud accenſeant : Quia nimirum Angelus, vaticinantium *Miniſter*, Chaldaicas locutiones haud intelligit, quæ in Daniele occurrunt. Quamvis autem purè Chaldaica lingua diſtinguatur à Syriaca, hîc tamen haud opus eſt ; Chaldaica enim impura & Syriaca, pro una eademque accipiuntur. *Vide Lightfoot in Evang. Matth. II,* 1. Cùm Samuel parvus, morti vicinus, in *Hieroſ. Sota*, prophetaſſet (inquit Anglus ille doctiſſimus) Simeonem Principem, & Iſmaëlem ſummum Sacerdotem, gladio eſſe interficiendos ; Doctores Hieroſolymitani non intellexerunt, quid בלשון ארמית lingua *Syriaca*, eſſet locutus. Hæc autem verba non intellexiſſe doctiſſimos Rabbinorum, qui coràm aderant, quis credat ? Senſus igitur fortè eſt : Cùm *non niſi* lingua *Hebræa* ederentur *prophetiæ*, utcunque illi vernaculum verborum ſatis intellexerint, *pro prophetia* tamen *non habuerunt.*

Pag. 716. Ibi ſepulti Patres mundi, Adam & Eva, &c.] De Evæ morte, ait *Heideggerus, Exerc IV. de Hiſt. Sacr. Patriarch. num.* 731. quia Scripturæ tacuerunt, nihil dicere habemus. Cæterum Doctores Cabbaliſtici in nomine ישראל *Iſraëlis* obſervant contineri omnes, *Hebrone* ſepultos, (י) *Iſaacum, Jacobum*, (ש) *Saram* (ר) *Rebeccam* (א) *Adamum, Abrahamum* (ל) & *Leam.* Hebræorum aliàs vetus eſt traditio (licet *Patricides*, & *Elmacinus*, Adami corpus à Scheto, Enocho, Caine, & Mahalaële, myrrha, thure, & caſſia conditum in ſpelunca duplicata collocent ; quæ in meditullio terræ erat) ſepultum eſſe Adamum *Hebrone*; quæ alio nomine vocata fuerit קרית ארבע *Kiriath-arbe*, id eſt, *civitas quatuor* virorum ſcilicet, ibi ſepultorum, *Adami, Abrahami, Iſaaci, Jacobi.* Quod cùm de tribus poſterioribus verè dicatur, de Adamo etiam

conan-

conantur probare, ex *Jos. XIV*, 15. Funus curatum à Scheto, in *Juchasin*; ab Enocho, in *Seder Olam* scriptum reperitur. Ab ipso verò Deo censuit *R. Rachumai* terræ matri corpus mandatum: Penes quos, inquit *Heideggerus*, fides esto!

Pag. 717. De precibus, quæ super monumentis defunctorum concipiuntur.] Memini, Judæos è *Polonia* in Germaniam profectos, in cœmiterio *Fürthensi*, pro cognatis ac familiaribus suis, inibi sepultis, similes preces concepisse: Quam tamen longissimæ hujus profectionis causam unicam nullus Judæorum mihi persuaserit; neque tunc persuasit: Sed in transitu id factum esse, arbitror.

Pag. 739. Angina extinctos.] Idem & *Buxtorf. in Lex. Talmud. fol.* 1480. annotavit, quòd angina venerit in mundum על לשון הרע *propter linguam maledicam*, juxta illud, יסכר obturabitur os loquentium falsa, *Psalm. LXIII*, 12. *Schabbas, fol.* 33, 1. *Berach fol.* 8, 1. Hujuscemodi falsiloquum os Judæ erat proditoris, & hac forsan ratione quidam ἀπήγξατο *Matth. XXVII*, 5. exponunt, quòd hoc morbo correptus, suffocatus fuerit; & concidens ex vi interclusi spiritus crepuerit medius. Sicut Achitophel, typus Judæ, vir tam prudens scilicet, non seipsum strangulavit, sed angina, quæ Græcis ἀγχόνη, Rabbinis אסכרא *Ascara* dicitur, suffocatus fuit; propterea, quia *II. Sam. XVII*, 23. scriptum est. *Et strangulatus est*. Hic morbus aliàs infantibus quidem familiaris est die quarto nativitatis, quo parentes jejunium instituunt; ne is infantes invadat: Occupat tamen etiam adultos, maximè in sternutatione; unde mos benedicendi, רפואה vel, אסותא *Medicina, Salus sit tibi!* Sed qui assuescit *esui lentium* semel in mense, *cohibet anginam* à domo sua. Hunc ipsum morbum metuebant Judæi, cum anno superiore milites, in vicino agro, quasi seriò locuturi, faucium angustia suffocati, exanimes conciderent: Ad quod malum averruncandum in תחינה hoc est, precatione illa, quæ instar panaceæ, contra universos aut potissimos morbos, sub finem *Thephillos & Tillim* lectoribus commendatur, inter alia hæc, *propter adultos* quoque, recitantur ver-

tur : ואל תמשל אסכרה ושדין ורוחין ולילין *Et non dominabitur Ascara*, sive Angina, *nec dæmones, nec spiritus, nec spectra &c.*

Pag. 751. Planè deprehenduntur modestiores contra nostram opinionem.] Saniores hodiè Rabbinos de æterna Christianorum salute haud desperare, *Levi de Pomis* etiam apud me testatus est olim de ipsis Judæis ; quorum castra tunc paratus erat deserere : *Quartum conclave*, inquit, probis Christianis *in paradiso* tribuunt, è primariis *sex*, cubiculis; de quibus fortasse peculiaris libellus iste שער גן ערן dictus, consuli posset : Hoc tamen posito beatitudinis discrimine, ut pii Israëlitæ longè majore gaudio perfruantur. Adde, quod Judæi (pergit is) doceant, captivitatem ac persecutionem ipsorum, qnam גלות vocant, ob hanc ipsam causam, nunc quidem durare diutius; quia Christiani interea *verum Deum* invocare didicerunt : Siquidem recutiti credunt, si quis verum Deum invocaverit, licet falsum pariter Numen (pro quo Jesum nostrum habent) colat, eum, divina hac uti gratia, ut terrarum regimen constanter possideat. Nec abs re, quod *R. Henochus*, de hac moderatiorum sententia, *d.* 4. *Febr.* 1673. in litteris ad me perscripsit : *Ich muß, leider vernehmen, daß vvir so viel behasset, und über die massen beseitet vverden, in dem vermeinten, ungrundirten Vorgeben, als vvann vvir Juden solten die Christen verdammen: Welches nicht allein durch unsere Schriften nicht zu probirn, sondern allein das Widerspiel zu probirn ist. Es ist auch vvider alle Vernunft, daß eine Nation die ander der Zeit verdammen solte, dervveil eine jede Nation vermeint, daß seine Religion die rechte sey ; und ist darum keiner zu verdencken. Ein anders ist gevvesen vor alten Zeiten, daß sie Bilder gedient haben, vvelche von Stein und Holtz gevvesen ; und daß selbige das gevvust haben, daß es nur bloß Holtz und Stein gevvesen ist; doch gleichvvol haben sie solches für Götter erkennet, vvie geschrieben im Buch* ישעי׳ *Capit.* 44. *Aus solchem ist vvol zu disputirn. Bey solchen Nationen aber, vvie es jetzo gibt, daß jedermeniglich vermeint, daß seine Religion recht sey ; und vvill ein jeder seine Religion* (hoc est, Legis Divinæ studiis se tradens) *aus den Prophetischen Schriften probirn : Dahero ist keiner zu verdammen, und geschicht uns Juden grosser Unrecht ; indem daß vvir von denen Christen deßhalben beseitet vverden sollen.* Quando preces contra Judæorum hostes ad Deum fundunt, negabat is, per illos se Christianos intelligere; sed *idololatras*. Quod hosticum nomen in *Schilchan Aruch*, & *Gemara*,

Ppppppp abbre-

abbreviando exprimitur per עכו"ם sive *Akum*, hoc est, עובדי כוכבים ומזלות *Cultores stellarum & siderum.* Hinc, ut benè observavit *Buxtorfius*, in nova editione, *Synag. cap.* 35. Judæi (nisi fortè superstitiosiores sint) vinum, apud Christianos bibunt, non ut *gentilium*; causam reddentes hanc, quòd Christiani sub hac Lege non sint comprehensi; sed illi duntaxat, qui palàm & notorie sunt idololatræ. Tales verò non esse Christianos, ut qui את היחוד *unitatem Dei* cum ipsis teneant & asserant. Atque hoc etiam *Leon Modena* ibidem statuit; num verò sincere, vel in gratiam Christianorum, NON LIQUET. Similiter scribunt hodiè, licitum esse, juramenta à Christianis exigere; quia hi, maximè extra terram Israëlis, non sint veri idololatræ, neque etiam per idola jurent. Quamvis quandoque mentionem faciant nominis alicujus idololatrici, tamen *intentionem* eorum *dirigi ad Deum*, Creatorem cœli & terræ; & in hoc duntaxat peccare, quòd Nomen Dei, & *alterius alicujus rei* conjungant. Vide *Synag. cap.* 48. Ita & *Casp. Barlæus* erga Judæos in Epigrammate suo *ad Manaßis Ben Israël Problemata de creatione*, animatus fuisse, *Nic. Vedelio, in libris duobus de Deo Synagogæ*, videtur, quod his obsignabat versiculis:

Cunctorum est, coluisse Deum. Non unius ævi,
Non populi unius credimus, esse pium.
Si sapimus diversa, Deo vivamus amici;
Doctaq; mens pretio constet ubiq; suo.
Hæc fidei vox summa mea est, hæc crede Manasse:
Sic ego Christiades, *sic eris* Abramides!

Pag. 777. Cum Christianis, qui solis diem sacrum habent.] Sicut Japones, Christianorum consuetudinem, in hoc secuti, licet Christianæ fidei hostes infensissimi, die solis ab operis mercaturæ simul quiescebant, in insula *Disma*; idque pio ac religioso *Dn. Wagneri*, è Misnia orti, instinctu ac jussu, qui A. 1659. sollicitè hoc egit, ut Societatis Orientalis homines, singulis diebus Dominicis, cultum divinum, licet in occulto, ritè tamen peragerent. Annotavi, hac de re, nonnulla ad *Joh. Jac. Merklini Itin. Japon. pag.* 2050. 2056.

Pag.

Pag. 780. Promanârit semen ex ungibus manuum.] Quos nempe solo infixerat: Simile quid de Vulcano fabulantur Poëtæ, quod cum Minerva, Jovis monitu, virginitatem suam defenderet, & desiderio ac libidini istius reluctaretur; Vulcani *semen in terram ceciderit*: Unde natus est *Erichthonius*, quod nomen & *contentionis* & *terræ* nomen intra se continet. *Natalis Comes, lib. II. Mythol. cap. 6.* Quamvis hujus fabulæ sententiam *Franc. Baco Verulam* hanc esse existimet: *Vulcanus*, hoc est, *Ars*, per corporum omnimodas vexationes, *Minervæ*, hoc est, *Naturæ* vim facere, eamque subigere quidem contendit; sed tamen multa machinatione, quasi lucta, *intercidunt*, atque *emittuntur generationes imperfectæ*, & opera quædam manca: Qualia ferè, & inter *productiones chymicas*, & inter subtilitates & novitates mechanicas sæpiùs notare licet. *Lib. de Sapient. Vet. Sect. XX.*

Pag. 809. In Germania epulis præmittitur, in Italia verò, &c.] In pluribus à Judæis Germaniæ dissentiunt Itali, quos nemo facilè conciliârit: Judæi *Germani* quatriduum duntaxat ante novum annum ad Selichos, sive preces suas recitandas, ad peccatorum veniam impetrandam, ante lucem surgere incipiunt: *Itali* vero à mensis Elul, hoc est, Augusti principio, imò maturius, quotidiè ante lucem surgunt. *Buxt. in Syn. Jud. cap. 23.* Gallum gallinaceum Germani, ante expiationis festum, ut peccati sustineat pœnam, circa caput jactatum mactant: *Leo de Modena* scribit, in *Italia* hunc ritum esse abrogatum, ut qui nullum habeat fundamentum. *Cap. 25.* Christianorum vinum *Germani* in diversoriis & ipsorum ædibus non bibunt, *Modena* dicit, Judæos in *Italia*, hoc non observare. *Cap. 35.* Armos posteriores non comedunt *Germani*, propterea quòd Angelus femoris acetabulum Jacobo luxavit: In *Italia* autem, artis anatomicæ opera, compererunt, subtili nervorum resectione illos licitos quoque & edules fieri posse. *Cap. 36.* Integrum psalterium, in partes quinque divisum, *Germani*, pro ægroto, trium horarum spatio, in Synagoga, extra sacrorum tempus, deblaterant: *Venetiis* moris est, ut Rabbinus aliquis ægrotantem accedat, librum Legis in sinu secum adferat, & tres tantùm Psal-

mos, 20. 38. & 91. recitet. *Cap.* 49. Ad peccatorum confessionem, in mortis lectulo recitandam, communi quadam *Germani* formula utuntur: *Itali* formulam habent, alphabetico ordine conscriptam; in cujus singulis litteris peculiare & præcipuum aliquod peccatum continetur. *Cap.* 49. Tanta est etiam inter *Lusitanos* ac *Germanos*, quanta maxima esse potest rituum, ceremoniarumque distantia; quam punctis, sive articulis XX. constare, Lusitanus ipse mihi patefecit.

Cap. VIII. Pag. 842. Sacerdos ad bellum.] Neque Germani veteres Sacerdotibus carebant in bello; quibus solis (velut militaris disciplinæ custodibus) animadvertere permissum erat; non quasi in pœnam (inquit *Tacitus cap.* 7. §. 2.) nec Ducis jussu, sed *velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt.* Quanta potestas belli ac pacis, in *Pegu*; Sacerdotibus, quos Bramines vocant, concessa sit, velut justitiæ arbitris, fusiùs declarat *Vincent. le Blanc, in de Vermaarde Reizen, cap.* 24. Americana & barbara gens ista *Tapuyarum*, qui Siaram inter & Marathonem siti sunt, suos etiam Sacerdotes, in bello licet sociali, quod cum Belgis contra vicinos susceperunt, penes se habent; eorumque oracula pariter ac consilia sequuntur. De quibus vide *Solerum*, qui temporibus Mauritii Christianorum sacris præfuit, in *Epist. Gallica, ad Ministros Ecclesiæ Belgicæ, pag.* 5. *&* 6. nec non *Vossium in Addend. lib. I. Idol. ad pag.* 57.

Pag. ead. De oleo unctionis, ipsoque Sacerdotes & Reges ungendi ritu.] De utraque hac *unctione, Sacerdotali & Regali, in Vet. Test. D. Jo. Frid. Miegius*, in Academia Heidelbergensi, triennio abhinc, eruditè *disseruit*; imprimis *thes.* 4. ubi inter alia, de oleo unctionis, haud promiscuæ vel communis: *Ut quis esset Sacerdos vulgaris, non opus nova separatione erat (nascebantur quippe tales) secus, si futurus erat Pontifex:* Hi enim soli deinceps ungebantur, filii licet Pontificum; qui ideò κατ' ἐξοχὴν in Scriptura *Sacerdotes uncti*, & apud Rabbinos טעוני משיחה *Unctioni obnoxii* vocantur. *Quanquam etiam ex gregariis, qui juxta legem*, Deut. XX, 2. *Israëlitis in prælium tendentibus adjungebatur, ANIMUM ILLIS ADDITURUS, SACRO OLEO DELIBUENDUS fuerit; dictus ideò COGNOMI-*

GNOMINE SIBI PROPRIO, NEC AD POSTEROS TRANSMITTENDO, משיח המלחמה *Unctus belli.*

Pag. 843. Romanos à Judæis id didicisse.] Judæi, more solito, dicunt gentiles artem militarem, ut & allocutiones sive conciones militares a sese didicisse: velut Musicâ de qua Emanuel apud *Buxtorfium, in Florilegio Hebr. pag. 226.* sic infit: *Quid dicit ars Musica apud Christianos? Furto abducta sum, ex terra Hebræorum.*

Pag. 844. Si Christiani verè audire & esse volumus.] Dixit etiam aliquid ea de re magnus ille *Erasmus in Adagiis, fol. 295. seq.* ad illud Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος, de bellis Christianorum seriò loquens: *Dictu mirum, quàm hodiè passim, quàm quavis de causa suscipitur, quàm IMMANITER AC BARBARICE geritur; non tantùm ab Ethnicis, verùm etiam à CHRISTIANIS: Nec prophanis modò, verùm etiam à SACERDOTIBUS & EPISCOPIS: Nec solùm à juvenibus & imperitis, verùm etiam à senibus, & toties expertis: Nec à plebejis tantùm, & vulgo natura mobili; sed potissimùm à Principibus, quorum officium erat* (nota, de hoc ipso *Peguani* Sacerdotes, ante omnia, Principes suos diligenter admonent) *temerarios stulta multitudinis, sapientia, ratione q; componere. Neq; desunt Jureconsulti, ac THEOLOGI, qui ad ista tàm nefaria faces admovent; & frigidam, quod ajunt, suffundunt.* Plura ὁ μέγας, lectu necessaria. Hinc invectiva illa, & parænesis, *Theoph. Grosgebaueri, in Præserv. contra Atheistas, cap. 2. n. 2. & seqq.* qua, pro merito suo, Theologos & Confessionarios belligerantium Principum, corripit; dum bella, N. Testamenti Christianis parum digna, ex S. Scriptura, in gratiam mensæ, scilicet probant & approbant; *die aus der H. Bibel Lärm blasen.* Postremò de bellum gerendi modo, legibus apud Christianos militaribus, & Sacerdote apud Hebræos olim singulariter ad hoc designato, *D. Jo. Hoornbeek lib. X. Theol. Pract. cap. 13.*

Pag. 848. An mitiora fata, inter nos, quàm Paganos fuerint experti.] Judæi ajunt, Christianis se haud resistere, sed quævis patienter ferre; ob ipsius DEI mandatum, quod gemino juramento (hæc enim *R. Henochi* interpretatio atque sententia est) confirmavit, vel potiùs subindicavit *Cant. II, 7. & III, 5.* hoc unico verbo, השבעתי *Adjuro.* Prius quidem juramentum eos

 concer-

concernit, quibus Judæi subsunt; ne gravius his jugum imponant: Alterum verò Judæos ipsos, ut illud æquo animo ferant; nec ante tempus abjiciant. Atque hoc ipso *patientiæ* præcepto probare satagunt, quod Christianis *haud maledicant*.

Pag. 850. Vocem crassam, hoc est, ingentem, quæque è longinquo percipi potest.] *Recueil des Memoires & Conferences sur les Arts & les Sciences presentees à Monf. de Dauphin, A.1672. par Jean Bapt. Denis*, mense Februario, similem tubam *Stentoricam, sive ceu Galli vocant* (*Trompette à parler de loing*) nobis exhibet, per *Sam. Morlandum*, Anglum, noviter inventã; de qua integer etiã tractatus, *Londini in folio* editus, dudum extat. Usus hic est, ut beneficio istius distinctè cũ eo colloquamur, qui *duobus* aut *tribus milliariis Anglicanis*, vel, si mavis, *uno Gallico, cum dimidio*, à nobis distat: Experimentum aurium cœpit ipse Rex magnæ Britanniæ. Cæterum *Morlandus cap*.1. dicit, quòd *primam* A.1670. è *vitro* fecerit, cujus longitudo erat pedum duorum, & octo digitorum; extremitas aperta digitos habebat undecim in diametro; minorque extremitas duos, cum dimidio: *Secundam* dein paravit ex *ære*, circiter pedes quatuor, cum dimidio, longam; extremitas major, digitos duodecim in diametro, minor duos habuit: *Tertia* tunc quoque secuta est, eaque *cuprea*, ad instar tubæ militaris, qua vulgò utimur, sedecim pedum, & octo digitorum; extremitas major constabat digitis novendecim, minor autem duobus: *Quarta* item *cuprea*, insanæ magnitudinis, hoc est, longa pedes unum & viginti; extremitas major, in diametro, pedum duorum fuit. De reliquis dicere jam nil attinet. *Cap*.3. usum ostendit, in mari, dum tempestas oritur; vel subobscura nox navibus periculosa imminet: Quæ voce humana in portus evocari vel etiam à naucleris & gubernatoribus in ordinem redigi possunt: Quare & Angliæ Rex minores imprimis tubas hujusmodi per omnes naves suas distribui jussit. Quid quod Thalassarchi, tranquillo Oceano, aliquot millenis circa se navibus, uno quasi sonitu imperare simul possunt. Eadem facilitate ex ipsis munimentis & arcibus, naves, in vadosa maris ripa, jactis anchoris, jacentes, statim, ad magnam expeditionem aliquam impelluntur. In terris deniq; usui

usui esse queunt hæ tubæ, si quando summus militiæ Dux allocuturus exercitum suum quadragies vel quinquagies mille milites, licet complectentem, præfectis mandare quippiam, aut commilitones ad pugnam inflammare velit. Postremò Urbs obsidione cincta, in quam cursor nullus admittitur, subsidiariorum numerum, in hoc vel illo tempore ocyùs succurrentium, instrumenti istius indicio, facilè percipiet atque cognoscet. Hæc ἐν ἐπιτομῇ, de tubis Stentoricis; quas Mathematicus Norimbergensis, *Jo. Franc. Grindelius*, summo artificio, jam facit.

Pag. 851. Ducenta millia truncorum digito.] Hi enim, ut insigne fortitudinis suæ specimen, sibimet ipsis digitum præciderant. Contrà Equus Romanus, *sacramentum detrectans* militare, duobus filiis *pollices amputavit*; ut eos belli tempore militiæ subtraheret: *Suet. in Aug. cap. 24.* Ita & *Fortunatianus* Rhetor: *Decem milites, tempore belli, pollices sibi amputarunt. Rei sunt læsæ reipub.* Præterea *Marcellinus lib. XV.* de Gallorum moribus loquens: *Neq; illorum quisquam, ut in Italia, munus Martium extimescens, pollicem præcidit; quos jo-cularitér murcos appellant.*

Pag. 857. Quinque arborum, quæ verum arboretum faciunt, dispositionem.] Per quinque has arbores, procul dubio intelligitur Varronis, & Ciceronis *Quincunx*; unde & *Xenophon*, de plantatione loquens Sardensi: *Arbores pari intervallo sitas, rectos ordines, & omnia perpulchrè in Quincuncem directa.* Scripsit autem Medicus ille Anglorum doctissimus, *D. Thom. Brovvne*, patrio idiomate suo, dissertationem *de Horto Cyri*, in quo quincuncialem structuram mysticè conservatam, itemque in Tactica acierum instruendarum, nec non Architectura *columnarum* pulcherrimè observatam, ostendit. Habebatur enim, inquit, quinarius pro numero perfectionis ac fecunditatis fertilitatisque: Hinc *Hesiodus* πέμπτας, id est, *nuptias multas* dixit: *Plato*, in nuptiis *hospites quinq;* tantùm admisit; & nisi *Abram* nomini suo *quintam* alphabeti Hebraici literam *He*, addidisset; sterilis mansisset, & potentiæ generandi expers: Quod quidem Cabbalistarum acumen est.

Cap. IX. Pag. 904. Huic consonat ipse Galenus.] Sed reclamat, & improbat Galeni sententiam *And. Vesalius lib. VI.* quod

quod observavit *Jo. de Laët*, in notis ad hunc *Vitruvii*, locum. Quidam enim genitalia, nec umbilicum, pro corporis centro medio habent. Cæterum mensuræ hujus varia quoque schemata Eques ille Anglicanus, *Will. Austin*, in libello Britannico, cui lemma est, *Hæc Homo, cap. 5.* ingeniosè exhibet.

Pag. 906. Qua nullus unquam labor peractus.] Diabolus, simia Dei, idem requirebat ab equis veterum Germanorum, quorum præsagia ac monitus experiebantur; quique publicè in nemoribus ac lucis, *nullo mortali opere contacti*, alebantur. *Tacit. de Germ. cap. 10. §. 5.*

Pag. 927. Vixit R. Jochanan annos CXX.] Vixit & R. Akiba annos CXX. & procul dubio vixisset longiùs, nisi caro ejus (quia Pseudomessiæ Bar Cochbæ, armiger erat) pectinibus ferreis fuisset dilacerata; de quo *inferius, pag. 985.* Cæterum auctor Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ, *centum viginti annos unius hominis ætatem* vocat. Nec non *Servius*, in triplici hoc discrimine: *Tribus humana vita continetur: Natura, cui ultra centum & viginti solstitiales annos concessum* non est: *Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitium creant: Fortuna, id est, casu, qui pertinet ad ruinam, incendia, naufragia, venena* Facetum quoddam extat Aruspicum responsum, apud *Vopiscum, in Floriano*; ubi spatium idem *CXX. annorum* longissimam hominis vitam terminat. Super hæc *Trebellius in Claudio*, Mathematicorum sententias, more quidem Historicorum refert, dum ait: *Doctissimi Mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, neq; amplius cuiquam jactitant esse concessum: Etiam illud addentes, Mosen solum Dei (ut Judæorum libri loquuntur) familiarem, CXXV. annos vixisse: Qui cùm quereretur, quòd juvenis interiret; responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus esse victurum. Quare etiamsi C. & XXV. annos Claudius vixisset, necessariam quidem mortem ejus expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, stupenda & mirabilis docet vita.* Ubi in Notis *Casaubonus* benè monuit, errasse bifariam Trebellium, in hac historia, ceu peregrinus in alieno solo: Nam Moses non CXXV. sed *centum & viginti tantùm* implevit: Et quod ait, *excepto Mose*, neminem centum & XXV. annos transcendisse, ex libris sacris scimus esse falsissimum. Est autem vetustissimus error; nam & *Josephus lib. I. Antiq.* CXX. annos, quorum spatium indulget Deus humano generi (ἔσονται δὲ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσιν

ἔτη

rum, Gen. VI.) ad pœnitentiam, priusquam diluvio pereant omnia; putat esse tempus longissimum, quo *homines posthac sint victuri.* Cur verò non possit prædictus annorum numerus pertransiri, ex Sacra pagina, atque ipso etiam Hippocrate, demonstrare conatus est *Georg. Moralis, in Enchrid. Med. Ethico, & Theol. Sect. I aphor. 1. & 14.* In Polonia *Piastus* anno ætatis *centesimo vigesimo*, relicto successore filio Zemovito, obiit. *Latus, in Comp. Hist. Univ. Cap. IV. Period. Franc. sect. I.* Hoc unum quoque de vita *Musladini Sadi* (cujus Rosarium politicum habemus) *G. Gentius*, amicus olim valdè meus, ad præfationem illius operis annotavit; illum vitæ longæ gloriâ fuisse insignem: Quidam, ait, *centum viginti*, alii *centum*, alii *centum duos* annos vixisse tradunt: Centenarium superasse, consentiunt omnes. Verùm, non amplius cuiquam esse concessum, quàm centum & viginti annos, ex arbitrio Sapientum, & hodiernis exemplis (ut veteres historias taceam) constat esse falsissimum: *De vita hominis ultra CXX. annos protrahenda*, Venetus, superiore seculo, *Thomas Philologus Reven:* singularem librum, ad Julium III. Pont. ingenti studio scripsit, & emisit. Ajunt, in *Taprobana* insula (quam Somatram hodiè vocant) tum in Arabiæ felicis urbe Reama vulgò nuncupata, & ea Indiæ insula, quam *Onor* appellant, ob regionis temperiem, perpetuamque cœli clementiam, longævos ibi esse homines, *centesimum supra vigesimum quintum* annum vegeta adhuc senecta attingentes; alios id ævi longo spatio superantes. *Jo. Westerburgius in Epist. ad Beverovicium, Part. II. de Vit. Hum. Term. pag.* 99. Item in *Sinarum* regione homines multò longæviores sunt, quàm in reliquis Asiæ provinciis; ita ut ætatem attingant multi *ducentorum* annorum; sintque tum corpore adhuc firmo, & pleni vigore mentis & sensuum: Quod relatum Beverovicio fuit à Sinense quodam Amstelodami, qui jam tum sexagenarius, vix triginta videbatur explevisse annos: *Ibid. pag.* 28. Unde & fides meritò habenda est *Ant. Torquato in Prognostico, de Evers. & Descript. Europa, cap.* 10. de India Orientali: *Musicanorum vita usq; in annum centesimum & trigesimum extenditur: SERES PAULO DIUTIUS durare dicuntur.* Is terminus in plerisque etiam Africæ locis est; *Cafares* enim, sive *Hottentotti*, & quidem plerique

 tam

tam viri, quàm feminæ, annum *centesimum*, *centesimum decimum*, *centesimum vigesimum*, pluresque attingunt. *Dapperus in Africa, fol.* 623. Archimandrita ille, *Athanasius Germona*, simul ac hujus minister, *Georg. Philippinus*, anno superiore mihi sincerè affirmarunt, quosdam in Græcia Presbyteros, eosque uxoratos, *centum & viginti, centum & triginta* annos habere; & legentes eminus, & rursus dentientes. Æthiopiæ Imperatoris, ad Lusitaniæ Regem, seculo superiore Legatus, de Abunna, sive Patriarcha Abassinorum, soliũ tunc tenente, apud *Damianum à Goës de Æthiop. Morib pag.* 240. narravit: *Proprio nomine*, inquit, *Marcus vocatur, vir centum annorum, aut ultra!* O, Numinis fidẽ, ac benignitatem! Europam si videamus, *Letinus* quondã *Gorgias* nunquam incusans senectutem, neq; in suo studio atq; opere cessans, *centum & septẽ* complevit annos. *Wilh. Barnesloy*, Anglus, *centum & viginti trium* annorũ, anno ætatis *centesimo*, *secundas* nuptias celebravit. *Olear. in Itin. Pers p. m.* 192. Primus pastor Culensis, in diœcesi Leodicensi, *Ant. Haasechius* per *centum* annos in *eodem* pastoratu vixit; & obiit anno ætatis *centesimo vigesimo quinto*, A. C. 1586. Interrogatus ab Episcopo Leodico, quo vitæ regimine vitam adeò longam produxisset, respondit: se *trium* abstemium semper extitisse, videlicet *mulierum*, *ebrietatis*, & *iracundiæ*. Quæ sub ipsius imagine æri incisa, legas. *Jac. Faber Stapulensis*, Theologus & Concionator celeberrimus, cùm ultima vitæ instarent, inter prandendum, ad ipsam Navarræ Reginam, Margaritam dixit: *Ego sum ætatis CI. anni, purus ab omni contagione muliebri.* & quæ sequuntur, apud *Hub. Thom. Leodium*, *lib. XI. Hist. Friderici II. Elect. Pal. Andr. Rivetum, in Epist. ad fratrem Guilielmum*, *de Bona Senect. pag.* 68. In cœlo & aëre Bataviæ, Dordrechti nauta quidam, Beverovicii temporibus, circa annum vitæ versabatur *centesimum*; alius ejusdem artis vir, prætergressus erat annum *centesimum quartum*: Uterque tunc, sine stipite, indies perambulabat, & vix oculus caligabat. *Camerarius Cent. II. Medit. Hist. cap.* 68. refert tempore Gustavi I. Stocholmiæ nuptias celebratas viri *centum* annorum, (instar illius Angli) & puellæ triginta annorum; ex qua liberos iste senex sustulerat. Quin nostra ætate quosdam novimus, inquit *Loccenius lib. II. Antiq. Sueo-goth. cap. XXI.* qui LXX. LXXX. & ultrà annorum,

norum, *prolem* ex sua conjuge *susceperint*; & *nunquam morbo tacti* fuerint; nisi morti proximi : Quosdam etiam *ultra centum* annos vitam produxisse constat. De longævitate verò aliorum, qui *sexcentos* & *mille* annos, & *ultrà*, fide Josephi, vixerunt, ipse viderit *El. Shedius, Syngr. I. de Diis Germ. cap.* 11. Ex professo περὶ μακροβίων tractat *Lucianus*, *Censorinus cap.* 15. plerosque longævos recenset; ut *Plinium lib. VII. Phlegontem Trallianum* taceam. E recentioribus videndi sunt *Henr. Meibomius, in Epist. ad Augustum, Duc. Brunsvv. de Longævis*; *Casp. Posnerus, in Diatribe Acad. de Longævitate Hominum, & Frid. Madevvisius, in Philosophemate Physico, de Longævitate Patriarcharum.*

Pag. 936. Vacationem à labore quæstuario.] Mercatura Judæis permissa est *quatuor diebus intermediis*, hoc est excepto *primo* atque *ultimo* Tabernaculorum biduo; cujus festum per *octiduum* celebrari solet : Ubi & merces excipiuntur, quæ alio pòst tempore non amplius vendibiles sunt.

Pag. ead. Ob mallei sonum.] Tam molestus & quasi irreligiosus est mallei, quamvis lignei, sonus : ut *Sabbato*, vel aliquo *Jom tof*, id est, die festo, ceu Tabernaculorum, æditus fores Judæorum, ad sacra celebranda, haud pulset; sed quemlibet *nomine* suo appellet, & ad Synagogam evocet. Rationem hujus consuetudinis esse dicunt summam sabbati quietem, ob quam omnis strepitus ac sonus, qui in itinere Israëlitarum fuit, abesse longiùs, & prorsus intermitti debet.

Pag. 966. Vox כתר voluminum sacrorum armario in Synagogis plerunque solet inscribi.] Hodienum *Norimbergæ*, in platea Judæorum, ceu vulgò vocant, ædes conspiciuntur; & in his Synagoga vetus, super cujus ostio velut ædicula quædam lignea, à prisco artifice sculpta, parieti affixa est; vel *corona* potius *turrita*, ex utroque latere apparent duæ hæ voces, aureis literis exornatæ, atque incisæ :

כתר תורה

Id est: CORONA LEGIS. Ibidemque hi rhythmi veteres leguntur, annum 1499. continentes, quo Judæi ex urbe nostra prorsus excesse jussi sunt:

Der

Der Stein ist nach den Juden blieben,
Als sie von Nürnberg vvurden vertrieben,
Von Hauskauff und Gassen fürvvar,
In tausend vierhundert, neun und neuntzig Jahr.

Pag. 980. Quàm elegans sapientia in fœdo vase conditur.] Est enim non rarò pulchritudo corporis cum animi deformitate conjuncta; & forma absque virtute ac eruditione sordet. Hinc *Homerus, Iliad.* 8:

Αἰδὼς, Ἀργεῖοι, κάκ' ἐλέγχεα, εἶδος ἀγητοί·
Proh pudor! Argivi, mala probra, formatenus admirandi.

Concinnè ac eleganter! Εἶδος, αἰδώς· Similiter vetus ille Comicus:

Ἂν καλὸν ἔχῃ τις σῶμα, καὶ ψυχὴν κακὴν,
Καλὴν ἔχει ναῦν, καὶ κυβερνήτην κακόν·
Si quis pulchrum corpus habet, & animam malam,
Pulchram is navem habet, sed gubernatorem malum.

Julianus apud *Marcellinum lib. XXV.* egregiè hanc in rem: *Turpe est Sapienti, cum habeat animum, captare laudes ex corpore.* Anno superiore, Generosissima quædam Domina, R. Henochi filium, natu majorem, ac doctum magis quàm formosum, in Fürthensi hospitio, risit, atque contendit, fratrem ejus minorem, utpote formosiorem, studiis præ illo potius fuisse consecrandum. Is autem silentio usus, schedulam, inibi scriptam, velut apologiam suam, Dominæ sine mora exhibuit, simul ac rogavit; ut istam Arnoldo traderet, quam primum venisset Norimbergam. Non mora; accepi schedulam, cui hæc ipsa tantùm verba erant inscripta:

התורה מפואר בבלי מכוער:
Lex ornata in vase turpi.

Eleganti paronomasia: *Hattorah mephuar, bichli mechuar.* Ita is respondit Baronissæ, sicut Josua Cæsaris filiæ, corporis quoque deformitatem exprobranti. Ab hoc dissensit *Margarita*, Delphini, postea Regis Ludovici XI. uxor; quæ *Alanum Chartierium* Poëtam & Oratorem sui temporis nobilissimum, (cui testimonio sunt scripta duo *Curial* & *Quadrilogue*) Regis dein Secretarium, licet maximè deformem, & in cœnaculo obdormiscentem, Nobilium dominarum dominorumque gregibus stipata, in transitu exosculata est. Cunctis arctiùs dormientis Chartierii deformitatem simul ac basiationem Reginæ admirantibus, id responsi datum fuit;

Qu'elle

Qu'elle n' entendoit avoir baisé l' homme, qui estoit laid & mal proportioné de ses membres, ains la bouche, de laquelle estoent issus tant de mots dorez! Quibus verbis significabat, se non os deformis hominis, sed aurei oratoris osculo contigisse *Les Recherches de la France, d' Estien. Pasquier, lib. V. chap. 18.*

Pag. 990. Haud major erat uno solo palmo.] Talis adolescentulus *Lucius*, honestè natus, quem Augustus, quòd erat, *bipedali minor, librarum septendecim*, ac vocis immensæ, exhibuit. *Suet. c.* 42. Non nanus solùm hic fuit, sed etiam monstrosè gracilis, ac levis; usitata enim *statura* erat pedum ferè sex, *pondus* librarum Romanarum centum plus minus: Hac proportione, ait *Casaubonus*, homo *bipedalis* alterum ferè tantum pendere debuit. Talis præterea fuit Poloniæ Rex, *Uladislaus Locticus*, seu *Cubitalis*; sic dictus, quod staturæ esset pusillæ; sed bellis compluribus acer, ac peritus rei militaris; de quo *Sal. Neugebauerus, in Icon. & Vit. Princ. ac Reg. Polon. a.* 1296. *& a.* 1306. Anglus quidam Anonymus, sub ficto *Microphili* latens nomine, strenam Anglicana composuit lingua; quam, domina PARVULA offert domino MINIMO, communiter *Little Jefferie* dicto; qui blandulum Regis deliciolum a. 1636. fuit. In hoc, inquam, libello, parvæ staturæ homines dignis laudibus extolluntur, & pygmæi ejus imagini hæc verba subjiciuntur: *Melior est culta exiguitas, quàm magnitudo neglecta.*

Pag. 1003. Lugens, & obnupius capite.] Ita accipiendum liquet (observante id primum *Salmasio, lib. II. Dissert. de Trapez. Fœn. pag.* 272.) verbum ἐπιβαλὼν, apud *Marcum cap. XIV.* de Petro, καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιεν, id est, *capite operto flebat.* Sic enim moris fuit, & *præcipuè viris*; quibus indecens fletus, ut *capite obvoluto* flerent. *Isocrates in Trapezitico*, ἐπειδὴ ἤλθομεν εἰς ἀκρόπολιν, ἐγκαλυψάμενος ἔκλαιε. hoc est, *capite operto flebat*: Quod Marco dicitur ἐπιβαλὼν ἔκλαιε· Neque, ut multi ex veteribus acceperunt interpretibus, ἐπιβαλὼν idem est, quod ἀρξάμενος, quasi dicas *incipiens flevit*, aut *cœpit flere*: Vel, ut Criticus sacer de eo interpretatur, qui ἐπιβάλλει κλαίειν, *vehementer flere incipit.* Dum mactaretur Iphigenia, olim, qui hoc repræsentavit pictor, *caput operuit Agamemnoni*, quia *flentem* exhibebat; non, ut auctoribus quibusdam placet, quia tristitiam ejus aliter exprimere penicillo non posset. Cæsar ut animadvertit, inquit. *Suetonius*, se strictis pugionibus peti; *toga caput obvolvit.*

Pag. 1013. Omnes Prophetas libros suos verbis blandis & consolatoriis obsignasse.] Hoc ipso probantur conciones nostræ Ecclesiasticæ, quæ usum *consolatorium* statim *elenchtico* subjungunt; quas quidem improbat *Theoph. Grosgebauerus, in der Wächterstimme, cap. 2.* Sequimur nempe artem concionandi, & Deo usitatam, & Prophetis familiarem.

Pag. 1014. Interventu Eliæ.] Huc referendum est proverbium illud, *è Bava metzia, cap. 3. fol. 37.* desumtùm: עד שיבא אליהו *Donec veniat Elias.* Quod de Calendis Græcis, per *Nunquam* exponi, & cum poëtico dicto אם יעלה החמור בסלם *Si ascenderit asinus per scalam,* velut interpretatione aliqua, ab ipso *Buxtorfio, in Floril. Hebr. pag. 232.* data quasi opera conjungi, *R. Henochus* accipiebat asperiùs; cum id ei ostenderem. Formula illa, *de Eliæ adventu*, inquit, forensis, sive juridica est; si casu scilicet fiat, ut Judæi duo, fortè fortuna belli tempore, sive Christiano, sive Judæo, depositum tradant: Illo *centum*, hoc *ducentos* imperiales deponente; quas pecuniæ summas ignorat is, qui depositum accepit: Posteà verò alter *ducentos* pro *centenis* exigat, altero id serius recusante; quid facto est opus? *Duplex* tunc Talmudistarum, fertur sententia, ex illa nimirum formula: *Prior* quidem statuit, ut cuilibet *centum* tantùm imperiales restituantur, reliquis centum in judicio relictis; *donec veniat Elias*, verus Judæorum cardiognostes: *Posterior* verò concludit, neutri quicquam ex ista pecunia solvendum esse; sed *trecentos* simul imperiales apud judicem deponendos, *donec Elias veniat*, sagax iste rerum dubiarum arbiter. Hoc sensu igitur altera pars tandem, ne omni pecunia prorsus interea carendum sit, cum magno fœnore; fatetur fraudem, dicens: *Centum* sibi tantùm deberi; nec plures. Atque sic lis ista, inter Judæos, illicò dividitur, quia nunquam accidit, ut hujusmodi summa in judicio relinqueretur: Quod faciliùs accidere posset, si juxta priorem sententiam vitilitigator iste centum Imperiales suos acciperet; parum scilicet curans, etiamsi dimidiata pars adversarii adventum Eliæ expectaret. Hæc ille. Flagitium foret opinor, non laudare magni Amici nostri, *Jo. Frischmuthii*

muthii Dissertationem de Elia, quem Judæi etiamnum frustrà præstolantur adventu, ex Malach. IV, 5. 6. Ex unge leonem; nolo plura.

Pag. 1039. Ex Islandia usque Hafniam advecti.] Similiter è *Lapponia* usque *Upsaliam*, duo, tres, pluresque juvenes, ut studiis in Academia operam darent, regiis sumtibus, pellecti, vel pertracti potiùs fuere: Verùm hi, vel aufugerunt rursus, vel etiam, præ animi mœrore, licet lautè satis habiti, mortem cum vita inibi commutarunt. Ex ore Suecorum Nobilissimorum accepta refero.

Pag. ead. Qui deformes duxerunt, eas egregiè caras habere solent.] Memini, me *Hamburgi* Judæum vidisse Lusitanum, novum tunc maritum, qui in ædibus mercatoris Christiani, inter operas mercenarias, clam suspiritus trahebat, flens interdum, atque singultiens; quoniam novæ nuptæ, deformis Æthiopissæ, amores, mensium fluxu, negatos sibi seriò querebatur, cum qua ante aliquot dies nuptias celebrâsset.


Sed verba mihi desunt, Vir Celeberrime, *quibus culpam tàm longi epistolii mei possim deprecari: Caballis, ne per campos alienos grassentur, ut septa transiliant, appendi solent è pedibus ligna: Tauris ferocientibus, obligatur os. Falconibus, oculos capsulæ tegunt, ne intempestivè avolent: Mihi scripturienti, capistrum posthac injice, quale voles. Id unum me jam solatur, quod sciam, quantum Amicis Tuis soleas indulgere: Proinde, & per illam animorum nostrorum mutuam conjunctionem, & per communia studia Musarum, enixè, te quæso, atq; obtestor, ne longiores hasce literas, in pejorem partem velis interpretari. Interim verò hæc misi, obtestatus te per Deum, ut, si quid in his displicebit, emendes; quod mihi (verbis Symmachi rursus utar) pudendum non est. Nam sive quid ex te placuerit, mea laus est: Nec vito consortium, in quo talem non erubesco Censorem. Deproperanti omnia, si quædam, inter oleum & operam nocturnam, exciderint, ignosce: Lapsus sum, non putavi. Falsus est titulus MStiltius, quod* R. Meir, *Archisynagogus Fürthensis, mecum communicaverat, ita corrigendus:* חסד לאברהם *sperat enim Auctor, cujus* genuinum nomen est, אברהם אולאי *misericordiam & gratiam Dei, benevolentia ac precibus lectoris fortè obtinendam; propter opusculum istud Cabbalisticum,* Hierosolymis, *nec Constantinopoli lucubratum, singulari studio atq; industria, quam his prætereà verbis in-*

bis innuit: חתר יתיר בכל פירוש ופתרון *quasi dicas,* effodit, *velut ex abysso doctrinæ*, diligentissimè commentarium & interpretationem *libri illius. De similitudine morum, quæ hominibus cum brutis communis esse solet, cum agerem;* Æliani libros XVII. de Animalibus *omisi, in quibus, Vossio judice, præ Scriptoribus aliis, laudem eo meretur, quod* ex multis animantibus vitæ exemplum capere homines docet. *Galli Gallinacei pedes, in magico nigræ felis pulvere conspicui (quæ vestigia Cacodæmon imprimit) me nunc admonent, de simili quadam* moneta Calicutensi; *quæ ex altera parte* dæmones duos, *mutuo complexu inter se cohærentes, & ubindigenis cultos, exhibet; quorum pedes in* gallinaceorum *quoq;* ungues *desinunt.* Irato Dæmoni suo, *album* præterea *gallum* sacrificant, quos veteres olim Gentiles, & *Herculi*, & *Nocti*, & *Æsculapio*, & *Anubi* sacra factitabant. *Le Blanc, lib. I. cap. 8. Postremo, Polygamiam, Lamecho & aliis licitam (quæ Hebræorum opinio est, nec non* Seldeni *&* Grotii) *mirifica & propè divina responsionis figura elusit & eluit* Heideggerus, Part. I. Hist. Sacr. Patriarch. Exerc. VII. *Vale, & Vive,* Vir omni laude major, Doctrinæ & Virtutis delicium. *Cui injuriam faciam, si, ut me ames, Te rogem.*

Norimb. d. VII. Martii, qui *Perpetuæ* (scilicet amicitiæ nostræ) *sacratus est.*

A. S. CIↃ IↃ CLXXIV.





ירד

BENEVOLO LECTORI SALVERE!



SAtis diu multumque, omnium pie probeque in Divinis rebus eruditorum anxiis votis, expetitus fuerat Liber, qui Judæorum dubia, & difficultates, quibus ad Christianam Religionem amplectendam absterrentur, non quomodocunque, & raptim, sed bona fide, & sedulo congesta contineret. Nempe, facile animadvertebant Viri Cordati, haud aliter fieri posse, ut obstacula e medio tollerentur, nisi de iis constaret, nec futurum unquam in perversissima gente, ad meliorem mentem convertenda aliquod operæ pretium, nisi prius, quousque errore suo processerint, haberemus cognitum. Quemadmodum enim Medici, qui relevare ægros volunt, missis rebus, id unum maxime curare solent, ut vim illam morbi, quam qualitatem dicimus, ejusque originem pervestigent: ita & corrupto & corruptori animo, si quis mederi instituit, eâdem prorsus insistere via debet, nisi mavult ex insanis reddere insaniores. Certe, ex-

tabant jam olim, præter hinc inde ſparſa, quædam Chriſtianorum Judæorumq;, ex priorum relatione, mutuæ Disputationes; aliqua, ii, qui avitas ſuperſtitiones deſerentes, ad nos ſeceſſum fecerant, prodiderunt, unde multa huc ſpectantia licebat depromere. Verum, non poterant iſta æquis æſtimatoribus ſufficere: plurima enim continebant, de quibus, aliter dicta aut prolata fuiſſe, nō mediocris erat ſuſpicio, quædam etiam in promtu erat inſignis falſitatis & calumniæ palā convincere. Ergo, ad probe pernoſcendas retundendasq; Judæorum adverſus Chriſtianorum ſacroſancta dogmata criminationes, is quærebatur liber, qui a celebri Rabbino editus, claſſicæ, ut ita dicam, in illa gente eſſet autoritatis, quo non Andabatarum more ridiculis pugnaremus ictibus, ſed hoſtem bene ferire doctum vincendo, veram ſolidamq; nobis pararemus victoriā; & anteſignano proſtrato, imbellem reliquam ei adhærentem turbam, DOMINI noſtri, cujus auſpiciis confligimus, jugum ſubire cogeremus. Cæterum, longo ſatis tempore, proſper eventus, vota Eruditorum moratus eſt, teguntur enim apud Judæos ejusmodi ſcripta, magna atq; incredibili ſolicitudine, & vix centeſimo inter ipſos ea inſpiciendi copia fit, nedum, ut Chriſtianis rogantibus concedantur. Cujus quidem rei, cauſas graviſſimas ipſos habere, etiam me tacente quisq; aſſequitur. Quæ cum ita ſint, licuit nihilo minus, THEODORICO HACKSPANIO, Theologiæ, & Linguarū Orientalium

lium quondã in hac Academia Professori, Viro, in utroq; isto doctrinæ genere, ad magnã famæ celebritatẽ versatissimo, meoq;, ceu alias grate professus sum, ad capessenda hæc studia, primo Autori Duciq;, tã beato esse, ut omnino talẽ, qualis desiderabatur librum, NIZACHON, quod *Victoria* sonat, inscriptum, ante hoc tricenniũ, Rabbino Schnettaviensi, ubi prece & precio non licuit, quasi vi extorqueret. Etenim, compositus is liber imprimis est adversus nosmet Christianos, etsi quædam contra Atheos, Sadducæos, & Karaitas facientia, immiscentur. Atq; is servatur ordo, ut dicta Veteris Testamenti, quibus ad sacra Religionis nostræ mysteria tuenda, aut illustranda utimur, secundum seriem librorum Scripturæ in disquisitionem veniant. Autorem habuit R. LIPMANNUM quendam, a quo circa annum Judaicæ computationis 5159. hoc est annum a nato Servatore 1399. eum fuisse compositum, Hackspanius ex ipsa libri appendice, ubi hunc numerum verbis plenis planisq; expressum invenerat, prodidit. Eundem numerum, etsi constantissime nostri Codices quoque servant, tamen dubium movet, quod R. David Gans in Zemach p. 60. a. & Zacutus in Juchasin p. 194. b. partum istum recentiorem faciunt, nec ante annum Judaicum 5219. sive Christianum 1459. expositum fuisse perhibent, quos inter Gansius, & ipse ad Lipmanni proprium testimonium provocat. Quamobrem, non mea me fallet conjectura, qua suspicor, in aliis Codicibus

Lipmanni post expressum millenarium, קנט in aliis רים & olim lectum fuisse,& fortasse etiamnum legi, ac literas קנ cum רי sive has, cum illis, ob maximam similitudinem, quam in currente (uti vocant) scriptura habent, passas esse commutationem. Utra autem harum verior sit lectio, equidem animi pendeo, nec velim definire. Istum igitur Judæis præreptum librum, cum paulo post, suo, Amicorumque quorundam, ærumnabili labore, propriis manibus prælo subjiciens, publici juris fecisset laudatus Hackspanius, mirum, quantam ea re, & quam perennem gratiam, apud Reipub. Literariæ Patres Conscriptos inivefit. Attamen, ne omnibus numeris absolutum esset horum gaudium, id in causa fuit, quod exemplaris secundum quod expressus erat vitio, subinde mutila, corrupta vero sæpissime ea commentatio deprehendebatur, ita, ut nec versio ejus, nec confutatio, auspicato suscipi, aut feliciter perfici posse viderentur. Sumsit tamen animum, Vir, ante multos eruditione, pietate vero, ita me fides, ante omnes, quos nobis usquam gentium videre contigit, SEBALDUS SCHNELLIUS, ad Bonam Mentem, & Philosophiam, Magister quondam noster fidelissimus. Cumque in Latinam linguam Lipmannum convertendi, circa VIII. Numerum, initio fecisset periculum, eaque res successisset ex sententia, ursit gnaviter cœptum opus, & solis quæ in Pentateuchum An-

tago-

tagonista noster effutiit, exceptis, cætera ejusdem omnia, donavit Latinitate. Præstitit Vir Sanctissimus plura, quam licebat sperare, nec meliorem mihi ex libro tam mendoso versionem procudissent, si omnes Hebraice eruditi, contulissent operas. Successu deinde temporis, cum in peregrinatione mea, præter opinionem, geminus Lipmanni Codex MS. mihi objiceretur, nimium lætari ego cœpi, & statim DIs Manibus Præceptorum votum facere, velle me olim, si occasio daretur, de utriusque labore bene mereri, & loca depravata integritati restituendo, alterius editionem Lipmanni, versionem alterius adjuvare. Ausus quoque sum, cum SERVATORIS mei auxilio, non tantum versionem eorum, quæ in Lipmanno interpretanda supersunt, sed & confutationem dirissimæ scriptionis, corde proponere; verum, quia in Patriam redux, jam alios, hoc saxum volvere intellexi, concedo iis ac libens, nostras adversus Judæos meditationes, libro חזוק אמונה qui nondum Hebraice extat, quique malitia, virulentia, atque argumentorum Christianis objectorum specioso pondere, Lipmanniana ista antecellit etiam, reservans: Exequuturus destinata, modo DEUS meus, cui hoc bellum libenter militabitur, vacivum aliquod a cæteris laboribus, addo & ærumnis, tempus concedat, atque æs & robur triplex circa pectus mihi induat, ut fortiter pugnare, virumque præstare me queam. Interea loci,

non poſſunt, non omnes qui Lipmannum tractant, gratanter accipere, Emendationes & Supplementa, quorum copiam facimus. Nolui Lectori Lectionum quæ in diverſis Codicibus occurrebant varietate indicata, moleſtiam creare, ſed miſſis falſis, genuinam ſtatim indicavi, eo quod hac fiducia uti me poſſe opinarer, ut poſt tot annorum (præfiſcine id dixerim) in Hebraicis literis indefeſſum ſtudium, circa faciliora ejusmodi, arbitrandi facultatem mihi ſumam. Sed vero, ceu jam innui, gemino Codice MS. ad repurgandum ſordidum & ſordidatum Lipmannum uſus fui. Unus eſt recentior, ſcriptus anno hujus Seculi nono ſupra decimum, a quodam R. Isaaco Schvveinburgense, homine, uti apparet, pro gentis conditione, ſic ſatis erudito. Crebro enim de ſuo, Lipmannianis quædam inſperſit, ſed, facto inter laciniam, & reliquum operis contextum, diſcrimine. Memoriam temporis, quo librum Nizachon deſcripſerat, hiſce verbis conſervare voluit:

נכתב ונחתם בשנרת בשׁ״נה טו״בה לפ״ק בשנת המלחמה של מלך וורדיננדוס משטייר מרק עם המורדים שרי ארץ פיהם ומערהין ושלזיא ומרינת טרענץ הוא אובר איסטרך ובפי׳ בהעלותך לפרט הנ״ל נסעו עם פיהם יותר מן״ אלפים רוכבי סוסים ורגלים בשריונים וכלי זיינים ביום השבת פי׳ בהעלותך דרך הק״ק שווינבורג ולנו לינה אחרת שם יותר מי״ח מאורת רגלי בכל הבתי׳ הן של יהודים הן של ערלים

והלכו

והלכו הכל דרך הק״ק ווין ועשו שם מצור מסביב ושכבו בכל
הבתים מחוץ לחומה זולת באותן הבתים שהן מעבר לנהר
דונא ואילו היו באים שם היו כובשים את העיר אבל
בחסדי המקום הצילנו מכל העירעורים האלה: ועשו עם ארץ
פיהם פליטה בחצי הלילה יום ב׳ פ׳ קרח ונסעו דרך ארצם
במעברות נהר טונא אשר נקרא פישא והיו חוזרים אותו
הדרך למקומם: Id est: *Scriptus, & obsignatus est, anno,* (quem designat symbolum) בשנה טובה (sive:) *annVs paCIfICVs, atq; refertVs Vbere feLICItate,* (qui est annus Judæorum 5379. Christianorum 1619.) *illo nimirum anno, quo Ferdinandus Stiriacus, cum rebellibus Proceribus Bohemiæ, Moravis item, Silesiis, & regionis supra Anasum, quæ superior Austria est, incolis, bellū gessit. Illa Hebdomade, qua in Synagogis nostris prælegebatur Parascha* בהעלותך *anni prædicti, moverunt sese Bohemorum copiæ, quæ, numerum viginti millium, qua equitum cataphractorum, qua armatorum peditum, superabant, versus urbem Schvveinburgensem; inq; ea pernoctarunt octingenti amplius pedites, universas ædes tam nostratium recutitorum, quam præputiatorum, promiscue replentes. Postea contendit totus exercitus Viennam, eamq; obsidione cinxit, omnes domos, quæ extra mœnia sunt, occupans, solis iis exceptis, quæ ultra Danubium sitæ, nam, eò si pervasissent, redegissent urbem in potestatem. At, Numinis favor, liberavit nos a cunctis istis depopu-*

popu-

populatoribus, ipſaq; nocte concubia, diei ſecundæ, hebdomadis in qua prælegitur Paraſcha קרח *Bohemi caſtra ſolverunt, atq; Danubium, ubi rivum Fiſcha recipit, trajicientes, ſic per hanc viam in regionem ſuam reverſi ſunt.* Alter noſtrorum Codicum, & ille quidem præſtantiſſimus, quique plurimum profuit, quando, & a quo ſcriptus ſit, ſequentia indicant:

בעזרת ראשון ואחרון סיימתי ספר נצחון היום יום ו' בלילה יד" אדר הראשון בפורים קטן שנת של"ז לפ"ק פה רויקינגן אצל הקהילה הקדושה ורנקבורט דמיין נאם הסופר אברהם בר" שמואל זצ"ל פיקרטייאה הנולד בווישנא אצל מענץ בנהר רינוס:

Id eſt: *Auxilio ejus, qui eſt & primus & poſtremus, abſolvi deſcribendo librum Nizachon, noctu lucubrans, ſexta die hebdomadis, die vero XIV. prioris menſis Adar, in minore feſto Sortium,* Anno 337. (ſive Chriſtiano 1577.) *in pago hoc Rukingen, qui eſt prope Francofurtenſem ad Mœnum urbem. Sic inquam ego, Cypri racemus, Abrahamus, R. Samuelis Picardi, bonæ memoriæ, filius, natus Weiſnæ, qui pagus, Rheno flumini eſt vicinus, urbiq; Moguntiæ.* Nec ſilentio hic prætereundæ, *Variæ Lectiones*, quas ex *Guil. Henrici Vorſtii*, Clariſſimi Viri, MS. Lipmanni Codice, ſibi, cum apud Batavos degeret, excerpſerat, & nobiscum deinde communicavit, amor & deliciæ noſtræ, CHRISTOPHORUS ARNOLDUS, ornamentum Noribergæ, quemque virtus ac

ſolida

ſolida eruditio, ita junctim inhabitant, ut colant eum quique boni, omnes admirentur. Illæ vero, etſi paucæ erant, nec quid diverſum ab eo quod in noſtris extabat Codicibus, continebant, ad confirmandos tamen nos in correctionibus noſtris, non leviter fuerunt præſidio. His nos adminiculis, BONE LECTOR, ad reſtituendas veras Lipmanno lectiones, & explendos hiatus, uſi ſumus. Tu, iſtis fruere, &, quod B. Hackſpanius in fronte editionis ſuæ te monuerat, admitte hortamen:

הוי שקוד ללמוד מה׳ שתשיב:

ESTO SEDULUS AD DISCENDUM QUID SIS RESPONSURUS.

Vale.





CORRECTIONES LIPMANNIANÆ.

PAG. I.

Lin. 12. מתים lege ומתים mox, pro אמר lege כאמר

Lin. 16. כלוסופים lege באפילוסופיא

Lin. 17. זה lege זו

Lin. 18. post אלף אלפי' adde מקיבלו.

PAG. 2.

Lin. 16. רמות מייך במאמרו Emenda, & supple ימות מייך במאמרות
כי הם דבר מאין בהם ממש:

Lin. 17. הפס לברו lege מהפס ית' לברו.

Lin. 19. המאמר lege אומות העולם

Lin. 20. הברית lege סברות

Lin. 28. ודור lege לדור

Lin. 29 הכלוי lege הבלוי
מבררו lege מיברו

Lin. 29. המן lege המין & porro supple: לפר כמה אחריו ימח מפי
כמו מכ' ומם רשעים ירקב:

PAG. 3.

Lin. 1. תיקן lege תיקין

Lin. 2. post הגוף insere כעין

Lin. 3. מכ' בהר מרום אפליס Hæc, frustra in Scriptura quæsiveris. Legendum מכ' בהר מרום ישראל אשתלנו quod Ezechielis dictum est, cap. XVII, v. 23.

Lin. 6. עכוין lege ועכיין

Lin. 7. ואמריכן lege מאמרו.

Lin. 8. post פמיטו supple בלא אפטר

Lin. 10. כאמין lege המאמין
מחכתי lege הוכחתי

Lin

Lin. 13. מציאות האלקים Non id damno: Sed & nostri Codices, haud male hic legunt, מציאות האלהות atque sic mox iterum pro מציאה habent מציאות
בסי' עא lege בסי' עח

Lin. 17. post רק adde אחר

Lin. 20. ויחם lege ויחום

Lin. 21. מתוכיא lege מימנא

Lin. 22. יתייחם lege יתחייב

Lin. 23. המכלין lege מכלי
Post בכוונה adde ורצון

Lin. 26. post מתה insere עד

Lin. 27. post ממכל תמימי supple במנא
Inter voces העמירי & במנא insere והמכמת כל חכמי העיון מעמרח מעלות הן וממכל עמירי

PAG. 4.

Lin. 4. אף lege אך

Lin. 5 להטמן ולהטייל בפרדס Unus Codex ex nostris habet; לאמנאה ברך הפרדס Alter vero; והנך ברך הפרדס aut fallor, aut omnes tres lectiones possunt tolerari.

Lin. 7. רק קנהו lege רק קנת מן קניהן.

Lin. 12. כאמלת lege באמלות

Lin. 17. בהמות lege בבהמות

Lin. 21. post אחר insere במנא

Lin. 28. וכן lege לכן

PAG. 5.

Lin. 5. למעלה lege במעלה

Lin. 6. post לרוב adde מאר

Lin. 7. כל גלגל ממנה הגלגלים יותר על תנועה Emenda, & supple: כל גלגל וגלגל מהממנה גלגלים שבהם הכוכבים כחלק לגלגלים הרבה ומעתה ראוי להיות מכין הגלגלים יותר מתנועה

Lin. 8. תנועה כללות lege תנועה כללי:

Lin. 9. על כל lege מכל

Lin. 11. ורמבל אמר שבעה רקיעים הן דמר אמר חדא ומר אמר חדא ולא אלא פליגי אלא האחד כלל Quædam corrupta, quædam trajecta sunt, Sic emenda, sic restitue: ורמבג אמר שבעה רקיעים הם ולא פליגי דמר אמר חדא ומר אמר חדא אלא מהאחד כללם

Lin. 14. מה מסדר lege מה מכמנא סדר

Lin. 16. גופנים lege גופים

Lin. 18. גוף המים מאוד קר ולח Tolerari id potest, aptius tamen nostri habent Codices: גוף המים מהם קרים ולחים

Lin. 20. הגופים lege כגופי

Lin. 27. כתב רמ״בם Sic quoque unus Codicum nostrorum. At, in alio explicate est כתב רבינו משה בר נחמני Utra harum lectionum melior sit, nunc non disquiro. At, illud non dubitaverim pronunciare, mox, post מהרכבתם vocem רק subjiciendam esse.

Lin. 30. ויאמר אמר verte, & lege אמר ויאמר

Lin. 31. והבאתי lege והבאת

PAG. 6.

Lin. 1. ומחכמת Aut, si mavis ומחכמים

Lin. 4. כמו מכתיב lege כמה מכתיב

Lin 20. בריאו׳ lege בבריאות

Lin. 21. post הנכון insere דכתיב & mox, pro יכנה lege יבנה adducitur enim dictum ex Ps. LXXXIX, 3.

Lin. 26. ובמשקל malo והמשקל

Lin. 28. נודע lege נודיע

Lin. 29. לקדמותי מיהא דוי Concinnior verborum ordo est, si legas מיהא דוי לקדמותי

PAG. 7.

Lin. 2. בתחלתן lege בתחלתו

Lin. 5. עין קודם לקודם Verbum קודם male geminatur.

Lin. 10. post העולם adde ומהות

Lin. 17. מהאדם lege מהעולם

Lin. 18. post מברא adde גבול

Lin. 20. רמות bis, corrupte legitur, pro דמות

Lin. 22. כתיר lege סותר

Lin. 23. דברי׳ אף לפי פשוט lege דברינו אף לפי פשוטו

Lin. 26. המינים Nostri Codices diserte habent הנוצרים

Lin. 28. עכום lege עינים

Lin. 29. post אחרת subjunge, si vis, לפי דבריהם

PAG.

PAG. 8.

Lin. 10. כמו מספרם lege רשי כמו ספירם

Lin. 11. למין מהוא Vox למין est otiosa.

Lin. 12. מלכות malo מלכים

Lin. 13. גבי מאר מלכות כל אמות הקרופים Vocem מלכות delere oportet.

Lin. 17. קאי על הארן דכתיב Nostri Codices, consensu legunt, קאי על הא דכתיב nec aliter legendum, etsi, quod in excuso est, quandam habet speciem.

Lin. 20. וירקבו lege ותקרבו

Lin. 23. כמתכי lege נמתנה

Lin. 24. dele totum illud וגוף מיין על נזרת הפנים וגוף est enim inutile.

Lin. 30. expunge. 'מכ

PAG. 9.

Lin. 2. זכות lege סיבות

Lin. 4. post הנשמה כן si inseras ראה ואינה נראית sensus evadit plenior. Nec aliter est in Berachot fol. 10. a. unde verba sunt transscripta.

Lin. 10. post בכף adde הרוחמין

Lin. 13. כח האדמה lege כח חמדמה

Lin. 19. כדמותי lege ברמותי & mox, pro כדמותינו lege כדמותו

Lin. 20. כדמות אלהים lege ברמות אלהים

PAG. 10.

Lin. 3. post זכר ונקבה nisi addas יעלה במחשבתו שגם במין האדם יהיה ראוי לבראות זוג זכר ונקיבה sensus non constabit.

Lin. 5. תמא solo typographi vitio irrepsit pro תמה

Lin. 9. מן התורה נביאים כתובים Utique aptius est, si legas, מן התורה ומן הנביאים ומן הכתובים: & continuo deinde, non 'ספרי scribendum, sed ספרי

Lin. 12. voci לנהיגם subjicias licet לפי דבריהם. prius quam leges ועל מה הנכיר לו בהכטחתו & tum porro, non לגיהגם legendum, sed הנהגם

Lin. 19. post ימות העולם Unus Codicum nostrorum habet minutis literis exaratum, inclusumque circellis glossema: וגם ראייה מכל הנבראים מבהמות וחיות ועופות שאכלו' הכל כיון שמתים ואינן יורדין לגיהנם:

Lin. 23. והכתיב lege והא כתיב

Lin. 30. פירוש של lege פירשו & dele של

Lin. 31. ומוכבת lege ושוכבת

PAG. 11.

Lin. 1. post לגיהנם subjice שהרי נביא היה

Lin. 2. post הרנני נא וגו' ingens est lacuna, quam sic supplere oportet; וכי היה מבקש לבוא לגיהנם שהרי אדון הנביאים היה וגדול מכל הנביאים ובלי ספק ידע מכל זה אם היה אמת לפי דבריהם:

Ibid. pro שאמר malo שנאמר

Lin. 6. qost בשאול adde כבי'ת

Lin. 9. התפלל · ואמרו עוד Sic interpunge, & lege, : התפלל ואמרו ועוד

Lin. 12. לו מנוחה ועוד פדה נפשי מעבור שחת & supple, & lege: ולפי דבריהם אין זה מנוחה אלא עונש : ועוד כתיב באיוב ויאמר חטאתי וישר העויתי ולא שוה לי פדה נפשי מעבור בשחת :

Lin. 14. post שהזכרתי inserendum היו

Lin. 15. ומן המושכל lege ומן השכל

Lin. 16. ואפילו במשכילים lege ואפילו במלאכים

Lin. 20. אלא כן melius est אלא כמו כן

Lin. 21. post מכ' addi potest ביוסף

Lin. 23. pro שתי lege בשתי atque sic est infra pag. 14. lin. 17. pro צריך lege צורך item, pro פעם lege בפעם

Lin. 29. post יסורין adde קשים nam præterquam quod sic est in MSS. ita quoque habet alibi exemplar excusum, nimirum p. 14. lin. 11.

PAG. 12.

Lin. 3. לי est supervacuum.

Lin. 6. post אלא adde אדרבא

Lin. 7. pro מקשה עד שהכו' לה lege מקשה לילד עד שהביא לה mox, pro ותקשור אותה lege ותקשור אותו

Lin. 15. pro דורות lege ברורות pro נושאות lege נשאת

Lin.

Lin. 17. תסוב כחלה למתח lege תסוב נחלה למטת
Lin. 18. ועוד lege ועוד
Lin. 19. מן הכר ומן קריבין lege מן הכר מן קרוב
Lin. 23. דיוש lege דיוש
Lin. 26. מהיה lege מהיה
Lin. 27. post ולאזרים adde, si vis, אחיך
Lin. 30. הפתן והדם׳ פיה מלה ליחה Sic interpunge, & lege, : הפתן והדם פיה מלה : וליחה

PAG. 13.

Lin. 1. טעמה lege מאמה
Lin. 3. טהרי lege והרי
Lin. 4. דהתחלה lege דהתחילה
Lin. 6. post לא היתה adde כל כך
Lin. 9. post ועוד adde האמה
Lin. 12. post זרע non inepte in nostris Codicibus est אים
Lin. 15. כאמר otiosum est, & ideo tollendum.
Lin. 16. post ולהאמין unus ex nostris Codicibus multa habet, quæ non in excuso tantum exemplari, sed & in aliis MSS. desiderantur. Nimirum ibi legitur : ובעצמם מודים שאמונתינו שיטרה היא האמנה הראמונה והנכונה והיא תאמר גם כן לבסוף כמו שמוכיח מקורין לנוג אנדרקריסטו מטמע שאמנת ישו והיה לא אחרית:
Lin. 27. post דבריהם sensus postulat שהוא האלוה
Lin. 28. ואעפכ אם commodior lectio est ואם אעפכ

PAG. 14.

Lin. 1. ועוד הגיהנם לא מצינו במוס מקום ועף lege ועף על גיהנם לא מצינו במוס מקום ועף מצינו נזכר במוס מקום ואף:
Lin: 6. כתן lege ויתנו
Lin. 7. לקח lege ולקח
Lin. 8. iterum pro כתן lege ויתנו
Lin. 12. האלהות על המת Nostri Codices magis explicate habent: האלהות על הנהרג ועל המת:
Lin. 13. אלוה lege אלהיהם mox, pro יתרון lege יתכן item, post האלהות nota in nostris esse : על המת ולא על הנהרג ולא על מי וכו׳
Lin. 20. pro כי lege לא
Lin. 23. וניכרו lege וניכא

Lin.

Lin. 24. בעצמו lege בעצמם

Lin. 26. pro ועוף אומר אני שאינו למין תמוים melius & plenius legas; ואלא נתקררה דעתו עד שנזדווגה לו חוה : לכן אומר אני שאין בא זה למין תמוים :

Lin. 28. post לחפש adde ובקש דבר

PAG. 15.

Lin. 2. רלר legendum ר׳ער

Lin. 8. post והיה בו insere רק

Lin. 14. בטבעים lege בטבעי Ibidem, pro העבר lege האבר aut si vis, plene: ערוה על אבר התמוים

Lin. 17. מחוטא lege מחטא

Lin. 23. שלא אכל עץ lege שלא אכל אדם מן עץ

Lin. 24. מאכילת lege מאכילתו

Lin. 26. מפרש lege מפורש Ibidem post ברברים adde שלא לחיות נבהל

Lin. 29. מקר או lege מקראו

Lin. 13. בורא lege ברא

PAG. 16.

Lin. 5. נומים lege תמוים

Lin. 11. מהוא lege & hic, & mox lin. 12. pro ea voce מהמם

Lin. 13. לעמות lege לחמוב

Lin. 14. עיבדים lege מעובדים

Lin. 22. מכורח lege מכורם

Lin. 29. כ׳ר lege כו׳

PAG. 17.

Lin. 6. post אדם adde רע מהוא

Lin. 14. קטן זוה חס אלא lege הקטון זה הפסול

Lin. 19. post בפמליא שלו sic, in uno nostrorum Codicum, sequitur non male; ואילו המלאכים הנבראים ביום ראשון שנלמוד דרך ארץ לשימלך הגדול בקטון דוגמת בשר ודם כאן וכו׳

Lin. 24. ועוד lege ומיהו

Lin. 29. שלוו : נאמר על שם שמסית את הבריות ואמר לחם באו ונמרוד עליו נמרוד לא שאמר לבריות באו ונמריד Malo cum nostris; כי כך : בשקשב כי כך :

PAG.

PAG. 18.

Lin. 13. האל lege האלו

Lin. 16. דומה המתקיף נפשות לבד והמורה lege דומה המתקן נפשו לבד למורה:

Lin. 23. מצדקת האב lege מצדקת הבן

Lin. 27. בעד צדקים lege בעד מתים

Lin. 28. מנבראה lege מנכרת

PAG. 19.

Lin. 5. post קהלי adde על כולה קראה

Lin. 18. post זרעך adde, si vis, וזרע זרעך עד סוף כל הדורות nec enim est necesse.

Lin. 19. לגלגל הכוכבי lege, לגלגלי הכוכבים

Lin. 21. voci מי præmitte הלא

Lin. 24. מיסתמר lege מיסתמרו & sic lin. 26. pro מסתמר lege מסתמר & pro להסתמר lege similiter להסתמר

Lin. 27. כמאה lege וכמאה

Lin. 28. post מאה adde porro: כי מה מרוצה לקבל עליו אמנתם עמה מחמת אונס ופחד המיתה וכדי להנצל גופו:

PAG. 20.

Lin. 10. post התפלל adde; ומביאים ממנו ראיה על השלום

Lin. 12. כרפילמי Quæ, deinde sequuntur, ad finem usque Numeri, non sunt in nostris Codicibus, nec Lipmannum habent Autorem. In his vero, nisi fallor, lin. 15. pro תאווה לאכילה legere simpliciter תאווה posterioremque vocem expungere oportet. Unus nostrorum Codicum, aliud habet glossema: ועוד שכ' בסוף הפ' וילכו משם האנשים וישקיפו על פני סדום ואחר כך כתיב ויבואו שני המלאכים בערב סדומה אם כן איך ידבר עליהם שהם אלוהו' ושהם ה' והראו' בכאן היו שנים ורוק:

Lin. 24. pro קולו lege קולי & pro האזינו lege האזינה

Lin. 27. post דברתי אל משה insere, שהרי הוא בעצמו כותב התורה

Lin. 29. post המלך adde ולא אמר בשמי

Lin. 30. מאמ' הם' lege מנאמר וה'

PAG. 21.

Lin. 4. בכורות lege בכורים

Lin. 6. post אמר insere עליה

Lin. 7. הכל ידוע malo הכל גלוי וידוע nam, sic sequitur quoque infra, lin. 20.

Lin. 9. חן lege חמן

Lin. 12. Est hic quædam verborum trajectio, & post שלש legere ea oportet, quæ sequuntur lin. 15 והנסיון לטובה כמו שנאמר למען נסותך להטיבך באחריתך:

Lin. 28. המשמעת lege המשמעות

Lin. 30. post ולא adde אמר item, post השם ית' adde היינו משום

PAG. 22.

Lin. 5. שם יד כתבה ומבואר בספר דניאל בפרשה עצמו שאינו lege שם ידא די כתבה כדמבואר בספר דניאל מתוך הפרשה עצמה שאינו:

Lin. 8. pro המקבל lege התקבל & post המעוננים insere אוחזים

Lin. 9. כתב lege כתיב

Lin 10. שהמלאך lege כשהמלאך

Lin. 15. post שקול insere כראוי

Lin. 16. כי אחת מחמשה lege כי הוא אחד מחמשה

Lin. 19. post שביארתי adde שמי

Lin. 21. post נשמע adde חרשה

Lin. 23. post שבועה adde על ידי תשובה

Lin. 24. post קול adde אל

Lin. 25. אל פי בת יכיל lege אלפים בת יכיל & sunt ipsius Scripturæ verba I. Reg. VII, 26.

Lin. 26. שיכול האזן lege שיכול האדם והאזן item, pro בת קול lege את הקול

PAG. 23.

Lin. 10. excusum est כל MSS. habent אתרכול Est vero nomen quoddam proprium, idemque lin. 11. pro האומר rescribere oportet.

Lin. 19. עשו הבכורה: ומה שלקח הבכורה עשו במנות Supple, & lege אל העבודה שהיא בבכורה: ומה שלקח את הברכה עשה במנות

Lin.

Lin. 24. פי' פתא Post ista, in uno Codicum additur : ועוד פירוש אחר אם הוא לשון אמת ולא לשון ספק כמו אם הכספכם כחומר האמר בישעיה שהוא ג"כ לשון אמת לא ועד והאר על ווערט זיין גוט תי"ט מ"ר וכמו שפירש רש"י שיחול שמו עלי מתחילה ועד סוף שלא יתלה שיטול בזרעי שזהו ג"כ כוונתו שהוא לשון אמת ויעקב נדר בלי שום תנאי כלל אז וחלילה לוה לנדיין כזה :

PAG. 24.

Lin. 3. מלבן lege מלכן
Lin. 7. post הייה' adde כוונתו
Lin. 11. לגדל lege ולגדל
Lin. 15. post היו insere : וכוונתו היתה שתלד אותה חמיה רוב גווכים
Lin. 16. אחר lege אחר
Lin. 25. post הכאן על adde, si vis, אל לבן
Lin. 28. מכסהונן lege מכחונן
Lin. 29. והיה lege יהיו
Lin. 32. לזכרון lege הזכרון

PAG. 25.

Lin. 1. לאמור lege לומר
Lin. 17. post לגיהנם adde עד שימו פרדס
Lin. 19. post לגיהנם מיבא adde לפי דבריהם
Lin. 27 לומר malo לאמור

PAG. 26.

Lin. 2. הקונה lege מהקונה
Lin. 8. post אותה insere אחר כך
Lin. 9. post וגם insere זה
Lin. 14. post ויעוד magna est lacuna, quam sic supplebis ; וכי תאמר איך אפשר שתהא קטנה וראויה לוועוד הלא כיון דתחילת שתתו ארנה היתה ראויה לאדון : ועוד ושבה אלמנה וכבר גדלה ויצאה לחירות דע שאע"ל אמה שלא הביאה שתי שערות ולא נולדו בה סימני אוולונות הרי זו קטנה עד רוב שנותיה : ויכול להיות שתתעבר ואמר וכו'

Lin. 20. מרככין lege מרככין
Lin. 22. post אמר adde לה

Lin. 28. post כהן unus Codicum nostrorum habet, ואת״ל שכבר מת בשעת ליקוחתו אכ״ הנה גם בני בנים נקראו בנים לפיכך וכו׳

PAG. 27.

Lin. 3. ופרושו lege ופירושו

Lin. 19. הכהנ lege הנהיג item, pro מעניתם lege מעותם

Lin. 24. ומדלגים על הפרשה לראות עכויכם lege, ומדלגים לכל הפרש לראות עכויכה

Lin. 29. היה lege הוא

PAG. 28.

Lin. 4. ומלוכה lege מלוכה

Lin. 6. מרדע sic est quoque in nostris Codicibus. Sed in uno, quidam Judæus, ea voce deleta, in marginem conjecit מרדות quod factum male.

Lin. 18. לפרמה lege לפרמו

Lin. 21. post מורה insere ר״ל המלכות

Lin. 22. post לשילה unus Codicum nostrorum legit continue: או הכי פירושו ג״כ לא יסור שבט מיהודה · עד · ר״ל עולמית ואומתי יהיה זה· כי יבא שילה · ואדרבה לפי פירוש זה ראויה שלא בא עדיין ונבי עד שם הפסיק הענין והוא פירוש אמתי : In altero, mutato literarum charactere, ut glossema esse appareat, additur: לדברי האפיקורים ששבט ר״ל מלכות כבר סר בבית ראשון קודם ביאת הנוצרי גם בימי יעקב לא היה מלך בישראל ולא קם מלך עד שאול : ואכן להשיב אך לדבריה׳ כי הפסוק אינו מורה שלא ישוב המלכות עוד לישראל אלא לא הוכיחו דבר : ועוד הם סותרים עצמם מפני כי הם אומרים כי הנוצרי היה מזרע דוד ודוד היה מיהודה ולדבריהם בביאת הנוצרי לא סר השבט אדרבה נתחזק כי הם אומרים שהוא מלך המשיח ולא השבט ר״ל המלכות והוא מיהודה ואיך יאמר ויפרש אדם כי בבואו יסור אלא אך שבט אינו מלכות:

Lin. 29. post משיח adde ; גאולת הגלות האריך הזה בעוה

PAG. 29.

Lin. 2. post למוד adde שהבטיחו

Lin. 19. post אומרים adde להם & idem fac quoque lin. 22.

Lin. 23. מרמים legendum גורמים

PAG. 30.

Lin. 21. post מתראה addendum כחי אמר אעפה לפרעה כלומר לכך הקנימו בשליחות אל בני ישראל

Lin. 22. post אכריחנו addendum ; מביד חזקה ישלחם וביד חזקה יגרשם מארצו פירוש בשביל זה שלחתיך

PAG. 31.

Lin. 12. טבעי' lege הטבע

Lin. 14. לתחיית lege ותחיית

Lin. 18. post מיתפאר insere בזכותו לומר

Lin 19. הלא lege והלא

Lin. 23. היה lege הוו

Lin. 25. dele אלא

Lin. 26. ונעשה malo ונתמלא item, pro לנביאה lege לנביים quod idem faciendum pag. 32. lin. 8.

Lin. 28. במיתי lege מיתי nam, sic quoque præcesserat; mox, ibidem post מסתבר adde הדבר

PAG. 32.

Lin. 1. מן דעת עצמו · דעתו כי מעצמו הוא מוכרח lege מן דעתו כי בעצמו הוא מוכרח

Lin. 2. post עומדת adde עולמית

Lin. 3. post רבא adde בעלמא

Lin. 4. בנוה lege לחיי item, pro לחיות lege לאיות pro הויה lege הוה aut, prout unus Codicum habet עבר

Lin. 9. post והרבה adde דברים ibidem, pro ביאורם malo סיפורם

Lin. 10. מהכיר' lege מאזכיר

Lin. 12. post וילידו adde עד כלות העולם

Lin. 15. יודיני lege יורינו item, pro פו'. כי יעמור lege כי גם הוא יעמור

Lin. 16. נריך lege צורך

Lin. 17. pro ודאי מי מחיו לו בנים רבים כולם ראויות אצלו rescribe; ודאי אים מחיו לו בנים רבות כולן ראויות לו ליאמר אצלו:

Lin. 18. post לגירושין supple; מכתוב לא יטוב בעלה הראשון אשר שלחה לא יוכל לשוב לקחתה אחרי אשר הוטמאה: & nunc porro, lin. 19. non אכל lege, sed ולכן

Lin. 20. דביהו lege דביתהו
Lin. 22. מנוע lege מונע
Lin. 23. לתרי כי lege לתכריכי
Lin. 24. תיומה lege תאומה
Lin. 25. דאסור להאכילו בידים . ולמון Nullus sensus, nisi suppleas
legasque ; דאסור להאכילו נבילות בידים אבל אין צריך למנוע סקטון
מלאכול איסור : ולמון
Lin. 26. מכסילו lege מכסילן
Lin. 28. התקיים lege התחיה
Lin. 30. סבה lege סבת
Lin. 31. כלות העולם והנהגתו הזה Verba trajecta, sic restitue;
כלות הנהגות : simavis,lege aut , כלות העולם הזה והנהגתו
העולם הזה

PAG. 33.

Lin. 3. לא יחשבו lege ולא יחשבו
Lin. 4. מתחלתו lege מתחלתן
Lin. 6. כל lege כי &, post יחזור insere הכל
Lin. 12. post לרמעו adde וכן אפרש בעה במלאכי בסימן רסה item,
post אפרש addendum עמה
Lin. 16. כאמרו בו lege כאמר כן
Lin. 18. דסד הוא ולא קאי lege דמר מבעירובין לא קאי Item, mox,
pro אמר lege אמרו
Lin. 21. post בלבבך insere אם כן
Lin. 23. post ממנו si vis, insere דרכי
Lin. 30. לפי lege ולפי

PAG. 34.

Lin. 1. מכלל lege ומכלל
Lin. 2. הנודרים lege הנדרין Mox, pro בעמויתו lege בעמויתן vel,
בעמויתם prout nimirum vocem מנות quæ præcesserat, aut
in singulari, aut in multitudinis numero accepisti.
Lin. 2. כפי lege בפרקים
Lin. 5. אחורנית Quæ nunc, ad Numeri usque finem sequuntur,
non agnoscunt nostri Codices, nec a Lipmanno fuere scripta. Etsi vero nos hic destituunt Codices MSS. opinor tamen

men lin. 11. pro יש לעולם הבא ויש בעולם הזה ובעולם הבא legendum esse magis explicate יש שנפרעין בעולם הבא ויש שנפרעין בעולם הזה ובעולם הבא: Atque memini, sic alios dictum hoc citasse.

Lin. 14. pro מכל plane existimo כל esse legendum. Mox, post לכן si quis me audiet, supplebit אמרו רבותינו ז"ל aut aliquid ejusmodi, sequitur enim dictum Talmudicum, quod extat in Joma fol. 38. b.

Lin. 29. ישיבת גירות Nunc rursus nostri Codices nobis sunt præsidio, atque liquet ex iis, post voces allatas, esse supplendum, על בני ישראל ר"ל בכל הארצות וישיבת גירות על כל וכו' Mox, post שגם lege שגרו

PAG. 35.

Lin. 8. pro לא היה שנה lege: לא היו ארבע מאות ושלשים שנה
Mox, post הוצרך adde לכתוב

Lin. 10. post כדפי' multa desunt. Nam, nostri Codices, porro legunt concorditer; עוד דקדקתי ומצאתי שעל גומר בת דבלים פירש רש"י שהוא מלשון דבילה והנה מן דבילה ראוי לומר דבילות אבל דְּבָלִים מן דֶּבֶל וכן נאמר כי לך תכרע כל ברך ואומר ממנו בִּרְכַּיִם ועל משקל זה נאמר על השבר שברים ועל משקל זה נאמר אשר ישבו במצרים כי ארץ פלשתים וארץ מצרים על מוצרי א' המה כדמוכח בש' שמות ושמה ישבו שלשים וארבע מאות שנה:

Lin. 14. post חמים adde וממנו נמתקו
Lin. 16. והשליך lege והשליכו
Lin. 17. עפרה lege עפרו
Lin. 19. ולהשליכו lege ולהשליכה Mox, post ומשפט adde ר"ל
Lin. 20. אחד חייב בדבר Malo legere אחד מישראל חייב בדבר
Lin. 27. post פתיחת adde פי

PAG. 36.

Lin. 4. בשליחותי lege בשליחותו
Lin. 6. פרשוה lege פירושה

Lin.

Lin. 9. וכקדושת ממע lege וכקדושת אנכי וממע

Lin. 16. והזהרנו על מצות הלא lege והזהירנו על לא תעשה

Lin. 27. post להתפאר adde בה

Lin. 30. post תהו adde ע'ז

Lin. 31. רהע lege הרע mox, post הממון si placet, adde בלי ספק

Pag. 37.

Lin. 2. ואיך lege ואין

Lin. 3. מכריע malo מכריח

Lin. 12. על מה היו נוזי nostri Codices habent; על מה היה מוכח על נוזי

Lin. 14. post אלא adde כל

Lin. 17. post יהיו adde בהם

Lin. 19. post העפר adde לירד

Lin. 20. post האדם adde לפלות

Lin. 22. מבקשים malo מתפללים

Lin. 27. post יכוין adde רק

Lin. 28. post המי adde לא זול זה כלל

Pag. 38.

Lin. 6. ובתמתים lege וכמתים

Lin. 11. post עם ארם adde, si vis, הרוצה

Lin. 24. העזר malo עזרא cum nostris Libris, etsi altera lectio potest defendi.

Lin. 26. בפאר lege כפאר

Lin. 28. post הלא adde כבר

Lin. 29. post בא adde להזהיר

Pag. 39.

Lin. 4. לכותיים Nostri Codices habent להנוצרים

Lin. 12. מיתתו lege מטותן

Lin. 19. post קדושתו adde עליון

Lin. 20. pro אבל כוונתו ליראת השם ית' lege; אבל אות ביראתך ולא להראות עצמו או להכריזים מעליהן רק לכבודך וליראתך :

Lin. 29. הפסוק lege הפסוקים

PAG. 40.

Lin. 3.4. ולמעלה · לא תל׳ lege לא יעלה תל׳ מנים : ולמעלה
Lin. 5. ובפרטו lege ובפרטן
Lin. 7. post מקומם adde, si vis, עצים
Lin. 9. post פטומם supple מאם יבואו לפרש קראי דלעיל כפטומם
Lin. 13. ולו לא פירושו התורה מקבל lege ולולא פירוש התורה מקבלנו
Lin. 19. בפירושו lege בפירושה
Lin. 21. post ואת adde אכ׳
Lin. 29. מכן ה׳ lege מנקה
Lin. 30. post לקרות׳ adde מים

PAG. 41.

Lin. 11. post דעינן adde דבתי אמורה nam, sic sequitur quoque continuo, lin. 13.
Lin. 14. post הלא היא adde בכלל Mox, pro רמי lege רבותינו nam R. Salomo, fere Lipmanno adversatur.
Lin. 16. ובת בתי מארוסתו lege ובתו מאנוסתו Porro, pro ובת בנו ובת בתו ואנוסתו ובתו מאנוסתו ילפינן lege ילפינן
Lin. 18. post כי adde אומרים
Lin. 26. דמתקיים lege דמתקיימת
Lin. 28. כדפ׳רמי Quæ deinde ad finem usque Numeri subjiciuntur, absunt a nostris Codicibus.

PAG. 42.

Lin. 4. כילפינן בלה lege כדילפינן מגם דלה
Lin. 8. מהזכיר lege מהוזכרה
Lin. 9. בו lege בה
Lin. 12. post הגוים adde, si vis, זמן ארוך Sed mox, pro אוכם omnino legendum המה
Lin. 16. אל טבעי Posses legere אל מבעי at, malo simpliciter אלא & sic est in nostris.
Lin. 18. מהאי lege דהאי
Lin. 20. כאמר lege נעבר
Lin. 22. דם ומבעו Si mavis, lege : טבע הדם Mox, pro הפרדה rescribe הפרדו

Lin. 23. Dele טבע הדם & pro מראיתה lege מראותו

Lin. 24. post המראין adde ר"ל שנעשה דם

Lin. 29. דרבנן lege מדרבנן

Lin. 30. מחזיר חלב לטבע דם lege מחזיר החלב לטבע הדם

PAG. 43.

Lin. 6. אמרו וכו' lege וכ"ג

Lin. 15. העין lege העיין

Lin. 21. post מנראיה adde מראות חלום Mox, pro מפני לראות בכל
lege פירש"ל אל מבא לראות מבכל

Lin. 23. אפרם lege אופמר

PAG. 44.

Lin. 1. מאפרם lege מפורם

Lin. 3. הכותיים Nostri Codices habent הנוצרים & sic alibi pluries.

Lin 6. post פנ' adde ופניהם

Lin. 7. Hîc, post פנ' adde ופניהם איש אל אחיו ואמר

Lin. 8. post כרוב adde מקורין היינם קרוים

Lin. 9. post פני' multa desunt, sic supplenda : וכן אומר להם מכך
היו ראשי הכרובים ובאה קכוופפה ואם על כל פנים ואמרו מהיה להם
את אמפול או פרצוף פנים Atque nunc deinde, pro אמפול או lege את אמפול
Mox vero, post מפל si quidem ita libet, insere למה הדבר
דומה.

Lin. 10. post המיתה adde ואל תחטאו Porro, pro והניח לכייר עליו
והניח לכייר על מת מונח על בליבה כי אמר supple & lege
הכותל אצל התוכחה מת מונח על כליבה ותחתיו יקוד אש :
כי למר

Lin. 11. pro במשרתיו lege במשרתיי

Lin. 12. תוכחתו lege תוכחתי

Lin. 13. להניח lege להניחם

Lin. 14 post לקרות insere השמות הדברות כמו הנביאים וקטנים ועמי
הארצים Mox, pro זה lege כזה

Lin. 15. post דמיונות adde לזכרון הייכו דמיונות

Lin. 24. מפני lege ומפני & mox, post בהגשמה adde שנקראת נר

Lin.

Lin. 25. נתן lege ניתן Item, pro הדעת lege הדעות הדעות nam, sic quoque præcesserat lin. 23. nec minus, post פתעולה adde, si vis הכל

PAG. 45.

Lin. 3. בכהג lege כהג

Lin. 8. עזר malo עזרה

Lin. 10. post אלקיך addendum ישראל

Lin. 11. יוחנן Malo cum nostris libris יוחני nam, sic illud Magi nomen Rabbini efferunt frequentius. Non tamen priorem lectionem plane vitiosam judico.

Lin. 15. מאסר lego מסאר

Lin. 21. post הרי adde כבר

Lin. 22. post מימותי adde והספוק הזה בכוין אב לכולם

Lin. 31. מנים lege פנים

PAG. 46.

Lin. 3. למה lege במה

Lin. 4. מיפה lege נופה

Lin. 7. פוסעי ישראל בגופס lege פוסע ישראל בגופו

Lin. 8. בגמול Non valde id improbo. Unus nostrorum Codicum habet הגמול alius כגמול nec est inter has lectio, quæ non possit tolerari.

Lin. 11. ומת בחייו קודם Sic restitue verba trajecta, בחייו ומת קודם

Lin. 13. post ותמות adde, si placet ותקבר

Lin. 14. אבדו lege אבידת

Lin. 18. post מיסור adde בעינוי הנפש

Lin. 21. אומר lege האומר

Lin. 26. כופר בתורה malo הכופר בתורה Post hæc, omnino supplendum: ואמר מאינה מן השמים כי אם מרעה מעצמו אמרה & sic deinde, pro אפי׳ lege ואפילו

Lin. 28. כמו הכותיים והמשתאלים הסלימי Supple, lege, הסליטי שהטם ית׳ החליף מצות התורה במצוות אחרות כמו אמונת הנוצרים והישמאלים

Lin. 31. Vocem כגון malo delere.

PAG. 47.

Lin. 2. בזמן lege בזרון

Lin. 4. מלא כהלכה Non eſt hoc in noſtris Codicibus, neque ita legi ulla flagitat neceſſitas.

Lin. 7. ממירים lege מומרים Mox, pro גוי Malo גוים

Lin. 8. voci האומה præmitte האחד

Lin. 17. pro אלא עונה reſcribe אלא בזמן שעונה

Lin. 20. בדין הראשון Non id damno: Sed, noſtri clarius כמו הראשון

Lin. 22. כמעל lege במעלה

Lin. 26. וכתב רמבם זל אמר Noſtri Codices legunt וכתב רבינו אמר & legunt, credo, bene.

Lin. 27. יפנו מעלה malo cum noſtris פונו זה מעלה

Lin. 30. pro בכלל lege בכללן quod idem fac in linea ſequenti.

PAG. 48.

Lin. 2. נשמתי lege נשמתן

Lin. 3. מפוזרתי lege מפוזרתן Mox, poſt הצדיקים adde ר״ל מלא יעלו לנועם הצדיקים

Lin. 5. pro אמר רבן lege בן idque, tam noſtrorum Codicum, quam ipſius Talmudis autoritate.

Lin. 6. עבירה נפשו נטילת עליה lege cum noſtris, & Talmude, עבירה אחת נוטל נפשו עליה Mox, ſemel tantum exprimi debebat verbum כרת & pro דעלה legendum דעליה

Lin. 7. לאמ Noſtri Codices probe, &, prout in Talmude eſt, legunt למר

Lin. 15. poſt פטיה adde לה

Lin. 18. poſt פי' adde מעיין

Lin. 19 poſt ברור adde החיים

Lin. 26. poſt כי adde כן

Lin. 28. פשטי' lege פשטא

Lin. 30. היסודים malo היסודות

PAG. 49.

Lin. 2. הנשמות lege הנשמה

Lin. 5. יכן lege יבו

Lin. 6. דק lege דקה

Lin. 8. ויחמו lege ויחמוהו

Lin.

Lin. 12. כגלגלים lege מגלגלים
Lin. 13 מאמר lege מבמאמר
Lin. 16. בחנירות lege בחניות
Lin. 20. ה' lege הכתוב
Lin. 26. לחטף lege לחטף
Lin. 27. ממכריח lege ממכריחה Mox, post נגד insere דרכה
Lin. 30. תנוע lege תנועה

PAG. 50.

Lin. 7. עם lege בחן
Lin. 8. בזמן lege ובזמן
Lin. 10. post הטם adde הגמול
Lin. 12. post ערבות supple ערבות מלמון ערבות צדיקים על נמתן בו
Lin. 17. גפות præfero גפתיות
Lin. 26. post בעיניך supple בעיניו חן שמוצאה זה כי
Lin. 31. כחת · לך Dele σημεῖον.

PAG. 51.

Lin. 5. מן lege רק
Lin. 8. post יתכן adde בעיני Mox, post להפיג adde אמנעי בלא
Lin. 9. post לדברי adde חכמי
Lin. 11. post רזל adde הפגת
Lin. 12 פי' lege מפירשו רזל

PAG. 52.

Lin. 5. לה' חלב lege לה' חלב
Lin. 6. post עם adde מבאמר
Lin. 8. post פרקלים adde המלך
Lin. 10. post בחטאו supple כמו וברחמים בדין כלומר בו הכהונות במידות
Lin. 15. post חלב הוא supple אותו אוכלים הצדוקים אין כן ועל כהם על תירוץ כתיב כי כל אכל
Lin. 22. Voci מושבותיכם præmitte בכל
Lin. 23. מרבוי lege מרבוי Ibidem, post מקום adde זמן ובכל
Lin. 25. בעלי · חלב Dele σημεῖον.
Lin. 28. רוקא lege מרוקא
Lin. 27. כמר lege כמר Mox, pro אמרתי lege אמרתי Porro, post על לב adde התירוץ

PAG. 53.

Lin. 9. post מיוחד adde הוא

Lin. 11. post טעמא adde גופא

Lin. 13. pro ואמר lege ונאמר & post מיוחד adde להקרבה

Lin. 16. post בהנאה adde כי לפי מיוחד לגבוה הדין היה נותן שנאסר אפילו בהנאה גכ:

Lin. 21. post ודג adde הטמא

Lin. 28. היזיקן lege היזיקו

Lin. 29. ורפואתן lege ורפואתו Mox, post ומשרה adde על האדם Item, post טומאה adde וגו׳ sequitur enim locus Scripturæ ex Deut. XVIII. 11.

PAG. 54.

Lin. 11. post לפעמים insere בא בשאר בגדים

Lin. 15. post ר״ה in uno Codicum nostrorum additur glossema: שמעתי משאל גלח אחד אשה כי תזריע וילדה זכר למה לא נכתב שום איסות אלא הוא מראה על אותו * האיש שנזרעת מעצמה בלא שום איש: והשבתי לו א״כ היה לו לאמר וגו׳ ואם נקיבה תלד: מלאתי:

* Fortasse legendum אותה האשה

Lin. 18. תודענו lege תדענו Mox, pro שלמה ושלמי quæ trajecta sunt, lege שלמים ושלם

Lin. 21. ובינם lege יבינם

Lin. 25. שעיר החיצון In sequentibus mire corrupta lectio est, quæ sic restituenda. שעיר החיצון מכפר על טומאת מקדש וקדשיו ועל שאין בה ידיעה בתחלה ושעיר הפנימי תולה על שאין בה ידיעה בסוף ומכפר על זדון טומאת מקדש וקדשיו ושעיר המשתלח מכפר על כל שאר עבירות ופריך בגמרא וכו׳

PAG. 55.

Lin. 2. מהשלמה lege ושלמה

Lin. 5. כפרת lege כפרות & supple deinde: החיצון והפנימי והמשתלח וכנגדם שהשלמה כפרות Mox, iterum pro כפרת lege כפרות

Lin. 6. כהנים lege ישראל

Lin. 7. הר מומים lege הרמומים

Lin. 10. כאן. מא״ל lege כמין מא״ל

Lin. 13. היה היצר מהוא lege הנה היצר הרע שהוא

Lin. 14. בו פרחה lege בישראל

Lin.

Lin. 15. כוני lege בוני
Lin. 17. Dele verbum הקרבן Mox, poſt עבירות adde על כל ישראל
Lin. 18. הקירבנות lege הקרבתם
Lin. 19. דדך lege דרך Mox, poſt מנאת' adde בה
Lin. 20. מלם כפירת lege מלמה כפרות
Lin. 21. poſt בכיינו adde היה
Lin. 28. poſt ופירשו adde תרגומו Mox, pro וכן כתיב המסל את lege וכן הא דכתיב המסלח את

PAG. 56.

Lin. 2. ברם lege כרם
Lin. 3. ויקנתי lege ומקנתן
Lin. 7. מצוייתו lege צוותי
Lin. 8. רע lege דם
Lin. 15. ולולי lege לולי
Lin. 18. כאלו · דוגמת זה lege כאלו · כאמר מדוגמת זה
Lin. 27. ר״ל אמרו מי lege ר״ל מי
Lin. 28. poſt אמכם adde גם
Lin. 29. על ידו ולקבוע lege על ידי טורח ולקבוע
Lin. 30. poſt גם adde הוא

PAG. 57.

Lin. 1. מעירבת lege מעורר
Lin. 2. poſt עולם adde עד סוף כל הדורות
Lin. 6. רחמי' lege רחמנים

PAG. 58.

Lin. 3. poſt כי adde בא'
Lin. 7. poſt פטור adde מיתה Mox, pro פי' lege ופי'
Lin. 8. pro מיתתי legendum מיתתן & pro כפרתי legendum כפרתן
Lin. 14. לחיים lege לחיכם
Lin. 16. מן lege מין & adde poſtea מינו Mox, poſt הפרד adde מעורב
Lin. 17. אריסי חמרי lege אריסיה תמרי

Lin. 18. חוו lege חיו

Lin. 21. רלמר lege דלמדנו

Lin. 27. ומר lege תגמר

Lin. 29. post להדיוטים supple כי אסור להשתמש בשרביט המלך & nunc porro, pro אבל לבד מתכלת עם חוטי פשתן לציצית lege אבל תכלת עם חוטי פשתן מותרים לכל הדיוט לציצית

Lin. 30. post פב additur in uno nostrorum Codicum : ועוד טעם אחר וזהו כי כל דבר ודבר שבעולם השפל הזה מקטון ועד גדול יש לו כח. מיוחד למעלה שאמר לו גדל כמו שאמר השם ית'. לאיוב הידעת חוקות שמים סתמים משטרו בארץ : ולכ כשיתערב שני מינים יחד מתערבב גם כן הכחות למעלה ובזה יבא השתנות בעולם כי השם עושה שלום במרומיו אלא כיוצא שמתערבבו הכחות יחד לעשות מלחמה כן כתב החכם המקובל רבינו בחיי ז"ל :

PAG. 59.

Lin. 3. ומאטם מערל Malo ומאוטם מעורל Deinde supplendum ר"ל מאטם את הסכל

Lin. 7. ואפרהו lege ויפריהו

Lin. 10. post המטעיהו adde לעג

Lin. 13. רמב"ן Nostri libri constanter habent רמב"ם

Lin. 15. post אותם adde משום זה

Lin. 25. post מפורש adde היטיב

PAG. 60.

Lin. 7. post ואם יאמינו adde לקבלת Mox, pro מנאמר הנקיבה nostri habent מנאסר הנקיבה

Lin. 8. dele פירו'

Lin. 9. post מיבא adde לאויר העולם & post מבא' adde בנך

Lin. 17. בראשית : הראשון Delenda est interpunctio.

PAG. 61.

Lin. 3. post מפאל ade, si vis, המלך

Lin. 4. post אותו addendum רחם

Lin. 6. post וחזקיה adde היה

Lin. 12. חמה lege המה

Lin. 19. מחדת lege מחרת

Lin. 22. post שבת adde שייך על י"ט כי גם שבת

Lin. 29. לדבריהם כי אצטריך lege כי לפי דבריהם אצטריך

Lin. 30. לאגיונים lege למבינינו

Lin.

PAG. 62.

Lin. 1. שבועי׳ lege שבועות

Lin. 2. י״ג malo ב״ג

Atque plane, uni noſtrorum Codicum, cum excuſo, hactenus convenit. Sed vero, in alio, poſt illa pag. 61. lin. 6. דבר זה הלכה למשה מסיני longe plenior & accuratior, quam quæ in dictis eſt, ſequitur disquiſitio. Nullum igitur dubium, admoviſſe hic Lipmannum libro ſuo ſecundam manum, & nova cura, quæ pridem breviter ſuccinctèque ſcripſerat, ſedulo & fuſe illum deinde tractaſſe. Hæc, priusquam perficerentur, Codices, quorum Hackſpanianus, & alter e noſtris, exemplar referunt, fuerunt deſcripti. Cæterum, ſic habet illa uberior ἐξήγησις:

אעפ שהוא נגד פשט הכתוב כי ידוע להם לחכמים שחודש שם תואר עם
הלבנה מתחדשת והנה הוא שם תואר עם שה״ב חדשי השנה אחרים שנית ·
בזאת שהדרשה של שמור את חודש האביב נגד פשט הכתוב והיה להם לפרש
שהזרע קרא אותו אביב כמו שהיה בפשט וזהו לשמור אותו · ועוד הא דכתיב
שבע שבתות תמימות תהיינה איככה יפרשו זה על שבת בראשית כי באותה ענין
שמה תמימות יותר משאר ימים · ועוד לפי דברי הצדוקי׳ דאמרו אכילת מצה
חובה כל שבעה ולא דורשים דבר שהיה בכלל מן השביעי · תקשה דכתיב אחד
אמר שבעת ימים תאכל מצה ובאותה פרשה עצמה כתיב ששת ימים תאכל מצה אלא
ז׳ תאכל מן הישן וגם מן החודש דאלכ כולה קרא דששת ימים למה לי והנה עיקר
שמיכות הצדוקים על מה שכ׳ בארבע עשר יום בין הארבעים פסח לה׳ משמע שיום
יד׳ נקרא פסח וכן כתיב בהדיא ויסעו מסוכות לרעמסס בחודש הראשון בחמשה
עשר יום לחודש הראשון ממחרת הפסח וגו׳ אבל על יט לא מצינו שנקרא רק חג
המצות וכתיב בספר יהושע שבעשר לחודש עלו מן הירדן וכתיב ויעשו הפסח
בארבע עשר יום לחודש בערב בערבות יריחו ויאכלו מעבור הארץ ממחרת הפסח
מצות וקלוי בעצם היום הזה הרי מוכח שלא הותר החודש עד ממחרת הפסח ושמע
שהוא טו בניסן · ולדידן אסור עד יו וראייה זו אינה ישרה כי יום יד נקרא
פסח לה עם שחיטתו שהיא לשם הפסח כמו שכ׳ וזבחת פסח לה׳ · אבל עשיית
הפסח זהו לצורך אכילה כיקורי והכשרו וצלייתו ושאר חובותיו · וזה היה בלילה ממש
וזהו שכ׳ ויעשו את הפסח ביד יום לחודש בערב · והערב לילה ממש שלאחר יום
יד כמו אכילת מצה שגם נאמר בה בארבע עשר יום לחודש בערב תאכלו מצות ·
ולא יקרא יום טו ממחרת לליל עשיית הפסח כי לילה ויום נקראים רק יום אחד ·
שכ׳ ויהי ערב ויהי בקר יום אחד · ורק היום לבד אי אפשר ליקרא בקר או עצם היום
הזה שהוציא ה׳ את ישראל מארץ מצרים · הרי על כרחך יום שלאחר הלילה נקרא

עצם היום · וכן הוכח פשטי דקראי שנ' תזבח הפסח בערב כבוא השמש מועד צאתך מארץ מצרים ובשלת ואכלת ולפי פשוטו מועד היציאה לא קאי על הזבח רק האכילה והיציאה היתה ביום · הרי הלילה והיום אחד · נמצא למדת ממחרת של עשיית הפסח הוא יום ששה עשר ולפי שעותם יצטרכו לומר על הא דכתיב ויאכלו מעבור הארץ · ממחרת הפסח מצות וקלוי וכרמל שאותו פסח אירע בשבת · והואך תלה הכתוב היתר אכילת חדש בדבר שאינו עיקר אלא מקרה · וממחרת הפסח איכה השיבה היתה לומר ממחרת השבת · אלא ודאי ממחרת הפסח הוא השיבה בין שאירע בחול בין שאירע בשבת · והנה התורה אשר לא ישוג תכלית חכמתה גם כתבה מקראות שאף לפי פשטי דקראי של ממחרת הפסח כפי הבנתם יסכים לפירושינו שנ' ואמרתם זבח פסח הוא אשר פסח על בתי בני ישראל בנגפו את מצרים ואת בתינו הציל הרי במקרא מבואר שניקרא שם הנס שפסח זה לא היה בארבעה עשר כי אם בחצי הלילה של ט"ו · נמצא שיום י"ד לא נקרא לבד פסח כי אם ליל ט"ו ולא הלילה לבד נקרא פסח כי גם יום ט"ו בכללו נקרא פסח כי נתקדש לזכרון הנס שנ' והכיתי כל בכור בארץ מצרים וגו' ופסחתי עליכם ולא יהיה בכם נגף למשחית וגו' והיה היום לכם לזכרון וחגותם אותו חג לה' לדורותיכם שבעת ימים תחוגוהו · נמצא שחג הפסח וחג המצות אחד הוא כמ"ש על מצות ומרורים יאכלוהו · ומה שנ' בי"ד יום לחודש פסח לה' אין היום נקרא פסח כי הקרבן זביחתו בי"ד נקרא גם פסח עם שיהא נאכל בשעה שיהיה הנס שהוא בליל ט"ו שנקרא פסח עם הנס כדפרשי' · וגם יום ט"ו בכלל פסח כדפרשת' שנ' והיה היום הזה לכם לזכרון · הרי גם אפשר לקרא ממחרת הפסח יום ששה עשר לפי פשוטו ופליאה גדולה אותם מדפי' פשטי דקראי איככה יבינו שאכלו בגלגל חדש בשנו בניסן שהיה מספיק לכל ישראל שהרי בו ביום פסק המן כמ"ש וישבות המן ממחרת באכלם מעבור הארץ שהרי כתיב בהדיא והבאתם את העומר ראשית קצירכם אל הכהן · וכתיב מהחל חרמש בקמה תחל לספור שבעה שבועות וכתיב וספרתם לכם ממחרות השבת מיום הביאכם את עומר התנופה שבע שבתות · הרי מבואר בהדיא שראשית הקציר והבאה הכל ביום אחד · ובשנו יום היום קדוש כמ"ש כל מלאכת עבודה לא תעשו · ואי אפשר להם לפרש שקצרו קודם שקידש היום בערב שהרי לדבריהם שבת הוא · ועוד איככה יחללו כל ישראל הי"ט ויקצרו וישחנו וידושו עד שיספיק לכולם · ולמה לא יקדמו הי"ט ויאכלו ישן · אלא לפי פשטי דקראי נצטרך לומר שישן הוא · ואינו מדבר מחודש רק מהשבתת המן ואף לדידן איכא מ"ד דלא הקריבו עומר מפני שעדיין לא לכרו אותה ולא כאשר החודש בשנה ההיא ותלת שבת אינו ר"ל שבת בראשית לפעמים והדבר כאמ' קיבלנו פירושו מאיצת משיני · כי שבע שבתות תמימות ר"ל שבע שבועות שלימות תלמוד יוכל שבת אם באי שבת ועל זה קאי ממחרת השבת השביעית ר"ל ממחרת שבועה שביעית · גם לשון שבת שייך לומר על י"ט כי שבת הוא מלשון שביתה

שביתה וכתיב ביום הראשון מקרא קודש כל מלאכת עבודה לא תעשו · מקרי
שבתון מכ״ש משוכות דלא כתיב ביה כל מלאכת עבודה לא תעשו ונקרא שבתון והמה
דוחקים את עצמם לחלק בין שבת לשבתון ואינו כן · כי כשם שאין חילוק בלשונינו
שנ׳ זכר למעשה בראשית או שנ׳ זכרון למעשה בראשית כך אין חילוק בין שבתון
ובין שבת · ונקרא הי״ט ככה מפני שצריך לשבות ממלאכה ועל זה נאמר וספרתם
לכם ממחרת השבת ר״ל ממחרת השביתה וקיבלנו ממרע״ה דעל יו״ט הראשון קאי · ולא
על האחרון וכן מוכח מדלא כתיב ממחרת החג או ממחרת סתם דהא ודאי על
החג קאי והייתי יודע של״ל אחר כלות החג שהוא יו״ט האחרון אלא מדכתיב ממחרת
השבת על כורחך ר״ל יו״ט הראשון · אבל לדברי הצדוקים אי אפשר לפרש הרי מה
נדע שקאי על שבת בראשית שתוך החג ולא על שבת שאחר החג דהא שבת
אינו מיותר לפי דבריהם · כי אצריכים לומר שיתחיל ביום ראשון ולא בשאר ימי
השבוע ודברים אילו דברים של טעם המה · שהרי למניינינו יבא לעולם שבועות
ששה ימים בסיון שהוא זמן של מתן תורה · כי הי״ט נקבע מטעם הנס
שנ׳ זכר עשה לנפלאותיו חנון ורחום ה׳ · אבל לפי מניין הצדוקים לפעמים יבא
שבועות ששה בסיון ולפעמים שלשה עשר בו · והצדוקים משיבין א״כ לכל כם יהו נקבע
יו״ט וטעו כי דוחקא מתן תורה שאותו הנס עוד היום שייך לנו קבע הי׳ יו״ט כי לולי
מ״ת עוד היום היינו כגויי הארצות וכן פסח וסוכות שקבע הש״י על יציאת
מצרים · ולולי הנס עוד היום היינו עבדים וגו׳ ואותנו הוציא משם · והארכתי להוציא
מלבם של הצדוקים :

Lin. 21. שהיא זרח lege שהיא זרח

Lin. 23. ודומם כאילו lege ודומים להם כאילו

Lin. 26. מדמה lege מדמיהו

Lin. 27. post כדפי׳ Supple: ומה היה דעת מרע״ה להתחנן מלפני ה׳ שיכניסו
לא כדי לקיים מצות התלויות בה ולהוסיף שלימות על שלימותו ולהשארות
הנפשיי כעין שפי׳ בעל ספר עיקרים בפרק שנים וארבעים מאמר רביעי:

PAG. 63.

Lin. 1. ולמוכו lege ולמוטו Mox, pro בכל lege ככל

Lin. 4. אם בחקתי Unus Codicum nostrorum, ad hæc verba, addit glossema Cabbalisticum in margine: אם בחקתי ר״ת אומות
מקטרין איה אלהיכם אנו משבחין אלקינו מלך בשמים חי קים תמיד ימלוך:
אלקיכם מת אמו מ״רים במיתה משונה קטלוהו תולעים יאכלוהו :

Lin. 14. מעוכו' lege מעורה.
Lin. 15. קרה lege הקרה Mox, post הקיר adde ואת זו ואולם
Lin. 16. כוולם lege עולם
Lin. 18. voci אם præmitte ואף
Lin. 19. post גדול adde להגדל
Lin. 21. & 22. a voce היית' quæ quater repetitur, ubique resecanda est virgula. Insuper in lin. 22. post בעצמה adde ולכן חייב הוא לבלם:
Lin. 24. post בהסנחתי adde, על כל אחד ואחד בפרט
Lin. 26. וכל lege לכל
Lin. 30. pro אלא פוסע בעצמו הסר בדעתי הסנחתי ממכו unus Codicum nostrorum legit אלא פסע החסר בדעתו מגזל הסנחתי ממכו sed, alius habet, prout est excusum.

PAG. 64.

Lin. 4. מעסיה' Dele virgulam superne adjectam. Mox, pro זה lege זאת
Lin. 15. באכילת lege כאכילת

PAG. 65.

Lin. 16. post אברהם adde אבן עזרא
Lin. 25. מן פרטי lege מכי פרטי

PAG. 66.

Lin. 1. פסמי' Dele virgulam superjectam.
Lin. 2. post ולא דברו adde מה
Lin. 11. ומסכרו lege מפרכן
Lin. 12. מבל lege מכל
Lin. 33. אלא לכל יבין הפחות Trajecta verba, sic restitue; אלא יבין לכל הפחות
Lin. 18. להוסיף גוזמות lege להוסיף גוזמא
Lin. 19. ואז Malo וכי
Lin. 26. הגוזמות lege האגדות
Lin. 30. post והם adde רק

PAG. 67.

Lin. 1. האסמוגרית lege היסמוריית
Lin. 4. והמכר lege המוכר

Lin.

Lin. 5. post מבמתרח adde ונפונו
Lin. 6. post וכררותו adde ומערכו
Lin. 7. post לאחנע adde למנים או
Lin. 8. post כנס inferendum Schema duplex erat, idque, ad Lipmannni mentem, sic convenienter, & graphice depingere oportuit:



GLOSSEMA ומטעתי וכו' non habent nostri Codices, & est utiq; ab aliena manu.

Lin. 17. מגריכו lege מדריכו
Lin. 18. וכוונת יהא ממיס רבא Legendum ובכוונה זו אמן יהא ממיה רבא
Lin. 21. פי' מגריכו lege ר"ל מדריכו
Lin. 22. pro אבל הקרא בן הקרא הידוע פי' לו מבכלל הכחמות unus nostrorum Codicum melius, nisi fallor, legit; אבל ממעתי מקדמונינו פירשו מבכלל הכחמות
Lin. 24. אותי lege אותה
Lin. 25. post אות' adde מיד
Lin. 28. post המאמין adde והיא מטוחה בעצמה
Lin. 29. pro ועתה כמס מאסרם הכרם מגרא רוח legendum; ועתה כמס מעבר הפרה מגרה רוח

PAG. 68.

Lin. 1. post במת adde בורח Mox, pro לפני התאה: ודוגמא זה lege מפני ההזאה ודוגמת דבר זה
Lin. 2. post תאמר adde אם כן

Lin. 8. מהיא lege מהוא

Lin. 26. post אמר adde השי"ת

Lin. 27. לא בכח הכאה lege לא בהכאה

Lin. 29. הוציא lege הוציאו

PAG. 69.

Lin. 10. post וגו' adde כלומר אלא הוא דבר נמנע ואילו אמר הסלע יוציא

Lin. 15. post רבים supple: כי כח גדול היה במטה

Lin. 19. Voci מאי præmitte מה

Lin. 24. post שידעו adde ישראל

PAG. 70.

Lin. 3. המכה lege המקל

Lin. 5. יכתך lege וכיתו Mox, pro בכח lege בגלוי

Lin. 13. לקלקל lege לקללם

Lin. 27. Quæ voci שת usque ad שת quod in ſequenti eſt linea, ſubjiciuntur, male trajecta ſunt, & pertinent ad lineam 30. ubi poſt שת nude legendum: ר"ל לכל העולם שבאו מבני שת

PAG. 71.

Lin. 2. poſt ים ſupple, מה לא נתקיים בהכוזרי או אפילו בבני אמונתי, שמוטלים בכל העולם כי אפילו אל קברו אינם מוטלים:

Lin. 12. ויקח lege ויקחו Mox, pro ויעשה lege ויעשו

Lin. 16. רי' lege רום לקים

Lin. 18. poſt ואמר adde טוב

Lin. 19. poſt לכם malo addere על

Lin. 20. הכנוי lege המכונה

Lin. 21. poſt ישראל ſupple שהם עתידים להתחדש כמותי

Lin. 23. מתכפר lege מכפר

Lin. 25. poſt כפשוטו in uno noſtrorum Codicum additur:
באלפסי פרק דשבועות דף רכ"ז וז"ל אמר ליה הקב"ה לירח הכני עושה
לך כבוד שמיושב דעתך תחת שמיעטתיך ומהו שיהיו ישראל בכל ר"ח מקריבים
קרבן לפני לכפר עונותיהן לפיכך אמר הקב"ה הביאו כפרה לפני ב"ה
לכפר עליכם כדי שתשלימו עלי קרבן כפרה זה הוא הכבוד שאמרתי
לעשות לירח בשביל שמיעטתיו ומהו פירוש של הביאו כפרה עלי שמיעטתי
את הירח עכ"ל ר' אלפסי ז"ל:

PAG.

PAG. 72.

Lin. 3. post נודרת adde נכאמר מתע בעלת נדרה ולא נתרצה לכך והיפר לה Mox, pro כמנה מלה נדר׳ לעולם חל malo legere cum nostris כמנה מלה היה נדר מעולם nam, sic sequitur quoque lin. 9.

Lin. 4. לרבות lege לנדרי

Lin. 8. post ותקנינו adde הם

Lin. 11. וגדולה malo וגדול Mox, post המקום adde האמת

Lin. 12. post ובמקום sic, ad finem usque Numeri legi debebat: הצורך כגון ממנה בה מדות דבר אפיקו רבנן לקידושין מיניה והתירו אשת איש מהאי טעמא כי הקב״ה מסר להם לעשות לפי שכלם :

Lin. 19. רציה למתחייבי׳ רק Absunt hæc a nostris Codicibus.

Lin. 24. מספיעים lege מספיעים

Lin. 26. ממתחוי׳ lege מסמתחוו

Lin. 31. אחר lege אחרים

PAG. 73.

Lin. 16. ביאר lege ביאור

Lin. 17. מניין lege ומניין

Lin. 18. post תורה adde, si vis, כלל

PAG. 74.

Lin. 1. post כולם supple וחזרו וכפנו בערבות מואב

Lin. 6. והפרשה lege והפרשיות

Lin. 9. post רבינו nostri addunt מעולם בל׳

Lin. 12. post ממקומו adde לגמרי בשבת

Lin. 14. post עונג adde שבת

Lin. 15. הדליק lege הודלק

Lin. 16. post חמן גבי supple לא ירא לך חמן לא & deinde, pro לא תבערו legendum כתי׳ הוינו רק הסדלקה אלא לא תבערו הוינו רק הדלקה כמו אסורה כמו

Lin. 18. post וגו׳ supple: אבל ליתב אלו מי אוסר להם זה Cæterum במדבר בפרשת & totum, quod ad finem usque Numeri sequitur, abest a nostris Codicibus.

PAG. 75.

Lin. 1. מהמלך נותן lege מהמלך חייב ליתן
Lin. 3. delenda vox ער Mox, post הקיבלת adde בתורה
Lin. 4 פירושו במנות lege פירושה במניאות
Lin. 6. post כבוד adde אב
Lin. 8. חכבנו Mirum, ad corruptam hanc vocem emendandam, nullum esse in Codicibus nostris adjumentum : nam unus הכני alter הכבנו habet, quorum neutrum probari potest. Ergo opinor legendum esse ראינו
Lin. 9. post חעני adde בכמעט
Lin. 15. בסביל lege בסכל
Lin. 25. בתוכ' כתיף הגוף lege בתוכ בגוף
Lin. 27. post תמיג adde רק
Lin. 29. כזה lege בזה
Lin. 30. כמה lege במה
Lin. 31. הוא lege מהוא

PAG. 76.

Lin. 6. המכלי' Delenda virgula, quæ superjicitur.
Lin. 22. הרכבה · אבל נר lege הרכבה כלל מכל נר
Lin. 23. סיבה למציאותי עלומה מהוא הוא lege סיבתו ומציאותו עלומה מהוא הוא
Lin. 24. post הראמונה adde מהוא
Lin. 27. בחויא lege בחוי
Lin. 29. אינם אלא אמיתית עצמותו · אלא lege אינם על אמיתת עצמותו ונכתבו אלא
Lin. 30. post דרכי' adde או
Lin. 31. נכתב lege נכתבו

PAG. 77.

Lin. 7. לראותך lege ליראות
Lin. 16. עצם lege עצת Mox, pro הארס lege העולם
Lin. 26. post לחמך adde ארס
Lin. 31. מהמחבלים lege מהחבלים

PAG. 78.

Lin. 3. post מיתגלה adde כבודו
Lin. 11. בשמים lege סגשמיים
Lin. 12. ירחיקו lege ידיחו Mox, pro את lege מן &, post התורה supple מאין מיכוונת כתלית בה
Lin. 15. post ויזיק adde, si vis ויכביד
Lin. 17. לא mallem ולא
Lin. 19. post מי adde הוא
Lin. 22. מהגם lege מהוא
Lin. 26. ולא גבול lege ולא נגבל בגבול

PAG. 79.

Lin. 1. קמאי lege קמים
Lin. 3. הגיע למצות חכמים מלומדי lege הגיע לידיעת מצות חכמים מלומדים
Lin. 15. בכיכוי Unus Manuscriptorum habet כיכוני alter בכוונו quæ, æque vitiosa sunt, ac illud quod est excusum. Legendum בכיוני atque ablegat Lipmannus Lectorem, ad Indicem libro præfixum. Postea, pro לכפמוט rescribendum esse לב פמוט caret dubio.
Lin. 18. ואדע Legendum ומדע prout sequitur lin. 10.
Lin. 19. המחסב lege המחשבה
Lin. 28. והוא בתוארינו lege והוא גופם כתוארינו
Lin. 30. ידעו malo יוכלו לידע

PAG. 80.

Lin. 2. post אנפ adde בן ים להם
Lin. 4. post להם adde, si vis, מאר
Lin. 6. אלהי lege אלוה
Lin. 8. post הבא supple: אלא ודאי יש להם חלק לעולם הבא
Lin. 12. בכם lege בכאן
Lin. 16. הנקבר Nihil isti voci in nostris Codicibus respondet. Ergo, aut plane delenda, aut rescribendum הנזכר.
Lin. 18. להם lege לו
Lin. 23. איכו lege ואיכו
Lin. 29. post כזהר adde, si vis, ביותר
Lin. 30. אלא מבכואי lege אלא מבכואי
Lin. 3. post 'וגו adde ועל

PAG. 81.

Lin. 11. post ישראל adde מב'
Lin. 18. post ארם adde מבותיו
Lin. 21. לחקיר lege לחזור
Lin. 31. אלוהות lege אלוה

PAG. 82.

Lin. 4. פעמים ואחרון lege פעמים והראשון והאחרון
Lin. 7. post יחודו adde לא
Lin. 9. חילק Malo החילוק
Lin. 12. כלומ' תמיד באחודתי ולא משתנה מאחדות לאחרית Ista alieno loco posita sunt, & lin. 13. voci וגו' debebant subjici. Pro תמיד quoque תמידי magis apte nostri habent Codices.
Lin. 30. post המנהי' supple ; הרביעי פאות הנזכר נקבל לאלוה & sic deinde, pro הרביעי lege החמשי

PAG. 83.

Lin. 5. Per voces השם ית' intellige nomen ἀνεκφώνητον.
Lin. 9. Circa vocem איתן ne quis hæreat, duas virgulas superne adjicere suadeo, Mox, pro בפי' legendum בפרק ב' דפסחים
Lin. 12. לקבל lege לקבלו
Lin. 15. post אחרים adde רבים Nam sic præcesserat p. 82. lin. 8.
Lin. 18. אד lege אחד
Lin. 27. post בשם adde הנורא
Lin. 28. post עליהם אחד adde מפרסים
Lin. 31. ואלהותי Etsi nostri Codices habent ומהותי tamen nihilo secius etiam prius potest tolerari.

PAG. 84.

Lin. 4. כמו lege במה
Lin. 7. וכן lege וכו
Lin. 9. Iterum pro כמו legendum במה
Lin. 13. post כא' supple; אל אלהים ה'
Lin. 17. post הם adde מועים Mox, pro האמת lege האמתי
Lin. 25. post לקנות adde בהם
Lin. 29. מבהם lege מבחה

PAG. 85.

Lin. 1. מומאר ויבאו lege סבה יבאו

Lin. 7. Voci על præmitte יעלה Mox, pro במתמכין lege במתמכנין

Lin. 11. post משמע adde מאל pro והתברד vero, lege והתברך

Lin. 15. מרבוי lege מרבויו

Lin. 18. בזיו Hanc vocem, non agnoſcunt noſtri Codices, nec ſatis perſpicio, quid ſibi velit.

Lin. 20. תפילה Malo cum noſtris בתפילה

Lin. 21. הכתיב lege והכתיב aut והא כתיב

Lin. 22. post השבוע ſupple; גבי הקדש במביל ברכה הרבה יש לאחור אחר השבוע

Lin. 25. ותעבוד אותו · דכתב lege ותעבוד · אותו דכתבה

Lin. 31. הוי · אמר. Dele interpunctionem & lege הוי אומר

PAG. 86.

Lin. 8. post הכל adde ועל זה נאמר ובו תדבק

Lin. 10. אל lege עליו

Lin. 11. post מקר adde כמו שאמרו בעזה במלכים ונאמר בענין הכביא מקר Mox, post אחרי adde ה'

Lin. 14. אל lege אליו Mox, post הפועל adde אלא

Lin. 16. הבן lege הבין

Lin. 21. יתברך lege יתברך

Lin. 23. אלעזר ז"ל lege אליעזר בעל הרוקח ז"ל Atque, ſic eſt quoque excuſum infra p. 92. lin. 6.

Lin. 24. קרמית lege ורמית

Ln. 28. post אדם adde תפילתו

PAG. 87.

Lin. 1. במגילה Ex Megillæ cap. 3. fol 25. a. adducit Lipmannus quæ ibi ſequuntur, ſed, in multis textus Gemaræ lectio non tantum ab eo diſcrepat quod eſt excuſum, ſed & quod Lipmannus videtur ſcripſiſſe: Gemara habet: ההוא דנחית קמיה דרבי חנינא אמר האל הגדול הגבור והנורא האדיר והחזק והאמיץ אמר ליה סיימתינהו לשבחיה דמרך השת' הני תלתא אי לאו דכתבינהו משה באורייתא ואתו כנסת הגדולה ותקנינהו אנן לא אמרינן להו ואת אמר' כולי האי משל לאדם שהיו

לא אלף אלפי אלפי' דינרי זהב והיו מקלסין אותו באלף דינרי כסף לא גנאי הוא לו: Legitur eadem Historia in Berachot fol. 33. b. qui locus & ipse adducendus est, nam Lipmannus, memoriæ fidens, per incogitantiam, magis hujus lectionem, quam illius, quem citaverat, expressit. Cæterum, ex collatione utriusque, nullo negotio, quæ in Nizachon corrupte excusa sunt, licebit restituere: ההוא דנחית קמיה דר' חנינא אמר האל הגדול הגבור והנורא והאדיר והעזוז והיראוי החזק והאמין והודאי והנכבד המתין לו עד דסיים כי סיים א"ל סיימתינהו לכולהו שבחי דמרך למה לי כולי האי אנן הני תלת דאמרינן אי לאו דאמרינהו משה רבינו באורייתא ואתו אנשי כנסת הגדולה ותקנינהו בתפלה לא הוינן יכולין לאומר להו ואת אמר' כולי האי ואזלת משל למלך בשר ודם שהיו לו אלף אלפי דינרי זהב והיו מקלסין אותו בשל כסף והלא גנאי הוא לו:

Lin. 9. post שחרי adde אם

Lin. 11. דברו lege דיבורו

Lin. 13. בפניו lege בפני

Lin. 25. האחת lege הראשון

Lin. 18. ממון Sic erat quoque in nostris Codicibus. Sed, in uno, quidam delecta illa voce, reposuit מזון fortasse præter necessitatem. Mox, pro האוסר legendum esse האסיר poscet ratio.

Lin. 21. תמעו lege שמעו

Lin. 23. הפלה lege תפלה

Lin. 24. העולם lege השלם

Lin. 25. בשביל lege בשבילה

PAG. 88.

Lin. 3. בהשתכות lege בהשתכותם

Lin. 5. עוונותם lege עוונותיו

Lin. 7. post מכו supple לכן התפלל המשורר ואמר אם לא כיון קיבול עת טובה שיהא כאילו העת טובה Deinde, pro לכן lege ואיזל

Lin. 13. post הוא adde בקריאתו

Lin. 14. post להמליכו adde גם

Lin. 16. post ירושלים supple שנ' וכוין פתיחן לה בעליתה נגד ירושלם

Lin. 17. post עו' Unus MSS. habet glossema: וגם כתי' ביעקב: וזה שער השמים לקבל התפלה:

Lin.

Lin. 24. post כנגן adde על
Lin. 25. post יוסיף adde לעמות
Lin. 26. מעצמך lege מעצמו
Lin. 29. מל lege ממל Mox, post וגו' adde עד

PAG. 89.

Lin. 1. post מיך adde, si vis לומר
Lin. 2. post היה adde כתובה
Lin. 4. post מניות adde לעריות
Lin. 6. למכוו lege למבוו Mox, pro מה lege ומה
Lin. 7. ירומלים כלילית אלא lege אלא לפי מירומלים כרמלית
Lin. 11. הרי lege מהרי Mox, pro במלות unus nostrorum Codicum habet במינות quod probo.
Lin. 14. גם מלגלגין Quæ sequuntur, usque ad דבר זה mire sunt trajecta, legendum igitur: גם מלגלגין על ב' ימים טובים בגולה ואין אנו עושים ב' ימים יום הכפורים להתענות מני ימים הנה עניותם גורם להם דבר זה
Lin. 27. בנביאים ובכתובים lege והנביאים והכתובים

PAG. 90.

Lin. 2. יקיטר abest a nostris Codicibus, sed, post ואלכמונו addunt על
Lin. 3. post ותכונם adde הגלגלים
Lin. 4. נפמו העליונים מבה lege נפמו' אמר בו העליונית נפמו
Lin. 6. post וצורה adde רק גורם פמומה לבדה
Lin. 7. הסוה lege ההוה
Lin. 9. ויתבטל lege ויתבטלו
Lin. 12. ימסוך אחר מכל והרבם Ista absunt a nostris Codicibus, quin & abest pariter vox ויצא quæ sequitur.
Lin. 15. נממים lege נממיים
Lin. 20. מהוה lege מיהוה Mox, pro הקדמות lege, si vis, הקדמת sed, adde omnino מופתיות
Lin. 23. ממנהיגי lege ממנהיגים
Ln. 25. מתכוונו lege מתחנבא
Lin. 27. לבר lege לבה
Lin. 30. voci ממכונו præmitte כמו
Lin. 31. post זכרונות adde בא

PAG. 91.

Lin. 1. זכרו lege זכרן & mox, pro מכחו lege מכחן
Lin. 2. ממכל lege קמכלי
Lin. 7. כשיוצא lege כשנכרי
Lin. 9. מעותיה' lege מעות והם
Lin. 12. חכמה lege חכמת quod & faciendum linea ſequenti,
Lin. 15. poſt ויראת adde, ſi vis, וידיעתי
Lin. 19. מחכמות lege חכמה
Lin. 21. אונס lege ואונס Mox, pro המכל lege המכלי
Lin. 22. נעבר lege נעכר
Lin. 23. תלויות lege תלויה
Lin. 25. באותו lege באותה
Lin. 26. בהם lege בה
Lin. 29. ממפט וטור מככן lege במספט בטור מסכן Nam, ſic eſt in Erubin fol. 53. b. unde verba ſunt depromta.
Lin. 30. וכאה lege וכאה. Mox, poſt אמת adde רבי

PAG. 92.

Lin. 6. והבעלי קבלה Leges Grâmmatices poſcunt ובעלי הקבלה & ſic eſt in noſtris.
Lin. 7. בהיר Malo נהיר
Lin. 11. אלא lege על
Lin. 13. וכיקב Noſtri Codices habent ונבוב quod magis probo,
Lin. 14. במראה lege במראות
Lin. 15. poſt 'אומרי adde מהנבואה
Lin. 18. poſt העתידות adde ואמר
Lin. 22. תורה lege התורה
Lin. 32. אמר lege אמרה
Lin. 31. אינו lege אינה

PAG. 93.

Lin. 8. Dele σιγμὴν quæ poſt verbum מסה eſt expreſſa.
Lin. 25. poſt בספריהם adde, ſi vis, עין גליון
Lin. 29. poſt ראויה adde מן התורה
Lin. 30. Dele verba זה ממקרא, Dele item interpunctionem quæ eſt poſt התורה
Lin. 31. ובפרשת lege בפרשת

PAG.

PAG. 94

Lin. 3. post ממוח adde, si vis, במהרה בימינו
Lin. 11. post אבל adde באותה העת Mox , pro מפתה lege יפתה
Lin. 13. מלוח lege מילת
Lin. 14. יקלו lege יקל

PAG. 95.

Lin. 7. להיולד lege להוליד
Lin. 10. ולמאל lege ולמאול
Lin. 14. post בגרול adde האחים
Lin. 15. מחור lege מחוי
Lin. 17. מקרא lege מיקרא
Lin. 20. פירום lege פירומי
Lin. 22. post ועל adde אז באמר Mox, pro ואינה הוא lege ואחתו
Lin. 23. post ר"ל adde אותה
Lin. 24. הייבם lege הייבום
Lin. 25. ייבם lege ייבום

PAG. 96.

Lin. 7. לכן lege לכם
Lin. 9. יוכיח lege יוכיחו
Lin 12. ויהו lege וזה
Lin. 13. ליסראל lege בישראל
Lin. 17. תלויים lege תלוי
Lin. 19 post רעתי adde לעולם הבא
Lin. 23. במערכת חסיכה lege במערכת המזל החסידה
Lin. 27. בזכות lege הזכות

PAG 97.

Lin. 6. וכהמי lege וכמאמי
Lin. 8. Voci מה præmitte ומה
Lin 11. על lege אלא
Lin. 12. post והיו adde ישראל
Lin. 13. post כרכה adde בנחת
Lin. 14. הנה lege הן
Lin. 16. כן Malo וכן
Lin. 19. post כעס adde על רעו יהושע

PAG.

PAG. 98.

Lin. 3. מעמיה' lege מעמיה' Mox, post 'השגוני adde שעמו Item, pro מיתתן שכאמר ושמלם lege מיתותי ושמלם

Lin. 19. verbo מופת præmitte על ידי Mox, pro מעלת lege מעלות

Lin. 22. בראוי lege כראוי

Lin. 26. לפי סורת lege לפנים משורת

Lin. 27. רבבות אלפי' מאלף lege מאלף אלפי אלפים ורבבות Mox, pro במקום lege בקיום

Lin. 28. post פ"י ingens est lacuna, quam pariter in uno meorum Codicum deprehendo. Sed, ex altero supple: וזהו כוונת הקב"ה כשצוה לחביריו חייב להביא קרבנות על שחטאו אותו לרשע על יסוריו והם היו בלי ספק יסורים של אהבה וראוי לו לאדם לסבול כל ימיו יסורים בעולם הזה בעבור חטא קטנה * שעושה סובל יסורים על תחטא בעולם, הבא אפילו רגע אחת כי שנותיו של האדם מועטים שבעים שנה שהם בערך השם כחצי שעה ומעט כפי חשבון של אלף שנים בעיניך כיום אתמול ומטעם זה לא יתמה אדם אם מאריך השם לרשע כי לפי שיתותיו של האדם מאריך לרשע אבל * לפי ערך השם ית' שזמנו בלתי בעל תכלית לכן ראוי וכו':

* Parum abest quin hanc vocem delendam est arbiter.

* Opinor inserendum esse לא

Lin. 31. שכחכמה lege בחכמה

PAG. 99.

Lin. 3. post בידינו adde לא

Lin. 4. post יסורין adde של

Lin. 10. להראותי lege להראות

Lin. 13. post חטאו adde כלל

Lin. 14. post או adde על

Lin. 15. שהמקבלים lege שמקבלם

Lin. 19. post הנביאים adde, si vis, וצדיקים

Lin. 20. שניתן lege שניתנה

Lin. 23. ולא ישמור lege צריך שישמור

Lin. 24. סבר lege סכר

Lin. 26. Dele vocem ויגלו

Lin. 27. ויסוף כנגד קבל הזיקו שם שכרו lege ויוסף כנגד קיבול התיקון שכרו

Lin. 31. וכן lege לכן

PAG. 100.

Lin. 4. post קדמון adde ר״ל

Lin. 12. פמי lege סומי Mox, pro לבבכם בחכנות ידעות lege כי בחבנתי ידעתם

Lin. 18. דעתי בבלתי lege אין דעתינו משוג בבלתי

Lin. 23. להודיעם lege להודיעכו

Lin. 24. האל מלחו lege מסאל מולחו

Lin. 29. משטה lege מעלת Mox, pro והמזמי lege והמזימות

PAG. 101.

Lin. 4. במנין lege כעין

PAG. 102.

Lin. 4. פמומי lege פמומן

Lin. 12. post תיך adde ׳ו

Lin. 13. ולהכירו׳ ביום lege ולהעריב ביום Mox, pro בתוספת lege בתוספו

Lin. 15. התוספו׳ lege התוספת Mox, pro עלמך lege עצמם & sic est infra p. 126. lin. 20.

Lin. 21. post אסור unus nostrorum Codicum habet valde appositum glossema Librarii: אנוכי הכותב מצאתי כך בלמון אמכנ׳ בקראו יום השבת זוהם כוג ר״ל עיכוב ממלאכה ויום ו׳ נקרא פריות כוג ר״ל מילך בו חפמי מן מלאכה כי בו נכנס לשבת אכ׳ אך יום ראשון שבת בפי דברוזם:

PAG. 103.

Lin. 12. אלו lege ולא

Lin. 13. נבואתיו lege גבואתי

Lin. 19. post והטעם adde ממום

PAG. 104.

Lin. 3. יכתק מלכות lege ינתן מלכותי

Lin. 8. וכלקה lege ונלקח

Lin. 11. חמבו lege חמבום

Lin. 22. Dele ... quæ est post כנחם

Lin. 26. רם lege דרכי

PAG. 105.

Lin. 5 Delevocem פגע
Lin. 10. לכח כמו הרמון lege סיח סדומיין באל לכח
Lin. 16. ישראל מקומות lege המקומות של ישראל
Lin. 17. post בפריהם adde מב'
Lin. 20. היתה lege היו & supple deinde אלא הנבואה מורה על האדם אלא מתוך שמחה
Lin. 24. post ישראל adde בגלול
Lin. 27. post וגו' additur in uno nostrorum Codicum: ולפני השכנה שלו אחרי הבקר דאמר כוך דם ראש ואחרין אין גנגן דיה ריגדר כל בערב:
Lin. 29. למעלה lege של מעלה
Lin. 30. post לכן adde אחר

PAG. 106.

Lin. 1. חמוי lege ואמו Mox, pro מיר lege מיד
Lin. 13. post כמו adde מי
Lin. 15. post ומשבכי adde משאל
Lin. 17. ויתיר לסכות השי לו מפני השלום lege והתיר לו השי' לשמות מפני השלום מפני השלום כדאשכחן גבי שרה ואברהם:
Lin. 25. נלקח lege כלקחה
Lin. 30. post בו adde ולכן הרגום

PAG. 107.

Lin. 1. כואמרי lege כומרי
Lin. 5. post מומים adde כמו שאמר דוד בעצמו אזנים להם וגו'
Lin. 6. post שאומרים adde שאתם עושים אותם
Lin. 11. post ראוי adde, si vis, לכו
Lin. 14. וחילל lege ולחילול
Lin. 15. בחיים lege בחיי Mox, pro לרב lege רב
Lin. 17. לחלל lege לחילול & pro חייב lege חובה
Lin. 26. post וגו' supple: רל שקרא ואמר אדוני לפני דוד המלך
Item, post עבר adde על

PAG. 108.

Lin. 2. ותכא lege ותבא
Lin. 8. שבע lege בשבע
Lin. 9. בישראל lege ישראל

Lin.

Lin. 12. post המלחמה adde אף
Lin. 18. אף lege או
Lin. 27. post חזי lege חזה & post בים adde במסיבובות
Lin. 28. post מכאור adde ומסיבובות
Lin. 29. חגעג lege ואגג Mox, post עליה adde הלא

PAG. 109.

Lin. 2. post מהרהרים adde אומרים Mox, pro לוס adde בוס
Lin. 15. ואמר lege ואמורה
Lin. 17. post בו adde מכ'
Lin. 23. post בממים supple; ומים מקום למכונה חלולה

PAG. 110.

Lin. 1. ובמות' ובעיון lege: ומסעין ומסמוכת
Lin. 2. post יותר adde מדירות
Lin. 14. post נחמני adde אמר רבי יונתן Nam, sic aliquoties præcesserat.
Lin. 17. post יוסי adde אמר
Lin. 19. post ויהושפט adde הצדיקים
Lin. 26. post מסוכיה adde את & post מסוכיהו adde דברים

PAG. 111.

Lin. 1. ברכין lege מחוח כליל בחין
Lin. 9. פיר' lege פריך Mox, pro אילו הן הניזקין legendum אלו הן הנחנקין quod idem faciendum quoque infra lin. 18. & lin. 25. citat enim Lipmannus caput X. Sanhedrin, nec habetur ullum caput in Talmude, quod incipiat, prout est excusum.
Lin. 10. post לו adde תמות
Lin. 13. הממעהו lege ומנעיהו
Lin. 21. post קלי adde קרא
Lin. 26. post ק'ו adde מעצמו ואמר
Lin. 27. בכל lege בבל
Lin. 28. אחר lege אחד

PAG. 112.

Lin. 2. ולהורנו lege לתורנו & adde deinde vocem ולכן
Lin. 3. post והמיתם adde בתפלתו
Lin. 6. לנערים lege נערים

Lin. 7 post לאלהות adde מל

Lin. 9. בידיו בי lege בידיו וכו'

Lin. 24. בירים lege בירם

Lin. 15. post הלא adde מלך

Lin. 18. לאלהכמי Lege, si mavis, לחכמי Sed mox, pro מלכרם omnino legendum מספירם

Lin. 16. הים lege קח

Lin. 23. Voci אוכמר præmitte אלא

Lin. 24. post דעתו adde, si vis ורצונו

Lin. 27. post האמיתית supple לכן אותם היהודים אמר בירם תורת השם ית'

Lin. 39. Dele vocem תורה

PAG. 113.

Lin. 1. מראה lege מראו

Lin. 4. post ר' adde יוחנן

Lin. 7. מלכוס lege מלכים

Lin 17. post בזה adde לא

Lin. 18. post הרכבה adde הוא

PAG. 114.

Lin. 7. הקדמות lege הומנה והכנה והקדמה

Lin 16. מנוח lege מנוחה

Lin. 19. ודומיהו lege ודומיהן

Lin. 25. קבוצות lege קצות

PAG. 115.

Lin. 12. post הוא adde העיר

Lin. 13. עיר ממר' lege ממשכו מכהסף עיר

Lin. 14. מנטבע lege הכטבע

Lin. 26. post גלות adde זה הארוך

Lin. 27. בירית ונטפו וזרעו lege באדות ונטפו ברגוים והפו

Lin. 29. מיבא lege מנביא

PAG. 116.

Lin. 3 post אומה adde מארכם

Lin. 12. עלי lege ועל

Lin. 15. post רזל adde חמל Mox post אלת adde ואמרו

Lin. 20. לאמת כי אם lege נאמה ביום בראשון

Lin

Lin. 23. post סכעמו adde אלמנות

Lin. 29. לחן lege לבו

PAG. 117.

Lin. 3. בירמיהו וכו' Glossema hoc abest a nostris Codicibus.

Lin. 12. Voci פס præmitte אלין

Lin. 15. post לראות unus nostrorum Codicum addit בלא כמראה הנבואה Mox, post הכיר supplet אדם אנא ווייט אלין מעלם זיאן ןןן

Lin. 20. post יראיו supple: וברוך כבוד יי ממקומו רל שפע כבודו הוא מעצמותו ולא צורך על זולתי כמו מלך בשר ודם שכבודו תלוי בעמו כמו שכתוב ברוב עם הדרת מלך רק מה שלוה וברא השם לכבדו לא לכבודו ולעצמו רק למובת המכבד ולתועלתו:

PAG. 118.

Lin. 3. Ante vocem יותר supplendum גם זכייתיה מרובות

Lin. 4. ותלמידי חכמים Magis probo ותלמידיהם quod est in nostris Libris.

Lin. 9. ולומר lege ולאומר

Lin. 15. post מאור adde באומרם

Lin. 21. post חובו adde מהם

Lin. 23. מביכו lege מבכו

Lin. 31. post האדם adde, si vis, ממש

PAG. 119.

Lin. 5. ויודעתם כן אני ה' פירוש וידעת פי' הנותרים כי אני ה' lege הנותרים ידעו זה

Lin. 7. יום טוב lege חלק Mox, pro מאור lege מתוק

Lin. 9. post ברבר adde זה

Lin. 15. למוריאו lege למוריהו

Lin. 17. post נענשים adde בעון הדור

Lin. 19. post בשבת adde כתיב

Lin. 23. אל lege אל

Lin. 30. איסורו lege באיסורי

PAG. 120.

Lin. 1. בפי' Ratio flagitat monere, legendum hic esse בפירוש

Lin. 2. תוכיח לך lege תוכח לך

Lin. 5. ליסב דבכי lege ליסב דברי

Lin. 9. post לומר adde דרך

Lin. 11. יורד lege ירד

Lin. 13. לבדו lege לבדם

Lin. 17. Dele אל quod sequitur post שירדו

Lin. 23. סותרין lege סתורים

PAG. 121.

Lin. 4 post ויבנה adde, si vis, ב"ה ב"ר

Lin. 14. Voces גם אלה ידעו חמס minoribus literis exprimendæ erant.

Lin. 20. הראיה על lege הראיה כאחרת על

Lin. 23. לאחם lege לאחמו Mox, pro השלומו lege השלום

PAG. 122.

Lin. 3. post קוק adde זהו הלא כתוב

Lin. 5. קראתי וקדושתי lege קריאתם וקדושתם

Lin. 6. במדר lege בנוסחא atque sic est quoque infra lin. 12.

Lin 7. post מלכו adde וזה לשונו

Lin. 18. post המקרבים adde השלום

Lin. 26. ועד lege ועז & dele יתמעיה

Lin. 28. הכתיב lege הכת

PAG. 123.

Lin. 2. אותי lege אותה

Lin 5. post קטנה supple; וכן תמצא בספרי קמחי בשורש עלם

Lin. 11. בעלה lege הבועלה

Lin. 12. post בכתובות supple; שום לחוטב הבתולה על החור של החביות שמעלם מקורין שפי כמן אם יצא הריח של יין דרך נומה בענין שמריחין אותו שפוח אז היא בעולה וכקובה ואם לאו לא:

Lin. 19. post בירושלים supple; אין סוח היה רחם אדם · ולא יותר כלומר ולא רחם ירושלים :

PAG. 124.

Lin. 10. ספי' lege כדפי'

Lin. 13. Signo ר"ל præmitte הוי

PAG. 125.

Lin. 12. פתרגום lege מתרגם

Lin. 13. post 'לחם לפירום מנא & supple, & lege, אומר ויקרא שמו לחם לפירום מנא'
ואולי לומר מי הוא מקרא שמו ועוד קשה לפירושם מנא'

Lin. 15. מעקרים בית דוד nostri Codices habent, מעקרי' ומשחיתים מלכות דוד

Lin. 16. post היה adde מולך

Lin. 20. post יהיה adde בימיו

Lin. 22. post שם adde מנא' לגמל

Lin. 23. post הייתן adde האמיתי

Lin. 27. post על adde מלכות

PAG. 126.

Lin. 1. post מפני adde הדבר Mox, post הנזכרי supple, אלפי שנותם אתם מבינים הלא אינו מזכיר שם שם

Lin. 4. post ודרשו adde זה

Lin. 18. והנחל Rescribe, si vis, והנחלים

Lin. 24. post מביה adde, si vis, צריך

PAG. 127.

Lin. 5. post מהרי adde כמה item post אומות adde עד היום

Lin. 10. post ואכם adde אם לאמר

Lin. 19. post אבל adde לא

Lin. 26. ה' במרורת lege ה' משפט במרורת Mox, pro ומבערו lege ומבערים

Lin. 29. post דוד adde מסרי

PAG 128.

Lin. 2. בגאול lege בארץ

Lin. 5. post ואין adde בו

Lin. 15. עד Dele superjectas virgulas.

Lin. 16. לולו lege לולי

Lin. 19. post לאפוקי adde מן המועים

Lin. 24. Dele voces לא יהיה Mox, pro לסתחלם האמונה lege לסתחלתו הראמונה

Lin. 30. ר"ל אנוכי ה' וגו' ומבעלדי מתן התורה אין מועיע לכו ואין lege אנכי שאמרתי במעמד מתן תורה אנכי ה' וגו' כלומר ומבלעדי מתן התורה אין מועיע לכן אין

PAG. 129.

Lin. 2. Voci תמובה præmitte, si vis, תכאין

Lin. 3. מליחות lege ובמליחות

Lin. 12. למסור lege לשמור Mox, pro ובעבר lege ולעבר

Lin.

Lin. 23. חובת lege חיוב

Lin. 28. post הפרושה adde כולה

Lin. 29. הבאולה lege הגולה

Lin. 30. post רבה supple; מהרי פרין בתוכה כל מיני אומות וערלים וטמאים

PAG. 130.

Lin. 1. מבא פתח lege מלא יבא עוד פתח

Lin. 2. כספם lege באפם

Lin. 10. לגאולת Malo וגאולת

Lin. 14. ובעצמו lege ובעצמם

Lin. 15. אומר lege אומרים

Lin. 20. post המשכיל adde והוא המושכל והוא השכל

Lin. 27. מהנבואה lege מההכאה

PAG. 131.

Lin. 1. post ויפרעו supple; אלא על הנוצרי הלא הוא את באדן ישראל כמו האומרים בעצמם שמת בבית לחם ואם ויפרעו

Mox, pro נגזור lege נגזר

Lin. 2. אדן מנגזר lege מאדן החיים

Lin. 3. post ואוכלם supple: אומרים מהמם נימת את אלהיהם אם ימים אתם כמתו ואוכלם

Lin. 4. מאמר Malo מיאמר

Lin. 6. post לא adde הוא

Lin. 7. post ואין adde יוכלו

Lin. 8. post פנים adde כמו

Lin. 10. post ספק adde והם הבנים האמתיים

Lin. 11. post במותיו adde למין רבים

Lin. 12. post במותו adde למין יחיד

Lin. 14. בלמין עבר lege ובלמין עבר & adde postea, si vis, מנאמר בהמסורת לך לך

Lin. 17. post רחם adde אין בו

Lin. 19. post מבהם adde לבד יקלי

Lin. 22. כמיעלו lege במעלות

Lin. 23. מבל lege מובלם.

Lin. 26. post עלת adde ופירוש פלומינו כמו כולנו Mox, pro החרים lege החריב

Lin. 27. יום lege קיום

Lin. 29. מבחבורות lege מבחירכות

Lin. 30. post טעות adde, si vis, ומקר

PAG. 132.

Lin. 7. עמה ונפה lege עמה

Lin. 8. post ומלכים adde לבד

Lin. 17. Tolle הוא ex loco, ubi expressum, & subjice ilud voci בכל Mox, pro ואם lege ולא

Lin. 19. בו lege בי

Lin. 20. post ממפה supple; היה מואלא מקום ממטרון וכיון ממי מיתקנסא ממסה

Lin. 21. הפרת Unus nostrorum Codicum habet deinde Glossema: על הנוצרים שאומרים מחולל מפשעינו וגו' אם היה קאי על הנוצרי הלא לפי טעותם הם אומרים סבל עונו מחמת עון אדם הראשון א״כ למה אמר כאן מפשעינו ומעונותינו וג׳:

Lin. 24. נראה lege נראית

Lin. 28. לכו Vox hæc abest a nostris libris, quare, aut plane expungenda, aut rescribendum אלו

Lin. 29. post יורע adde, si vis, העתידות

Lin. 30. post יבא adde משיח

PAG. 133.

Lin. 3. מעבר Malo cum nostris בעבר

Lin. 5. post מבקשתי adde מלפני

Lin. 11. מאותי lege מאותן Post באיה adde כולם

Lin. 16. post אדם supple את עצמו

Lin. 17. post א״ר adde, si vis, חנינא

Lin. 18. post תמיבה adde, si vis, בלי ספק

Lin. 19. Voci בעון præmitte הן

Lin. 27. מיברא lege מיבוא

PAG. 134.

Lin. 1. ולהרחיקם lege ולרחיקם

Lin. 4. הרי הוא כמחטיאו lege הוא המחטיאו

Lin. 9. post הבא adde, si vis; בלי ספק

Lin. 12. post ניכרים supple; בחילוכם ובמלבושיהם

Lin. 17. קורא' פ' ביום הפסח קודם מפוזרין lege קוראים ביום י' קודם הפסח פלסם כמפוזרין

Lin. 25. post הגאולה adde אמור

Lin. 29. חו lege אך

PAG. 135.

Lin. 3. post למעלה adde בקדירה על הבשיל

Lin. 7. נחתו lege הנחתות

Lin. 20. רלכו lege ילכו Mox, post מהם adde ורק

PAG. 136.

Lin. 10. post בישראל supple, ומגידים להם יותר מדיי

Lin. 26. סיב lege סיפא

PAG. 137.

Lin. 5. סזמן lege זמן

Lin. 10. והדלים זו היא סגוררת ואת האביון מגירים lege והדלים סמכירה והגוררות ואת האביון מוכרין

Lin. 12. לאותי lege אותי

Lin. 16. post האמיר si placet, adde אמן כיר

Lin. 17. פי' ישראל lege יפה

Lin. 19. post בפלה adde ומלכותם

Lin. 23. post כאן adde רק

Lin. 25. post הוצרכו adde חכמים

Lin. 26. post תוסף supple פירוש ולא תוסיף ליפול · וגם הפסיק הענין

PAG. 138.

Lin. 3. post היום adde חוזר & dele vocem ומאפיל quæ sequitur.

Lin. 4. עתיד lege עתידה

Lin. 14. post לאדם si placet, adde אלא כאמר הכל דרך משל

Lin 19. post המצוה si placet, adde, במהרה בימינו אכיר

Lin. 22. post לארץ adde לכן

Lin. 23. post כיוהי adde ס' ית'

Lin. 24. כאמר lege כאמרם

Lin. 27. post השכינה adde על שמם

PAG. 139.

Lin. 3. post וילדה adde ילדה
Lin. 4. וראה lege זרעה
Lin. 6. post אלהיו adde הרי
Lin. 8. post עולם adde כמו שאמרם הפרסה
Lin. 10. post אכן adde כאמור כאן בפרשה
Lin. 14. מתנה lege המתנה
Lin. 27. בימי lege חפי
Lin. 30. post חרב adde זהו

PAG. 140.

Lin. 1. דפריק lege דפריך
Lin. 2. ואיפשר lege דאיפשר
Lin. 3. post ידעו adde עדיין
Lin. 15. ביתו lege הבית
Lin. 17. בנערו lege בעניו
Lin. 18. ידעו ויכירו lege יודעו ויוכרו
Lin. 22. אמרו lege יאמרו
Lin. 24. מפוח lege מפיחה

PAG. 141.

Lin. 6. post נכין adde הר
Lin. 8. dele voces לעולם לא.
Lin. 9. אמנת lege שאמנת
Lin. 13. post הייתם adde משועבדים Mox, pro וגם בסנהדרין ירושלים lege וגרסינן בסנהדרין ירושלמי
Lin. 14. הממיתה lege הממיתי
Lin. 17. תיק lege ת"ך & adde שנה
Lin. 18. שחים lege שחיו
Lin. 19. יתר ו' lege יתירים
Lin. 24. לו lege אותה
Lin 27. האחרון lege האחרונה
Lin. 28 post שמלפתן adde לא

PAG. 14.2

Lin. 14. הראשוכים lege הראשים
Lin. 16. ואחריו lege ואחרי כן.

Lin. 17. כ' lege קֿפ

Lin. 19. poſt מכבי adde ז' פנים.

Lin. 20. פפים ז' lege פפה Mox,pro ט' lege יֿט

Lin. 23. ו' lege י'

Lin. 26. poſt ומלך adde ת' פנה

Lin. 27. poſt הרקילים adde ט' פנים Mox, poſt בנו ſupple ; ואחריו אנטיפוס אחיו וה' פנים Mox, iterum poſt אגריפס ſupple ; כֿג פנים

Lin. 28. Voci ועמד præmitte עפרים פנה Mox,pro והרג מיסום ואף פטיטום אספסיינוס הרג אגריפס lege אגריפס

PAG. 143.

Lin. 1. poſt הוא להפך lege הוא בא להפוך

Lin. 3. poſt והנה adde גם

Lin. 7. מתנה lege מכתנאו

Lin. 9. ונתרנה lege ונתרנו

Lin. 26 poſt מהם adde וצורך לעולם

Lin 27. ונבא lege ולנבא

Lin 28. צריך lege צורך לעולם

Lin. 29. השמים כספר lege השמים בראותם ספר

PAG. 144.

Lin. 1. Voci וז præmitte ראויה

Lin. 2. poſt ופוסט adde ידיו & legedeinde ורגליו

Lin. 6. poſt לעולם ſupple והלא על קברו אינם מוטלים שהוא בארץ תוגר בארץ ישראל.

Lin. 12. מפולת lege מפלת

Lin. 15. poſt אותם adde יהודים.

Lin. 16. poſt האומות adde בע'ות

Ln 21. וחרבו בים גליכו lege והכה בים גלים ſuntque verba Prophetæ

Lin. 25. סוף lege בסוף

PAG. 145.

Lin. 1. מפקשים lege מבקשים

Lin. 6. ומלאך lege ומלאכי

Lin. 7. ויאמר lege ויאמרו

Lin. 8. לא היה בו גוף וגשמות : ועוד Unus nostrorum Codicum legit לא היה בו גשמות ונשתנה להיות בו גשמות : ועוד Alter habet, לא היה רק אב ורוח הקדש ואחר כך נשתנה להיות הבן : ועוד

Lin. 11. הדין nostri Codices habent, ודין

Lin. 12. הני lege הנה

Lin. 17. post בהם adde כמו

Lin. 19. ולהטעותם lege אותם ולהטעם

Lin. 20. post לפני adde אמר

Lin. 21. post פי' adde על דירדין Mox, post בהם די adde מגודל עונשם

Lin. 22. post חונה supple: ומסת בלא גבולין כמו מסת נדבת ידך

Lin. 23. האמוני' Dele virgulam.

Lin. 25. post אומר adde כל

PAG 146.

Lin. 3. post וגו' supple פירוש רש"י שזהו הקיבוץ שניבא זכריה שנאמר ואספתי את כל הגוים אל ירושלם

Lin. 4. תסבבנה lege תסגלנה

Lin. 16. post שהוא adde יהיה

Lin. 18. מלחמת lege מלחמות

PAG. 147.

Lin. 4. כי קידושין lege כי קידושי

Lin. 5. post באו adde להיות

Lin. 8. שאמר lege שנאמר

Lin. 14. מזכתה lege שזכתה Mox, pro כמהר lege במהר

Lin. 20. post תהלה adde לא

Lin. 26. post הגואל adde רות

PAG. 148.

Lin. 4. Voci וכל præmitte שנא'

Lin 7. המפורשים lege המפורשות

Lin. 8. שאומרים lege שאמר

Lin. 11. post סדום supple: אין להם חלק לעולם הבא אבל עומדין בדין שנא' וחטאים בעדת צדיקים אלו אנשי סדום

Lin 13. יבאו lege כאן

Lin. 14. הרבה נוצרים lege הרבו הנוצרים Mox, pro אלוה lege לאלוה
Item, post ומפרסים adde הכל

Lin. 20. המשורר דוד Malo cum nostris דוד המשורר

Lin. 24. post משפחותם adde בלא ז"א הרלטן ז"ך

PAG. 149.

Lin. 9. בתענית וכה"ג · ולא מדבר supple, & lege, בתענית ולא מדבר בכל דבר : כמו כן כספו לא נתן בנשך לא מדבר בכל דבר ולא מדבר

Lin. 13. זגרמתם lege אדמתם

Lin. 16. post כמו adde מג'

Lin. 20 כינול lege כינל

Lin. 21. post מכירים adde לאחר

Lin. 24. סנתכברו lege שנתכברו Mox, pro יורא lege יהודי

Lin. 25. post מים adde אומרים

Lin. 26. כאתוכתיך lege באתוכתיך

PAG 150.

Lin. 11. pro וגואלם nostri Codices habent rectius, ובילבלו והוציא בזה כל הנשמות עמו

Lin. 12. לגאונים supple ואם רוצים לפרש לא תעזיב ר"ל שלא הניחה שמה אלא הוציאה אך בשאול היה לו לכתוב בבית מהו לשאול בלמ"ד

Lin. 13. post הנבראה adde מתחת לרקיע

Lin. 20. אין lege איך

Lin. 21. Voci מתוך præmitte אלא רמז

Lin. 26. post הנראין adde בו

PAG. 151.

Lin. 1. אחר אחר lege אחר

Lin. 3. מה אלהות lege מהאלהות Mox, post בו supple : וחלילה לרבר גנות המיתה והלידה לאלהות וכן לא יעשה

Lin 6. הוא ישראל והשם ית' שומע תפלתו lege שהוא היה אל לישראל והיה שומע תפילותם

Lin. 7. ישמע אזנם היוצא מפיה' · הלא lege ישמע : אמנם כל היוצא מפיהם שוא : הלא

Lin. 10. מפירם lege אפילו

Lin. 18. post שבא' adde לדוד

Lin

Lin. 20. poſt נגאי adde להם

Lin. 24. poſt מפרשים adde הנוצרים

Lin. 29. מבני lege מבנות

PAG. 152.

Lin. 2. poſt אינו אלוה adde בעצמו

Lin. 7. poſt מייחסים adde את

Lin. 12. poſt נקיד adde קטן

Lin. 13 poſt עניינה lege פירושו ועניינו

Lin. 15. poſt תרח adde שהיה עובד עבודה זרה אבי אברהם Mox, pro שהיו כולם lege שכולם

Lin. 18. יהיה lege היו

Lin. 23. אמר לבדו Inverte, & lege, לבדו אמר

Lin. 24. poſt לגיהנם ſupple, אפילו דוד עצמו או ואברהם יצחק ויעקב ושלמה ושאר צדיקים וחו לדבר ככה ואלא הם מודים בצדקותם :

Lin. 28. במלך ובבנו נר lege שאמר כאן ובבנו שום נר

PAG. 153.

Lin. 1. poſt ארץ adde שזהו כל העולם

Lin. 3. poſt אלהות adde לומר

Lin. 5. פריו · המזמור וכו' In noſtris, deinde plenior & melior lectio: פריו : אלא דוד המלך המשורר אמר המזמור על שלמה בנו שהיה מלך בן מלך ועל מלך המשיח שיעמוד מזרעו וכן מסיים המשורר ברוך אלהים אלהי ישראל עושה נפלאות לבדו : ולאפוקי אלהי האומות וגם המזמור מתחיל לשלמה שניתן לו מזהב שבא לבנות ממנו בית המקדש:

Lin. 13. poſt ק״ ſupple : וגם טעמים אחרים כי מי יודע מה טוב לו או מה רע לו כמו שאמר איוב ואיש נבוב ילבב ועיר פרא אדם יולד ובאולי יבאו רעות לצדיקים שהם רעים רק מצד המקבל ובאיפשר הם טובתי וכן להיפוך : או מי יאמר לו שזה האיש צדיק רק לפי הנראה ואולי לא כן באמת :

Lin. 14. poſt הצלחתם ſupple : ואדרבה הצלחתם הם רעתם

Lin. 18. עמו Præfero עברו

Lin. 19. poſt פורענותם adde על חטאותם

Lin. 20. אותנו lege אותם

Lin. 22. עוד lege עד Mox, pro הרי שבט lege והרי בכאן כמשמע משבט

Lin. 23. post זה adde אמר בעצמו מזמור

Lin. 27. post במזמור adde עד

PAG. 154.

Lin. 4. ופליטי Hanc vocem non agnoscunt nostri Codices, nec debet adesse.

Lin. 7. post רחמון רחמון supple: וכן התפלל המשורר כאן מעביר רחמון רחמון

Lin. 10. ברוחי כל רה lege ברא כל בוראי

Lin. 11. Voci צדיקים præmitte על צדיקים ועל רשעים ועל בינוניים Mox, post בינוניים supple תלוים עד יום הכפורים

Lin. 18. הארכת lege אריכות

Lin. 19. כינוי lege כנוס

Lin. 20. והרעה lege והרעב

Lin. 24. מנצדרך lege מנצדק

Lin. 25. וכן lege לכן

PAG. 155.

Lin. 2. Post הבא supple כלומר מלא יהיו החיים והטובה בעולם הזה לרעה לעולם הבא

Lin. 4. post והטובה supple בעולם הזה

Lin. 8. post הימים adde, si vis, האלו

Lin. 9. post הרשעים adde ובעונם

Lin. 11. post דין כוללות adde בדין כללי

Lin. 13. post הפורענות supple מחסם אעפ שהוא זכה וצדיק בזה

Lin. 17. post לדוד supple הרי מעל עצמו התפלל

Lin. 26. להורותי lege להורות

PAG. 156.

Lin. 1. post כאן adde על הפחות

Lin. 4. ממם בנבואת lege ממם אמר כנבואת

Lin. 7. post על adde הר

Lin. 8. post לאפתי supple מהוא גם כן על אפתו

Non sufficit vocibus in lin. 12. מספיל לאיתן לאזרחי subjicere deinde עד סוף הענין sed, ut sensus constet iis, quæ Lipmannus disputat, quædam & Psalmi, & R. Salomonis verba diserte præmit-

præmittere omnino oportet, prorſus ut fit in noſtris Codicibus, qui poſt משכיל לאיתן לאזרחי legunt : אודיע אמונתך בפי : כי אמרתי עולם חסד יבנה שמים תכין אמונתך בהם וגו' נשבעתי לדוד וגו' ובניתי לדור ודור כסאך סלה : ויודו שמים פלאך וגו' פירש רש"י אודיע אמונתך בפי : שידעתי שאתה שומר הבטחתך ומאמין דבריך : כי אמרתי עולם חסד יבנה : סבור הייתי שיהא העולם בנוי בחסדיך ותכין באמונתך שהבטחת לדוד ע' נתן הנביא להכין זרעו עד עולם ויודו שמים פלאך אם היית שומר הבטחתך עכ"ל : ונאמר ושמתי לעד זרעו וכסאו כימי השמים אם יעזבו בניו תורתי ובמשפטי לא ילכון וגו' וכסאו כשמש וגו' ואתה זנחת ותמאס וגו' נארת ברית עבדך וגו' איה חסדיך הראשונים וגו' אשר חרפו עקבות משיחך וגו' :

Lin. 13. Dele vocem כי

Lin. 15. poſt מחילה noſtri Codices habent, לאל

Lin. 20. poſt לגמרי ſupple ; מבית דוד כמו שהסיר משאול שביטל מלכות לגמרי

PAG. 157.

Lin. 8. poſt מחזר adde מסרי

Lin. 12. poſt דבר adde ארכה

Lin. 14. poſt ומתחזיר adde המלוכה

Lin. 15. פירוש lege פירושו Mox, poſt מן adde ד' & pro מני שכי מתחמם בו lege שמתחממות בו

Lin. 16. poſt הבטחתך adde ותכין אמונתך כלומר אותה אמונה שנתת לדוד שיתקיים מלכותו . לבסוף יהא מוכן בחסידותיך על הבטחתך

Lin. 18. החוטא lege החטא

Lin. 24. מדרכו lege מדרכך

Lin. 26. מלכותן האמצעיי עליהם יותר Malo cum noſtris legere מלכות האמצעי יותר

Lin. 29. הלד lege חלד

PAG 158.

Lin. 5. Dele poſterius כלו'

Lin. 8. poſt המלכות adde, ſi vis, במהרה & poſt בימינו ſi & hoc placet, adde אכיר

Lin. 14. לצדיק lege לצורך

Lin. 24. תשלכו lege תשלום

PAG. 159.

Lin. 1. poſt לפמעכם ſupple : וג'ו כלומר מאחר שאתם בוחרים בו לא יפה לפמעיכם [illegible]

Lin. 5. תאומה lege ברובוי אומה

Lin. 7. poſt אמונתם adde, ſi vis, כי אוחרים nec major neceſſitas, ut poſt המחר cum noſtris libris legatur להם.

Lin 13. היה lege [illegible]

Lin. 29. poſt נבוכם adde כי הם העת

PAG. 160.

Lin. 3. poſt חייב adde voces trajectas לפי מורת הדין ex linea quæ ſequitur.

Lin. 7. poſt יותר adde חזק

Lin. 10. כוונתם רז׳ lege כוונת רז׳

Lin. 11. וכן אפרם Reſcribe, ſi vis, וכמו שאפרם

Lin. 13. poſt ורבה adde בזמן הקין & poſt ערב adde ומה שהן שלהם

Lin. 22. poſt דברים adde הראשון.

Lin. 30. poſt חבירים adde זה pro מאלוהות lege מאלוה

PAG. 161.

Lin. 7. ובעלי lege אוסי זקן או בעלי

Lin. 8. poſt לתמועתי ſupple כי תמועה באה ביד הימונית

Lin. 9. poſt חייב ſupple מאין סייך לומר יתן ומאל בלפי מעלה

Lin. 15. poſt כמו adde שנאמר

Lin. 18. לידתי lege לידתן

Lin. 30. poſt שנאמר adde בה

PAG. 162.

Lin. 1. אם רק lege אהרון

Lin. 5. ופירושין lege ופירשו & dele והמגיה quæ ſequitur. Mox, poſt אל adde משתי תיבות

Lin. 10. וראוי לכל אדם הגון שידוע לו דבר השם שיקיימה Parum abeſt, quin præferam, quod eſt in noſtris, כי ידוע שהשם ית' צוה שיקיימוה

Lin. 12. poſt למלאותה ſupple, כמה והולך מבטלים ומהפכים הנזכרים מצות בתורה כגון מילה ושבת ואכילת חזיר ושאר שרצים ודכוותם רבים :

Lin. 18. לחרם noſtri Codices habent לחום

Lin. 20. פתים lege פתים

Lin. 23. post רחמים supple ואודה את שמך על חסדך כלומר אבל אם תנהוג עמי במידת הרחמים

Lin. 24. post הדין supple: וכן אמר דוד על דרך זה באלהים אהלל דבר ביי' אהלל דבר פר"ל ג"כ בכל מידה שאתה מודד לי הן במידת הרחמים הן במידת הדין מ"מ אהללך על כל פנים וכן הוא אמר משפטי יי' ישרים צדקו יחדיו וכן אמרה התורה ואהבת את יי' בכל לבבך וג'ו עד ובכל מאדך ודרשו רז"ל בכל מידות שמודד לך תאהביהו הן במידת הדין הן במידת הרחמים:

Lin. 25. זכי lege אמר כי. vel שכי

Lin. 26. post השמות adde, si vis, הקדושים Mox, post המיוחד adde והוא שם של ארבע אותיות & post הענין supple ועל כן קראוהו רז"ל שם המפורש שהוא נבדל ומפורש מכל שאר שמות הקדושים ומיוחד לו לבדו וכל שאר השמות נאמרות עליו בשיתוף ר"ל נאמרות ג"כ על אלהים אחרים:

PAG. 163.

Lin. 4. פירושו lege פירושי

Lin. 5. post פיך supple הרי שהזכיר שם המיוחד שיכית אצל ההודאה כי שמעו אחרי פיך

Lin. 8. post לפניך supple כי מי יודע אם מידת משפטיך הנראים בנו אם הם מידות של דין כי אולי הם מידות של רחמים כי על זה אמר איוב ולב אנוש כביב ילבב ועיר פרא אדם יולד ואינו יודע מה טובתו או מה רעתו רק השם יודע וכשיראה בנו מידת משפטו הוא רק דין מצד המקבל:

Lin. 17. אלהים lege מאלהים

Lin. 20. בבא lege בבבא

Lin. 22. בעון lege בעונם lege בעונם

Lin. 25. post להשפיע adde את בשרו

Lin. 27. post בהם adde אביהם

PAG. 164.

Lin. 6. בידק lege בידך

Lin. 12. post פי' adde בשעת Mox, post וגו' supple בלעם ואיוב ויתרו

Lin. 13. זכה בבני בניו lege זכו בניו ובני בניו

Ln. 16. גבוש lege גרוש.

Lin. 20. פרטי האנושי lege פרטי פעולות האנושיות

Lin. 27. post הרין supple; שנאמר ידי שמתי למו פי בלא איך שמ״ום דיא הנכם כו״ם מו״ל : ר״ל לא אוכל לענות

Lin. 28. post שאינם adde מרגיזים

PAG. 165.

Lin. 13. הנבול nostri Codices legunt הגמול

Lin. 17. post החי supple ולא אמר כותב רימה לחת

Lin. 18. post וכתב supple; והכי בפומו אף בשרו עליו וכתב & pro כמו lege במה

Lin. 24. וכריך lege ופריך Mox, pro שטת lege אשי hoc enim nomen in Talmude exprimitur, estque locus in Sanhedrin fol. 47. b.

Lin. 27. שהרי לא מכי lege שהרי רב אשי לא אמר מכי

Lin. 30. בר אונקלוס lege בר קלונימוס

PAG. 166.

Lin. 1. ומערער lege ומצטער Mox, post רשעים supple; שמונחות בקברים

Lin. 2. תעלה lege דעלה

Lin. 4. post שהשי adde מעצמו

Lin. 6. שמזכרתים lege שהזכרתי

Lin. 7. post לרוכם adde יחד Mox, pro במלכים lege במלאכי quod idem faciendum, lin. 12.

Lin. 9. אכטויכום lege אכטוכיכום

Lin. 16. אם lege אשר

Lin. 17. post שייך adde בו pro גשמות lege ונשמות

Lin. 21. שאיך lege שאין Mox, pro יותר lege ית׳

Lin. 24. post לו supple רשע טוב לו Mox, pro בדבר רעות lege בדבר זה דעות

Lin. 26. post שלפי adde רוב

Lin. 27. post במזל adde ובמערכת

Lin. 28. post טעו adde גם כן Mox, voci, והרשעים præmitte וטובת

PAG. 167.

Lin. 1. שום משפט בעולם lege שום מדת משפט נעלם

Lin. 4. אע״פ lege כי אע״פ

Lin. 5. post אספר adde ג״כ

Lin. 9. כרמו lege הסכימו

Lin.

Lin. 10. post הנראה adde בפסוק
Lin. 13. סופר lege כופר
Lin. 17. הכריח Malo cum nostris הכריע
Lin. 20. Dele vocem מקלי
Lin. 24. post לא adde כשיג Mox, pro נתפס lege נפגע
Lin. 25. ידיעת lege וידיעת
Lin. 26. מנהיגו lege עולמו מנהיג
Lin. 27. post מהנהגותיו supple; תכלית ההבדל
Lin. 30. ימינו lege ימרנו Mox, post נחושה dele יאמינה

PAG. 168.

Ln. 1. יחפון lege יחפוז
Lin. 2. גזל lege גוזל Mox, pro יקים במנו lege מתקשה על מטייתו nam, sic habent R. Salomonis verba.
Lin. 7. post בראתי supple; ואתה כאין נגדם
Lin. 9. שהרי כאן מענה על מדבר גאמו' Fortasse satius est, cum nostris libris legere והרי כאן מענה על גאמות גדולות
Lin. 11. post וארץ supple; וגם הנוצרים אומרים בעצמם גאמות גדולות באומרם שקריסטופל היה כל כך גדול עד שעבר הים ברגליו ולא הגיעו המים אפילו עד קרסלי של רגליו: Deinde pro דענין lege וענין
Lin. 15. שיכלכל lege שיבלבל Mox, post השכל supple : כמו שאר אכילות כי כל דבר במזג בארבע היסודות שהם השפלים ולכן יבלבלו השכל של האדם ומולידים המותרות והדמים הנפסדים אבל המן מאחר שהיה מעצמם השמים היה שפוע בתכלית הפשיטות ולא היה כמזג בארבע היסודות כדי להשיג ולא היה בו מן המותרות המונעים את האדם Deinde, pro מלהשיג השכל והמושכלות ושלימות התורה lege שלימות התור'
Lin. 20. post ויאמרו adde בטעותם
Lin. 28. לב lege תוך

PAG. 169.

Lin. 1. post אספר supple; והאיספר כמנע
Lin. 3. post בתורה adde ענא' Mox, pro מושל lege משל
Lin. 4. post בנביאים adde ענא'
Lin. 7. אלפים lege אלא אפילו Mox, pro כשמותי lege כשמותם
Lin. 8. post דבשמואל adde, si vis, שאמר דוד
Lin. 9. כדאיתא בבא קמא lege כדאיתא בפרק א' דבבא קמא
Lin. 11. post לאומה שלם lege שלום לאומה quem locum, cum tribus

tibus, non tam ex MSS. Codicibus, quam ex Erubin fol. 63. a. unde ſua tranſcripſit Lipmannus, reſtituo.

Lin. 13. poſt אני adde ולא בן נביא

Lin. 14. dele ר'

Lin. 15. dele vocem דרך priore loco poſitam.

Lin. 16. poſt הדבר adde אמר

Lin. 18. דבריה lege דברים

Lin. 20. פי' lege כי

Lin. 21. poſt פי' adde פירוש Mox, pro רבותינו lege רבות

Lin. 24. poſt בעולמו adde מפחרב בית המקדש

PAG. 170.

Lin. 1. Verba וכן קראו חז"ל האדם עולם הקטן conjungenda ſunt cum Numero, qui præcedit, illumque debent claudere.

Lin. 6. poſt ולזכרון ſupple אחר כל ה' יתברך והכבתי כנ' והוו לאות על ידך ולזכרון

Lin. 10. Vocem מדבר hic expreſſam, non agnoſcunt noſtri Codices.

Lin. 12. אמר lege הוא אומר

Lin. 18. רירש lege דרדש

Lin. 19. poſt פנטים adde אמית item, poſt וגו' adde הוא ג"כ מכל atque incipe deinde novum Numerum.

Lin. 20. poſt נבואה ſupple כיונה והרבה אלהים בית אם כי זה אין ואמר בו וכן ההוא דהך תלמיד פליגלג על דברי רבי יוחנן שכתבתי למעלה

Lin. 22. poſt אמר adde רבי

Lin. 24. ימו lege ים

Lin. 27. dele וְאַמְנִיד quæ eſt poſt במקום eamque exprime poſt הראוי

Lin. 29. poſt ואמינו adde אלא

PAG. 171.

Lineam 1. ſic reſtitue: לחכמים כי אלו דברים באמרים על עסבי בבל לחכמים חסם ואפילו בבבל דוה

Lin. 3. poſt ממונים adde וכיחות

Lin. 7. poſt ברופא adde מומחה

Lin. 12. הבר lege הכי

Lin.

Lin. 13. אין lege אינם Mox, post ועוד adde הרי

Lin. 16. post גבי adde שמי atque sic est infra, lin. 20.

Lin 18. post שק adde ודעתם

Lin. 20. post הלילה ומן supple ספק כולו יום ספק כולו לילה וכיון שהוא מן היום ומן הלילה

Lin. 22. לעמות lege לעלות

Lin. 23. יוצא lege יוצאין & pro מביתי lege מביתם

Lin. 26. כתוב lege היה כותב

Lin. 27. post מטה adde וירבה לו נשים

Lin. 28. post ובכסל adde בהם

Lin. 29. post אמרתי adde בלבי Mox, post אל supple ונותן לי החכמה הגדולה

PAG. 172.

Lin. 3. ומאסף lege ומי אסף

Lin. 7. העמיד lege והעמיד & pro מכסא ושם lege מכסאותם

Lin. 10. שהיה lege שיהיה

Lin. 12. post בני adde פי'

Lin. 13. post החיים supple כלומר זרעו שבא מאותו החיים : כי תדע ר"ל

Lin 14. post השוא supple שהיה גדול כמרעה

Lin. 16. post אדם adde חכם & post לבטלו supple ואדרבה הוא כנגד אמונתם שאמרו שזמן היה בא ומבטל תורת משה והיה נותן תורה חדשה:

Lin. 24. סובב lege כוכב & dele mox, vocem האדם

Lin. 26. ומנהיג lege ומנהיגה

PAG. 173.

Lin. 3. post בתורה adde ובחכמה שהוא למעלה מהשמים & deinde, pro שקדמה lege וקדמה

Lin. 5. post אמר adde על האדם

Lin. 12. שהרוח lege שהנשמה

Lin. 17. voci כמו præmitte והוא

Lin. 20. מן הרוח lege ומן הרוח

Lin. 28. post שמסתפק adde ביגיעו

PAG. 174.

Lin. 4. post לגורך adde עולם
Lin. 6. post הכא adde שכולו שבת
Lin. 9. קודדים lege קודדים post וגו' supple , ואז"ל חיים זה אמונות למען מחיים החכמה זהו התורה המטמלה לאמת
Lin. 10. ואז"ל lege וכן אמור גינו רז"ל ואז"ל
Lin 11. ובכלל lege ובכללה
Lin. 13. post רז"ל adde בשביל צדקותי
Lin. 20. dele interpunctionem post והתל nec enim nisi post ואוכן est exprimenda.
Lin. 22. אוהבו' lege חולות ואוהבות

PAG. 175.

Lin. 3. post כלבא adde ליכול
Lin. 5. post עמהם adde בצרתם Mox, post האמצעי supple האומנם ים מידות שום לנמות מהם מדרך האמצעי
Lin. 6. דבריו Præfero דורכיו
Lin. 7. במרות lege באורת
Lin. 12. Dele interpunctionem quæ est post לכן & pro ומחויבו lege מדרכן
Lin. 14. post מחייב supple אומרו אם לא נכתבו ואין זה חסרון מיתאוה האדם השלם אותם : אבל דברים שהשכל מחייב
Lin. 17. post עליו adde אפילו הכי Mox, pro אם lege ואם
Lin. 19. אמידת lege ממידת
Lin. .25 post האדם adde עצמו
Lin. 26. post ישראל adde מחנה על מחנה
Lin. 27. ויכריע Malo ויכריעם
Lin. 29. ונמנה lege הנטמה

PAG. 176.

Lin. 1. post כי adde אין
Lin. 5. post הכא adde על קיום המצות
Lin. 6. post כמו adde שהוזכר
Lin. 9. post ראוי adde לחיות Mox, pro הוזרכו lege הוזרכים
Lin. 10. אותו ושימצא נגד דרכו lege אותה וימצאה תלהליך כנגד דרכה זה
Lin. 16. נברא בבריאת' lege הוא אומר

Lin.

Lin. 17. post דסיקטו adde התוספות
Lin. 18. post האדם adde הוא
Lin. 19. post כבראו adde יותר מסנבראו
Lin. 20. post רק adde אמר זה
Lin. 21. בראם lege בראו
Lin. 22. vox אסופות est iteranda.
Lin. 26. post וכ'ה supple: הללו מטמאין והללו מטהרין
Lin. 31. post אלקים supple חיים ואמתיים והנה הם הפכים

PAG. 177.

Lin. 4. איך lege ואיך
Lin. 10. קומיותינו לרוכתו lege קומות לרוכתה & dele interpunctionem.
Lin. 17. זה lege זה
Lin. 18. תולדות lege תורת
Lin. 19. ואין לנו ענבין בחידום תורתו lege ובחידוש תורת ימי ים לנו עינבין גדול עוד היום בגלות בע'וה
Lin. 21. post אתם adde ודרשינן אתם
Lin. 22. post חיה adde הוא & mox, post טריפה supple ואעפ כן כתב רמבם אם ידוע לנו עפ הקבלה והרפואה סבידינו
Lin. 31. והן lege והם

PAG. 178.

Lin. 3. אמר מאמרתי lege אומר לך
Lin. 6. ומט lege ויהאי טעמא
Lin. 9. post לכם : Sequitur deinde in uno nostrorum Codicum continue ר'ל לבחירתכם ועיין בפירוש רש'י בפרק אעפ דף כ'ז ואיכא למימר אילו ואילו דברי אלהים חיים הם דזמנין דסייך האי טעמא וזימנין סייך האי טעמא שהטעם מתהפך לפי שנוי הדברים בשינוי תועט זה סייך לפלוגתת בה וכם למעלה ודוק: Sed liquido ausim spondere, hanc laciniam, ab alio, textui Lipmanni esse assutam.
Lin. 13. post וגו' supple ודרשו זאת על אם הנזכרי
Lin. 24. ככסוי lege כנסוי
Lin. 16. post יתרון adde ומעלה
Lin. 17. dele לו
Lin. 19. זהו קדם lege וזהו קדום
Lin. 20. voci מכה' præmitte ובעין דוגמתו

k Lin.

Lin. 21. post אמו adde זהו

Lin. 24. post ימן adde עד

Lin. 25. dele 'וגו & στιγμὴν quæ sequitur.

Lin. 26. post אמו supple ר"ל שהשכינה שהיא עטרתו שרתה עליו בשביל ענת אמו:

Lin. 29. בכלל lege בכללו

PAG. 179.

Lin. 8. ממילא lege מאיליה Mox, post והטובה adde נ"ל באה מאליה

Lin. 9. post חטאיו supple כלומר שאין לו להתאונן על מקראותיו הרעים כי אם על חטאיו

Ln. 10. post לכה in uno nostrorum Codicum, is qui eum descripsit, addidit glossema, ואני הכותב אומר כי מפי עליון לא תצא הרעות לשון רבים ר"ל הרבה רעות והטוב לשון יחיד ר"ל מעט טוב אלא אדרבא מדה טובה מרובה ממדת פורענות א"כ שמדה טובה מרובה למה יתאונן גבר חי על חטאיו כי במעט יכול לחזור ולהפוך הגזירה ולכן אמר גבר ר"ל מי שירצה להיות גבור על חטאיו יכול לכבשם:

Lin. 12. אשטימה lege אי שטימה

Lin. 25. לו' lege להם & pro אנום lege אנים

Lin. 26. שאנום lege שאנים Mox, post אים adde הוא

Lin. 27. נמי lege כמיא

PAG. 180.

Lin. 5. post אדם adde אחד

Lin. 8. וכלה lege יכלה

Lin. 16. בא זמן משיח הלא lege בא משיח ותהו הנוכרי הלא

Lin. 21. שראו lege שראה

Lin. 22. dele בענה

Lin. 29. dele vocem כתיב

PAG. 181.

Lin. 4. post פסוקים adde יחד

Lin. 8. post קודם adde לירת

Lin. 11. רנ"ב לבנין הבית וג' אלפים Nostri Codices habent רכ"ה לבנין הבית תרס"ו Vorstius, ceu ex Observationibus ejus ad Chronolog. Davidis Gans pag. 270 apparet, in suo MS. legit, רב"ח לבנין הבית תרס"ו ליצירה Ecquæ harum lectionum verior sit, judicium esto penes Lectorem. Porro, post הילני adde המלכה

Lin.

Lin. 19. post יכן adde ראויה

Lin. 20. כבר פממו lege מכבר פמטה

Lin. 30. ט' פנים lege כ'ו פנים

PAG. 182.

Lin. 3. הגלה lege הגולה

Lin. 5. מבסוף lege לבסוף

Lin. 15. אך lege אף

Lin. 17. מה פמלך lege מה פנים פמלך

Lin. 22. ממומותהם lege ממיפות מהם

Lin. 25. מנות lege נדקת Mox, pro עולמי' lege לעולמין Item, pro החותם lege החתים

Lin. 27. המקדם lege המקדמות

Lin. 29. ימיב lege ימוב Mox, pro זהו lege אחו

PAG. 183.

Lin. 8. post היתה adde רק

Lin. 12. post לכבוכד נגר supple, : ואלו הן : כמו פכתיב בסוף ירמיהו נבוכד נגר

Lin. 15. ר' פנים lege ז' פנים

Lin. 24. post מהוא adde כורם

Lin. 13. פבועה אחת פביעה פהבפיח אותם פבועה ים בברית פלום lege פהבפיחם אותה פבועה בברית פלו ;

PAG. 184.

Lin. .3 ופבה lege חפבה

Lin. 5. כ'כ lege בב

Lin. 7. עידנין כרפי' · עידן הראפון lege פידן פירופו פל פרן הראפון

Lin. 11. post זמן adde פל

Lin. 12. קן lege הקן

Lin. 14. כזוה דהרקיע lege כזוהר הרקיע

Lin. 16. למעלה lege לפולם

Lin. 25. לקדרותי lege לקדמותי

Lin. 26. post ויקיים adde פכל Mox, pro המורים lege היחוד

Lin. 27. וכל lege ואת כל

Lin. 29. post היה adde מן

PAG. 185.

Lin. 1. בסיבה lege בסיבת

Lin. 4. post תורה supple עוד כל ימי הארץ תדלג ד' תיבות אילו ותאמר רק זרע וקציר וגו' עד לא ישבותו : ויש שהשיבו ראייה מהדרשה שלפנין

Lin. 5. עודם lege עודיים Mox, post הארץ supple : אל נצחיים לשון עולם ועד

Lin. 7. post ג"כ supple כמו למעלה

Lin 13. voci מקודם præmitte והיה העולם Mox, pro דרשות lege דרשת

Lin. 14. חניה lege חניי

Lin. 17. post עו' adde מעשה

Lin. 18. לגבעות lege וגבעות

Lin. 26. post יבולו supple וחז"ל דרשוהו הכל מפסוקים הברורים

Lin. 28. post ועד supple ובפרק הכותב אין לי בפירותיהן ובפירות פירותיהן עד סוף העולם : ולא אמרו עד עולם ועד :

Lin. 29. קנה בהם מקבל lege קנה ממנו הפורש ממנו מקבל

Lin. 30. ומחמדתו lege ומחמדתם

PAG. 186.

Lin. 2. voci והארץ præmitte והא דכתיב

Lin. 4. דאין lege אין

Lin. 6. על נשמת צדיקי lege על קיום הנשמות של צדיקי

Lin. 8. כפל לחול lege כפול להורות

Lin. 12. הוצרך lege והוצרך

Lin. 25. כי lege כי

Lin. 19. אז lege ואז

Lin. 22. post ה' adde מלך Mox, pro וזה לשון lege ורוצה לומר

Lin. 23. מילי lege מילה

Lin. 26. post השם adde נקוד

Lin. 27. והויותו lege וחייתו Mox, pro בקמץ supple קמץ והא צירי

Lin. 28. post ופטיטו adde חייתו

Lin. 30. אותות lege אחרות Mox, pro ונקוד lege לנקוד Deinde, post ומ"מ מקום דרך שבח נוכל לומר חי העולמים בפתח supple בפתח

PAG 187.

Lin. 2. פסו' דכתיב lege פסוקי הכתוב

Lin

Lin. 5. post וטעו supple שנ' השבעתי אתכם בנות ירושלים אם תעירו ואם תעוררו את האהבה עד שתחפץ ר"ל אהבת הגאולה Item, post מפורש adde כאן Porro, post שנה supple חשב בלשצר וטעה וחשב אחשורוש וטעה ואף דניאל הנביא חשב וטעה התחלת הע' שנה

Lin. 7. post בגלותינו adde, si vis, הארוך הזה בע"ה

Lin. 8. dele vocem בגיהנם nec enim in Chelek comparet.

Lin. 9. מוצאים חשבונות lege מוציאין למקצת חשבונות Mox, post הקץ supple כמו שכתב רבינו בחיו ז"ל עת הקץ ושאר מחברים Deinde, pro כוונתינו lege כוונתם

Lin. 10. אז lege מאז

Lin. 13. לחשבו lege לחושבו

Lin. 18. post שניהם adde וזהו

Lin. 23. post אלפים adde הנזכרים בברייתא

Lin. 25. הבל lege הכל

Lin. 27. pro לה lege ליה & fac idem lin. seq.

Lin. 29. post ימים adde המשתה Mox, pro שייך מן תי' ואת"כ lege שייך ראייה מן חשבון תי' ואתך

Lin. 31. post עיקרין adde כי

in. 32. post קלה supple : רק שעוונותינו אחרו הגאולה בע"ה Deinde in uno nostrorum Codicum, is, qui eum descripsit, addidit de suo ; ואני הכותב אומר כי כמו שהיו בגלות בבל ג' קיצים כך הם בגלות הארוך הזה נ"כ קיצים הרבה לכן אותן שחשבו הקיצים ועבר זמנם כוונו האמת : אותו העת היה ראוי לכך אם ישראל היו זוכים וזהם רז"ל זכו אחישנה ר"ל לאותן הקיצים שחשבו לא זכו בעתה האחרונות וזהם תנא דבי אלי' ובעוונותינו יצאו מה שיצאו כי הגאולה תלוי בזכות ישראל ואף אם יתאחר ח"ו הגאולה כל אלף הששי זולת יום אחד עדיין יהיה מלכות משיחנו אלף שנה כי יומו של הקב"ה אלף שנים וזהו שאמר מלאכי הנביא לפני בא יום ה' הגדול והנורא : וק' וכי יהיה דוחקא אותו ענין ביום א' : אלא יומו של הקב"ה וזהו יום ה' ר"ל יומו של ה' ואמ' הנה אנכי שולח לכם את אלי' הנביא לפני בא יום ה' ר"ל קודם אלף שנה והאלך אלא כשיהיה יום א' יהיה אלף שנה : יב"א :

PAG. 188.

Lin. 2. ומורר lege ומורה

Lin. 4. post היתה adde פירש

Lin. 5. להעביר lege להעבירה

Lin. 8. לברות lege לבוות
Lin. 10. אחר lege לאחר Mox, pro ובא lege לבוא
Lin. 13. post מה supple בנך שבא מן הגוי קרוי בנך
Lin. 15. Voci שפני præmitte אמר לשם
Lin. 21. ויתכן lege דיתכן
Lin. 25. post למערב supple נוטה לדרום ומדרום למערב
Lin. 27. post ונוטה supple לדרום ומדרום Mox, inde ab אך לפי usq; ad verba אבל איננו quæ in lin. 29. habentur, mire corrupta & hiulca sunt omnia. Sic restitue אך לפי שסיבובה בגלגלה בכבידות אחת לל' יום ולו' שעות וחצי וסביבות גלגל היומי אשר היא חוזרת והולכת בו במהירות בכל יום פעם אחת והגלגל הוא מסבב למזרח על כן נראית לעינים שהחמה מסבבת גם ממזרח למערב אבל איננו

PAG. 189.

Lin. 1. שהשמ' מסבב lege שהחמה מסבבת etsi enim חמה & שמש nihil differunt, tamen priorem vocem poscunt fœmininæ voces, quæ deinde sequuntur.
Lin. 4. דרך כשאר magis convenit כדרך שאר
Lin. 6. מחוץ lege מקיר
Lin. 8. למנהיגי lege למנהיגיו Mox, post זה adde כי
Lin. 10. שהתחילה lege שהתחילו
Lin. 11. בפרשה lege בפירוש
Lin. 12. שסיבובו lege שסיבבו
Lin. 19. ועם lege ואם
Lin. 22. דפרש' lege דאתר Mox, post תחתונים adde הוא
Lin. 25. post שלא adde תלה
Lin. 27. האלהות lege באלהותו

PAG. 190.

Lin. 4. מלפני lege מלפנים
Lin. 5. post רל' adde והיה
Lin. 17. להשי lege להשים

Nostri Codices a verbis וכן במליצי quæ sunt in lin. 20. incipiunt Numerum CCCXLVI.

PAG. 191.

Lin. 1. רמבם lege רמבן
Lin. 12. במדות lege במדת
Lin. 14. תמר lege אמר
Lin. 17. נאתן lege שתו Mox, pro מיסעדני lege שסעדני
Lin. 20. ימים lege שער יום
Lin. 25. post פרעו additur in uno nostrorum MSS. רת שמע רעה
Lin. 27. post בגומפריא adde, si vis, כמנין

PAG. 192.

Lin. 2. וסבירין lege וסוברין Mox, pro באלהות lege האלהות
Lin. 3. אמרת Malo cum nostris legere הורית
Lin. 5. post שאינן adde דדים
Lin. 7. post המה adde מהם
Lin. 9. שפי' lege כמו שפירשתי למעלה
Lin. 13. post מעידין adde עליך
Lin. 14. פשוטה מכוח lege פשוטו מכוחה
Lin. 16. ונכתב lege ונקיד
Lin. 25. מן הנבראים והנוצרים נבראו נוצרו lege מן הנברא והנוצרו נבראים ונוצריים

PAG. 193.

Lin. 4. post ועל אחרון אחרון adde כסדר שפקד
Lin. 7. post תקוה supple שיחזור לקרובו עוד תהו שאנו אומרים ולמשומדים על תהו תקוה :
Lin. 8. השני הכומרים lege והשבית את הכומרים
Lin. 9. post שכ' adde גבי פרעה
Lin. 11. post שהמה adde תמני מינים כלומר שהמה
Lin. 13. ורגוויבלר lege גוויבלר
Lin. 14. post בכלל adde עם uti excusum infra lin. 17. Unus nostrorum Codicum habet hic Glossema : באומרינו וכל אויבי עמך יכריתו הרי לדבריכם שאתם אומרים שאתם עם ה' ואנחנו אויביכם הרי אנחנו המתפללים אנ' עם ה' לדבריכם הם מקללים עצמם ואתם בתפילתינו תבורכון שאויביכם יכרתו :
Lin. 16. רצוח lege רציחה
Lin. 16. הבפלו lege בפלו

PAG. 194.

Lin. 2. אתן lege אזין
Lin. 8. ולכפול lege ולהתכפל
Lin. 9. voci והיו præmitte כמו
Lin. 11. post תלוי ſupple ומשך' עד ליום האחרון כמו שפי' בצפניה פי' רש :
Lin. 12. בספר הרביעי lege בתורה של משה
Lin. 20. מטובכם lege מטונכם Mox, pro כספי' lege כספו וזהבו
Lin. 24. pro ואנו אומרים שלכן הם אומרים לחם מגואל ואין השם יתירה ומעתה לפי דבריהם אנו אומרים לחם מגואל עם הגאולה שלהם לפי lege דבריהם ואין השם יתירה
Lin. 26. post הוא ſupple שהשם גל' שורש
Lin. 29. post לשנות adde את
Lin. 32. טהורה שים לה בעל טמאה השפה lege טהורה אלא שים לה בעל טמאה השפה בעל טמאה העיסה

PAG. 195.

Lin. 3. post התלה ſupple שהיא קדם Mox, pro אלא lege ואי איפשר
Lin. 4. post קדשים adde שנטמאו
Lin. 5. וגם lege וגבי
Lin. 7. post אין adde צורך
Lin. 8. מלש מקודש lege כש מן קודשים
Lin 9. post בחור החיים adde הנצחיים
Lin. 12. ומה די lege ומהדר
Lin. 13. קשיט lege קשוט Poſt כלה additur in uno noſtrorum Codicum: תשל ספר הנצחון בריך רחמנא דסייען : ויהי כאשר גמרתי שמרי אמרי ושמרי להשכיל הנבונים לחזק המאמינים להכחיד המינים ולעקר שקר שעיקר והשוקר מהרה קרא הקרא * השירה

* Fortaſſe legendum קראתי

יעלה יצליח ומצדיק רבים | ישית ישע עם בטחון :
ובעבור טובו על פני | אז חיותי אותו אחון :
מספרו זה הוא מגדל עוז | בין טוב לרע יבין יבחון :
שנית פוקרו * ידחה ידחן | טנף מינות גם סרחון :
ובמלחמת דת בו נלחם | שונאי תורה יכות ימחון :
באמת כיון החכם לקרוא | בשמו ספר הניצחון :

* Credo legendũ eſſe פוקרים

Et, ut nihil omnino pagellæ reſtaret vacuum, ea, quæ ſequuntur, digna quoque credidit Judæus, quæ ſibi annotaret : ומה שפיקרים אין אתם מאמינים שנולד מבתולה כתיב ונאמר : ואם אכן מאמינים היה אות בתמיה : כי לפעמים שאדם מאמין דבר ואומר אני מאמין ואעפ״כ אין האמונה נקשרת בלבו כא בפיו : ועוד לפעמים שאדם יכול להאמין מה שמשיחין לו והוא שקר : כמו שמשיחין שהאבן מרובע והוא אומר הן : ועוד ראייה כשרצה ליתן התורה אמר אל תגשו אל אשה ועתה תקשה לכם מי קדום יותר י׳ דברות או הוא עצמו והן מסיבין הוא עצמו שיצאו הי׳ דברות מפיו : ואכ״ הלא דברין קו׳ ומה אפי׳ י׳ דברות אמר שלשת ימים אל תגשו אל אשה כ״ש וק״ו שהוא עצמו לא יכנס בגוף אשה :

* *

Atque ſic Lipmanni librum, נצחון VICTORIA inſcriptum, a mendis innumeris, quibus exemplaris, ſecundum quod editus eſt, vitio, graviſſime laborabat, non ſine moleſtia, & labore, fideliter repurgavimus. Eja, VOS VIRI THEOLOGI, quorum præcordia DEI Spiritus, & cœleſtium myſteriorum Sapientia, penitus inhabitant, communicate in vicem, quæ adverſus Nebulonis iſtius fraudes, technas, ſycophantias, mendacia, blaſphemias, pie, erudite, & ſolide eſtis meditati. Nihil eſt quod porro queramini, multa tam corrupta & intricata in illo ſcripto occurrere, ut intelligi nequeant, hoc vos morari : Ecce, aperta, plana, & perſpicua ſunt omnia. Gerite, quoniam inteſtinorum induciæ ſunt, libenter hoc jam bellum, in ſpem certiſſimam favoris Divini. Ruite, agite, rapite, tundite, & proſternite impurum illum Sacrilegum,

cum ſuis, quibus, non hominibus, ſed Supremo Numini maledixit, calumniis, ac ei, ipſiusque ſtygiis adjutoribus animoſe deinde inſultantes, percontamini.
I. Cor. XV. Ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; UBI EST MORS VICTORIA TUA? Ego, & omnes Boni, vobis epinicium paramus, lætasque manus ad ſidera tollentes, cantabimus, imo & jam nunc cantamus,

Τῷ Θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

DEO GRATIAS, QUI DEDIT NOBIS VICTORIAM PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM.



OHe! Seriorum, tandem jam satis est. Ut vero denique quid habeatis, LECTORES, quod rideatis effuse, residuum chartæ expleto,

LESSUS JUDAICUS

in obitum, ejus, qui ab antiquo genus ducens, nostro Seculo inter illos claruit, LIPMANNI, ac in Synagoga Pragensi Præcentoris munere functus erat, compositus; & talibus Manibus, & talibus Poëtis, oppido dignus.

בניגון ברונש ליד:

Ein schön Lid von מה״ורר ליפמן ש״ץ gemacht/
Mit einen schönen ניגון gereimt und getracht/
Nit as viel Leut thunen singen/
Und viel Sachen sagen/und is eitel Lügen.
Neiert Göttliche Sachen/hab ich thun treiben.
Was da is mit itlichem zu weisen.
Wann einer meint/ich hab was vergessen/
Nein/neiert ich hab mich thun dervon vermessen/
Neiert sein מעשים טובים hab ich thun sagen/
Damit הקב״ה uns משיח send in unsern Tagen.

* * * * * * *

GOTT ist geachtbart und erhoben/
Darum sol man ihn allzeit loben/
Also wol auf böß as auf gut.
Er is der keinem kein unrecht thut.

Darum sol man ihn loben allzeit/
Dan bey ihn is die Gerechtigkeit/
Er tödt keinen zu unrechten/
Darum thun mier ברוך dein אמת sprechen.

Doch kan ich nit unterlassen/
Den mein augen sein mit thränen geflossen/
Auf den jammer und grossen klag.
Allhier in der Statt Prag.

מהור״ר ליפמן חזן war von ein ברית מילה kommen
Neue mähr hat er vernommen/
Da er nur war kommen zu haus.
Gieng seinem weib leider die Seel aus.

Wer hat das nur mehr gehört/
Wie sich die freud hat verkehrt/

Da er heim kam war sie frisch und gesund/
Und zu sterben in ein viertel stund ?

Den jammer was er thet vertreiben/
Das is nit zu derschreiben/
Man hört nicks anders als klagen und weinen/
Bey ihn/und bey all die seinen.

Er ward getröst von viel leut/
Daß er vergas an sein leid/
Man räth ihm שידוכים aus dermassen/
Daß er von dem jammer sol ablassen.

Ein שידוך hat man ihm fürgetragen/
Denselben hat er nit abgeschlagen/
Ein אשה חשובה von guten Leuten her/
Hat er zu ein Weib begehrt.

Er war nun ein חתן geworn/
Bis nach ימים טובים hat man die חתנה aufgezogen/
Die grosse freud was er vertreibt/
Hat er vergessen an al sein Leid.

Nun magt ihr zuhören ihr lieben leut/
Wie sich hat verkehrt die Freud/
שמחת תורה zu nacht gieng er zu sein כלה hinein/
Und wolt bey ihr lustig sein.

Und da er war ein weil bey ihr gesessen/
Und getruncken und gegessen/
Da gieng er von sein כלה heraus/
Und gieng anheim in sein haus.

Und da er kam für sein thür/
Wo da lauft der pfütsch derfür/
Da er über den pfütschen gieng/
Ein schaudernus ihn anfieng.

Von selbig mal an und weiter/
War er leider länger und matter/
Er meint er wert es können vertragen/
Ließ sich bald ein ader schlagen.

יום כ״ה תשרי תט״ו לפרט
Hat er fort חתנה gehat/
Aber חתן noch כלה war keiner bey tisch/
Dan der חתן war leider nit frisch.

יום כו׳ תשרי stund er auf/
Aso gieng er anheim in sein haus/
Hat sich fort aufgebrochen/
Is ברוך anheim gekrochen.

Es war gleich nach der חתנה zwey tag/
Fieng sich an die grosse klag/
Er war gewesen gar mat/
Aber auf kein todt hat man gedacht.

Denselbigen freytag zu nacht/
Zum tisch gesetzt hat קידוש gemacht/
Bey den tisch war er gesessen/
Bis man hat gantz ausgessen.

Darnach stund er wieder auf/
Und setzt sich auf sein Bett hinauf/
Nit lang darnach wieder aufgestelt/
Sein פנים zu מורח zu gewennt.

וידוי hub er zu sagen an/
Wie ein solcher frommer mann/
Darnach wieder gesetzt auf sein Bett.
Hat leider alle vier von sich gestreckt.

Drey stund in der nacht/
Is geschehen das grose hertzbrech/
מה״ורר ליפמן כהן papper/
Is worm genehen für ein Opffer.

Nun huben an zu weinen/
Die grossen as die kleinen/
Die jungen as die alten/
Keiner kont sich aufhalten.

יום א׳ ר״ח חשון eh er is worn begraben/
War sein nahmen wieder geboren/
Es macht gleich ein מילה einer von seine Sühn/
Das Kind war geheisen nach ihn.

Wie sol man nit weinen und klagen/
Ein solcher Mann sol werden verlohren/
Mit alle tugend so wol beschönt/
Darzu mit alle Sachen gekrönt?

In der תורה is er gewesen ein Herr/
Ein בעל שם sein gleichen war nicht mehr/
In der תורה hat er sich dermeyt/
Sein זכות sol uns beystehn allzeit.

Ein כהן צדק is er gewesen/
Ein כהן גדול hat man nit können besser auslesen/
Seins gleichen is gewesen nit mehn/
Sein זכות soll uns allezeit beystehn.

Ein שם טוב hat er gehat in der gantze welt/
Wo man ihn nur hat gemelt/
Sein שם hat überal thun hin fliessen/
Sein זכות sollen wier geniessen.

Ein סופר sein gleichen zu finden nit/
In der gantzen Welt von alle geschrifft/
ספרי תורה hat er geschrieben ohn Zahl/
Sein זכות soll uns beystehn überal.

Ein חזן für der gantze Welt/
Ein iglicher wird mier bezeugen auf den Held/
Kein so ein חזן war nit gehört/
Durch sein זכות sollen wier nit weren verstört.

Ein מוהל ist er gewesen viel Jahr/
Vielmal hat er ausgejudscht sein Zahl/
Itlicher hat ihm sein Kind zu judschen geben/
Durch sein זכות sollen wir unser Jahr ausleben.

גבאי מלביש ערומים is er gewesen lange Zeit/
Viel עני"ם hat er bekleit/
Derfreut hat er manchen armen mann/
Sein זכות soll allzeit uns beystahn.

עשק פדיון שבוים is gewesen sein
Darinnen is er gewesen gar fleisig/
Manchen בר ישראל hat er מציל gewesen von todt/
Durch sein זכות soll kommen kein noth.

Von schnitzen und mahlen wil ich schweigen still/
Darzu alle Seiten-spiel/
Schalmeyen und trumeten/
Durch sein זכות soln wier behüt wern für nöthen.

Wo wil ich sein מעשים טובים all derzehlen?
Es kleckten mich nit viel bögen/
Das wert mier bezeugen idermann/
As hundert mahl mehr is wahr.

Sol ich schreiben von seine grosse Dehmütigkeit?
Wissen es doch wol alle Leut/
Is nur gewesen ein armer mann/
Hat man ihn gesehen bey ר' ליפמן stahn.

Is einer kommen aus frembden Land/
Stracks is er bey ר' ליפמן bekannt/
Mit seinen lieblichen Worten/
Hat er einen iglichen gerathen.

Is ר' ליפמן gangen spatzieren/
Mit eitel arme Leut thät er sich führen/
Das wer miern עדות sagen alle Leut/
Daß sich ein itlicher hat mit ihm derfreut.

Is er an ein ערב שבת in Schuel gangen/
Den lieben שבת zu empfangen/
Ein itlicher hat sich derfreut/
Und hat vergessen all sein Leid.

Hat er an ein שבת oder יום טוב תפלה gethan/
Für sein Leben hat gebeten jedermann/

Unser

Itlicher hat gelust das süs gesang/
Gewunscht hat man die Schulzeit sol gewern lang.

ימים נוראים het man soln hörn wunder/
An ein itliche תפלה besunder/
Zumal keine תפלה ausgestellt/
Und allezeit gewesen hell.

Wie sol man auf ihn nit trauren?
Die hertzer wern gewesen as stein und mauren/
GOtt sol weiter sein Zorn abthan/
In זכות diesen frommen man.

בפרט as ich hab vernommen/
As viel leut seinen חלומות fürkommen/
Und haben ihms nit woln sagen/
Damit sein verkürtzt geworn sein tagen.

Unser מליץ יושר is er gewesen auf dieser Welt/
Für den כסא הכבוד is er worn gestellt.
Dorten sol er auch unser Fürsprecher sein/
Und beten für uns allgemein:

Daß uns GOtt behüt für bösen/
Und aus dem גלות sol derlösen/
Bald in unsern tagen/
Drauf woln mier אמן sagen.

Das Lied hat getracht aus
אני הירשל בן יהודא ליב טויסק
Wölt ihr mich recht kennen?
Zu Prag thut man mich Hirschel Weinschenck nennen.

SI VOBIS PLACUIMUS
LECTORES
PLAUDITE.